Del Colegio N.ª y Real Casa de S.n Ysidro
R. 1.043
(R- 10870
1

SANCTI

HIERONYMI STRIDONIENSIS

OPERVM,

Tomus IV.

CONTINENS COMMENTARIA

IN QVATVOR PROPHE-
TAS MAIORES.

Opera ac Studio

MARIANI VICTORII REATINI

EPISCOPI AMERINI.

Ad fidem vetustissimorum exemplarium, octingentis & amplius sublatis erroribus, emendatus.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
M. C. N.

LVTETIÆ PARISIORVM.

Apud Bibliopolas vrbis Parisiensis Consortes.

M. DC. XXIII.

Colegio M.r y Real Vniu.d de Sa (R- 10870
R. 1043
1

SANCTI

HIERONYMI STRIDONIENSIS OPERVM,

Tomus IV.

CONTINENS COMMENTARIA IN QVATVOR PROPHETAS MAIORES.

Opera ac Studio

MARIANI VICTORII REATINI
EPISCOPI AMERINI.

Ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium, octingentis & amplius ſublatis erroribus, emendatus.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

LVTETIÆ PARISIORVM.
Apud Bibliopolas vrbis Pariſienſis Conſortes.
M. DC. XXIII.

PIO V. PONTIFICI OPTIMO MAXIMO,

MARIANVS VICTORIVS, REATINVS.

SAcrosanctam Christi Ecclesiam beatissime Pater, quæ supra firmam petram ædificata est, numquam cessat, ab initio incipiens, humani generis hostis concutere, & ad ruinam omni conamine impellere. Idque partim molitur per ethnicos, & à religione nostra alienos homines; partim, & multo validius per domesticos illius inimicos hæreticos. Qui quidem, vt testatur D. Ioannes, ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: Si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Domesticos autem hostes ideo vocaui, non quod extra Ecclesiam illi non sint (quippe cum ex ea prodierint) sed quod intra illam se esse dicentes, sub Christi nomine Antichristum nobis sequendum proponant, & pro Ecclesia Dei synagogam Satanæ introducant: hæresim Euangelium, mendacium veritatem appellantes. Hæc pestis statim initio nascentis Ecclesiæ exorta est, & veluti infelix lolium, & steriles aucnæ, vna cum Dominica semente emersit. Quis enim nesciat (prodente id ipso patrefamilias, qui bonam seuit sementem) statim simul cum tritico zizania exorta? & vix annunciato Euangelio, extitisse Cerinthum, & Hebionem, & deinde huiuscemodi monstra propemodum infinita? quæ illud varijs artibus, diuersisque sophismatibus subruere conati sunt: cunctis Ecclesiam in suas partes trahentibus, & Euangelij veritatem apud se solos illibatam manere, perfricta fronte mentientibus. Equidem dum Irenæi, & Epiphanij libros contra veteres hæreses lego, & tot diabolica figmenta, ac veluti aniles quasdam fabulas in eis considero; non possum totus non horrescere, & intra memet collectus, non plurimum admirari, vnde belluis illis in mentẽ venerint tam prodigiosa, ac non credibilia cõmenta: obstupescens intera eo vesaniæ homines à diuina gratia destitutos venire, vt credant, & profiteantur ea, quæ ne somnijs quidem vanis mortalibus nocte immitti soleant. Restiterunt huiuscemodi perditis hominibus omni tẽpore viri non solum vitæ probitate celebres, verum etiam doctrinæ varietate insignes quam plurimi: qui libris editis eorum diabolica inuenta, & vesanæ mentis ineptias late copioseque redarguerunt: probantes nec eos sacræ scripturæ, de cuius intelligentia gloriabantur, tenuisse sensum, nec eius testimonia sibi cohærentia citasse: argumentaque dialectices, & humanæ philosophiæ rationes, vti fidei nostræ ancillas, non dominas, & veluti ab hominibus excogitatas, non autem diuinitus proditas, docte, appositeque confutarunt. Excitauit, propagante se iam sub Constantino Magno Ecclesia, Diabolus Arium, & Eunomium, sed Christus illis Athanasium, & Basilium, & ex Latinis Hilarium Pictauiensem, vti veros Antagonistas, opposuit: Nestorio Cyrillum, Eutychi, & Dioscoro magnũ Leonem obiecit. Idem præstitit contra alios hæreticos per Epiphanium, per alterum Cyrillum, per vtrumque Gregorium, Nazianzenum, & Nyssenum, per aureæ eloquentiæ Ioannem Chrysostomum, & ex nostratibus, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, & recentioris memoriæ D. Thomam: in quo veluti in quodam totius Theologiæ compendio, omnis sanctorum veterum patrum doctrina Anacephaleosi quadam diuina, sese in vnum ordinate coaceruata collegit: ea scientiæ cuiusque generis magnitudine, & varietate, vt is solus vices omnium ferme expleat. Non deseruit etiam ætate nostra Christus Ecclesiam: Martino enim Eckiũ, Pigium, & Roffensem obiecit, Brentio Illustrissimum Cardinalem Stanislaum Hosium, Episcopum Varmiensem: quo (dicam libere

quod sentio) nemo doctius, ac eruditius Catholicam veritatem hac ætate defendit. Aliis hæreseon principibus, qui veluti è quodam inferorum cœno, vti loquaces è palude ranæ, ebullierunt quam plurimi, catholicos similiter multos oppositi. Et quia in hac rerum omnium commotione, perturbationeque, Dux quidam nobis opus erat, ac tot contrariorum ventorum moderator aliquis, & gubernator egregius, Te (quod omnium præstantissimum fuit) Ecclesiæ suæ summum Pastorem, Te maximum Catholicorum principem Christus nobis donauit: vt ex pontificis præstantia quanta sit cunctarum rerum, domi, foriſque hac ætate perturbatio, cognoscatur. Aduersus enim maius bellum, maior semper eligitur Imperator. At non propterea cessat hominum inimicus diabolus, quin omni conatu Ecclesiæ principes, veritatisque defensores retundere, reijcereque non nitatur, & præ cæteris illos, quos primas in tuenda Catholica religione (cuiusmodi est D. Hieronymus) partes tenere cognoscit: quod vt facilius assequatur, arma, quibus ipse cæditur, profligaturque, è manibus illis decutere, ac deijcere conatur: Arma autem voco eorum libros, quibus veluti telis quibusdam hic hostis configitur. Hæc autem, cum auferre nequeat, veluti rubigine quadam vitiat, corrumpitque: Tantoque flagitio perpetrando ministros adhibet præcipue hæreticos. Nam & etsi multa temporum iniuria, multa etiam librariorum, impressorumque incuria, & imperitia vitientur, nihil tamen magis noxium est, quam quod ab hæreticis corrumpitur: quippe cum illi mutent plurimum ea quæ ad religionis veritatem non spectent, at hæretici numquam fere nisi quod pertinet ad dogma. Hæc lues grassata est per omnes Ecclesiæ doctores, magno cum Catholicorum hominum detrimento: Hieronymum tamen eo magis infecit, quod is præ doctrinæ magnitudine, eruditionis splendore, linguarumque varietate, non facile ab omnibus intelligi potuerit. Ignorantia enim corruptionis est causa: Dum enim quisque quod non intelligit ad libitum mutat, vitium scripturæ, quod tollere se putat, introducit. Correximus ea ex causa superioribus annis Pij Quarti Pontificis Maximi prædecessoris tui iussu, tres primos Hieronymi tomos: additis etiam scholijs, quibus vel obscura quæque declararentur, vel locorum emendationes defenderentur. Is labor, quia visus est non inutilis, sanctitatis tuæ mandato, & Illustrissimi Cardinalis Ioannis Moroni precibus & beneficentia, quod reliquum est Hieronymi, illius videlicet Commentarios, nuper emendauimus. Qua in re quid præstiterimus, aliorum postea erit iudicium: Nos certe (vt ingenue fateamur) labores perpessi sumus maximos: quippe cum vna quidem syllaba sine magno iudicio, & vetustissimorum exemplarium ope, quæ Florentia, Brixia, Bonoia, ipsaque, in qua viuimus, Roma abunde suppeditauit, mutata à nobis sit. Vulgata quoque sacrorum Bibliorum editio magno nobis in emendando codice adiumento fuit. Si quidem in ea verior sæpe lectio (quæ etiam Commentario probaretur) quam intra ipsum Hieronymum custodita est. Hieronymi autem vulgatam in Prophetas esse editionem, etiam qui in reliquis Bibliorum partibus illius esse negaret, inficiari non poterit: quando ne verbo quidem, paucis sublatis erroribus, vna ab altera dissidet. Profuit hac in re etiam multum Hebraica veritas, ad cuius normam se sacra volumina interpretatum esse, Hieronymus vbique fatetur: præsertim vbi illa vulgatæ (quam pro viribus semper secuti sumus) assentitur editioni: sicut Septuaginta interpretum lectionem ex Græco ipsorum codice, iuncto Hieronymi testimonio, alicubi quoque restituimus. Et quia Hieronymus tam suam, quam lxx. interpretationem, vbi inter se variant, ex professo recenset, apposuimus in margine verba Hebraica, quæ inter ipsum, & lxx. differentiam fecêre: & hoc vt vno intuitu lector diuersitatis fontem absque labore statim aspiciat. Verum quia Hieronymus non secundum suam editionem (quæ nondum eo tempore recepta erat) sed secundum interpretationem lxx. vbique tunc inuulgatam, scripturæ sacræ testimonijs vtitur, difficillimum fuit ea, cum à vulgata nostra editione dissentiunt, inuenire. Inuenimus tamen fere omnia, marginique locum adscripsimus, addita nota, secundum lxx. & ne hoc lector apud vulgatam nostram editionem testimonium quærens, & non inueniens, offenderetur: quam notam ponere omisimus, vbi locus cum lxx. consentiens, in vulgata nostra reperitur editione. Hæc autem res, minima forsan aliquibus videatur; nobis certe maioris laboris fuit, quam quiuis existimare possit: quippe cum pro vno testimonio inueniendo, integrum interdum volumen Græcum voluere, legereque necesse fuerit. At vtilitatis fore magnæ, omnes absque dubietate aliqua fatebuntur. In Psalmis nihil tale perpessi sumus, sunt enim in vulgata editione ijdem illi quos lxx. verterunt: quos ad se emendatos, & cum gaudio à Romana Ecclesia susceptos, sæpe Hieronymus gloriatur. Non enim quos ipse ex Hebraico transtulit, sed quos à lxx. translatos ipse è Græco emendauit, legit Ecclesia. Errores præterea insignes vltra mille & ducentos ex opere sustulimus: eos autem ex annotationibus, quas in fine sexti voluminis apponemus, videre quilibet poterit. Non enim satis nobis fuit sustulisse errores, nisi qua ratione sublati illi fuerint, demonstraremus. Postremo omnium, indicem locupletissimum composuimus, in quo Græca etiam, Hebræaque nomina posita à nobis sunt: Hebræis tamen à Latinis, Græcisque seiunctis. Hæc sunt Beatissime pater, quæ nos in D. Hieronymo elaborauimus. Superest, vt tam sanctum, atque vtile opus, quod tuo nomini dicatum prodit in vulgus, ea animi pietate, qua sacrosanctam Christi religionem amplecteris, ac foues, illaque vultus hilaritate, qua vti Pastor vniuersalis Ecclesiæ, omnes iuuas, suscipias, tuearisque. Habes enim Hieronymum huius Apostolicæ sedis strenuum defensorem, & hæreticorum omnium acerrimum impugnatorem: quem restitutum, pro veritate inuenienda, in tanta religionis perturbatione, cunctis legendum præbere possis. Munus enim Pastoris est quod tu summa cum laude semper es executus sanam, Catholicamque doctrinam, vti vitale ouium pabulum, populis sibi creditis exhibere. Et huius sanctæ sedis proprium est dicente Christo ad Petrum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Tu autem aliquando conuersus confirma fratres tuos non solum non labi, sed etiam labentes alios retinere, prolapsosque erigere, & confirmare. At quis hac in re melius, eruditius, & plenius iuuare sanctitatem tuam, quam vnus potest Hieronymus? In eum enim ita se cumulate omnes scientiæ contulerunt, vt non solum illum Catholici venerentur, & hæretici extimescant, sed quid ab eo ignoratum sit, nouerit nemo. Omitto vitæ sanctitatem, qua illum vniuersus orbis semper est admiratus. Taceo ardentissimum eius contra hæreticos zelum: qui talis ac tantus fuit, vt nulla fere in his Commentarijs inueniatur pagella, in qua eos acriter non redarguat, in eisque Nouatores nostri temporis non iugulet, configatque. Quod autem nitidior, emendatiorque nunc prodeat in vulgus (quia tua id factum est opera) tibi omnis debebit posteritas, omnis te prædicabit Ecclesia. Sublati sunt enim ab eo omnes ferme, qui vel temporum iniuria, vel librariorum imperitia, aut impressorum incuria, & hæreticorum vafritia errores irrepserant: & ita veluti multis elutus maculis è sua Bethlehem lætiori vultu ad nos reuertitur: Quantum enim hæc editio Transalpinæ præstet editioni, & quam germanior sit Germana, eruditorum hominum erit iudicium. Reliquum est, vt me ætate iam, & valetudine decidentem, tua sanctitas diligat: eamque Christus saluator noster, ad totius Ecclesiæ vtilitatem diu nobis seruet incolumem.

D. HIERONYMI PRESBYTERI,

IN PRIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

EXpletis longo vix tempore in duodecim Prophetas, viginti explanationum libris, & in Danielem Commentarijs: cogis me virgo Christi Eustochium transire ad Esaiam, & quod sanctæ matri tuæ Paulæ dum viueret pollicitus sũ, tibi reddere: quod quidem & eruditissimo viro fratri tuo Pammachio promisisse me memini: cũque in affectu par sis, vincis præsentia. Itaque & tibi & illi per te reddo quod debeo, obediens Christi præceptis, qui ait: *Scrutamini scripturas.* Et: *Quærite, & inuenietis*: ne illud audiam cum Iudæis: *Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei.* Si enim iuxta Apostolũ Paulum, Christus Dei virtus est, Deique sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiã ignoratio scripturarũ, ignoratio Christi est. Vnde orationum tuarũ fultus auxilio, quæ diebus ac noctibus in Dei lege meditaris, & templũ est spiritus sancti, imitabor patrem familias, *qui de thesauro suo profert noua & vetera*: & sponsam dicentẽ in Cantico canticorum: *Noua & vetera fratruelis meus seruaui tibi*: sicque exponã Esaiã, vt illum non solum Prophetam, sed Euangelistã, & Apostolũ, doceã. Ipse enim de se & de cæteris Euãgelistis ait: *Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacẽ.* Et ad ipsũ quasi ad Apostolũ loquitur Deus: *Quem mittã? & quis ibit ad populũ istum?* Et ille respõdit: *Ecce ego, mitte me.* Nullusque putet me voluminis isti argumentũ breui cupere sermone cõprehendere: cũ vniuersa Dñi sacramẽta præsens scriptura cõtineat, & tã natus de virgine Emmanuel, quã illustriũ patrator operũ atq; signorũ, mortuus ac sepultus, & resurgẽs ab inferis, & Saluator vniuersarũ gentiũ prædicetur. Quid loquar de physica, ethica & logica? quidquid sanctarũ est scripturarũ, quidquid potest humana lingua proferre, & mortaliũ sensus accipere, isto volumine cõtinetur. De cuius mysterijs testatur ipse qui scripsit. *Et erit vobis visio omniũ sicut verba libri signati, quẽ cũ dederint scienti litteras, dicẽt: Lege istũ, & respondebit: Non possũ, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturque ei, Lege, & respondebit, Nescio literas.* Siue igitur hunc librũ dederis nesciẽti literas populo nationũ, respõdebit: Non possũ legere, quia nõ didici literas scripturarũ. Siue dederis scribis & pharisæis, qui Legis literas nosse se iactãt, respõdebunt: Nõ possumus legere, quia signatus est liber. Qui idcirco eis signatus est: quoniã nõ receperunt eũ, *quẽ signauit pater: qui habet clauẽ Dauid: qui aperit & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit.* Neq; vero (vt Montanus cum insanis feminis somniat) prophetæ in ecstasi sunt locuti, vt nescirẽt quid loquerẽtur, & cum alios erudirẽt, ipsi ignorarẽt quid dicerẽt, de quibus Apostolus ait: *Nescientes quæ loquantur, neque de quibus affirment*: sed iuxta Salomonem, qui loquitur in Prouerbijs. *Sapiens intelligit quæ profert de ore suo, & in labijs suis portabit scientiam*: etiam ipsi sciebant quid dicerent. Si enim sapientes erant Prophetæ, quod negare non possumus, & Moyses omni eruditus sapientia loquebatur ad Dñm, & Dominus

Ioan 6.f. *Matt.7.a*
Ibid. 22.
Mat.15.g *Cant. 7.a*
Esa.52.b.
Ibid. 6.c.
Esa.29.d.
Ioan. 6.c. *Apoc.3.b.*
1 Tim.4.b *Prou. 16.* *Sept. 70.* *Heb.3.a.* *Eccl.28.a*

nus repondebat ei: Et de Daniele ad principem Tyri dicitur: *Numquid tu sapientior es Daniele?* Et Dauid sapiens erat qui gloriabatur in Psalmo: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*: Quomodo sapientes Prophetæ instar brutorum animantium quid dicerent ignorabant? Legimus & in alio Apostoli loco: *Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt*, vt in sua habeant potestate quando taceant, quando loquantur. Quod si cui videtur infirmum, illud eiusdẽ Apostoli audiat: *Prophetæ duo, aut tres loquantur, & alij dijudicent si autẽ alij fuerit reuelatũ sedenti, prior taceat.* Qua ergo possunt ratione reticere, cum in ditione sit spiritus, qui loquitur per Prophetas, vel tacere, vel dicere? Si ergo intelligebant quæ dicebant, cuncta sapientiæ rationisque sunt plena: nec aer voce pulsatus ad aures eorum perueniebat, sed Deus loquebatur in animo Prophetarum, iuxta illud quod alius Propheta dicit: *Angelus qui loquebatur in me.* Et: *Clamantes in cordibus nostris, abba pater.* Et: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Vnde post historiæ veritatem, spiritualiter accipienda sunt omnia, & sic Iudæa & Hierusalem, Babylon & Philistijm, Moab & Damascus, Ægyptus & desertum Mare, Idumæa & Arabia, ac vallis Sion, vel vallis visionis, & ad extremum Tyrus, & visio quadrupedum, intelligenda sunt, vt cuncta quæramus in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus Apostolus iaciat fundamentum, quod non est aliud præter Christum Iesum. Magnique laboris & operis est, omnem Isaiæ librum velle edisserere, in quo maiorum nostrorum ingenia sudauerunt: Græcorum dico. Cæterum apud Latinos grande silentium est, præter sanctæ memoriæ martyrem Victorinum, qui cum Apostolo dicere poterat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Scripsit enim in hunc Prophetam iuxta editiones quatuor, vsque ad visionem quadrupedum in deserto: Origenes triginta volumina, è quibus vicesimus sextus Liber non inuenitur. Feruntur & allij sub nomine eius de visione τετραποδων duo ad Gratam libri, qui pseudographi putantur, & vigintiquinque Homiliæ & σημειωσεις quas nos excerpta possumus appellare. Eusebius quoque Pamphili: iuxta historicam explanationem, quindecim edidit volumina: & Didymus, cuius amicitijs nuper vsi sumus, ab eo loco vbi scriptum est: *Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes: loquimini ad cor Hierusalem*, vsque ad finem voluminis, decem & octo edidit tomos. Apollinarius autem more suo sic exponit omnia, vt vniuersa transcurrat, & punctis quibusdam atque interuallis, imo compendijs grandis viæ spacia præteruolet: vt non tam commentarios, quam indices capitulorum nos legere credamus. Ex quo animaduertis quantæ difficultatis sit, vt Latini nostri, quorum aures fastidiosæ sunt, & ad intelligendas scripturas sanctas nauseant, plausuque tantum eloquentiæ delectantur, mihi ignoscant, si prolixius locutus fuero: cum Esaias duodecim prophetis, iuxta numerum versuum, aut æqualis, aut maior sit. Sicubi autem prætermisis septuaginta de Hebraico disputaui, illud in causa est, quod aut eadem, aut similia sunt pleraque cum cæteris, & duplici editione proposita, nolui libros explanationis extendere, qui etiam in simplici explanatione modum breuitatis excedunt. Sed iam propositum exequamur.

Psal. 50.b
1. Cor. 14. f.
Ibid.
Zach. 1. c
Gal. 4. a.
Psal. 84. b
1. Cor. 3. b
2 Cor. 11. b
Esa. 40. c.

FINIS.

COMMENTARIORVM
HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM.
LIBER PRIMVS.

VISIO *Esaiæ*, &c.] Super Iudam & Hierusalem. Pro Iuda, in quo significantur duæ tribus, LXX. & Theodotio posuere, Iudæam: quæ totam terram duodecim tribuum ostendit. Et pro eo quod nos ex Hebræo vertimus, super Iudam & Hierusalem: illi interpretati sunt, contra Iudæam & Hierusalem. Symmachus more suo manifestius, de Iuda & Hierusalem: vt nec prospera nec aduersa velit titulo demonstrari, sed ea quæ de Iuda & Hierusalem in vtramque partem propheticus sermo prædixerit. Ergo Esaias principaliter de duabus loquitur tribus, Iuda & Beniamin, exceptis decem, quæ in Samaria erant, & vocabantur Ephraim & Israel: & quas sub Ozia rege Iuda & Hierusalem, Phul rex Assyriorum vastate iam cœperat. Denique quinquagesimo & secundo Imperij eius anno, regnante apud Samariam Phacee, filio Romeliæ, venit Teglatphalasar rex Assyriorum, & cepit Ahion & Abel domum Maacha, & Ionaha & Cedes & Asor & Galaad & Galilæam, omnem terram Nephthalim: & transtulit eos in Assyrios. Ex quo ostenditur, vicina euersione Samariæ in commotionem duarum tribuum hæc vniuersa narrari. Ozias autem ipse est qui & Azarias, duplici nomine: & vno quidem atq; eodé tempore: Esaiã, Osee, Ioel, & Amos prophetasse ex regibus, qui ponuntur in titulo, cognoscimus: sed principium verbi Domini fuit in Osee, filio Beeri. Amos autẽ pater Esaiæ, non, vt plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed aliis, diuersisque apud Hebræos scribuntur literis. Iste primam & extremam literas habet Aleph א & Sade צ, ille Ain ע & Samech ס: & iste secundũ quosdã interpretatur fortitudo siue robustus, ille populus durus vel grauis: de quo in Amos plenius diximus. Non solũ autẽ hic propheta, sed & alii, cum habeãt in titulo: Visio quã vidit Esaias siue Abdias: non inferũt quid viderint. Verbi gratia: *Vidi dominũ sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatũ, & seraphim duo in circuitu eius*: sed quæ dicta sint, narrãt: id est: *Audi cælum, & auribus percipe terra.* Et: *Hæc dicit Dominus Deus ad Idumeam: Auditum audiui à Domino, & legatum ad gentes misit.* Prophetæ enim prius vocabantur videntes, qui dicere poterãt: *Oculi mei semper ad Dominũ.* Et: *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælo.* Vnde & apostolis à Saluatore præcipitur: *Leuate oculos vestros, & videte regiones: quiaiã albæ sunt ad messẽ.* Istos cordis oculos, & sponsa habebat in Cãtico canticorũ: cui sponsus dicit: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meũ in vno ex oculis tuis.* Et in euãgelio legimus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* In veteri quoq; dicitur Instrumẽto, quod populus viderit vocem Dei. Ex quo Montani deliramẽta cõticeant, qui in extasi & cordis amentia prophetas putat vẽtura dixisse: neq; enim videre poterãt, quod ignorabant. Scio quosdã Iudæã & Hierusalem, de cælestibus interpretari: & Esaiã sub persona domini Saluatoris: quod captiuitatem illius prouinciæ in nostra terra prænunciet: & postea reditũ consensumq; ad montẽ sanctũ in diebus nouissimis: quæ nos cõtraria Christianorũ fidei iudicantes, vniuersa despicimus: & sequentes historiæ veritatẽ sic interpretamur spiritualiter, vt quicquid illi de cælesti Hierusalem somniãt, referamus ad Christi ecclesiã, & ad eos qui vel propter peccata egrediuntur ex ea, vel ob pœnitentiã reuertuntur ad sedem pristinã. De qua & illud in hoc codẽ propheta dici arbitramur. *Illuminare, illuminare Hierusalem: venit enim lux tua, & gloria Domini super te orta est: & in te apparebit Dominus, & gloria illius super te ostendetur: & gradientur reges in lumine tuo, & gentes in splendore tuo: quando venient omnes filij eius de longè, & filiæ illius in humeris portabuntur, & operient eam cameli Madiam & Epha, afferentes aurum & thus: & greges Cedar congregabuntur in Hierusalem, & arietes Nabaioth properabunt, & erunt placabiles hostiæ super altare Domini.* Quodque in titulo ponitur prophetasse eum sub Ozia, & Ioathan, & Achaz, & Ezechia regibus Iuda: non vt in aliis propheris confusè intelligendum est, vt nesciamus quid sub quo specialiter regedictum sit, sed vsque ad finem voluminis scriptum refertur, quid seorsum sub Ozia, & quid sub Ioathan, quid sub Achaz, & quid sub Ezechia ei à Domino reuelatum sit. Sciamus quoque Ezechiam in Hierusalem duodecimo anno Romuli, qui sui nominis in Italia condidit ciuitatem, regnare cœpisse: vt liquido appareat, quãto antiquiores sint nostræ historiæ, quã gentium cæterarum. Interpretatur autẽ Esaias saluator domini: Iuda, confessio: Hierusalem, visio pacis: Ozias, fortitudo domini: Ioatham, domini perfectio: Achaz, tenẽs siue robustus: Ezechias, imperium domini. Qui igitur domino præsidente saluatur, & est filius Amos, id-est, fortis atq; robusti, cernit spiritualiter visionẽ cõfessionis, dũ antiqua peccata deplangit: & pacis, dum post pœnitentiã transit ad lucem, & æterna pace requiescit: cunctaq; illius tẽpora transeunt sub fortitudine domini, & perfectione eius ac robore. *Cumque omnia fecerit*, dicet illud euangelicum: *Serui inutiles sumus: quod enim facere debuimus, fecimus.*

CAPVT I.

VISIO Esaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ, regum Iuda. [a] Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus est: Filios genui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor, & plaga tumens, non est circumligata medicamine, nec curata oleo, nec fota vngentis. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & deserta erit sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion quasi tugurium in vinea, & quasi cucumerarium in terra cucumerum, & quasi ciuitas quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen paruum, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite verbum Domini principes Sodomæ, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus? plenus sum holocaustis arietum, & adipe pinguium, & sanguine vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata & festiuitates alias non recipit anima mea, festus dies vester mihi factus est quasi grauis bestia portare eam laboraui. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum à conspectu oculorum meorum, quiescite agere peruerse. Discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si rubra fuerint quasi vermiculus, velut lana candescent. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis & me ad iracundiam concitaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est hæc. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aquis. Principes tui infidi, socij furum, omnes diligunt munera, sectantur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Propterea ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Væ, consolabor super hostibus meis, & vlciscar me de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. Et restituam iudices tuos sicut fuerant prius, & consiliarios tuos sicut ab initio: & post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Et conteret scelestos & peccatores simul, & qui dereliquerunt legem Domini consumentur. Confundemini enim super idolis quibus sacrificastis, & erubescetis super hortis quos elegistis. Cum enim fueritis quasi terebinthus defluens folio, & quasi hortus absque aqua, & erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vterque pariter, & non erit qui extinguat. Sermo quem vidit Esaias filius Amos super Iudam & Hierusalem. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eminebit super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et properabunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, & non exercebuntur vltra ad prælium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt sicut olim à regione Palæstinorum, & pueris alienigenarum adhæserunt. Repleta est terra eius argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Repleta est terra eius equis, & non est finis curribus eius. Repleta est terra eius idolis, opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et curuabitur homo, & humiliabitur vir, & ne dimittas eis. Ingredere petram, & abscondere in fouea humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliabuntur, & curuabitur altitudo virorum, & exaltabitur Dominus solus in die illa. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & arrogantem, & super omnem elatum, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani excelsas & sublimes, & super omnes quercus Basan. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eminentes. Et super omnem turrem excelsam, & super omnem murum munitum. Et super omnes naues Tharsis, & super omnem picturam pulchritudinis. Et curuabitur altitudo hominis, & humiliabitur sublimitas virorum, & exaltabitur Dominus solus in die illa. Et idola penitus conterentur. Et ingredientur in cauernas petrarum, & in speluncas humi à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit vt conterat terram. In die illa proiciet homo idola argenti sui, & idola auri sui quæ fecerunt sibi vt adorent talpis & vespertilionibus. Vt ingrediatur in scissuras petrarum, & in cauernas rupium à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit vt conterat terram. Quiescite ergo vos ab homine cuius spiritus in naribus eius est, quia quasi quid æstimatus est? Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet de Hierusalem & de Iuda fortem & robustum, omnem fortitudinem panis, & omnem fortitudinem aquæ. Fortem & virum bellatorem, iudicem & prophetam, & prudentem & senem. Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem fabrum, & intellectum habentem in mysterio. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Et irruet populus vnusquisque contra proximum suum, & vir contra amicum suum. Proteruiet puer contra senem, & ignobilis contra honorabilem. Si apprehenderit homo fratrem suum de domo patris sui, dicens: Vestimentum habes, princeps noster esto, & ruina hæc sub manu tua. Respondebit in die illa dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, & non est vestimentum, nolite constituere me principem populi. Ruina enim Hierusalem, & Iuda corruit, quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum, vt exacerbent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicabunt, nec abscondent. Væ animæ eorum, quia retribuerunt sibi malum. Dicite iusto quia bene, quoniam fructum studiorum suorum comedet. Væ impio in malum, retributio manuum eius fiet ei. Populum meum exactores depredati sunt, & fœneratores dominati sunt eius. Populus meus, qui te beatum dicebant, ipsi te decipiebant, & viam gressuum tuorum dissipauerunt. Stat ad iudicandum Dominus, & astat ad iudicandos populos. Dominus in iudicium veniet cum senibus populi eius & principibus eius. Vos enim depastis vineam meam, & rapina pauperis in domibus vestris. Quare attritione populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum. Et dixit Dominus: Pro eo quod elatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant pedibus, & in choro ducebant, calua faciet Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & mundos gestamina, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria vestimenta, & palliola, & lineamenta, & crispinula, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suauitate odoris fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispo crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium, & pro pulchritudine tua stigma. Muri tui lugebunt & plangent, & tu in solitudine sedebis. Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantum vocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion & vbi inuocatus est, nubem per diem & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

verterit, dixeritque, *Filius primogenitus meus Israel.* Denique & dominus in euangelio Apostolis repromittit, quòd si fecerint voluntatem eius, iam non appellet eos seruos, sed amicos. Quod si superbierit Israël, audiens se esse primogenitum, intelligat primogenitum idcirco se dici, quia secundi filij dicentur ex gentibus. Non enim appellatur vnigenitus, qui excludat cæteros fratres: sed primogenitus, vt monstret & alios secuturos: & tamen iuxta mysteria scripturarum, non primogeniti accipiunt hæreditatem, sed secundi. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerunt Deo. Primogenitus Israël, sed Isaac accepit hæreditatem. Primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator præripuit. Primogenitus Ruben, sed tamen benedictio seminis Christi transfertur ad Iudam. Itaque illi iuxta vocationis ordinem primi fuerunt & appellabantur caput: nos secundi qui dicebamur cauda, versi sumus in caput, & Dei appellamur filij. *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nec accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater: quia perfecta dilectio foras mittit timorem.* Melius est autem iuxta Hebraicum legere: *Filios enutriui*, quam genui: ne videatur illi dicto, quod in Ioannis epistola legimus, esse contrarium: *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat*: ergo isti si nati sunt ex Deo, quomodo peccare potuerunt: cum omnis, qui ex Deo natus est, peccare non possit?

a ¶ *Cognouit bos possessorem suum*, &c.] Pro quo soli Lxx. transtulerunt: Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit: Vt iuxta cæteros, & Hebraicum, possessorem suum Israël non cognouerit, & præsepe domini sui populus non intellexerit. Et est sensus perspicuus: Ego eos adoptaui in filios, & feci populum peculiarem, & partem meam ac funiculum hæreditatis meæ, appellauitque eos primogenitos: illi autem ne hoc quidem fecerunt, quod bruta faciunt animalia, vt beneficiis vincerentur & intelligerent pastorem ac nutricium suum. Nec comparauit eos canibus, quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo dominorum tecta defendit, sed stolidioris sensus boui & asino: quorum alterum carpenta trahens, durissimas terræ glebas vertit vomere: alterum portat onera, & hominum in gradiendo laborem temperat: vnde & iumenta appellantur ab eo quod iuuent homines. Potest hic locus & de Deo patre intelligi, sed magis refertur ad filium, quod non cognouerit eum, neque susceperit populus Israël: Cuius diem Abraham vidit, & lætatus est: & in cuius aduentu omnium prophetarum vota pendebant. Qui & in euangelio ad Hierusalem loquitur: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti?* Quærimus vbi pariter legerimus boum & asinum? In Deuteronomio scriptum est: *Non arabis in vitulo simul & asino.* Et in hoc eodẽ Esaia: *Beatus qui seminat super omnem aquam, vbi bos calcat & asinus.* Simul arat in boue & asino Hebeon: dignus pro humilitate sensus, paupertate nominis sui: qui sic recipit euangelium, vt Iudaicarum superstitionum quæ in vmbra & imagine præcesserunt, cæremonias non relinquat. Beatus est autem qui seminat in eloquiis scripturarum tam veteris quam noui Instrumenti: & calcat aquas occidentis litteræ, vt metat fructum spiritus viuificantis. Bos iuxta anagogen refertur ad Israel, qui legis portauit iugum, & mundum animal est. Asinus peccatorum onere prægrauatus, gentium populus accipitur: cui dominus loquebatur: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Pharisæis ergo & Scribis non credentibus, qui habebant legis claucm atq; notitiam, & vere appellabantur Israël, id est, mens videns Deum: credidit pars populi Iudæorum, vt vna die tria millia simul crederent, & alia die quinque millia. Sapientibus quoque sæculi non recipientibus crucem Christi, indocta nationum turba susceptit. Vnde & Apostolus loquebatur: *Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & quæ infirma sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Sed hæc coacta, superior vera interpretatio est.

Exod. 4. f. Ioan. 15. b

Gen. 4. Ibid. 21. 27.

1. Cor. 1. d

spreuerũt me. a Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe domini sui. Israel non cognouit, & populus meus non intellexit. b Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctũ Israël: abalienati sunt retrorsum. c In quo percutiam vos vltra addẽtes præuaricationem. d Omne caput languidũ & omne cor mœrens. a A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas: Vulnus & liuor & plaga tumens, b nõ est circũligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. c Terra vestra deserta: ciuitates vestræ igne succensæ: regionẽ vestram in conspectu vestro alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. d Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculũ in vinea, sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur. e Nisi dominus exercituũ reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissemus: & quasi Gomorra similes essemus. f Audite verbũ domini principes Sodomorum: percipite auribus legẽ Dei

b ¶ *Væ genti peccatrici*, &c.] Hoc quod in vltimo posui, *abalienati sunt retrorsum*, Lxx. interpretes non habẽt: & pro *populo graui iniquitate, populo leprosorum peccatis*; & pro *blasphemauerunt*, scribitur in eis, *iracundiã concitauerũt*: & pro *semini nequã, semẽ pessimum*: quod cæteri sequentes Hebraicũ מרעים interpretati sunt *pessimorum*: vt non tam seminis vitium sit, ne boni & mali diuersa putentur esse natura, quam eorum malitiæ, qui voluntate propria dominum dereliquerunt. In principio voluminis titulus est, personam, causam, tempusque commemorans. In secundo intentos auditores facit. In tertio narrat quid locutus sit dominus. In quarto quasi in excessibus gentem increpat peccatricem, & populum plenum vel grauem iniquitate. Non quod alia sit gens, & alius populus, vt quidam putant: sed ipse Israel, & gens appellatur & populus, & filij scelerati siue iniqui: vt qui primum per beneficium filij appellati sunt domini, postea vitio suo vocarentur *filij iniquitatis*, siue, vt reliqui consona voce dixerunt, filij corrumpentes, id est, υἱοὶ διαφθείροντες, qui naturæ bonum suo vitio perdiderunt. Quodque iungitur: *Blasphemauerunt sanctum Israel*: proprie de Iudæis dicitur conclamantibus. *Non habemus regem nisi Cæsarẽ.* Et: *Nonne hic est filius fabri? & dæmonium habet & Samaritanus est.* Quia igitur dereliquerunt Christum, & *blasphemauerunt sanctum Israel*: idcirco *abalienati sunt retrorsum*: vt qui appellabantur pars & filij Dei, postea dicerentur: *Filij alieni mentiti sunt mihi.* Præcepit Saluator, ne aprehenso aratro respiciamus post tergum: ne imitemur vxorem Lot. Vnde & Apostolus extendens se in priora, posteriorum obliuiscitur. Quod autem dixit iuxta Lxx. *populo pleno peccatis*: ostendit nullam speciem peccatorum in Israel populo non fuisse. Sin autem legerimus, vt in Hebraico est: *Populo graui iniquitate*: Illius testimonij recordemur: quod iniquitas sedeat super talentum plumbi: & ex peccatoris persona dicatur in psalmo tricesimoseptimo: *Eleuatæ sunt iniquitates meæ super caput meum*: *Quasi onus graue grauatæ sunt super me.* Manifesta transcurrimus, vt in obscurioribus, & iis quæ explanatione indigent, immoremur.

m Mereim

Ioan. 19. c. Marc. 6. a Ioan. 8. f.

Psal. 17. g. Luc. 9. d Philip. 3. c

Zach 5 e

c ¶ *In quo percutiam*, &c.] Quo testimonio discimus idcirco dominum percutere delinquentes, vt percussos corrigat, & non tam pœna sit quam emendatio. Estque sensus: Non inuenio quam plagis vestris possim adhibere medicinam: omnia membra vestra plena sunt vulnerum: nullam partem corporis, quæ non sit ante percussa, reperio. Vel certe hoc modo: nullas inuenio plagas, quibus vestram frangam duritiam. Quanto enim tormenta maiora sunt, tanto magis crescit impietas & iniquitas, siue, vt Theodotio transtulit, declinatio: vt recedatis & declinatis à domino. Quale est illud Hieremiæ: *Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non recepistis.* Vnde iratus loquitur per Oseæ: *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ: & super nurus vestras, cum adulterauerint.* Et per Ezechielem: *Zelus meus recedet à te: & non irascar tibi amplius.* De quibus & in psalmis legimus: *Non est firmamentum in plaga eorum: & in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabuntur.*

Hier. 2. b Osee 4. d. Ezech. 16. e Psal. 72. d

d ¶ *Omne caput languidum*, &c.] Animi lætitia interdũ dolorem corporis mitigat: quod si ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. Inter ipsos quoq; sensus & omnia membra corporis principalem locum obtinet caput: in quo visus & odoratus, auditus & gustus est. Cum igitur caput doluerit, omnia membra debilia sunt. Et per metaphoram docet quod à principib. vsque ad extremam plebem: à doctorib. vsq; ad imperitum vulgus in nullo sit sanitas: sed omnes in impietatem pari ardore consentiant.

a ¶ *A planta pedis vsque ad verticem*, &c.] Seruat cœptã translationem: A pedibus vsque ad verticem: id est, ab imo vsque ad summum, ab extremis vsque ad primos, toto confossi sunt corpore. *Vulnus*, inquit, *& liuor & plaga tumens*: aut enim verberibus liuẽt corpora, aut plagis tument, aut hiant vulneribus. Quærimus cui hæc tempori coaptandæ sint. Post Babylonicam captiuitatem sub Zorobabel, & Ezdra, ac Neemia, Israel reuersus est in Iudæam, & antiquum recepit statum. Sub diuersis quoque principibus ac regibus, templum augustius fabricatum est, in tantum vt etiam externarum gentium, Lacedæmoniorum, & Athenensium, ac Romanorum mererentur amicitias. Ergo hoc quod dicit: Non est in eo sanitas: ad extremam refert captiuitatem: quando post Titum, & Vespasianum, & vltimam euersionem Hierusalem, sub Ælio Hadriano vsque ad præsens tempus nullum remedium est: impleturque quod scriptum est, *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum: Non est vsq; ad vnum* Quodque infertur: non est in eo sanitas: vel in populo intellige, vel in corpore vel in capite.

Psal. 13. a.

b ¶ *Non est circumligata*, &c.] Pro quo Lxx. transtulerunt: *Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.* Vsque hodie vulnus, & liuor, & plaga tumens populi Israel, non est circumligata fasciolis, nec curata medicamine. Quod Aquila interpretatus est, μάτσαν: linteola videlicet: quæ ad exsiccandam saniem, & purulentias extrahendas iniiciuntur vulneribus. *Neque fota oleo*: vt eorum duritia lacrymis pœnitentiæ molliretur. Pro fasciolis, quibus Israelis nequaquam circumligata sunt vulnera, Lxx. malagma transtulerunt. Iacet ergo confossus & contrucidatus Israel: quia interfecit medicum, qui ad curandam venerat domum Israel. Vnde & in Hieremia propheta τροπικῶς sub persona Babylonis loquuntur angeli: *Curauimus Babylonem: & non est sanata*, vrbem videlicet confusionis atque vitiorum. Et in euangelio legimus: descendentem de Hierusalem in Hiericho à latronibus vulneratum, curatumque à Samaritano, & post austeritatem vini infusam vulneribus eius olei mollitudinem. Ab eo ergo loco, vbi supra dixerat: In quo percutiam vos. Et: *Omne caput languidum*: vsque ad hoc quod infertur: *Non est curata medicamine, neque fota oleo*: translationis similitudo seruatur: & irremediabilium descriptio vulnerum, æternam captiuitatem exprimit Iudæorum.

Hier. 51. a Luc. 10. e

4. Reg. 17. e

c ¶ *Terra vestra deserta*, &c.] Hæc sub Babyloniis ex parte completa sunt: incenso templo, subuersa Hierusalem: quando regionem decem tribuum Samaritani possederunt: & in tantam redacta est terra repromissionis solitudinem, vt à leonibus vastaretur. Plenius autem atque perfectius, quid futurum sit sub Romana captiuitate, describitur: quando vniuersam Iudæam Romanus vastauit exercitus: ciuitatesque succensæ sunt, & regionem eorum in præsentiarum alieni deuorant: & vsque ad finem mundi perseuerabit vastitas Iudæorum. Possumus autem hæc tropologice de peccatoribus accipere: qui de sanctitate pristina corruerunt, postquam contrariis fuerint traditi potestatibus: quod omnia eorum bona veniant ad desertum: & prioris iustitiæ Deus non recordetur: & igne diaboli omnia succendantur. & sint pabulum bestiarum: de quibus & in alio loco scriptum est: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.*

Psa' 73 d

b ¶ *Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea*, &c.] Quod vinea appellatus sit omnis Israel: idem in consequentibus propheta testatur, dicens: *Vinea* enim *domini sabaoth, domus est Israel: & homo Iuda, nouella plantatio atque dilecta.* Et in psalmo: *Vineam de Ægypto transtulisti: elegisti gentes, & plantasti eam.* Hæc vinea quamdiu vberrimos attulit fructus, habuit custodem Deum. De quo scribitur: *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* Postquam vero vindemiauerunt eam omnes transeuntes viam: & vastauit eam aper de silua: reliquit templum suum dominus: iratusque consurgens ait: *Surgite abeamus hinc.* Et: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Et per Hieremiam: *Reliqui domum meam: dimisi hæreditatem meam. Facta est hæreditas mea mihi, sicut leo in silua: dedit super me vocem suam, propterea odiui eam.* Similitudo autem vastationis templi, & Hierusalem sumpta est ab agricolis: qui quamdiu vinea vuarum plena est, ponunt custodes in vmbraculis. *In cucumerario* quoque, quod Lxx. pomorum custodiam vocant, parulæ fiunt casulæ, propter ardorem solis ac radios declinandos: & inde vel homines, vel bestiolas, quæ insidiari solent natis frugibus abigunt. Cum autem ablata fuerint istiusmodi genimina, remanent arentia fruticum vmbracula, casulæque recedente custode, quia non habet vltra quod seruet. Ergo & omnipotens Deus dereliquit templum, & vrbem fecit esse desertam: quod non necesse est sermonibus approbare, nobis præsertim, qui videmus desertam Sion, & euersam Hierusalem, templumque vsque ad solum dirutum. Quod autem filiam Sion vocat, clementissimi parentis monstrat affectum. Nec mirum si Sion appelletur filia, cum etiam Babylon sæpissime filia nũcupetur. Omnes enim natura filij Dei sumus, sed nostro vitio alieni efficimur. Iuxta anagogen, vinea Dei & pomorum paradisus, anima nostra appellari potest: cui si mens, id est, νοῦς præfuerit, habet custodem mentis Deum: sin autem vitia nos quasi quædam bestiæ fuerint deprædata, relinquemur à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem.

Isai. 5. b

1 Sal. 79. b

Iud. 12. a

a ¶ *Nisi dominus exercituũ reliquisset nobis semen*, &c.] Hũc locum Paulus Apostolus ad Romanos plenius disserit scribẽs. *Dico ergo: Numquid repulit Deus populũ suum? Absit: nã & ego Israelita sum ex semine Abrahæ de tribu Beniamin. Nõ repulit Deus plebẽ suã quam præscisuit.* Et post paululũ: *Sic ergo & in isto tẽpore reliquiæ secũdum electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt.* Ex quo ostenditur, superiora, quæ contra Hierusalem & Iudam sermo propheticus comminatus est, non ad Babylonicæ captiuitatis referenda tempus, sed ad vltimam Romanorum: quando in Apostolis saluæ factæ sunt reliquiæ populi Iudæorum: & vna die crediderunt tria millia, & altera quinque millia: & in toto orbe euangelij seminatum est. Pro *domino exercituum*, quod nos, secuti Aquilã, in Latinũ vertimus: in Hebræo legitur, *dominus sabaoth*: quod Lxx. interpretes pro locorum qualitate dupliciter transferunt, aut dominum virtutum: aut dominum omnipotentẽ: Et quærendum vtrum de patre dicatur an de filio. Nec dubium quin illud, quod in vicesimotertio psalmo legitur. *Attollite portas principes vestras: & eleuamini porta æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus sabaoth*: id est *dominus virtutum, ipse est rex gloriæ*: ad Christum referatur, qui post passionis triumphum ad cœlos victor ascẽdit. Et in alio loco de domino dicitur, quod rex gloriæ sit: *Si enim cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent.* Ergo non solum iuxta Apocalypsim Ioannis, & Apostolum Paulum: sed in veteri quoque testamẽto, dominus sabaoth, hoc est omnipotens, Christus appellatur. Si enim omnia patris filij sunt, & vt ipse loquitur in euangelio, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Et: *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & glorificor in eis*: Cur non etiam omnipotentis nomen referatur ad Christum: vt sicut Deus Dei, & dominus domini, sic omnipotens omnipotentis filius sit.

Rom. 1. a

Act. 2. & 4.

1. Cor. 2. b

Apoc. 1. 16. 1. Tim 6. c

Matt. 20. d Ioan. 17. b

f ¶ *Audite verbum domini principes Sodomorum*, &c.] Saluis factis reliquiis per Apostolos populi Israel, ad scribas & Pharisæos & populum subclamantem: *Crucifige, crucifige talem*: propheticus sermo conuertitur: & vocat eos *principes Sodomorum & populum Gomorræ*: iuxta illud quod

Luc. 13. d

in consequentibus legimus: *Iniquitatem suam sicut Sodoma annunciauerunt & ostenderunt. Væ animæ eorũ, quia cogitauerunt consiliũ pessimũ contra semetipsos, dicentes: Alligemus iustum quoniam inutilis est nobis.* Ergo propterea principes vocantur Sodomorum, & populus Gomorræ, quia cogitauerunt consilium pessimum: & alligauerunt iustum atque dixerunt: *Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Et rursum: *Nos scimus quia Moysi locutus est Deus*: istũ autem quis sit, nescimus. Simulque gloriantes in euangelio: *Semen Abrahæ sumus: & nemini vnquam seruimus*: audiunt à domino Saluatore: *Si essetis filij Abrahæ, vtiq; opera Abrahæ faceretis.* Et rursũ: *Vos ex diabolo patre nati estis: & opera patris vestri vultis facere.* Tale quid & Ezechiel ad Hierusalem loquitur: *Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Aiunt Hebræi ob duas causas interfectum Esaiam: quod principes Sodomorum & populum Gomorræ eos appellauerit: & quod domino dicente ad Moysen: *Non poteris videre faciem meam*: iste ausus sit dicere: vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: non considerantes quod faciem & pedes, Dei siue suos, quia in Hebræo ambigue legitur, seraphim texerint: & media tantum eius Esaias vidisse se scribat. Homo igitur Dei faciem videre non potest: Angeli autem etiam minimorum in ecclesia, semper vident faciem Dei. *Et nunc in speculo videmus & in ænigmate*: *tunc autem facie ad faciem*: quando de hominibus in angelos profecerimus, & poterimus cum Apostolo dicere: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, quasi à domini spiritu*: Licet faciem Dei iuxta naturæ suę proprietatem nulla videat creatura: & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur.

Isa. 3.b Sec. 70.
Ioan. 19.c
Ibid. 9.f
Ibid. 8. d
Ibid. e.
Ezech. 16.d
Exod. 33. d.
Infra. 6.
Matt. 18.b.
1. Cor. 13.d
2. Cor. 3.d

a ¶ *Quo mihi multitudinem victimarũ*, &c.] Pro eo quod est, *nolui*, Lxx. transtulerunt, *nolo*: præsens tempus pro præterito. Porro, iuxta Hebraicum, numquam se Deus hostias Iudæorum voluisse demonstrat: quod & quadragesimo nono psalmo legimus: *Non accipiã de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum, iumenta in montibus & boues: Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum est: Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?* Cumque veteris legis cærimonias respuisset, transit ad euangelicam puritatem: & quid pro his cupiat, ostendit: *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.* Omnis ergo capituli huius continentia, vsque ad eum locum vbi ait: Iudicate pupillo: defendite viduam: & venite & disputemus, dicit dominus: respuit sacrificia victimarum, & euangelij obedientiam docet esse super sacrificium. Quodque intulit: Plenus sum: hoc sensu est accipiendum: nullare indigeo: *Domini est terra & plenitudo eius.* Vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Potest hoc & de iis accipi, qui cum Dei præcepta non faciant, donis variis atque muneribus Deum redimere posse se credunt: vel qui parta per rapinam & auaritiam, altari offerunt & pauperibus.

Dei nostri populus Gomorræ. [a] Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit dominus? plenus sum holocausto arietum & adipe pingui: & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veneritis ante conspectum meum, [b] Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris. [c] Calcare atrium meũ non apponetis. Ne offeratis vltra sacrificium [d] frustra: incensum abominatio est mihi. [d] Neomenias vestras, & Sabbatha vestra, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri. [e] Kalendas vestras & solemnitates vestras [f] odiuit anima mea. [g] Facti estis mihi in satietatem, nequaquam dimittam peccata vestra. Et cũ extenderitis manus vestras: auertã oculos meos à vobis. Et cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam vos. [h] Manus vestræ sanguine plenæ sunt. [i] Lauamini, mundi estote. [k] Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. [l] Quiescite agere peruerse: discite benefacere

Pſ. 23.a
Ioan. 1. b.

b ¶ *Quis quæsiuit hæc de manibus vestris.*] Audiant Hebionei: qui post passionem Christi abolitam legem putant esse seruandam. Audiant Hebionitarũ socij: qui Iudæis tantum & de stirpe Israëlitici generis hæc custodienda decernunt. Hostiæ ergo & immolatio victimarum non principaliter à Deo quæsita sunt: sed ne idolis offerrentur: & vt de carnalibus victimis quasi per typum & imaginem ad spirituales hostias transiremus. Dicendo autem se hostias non

Deus habeat: sed nostro loquitur affectu.

g ¶ *Facti estis mihi in satietatem*, &c.] Pro quo interpretatus est Aquila, *laboraui sustinens*: Symmachus ἐκποιῶ δια πλασκόμενος: quod est, defeci miserans: vt ostendat se nequaquam vltra misereri: quia aliud sit seruos ad se missos occidere, aliud filium. Hunc sensum & in Osee propheta legimus: *Perditio tua Israel, tantum in me auxilium tuum.* Quod ita intelligitur: pereas Israel quia non tuo merito, sed meo tantum saluaris auxilio.

Osee 3. c.

h ¶ *Manus vestræ sanguine*, &c.] Causam manifestat cur Deus auertat ab eis oculos suos, & multiplicatam orationem non exaudiat: quia effuderint sanguinem iusti: & pessimi coloni, heredem ad se missum interfecerint. Vnde & Saluator ad eos loquitur: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Illi enim interfecerunt missos ad se prophetas: vos iugulare patris familias filium. Vtendum hoc testimonio & contra eos, qui cum quotidianis operibus sanguine manus plenas habeant, in oratione dies noctesq; coniungunt.

Matt. 23. d

i ¶ *Lauamini, mundi estote.*] Pro superioribus victimis, & holocaustis, & adipe pinguium, & sanguine taurorum, & hircorum, & pro thymiamate, & neomeniis, sabbatho, die festo, atque ieiuniis, Kalendis, & aliis solemnitatibus, euangelij mihi placet religio: vt baptizemini in sanguine meo per lauacrum regenerationis; quod solum potest peccata dimittere. *Nisi* enim *quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum.* Ipse quoque dominus ascendens ad patrem, *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti.*

Ioan. 3. a
Mat. 28. d

k ¶ *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.*] Quod & Ioannes Baptista dicebat: *Genimina viperarũ, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo vobis fructus dignos pœnitentiæ*: vt qui Christi baptisma consecutus est, auferat malum de corde suo, & quiescat agere peruerse, ac postea discat bonum facere: secundum illud quod alibi præcipitur: *Declina à malo, & fac bonum.*

Matt 3. b

l ¶ *Quiescite agere peruerse: discite bene facere.*] Virtus ergo discenda est: nec naturæ tantum bonum sufficit ad iustitiam: nisi quis eruditur congruis disciplinis. Iesus quoque filius Syrach tale quid loquitur: *Desiraſti sapientiam: serua mandata, & dominus tribuet tibi eam.* Et in sequentibus idem Esaias commemorat: *Omnis qui non didicerit iustitiam super terram, veritatem non faciet.* Discenda est ergo iustitia: & magistrorum sapientiæ terenda sunt limina.

Pſal. 30.e
Eccle. 1. d
Isa. 26 c Secund. 70.

m ¶ *Quærite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: & venite*, &c.] Victimis Iudæorum euangelica

euangelica mandata succedunt: & ideo pupillis ac viduis prouiderur: vt secuti de tutela coniugum ac liberorum suorum, martyres ad bella procedant. Cum autem, inquit, hæc feceritis, arguite me, si non reddidero præmia quæ pollicitus sum. Quando autem dicit: *Quærite iudicium*: ostendit nõ esse omnium recte iudicare, sed eorum qui prudẽtes sunt. Denique & Salomon in visione per somnium, hoc à Deo postulauit; vt accepta sapientia, iuste populum iudicaret.

1. Reg. 3.

a ¶ *Si fuerint peccata vestra vt*, &c.] Ordo præcipuus: Non enim sufficit dixisse, lauamini: nisi iungat, mundi estote: vt post lauacrum aquæ, cordis habeant puritatem. *Beati* enim *mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Cumque cordis habuerint puritatem, debent auferre malum de mentibus suis, non in conspectu hominum, sed in conspectu Dei: quẽ celare nihil potest. Quodque iungitur: *Quiescite agere peruerse*: illud euangelicum sonat: *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat.* Recedens ergo à vitiis discat bonum: quærat iudicium: oppresso subueniat: pupillum viduamque sustentet: & si hoc fecerit, tunc peccata, quæ prius in modum coccini sanguinea fuerant, dimittentur: & opera cruoris ac sanguinis, veste Domini mutabuntur, quæ de agni confecta est vellere quem sequuntur in Apocalypsi, qui virginitatis candore resplendent.

Matt. 5. a
Ioan. 5. c
Apoc. 14. a

b ¶ *Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis: si nolueritis, & non audieritis: siue, vt in Hebræo habetur, & me ad iracundiam pronocaueritis*, &c.] Liberum seruat arbitrium: vt in vtramque partem non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præmium sit. Bona autem terræ illa puto dici, de quibus in psalmo legimus: *Credo videre bona domini in terra viuentium. Et beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram.* Vel certe, quia Iudæis loquebatur, qui necdum poterant capere spiritualia, pollicetur eis bona præsentis sæculi: vt saltem præsentibus inuitati, faciant quæ præcepta sunt. Et quia noluerunt audire, sed eõ trario prouocauerunt ad iracundiam sanctum Israel: propterea eos gladius deuorauit: id est Romanus deleuit exercitus. Et hæc, inquit, omnia fient.

Pſal. 26. d
Matt. 5. a

c ¶ *Quia os domini locutum est.*] Cuius sententia, permanentibus hominum peccatis, non potest immutari.

d ¶ *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudiciis iustitia requieuit in ea*, &c.] Verbum Hebraicum נוח pro quo Lxx. transtulerunt, ἀνεπαύσατο, id est dormiuit: & requieuit, & requieſcet, id est, & præteritũ & futurũ tempus significat. Vnde & Aquila & Theodotio quasi de futuro dicunt. Miratur autem propheticus spiritus: quod ciuitas, quæ quondam fidelis fuit, vel fidelium receptaculum, subito facta sit meretrix. Quod quidem & in Esaiæ temporibus intelligi potest: sed plenius refertur ad passionem Christi, quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et quãquam in Hebraico non habeatur, Sion, tamen Lxx. vt sensum manifestiorem facerent, addiderunt. Sion autem mons est, in quo Hierusalem vrbs condita est: quæ postquam capta est à Dauid, appellata est ciuitas Dauid. Nec ambigo fuisse in ea sanctos viros, quando tabernaculum Dei habuit; & postea templum ædificatum est, quando Nathan & Gad prophetauerunt: Et super choros (qui in libro dierum plenius describuntur) Asaph, & Idithum, & Eman, & filij Chore cõstituti sunt: vt paulatim à sacrificiis victimarũ ad laudes domini transiret religio. Ciuitas ergo fidelium, quæ prius fuit plena iudicij, & iustitia requieuit in ea, nunc plena est homicidis, qui interfecerunt prophetas, & ipsum dominum Saluatorem. Fornicationem autem Hierusalẽ, quomodo diuaricauerit crura sua omni transeunti, sub nomine Ooldibæ, Ezechiel prosequitur: quæ interpretatur, tabernaculum meum in ea quod nunc aliis verbis dicitur, iustitia requieuit in ea.

Isa. 1. Ialin.

Pro iustitia in Hebræo scriptum est צדק: quod iustum magis sonat quam iustitiam: vt intelligamus prius in ea dominum commoratum: de quo alibi dicitur: Iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo sedes eius. Quæ omnia possumus secundum anagogen referre ad animam sancti quondam viri: in qua prius Dei iustitia commorata est, si postea peccauerit, & pro hospite Deo homicidæ dæmones in ea fuerint commorati.

o Selek.
Pſal. 10. a

e ¶ *Argentum tuum versum est in scoriam.*] Ad ciuitatem loquitur Sion, in qua prius requieuit iustitia: quod argentum illius, doctrinæ videlicet scripturarum: de qua in psalmis legimus: Eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, versum sit in scoriam: quod Hebraice dicitur פסים, rubigo videlicet metallorum, siue purgamenta & sordes, quæ igne excoquuntur: vt quia argentum nominauerat, seruet metaphoram. Potest autem & hoc dici, quod iusti & sancti viri qui prius in vrbe versati sunt, postea in sordes versi sunt peccatorum.

Pſal. 11. b
p Sigim.

f ¶ *Caupones tui miscent vino aquã.*] Pro quo Symmachus transtulit: *Vinũ tuum mistum est aqua.* Et est sensus: Lex Dei pura atque sincera, & (vt ita dicam) mera veritate subnixa: violata est traditionibus pharisæorum: quod dominus in euangelio plenius docet: Omisisse eos legem Dei, & sequi mandata hominum. Omnisque doctor qui austeritatem scripturarum, per quam potest audientes corripere, vertit ad gratiam, & ita loquitur vt non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum scripturarũ violat, atque corrumpit sensu suo. Hæretici quoque euangelicam veritatem corrumpunt praua intelligentia, & sunt caupones pessimi, facientes de vino aquam: Cum econtrario dominus noster aquas in vinum verterit, & tale vinum quod miretur architriclinus: Quale & regina Saba in Salomonis est mirata cõuiuio, pincernas eius & ministros vini, sua voce collaudans. Sed & Ecclesiastes ministeria vini, atque conuiuij sui, mystico sermone describit. Vnde pro vino Aquila, συμπόσιον, id est, conuiuium interpretatus est, quod apud Græcos ἀπὸ τοῦ πότου, apud nos à conuictu rectius appellatur.

Matt. 25. a
Ecclesi. 2. b

g ¶ *Principes tui inobedientes, socij furum.*] Pro inobedientibus, Aquila recedentes, Symmachus, declinantes, interpretatus est. Principes autem scribas & pharisæos vocat: qui à domino recedentes, immo veritatis semitam relinquentes, peruerso ambulauerunt itinere, & socij fuerunt proditoris furis quæ Iudæ. Quod quidem & nos cauere debemus: ne accipientes ab hominibus sæculi munera, qui per rapinas miserorumque lacrymas diuitias congregant, non tam ipsi fures, quam socij furum appellemur: dicaturque de nobis: *Videbas furem & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

Pſal. 49. a

h ¶ *Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones: Pupillo non iudicant: & causa viduæ non*, &c.] In catalogo vitiorum numerantur etiam hi qui diligunt munera. Non dixit, qui accipiunt: hoc enim sæpe necessitate fit: sed qui non putant amicos, nisi à quibus dona perceperint: nec os considerant amicorum, sed manus, & eos sanctos iudicant, quorum exhauriunt marsupium: de quibus & Ecclesiastes loquitur: *Qui diligit pecuniam, non implebitur pecunia.* Istiusmodi sequuntur retributiones: vt laudent eos à quibus aliquid acceperint: vel certe nulli quippiam tribunt, nisi à quo se recepturos putauerint. Pro retributionibus Symmachus, vicissitudines, vel vltiones interpretatus est: vt hi quoque in culpa sint, qui reddunt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum pro oculo: & non imitantur illud Dauidicum: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Et Hieremiæ de iusto dicentis: *Dabit per-*

Ecclesi. 5. c
Pſal. 7. b
Trem. 3. c

cutienti se maxillam suam, saturabitur opprobriis: vt impleat euangelicum virum, cui dicitur: *Quite pereusserit in maxillam, præbe ei & alteram.*

a ¶ *Propter hoc ait dominus exercituũ fortis Israel*, pro fortis Israel quod omnes similiter trãstulerũt, soli Lxx. nescio quid greditur ad illos. a Propter hoc ait dominus exercituum, fortis Israel. b Heu consolabor super hostibus meis: & vindicabo de inimicis meis. c Et conuertam manum meam ad te: & excoquã ad purum scoriam tuam, & auferam omne stãnum tuum. d Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. e Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. f Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: & cõteret sceleſtos & peccatores simul: & qui dereliquerunt dominum, consumentur: confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis. g Erunt enim quasi terebinthus defluentib foliis, & velut hortus sine aqua. h Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla. i Et succendetur vtrumq; simul: & non erit qui extinguat.

Sap.6.a.

Matt.5.b

Luc. 11.f

Matt.12.c

Ibid 23 d

B

C

Caput II.

VErbum, quod vidit Esaias, filius Amos, super Iudam, & & Hierusalem. a Et

Matt. 21. a

D

Rom.14 a

Malach.3. a

Ezech.22.b

Matt.3.e

Esa.1.

greditur ad illos, a Propter hoc ait dominus exercituum, fortis Israel. b Heu consolabor super hostibus meis: & vindicabo de inimicis meis. c Et conuertam manum meam ad te: & excoquã ad purum scoriam tuam, & auferam omne stãnum tuum. d Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. e Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. f Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: & cõteret sceleſtos & peccatores simul: & qui dereliquerunt dominum, consumentur: confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis. g Erunt enim quasi terebinthus defluentib foliis, & velut hortus sine aqua. h Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla. i Et succendetur vtrumq; simul: & non erit qui extinguat.

Caput II.

VErbum, quod vidit Esaias, filius Amos, super Iudam, & & Hierusalem. a Et crificauerant: & erubescent in hortis, quos elegerant. Significat autem loca luxuriæ, lucos & nemora.

g ¶ *Erunt enim quasi terebinthus defluentibus foliis: & velut hortus*, (*siue paradisus*) *sine aqua.* Vsque hodie Iudæi legentes scripturas sanctas, terebinthus sunt: siue quercus, vt interpretatus est Symmachus. Et iuxta euangelium: Ficus quæ aruit: in qua cum dominus poma quæsisset, & non inuenisset æterna ei ariditate male dixit. Sed & ipsa folia & poma verborum nunc apud eos esse cessarunt: hortus quoque irriguus, id est, scientia scripturarum, siue paradisus diuersarum arborum, qui absque gratia spirituali est, ne holera quidem affert: de quibus Apostolus loquitur: *Qui infirmus est, holera manducat*: sed siccatis radicibus, omnis viror in ariditatem versus est, ac squalorem.

h ¶ *Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ*, &c.] Pro fauilla, ἀποπύωσις, interpretatus est Symmachus: quando stupa pectitur, & quidquid sordidum habet proiicitur. Omnis igitur fortitudo & superbia peccatorum & sceleratorum Israel, qui dereliquerunt dominum: & idcirco consumpti sunt: & sacrificauerunt idolis, & erubescent in hortis quos elegerunt, redigentur in purgamenta stupæ, quæ leui vorãtur incendio. Sequitur enim: Et opus eius, id est, fortitudinis vestræ siue idololatriæ in qua erraueratis, parualla scintilla consumet.

i ¶ *Et succendetur vtrumque simul.*] Et scientia videlicet Iudæorum: & omnia opera quæ faciunt: siue & idolum, & Hierusalem in qua idolum fuit. Et succendente domino, nullus extinguere poterit. Quæ omnia de contrariis quoque domagtibus accipere possumus: quod & magistri & discipuli pariter pereant, & omne opus eorum ignis pabulum sit.

Caput II.

Matt. 21. d

al Iehouda virousalim

Verbum quod vidit Esaias, &c.] Et in priore visione quã iam exposuimus: vbi Lxx. interpretati sunt: *quam vidit contra Iudæam & contra Hierusalem*: in Hebraico scriptum est: על-יהודה וירושלם, id est, super Iudam, & Hierusalem, & in hac quæ secunda est, in Hebraico similiter continetur. Et miror cur Lxx. interpretes in illa dixerint, contra Iudæam & Hierusalem: & in hac, περὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ, id est, de Iudæa & de Hierusalem: nisi forte quia ibi appellatur *gens peccatrix, populus plenus peccatis semen pessimum, filij iniquitatis*, & principes Sodomorum, ac populus Gomorræ, & ciuitas meretrix, & cætera istiusmodi,

E

sensum magis quam verbum interpretari sunt: & hic quia statim prospera promittuntur: erit in nouissimis diebus manifestus mons domini: & domus Dei in summitate montium: non contra Iudæam & Hierusalem, sed de Iudæa & Hierusalem prophetiam intellexerunt: Cum & in illa legerimus post comminationẽ prospera: *Restituã iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.* Et in ista post prospera, trucaléta sit comminatio: Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalẽ, & ab Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, & reliqua. Ergo iuxta Hebraicum: & in illa visione, & in isto sermone, quẽ vidit Esaias filius Amos, de Iuda & Hierusalem intelligendum est: non contra Iudam & Hierusalem, vel pro Iuda & Hierusalem, vt Symmachus transtulit: sed absolute, de Iuda & Hierusalem: in quo possunt & læta & tristia contineri. Et hoc considerandum, quia ibi visionem videat, hic verbum, quod erat in principio apud Deum: & in illa Iudæis comminans, ad gentium veniat salutem: in ista à gentium salute incipiens, punito Israel ex vtraque vocatione credentes in Christi Ecclesiam congreget.

Ibidem.

a ¶ *Et erit in nouissimis diebus præparatus* &c.] Nouissimos dies & in Genesi legimus, quod vocãte Iacob filios suos, atque dicente: *Venite vt annunciem vobis quid futurum sit in nouissimis diebus*: postea ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus, dixerit: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius: donec veniat, cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium.* In his nouissimis diebus erit hora nouissima, de qua Ioannes Apostolus loquitur: *Filioli mei, nouissima hora est*: in qua *abscisus lapis de monte sine manibus, creuit in montem magnum, & repleuit omnem terram.* A quo & princeps Tyri in Ezechiele dicitur vulneratus. Hic mons in domo domini est, quam propheta suspirat, dicens: *Vnum petiui à domino, hoc requiram: vt inhabitem in domo domini, omnes dies vitæ meæ.* Et de qua Paulus scribit ad Timotheum: Sin autem tardauero, *vt scias quo modo oporteat te conuersari in domo Dei: quæ est ecclesia Dei viuentis, columna & firmamentum veritatis.* Hæc domus ædificata est *super fundamentum apostolorum & prophetarum*, qui & ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De hac domo & Hierusalem Psalmista conclamat, dicens: *Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternũ qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui.* Vnde & super vnum montiũ Christus fundat ecclesiam, & loquitur ad eum: *Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Simile quid ad desiderantẽ animam suam, & impatienter domum Dei videre cupientem, sanctus loquitur: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Et iterum: *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam pertransibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei: in voce exultationis & confessionis sonus epulantium.* Lxx. manifestum montem domini, & domum Dei super capita montium, transtulerunt: quod testimonium eisdem verbis & Micheas propheta posuit: quę in suo loco exposui.

Ibidem.

Gen. 49. a

F.

Psal.26. b

1.Tim 3 d

Ephes. 2.d

Psal. 124. a

Matt 16.a

Psal.14.b

Mich.4.a

b ¶ *Et eleuabitur super colles.*] Qui in capitibus montium ostensus est & paratus: iste super colle eleuabitur. De quibus montibus & collibus & in Cantico canticorum sponsa loquitur: *Vox fratruelis mei: ecce hic venit saliens super montes, transiliens colles: similis est fratruelis meus capreæ vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel.*

Cant. 2 b

Psalm 3. b

c ¶ *Et fluent ad eum omnes gentes*, &c.] Omnes enim gẽtes seruient ei, cui dictum est: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ*:

Ibid. 2. b

a Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, b eleuabitur super colles. c Et fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi. d Et dicent: venite ascendamus ad montem domini, & ad domũ Dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius. e Quia de Siõ exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem. f Et iudicabit gentes, & arguet populos multos. g Et cõflabũt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. h Non leuabit gens cõtra gentem gladiũ: neque exerce-

G.

Soph. 3. b

Ibidem.

Plinius 2.

H

Matt. 5. a

Matt. 12. d

Luc. 13. g

Ioan. 3. c

Psalm 145. d

Manichæum alium extra domum Dei Iacob quæramus domum. Cum autem fuerimus in domo Dei Iacob: tunc docebit nos vias suas, per quas gradiamur ad eum: & ambulabimus in semitis eius, quas triuerunt & alii. Denique & Iesus ascendens in montem, docebat discipulos suos octo beatitudines: & cætera quæ euangelicus sermo complectitur. Prius ergo discendæ sunt vię domini: & postea ambulandum in semitis eius.

c ¶ *Quia de Sion exibit lex*, &c.] Omnes gentes & populi multi, idcirco se mutuo hortabuntur, & dicent, *Venite ascendamus ad montem domini*: & cetera quæ sequuntur: Quia de Sion egredietur lex: & verbum Domini de Hierusalem: nequaquam de Sinai, & de solitudine, & de monte Oreb: sed de monte Sion, in quo ædificata est Hierusalem, Et de Hierusalem, in qua templum est & regio Dei: legimus quod sæpe dominus docuerit in templo: & quod non oportuerit mori prophetam extra Hierusalem: & supra verbum & legem pariter nominata. Verbum principes iubentur audire, legem populus auribus percipere. Qui enim prius legem fecerit, postea venit ad sermonem Dei. Sed & in Hierusalem primum fundata ecclesia, totius orbis ecclesias seminauit. Et hoc dicendum, quod quicumque in specula & in visione pacis fuerit: in hoc & lex & verbum domini constitutum sit. Et pulchre non dixit: in Sion & in Hierusalem erit, & manebit verbum & lex domini, sed egredietur: vt de illo fonte omnes nationes doctrina Dei significet irrigandas.

f ¶ *Et iudicabit gentes*, &c.] Ergo & inter gentes iudicandum est, nec omnes increduli pari sententia condemnandi, sed pro diuersitate meritorum diuersa passuri sunt. Postquã autem iudicauerit gentes tunc *arguet populos multos*: siue, vt Lxx. transtulerunt, *populum multum*, id est, λαὸν πολύν. Et nota ordinem: gentes iudicabuntur: quia credituręsunt: *Qui* enim *non credit, iam iudicatus est.* Populus autem multus, qui intelligitur Israel, nequaquam iudicabitur, sed arguetur, quia ad se missum filium Dei non receperit.

g ¶ *Et conflabunt gladios suos in vomeres*, &c.] Omne bellandi studium vertetur ad pacem: & pro discordia erit in toto orbe concordia. Gladii mutabuntur in vomeres, & lanceę in falces: vt omisso furore bellandi, agriculturæ seruiant, & vberrimas falcibus messes secent. Quod quidem & spiritualiter intelligi potest: quando omnis duritia cordis nostri, Christi vomere frangitur: & eradicantur spinę vitiorum, vt sementis sermonis Dei cesset in fruges: & postea laberes manuum nostrarum manducemus: quando *venientes venient in exultatione portantes manipulos suos.*

h ¶ *Non leuabit gens contra gentem gladium*, &c.] Veteres reuoluamus historias: & inueniemus, vsque ad vicesimum octauum annum Cęsaris Augusti, cuius quadragesimo primo anno Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra vicinas gentes

arsisse studio præliandi, ita vt cæderent, & cæderentur. Orto autem domino Saluatore, quando sub præside Syriæ Cyrino prima est in orbe terrarum facta descriptio, & euangelicæ doctrinæ pax Romani imperij præparata, tunc omnia bella cessauerũt, & nequaquã per oppida & vicos exercebãtur ad præliа: sed ad agrorum cultus, militibus tãt ĩ legio Romanis cõtra barbaras nationes belladi studio delegato: quãdo impleto est angelorũ ille cõcentus; *Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ volũtatis*: & in diebus eius orta est iustitia & multitudo pacis.

Luc. 2. b

b ¶ *Domus Iacob venite, & ambulemꝰ in lumine domini*, &c.] Post vocationẽ gentiũ, & ostensionẽ montis domini super verticem mõtium: ad populũ suum, id est, populum Iudæorũ, qui appellatur domus Iacob, propheta conuertitur: & hortatur eos, vt qui in tenebris versantur erroris, lumẽ suscipiãt veritatis, & ambulent in lumine domini. Et quodã modo illud Dauidicũ canit: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Omnis* enim, *qui operatur malũ, odit lumen: & non venit ad lucem, ne opera eius arguãtur.* Vos autem domus Iacob, domus populi mei, venite mecum, & pariter ambulemus in lumine domini: recipiamus euangeliũ Christi, illuminemur ab eo qui dicit: *Ego sum lux mundi.* Cumque hoc locutus fuisset ad populum Iudæorum: cernens impænitens cor eorum, & animam incredulitate durissimam; facit apostropham ad dominum, & dicit: ideo eos hortor vt ad te veniant, & mecum tuo lumine perfruantur: quia pro merito peccatorum suorum reliquisti populum tuum, domum quondam Iacob.

Psalm. 33. a
Ioan. 3. c

Ioan 8. b

b ¶ *Quia repleti sunt vt olim: & augures habuerunt vt Philisthiim.*] Pro *Philisthiim* semper Lxx. *alienigenas* interpretati sunt, id est, τοὺς ἀλλοφύλους, nomen commune pro proprio: quæ est hodie gens Palæstinorum, quasi Philistinorũ: quia p literam sermo Hebraicus non habet, sed pro ea ꝑ Græco vtitur. Vnde & illud quod in psalmis dicitur, cũ enumeratione gentium cæterarum: *mihi alienigenæ subditi sunt*: non omnes externas nationes, sed proprie Palæstinos significat. Redditque causas, quare proiecerit Deus populum suum, domum Iacob: quia repleti sunt, inquit, vt fuerunt in principio, auguribus, & somniis, cunctisq; sordibus idolatriæ. Non attendenda somnia, nec auguria, Moyse scribente, cognoscimus: quæ habuerunt gentes, quas eiecit dominus à facie Israel, Chananæorum, Amorræorum, & Gerhæorum. Hunc locum ecclesiæ tractatores aliter atque aliter edisserunt. Quidam enim volunt hoc significari, quod proiecto populo Iudæorum, ingressus sit terram quondam repromissionis Romanus exercitus: & eiectis Iudæis, habitauerint in Iudæa alienigenæ, qui de toto orbe diuersarum gentium accolæ sunt, adducti à Tito, & Vespasiano, & Hadriano, cæterisque principibus. Alij autem putant hoc non pertinere ad Romana tempora, sed ad superiora, priusquam à Babyloniis vastarentur, quibus sub impiis regibus fuisse narrantur, & à domino derelicti sunt.

Psalm. 59. c

Leuit. 18. f
Deut. 13. a

c ¶ *Et pueris alienis adhæserunt.*] Pro quo Lxx. transtulerũt: καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς, id est, & filij multi alienigenæ nati sunt eis. Symmachus: & cũ filiis alienis applauserunt. Pro quo scriptum est in Hebræo ישמיקו, quod Hebræi interpretãtur, ἐσφυράθησαν, & nos vertimus, adhæserũt, vt vitiorum in gente Iudæa turpitudo mõstretur. In tantum autem Græci & Romani hoc quondam vitio laborauerunt, vt & clarissimi philosophorum Græciæ haberent publice concubinas: & Hadrianus, philosophiæ artibus eruditus, Antinoum consecrarit in Deum: templumque ei, ac victimas, & sacerdotes instituerit & ex eo Ægypti ciuitas ac religio nomen acceperit. Inter scorta quoq; in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicæ libidini expositi donec sub Constantino Imperatore, Christi euangelio coruscante, & infidelitas vniuersarum gentium, & turpitudo deleta est. Porro Lxx. coniuges eorum violatas esse significant, dum filios alienos Iudæis generant. Symmachus, quodam circuitu & honesto sermone, plaudentium eandem cum pueris turpitudinem demonstrauit.

excercebuntur vltra ad præliũ. a Domus Iacob venite & ambulemus in lumine domini: proiecisti enim populum tuum domum Iacob. b Quia repleti sunt vt olim & augures habuerunt vt Philisthiim. c Et pueris alienis adhæserunt d Et repleta est terra argento, & auro: & non est finis thesaurorum eius. e Et repleta est terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ eius. f Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: & incuruauit se homo & humiliabitur vir. g Ne ergo dimittas eis. h Ingredere in petram: abscondere in fossa humo à facie

Isa. 2. a

Deut. 17. d

Matt. 6. a

d ¶ *Et repleta est terra argento & auro*, &c.] Inter cætera vitia terræ domus Iacob, etiam auri & argenti multitudo numeratur. Inter somnia & augures, equos & quadrigas, quas Deus multiplicari prohibuit regibus Israel: inter idola, quæ sunt opera manuum hominum, auaritia condemnatur. Vnde dominus præcepit in euangelio: ne thesaurizemus nobis thesauros in terra: & ne faciamus thesauros, quos fur possit eripere: ad extremum inferens: *Non potestis Deo seruire, & mammonæ.* Pulchre autem illud coma versiculi, Semper auarus eget, aliis verbis propheta significauit dicens: Et non est finis thesaurorum eius. Non quod thesauri finem non habeant, sed quod possidentium animus non impleatur. Vtraque autem gens & Iudæorum & Romanorum, per hæc verba auaritiæ fugillatur, quod historiæ quoque tam Græcæ narrant, quam Latinæ, nihil Iudæorum & Romanorum gente esse auarius. Vnde & repetundarum lex constituta est: & quotidie videmus illud apostolicum compleri: Qui præcipis non furandum, furaris. Furem iudicem arguit atque condemnat iudex furacior, in alio de se promens sententiam.

Ibidem.

Rom. 2. c.

c ¶ *Et repleta est terra eius*, &c.] Non enim dignum est numero quod contra Dei imperium possidetur. Vnde & in psalmis dicitur: *Fallax equus ad salutẽ.* Et in Exodo: *Equum & ascensorem deiecit in mare.* Et in alio psalmo: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus.* Potest autem vtrumque intelligi: quod & populus Iudæorum contra præceptum domini sibi equos & quadrigas multiplicauerit: & terra Iudææ victorum equis & curribus sit repleta.

Psalm. 32. d
Exod. 15. a
Psalm. 19. b

D

f ¶ *Et repleta est terra eius idolis*, &c.] Vbi quondam erat templum & religio Dei, ibi Hadriani statua, & Iouis idolum collocatum est: quod multi super illo testimonio interpretantur, quod in euangelio legimus: *Cum autem videritis abominationem desolationis stantem in sancto loco*: Et operi manuum suarum inclinati sunt. Et homo, rationale animal, æs adorauit, & lapidem. Sunt autem, qui hæc de Iudæis interpretantur: quod, antequam caperentur à Babyloniis, vniuersa hæc fecerint: & ideo dimissi sunt à Deo. Vnde & in fine capituli ponitur: *Ne ergo dimittas eis.* Possumus secundum anagogen & hoc dicere: quod omne dogma contrarium veritati adoret opera manuum suarum: & constituat idola in terra sua, & incuruetur homo, & humilietur vir, & se erigere non possit, quia sit à diabolo colligatus, nisi illum erexerit dominus: Exemplo illius mulieris, quam satanas vinxerat annis decem & octo: vt nequaquam cœlum, sed terram semper aspiceret.

Marci 13. b

Luc. 13. d

g ¶ *Ne ergo dimittas eis.*] Pro quo Lxx. interpretati sunt, καὶ οὐ μὴ ἀνῶσιν αὐτοὺς, id est, & non dimittam eis. Si Deus loquitur, ita intelligendum est: Quia tanta fecerunt, non parcam eis: nec tam innumerabilia peccata dimittam. Si propheta, sic sentiendum: ne ergo dimittas eis, quia tanta scelera perpetrarunt: Quod si de Romanis intelligimus, verior interpretatio est: qui subuertentes templum Dei, non eum adorauerunt, qui victoriam præbuit, sed idola manum suarum. Sin autem de Iudæis, prophetæ truculenta sententia est: vt contra populum suum orare videatur: cui supra dixerat: *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini.*

h ¶ *Ingredere in petram*, &c.] Ego quidem populum cohortatus sum, dicens, *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine domini.* Sed quia proiecit dominus populum suum Iacob, proiecit autem, quia aut fecit, aut passa est, quæ supra

supra exposuimus: ideo prænuncio vobis, quæ ventura sint mala: & hortor vt ingrediamini petras, & abscondamini in speluncis à facie Babylonii, vel Romani exercitus, quando omnia vastabuntur, iuxta illud, quod in euangelio legimus: *Tunc dicent montibus, cadite super nos: & petris, abscondite nos.* Iuxta anagogen vero à facie dominicæ maiestatis præcipitur nobis, assumamus petræ fortitudinem: de qua dictũ est: *Petra refugium leporibus.* Et: *In petra exaltasti me.* Moyses quoque in foramine petræ ponitur vt videat posteriora Dei. Et: *Bibebat populus de spiritali sequenti eos petra.* Abscõditurque in petra, qui ingreditur cubiculum suum: & clauso ostio adorat patrem: vt in terreno corpore constitutus, trãseuntem mundi non sentiat tempestatem.

Ibid. 23. c

Psalm. 90. a
Ibid. 13. c
Exod. 33. d

1. Cor. 10. b

Matth. 6. a

a ¶ *Oculi sublimes hominis humiliati sunt*, &c.] Cum hostes venerint, & omnem prouinciam Babylonius aut Romanus mucro vastauerit; & circumsederint agmina bellatorum Hierusalem: tunc nec diuitiæ nec nobilitas generis, nec potentia dignitatum aliquem defendere poterunt: sed omniũ erit vna captiuitas: & Deus solus exaltabitur: cuius iram nullus poterit declinare. Multi hæc de die iudicii intelligunt, quod omnis creatura comparatione diuinæ gloriæ humilietur, & incuruetur, & nihil esse se sentiat.

b ¶ *Dies enim domini exercituum*, &c.] Et hæc prioribus coniunguntur. In die (inquit) illa in qua exaltabitur dominus solus, hoc est, in die vltionis dominicæ, excelsi quique, & arrogantes, atque sublimes, captiuitati & gladio subiacebunt. ὑπερορικὰς autem sermo de magnis est atque principibus: quod quanto magis superbierint, tanto amplius deprimantur. *Dominus* enim *superbis resistit, & humilibus dat gratiam.* Qui de die iudicii intelligunt, superbum, & excelsum, & sublimem, & arrogantem, diabolum dici putant. Qui superbiẽs loquitur: *Super stellas cœli ponam sedem meã: sedebo in monte excelso, super omnes montes excelsos ad aquilonem ascendam super nubes, ero similis altissimo.* Quando ex ore infantium & lactentium perficietur laus: vt destruatur inimicus & vltor.

1. Pet. 5.

F

Esa. 14. d
Psalm. 8. a

c ¶ *Et super omnes cedros Libani*, &c.] Et in vicesimooctauo psalmo canitur: *Vox domini conterentis cedros: conteret dominus cedros Libani, & comminuet eas quasi vitulum Libani.* Et in tricesimosexto. *Vidi impium exaltatum & eleuatum quasi cedros Libani & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Quereꝰ quoq; Basan, quas Aquila δρυάς, Symmachus & Theodotio βαλάνους interpretati sũt, gladiferas nouimus, quæ & si fecerint fructus, porcorũ sunt alimenta, non hominum. Basan regio est Arabiæ, cui imperauit Og, qui appellatus est rex Basan, & interpretatur αἰσχύνη, id est, ignominia, quam si confusionem transferre voluerimus, id est, σύγχυσιν, Babylonem significat magis quã Basan. Super omnes ergo, qui eriguntur in superbiam, & faciunt opera ignominiæ, atque in cœno libidinum volutantur, domini vindicta consurget. Quod si prudens lector quæsierit, cur in templo domini cedrina ligna sint posita, & in centesimotertio psalmo legimus iuxta Hebraicam veritatem: Saturabuntur ligna domini, & cedri Libani quas tu plantasti, ibi passeres nidificabunt: Et inter cætera ligna etiam cedri ad laudes domini prouocentur: Et in aduentu Saluatoris, quando omnes arbores, & ligna campi applaudent ramis suis, scriptum sit: *Ponam in terra inaquosa cedrum & buxum, & cypressum & pinum.* Et nunc diem domini super cedros Libani sermo propheticus comminetur? Hoc dicendum est, quod ex eodem genere hominum, alii sublimentur ad regnum, alij detrahantur ad pœnam: & cedri Libani, quæ propter superbiam conterentur, eligantur, cum boni odoris fuerint, & cum apostolo dixerint, *Christi bonus odor sumus Deo.*

Esa. 41. c

2. Cor. 2. d

d ¶ *Et super omnes montes excelsos*, &c.] Sicut in bonam partem, pro varietate virtutum, montes appellantur, & colles: sic inter impios, pro diuersitate vitiorũ, & maxime superbiæ, alii montes sunt, alii colles: super quos erit dies domini: de quibus in Ezechiele scriptũ est: *Hæc dicit dominus montibus & collibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & dissipabuntur excelsa vestra, & conterentur aræ vestræ*: & reliqua.

Ezech. 6. a

e ¶ *Et super omnẽ turrim excelsam*, &c.] Qui ad Vespasiani Hadrianique hæc referunt tempora, corporaliter dicunt impleta, quæ scripta sunt, quod non turris excelsa, non firmissimus murus, non vlla nauiũ multitudo, & negotiationis industria, aduersum vim Romani exercitus potuerit præualere; sed in tantã habitatores Iudææ venisse formidinem; vt & ipsi cum coniugibus & liberis auro & argento, quæ sibi auxilio fore existimabant, in foueas terræ demersi sint, & profundissima antra sectati. Si enim voracium & luxuriosorum venter est Deus: quare non auari aurum & argentum appelletur Deus? Alij hæc ad Babylonia referunt tempora. Ego, iuxta tropologiæ leges, singula quæque percurram. Turris vel ob munitionem vrbis ædificatur, vel ob speculam, vt longe veniens cernatur hostis. Vnusquisque ergo nostrum debet ædificare turrim, prius sumptibus supputatis: ne iuxta euangelicam parabolam, cum explere opus nequiuerit, rideatur: Hæc turris bene constructa persistit: Sin autem erecta in superbiam firma non habuerit fundamenta: cadet super eum, à quo ædificata est, sicut illa in Siloa, quæ decem & octo homines interfecit. Vnde & dominus loquitur ad audientes: & vos si non egeritis pœnitentiam, similiter peribitis. In consequentibus quoque lecturi sumus, quod Deus in vinea sua ædificauerit turrim, & fecerit torcular, & macerią circumdederit; sed hæc omnia destructa sint, atque vastata; quia vano superbiæ supercilio intumuerint. Muri quoque extruuntur excelsi, ne cito ciuitas destruatur, ne hostibus pateat: quia circumdantur ecclesiæ à sapientissimis viris, & omni ratione firmantur: ne quod dogma peruersum prævaleat veritati. De istiusmodi muris Deus loquitur ad Hierusalem: Ecce *super manus meas depinxi muros tuos: & in conspectu meo sunt semper.* Sin autem ij, qui prius impugnauerant ecclesiam, cognita veritate transierint ad fidem, & pugnauerint pro ea, quam ante impugnauerant: tunc illud implebitur: Cito ædificaberis ab iis, à quibus destructa eras. In Leuitico quoque legimus: domum, quæ in vribus muratis sit, si intra annum redempta non fuerit, emptori æterna possessione firmari; quod si in villis & in viculis sit, quæ muros non habent, semper posse redimi, & emptoris pretium fluctuare.

Esa. 49. c

Leuit. 25. c

f ¶ *Et super omnes naues Tharsis*, &c.] Pro Tharsis, quod omnes similiter trãstulerũt, soli Lxx. mare interpretati sunt: ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης, Hebræi putant lingua propria sua mare ים תרשיש appellari: quando autem dicitur non Hebraico sermone appellari, sed Syriaco. Habuit & Iosaphat naues, quas mittebat in Tharsis: sed contritæ sunt in Asiongaber. Habuit & Salomon, quæ ibant in Tharsis, & post tres annos reuertebantur, afferebantq; regi argentum & aurum, ebur, & simias. Sed quia rex vterque peccauerat, alius deditus voluptati, & externarum gentium amans feminas, alius se cum rege Samariæ copulans: quod vtrumque ad ethnicos refertur, & hæreticos, in quibus nihil est aliud, nisi fulgor eloquentiæ: & sensus dialectica arte constructus, & sermo mortuus, quod intelligitur in eburneis dentibus: & similitudo rationis humanæ, quod sentitur in simiis: idcirco in psalmis legimus: *In spiritu violento confringes naues Tharsis.* Et de his nauibus idẽ Esaias loquitur: *Væ alis nauium quæ sunt trans Aethiopiam.* Sunt autẽ contrario & bonæ naues, de quibus in eisdem psalmis dicitur: *Qui descendunt in mare nauibus: & faciunt opus in aquis multis: Ipsi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo.* Qui enim in sæculi huius fluctibus non sunt otiosi, sed

b Tarsis. ciam.

3. Reg. 22. g
2. Reg. 10. d

Psalm. 47. b

Esa. 18. a Sec. 70.
Psal. 106. g

operantur, & merces portant dominicas, & ad portũ quietis venire festinant: ipsi videbunt opera domini, & mirabilia eius in profundo: quando ad profundam scientiam peruenerint, & vniuersa scrutantes, hoc est, etiam profunda Dei, & mirabilia eius aspexerint. Iosephus, Tharsis, vrbem Cilicię Tarsum arbitratur: alii regionem putant Indiæ: & hoc nomen etiam de duodecim gemmis lapidem appellari, qui apud nos vocatur chrysolithus, ob marini coloris similitudinem. Melius autem est, Tharsis, vel mare vel pelagus, absolute accipere. Neque enim Ionas, de Ioppe nauigans, ad Indiam poterat peruenire, ad quam illo mari non potest nauigari, sed simpliciter ire in pelagus, & ad quascumque insulas pergere. Quodque sequitur.

Lib. 1. antiq. c. 6.

Ionæ. 1. a

a ¶ *Et super omne quod visu pulchrum est* (siue vt Lxx. transtulerunt.) *Et super omnem aspectum pulchritudinis nauium.* Eodem sensu accipiendum: quod destruatur à die domini, quidquid pulchrum videtur in verbis, & humana ratione constructum, si se erigat contra scientiam Dei.

b ¶ *Et incuruabitur sublimitas hominũ: & humiliabitur altitudo virorum*, &c.] Tamdiu videtur humanus sermo habere rationem, quamdiu diuinæ scientiæ non fuerit comparatus. Cum autem mendacium veritati quasi stipula igni appropinquauerit, cito voratur, & deperit: & omnia dogmata falsitatis, quæ nunc idola nominantur, ab eo quod simulata sint atque conficta, penitus conterentur.

c ¶ *Et introibunt in spelúcas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis domini: & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram: In die illa proiiciet homo idola*, &c.] Sæpe diximus, argentum, & aurum pro sermone & sensu accipi: quæ à Deo hominibus data sint, vt vel loquantur, vel sentiant Deum, & laudent creatorem suum: illi abutuntur hoc munere in idolorum simulationem: iuxta illud quod scriptum est; Dedi eis argentum & aurum: ipsi vero de argento & auro meo operati sunt Baal. Cum ergo quis domini pauore perterritus primum in spelunca pectoris sui idola condiderit, & in voraginibus terræ absconderit, non audens proferre quod male finxerat, secũdus profectus est, vt prius celata proiiciat, & in se esse non patiatur. Pro talpis, quas nos interpretati sumus, Lxx. vana, id est, τοῖς ματαίοις: Aquila, ὄρυγας: Symmachus, infructuosa. Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit d חפר פירות. Est autem animal absque oculis, quod semper terram fodit, & humum egerit, & radices subter comedens frugibus noxium est: quod Græci ἀσπάλακα vocant. Vespertilio autem, nocturna auis, quæ congruum ab eis nomen accepit νυκτερὶς, eo quod in nocte volitet, paruum animal est, & murium simile, nõ tam voce & cantu resonans, quam stridore: quod cum videatur volitare, lucifugum est, & solem videre non patitur. Istiusmodi animantibus idola comparata sunt, quæ cæca & tenebrosa coluntur à cæcis, & omnia dogmata contraria veritati, quæ cum in die domini fuerint derelicta, ingredientur, ii, qui proiecerint ea in fissuras petrarum cauernasque saxorũ: vt non in terræ puluere & vili luto, sed in firma ratione versentur, & inueniant sibi diuersa virtutum foramina, per quæ ad veritatem valeant peruenire. Hæc iuxta anagogen, vt potui, breui sermone perstrinxi, quæ Hebræi ad Babylonia referunt tempora, & subuersionem Hierusalem, quando surrexerit dominus terram percutere Iudæorum.

Osee 2. b

d Haphoperot.

d ¶ *Quiescite ergo ab homine*, &c.] Hoc prætermisere Lxx. & in græcis exemplaribus ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ additum est: quod in Hebræo ita legitur: חדלו לכם מן האדם אשר נשמה באפו כי במה נחשב הוא. Vbi nos diximus: excelsus reputatus est ipse: Aquila interpretatus est, in quo reputatas est iste. Verbum Hebraicum f במה vel ὑψηλὰ dicitur, id est, excelsum, quod & in Regnorum libris & in Ezechiele legimus, vel certe in quo, & eisdem literis scribitur g במה, ac pro locorum qualitate, si noluerimus legere, in quo dicimus h במות, sin autem excelsum vel excelsus, legimus i במה. Intelligentes ergo Iudęi prophetiam esse de Christo: verbũ ambiguum in deteriorem partem interpretati sunt: vt viderentur non laudare Christum, sed nihili pendere. Quæ est enim verborum consequentia, & qui ordo orationis ac sensus, vt dicamus: Cum hæc ita se habeant, & dies ventura sit domini, in qua vniuersus Iudææ status subuertendus est, & omnia conterenda, moneo vos, atque præcipio, vt quiescatis ab homine, qui ita spirat ac viuit, vt nos homines, quia in nihili computandus est? Quisquam ne hominum ita quempiam laudet, vt dicat: Cauere ne offendatis eum, qui omnino nihil est? Ergo econtrario sic intelligendum. Cum hæc vniuersa ventura sint vobis, & prophetali spiritu prædicantur, moneo, atque præcipio, vt quiescatis ab eo qui secundũ carnem quidem homo est, & habet animũ, & ita spirat, & naribus halitum trahit, vt nos homines spiramus, & viuimus, sed secundum diuinam maiestatem excelsus & est, & reputatur, & creditur. Tacita mecum mente pertractans, non possum inuenire rationem, quare Lxx. tam perspicuam de Christo prophetiam in Græcum noluerint vertere. Cæteri enim, qui verterunt quidem, sed sermonem ambiguum ad impietatis traxere sensum, non mitum cur male interpretati sint, nec voluerint de Christo gloriosum quid dicere, in quem nõ credebãt, videlicet vt Iudæi, aut semi Iudæi, id est, Hebionitæ. Quod autẽ Christus excelsus sit, vel altissimus, qui alio sermone apud Hebræos appellatur k עליון, in octogesimosexto psalmo legimus: Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Et in euangelio, Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Ac ne longum funem traham, in expositione enim sanctarum scripturarum veritatem debemus sequi, non contentionem in isto loco, l במה apud Hebræos non excelsus dicitur, sed excelsum, id est, ipsa altitudo, atque sublimitas, quasi si de aliquo dicamus, non est diuinus, sed diuinatio, non est riuus, sed fons, non est homo, sed ipsa humanitas. Origenes hunc locum ita interpretatus est. Quia singulariter de vno homine dicitur, referri potest ad dominum Saluatorem, iubente propheta vt quiescant ab eo qui in magno aliquo reputatus est: licet in præsentiarum videatur, vt homo, & spiramen habere in naribus, sicut & cæteri spirant homines.

e Hidlou lachem min haadam asher nesama beappo ci bamme nech'ab hou.

f Bama. 4. Reg. 14. Ezech. 36.

g Bame.

h Bama.

i Bama.

k Elion.

l Bama.

Commentarij primi in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM

PROLOGVS.

INITO *in Esaiam primo volumine, quod vt potui, non vt volui, celeri sermone dictaui, sensum potius scripturarum, quam compositæ orationis verba perquirens, nunc transcendam ad secundum: & quidquid in me virium est, pronęque in dominum voluntatis, offeram ei, qui per prophetam locutus est:* Ego visiones multiplicaui: & in manibus prophetarum assimilatus sum. *Vnde obsecro te virgo Christi Eustochium, vt nobis in scripturarum explanatione certantibus, tu cum Moyse ad Dominum cleues manus, vt qui exeuntes de AEgypto mare transiuimus rubrum, vincamus Amalec, qui interpretatur deuorans & elingens, & possimus tecum dicere*: Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Exod. 17. c עמלק

Psal. 143. a

Osee 12. c

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER SECVNDVS. CAP. III.

ECCE *enim dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & ab Iuda validum & fortem: & omne robur panis, & omne robur aquæ.*] Hucusque de iudicio dici putant: quod sequitur, de captiuitate ventura: quam alij ad Babylonios, alij referũt ad Romanos: sed melius est, vt supra diximus, cuncta referri ad dominicã passionem. Post interfectionem quippe illius, omnes gratiæ & donationes sublatæ sunt à Iudæis: secundũ quod in euangelio scriptũ est: *Lex & prophetæ vsque ad Ioannẽ Baptistam.* Et est ordo. Quoniã noluistis cessare ab homine, cuius spiritus in naribus eius, qui excelsus reputatus est: sed è cõtrario fudistis sanguinem iusti, & cogitastis consilium pessimum, dicentes: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis: Ideo fructum adinuentionum vestrarum comedetis. Nihil apud Iudæos post passionem domini forte, nihil validũ est: sed omnia infirma & languida. Nec aliquis potest apud eos dicere: omnia possum in eo qui me confortat, Christo Iesu domino nostro. Et quia iuxta Lxx. legimus validum & validam, valido illud possumus coaptare: *Donec occurramus omnes in virũ perfectũ in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Porro validæ: Volo, inquit, omnes vos virginem castam exhibere Christo. Fortitudo autem panis, & fortitudo aquæ, pro omni cibo & potu accipitur. Legimus quod Moyses fuerit in mõte Sinai, & quadraginta diebus panem non comederit, & aquam non biberit. Illud quoque quod ad Adam dicitur: *In sudore vultus tui comedes panẽ tuũ, donec reuertaris in terram de qua sumptus es*: similiter audiendum. Nec nõ quod à Saluatore dicitur: *non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei.* Fortitudo igitur panis auferetur ab eis: ille qui dicit. *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Et fortitudo aquæ*: de qua idem dominus loquebatur: *Omnis, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.* De huiusce modi panibus & in Prouerbiis legimus: *Aperi oculos tuos, & replere panibus.* Habent Iudæi panẽ, sed absque fortitudine: habent aquas, sed absque robore. Legunt enim scripturas, sed non intelligunt: Tenent membranas, & Christum, qui in membranis scriptus est perdiderunt: Lacte enim aluntur, quasi paruuli, & non solido cibo. Et quia fortitudinem perdiderunt, & infirmi sunt, propterea olera comedunt. Athletarum autem solidus cibus est, qui & vitam sustentat humanam, & viuentibus præbet

Matt. 11. b

Sap. 2. c

Philip. 4. c
2. Cor. 11. d

Vbi supra. Exod. 34. d

Gen 3. c

Matt. 4. a

Ioan. 6. c
Ioan. 4. b

Prou. 20. b

CAP. III.

ECCE enim dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & ab Iuda validum & fortem: omne robur panis, & omne robur aquæ. b Fortem & virum bellatorem, iudicem & prophetam, & hariomo legimus: *Exultauit vt gigas ad currendam viam suam, à summo cœlo egressio eius: & occursus eius vsque ad summũ illius.* Sin autem legerimus, Nemrod gigãtem, qui fuit venator coram domino, & gigantes, propter quos venit diluuiũ super terram, in contrariam partem accipiendi sunt. *Virum quoque bellatorem* iuxta historiam sic intelligimus, quod capti sint, & vsque hodie seruiãt, & nõ deposuerint seruitutis iugum, sed ne iudices quidem habeant proprios, Romanisque subiiciantur iudicibus, in tantum vt de principibus eorum, qui esse videntur in populo, Romani principes iudicent. Sed & hoc dicendum, quod nullus sit apud eos bellator in lege, habens scientiam iudicandi, sed omnia vana sint, & caduca, & plena stultitiæ. De propheta autem, quod apud eos esse cessauerit, nulli dubium est. Quærimus iuxta Hebraicum, quo modo interpretemur hariolum, quem omnes interpretati sunt, diuinum, exceptis Lxx. qui pro hoc, *coniectorem* transtulerunt. Et dicendum, quod sæpe etiam per hariolos futura dicantur, sicut in Balaam diuino legimus, & in diuinis quinque vrbium Palæstinarũ, Gazæ, & Ascalonis, Geth, & Accaronis, & Azoti, qui dant consilium quomodo arca domini remittatur. Et est sensus. Et vera & falsa à Iudæis pariter auferentur. *Senem* quoque, quẽ Lxx. *presbyterum* transtulerunt, intelliget ablatum à Iudæis: qui scierit in scripturis sanctis presbyteros merito & sapiẽtia eligi, non ætate. Neque enim apud Iudæos senes esse cessarunt, quos vsque ad decrepitam senectutem sæpe venire consp icimus. Et inueteratos dierum malorum, duos presbyteros iuxta Theodotionem in Danielis principio legimus. Nam & Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros, quos scit esse presbyteros. Et apostolus Paulus, qualis presbyter eligi debeat, plenissime scribit ad Timotheum. Vnde & in Prouerbiis dicitur, *Gloria senum canities.* Quæ est ista canities? haud dubium, quin sapientia: de qua scriptum est: *Canities hominum prudentia est.* Cumq; nongentos & eo amplius annos ab Adam vsq; ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est, senex, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse cõuincitur. Vnde scribit & Ioannes post pueros & iuuenes etiam ad senes, dicens: *Scripsi vobis patres, quia cognouistis*

b ¶ *Fortem & virum bellatorem*, &c.] Pro forti, quod solum est in Hebræo, duo simul Lxx. transtulerunt, gigantem & fortem: eundem volentes gigantem esse quem fortem. De forti supra dictum est. Gigantem autem in bonam partem, hoc est, de omnio Saluatore, in octauo decimo psalmo

Gen. 10. b

Num. 22. 1. Reg. 6. a

Dan. 13.

Exod. 18. c

1 Tim 5 e

Prou. 10. d

Sap. 4. b

Gen. 24. a

Ioan. 2. b

eum qui à principio est. Et Roboam filius Salomonis, ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros.

a ¶ *Principem super quinquaginta.* Συνεδρικῶς, à parte totum, quomodo enim centuriones vocãtur, qui centũ præsunt militibus, & chiliarchi qui mille, quos nos tribunos appellamus, ab eo quod præsint tribui: sic in Israelitico exercitu quinquagenarij vocabãtur, qui in capite erãt quinquaginta militum, vnde & decanos dicimus, qui decẽ præsunt hominibus. Nec mirum, si apud Iudæos omnis perierit dignitas bellatorum: cum militandi sub gladio & arma portandi nõ habeant potestatem. Quia vero quinquagenarius numerus semper refertur ad pœnitentiam, principesq; pœnitentiæ, & caput eorũ qui saluantur per pœnitentiã, Christus est: breuiter numeri huius sacramenta pandamus. In Genesi legimus loquente Abraham ad dominum, quod à quinquaginta primum iustis, si inueniantur in ciuitate, dixerit vrbem esse saluandam. Et septem hebdomadarum in Leuitico, id est, pentecostes celeberrima festiuitas est. Iubileus quoque, id est, remissionis annus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est quadraginta nouem annis texitur, in quo clangunt tubæ, & ad omnes reuertitur antiqua possessio, hoc continet sacramentum. Vnde & Dauid in quinquagesimo numero psalmum scribit pœnitẽtiæ. Legimus quoq; in Numerorum libro, quod de præda & spoliis quinquagesimum caput tam de hominibus quam de iumentis accipiant sacerdotes: & quinquagesimum Leuitæ, qui custodiunt fores tabernaculi. Illa quoque euangelij parabola, in qua dicũtur duo debitores: *vnus qui debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta*: ad hãc refertur intelligentiam. Vnde & apostolus apud Ephesios, quibus mystica quæque dissoluerat, vult permanere vsque ad pentecosten, donec perfecte ad dominum conuertantur, dicens: *Ostiũ enim mihi apertum est magnum & euidens, sed aduersarij multi.* Imitatur autem & diabolus isto numero Israeliticum exercitum: de quo Iethro dederat genero suo Moysi consilium, vt constitueret super populum tribunos & centuriones & quinquagenarios. Vnde impius rex mittit duos quinquagenarios cũm subditis sibi militibus, vt exhiberent Eliam: qui diuino igne consumpti sunt. Tertius autem saluatur ex eis: qui conuersus ad preces, pœnitentiæ sacramenta cognouerat. Vnde & Iudæi nolentes dominum esse perfectum, nec principem quinquagenarium, dicunt ad eum, *Quinquaginta annos necdũ habes, & Abrahã vidisti?* Et ille sciens se esse non solum pœnitentium principem, sed & iustorum, respondit: *Antequam Abrahã esset, ego sum.* Quod autem dominus princeps sit quinquagenarius, ex vna festiuitate intelligere possumus, de qua ait: Dominus est sabbathi filius hominis. Quod si sabbathi, & calendarum. Si calendarum, & paschæ, id est, Azymorum. Si paschæ, & iubilæi. Si iubilæi, & tabernaculorum. Si tabernaculorum, & pentecostes: quæ ad quinquagesimum refertur numerum.

b ¶ *Et honorabilem vultu & consiliarium.*] Pro duobus, id est, honorabili vultu & consiliario, Lxx. vnum virum admirabilem consiliarium transtulerunt. Inter cæteras gratias etiam hoc dominus auferet à Iudæa, vt nullum habeant cõsiliarium, sed faciant cuncta absque consilio. Et Græci poëtæ laudabilis illa & admiranda sententia est: Primum esse beatum, qui per se sapiat: secundum, qui sapientem audiat: qui autem vtroq; careat, hunc inutilem esse, tam sibi quam omnibus. Vnde & illud in nostris libris legimus: *Amici tibi sint plurimi, consiliarius autem vnus de mille.* Et iterum: *Cum consilio omnia age: & dabit tibi prudentia admirabilẽ consiliarium.* Senatus quoq; consulta dicuntur, & principes quondam Romani, consules appellati sunt, vel à consulendo ciuibus, vel ab agendo cuncta consilio. Et nos habemus in ecclesia senatum nostrum, cœtum presbyterorum. Cum ergo inter cætera etiam senes Iudæa perdiderit, quomodo poterit habere consilium, quod proprie seniorum est?

c ¶ *sapientem architectum.*] Pro quo Aquila transtulit, sapientissimum artificũ: vt ostenderet eos plures quondam habuisse artifices: qualis & ille fuit Beseleel filius Vri, filij Vr de tribu Iuda: quem impleuit Deus spiritu sapientiæ, & intelligentiæ, ac disciplinæ: vt in omni opere esset faber perfectissimus non solum in auro & argento, sed & in ære, & cæteris quæ Moyses enumerat, qui ædificauit tabernaculum Dei. Illis ergo perdentibus architectos, omnis ædificandi gratia trãslata est ad ecclesiam. Vnde Paulus apostolus dicit: *Quasi sapiens architectus fundamentũ posui.* Et Hieremias architectus erat, qui non solum eradicabat, & suffodiebat, & perdebat, sed & ædificabat. Vnde idem apostolus loquitur: *Dei agricultura Dei ædificatio sumus.* Dominus quoque noster appellatur structor maceriarum. Et in euangelio, filius fabri sugillatur, qui vniuersa condiderit. In Regum quoque volumine legimus, quod miserit rex Salomon & tulerit Hyram Tyrium, filium mulieris viduæ, qui erat de tribu Neptalim, & habebat patrem Tyrium, artificem æris. Ingressusque est ad regem, & fecit omnia opera regi Salomoni: in quo typus est ædificandæ ecclesiæ: quod non solum de tribu Iuda, sed de Neptalim quoque & patre Tyrio generatus sit: qui habuit matrem viduam, quia priorem virũ perdiderat. Et multo *plures* sunt *filij desertæ, magis quam eius, quæ habet virum* Sed & in Paralipomenon libro legimus vallem artificum, Sarias autem genuit Ioab patrem vallis artificum: ibi quippe artifices erant. Qui propterea habitare dicuntur in valle, quod non eos inflabat scientia: sed humilem atque mansuetum sequebantur Iesum, & cum Apostolo dicere poterant: Ego *sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus vocari apostolus.* Et alibi. *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus*: Et *nũc per speculũ videmus in ænigmate.*

d ¶ *Et prudẽtem eloquij mystici.*] Pro quo Lxx. interpretati sunt, *prudentem auditorem*: Theodotion, *prudentem incantatorem*: Aquila, *prudentem susurratorem*: Symmachus *prudentem eloquij mystici*: quem & nos in hoc loco secuti sumus. Dicendum primum iuxta Lxx. quod inter cæteras gratias spiritales, etiam prudens auditor in ecclesia necessarius sit. *Alij enim datur prophetia: alij discretio spirituũ.* Vnde & constituti erant in populo Iudæorum sacerdotales gradus, qui prophetas, pseudoprophetasque discernerent, hoc est intelligerent, qui de Dei spiritu loquerentur, qui de cõtrario. Legamus Hieremiam. Prudens autem eloquij mystici, siue susurrator, & vt Theodotion voluit, incantator, videtur mihi vir esse eruditus & exercitatus, tam in lege & prophetis, quam in euangelio & apostolis: qui possit singulas animi perturbationes sua sanare doctrina, & ad statum mentis reducere: dum & scortator recipit castitatem, & ganeo frugilitatem: & quondam auarus, dat eleemosynam. Euentila omnes Iudæorum synagogas, & nullum poteris inuenire doctorem, qui sancta præcipiat, & contemptis diuitiis, sectandam doceat paupertatem. De istiusmodi incantatoribus contra serpentes, & aspides, id est, contra peccatores, qui Dei iustitiam reliquerunt, Dauid loquebatur in psalmo: *Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. Furor eorum iuxta similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas: quæ non exaudiet vocem incantantium, & veneficimedicantis sapienter.* Omnis sermo apostoli contra serpentes & aspides incantatio est: quem non exaudiunt peccatores, & hæretici, quia claudunt aures suas, ne audiant veritatem.

e ¶ *Et dabo pueros principes eorũ.*] Si ex persona prophetæ dicitur: *Ecce enim dominator dominus exercituum, auferet ab Hierusalẽ, & ab Iuda validũ & validam: omne robur panis, & omne robur aquæ*, & reliqua: quomodo nunc idem propheta loquitur: *Dabo pueros, principes eorũ, & effeminati dominabuntur eis*? Ergo iuxta consuetudinem prophetalem loquente propheta, subito Deus loquitur per prophetam ex persona sua, & dicit. Dabo pueros principes eorum: sublatis enim iis, quæ ante donaueram, & quasi bona iratus abstuleram, nunc econtrario dabo mala: Tuli senem & quinquagenarium, & admirabilem consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auditorem: & cætera. Pro his dabo pueros principes. Qui enim presbyterum perdiderunt, qualem superior sermo monstrauit, qualis & Abraham

hariolum & senem. a Principẽ super quinquaginta b Et honorabilẽ vultu & consiliarium. c Et sapientẽ architectũ. d Et prudentem eloquij mystici. e Et dabo pueros principes eorũ. a Et

ham primus appellatus est presbyter, recte iuuenes principes accipiunt. De quibus & in Ecclesiaste legimus: *Væ tibi ciuitas, cuius rex iuuenis, & principes tui manc comedũt: Beata terra, cuius rex filius ingenuorum.* Talis fuit rex iuuenis Roboam, filius Salomonis, qui secutus est iuuenum consilia: Non quod ætate esset iuuenis, sed sapientia: alioqui quadraginta & amplius annorum regnum accepisse narratur. Et econtrario Salomon duodecim annorum erat quando suscepit imperium: & quia habebat sapientiam, propterea non est appellatus iuuenis. Erat enim in eo latitudo cordis, & amplitudo sapientiæ: quanta arena est in maris littoribus. Vnde & Apostolus scribit ad Timotheum: *Nemo adolescẽtiam tuam contemnat.* Qui enim ætate iuuenis est, maturitate senex est. Et Daniel, iuxta Theodotionem, antequam iudicaret, appellatus est puer: postquam vero excitauit in eo Deus spiritum, & iudicauit senes, accepit presbyterij dignitatem. Hieremiæ quoque, qui ad mittentem se dominum dixerat: *Qui es dominator domine: ecce ego nescio loqui, quia iuuenis sum*, Respõdit dominus: *Ne dicas, quia iuuenis sum, priusquã formareris in vtero, noui te, & antequam exires de vulua matris tuæ, sanctificaui te, & prophetam in gentibus constituite.* Ob hanc causam reor & adolescentulas viduas iuberi ab apostolo, vt accipiãt maritos, & matres familiæ sint, & educent liberos suos, quia multæ retro abiere post satanam, & cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerant. Nec ecclesiasticis vidua sustentatur alimentis, nisi quæ sexaginta annorum est, & maturitatem habet morum pariter & ætatis. Putet aliquis & illud, quod Apostolus prohibet episcopum fieri neophytum, ad hoc pertinere, quia paruulus in fide est, *ne elatus in superbiam, incidat in iudicium diaboli.* Iudicium autem diaboli nullum est aliud, nisi superbia eius, propter quam de cœlestibus cecidit. Vnde & Saluator loquitur *Videbam satanam, quasi fulgur cadentem de cœlo.*

a ¶ *Et effeminati dominabuntur eis.* Pro quo in Hebræo scriptum est a תעלולים, quos Lxx. & Theodotion illusores interpretati sunt, Aquila ἐναλλάκτας, qui se mutent, & turpitudinis exercẽant vices; Quales in Iudicum libro super concubina Leuitæ in Gabaa legimus. Consideremus patriarchas Iudæorum, & iuuenes, siue pueros, effeminatosque, ac deliciis affluentes: & impletam prophetiam esse cernemus. Possumus illusores dicere, & magistros populi Israel, *qui deuorant populum Dei sicut escam panis*, & peruerse scripturas sanctas interpretantur, illudunt que stultitiæ discipulorũ.

b ¶ *Et corruet populus vir ad virum*, &c.] Quando iuuenes fuerint principes, & illusores domini, quales propheticus sermo describit, tunc nec dignitatis, nec ætatis, nec scientiæ vllus ordo seruabitur: sed rebellabunt pueri senibus, & ignobiles nobilibus: & mutuo corruent. Et implebitur illud apostolicum: Mordentes inuicem consumpti estis ab inuicem. Hæc sub Tito filio Vespasiani accidisse populo Iudæorum, scribit Iosephus, eo quod cum expugnaretur à Romanis Hierusalem, fuerit in tres partes diuisa seditio: & alij arcem & templum, alij inferiorem, alij superiorem partem vrbis tenuerint.

c ¶ *Apprehẽdet enim vir*, &c. *ruina autem*, &c.] Pro *ruina*, Symmachus & Theod. *infirmitatem*, transtulerunt: Lxx. *cibum*. Significat autem raritatem hominum, & maxime rerum omnium penuriam: quod qui cibum & vestimentum habuerit, potens, & diues, & inclytus esse credatur. Quod autem ait, iuxta Hebraicum: Ruina autem hæc sub manu tua, hunc sensum habet. Miseria nostra & calamitas tuo sustententur & protegatur auxilio. Et hoc considerãdum, quod singuli sibi eligant principes singulos, & in principum electione seditio sit: dum alij alios principatu dignos putant. Nec dicunt ad eos: possessiones tuæ, & reditus sustentare nos poterunt: sed infirmitas ista, siue cibus meus, ex tuo sanabitur, & pendebit arbitrio.

d *Et respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus*, &c.] Pro *medico*, Symmachus & Lxx: transtulerũt, *principem*, id est, ἄρχοντα: Theodotio, ἐπιδεσμευτὴν, qui liget vulnera, & prouideat sanitati. Respondebit, in Hebræo non habetur: sed de Lxx. additum est: In Hebræo enim iis, quæ supra scripta sunt, iungitur: In illa die dicet, non sum medicus, & reliqua. Is autem dicet, qui princeps fuerit electus. Et ficut populus, qui eum, quem comparatione sui locupletiorem intelligit, principem habere desiderat: sic qui eligitur, considerans paupertatem & imbecillitatem suam, indignũ se esse delato honore testatur, nec posse mederi vitiis, id est, curare languentes, esurientibus cibum tribuere, vestire nudos, qui ipse se sustentare vix valeat. Ergo non statim multitudinis acquiescamus iudicio: sed electi in principatum, nouerimus mensuram nostram, & humiliẽmur sub potenti manu Dei: Quia *Deus superbis resistens, humilibus dat gratiam.* Quanti panẽ non habentes & vestimentum: cum ipsi esuriant, & nudi sint, nec habeant spirituales cibos: neque Christi tunicam integram reseruarint: aliis & alimonia & vestimenta promittunt: & pleni vulneribus, medicos esse se iactant: Nec seruant illud Mosaicum: prouide alium quem mittas. Aliudque mandatum: *Ne quæras iudex fieri, ne forte non possis auferre iniquitates.* Solus Iesus omnes languores sanat, & infirmitates, de quo scriptum est. *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.*

e ¶ *Ruit enim Hierusalem, & Iuda concidit*, &c.] Hoc propheta loquitur, non vt plerique arbitrantur, ille, qui princeps fuerat electus. Et dicit, ideo nullum velle præsse populo peccatori, quia & Iudas, & Hierusalem, & vrbs, & Iudæa prouincia, siue tribus Iuda pariter conciderint. Causasque reddit impietatis eorum, quia contra dominum blasphemauerunt, atque dixerunt. *Tolle, tolle, crucifige talem, non habemus regem nisi Cæsarem*, & clementissimum dominum furore linguæ suæ ad amaritudinem prouocauerunt. Agnitio vultus eorum respondit eis, id est, sua recepere peccata, siue vt Lxx. transtulerunt, καὶ ἡ ἀναγνῶσις τῶν προσώπων αὐτῶν ἀντέστη αὐτοῖς, id est, confusio vultus eorum restitit eis, id est, ante oculos suos propria semper habuere delicta. Et quomodo Sodomitæ cum omni libertate peccantes, & nec pudorem quidem vllum habentes in scelere, dixerunt ad Loth, *Educ foras viros, vt concũbamus cum eis*, sic & isti publice proclamantes, suum prædicauere peccatum, nec vllam in blasphemando habuere verecundiam. Secunda enim post naufragium tabula pœnitentia est: & consolatio miseriarum, impietatem suam abscondere. Vnde & principes appellantur Sodomorum, quod Sodomitica habuere peccata.

f ¶ *Væ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala*, &c.] Iuxta Hebraicũ & cæteros interpretes hunc sensum habet: Væ illis, qui sua scelera receperunt. Vnde vos, qui auditis, vel qui librum prophetæ legitis, laudate iustitiam Dei, quia benefecerit: quia impij labores manuum suarum comederunt: Et væ impio populo in malum: recepit enim quod merebatur. Et qui principem suum Romanæ tradidit potestati, ipse Romanæ subiacet seruituti. Iuxta Lxx. autem interpretes, qui dixerunt: *Væ animæ eorum*: quoniam cogitauerunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: *Alligemus iustum, quoniam inutilis est nobis*: itaque fructus operum suorum comedent: perspicue de Christi dicitur passione: quod inierint consilium pessimum: non tam contra

Gen. 18. c
Leuit. 23. c
Deut. 16. b
Leuit. 25. a
Num. 51. d
Luc. 7 f
1. Cor. 16. b
Exod. 18. d
Ioan. 8. g
Matt. 12. a
Eccles. 6. a
32. d
Exod. 31. a
1. Reg. 12. b
4. Reg. 1.
1. Cor. 3. b
Hiere. 18. a
1. Cor. 3. b
Esa. 50. d
Sec. 70.
Matt. 13. b
3. Reg. 5. a
2. Par. 2
Esa. 15. a
1. Par. 4. a
1. Cor. 15. b
Ibid. 13. c
1. Cor. 12. b
Esa. 3. a
Gen 24 a
Eccl. 10. c
2. Reg 12.
2 Par 29.
1 Tim. 4.
Dan. 13. 6
Hiere. 1. a
1. Tim 5. c
1. Tim. 3. b
Luc. 10 c
a Taalulim. Iudic. 19. c
Psal. 13. b
Psal. 57. a
Gal. 5. e
Lib. 6. de bel. Iud. c. 1.
Esa. 3. a
1. Pet. 5. b
Ibidem.
Exod. 4. c
Eccles. 1. a
Psal. 146. a
Luc. 23. c
Ioan. 19. b
Gen. 13. d
Sap. 2. c
Ioan. 11. f

iustum, quam contra semetipsos, & animam suam: & nunc fructus operum suorum comedent. *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: Et vnusquisque onus suum portabit.*

a ¶ *Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres*, &c.] Pro *mulieribus*, quas solus interpretatus est Symmachus, & Hebraice dicitur b נשים, Aquila, & Lxx. transtulerunt, ἀνθ' ὧν πῶν-των, qui significant exactores: Theodotio δανεισὰς, id est, fœneratores. Loquitur autem sermo propheticus cõtra scribas & pharisæos, qui turpis lucri gratia, vt acciperent decimas & primitias, Dei filium negauerũt. Et non eos vocat magistros, scribas, atq; doctores, sed exactores, qui quæstũ putant esse pietatẽ: Et deuorant, nõ iuxta euangelium, domus tantum viduarum, sed vniuersum populum: Accusansque luxuriã eorum, & turpem conuersationem, non solum exactores appellat, vt ab inuitis pecuniã videatur exigere, sed mulieres: quia propter libidinem omnia faciant, & sint dediti voluptatibus. Caueamus ergo & nos ne exactores simus in populo: ne iuxta impium Porphyrium matronæ & mulieres sint noster senatus, quæ dominentur in ecclesiis: & de sacerdotali gradu fautor iudicet feminarum.

b ¶ *Populе meus, qui beatum te dicunt*, &c.] Scribas & pharisæos exactores appellauerat, non magistros: & supra illusores: Qui propter munera, *quæ excæcant oculos* etiam *sapientium*, non solum peccatores in populo non corripiebant, sed pro diuitiis atque compendiis efferebant laudibus, beatos vocantes, & columnas domus Dei: & cætera, quæ solent adulatores dicere. Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui lacrymas, nõ risum mouet: qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem: nec præuenit sententiam iudicis sui: dicente scriptura sancta: *Nec beatum dicas quenquã hominem ante mortem.* Sed & in alio loco legimus: *Qui benedicit amico mane grandi voce: à maledicẽte nihil differt.* Vnde spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollantur, nec obtrectationibus contristemur: sed ingrediamur rectam viam, & tritas à sanctis prophetis semitas: audiamusque Hieremiam prophetam dicentem: *State in viis, & videte: & interrogate semitas domini sempiternas, quæ sit via bona: & ambulate in ea.* Quod si quando errauerimus, & quasi homines peruerso itinere perrexerimus: Domini per Ezechiel expectemus promissa dicentis: *Dabo eis viam alteram, & cor aliud.* Exactores autẽ peruerterunt atque perturbauerunt viam domini: vt habentes clauem scientiæ, nec ipsi intrarent, nec populum intrare paterentur: sed facerent eos perdere viam veritatis, quæ loquitur in euangelio: *Ego sum via, veritas, & vita.*

c ¶ *Stat ad iudicandum dominus*, &c.] Populus, qui propter simplicitatem imperitiamque deceptus est, adhuc vocatur populus Dei: & propterea iudicatur, vt saluetur. Nec sedet dominus in habitu iudicãtis: vt in Daniele legimus: Throni positi sunt, & libri aperti sunt: sed stat ad iudicandum: & stat vt iudicet populos, volens eos stare, quorum via fuerat dissipata. Contra principes autem & presbyteros populi sui venit ad iudicium: non vt iudicet, sed vt pariter iudicetur: dans eis locum defensionis, si potuerint habere quod respondeant: iuxta illud, quod in quinquagesimo psalmo dicitur: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* In Michea quoque propheta tale quid legimus: quod in suo loco interpretati sumus. Ergo contra pharisæos & δευτεροπῶτὰς, præsens locus accipitur. Inter senes autem & principes hoc fuisse reor in veteri populo, quod nunc est inter presbyteros & episcopos.

d ¶ *Vos enim depasti estis*, &c.] Facies pauperũ cõmolitis, siue cõteritis, & vt Lxx. interpretati sunt: *confunditis.*] Seruat consuetudinem prophetalem, vt mutet repente personas: supra enim ipse dominus dixerat: *Populе meus qui beatum te dicunt, ipse te decipiunt*: & postea propheta subiecerat: *Stat ad iudicandum dominus: dominus ad iudicium veniet.* Igitur post prophetam ipse dominus, qui ad iudicium venerat cum senibus populi sui & principibus eius, loquitur ad eos, & corripit delinquentes: Quare depascitis vineam meam? de qua scriptum est: *Vineam de Ægypto transtulisti.* Et in hoc eodẽ propheta: *Vinea domini sabaoth domus est Israel?* Hanc vineam & in euangelio locauit dominus agricolis pessimis: qui missum ad se patrisfamilias filium interfecerunt. Rapina, ait, pauperis in domibus vestris; pauperẽ vel simpliciter accipe, qui indiget eleemosyna: vel certe pauperem spiritu: de quo scriptum est: *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperẽ.* Et Paulus apostolus. *Tantum*, inquit, *vt pauperum memores essemus.* Quodque sequitur: Quare atteritis populũ meum, & facies pauperum commolitis, siue confunditis? manifeste ad principes dicitur Iudæorum. Sed & ad nostros principes referri potest: si atterant subiectam sibi plebem, & pauperes delinquentes publice arguant, atque confundant: diuitibus autem peiora peccantibus, ne nutum quidem facere audeant. Et rapina pauperum in domibus eorum est: quando replent thesauros suos: & ecclesiæ opibus abuntur in delicias: publicasque stipes, quæ ad sustentationem pauperum datæ sunt, vel sibi reseruant, vel propinquis distribuunt: & alienam inopiam, suas suorumque faciunt esse diuitias.

e ¶ *Et dixit dominus*, &c.] Supra & populum & principes tam prophetа quam dominus corripuerant: nunc ad mulieres, de quibus prius dixerat: Et mulieres dominatæ sunt eis, propheticus sermo conuertitur: ne se alienas arbitrentur à crimine: ob quarum delicias atque luxuriam depasti sunt exactores vineam domini: & rapina pauperis in domibus eorum est: & attriuerunt populum eius, & facies pauperum confuderunt. Quas quidam putant vere feminas Iudæorũ: alij metaphorice de vrbibus Iudææ dici arbitrantur, quæ appellantur filiæ Sion: minores videlicet ciuitates, vici & oppida: Vnde & in libro Iesu per singulas tribus ponuntur nomina ciuitatum: & postea describuntur villæ, atque castella: & filiæ nuncupantur. Alij, secundum tropologiam, mulieres animas arbitrantur: quæ si extento collo ambulauerint, & se erexerint in superbiam, & nõ virilem duritiam, sed dissolutionem sectatæ fuerint feminarum; corripiantur à sermone prophetico; & omnia perdant ornamenta virtutum; quæ sub lunulis, torquibusque, & monilibus, atque armillis, mitris, & discriminalibus, cæterisque huiusmodi describuntur. Aburendum est hoc testimonio & aduersum ecclesiæ feminas, quæ ambulant collo extento, & nutibus loquuntur oculorum: & plaudunt tam manibus, quam pedibus: & vt composito incedant gradu, non naturam sequuntur ducem, sed histriones redimunt præceptores.

f ¶ *Decaluabit dominus verticem filiarum Sion*, &c.] Hoc & nobis accidet, quorum peccata celantur: cum impletum fuerit illud, quod scriptum est: *Nihil occultum quod non reuelabitur.* Quamdiu enim protegimur crine, & veste ignorantiæ; & homines nos putant sepulcra dealbata, qui intus sumus pleni ossibus mortuorum; videmur aliquid habere munditiæ: cum autem patuerit, quod occultum est; auferetur vniuersa cæsaries, & fœda caluicies omnibus apparebit.

g ¶ *In die illa auferet dominus*, &c.] In qua die Iudæi pœtãt captiuitatis Babyloniæ: nos verius esse cõuincimus, quãdo à Roma-

Romanis capti sunt, & omnia vestium, atque gemmarum, aurique, ac monilium ornamenta, & diuersas supellectiles perdiderunt. Siue, per metaphoram mulierum, omnis ornatus vrbium destructus esse narratur. Ornamenta vrbium, in plateis, & porticibus, foro, atque gymnasijs, & mœnibus publicis intellige, quæ si referamus ad animarum statum: calciatos pedes eius, qui carnes agni comesturus est, & celebraturus pascha, legisse nos recordemur; & per solitudinem transeuntium, nec vestimenta, nec calciamenta consumpta. Quæ sunt ista calciamenta? Illa, de quibus Apostolus scribit ad Ephesios: *Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.* Quæ calciamenta animæ perdituræ sunt, quando extento collo, ambulauerint, & pedib. traxerint vestimenta, & pro munditia matronali, terræ verrant spurcitiam.

a ¶ *Et lunulas, & torques, & monilia*, &c.] Describit monilia feminarum, & per hæc insignia ciuitatum: vel iuxta anagogen, variarum ornamenta virtutum. Habent mulieres in lunæ similitudinem bullulas dependentes: quas nos ad Ecclesiæ ornamenta trãsferimus: quæ illuminatur sole iustitiæ. Torques quoque ad pectus vsque pendentes, intelligentiam ac principale mentis in corde demonstrant: *Et monilia*, quæ vno sermone omnia ornamenta significant: Et armillarum bona opera: quales Rebecca accepit in sponsalibus: *Et mitras*, capitis ornamenta, *& discriminalia*, vt iudicium habeat singulorum: *Et periscelidas*, quibus noster gressus ornatur: vt audiamus, *Pes tuus non offendet*: Et, *Eruet pedes meos à lapsu. Et murenulas*, quæ auri atque argenti texuntur virgulis, sensu videlicet & sermonibus scripturarum: *Et olfactoriola*: Vt Christi bonus odor simus: Et inaures, ne audiamus iudicium sanguinis, sed Domini verba dicentis: *Qui habet aures audiendi, audiat*: *Et annulos*, quibus signamur ad Domini militiam: *quem Deus signauit pater.* Vnde dicitur ad principem Tyri: *Tu es signaculum similitudinis.* Filius quoque prodigus cum stola recepit annulum, & calciamenta, & gemmas in fronte pendentes, quibus nostra ora decorantur. De cuius capitis ornamento & in Psalmo legimus: *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Quæ omnia licet Lxx. interpretes, Aquila, & Symmachus, ac Theodotio diuersis modis interpretentur, nos vt potuimus, vel de Hebræo, vel de ipsorum translatione texuimus: nec volumus diutius in singulis immorari: ne friuola sit expositio, & prudenti lectori fastidium faciat.

b ¶ *Et mutatoria, & pallia, & linteamina.*] Pro linteaminib. Lxx. τὰ διαζωνὶ λακωνικὰ, id est, perspicua Laconica, interpretati sunt: volentes tenuissimas significare vestes: quibus Lacedæmoniorum, qui fuerunt ad bella promptissimi, & austerioris vitæ, corpora tegebantur: quamquam, Laconica, nec Hebraicum habeat, nec vllus alius interpretum. Mutatoria autem & pallia, quæ significantius Symmachus transtulit ἀναβόλαια, ornamenta sunt vestium muliebrium, quibus humeri & pectora protegũtur. Mutatoria, iuxta anagogen, illa sunt, de quibus dicitur: Ibunt de virtute in virtutẽ: & linteamina, vt loti in domino delicijs perfruamur: secundum illud, quod in psalmis scriptum est: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hæc autem omnia perdiderunt filiæ Sion: quia ambulauerunt extento collo, & oculorum nutibus superbiam gestierunt, putantes suæ esse potentiæ, quod habebant, & non domini gratiæ.

c ¶ *Et acus, & specula, & sindones*, &c.] Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & in sparsos dissipentur capillos. Habent & specula, quibus cõsiderant vultum suum: & si quid deesse viderint, addunt ornatui. Habent sindones, quæ vocantur amictoria: & vittas, quibus crines ligantur, quas appellant ταινίας. Habent & teristra, quæ nos palliola possumus appellare, quibus obuoluta est & Rebecca. Et hodie quoque Arabiæ & Mesopotamiæ operiuntur feminæ: quæ Hebraice dicuntur c רדידים Græcè σάρικες: ab eo quod in σάρει, hoc est in æstate & caumate corpora protegant feminarum. Filiæ ergo Sion propter superbiam suam perdiderunt acus, quibus omnium præceptorum regula stringebatur. Perdiderunt specula, quæ obtulerunt in Exodo manentes in foribus tabernaculi mulieres ad laterem domini fabricandum: de quibus & Apostolus Paulus loquebatur: *Videmus* autẽ *nunc per speculum in ænigmate.* Amiserunt sindones & vittas, quibus operiebant humeros, & fluentem huc atque illuc animum constringebant: & teristra, quo tutissimo in æstibus regebantur vmbraculo. Hæc dicimus ne omnino tropologiam huius loci fugere videamur; cæterum laboris est maximi, in singulis immorari, & latam expositionem quærere.

d ¶ *Et erit pro suaui odore*, &c.] Fætere peccata pœnitens loquitur: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Zona accingi lumbos, Apostolus præcepit, dicens: *State accincti lumbos vestros in veritate.* Et de peccatore legimus: *Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* Igitur pro bono odore virtutum, filiæ Sion habebunt putredinem peccatorum. Et pro cingulo veritatis, mendacij funiculis ligabuntur: quos habuerunt super capita, qui cum pannis & sordibus vitam à rege Syriæ precabantur.

e ¶ *Et pro crispanti crine caluitium.*] Pro continuis, longis & ascendentibus orationibus, quæ per crines significantur, habuerunt caluitium, mentem vndique obstrusam, & ad tacendum ab orationibus firmatam.

f ¶ *Et pro fascia pectorali cilicium.*] Pro fascia pectorali, quam interpretatus est Symmachus, Lxx. tunicam, μεσοπορφύρεαν, id est, clauatam purpuram transtulerunt: quod Aquila cingulum exultationis expressit. Theodotio ipsum verbum Hebraicum d פתיגיל posuit, quod genus ornamenti muliebris est. Fascia pectus tegit, & eum possidet locum in feminis, quem rationale in pontificibus. De hac fascia pectorali & Hieremias mystico sermone dicebat: *Si obliuiscit potest sponsa ornatus sui, aut virgo fasciæ pectoralis suæ, & ego obliuiscar tui: dicit dominus.* Virgo, qualem exhibere nos cupit Apostolus Christo, quamdiu non corrumpitur in Ægypto, nec franguntur mammillæ eius, quæ pectorali fascia colligatæ sunt, iungitur sponso: & cum quotidie virtutum filios generet, nequaquam virgo esse desistit. Quod si aliquando diuricauerit pedes omni transeunti: & secuta fuerit amatores suos, & iuxta Osee vaticinium, sepserit dominus vias eius, & intercluserit semitas eius: reuertetur ad virum suum priorem, & audiet: *Exuere vestimentis luctus, & induere vestibus gloriæ tuæ.*

g ¶ *Pulcherrimi quoq; viri tui gladio cadent*, &c.] Pro pulcherrimis viris, Lxx. interpretati sũt καὶ υἱοὶ σου κράτιστοι δυνάμεως μάχαιρα μεσεῖται, id est, & filius tuus pulcherrimꝰ, quẽ diligis, gladio cadet. Quod si de animæ statu intelligimus, quæ post virtutes peccauerit: pulcherrimum filium eius, bona accipiamus opera, quæ hostili gladio conciderunt: & sortes quoslibet periisse in prælio: quia *iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die aberrauerit.* Sin autem sequamur historiam: ex his sermonibus docebimur, non de mulieribus Prophetæ esse sermonẽ, quarum viri in prælio corruerunt, sed de vrbibus Iudææ, quas filias Sion appellauit, & quarum bellatores ceciderunt in certamine. Denique de eadem Sion sequens versiculus loquitur.

h ¶ *Et manebunt atque lugebunt portæ*, &c.] Quod vsque hodie oculis cernimus. Facilis secundum tropologiam interpretatio est: quod quicunque locum dederit diabolo, & non omni custodia seruauerit cor suum, lugeant portæ eius: & absente sponso semper in luctu sit: ac de excelsis corruens, in terræ puluere sedeat.

A B C D E F G H

Gal 6.b
1.Thes.2.b
b Nasim
1.Tim.6.b
Mar.12.d
Deut.16.d
Eccles 11.d
Prou.27.b
Hier.6.d
Ezec.36.a
Luc.11.g
Ioan.14.a
Dan.7.e
Cap 6.c
Exod 12.b
Ephes.6.c
Gen.24.d
Psal 90.c
Ibid 55.c
2 Cor.2.d
Luc.8.b
Ezech. 28.c
Luc.15.
Psal.132.a
Psal 79.b
Esa.5.b
Matt.21.d
Iosue 19. & inde.
Psal.40.a
Gal.2.b
Luc.8.e
Matt.23.c
Gen.24.g
Psal.27.a
Ephes.6.c
Prou.5.d
3.Reg.20.
Ezech.33.c
Exod.38.a
1.Cor.13.d
d Perigil
Hiere.2.f
2 Cor.11.a
Osee 2.b

CAP. IV.

ET *apprehendent septem mulieres virum vnum*, &c.] Cùm pulcherrimi vrbis Hierusalem gladio ceciderint, & fortes perierint in prælio: & mœruerint, luxerintq; portæ eius: & ipsa fuerit desolata ob nimiam hominũ raritatẽ interfectis bellatoribus: Septem mulieres apprehendent vnum virum, cupientes habere semen in Sion, & domesticos in Hierusalem, cibum & vestimentum sẽ habere dicentes: tantum ne absque marito esse videantur, & subiacere illi maledicto, quod scriptum est: *Maledicta sterilis, quæ non facit semen in Israel.* Zacharias quoq; huic congruit sensui: *In diebus illis apprehẽdent decem homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi dicentes: Ibimus vobiscum. Audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.* Septenarius & denarius numerus, propter Sabbathum & decem præcepta legis, Iudæis familiaris est: & ideò hoc frequenter abutuntur: licet iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem: qui verbum [a] שבע: nunc septem, nunc plures, nunc iuramentum interpretantur, possit in hoc loco non septem significare, sed plures. Hoc secundum literam.

Cæterum in aduentu Domini Saluatoris, Septem mulieres, id est, septem gratiæ Spiritus sancti: de quibus in cõsequentibus idem propheta dicturus est: *Exiet virga de radice Iesse: & flos de radice eius conscendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & implebit eum spiritus timoris Domini*: Apprehendent Iesum, quem multo tempore desiderauerant: quia nullum alium potuerant inuenire, in quo æterna statione requiescerent. Vnde & Ioannes Baptista refert in euangelio: *Et qui misit me, ipse mihi dixit: Super quem videris Spiritum sancti descendentem, & manentem in eo, ipse est.* In Zacharia quoque legimus: super lapidem vnum septem oculos: & in vno aureo candelabro septem lucernas & septem suffusoria, ac duas oliuas ex vtraque parte lampadis, firma radice fundatas. Quod autem gratia Sancti spiritus cuncta possideat, expositione non indiget: Sed quia in hominibus semper patiebatur opprobrium, nullo viuente, vt Spiritus sancti dona poscebant, propterea Iesu nomen sibi cupiunt inuocari: vt quod in lege imperfectum erat, in euangelio compleatur.

a ¶ *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & in gloria*, &c.] Cùm filiæ Sion propter superbiam omnem ornatum perdiderint: & mœruerint luxerintq; portæ eius, & ipsa desolata consederit: omnesque bellatores eius perierint in prælio, intantum vt multæ mulieres vnum virum habere vix possint: Tunc orietur germen nominis Christiani: & terra dabit fructum suum, & exultatio erit iis, qui de Israël saluati fuerint: de quibus & suprà dictum est: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodomæ essemus, & similes Gomorræ fuissemus.* Et nota, quod non omnis Israël saluetur, sed reliquiæ populi Sion, & residuus in Hierusalem, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem, quibus & Dominus loquebatur: gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis: Significat autem apostolos, & eos, qui per apostolos crediderunt.

b ¶ *Cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion*, &c.] Tũc saluabuntur reliquiæ de Israël, quando in baptismate Saluatoris eis fuerint peccata dimissa, & ille sanguis ablutus, quẽ super se errans populus imprecatus est: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Vnde supra legimus: *Cum extenderitis manus, non exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et posteà eos ad pœnitentiã prouocans infert: *Lauamini, mundi estote.* Et nota, quòd sordes filiarũ Sion lauerit spiritu iudicij: sanguinem autẽ Hierusalem spiritu cõbustionis: Quod enim leue est, lauatur: quod grauius, exuritur. De quo iudicij spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes Baptista in euangelio loquebatur: *Ego baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne.* Ex quo discimus, quod homo tantùm aquam tribuat, Deus autem Spiritum sanctum: quo & sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgantur.

c ¶ *Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion: & vbi inuocatus est*, &c.] In Christo enim noua creatura est: de qua alibi legimus: *Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua.* Pro quo LXX. transtulerunt: *Et veniet, & erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius sunt, proteget nubes per diem, & lumen ignis flammantis in nocte.* Quis autem veniet, nisi ille, de quo scriptum est: *Veniet ex Sion qui liberet.* Et de quo alius propheta commemorat: *Adhuc paululum modicum, qui venturus est, veniet, & non tardabit.* Cùm ille venerit, reddetur populo felicitas pristina: quam aliquando habuere in eremo, præcedente Domino eos per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt nec in prosperis, nec in aduersis aliquando turbentur: quod & in psalmo dicitur: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Fumus autem in hoc loco non errorem, & ignorantiam, sed gloriam significat, iuxta illud quod in hoc eodem propheta secundum quorumdam opinionem lecturi sumus: *Et domus impleta est fumo.* Et in Ioel de gratia Spiritus sancti, quæ descendit super apostolos dicitur: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* Id ipsum significare puto & illud in psalmis: *Qui tangit montes, & fumigant.*

d ¶ *Super omnem autem gloriam protectio: Et tabernaculum erit in*, &c.] Hunc locũ Iudæi ad antichristum referunt: quem per turbinem & tempestatem significari existimant, quando eos Dominus à potentissimo aduersario defensurus sit. Nos autem omnia referamus ad primum aduentum Christi: de quo & in psalmis legimus: *Protexit me in abscondito tabernaculi sui: in petra exaltauit me*: Super quam fundata ecclesia nulla tempestate concutitur, nullo turbine ventisque subuertitur. Plurimi Iudæorum & hæc, & vniuersa, quibus ista sociata sunt, super Babylonia captiuitate & reditu in Hierusalem sub Zorobabel, & Ezdra, & Neemia, intelligant.

CAP. V.

CAntabo dilecto meo canticum &c.] Cantat propheta carmen lamentabile populo Israël: quod composuit ille de quo scriptum est in euangelio: *Cùm autem vidisset eam*: haud dubium, quin Hierusalem: *fleuit super eam, & dixit: Si scires & tu, quæ ad pacem sunt tibi: quoniam venient dies super te, & circumdabunt tibi inimici tui munitiones: & vallabunt te, & prosternent te, & filios tuos.* Et rursum: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta*: cui simile est hoc quod nunc in isto carmine dicitur: Dimittam vineam meam. Quod autem Christus dicatur dilectus atque charissimus, quem Aquila interpretatus est πα]ηδ δηλον patruum, vel patruelem, quadragesimi quarti psalmi nos inscriptio docet: *Canticum pro dilecto.* Et vox Dei patris in euangelio: *Hic est filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui.*

Et in

Et in sexagesimoseptimo psalmo legimus: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutũ dilecti.* Hic ergo dilectus carmen lugubre fecit vineæ suæ, quod ego cantabo dilecto atque miserabili populo meo. Vel certe ita intelligẽdum: Cantabo omnipotenti Deo parri canticum Christi, qui est patruelis meus: hoc est, ex eadẽ mecum gente generatus. Quod autem vinea Dei appelletur popul⁹ Israel, & in fine huius cantici legimus: Vinea Domini exercituum, domus est Israel, & vir Iuda germen laudabile eius. Et in septuagesimonono psalmo: *Vineam de Ægypto trãstulisti, eiecisti gẽtes & plantasti eam.* In Euãgelio quoque pene eisdẽ verbis, quibus propheta nunc loquitur, Dominus texit parabolã: *Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & mꝛceriam illi circundedit, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim & locauit eam agricolis*, &c. Et in Hieremia legimus: *Ego plantaui te vineam fructiferam, totam veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena?* Itaque Hierusalem, vt diximus, plangitur: & sermone prophetico illius ruina cantatur. Porro ecclesiæ & populo quondam gentiũ, aliud carmen est editum: de quo in psalmis legimus: *Cantate Domino omnis terra, annunciate diem ex die salutare eius: Annunciate in gentibus gloriam illius: in omnibus populis mirabilia eius.* Et rursum: *Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit: Ostendit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.*

a ¶ *Vineæ factæ est dilecto meo*, &c.] Hoc iuxta Hebraicum Theodotio & Aquila transtulerunt: Symmachus autem more suo manifestius: *Vineæ factæ est dilecto meo in cornu in medio oliuarũ.* Porro LXX. sensum magis, quam verbum, interpretati sunt: *Vineæ factæ est dilecto meo in cornu, in loco pingui*, siue *uberi*: κ]ον enim vtrũq; significat. Et reuera nihil terra repromissionis pinguius, si nõ montana quæque, atque deserta: sed omnem illius latitudinem cõsideres, à riuo Ægypti vsque ad flumen magnum Euphratem cõtra orientem, & ad septentrionalem plagam vsque ad Taurum montem & zephyrium Ciliciæ, quod mari imminet. Cornu autem regnum significare, & potentiam, sæpe legimus: vt est illud in Euangelio: *Suscitauit cornu salutis nostræ in domo Dauid pueri sui.* Et: *In te inimicos nostros cornu vẽtilabimus.* Et in Zacharia quatuor cornua, quatuor potentissima regna demonstrant. Hebræi hunc locum ita edisserunt: Vinea Christo plantata est in cornu, id est in forti loco, atque sublimi, qui appellatur filius olei: vel quod indigeat Dei misericordia, & eius sustentetur auxilio: vel quod cunctis gentibus clarum Dei notitiæ lumen præbuerit.

b ¶ *Et sẽpsit eam: & lapides elegit ex illa*, &c.] Per metaphorã, vt prius diximus, vineæ, describit populum Iudæorum, quẽ sẽpsit angelorum auxilio. *Et lapides elegit ex ea*, vel idola, vel omnia quæ Dei cultũ poterant impedire: *Et plantauit eam vineam Sorec*: quam solus Symmachus electam interpretatus est, non verbum è verbo, vt mihi videtur, exprimẽs, sed sensum, qui teneretur in verbo. Aiunt enim Hebræi, Sorec genus esse vitis optimæ, quod vberes fructus faciat, atque perpetuos. Denique Sorec à quibusdam κ]λεκτ]ρ@ interpretatur: quod nos in pulcherrimos fructus vertere possumus. Ædificauit quoque turrim in medio eius, templum videlicet in media ciuitate: *Et torcular extruxit in ea*: quod quidem altare significare putant. Sicut enim ad torcular omnes vuæ cõportantur atque calcãtur, vt ex eis exprimatur vinum: sic altare omnes populi suscipit fructus, & immolatas hostias deuorat iuxta illud quod de Beniamin in cuius tribu templũ fuit & altare, legimus; *Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad vesperã dabit escam.* Cũcta, quæ dicuntur de vinea, possunt & ad animæ humanæ referri statum, quæ à Deo plantata in bonũ, non vuas attulerit, sed labruscas, & postea sit tradita bestiis conculcanda: nec diuinum imbrem susceperit doctrinarum: quia præterita dona contempserit.

c ¶ *Et expectaui, &c. & fecit labruscas*] Pro labruscis, quas nos vertimus, in Hebræo scriptum est [a] באשים quod Aquila interpretatus est σ]αφυλας, id est fructus pessimos: Symmachus ἀ]ελεῖς, hoc est imperfectos: Lxx. & Theodotio, ἀ]γρι-δας, id est, spinas, quibus Iudæi dominum coronauerunt. Illo enim expectãte, vt vindemiæ tempore deferrent vuas ad torcularia, pro quib. octauus & octogesimus, & octogesimus tertius psalmus habent titulos, isti se curis & vitiis sæculi demergentes, quæ in euãgelio spinæ interpretantur, blasphemiarum stimulos obtulerunt. Puto autem melius esse, Beusim labruscas, quam spinas, intelligi: vt coeptæ trãslationis similitudo seruetur.

d ¶ *Nunc ergo habitatores Hierusalẽ*, &c.] Feci, inquit, vniuersa quæ debui: plantaui vineam in loco vberrimo: circumdedi maceriam; elegi lapides, & flagella eius hastilibus calamisque subrexi: vitis quoq; ipsa non fuit vna de pluribus sed electa & κ]λεκτ]ρ@: Ædificaui firmissimam turrim, in qua fruges reconderem: & de qua insidiantes frugibus bestias contemplarer: Extruxi torcular; vt in eodem potissimum loco premerentur vuæ, & vinũ funderent. Quia hæc igitur feci, quæ facere debui: respondeant mihi habitatores Hierusalem, & Iudæi: immo iudicent inter me & vineam meam, quid est quod facere debui & non fecerim. Et illis tacentibus, sibi ipse respondet: Nisi forte in hoc erraui, quod pro labore meo expectaui, vt faceret vuas, non labruscas, quas inculta ac deserta vinea afferre consueuit. Tale quid & Nathan propheta ad Dauid missus loquitur, & interrogat eum per parabolam, vt dum de alio iudicat, de se promat sententiam. Ergo & hic populus interrogatur quasi de vinea; vt contra se ipse respondeat. Hunc locum in euangelio plenius saluator exequitur, & quod hic prætermisit, scribas & pharisæos interrogat. In Esaia enim nihil dictũ est de agricolis, nec, quæ passuri sint, indicatur: sed tantum de vinea sermo est; ibi autem, quasi alia sit vinea, & alij agricolæ, sic de populo loquitur; & magistris; vt malos male perdat, & vineã aliis agricolis locet: significãs Apostolos, & eos, qui Apostolis successuri sunt. Nec vero πυ]ολογία est, vt pleriq; existimant, in eo quod ait. An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas; Supra enim apud se tacitus loquitur; hic autem, quod cogitauerat, alios interrogat.

e ¶ *Et nũc ostendam vobis*, &c.] Prouocaui, inquit, vos supra, ô habitatores Hierusalẽ, & viri tribus Iudæ, vt iudicaretis inter me & vineam meam, & interrogaui, vt diceretis, quid debuerim facere, quod non fecerim: & quia iuxta euãgelicam parabolam non vultis respondere quod scisciter, ego mihi respondebo ipse pro vobis, indicans quid facturus sim. Quoniam feci vineæ meæ cuncta quæ debui, & pro vuis attulit labruscas, auferam vniuersa, quæ dederam. Tollam angelorum auxilia; de quibus in psalmis scriptum est: *Circundat angelus Domini in circuitu timentiũ eum, & liberabit eos*: & diripietur ab aduersariis; Destruam muros, & inimicis gentibus subiacebit; eritque deserta, & non putabitur in æternum, nec fodietur; vt redigatur in vepres, & ascendent in ea spinæ. Hæc autem sub metaphora vineæ, de Hierusalem atque Iudææ dicuntur solitudine; quod pleriq; Iudæorum putant sub Babylonis accidisse captiuitate; quod & nos ex parte factum negare non possumus. Sed quia sequitur; Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem; hoc in illa captiuitate intelligi non potest. Siquidem & Hieremias, capta iam vrbe, prophetauit in populo, & Ezechiel; Daniel quoque & tres pueri, vel propheta esse vel

mirabilia signa etiam in captiuitate feciſſe narrantur: & poſtea Aggeus, & Zacharias futura dixerunt in conſolationem populi ſeruientis. Tollitur autem Dei auxilium ab iis, qui indigni ſunt: vt, quia non ſenſerunt Deum per beneficia, ſentiant per ſupplicia. Vel ideo truculenta quædam & aſpera comminatur, vt cõuerſi ad pœnitentiam, imminẽtia tormenta deuitent. Verbum Hebraicum b סירים omnes voce ſimili ſpinas interpretati ſunt. Si ergo Saith in præſenti loco ſpinæ dicuntur, iuxta Aquilã, & Theodotionem, & Lxx. reſpondeant, quomodo ſupra Buſim non labruſcas, ſed ſpinas tranſtulerunt.

a ¶ *Et nubibus mãdabo, &c.*] Iſtæ ſunt nubes, quas eduxit Dominus ab extremo terræ: de quibus & in pſalterio legimus: *Veritas tua vſque ad nubes.* Hæ nubes, quoniam ſub Helia omnes idololatræ erãt, tribus annis & ſex mẽſibus ſuper terram Iſraël non pluerunt. Quod quidem non ſolũ de prophetis, ſed de Apoſtolis poſſumus intelligere, quod poſt paſſionem domini nec prophetas, nec Apoſtolos habuerunt Iudæi; ne pro vuis afferrent ſpinas, ſed pro ſterilitate & ariditate ſua precarentur eum, qui poteſt imbres præbere virtutum. Vnde & in Leuitico loquitur ad eos: *Ponam cœlum vobis ferreum, & terram æneam.* Et in Deuteronomio: *Erit cœlum ſuper caput tuum æneum: & terra ſubter te ferrea.* Et rurſum; *Dabit Dominus pluuiam terræ tuæ pulnerem, & cinis de cœlo deſcendet ſuper te, donec eradicet te, & deleat*: quia *terra, quæ frequenter ſuper ſe venientem ſuſcipit pluuiam, & non facit ſegetem, ſed ſpinas, & tribulos, reproba eſt, & maledictioni proxima: cuius finis combuſtio eſt.*

b ¶ *Vinea autem Domini exercituum, &c. & vir Iuda germẽ delectabile eius.*] id eſt Dei: Siue, vt Lxx. tranſtulerunt, *φύτον ἠγαπημένον*, id eſt nouella plantatio dilectiſſima. Iſraël, & Iudas, hoc inter ſe differunt, quod omnis populus prius appellabatur Iſraël: & poſtea regnante Dauid ſuper tribum Iudam, & Roboam filio Salomonis ſuper duas tribus, Iudam & Beniamin, ij qui erant in Samaria, hoc eſt, decem tribus vocabãtur Iſraël, & quib⁹ regnabãt de genere Dauid, appellabantur Iuda. Et quoniam ab Iſraël vituli colebantur in Dan & in Bethel, propterea ab Aſſyriis primum eſt capta Samaria, & multo poſt tempore Iudas à Chaldæis ductus eſt in Babylonem: quia minora peccauerat. Vnde & in Ezechiele ad vtriuſque populi peccata purganda, Iſraël in ſiniſtro latere ponuntur: iuxta Lxx. dies centum nonaginta; ſiue, vt verius in Hebraico continetur, dies trecenti nonaginta: Iudæ autẽ quadraginta dies. Hoc dico, vt comparatione Iſraël, id eſt decem tribuũ, amabilem atq; dilectum oſtendam Iudam, in quo erant ſacerdotes & Leuitæ, & Dei religio verſabatur eo tempore, quo propheta Eſaias loquebatur ad populũ. Et pulchre Iſraël, hoc eſt totus populus, domus eſt: Iudas autẽ, qui ſeparatis tribubus poſtea pullulauit, nouellum dicitur delectabile. Sed & hoc notandum, quod iuxta conſuetudinem prophetalem, quæ prius per metaphoram dicta ſunt, vel per parabolam, poſtea exponuntur manifeſti⁹ quod vinea & nouella plãtatio Iſraël & Iudas ſit.

c ¶ *Et expectaui vt faceret iudiciũ, &c. & ecce clamor*, ſiue (vt Lxx. tranſtulerunt) *Expectaui vt faceret iudicium, & fecit iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorẽ.*] Volumus Latinis inſinuare auribus, quod ab Hebræis didicimus: Iudicium apud eos appellatur, c משפט: iniquitas, ſiue diſſipatio. vt interpretatus eſt Aquila, d משפח: Rurſum iuſtitia dicitur e צדקה: clamor autem appellatur f צעקה: vna itaq; vel addita littera vel mutata, ſic verborũ ſimilitudinem temperauit, vt pro g משפט diceret h משבח: & pro i צדקה poneret k צעקה, & elegantem ſtructuram ſonumque verborum, iuxta Hebræam linguam redderet. Expectauit autem Deus, vt populus Iudæorum faceret iudicium, id eſt, vuas; & fecit iniquitatem, id eſt labruſcas, & expectauit iuſtitiam, vt largitorem tantorum munerũ à patre miſſum ſuſciperet, & fecit clamorem, quo vociferatus eſt contra dominum, & clamauit, dicens: *Tolle, tolle, crucifige talem.* Vnde & Paulus Apoſtolus ſcribit; *Omnis ira & clamor, & blaſphemia auferatur à vobis cum omni malitia.* Vel certe, quoniam iuſti ſanguinem fuderant, & ſanguis dominicæ paſſionis clamabat ad dominum, propterea clamorem pro iuſtitia reddiderunt: iuxta illud, quod in Geneſi legimus; *Vox ſanguinis Abel fratris tui clamat ad me.*

d ¶ *Væ, qui coniungitis &c. vſque ad terminum loci.* Pro eo quod nos diximus *vſq; ad terminũ loci*, Lxx. tranſtulerunt, *ἵνα τῷ πλησίον ἀφέλωνται τι*, id eſt, *vt auferant aliquid proximo*: Symmachus & Theodotio, donec deficiat, vel non ſit locus; vt deficiente terra, nequaquam ſaturetur auaritia. Quod quidẽ & generaliter aduerſum omnes, quibus nihil ſatis eſt, dictum puto, & ſpecialiter contra vineam domini, quæ pro vuis fecit labruſcas, id eſt, pro iudicio iniquitatem, & pro iuſtitia clamorem. Quæ eſt enim rabies, cum tecta & & agri ad depellendos imbres, & ad ſerendas frũges haberi debeant, ea habere cupere, in quibus cunctis habitare non poſſis, & quæ colere non ſufficias, alterius quẽ neceſſitatem, tuam facere voluptatem? iuxta tropologiam contra hæreticos, quidam hoc dictum arbitrantur: Qui cum mouerint pedes ſuos de oriente, veniũt in campum Senaar: qui interpretatur excuſſio dentium: Et ædificant ciuitatem confuſionis, turrimq; ſuperbiæ, & audiunt ſub verbis aliis: *Audite hæc duces dom⁹ Iacob, & reſidui domus Iſrael, qui abominamini iudiciũ, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate.* Iſti domos domib⁹, id eſt, dogmata coniungunt dogmatibus, quibus dicitur per Micheam: *Nolite ædificare in domo deri ſum*: ne ſuper fundamentum Chriſti, quod Apoſtolus Paulus poſuit, & in quo debuerant ædificare aurum, argentum, lapides pretioſos: e contrario ædificent ligna, fœnum, ſtipulam, quorum finis incendium eſt. De huiuſcemodi domibus Saluator in euãgelio loquitur: *Omnis, qui audierit verba mea, & non fecerit ea, aſſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam*: Deſcendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina domus illius magna. Tamdiu autem quærunt hæretici noua veteribus iungere, & eadem recentioribus immutare, donec & ſenſus humanus & ſermo deficiant.

e ¶ *In auribus meis ſunt, &c.*] Pro eo quod nos iuxta Hebraicum vertimus: in auribus meis ſunt hæc domini exercituum, id eſt verba quæ locutus eſt dominus, adhuc reſonãt in auribus meis: Lxx. tranſtulerũt, *ἠκούσθη ἐν τοῖς ὠσὶ κυρίου σαβαὼθ πολλά*, id eſt, Audita ſunt hæc in auribus domini ſabaoth: Non quod propheta verba domini audierit, ſed in aurib⁹ domini audita ſint, quæ propheta dicturus eſt: cũ conſequentius ſit intelligere audiſſe prophetam, quæ dominus ſit locutus. Dominus autem locutus eſt, quod poſt captiuitatem, domus magnæ atque pulcherrimæ deſertæ futuræ ſint, non habentes habitatorem.

f ¶ *Decem enim iugera vineari ſacient lagũculam vnã, &c.*] Pro *κάδον*, id eſt lagunculam, quam ſoli Lxx. tranſtulerunt, omnes alij batum interpretati ſunt, quod Hebraice dicitur l בת: Et pro triginta modiis quos nos pro coro poſuimus, qui Hebraice dicitur m חמר: Lxx. verterunt, *ἐφὰ βάτ ἕξ*: quæ menſura Ægyptiaca eſt, & facit modios viginti. In ſterilitate ergo nimia, quæ ſequitur captiuitatem, decem iugera vinearum facient batum, id eſt, tres amphoras: & triginta modij ſeminis, id eſt, corus, faciẽt ephi: quod Lxx. *μέτρα τρία*, id eſt, tres menſuras interpretati ſunt, id eſt, tres modios. Batus autem in liquidis ſpeciebus dicitur, & ephi, ſiue epha, eiuſdẽ menſuræ in aridis: Sicut in Ezechiele iuxta Hebraicum legimus: *Ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis: ephi & batus æqualia & vnius mẽſuræ erũt: vt capiat decimã partem cori batus, & decimam partem cori ephi*: Iuxta menſuram ſuram cori erit æqua libratio eorum. Quærimus iuxta anagogen, quomodo hæreticorum domus grandes & pulchræ ſint, quæ cum iudicij tempus aduenerit, nullum habitatorem habeant. Omnis enim pompa ſtructuraque verborum & argumenta dialectica redigentur ad nihilum. Et quia, iuxta Apoſtolum Paulum, Non ſolum Dei ædificatio ſumus, ſed & agricultura, quam imitantes hæretici ſuffodiuntur & eradicantur ab Hieremia: idcirco, vbi decem iugera vinearum, ſiue vbi decẽ iugaboum operantur, facient batum vnum, & triginta modij ſementis facient ephi, vt de denario numero, qui in ſcripturis ſanctis myſticus atque perfectus eſt, & de tricenario, in quo prophetauit Ezechiel, & Dominus baptizatus eſt, redigantur ad ephi, qui ad comparationem multiplicis numeri, vnione conſtringitur. Quod autem ædificatio & agricultura referatur ad intelligentiam ſpiritalem: etiam alio loco Paulus Apoſtolus docet: Fundatos & radicatos in charitate credentes eſſe conteſtans. Vnde & Eccleſiaſtes: Non ſolum ſibi ædificauit domos: ſed plantauit vineas, & fecit hortos & pomaria: & inſtituit omnes arbores pomiferas, extruxitque piſcinas vt irrigaret ſaltum. Porro hæretici imaginem tantum habentes vmbramque virtutum. & non ipſum veritatem, abſque fructu operum, verborum folia pollicentur. De quorum arboribus dicit Dominus: *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur.* De *vinea enim Sodomorum vinea eorum, & propago eorum de Gomorra: Vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinis eis: furor draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis.*

F a ¶ *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatẽ, &c.*] Pro ebrietate, quam Aquila eſt interpretatus, & Symmachus, Lxx. ipſum Hebraicum poſuerunt m שכר, quod omnem ſignificat potionem, quæ inebriare poteſt & ſtatum mentis euertere. Arguit autem iuxta conſequentiam cœptæ explanationis agricolas vineæ, qui imminente ſterilitate, & vicino incendio, quo vepres & ſpinæ ſunt comburendæ, luxuriẽ ſe & voluptatibus tradiderunt, non ſolum in veſcendo & bibendo, ſed in aurium quoque oblectatione, & in diuerſis muſicæ artis generibus. Qui cum iſta faciunt, opus Domini non reſpiciunt, nec conſiderant quæ ventura ſint. Abutamur hoc teſtimonio aduerſum principes eccleſiæ, qui de mane conſurgunt ad ſectandam ſiceram, & bibendum vſque ad veſperam: de quibus in alio loco dicitur: *Væ tibi ciuitas cuius rex iuuenis eſt, & principes tuæ mane comedent.* Qui deliciis occupati, ex creaturis non intelligunt creatorem, nec conſiderant opera manuum eius, de quibus legimus: *Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Poteſt iuxta altiorem intelligentiam, omnis animæ perturbatio ebrietas appellari: quæ concipitur de vino furoris draconum, & de veneno aſpidum inſanabili: quod nonnulli bibunt ab adoleſcentia vſque ad ſenectutem, hoc eſt, de mane vſque ad veſperam. Alij vero hora tertia, ſexta, vel nona, & vndecima ſuſcitãtur de conuiuio, & dicitur ad eos: *Expergiſcimini qui ebrij eſtis à vino.* Super hoc vinum, & ſuper huiuſcemodi vuas, ac vineas pluit Dominus ſulphur & ignem, & quicumque ex earum vino biberit, æſtuat, atque comburitur à Domino. Requirit citharam, & pſalterium, cuius repertor eſt Iubal, de Cain ſtirpe generatus: nec audit Dominum dicentem ad Aaron: *Vinum & ſiceram non bibetis tu & filij tui, quando ingredientini in tabernaculum teſtimonij, vt accedatis ad altare.* Has citharas, & lyras, tympanumque, & tibias rex Babylonius habuit, quibus conſonantibus, vniuerſarum gentium populi proſternebantur in terram, & adorabant auream ſtatuam: Quod autem primum tempus humanæ ſapientiæ, quando egredimur pueritiam & ad rationalem venimus ætatem mane in ſcripturis intelligatur, multa teſtimonia docere nos poterunt: de quibus exempli cauſa ponenda ſunt pauca: *Mane mittebam prophetas.* Et: *Mane exaudies orationem meam: Mane aſſiſtam tibi, & videbo.* Et: *de nocte conſurget ſpiritus meus.* Et: *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Et: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ: vt diſperderem de ciuitate Domini omnes qui operãtur iniquitatẽ.* Et in alio loco: *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia*: & cætera his ſimilia. Conſurgimus autem de mane, quando vitia relinquimus in pueritia: & dicere poſſumus: *Peccata iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris Domine.* Ortoque nobis ſole iuſtitiæ fugantur tenebræ: & ſtatim interficimus omnes cogitationes, quæ ad peccata nos prouocant: & de ciuitate mentis noſtræ illos diſperdimus peccatores: de quibus Saluator loquitur: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ*, & reliqua. Infeliciſſimi autem ſunt, qui de mane vſque ad veſperam ebrietate, gula, & diuerſis voluptatibus occupati, non intelligunt in ſe opera Domini, nec conſiderant cur creati ſunt.

b ¶ *Propterea ductus eſt captiuus, &c.*] Hæc iuxta literam accidiſſe populo Iudæorum ſub Veſpaſiano & Tito Romanis principibus, tam Græca quam Latina narrat hiſtoria: quod quidem & ſpiritualiter hodie quoque patiuntur, ſuſtinentes *non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermonis Dei*: quia nec reſpexerunt opus Domini: nec conſiderauerunt opera manuum eius: neque habuerunt eius ſcientiam, qui ſemper locutus eſt per prophetas. Vnde & in pſalmis dicitur de eis: *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Quod autem omnis ſermo doctrinæ panis appelletur & aqua, illud docet Euangelium: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei.* Et quicumque biberit de aqua, quam dedero ei, non ſitiet in æternum. Et in pſalmo dicitur: *Super aquas refectionis educauit me.* Vnde & Dominus non vult eſurientes in eremo dimittere, ne laſſentur, & corruant, & interficiantur fame. Et de iuſto viro dicitur: *Iuuenis fui, & ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Quidam hoc quod dicitur: Captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit: generaliter de inferis & gehenna interpretari volunt, in qua punietur omnis, qui Dei non habuerit ſcientiam.

c ¶ *Propterea dilatauit infernus animam ſuam, &c.*] Qui ſurrexerunt mane ad ſectandam ſiceram, & permanſerunt in ebrietate vſque ad veſperã: & voluptate ac deliciis occupati, opus Domini reſpicere noluerunt: nec opera manuũ eius contemplati ſunt: propterea ducti ſunt in captiuitatẽ: quia non habuerunt ſcientiã filij Dei: Dicente ipſo ad eos: *Nec me ſcitis, nec eum qui me miſit*: & in ipſa captiuitate fame perierunt ac aruerunt ſiti: Vnde infernus & mors dilatauit animã ſuam: & aperuit os ſuum, & abſq; vllo numero & ſatietate deuorauit in perpetuum puniendos: ita vt principes, & populus & ſublimes glorioſiq; terræ Iudæ, deſcẽderent ad eum: & humiliaretur omnis ſuperbia, & oculi ſublimium deprimerentur: intelligentium ſe eſſe mortales: & cuncta rebus expleta, quæ vẽtura per prophetas dominus nunciarat. Infernus autem animam habere dicitur: non quod animal ſit, iuxta errorem quorundam: ſed quod verbis humanæ conſuetudinis, rerum inſenſibilium exprimamus affectum: quod inſatiabilis ſit, & nunquam mortuorum multitudine cõpleatur. Quomodo & in manu linguæ mors dicitur: & omnipotẽs Deus ſabbatha & neomenias Iudæorum odiſſe loquitur animam ſuam. Quidquid de populo diximus Iudæorum, tropologice referri poteſt

facient modios tres.

nostræ illos diſperdimus peccatores: de quibus Saluator

ad eos, qui seculi delitiis occupati, nec respicientes opera Dei, captiui ducuntur in peccatum, & non habent scientiã Dei: & idcirco fame & siti pereunt bonorum operum atq; virtutum: & detrahentur in gehennam: ibique æternis cruciatibus deputati, potentiam & superbiam miseria cernẽt & humilitate mutari.

a ¶ *Et exaltabitur Dominus exercituũ, &c.*] Cũ captiuus ductus fuerit populus, quia non habuit scientiã: & interierit fame, & siti exaruerit, & dilatauerit infernus animã suam: & descenderint fortes atque sublimes gloriosique in profundum, & incuruatus fuerit homo, & humiliatus vir, & receperint omnes iuxta merita sua: Tunc exaltabitur Dominus in iudicio: cuius prius iniustum videbatur esse iudicium: & Deus sanctus ab omnibus sanctificabitur in iustitia: vt impleatur illud, quod in Euangelio dicitur: *Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum.* Et: *Pater iuste, mundus te non cognouit.* Vnde cauere debemus, ne præueniamus iudicium Dei: cuius iudicia magna sunt, & inenarrabilia: & de quo Apostolus loquitur, *Inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius*: donec *illuminet occulta tenebrarum, & aperiat cogitationes cordium*: qui dicit in Euangelio: *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Cui sententiæ congruens Paulus Apostolus præcepit: *Tu qui es, quis iudicas alienum seruum? suo domino stat, aut cadit: Stabit autem: Potens est enim Deus statuere illum.*

b ¶ *Et pascentur agni iuxta ordinem suum, &c.*] Pro pascentibus agnis iuxta ordinem suum, quod in bonam partem accipitur, nescio quid volentes Lxx. transtulerunt, βοσκηθησονται διηρπασμενοι ὡς ταῦροι, id est pascẽtur direpti quasi tauri: pro agnis tauros intelligentes, & rursum pro aduenis interpretantes agnos. Quando autem Dominus exaltatus fuerit in iudicio: & sanctus in sua sanctificatus iustitia: vt mali agricolæ male pereant, & exaltata cedrus securi domini succidatur: Tunc qui fuerint de agnorum numero, nõ hœdorum, pascentur in ecclesiæ pratis, & dicent: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit*: & quæ à Iudæis deserta sunt, versa in vbertatem comedet gentium populus. Hæc iuxta tropologiam. Cæterum vt ordinem compleamus historiæ, idipsum aliis verbis dicitur, de quo supra legimus: *Regionem vestram in conspectu vestro alieni deuorant, & desertaest atque subuersa à populis externis*: De toto enim orbe congregata gentium multitudo habitat in Iudæa: & eiectis prioribus populis, ideo ex parte cæcitas facta est domui Israel: vt subintraret plenitudo gentium. Pulchreque iuxta Lxx. direpti sunt, atque vastati, & ducti in captiuitatem quasi tauri: de quibus Dominus dixerat: *Tauri pingues obsederunt me*: vt loca taurorum occuparent agni.

c ¶ *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum, &c.*] Pro vinculo plaustri, ἁμάρτια ζυγὸν ἁμάξης, id est, corrigiam iugi vitulæ, siue vaccæ. Lxx. transtulerunt. Quod autem vincula dicantur esse peccata, crebrius legimus: è quibus illud est: *Funibus peccatorum suorũ vnusquisque constringitur.* Et Dominus arguens populum delinquentem, qui peccatis peccata sociarat, fecit flagellum de funiculis, ostendens eis quomodo domum Dei fecissent speluncam latronum, & sedem orationis vertissent in domũ negotiationis. Conuiua quoque cœnæ dominicæ vestem non habens nuptialem, vinctis pedibus ac manibus eiicitur in tenebras exteriores. Et Dominus venit, vt *iis qui erãt in vinculis, diceret: exite, & qui versabãtur in tenebris, reuelamini*: Ipse enim *soluit cãpeditos, & illuminat cæcos*: quos Hieremias vinctos terræ nũcupat. Nec plãgit eos, qui peccare cœperint, statimque desierint: *non* enim *est iustus super terram, qui faciat bonũ*, & aliquando *non peccet*: sed qui longo funiculo peccata protraxerint. Vnde & in Numeris legimus, vaccam rufam, cuius cinis expiatio populi est, non aliter immolari & offerri ad altare domini, nisi quæ terrena opera non fecerit, iugumque non traxerit, nec vinculis iugi Nabuchodonosor fuerit alligata. Et in hoc eodem propheta pro cingulo veritatis, filiæ Sion cinguntur funiculo. Achitophel quoque & Iudas, quorum alter Dauid, alter dominum prodiderunt, fune longissimo trahentes peccata sua, periere suspẽdio, putantes malũ conscientiæ præsenti morte finiri, & nihil esse post mortem. Quod autem iuxta Hebraicum & omnes alios interpretes, appellantur funiculi vanitatis, hoc significat, quod facientibus peccatum facile texitur: & tam iuane & futile est, vt aranearum fila texuntur: sed cum inde voluerimus exire, solidissimis vinculis nectimur. Plaustrum autem plenum oneratumque peccatis, facilius intelligunt, qui meminerint scripturam in Zacharia: impietatem fedare super talentum plumbi: & Ægyptios, qui graui peccatorum sarcina premebantur, quasi plumbum in mare rubrum esse demersos. Et in alio loco peccator loquitur: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*: *Sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Dicuntur autem hæc ad principes Iudæorum, qui supra arguti sunt in auaritia atq; luxuria: quod prouocati à Domino ad pœnitentiam, & postea ab Apostolis eius, vsque hodie perseuerent in blasphemiis: & ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazarenorum anathematizent vocabulum Christianum. Est autem sensus: Væ vobis, qui putatis diem iudicij non futurum, vel non venturam captiuitatem, quam propheticus sermo prædicit: qui dicitis ad prophetam: Vsquequo nobis Dei minaris iram? volumus eam scire, iam veniat. Hoc autem per ironiam loquuntur: quoniam eam non putant esse venturam, sed simulari à propheta.

d ¶ *Væ qui dicitis, &c.*] Eiusdem criminis est, bonum, lucem, & dulce contrariis vocare nominibus, cuius, malum, tenebras, & amarum, vocabulis appellare virtutum. Hoc contra eos, qui peccatum non putant, si bono detrahant, & non existimant esse delictum, si laudent malum. Ponunt autem Iudæi bonum, malum: & lucem, tenebras: & dulce amarum: suscipientes Barabam latrocinij & seditionis auctorem, & crucifigentes Iesum: qui non venerat, *nisi ad oues perditas domus Israel*: vt saluaret quod perierat. In Barraba intelligamus diabolũ: qui cum sit nox & tenebræ, transfiguratur in angelum lucis. Vnde & Apostolus loquitur: *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? qui consensus Christi & Belial?* Neq; enim lucerna tollenda est, & ponenda sub modio, vel sub lecto, *sed supra candelabrũ, vt omnibus luceat.* Nec arbor malos afferens fructus, bonæ arboris est appellanda vocabulo: Vnde in Genesi mystico sermone narratur, quod diuiserit Deus inter lucem ac tenebras, quæ in principio super abyssum ferebantur. Quod autem bonus Saluator sit appellatus, ipse in Euangelio loquitur: *Ego sum pastor bonus. Pastor bonꝰ ponit animam suam pro ouibus suis.* Lucem quoque esse se dicit: Ego sum lux mundi: & de dulcedine ipsius quotidie cœlesti pane saturati dicimus: *Gustate, & videte quam suauis est Dominus.* E contrario quando dicimus: *Liberanos à malo.* Et: *Mundus in maligno positus est*: diaboli cupimus insidiis liberari. Quod autem ipse tenebrarum & amaritudinis significetur nominibus, crebrius legimus. Sed & hoc possumus dicere, quod omnia contraria dogmata veritati amara sint, & sola dulcis veritas. Vnde cauendum est, ne pro veritate sequamur mendacium, ne pro lumine tenebras: *Multæ* enim *sunt viæ, quæ videtur homini rectæ: & nouissima earũ perueniunt in profundum inferni. Est* quoque *iustus periens in iustitia sua*: Cui dicitur: Ne *sis iustus multum.* Quas ob causas Israel repromittit se via ambulaturum regia, nec ad sinistram, nec ad dextram declinaturum, & vt loquar quod sentio, difficile hoc maledicto quis carere potest.

Matt.6.b Ioan 17.d Rom.11.d 1.Cor.4.a

Matt.7.a Rom.14.a

Psal.22.a

Supr.1 b

Rom.11.c

Psal.21.b

Prou.5.d Ioan.2.a Matt 21.b Matt 22.c

Esa.49.c

Psal 145 b

Thren.3.d Eccl.5.7.c

Num.19.a

Sup.3 d

2.Reg.19. Matt.27.a

Zacha.5.c Exod 15. b.

Psal.37.a

Luc.11. g

Matt.27.b Matt.15.a

2.Cor.12.c Matt.5.b

Luc.7.f Gen.1.c

Ioan 10.b Ioan.8.b

Psal.33.b Matt.6.b 1.Ioan.5.d

Prou.14.b

Eccles.7.c Deut.5.d

test: cum & malis frequenter adulemur propter potentiam, & bonos despiciamus propter inopiam. Vnde significantius interpretatus est Aquila: *Væ qui dicunt malo, bonus es: & bono, malus es*: Et in hunc congruit sensum illud, quod Salomon in prouerbiis loquitur: *Qui iudicat iustum iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterque apud Deum.* Scribæ quoque & Pharisæi verba Saluatoris non recipientes, sed traditiones hominum & aniles fabulas, fecerunt bonum malum, & malum bonum.

a *Væ qui sapientes estis, &c.*] Qui vobis, inquit, ipsis videmini sapientes esse, qui prudentiam sequimini non Dei, sed hominum: & cum non recipiatis Dei virtutem Deique sapientiam, putatis vos esse sapientes? Inter sapientiam & prudentiam hoc dicunt interesse Stoici, quod sapientia rerum sit diuinarum humanarumque notitia, prudentia autem tantum mortalium. Consequenter autem hæc aduersum scribas dicuntur, & pharisæos, qui habentes clauem scientiæ, nec ipsi ad Christum introeunt, nec alios introire permittunt.

b ¶ *Væ qui potentes, &c. & viri fortes ad miscendam siceram*, id est, ebrietatem. Quibus supra dixerat: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis*: de his etiam nunc loquitur: Qui potentes sunt ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam siceram: Qui inebriati vino draconis, & veneno aspidum insanabili, virtutes Domini calumniabantur. Et ipsi ebrii inebriabant populos: vt pari furore bacchantes, aduersus Dominum conclamarent. Iuxta tropologiam ante iam diximus, quod sacerdotes ingressuri tabernaculum Dei, non debeant vinum bibere & siceram: Quibus nunc addimus: quod Nazareis quoque præceptum sit, qui se sanctificant Domino, vt vinum & siceram, & omne quod de vuis est, non bibant, nec comedant, ne vuam quidem passam, & acetum ex vino. Sed & in prouerbiis præcipitur: Potentes, si iracundi sunt, vinum non bibant: ne, cum biberint, obliuiscantur sapientiæ. Inter vinum & siceram, iuxta anagogen hoc esse arbitror. Quod vinum è pluribus vna perturbatio est: verbi gratia: libidinis, auaritiæ, gulæ, & inuidiæ. Sicera autem, id est, ebrietas, omnes in se vitiorum continet passiones; quas rectius Latino sermone perturbationes possumus dicere, quod statum mentis euertant, & ebrios faciant nescire quid agant. Qui ergo præsunt, plurimum debent carere vitiis, & maxime ira, quæ furori proxima est: ne, quanto plus possint, tanto amplius subiectis noceant. Miscet siceram, qui cum ebrietate plenus sit, ad decipiendos homines, vmbras quasdam & imagines simulat se habere virtutum.

c ¶ *Qui iustificatis impium pro muneribus, &c.* Et hæc pars vitiorum est vineæ, quæ pro vuis fecit labruscas: & expectante Domino vt faceret iudicium, fecit iniquitatem, iustificans impium pro muneribus, & non causas, sed dona considerans, quæ excæcant etiam oculos sapientium. Vnde cauendum est, *ne inebriemur vino, in quo est luxuria*, & nudentur femora turpitudinis nostræ, & adulemur impiis pro muneribus, & iustitiam iusti pro inopia despiciamus. Quod & in epistola Iacobi præcipitur: Ne honorantes impios diuites, & despicientes sanctos pauperes, fiamus iudices iniquitatis.

d ¶ *Propter quod sicut deuorat, &c.*] Propter superiores causas, superbiæ, & ebrietatis, & auaritiæ, quia pro vuis attulerunt spinas, & fœnum, ligna, stipulam, arsuroſque vepres, ideo radix malitiæ eorum redigetur in fauillam, & omnis flos & pulchritudo diuitiarum & corporis, puluerem comparabitur. Non enim solum ista fecerunt, sed his gradibus peruenerunt ad blasphemiam, vt legem Domini non reciperent, & sermonem sancti Israel blasphemarent: de quibus supra legimus: *De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Potest radix in malis cogitationibus accipi: fructus autem & germen in malis operibus atque sermonibus: vt quod in radice latet, monstretur in germine, quæ vtraque Domini incendio deuorabuntur. Vnde Apostolus: radicem amaritudinis malorum, sursum loquitur germinantem.

e ¶ *Ideo iratus, &c.*] Quoniam abiecerunt legem domini exercituum, quam se daturũ per Hieremiam dominus pollicetur, dicens: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die quando apprehendi manum eorum: vt educerem eos de terra Ægypti*: Et sermonem sancti Israel blasphemauerunt, dicentes: *Dæmonium habet, & Samaritanus est*: Et Nonne hic est filius fabri? Idcirco iratus est furor Domini in populum suum, qui prius iratus fuerat contra principes & potentes, qui sapientes erant in oculis suis: & iustificauerunt impium pro muneribus, & deuorauerat eos quasi stipulam lingua ignis, & calor flammæ exusserat: vt *potentes potenter tormenta paterentur*: Et extendit manum suam aduersum eum, quem vocat populũ suum: eo quod fuerit pars hæreditatis eius, & funiculus possessionis illius. Extendit autem manum, vt percutiat, & furor eius irascatur: de quo & in alio loco legimus: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Et Hieremias: *Corripe nos*, inquit, *Domine verumtamen in iudicio, & non in furore.* Furere autem Dominus dicitur, non quod humanis perturbationibus subiaceat, sed quod nos qui delinquimus, nisi irascentem audierimus, Dominum non timeamus. Vnde & Apostolus scribit, quod bonitas Dei & patientia prouocet nos ad pœnitentiam: nos autem secundum duritiam & impœnitens cor nostrum, *thesaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quæ sit autem manus, quæ extenditur, vel eleuatur super populum peccatorem, Iob loquitur manifestius: *Manus enim Domini tetigit me.* Vnde & diabolus sciens potentem manum Domini, & brachium quod vniuersis gentibus reuelatum est, dicit ad Dominum: *Mitte manum tuam, & tange omnia, quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Quod autem quasi præteritum dicitur, quod futurum est, consuetudinem sequitur prophetalem, in qua tam certa sunt, quæ futura dicuntur, vt putentur esse præterita: Quod & in psalmis canitur: *Dederunt in cibum meum fel: & in siti mea potauerunt me aceto.* Et iterum: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem.* Quodque sequitur: *Et percussit eum*, id est, populum suum, *& conturbati sunt montes*: Montes quidam putant contrarias fortitudines, siue eos spiritus, qui in ministerio Dei sunt, & quibus traduntur peccatores ad puniendum. Nos autem hyperbolice dictum putamus: quod pro magnitudine malorum imminentium etiam montes commoueantur, & cadaueribus mortuorum repleantur omnes plateæ vrbium. Hoc accidisse Iudæis post

Prou.17.c Sep. 70. Col.2. b 1.Tim.4.b

1.Cor. 1.

Luc.11. g

Deut.32.a

Leuit.10.b Num.6.d

Prou. 31.a

Deut 16.d Ephes.5.d Gen.9 c

Iacob.2.a

1.Cor. 3.c

Esa. 1. a

Heb. 12.a

Hier. 31.f

Ioan. 8.f Matth.13.g

Sap. 6. a

Deut.32.b Psalm. 6.a Hiere.10. d

Rom.2.d

Iob. 19. c

Iob. 2. b

Psa.98. a

passionem Domini sub Vespasiano & Hadriano, nemo dubitat. Cumque hæc facta sint, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, siue excelsa, quæ habitum irascentis & percutientis ostendit. Et notandum in his omnibus, quod non eis exprobret idololatriam, non alia peccata, propter quæ offenderint Deum, sed quia abiecerunt legem Euangelii, & sermonem Domini blasphemauerunt.

manus eius extenta.[a] Et eleuabit signum in nationibus eius procul: & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. Et non erit deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neq; dormiet, neque soluetur cingulum lumborum eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti: vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis: rugiet vt catuli leonum, & frendet & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eripiat. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terrã, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est caligine eius.

a *Et eleuabit signum, &c.*] Hebræi hunc locum de Babyloniis, & de Nabuchodonosor intelligunt prophetare: quod Dei voluntate adductus sit in Iudæam & Hierusalem, templumque subuerterit. Nos autem sequentes ordinem, & sequentia superioribus copulantes, ideo signum in nationibus procul eleuatum dicimus esse, & sibilasse Dominum, vel traxisse eos de finibus terræ: quoniam abiecerũt legem Euangelii, & sermonem sanctum blasphemarunt. Si enim de Babyloniis esset sermo, iuxta consuetudiné prophetalé dixisset: Vocabo eum, qui ab Aquilone est: eo quod iuxta Iudææ situ, Assyrii atque Chaldæi in Septentrionali plaga sint: Vel certe apertius Babylonios Assyriosq; describeret. Nunc vero dicendo: Leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: gentes longe positas significat, & quæ in terræ finib. cõmorantur: haud dubium, quin Romanos, & omnes Italiæ Galliarumque & Hispaniæ populos, qui sub Vespasiano & Hadriano Romano imperio subiacebant. Vnde & Italia ab eo, quod ibi Hesperus occidat, olim Hesperia dicebatur: Et hoc veniente populus percussus est. Et omnes Iudææ mõtes turbati sunt: vt interpretatus est Theodotio & Symmachus: vel commoti, vt Aquila posuit: vel παροξυνθη, id est, acerbati, vt Lxx. transtulerunt: vt impetu hostium omnes replerentur plateæ cadaueribus mortuorum. Describit ergo sermo diuinus velocitatem venientis exercitus, qui non sua sed Domini venerit voluntate: imo attractus sit, & sibilo illius prouocatus quod non defecerit, nec tanto itinere laborauerit, & cupiditate prædandi, somnum oculis non admiserit, calciamenta quoque illius non sint attrita: sagittariorum multitudinem, equitum turmas, curruum quadrigarumque feruorem: quod instar leonis, non tam ad pugnandum, quam ad prædandum, & vorandum venerit: Et vlulatus vincentis exercitus marinis fluctibus comparatur. Ex quo notandum, vbicumque sonitus maris in scripturis appellatur quid significet. Cum igitur venerit Romanus exercitus, & tenuerit prædam, & non fuerit qui eruat, propheta compatiens affectu se iungit populo, & ait: Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: Cœlum enim aspicere non audebimus, cuius habitatorem offendimus: Ex lux nostra, quam semper habebamus in Deo, tribulationum caligine obscurata est. Legi in cuiusdam commentariis hoc quod dicitur: Leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, de vocatione gentium debere intelligi, quod eleuato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum, velociter venerint atque crediderint. Sed nescio quomodo huic sensui possint congruere quæ sequuntur.

Commentarij secundi in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN TERTIVM COMMENTARIORVM
ESAIÆ AD EVSTOCHIVM PROOEMIVM.

NOn sufficit mihi voluminum magnitudo, quæ in explanatione Esaiæ prophetæ texitur; vbi aliquid prætermittere damnum est intelligentiæ. Quamobrem in singulis libris, qui tantum numerum ordinemque significant, breues præfatiunculas posui: teque virgo Christi Eustochium precor, vt in expositione difficillimæ visionis orationibus me iuues: in qua Deus omnipotẽs in sua cernitur maiestate: & duo Seraphim stãtia in circuitu eius, atq; clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius, Et commotum liminare templi atque concussum, & domus Iudaica tenebris erroris impleta: Et comparatione diuinæ gloriæ propheta immunda labia habere se dicens, & habitare in medio populi blasphemantis, qui consona impietatis voce conclamabat: *Crucifige, Crucifige talem.* Et *non habemus regem, nisi Cæsarem*: Vnumque de Seraphim missum ad Esaiam, qui forcipe de altari carbone comprehensor, prophetæ purgaret labia, & populus remaneret immundus. Tertius ergo in Esaiam liber hoc habet exordium. *Luc. 23. c* *Ioan. 19. c*

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER TERTIVS.

CAP. VI.

Nno, *quo mortuus est rex Oziας vidi, &c.*] Sub quatuor regibus prophetasse Esaiam super Iudam & Hierusalem, primæ visionis titulo demonstratum est, id est sub Ozia, Iaotham, Achaz, & Ezechia. Mortuo ergo Ozia, sub quo dicta suntvniuersa, quæ supra exposuim⁹, successit filius eius Ioatham, qui regnauit annis sedecim, & fecit *rectũ in conspectu Domini, & portam templi ædificauit excelsam.* Quo imperante, vidit Esaias *sedentem dominum super solium excelsum & eleuatum*, vt habitũ regnantis ostẽderet. *4. Reg. 15. g*

b *Et ea, quæ sub ipso erant, implebant templum*, (siue vt Theodotio & Symmachus transtulerunt) Et ea quæ sub pedibus eius erant, implebant templum.] Pro quo Lxx. interpretati sunt: Et plena domus gloria eius. De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenũ, tunc eiusdem vrbis episcopum, sanctarum scripturarum studiis erudirer, scio me breuem dictasse subitumque tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. Ad illum itaque libellum mitto lectorem: oroque vt breui huius temporis expositione contentus sit. Oziam, quia sibi illicitum sacerdotium vendicabat, lepra fuisse percussum, sacra narrat historia: quo mortuo, dominus videtur in templo quod ille polluerat. Ex quo animaduertimus, regnante in nobis leproso rege, nos dominum in sua maiestate regnantẽ videre non posse, nec sanctæ Trinitatis nosse mysteria. Vnde & in Exodo postquam mortuus est Pharao, qui opprimebat Israel luto, & paleis, & lateribus: populus clamauit ad dominum, qui illo viuente clamare non poterat: Et Ezechiel, mortuo Phaltia, filio Bananiæ, pessimo principe, cadit in faciem suam: & voce excelsa clamat ad dominum. Pulchreque, iuxta Hebraicum, non ipse dominus implebat templum: Cuius cœlum thronus est, *& terra scabellum pedum eius*: & de quo in alio loco legimus: *Dominus in tẽplo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius: sed ea, quæ sub pedibus eius erant, implebant templum.* Quis sit autẽ iste dominus, qui videtur, in euãgelista Ioanne, & in Apostolorum actis plenius discimus. Quorum Ioannes ait: *Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo*: Haud dubiũ quin Christum significet. Rursum Paulus in Actis Apostolorũ, vbi Romæ loquitur ad Iudæos: *Bene*, inquit, *spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum: & dic: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius: & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant: & conuertantse, & sanem eos.* Visus est autem filius in regnantis habitu: & locutus est spiritus sanctus propter consortium maiestatis, vnitatemque substantiæ. Quærat aliquis, quomodo nunc propheta dominum vidisse se dicat, & non absolute dominum, sed dominum sabaoth, vt in consequentibus ipse testatur: cum euangelista Ioannes dixerit: *Deum nemo vidit vnquam*: Et ad Moysen loquatur Deus: *Non poteris faciem meam videre: neque enim videbit homo faciem meam, & viuet.* Ad quod respondebimus, non solum patris diuinitatem, sed ne filii quidem, & spiritus sancti, quia vna in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis. De quibus ipse Saluator ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Legimus, quod Abrahæ visus sit Dominus in hominis figura: Et cum Iacob quasi homo luctatus sit, qui Deus erat: Vnde & appellatus est locus ipse phanuel: hoc est facies Dei. *Vidi* enim, ait, *dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Et Ezechiel quoq; vidit dominum in forma hominis sedentẽ super Cherubim: à lumbis eius, & deorsum erat quasi ignis: & superiora habebãt speciem electri. Ergo Deus natura non cernitur, sed videtur hominibus vt voluerit. *Act. 28. g* *Ioan. 1. b* *Exod. 33. d* *Matth. 5. a* *Gen. 32. g* פנואל *Ezech. 1. g*

c ¶ *Seraphim stabant super illud, &c.*] Hob quod nos, sequentes alios interpretes & Hebraicam veritatem, in qua scriptum est a ממעל לו: id est, ἑστῶτα ὑπὲρ αὐτοῦ, quod Latine dicitur, super illud, vertimus, Lxx. transtulerunt κυκλῳ αὐτοῦ, id est, in circuitu eius: vt non super templum stare Seraphim, sed in circuitu domini describantur. Rursum, vbi nos diximus, quod vnus de Seraphim velaret faciem, & pedes eius: per quod intelligitur, Dei: in Hebræo scriptum habetur b רגליו & c פניו: quod potest interpretari, & eius, & suam: Vt Seraphim iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem, & faciem, pedesque Dei, & suam faciem, ac pedes operire dicantur. In septuagesimo nono Psalmo legimus. *Qui sedes super Cherubim, manifestare.* Qui in nostra lingua interpretantur, multitudo scientiæ. Vnde & dominus in aurigæ modum super Cherubim aperte sedere ostenditur, Seraphim autem præter hunc lo- כרובים

a minima-al lo.

b raglau

c panau.

cum, in scripturis canonicis alibi legisse me nescio: qui stare dicuntur super templum, vel in circuitu Domini. Ergo errant qui solent in precibus dicere: *Qui sedes super Cherubim*, & Seraphim, quod Scriptura non docuit. Seraphim autem interpretatur ἐμπιπρῶντας, quod nos dicere possumus incendentes, siue comburentes: iuxta illud, quod alibi legimus: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem.* Vnde & Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos, quam Latina consuetudo non recipit: *Nõne omnes*, inquit, *ministri sunt spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem accepturi sunt salutis?* Daniel quoque, cum in habitu regnantis Dominũ descripsisset, adiecit: *Millia millium ministrabant ei: & decies millies centa millia assistebant ei.* In Cherubim ergo ostenditur dominus: in Seraphim ex parte ostenditur, ex parte celatur. Faciem enim & pedes eius operiunt: quia & præterita ante mundum, & futura post mundum scire non possumus; sed media tantum, quæ in sex diebus facta sunt, contemplamur. Nec mirum hoc de Seraphim credere: cum & Apostoli Saluatorem credẽtibus aperiant, infidelibus abscondant: Et velum ante arcam fuerit testamenti. Alas quoque habere dicuntur propter velocitatem & in cuncta discursum: siue quia semper in altioribus commorantur. Neque enim illud quod de ventis dicitur: *Qui ambulant super pennas ventorum*: vere ventos iuxta fabulas poetarum & pictorum licentiam pennas habere testatur: sed celerem in cuncta discursum. Et singuli senas alas: quia de fabricatione tantum mundi & præsentis sæculi nouimus. Quod autem clamat alter ad alterum: vel, iuxta Hebræos iste ad istum, id est, vnus ad vnum: inuicem se ad laudes Domini cohortantur, & dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum: vt mysterium Trinitatis in vna diuinitate demonstrent: Et nequaquam templum Iudæorum, sicut prius, sed omnem terram illius gloria plenã esse testentur: qui pro nostra salute dignatus est humanum corpus assumere, ad terrasque descendere. Denique & Moysi, cum pro adorato vitulo Dominum precaretur, vt parceret populo peccatori: respondit Dominus: *Propitius ero illis: Veruntamen viuo ego, & viuit nomen meum: quia implebitur gloria mea omnis terra.* Et septuagesimus primus psalmus canit: *Implebitur gloria eius omnis terra.* Vnde & angeli clamabant pastoribus: *Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Impie ergo quidam, duo Seraphim, filium & spiritum sanctum intelligit: cum, iuxta euangelistam Ioannem, & Paulum Apostolum, filium Dei visum in maiestate regnantis, & spiritum sanctum locutum esse doceamur. Quidam Latinorum duo Seraphim, vetus & nouum instrumentum intelligunt: quæ tantum de præsenti sæculo loquuntur: vnde & sex alas habere dicuntur, & faciem Dei pedesque velare, & certatim proferre testimonium veritatis, & omne, quod clamant, Trinitatis sacramenta monstrare: Et mirari adinuicem quod dominus Sabaoth in forma Dei patris positus, formam serui acceperit, & humiliauerit se vsque ad mortem, mortem autem crucis: & nequaquam, vt prius, cœlestia eum tantum, sed & terrena cognoscant.

a ¶ *Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, &c.*] Clamantibus Seraphim, & in tota terra Trinitatis mysterium prædicantibus, quam passionem domini Saluatoris terra vniuersa cognouit, statim commotum est, siue sublatum liminare templi, & omnes illius cardines conciderunt, impleta Saluatoris comminatione dicentis: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Et quam pulcher ordo verborum: Postquam terra repleta est ignorantiæ tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius est oculis. Vel certe per fumum templi monstratur incendium: prius enim euangelium Saluatoris in toto orbe prædicatum est: & post quadraginta duos annos dominicæ passionis, capta Hierusalem, templumque succensum est. Iudæi putant templum impletum fumo, thymiama significare, id est, incensum: & per hoc aduentum diuinæ maiestatis.

b ¶ *Et dixi: Væ mihi quia tacui: quia, &c.*] Et Abraham, postquam vidit Dominum, & audiuit vocem eius, terram & cinerem esse se dicit: & Esaias, iuxta Lxx. interpretes, compunctum se esse testatur, dicens: ὦ πλὰς ἐγὼ ὅτι κατανένυγμαι, id est, ô miser ego, quoniam compunctus sum: non ob alia crimina, sed quia labia haberet immunda. Felix conscientia, quæ tantum in sermone peccauit: non suo vitio, sed societate populi habentis polluta labia, cum quo loqui sæpissime cogebatur. Ex quo ostenditur noxium esse, viuere cum peccatoribus: Qui enim *tangit picem, inquinabitur ab ea.* Sed quia in Hebræo legimus: *Væ mihi quia tacui*: plangit se propheta, quia non fuerit dignus laudare dominum Sabaoth cum Seraphim: quos angelicas fortitudines intelligimus. Non fuit autem ausus laudare Dominum, quia labia habebat immunda. Et propterea labia habebat immunda, quia cum peccatore populo versabatur. Vel certe ita intelligendum: Quia tacui non audacter Oziam impium regem corripui: Ideo labia mea immunda sunt, & laudes Domini cum Angelis cantare non audeo: ne mihi dicatur: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Hoc autem dicimus, non quod Esaiam talem fuisse doceamus, sed quod ipse pro humilitate & immundis tantum labiis, indignum se Dei laude fateatur.

c ¶ *Et volauit ad me vnus de Seraphim, &c.*] Volauit vel missus est vnus de Seraphim: qui interpretatur incendens: vt prophetæ labia purgaret immunda, & pruna vel calculo, quem de altari tulerat, excoqueret. Multi autem putant duos esse Seraphim, quia clamabat alter ad alterum: cum & de pluribus possint singuli clamare ad singulos. Et Lxx. editio magis significet plurimos; qui interpretati sunt, ᾧ παρεῖμεν εἰσήκεσαν κύκλῳ ὠτῶν, id est, Seraphim stabant in circuitu eius. Quod si de duobus diceretur, non in circuitu, sed ex vtraque parte dixissent. Et hoc conuenit angelorum multitudini, quæ in Dei ministerium præparata est. Seraphim autem plurali numero appellantur, & singulari seraph: sicut cherubim & cherub. Quod autem altare, sub quo animæ martyrum sunt, videatur in cœlo; & Ioannes in Apocalypsi loquitur: & calculus iste, qui à solis Lxx. ἄνθραξ, id est, carbunculus est interpretatus, potest non carbonem significare, vel prunam, vt plerique exiſtimant, sed ἄνθρακα, id est, carbunculum lapidem: qui ob coloris flammei similitudinẽ igneus appellatur. Ex quo intelligimus, altare Dei plenum esse carbunculis, hoc est ignitis calculis, & prunis, peccata purgantibus. Vnde scriptum de Deo legimus: *Carbones succensi sunt ab eo.* Et de ipso domino dicitur, quod ignis consumens sit. Et Saluator in Euangelio: *Ignem veni mittere super terrã*, vt baptizaret in spiritu sancto, & igni: *Vniuscuiusq; enim opus quale sit, ignis probabit.* Et qui saluãdus est, sic saluabitur quasi per ignem transierit. Et hoc notandum, quod ad Hieremiam, cui dictum est: *Priusquam te formarẽ in vtero, noui te: & in vulua matris tuæ sanctificaui te*: quia labia nõ habebat immunda, sed tantum dixerat, nescio loqui quia iuuenis sum: extendit ipse Dominus manum suam, & tetigit os eius, & dixit: *Ecce dedi sermones meos in os tuum.* Porro ad Esaiã, qui dixerat: *Vir pollutis labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito*: non Dei manus porrigitur, sed Seraph mittitur à Deo, vel volat propria voluntate, quia huic officio mancipatus est. Et in manu sua tenet calculum, *quem*, iuxta Lxx. & Theodotionem, τῇ λαβίδι, id est, *forcipe*: iuxta Aquilam & Symmachum, qui Hebraicum sunt secuti, *forcipibus* apprehendit, id est מלקחים, vt tangeret os eius, & priſtina delicta purgaret. Manus autem & à Deo & Seraph mittitur: vt propheta sui corporis membrum

A

B

C

D

Psal. 79.a שרפים

Psal. 103.a

Hebr. 1. d

Dan. 7. c

Exod. 40. a

Psal. 103. d

Num. 14. c

Luc. 2. b

Philip 2. a

Matt. 23. d

Gen. 18. d

Eccles. 13. a

Psal. 49. c
Eccle. 15. b

Apoc. 6. c

Psal. 17. b
Deut. 4. d
Luc. 12. f

1. Cor. 3. c

Hierem. 1. b

d Melsabaim.

E

F

G

H

Exod. 27.

Esai. 58. a
Hier. 25. d

Act. 28. c

Esa. 49.

Gen. 1. c

Ioan. 10. f

Exod. 3. c. & 4. c.

Act. 13. f

brum videns, tactu non terreatur externo. Quidam nostrorum forcipem, quo calculus comprehenditur, duo testamenta putant, quæ inter se spiritus sancti vnione sociantur. Quia vero sedens dominus introducitur; & sedens in templo, & domus impleta est fumo, vt Iudæi putant, thymiamatis: consequenter ponuntur & forcipes, quas & in sacerdotali ministerio legimus.

a ¶ *Et audiui vocem domini dicentis, &c.*] Pro eo quod & nos & alij omnes interpretes transtulerunt, nobis, quod Hebraicè dicitur לנו, nescio quid volentes Lxx. posuerunt πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, id est, ad populum istum, quod penitus in Hebræo non habetur. Quando autem ex Dei persona dicitur, nobis: illo sensu accipiendum est, quo & in Genesi legitur: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: vt Sacramentum indicet trinitatis. Quomodo enim in Euangelio legimus dicentem dominum: *Ego & pater vnum sumus*: & vnum, ad naturam referimus: sumus, ad personarum diuersitatem: Sic domino iubente trinitas imperat. Propterea autem non dicit dominus, quem ire præcipiat, sed proponit audientibus optionem: vt voluntas præmium consequatur. Et Propheta non temeritate & arrogãtia propriæ conscientiæ se ire promittit, sed fiducia: quoniam purgata sunt labia eius, & ablata iniquitas, mundatũque peccatum. Ergo & Moyses, cui dixerat dominus: *Veni mittam te ad Pharaonem regem Aegypti*, & ille ait: *Obsecro domine, non sum dignus proinde alium, quem mittas*: Siue, vt in Hebræo legitur, *Mitte quem missurus es*: non de contẽptu, sed de humilitate respondit: quia nihil de purgatis labijs suis audierat, qui omni sapientia Ægyptiorum fuerat eruditus. Et Esaias non suo merito, sed domini gratia, qua purgatus est, offert se ad ministerium. Alij autem putant idcirco se obtulisse Esaiam, quia existimabat populo prospera nunciandа, sed quia audiuit: Vade dic populo huic: Auribus audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non cognoscetis: propterea in consequentibus dicente ad eum voce domini, *Clama*, non statim clamat, sed interrogat, *Quid clamabo*? Et Hieremias, cui dictum fuerat: *Accipe calicem, & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te*: libenter accipiens suppliciorum calicem, vt aduersarijs gentibus propinaret, biberentque, & vomerent, & caderent: postquam audiuit, vade, & primum propinabis Hierusalem: Respondit: *Ne forte nisi me domine, & deceptus sum.* Hæc Hebræorum obtrectatio est. Cæterum nos dicimus non temeritatis esse, sed obedientiæ, domino se obtulisse mittendum.

b ¶ *Et dixit: vade, & dices populo huic, &c.*] Lxx. hunc locum ita interpretati sunt: vt Euangelista Lucas in Apostolorum actibus posuit: *Cumque inuicem non essent consentientes* (haud dubium, quin Iudæi) *discedebant: dicente Paulo vnum verbum: Quia bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetam ad patres nostros: dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se, & sanem illos.* Quo autem hæc prophetia impleta sit tempore, ipse Apostolus Paulus in consequentibus loquitur: Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei: & ipsi audient. Vnde & in eisdem Apostolorum Actis legimus, quod Paulus & Barnabas Iudæis nolentibus credere dixerint: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes*: sic enim præcepit nobis dominus: Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Ergo secundum Lxx. facilis interpretatio est: quod Esaias Propheta domino imperante prædicat, quid populus sit facturus. In Hebraico difficultas est, quomodo ipse Deus præcipiat, populo, vt audito audiat, & non intelligat: & videns videat, & non agnoscat: & postea propheta inducatur loquens, & dominum precetur, & dicat: Excæca cor populi huius: & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanetur. Ac primum soluenda est illa quæstio, quæ nobis obiici potest: quare Apostolus Paulus cum Hebræis disputans, non iuxta Hebraicum, quod rectum esse cognouerat, sed iuxta Lxx. sit locutus. Euangelistam Lucam tradunt veteres Ecclesiæ tractatores medicinæ artis fuisse scientissimum, & magis Græcas literas scisse, quam Hebræas. Vnde & sermo eius tam in Euangelio quam in Actibus Apostolorum, id est, in vtroque volumine, comptior est, & secularem redolet eloquentiam: magisque testimonijs Græcis vtitur, quam Hebræis. Matthæus autem, & Ioannes, quorum alter Hebræo, alter Græco sermone Euangelia texuerunt, testimonium de Hebraico proferunt: vt est illud: *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Et: *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Et: *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et: *Videbunt in quem compunxerunt*, & cætera his similia. Pauli quoque idcirco ad Hebræos Epistolæ contradicitur, quod ad Hebræos scribens vtatur testimonijs, quæ in Hebreis voluminibus non habentur, quod si aliquis dixerit Hebræos libros postea à Iudæis esse falsatos: audiat Origenem, quid in octauo volumine explanationum Esaiæ huic respondeat quæstiunculæ: quod nunquam dominus, & Apostoli, qui cætera crimina arguunt in scribis & Pharisæis, de hoc crimine, quod erat maximum, reticuissent. Sin autem dixerint, post aduentum domini Saluatoris, & prædicationem Apostolorum, libros Hebræos fuisse falsatos: cachinnum tenere non potero: vt Saluator, & Euangelistæ, & Apostoli ita testimonia protulerint, vt Iudæi postea falsaturi erãt. De præsenti autem loco hoc dicendum est, frustra nos ad Lxx. translationem confugere: ne blasphemum videatur esse quod iuxta Hebraicum dicitur: Auditu audite, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere: cum huiusmodi testimonia etiam in Lxx. interpretibus reperiamus: vt est illud in Exodo, quod ad Pharaonem dicitur: *Propterea suscitaui te, vt ostendam in te virtutem meam.* Si autem ipse suscitauit, & indurauit cor Pharaonis ne crederet: & de aliis dicitur. *Dedit eis Deus spiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant.* Et in Psalmis. *Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum*, & iri retributionem: *obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsa eorum semper incurua*, non sunt illi in culpa, qui non vident, sed ille, qui dedit oculos ad non videndum. Ergo & absque hoc testimonio, quod nunc conamur exponere, manet eadem quæstio in Ecclesijs: & aut cum ista soluentur & cæteræ: aut cum cæteris & hæc indissolubilis erit. Locum istum B. Apost. Paulus plenius explicat ad Romanos: & quod ille pene tota Epistola prosecutus est, nos superfluum facimus, si voluerimus breui sermone comprehendere. Dicit enim post multa: *Conclusit Deus omnia in incredulitatẽ, vt omnibus misereatur.* Admiransq; domini Sacramenta intulit: *O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Et iterum de Iudæorum incredulitate disputans ait: *Numquid sic peccauerunt, vt caderent? absit: sed illorum delicto salus est gentibus ad æmulandum eos.* Et post modicum. *Si enim abiectio eorum reconciliatio mundi, quæ assumptio eorum, nisi vita ex mortuis?* Et iterum. *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobismetipsis prudentes, quia cæcitas ex parte facta est in Israel, donec plenitudo gentium introeat, & tunc omnis Israel, saluus fiat.* Et post paululũ. *Iuxta Euang. quidẽ inimici propter vos, iuxta electionẽ autẽ dilecti propter patres, absq; pœnitẽtia enim sunt donationes, & vocatio Dei. Sicut enim, vos*, inquit, *aliquando non credidistis Deo, nunc autẽ estis misericordiã consecuti propter eorum incredulitatẽ, sic & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem, vt*

Col. 4. d

Matt. 2. d
Ioan 7. f
Ioann. 19. g

Rom. 11. d

Eod. 9. c

Rom 11. b
Psal. 68. a

Ibidem.

omnibus miſereatur. Ergo non eſt crudelitas Dei, ſed miſericordia, vnam perire gentem vt omnes ſaluæ fiant: Iudæorum partem non videre, vt omnis mundus lumen accipiat. Vnde & ipſe dominus in Euangelio Sacramentum cæci à natiuitate qui receperat oculos, vertit ad tropologiam: & dicit: *In iudicium ego veni in hunc mundum, vt videntes non videant, & non videntes videant.* Et in alio loco Symeon loquitur: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum.* Illis itaque non videntibus, nos videmus: illis cadentibus, nos reſurgimus. Quod intelligens Propheta quodam modo aliis verbis dicit: O domine præcipis mihi loqui populo Iudæorum: vt audiant & non intelligant Saluatorem: & videant eum, & non cognoſcant: Si vis impleri iuſſionem tuam: & totum ſaluari mundum, quod & ego fieri deſidero; tu excæca cor populi huius, & aures aggraua, & oculos claude, ne intelligant, ne audiant, ne videant. Si enim illi viderint, & conuerſi fuerint, & intellexerint, & ſanati fuerint, totus mundus non recipiet ſanitatem. Ex quo animaduertimus, quamuis graue ſit peccatum, ſi quis conuertatur, eum poſſe ſanari. Simulque & hoc intelligendum, quod pro magnitudine ſceleris, etiam pœnitentia indigni iudicati ſint. Ipſo domino dicente ad Hieruſalem: *Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.*

Ioan 9.g

Luc.2.a

Matt.23.d

a ¶ *Et dixi: vſquequo Domine, &c.*] Dicente domino: Vade & dic populo huic, quod audiat, & non audiat: videat & non videat: idcirco autem nec audiat, nec videat, quia non ſit intellecturus verba domini, nec eius opera cogniturus: quoniam *incraſſatus eſt, & dilatatus, & oblitus creatoris ſui*: Propheta reſpondet, & quærit ſolicitus de populo ſuo: Vſquequo domine hæc ſententia permanebit: vt audiens non audiat, videnſque non videat? Cui reſpondit dominus: tamdiu non audiet, & non videbit, & excæcatum habebit cor: donec ciuitates Iudææ, Veſpaſiano Titoque pugnantibus, penitus ſubuertantur: intantum vt ne nomen priſtinum quidem permaneat: & domus, ſi quæ remanſerint, ſine habitatore ſint, & terra redigatur in ſolitudinem, & vel fuga vel captiuitate in totum orbem Iudaicus populus diſpergatur, & nequaquam in Iudæa vt prius: ſed in cunctis gentibus Iudæorum populus multiplicetur. Quid autem dico multiplicetur? tanta erit infelicitas reſidui populi, vt ad comparationem prioris multitudinis, vix decima pars remaneat. Cumque & in ipſa terra fuerit ſolitudo (dupliciter enim locus iſte intelligi poteſt, quod decima pars & in toto orbe vix remaneat, & in ipſa Iudæa vix parua pars populi reſeruetur) rurſum ipſæ reliquiæ erunt in deprædationem, quādo poſt annos ferme quinquaginta Hadrianus venerit, & terram Iudæam fuerit penitus deprædatus, intantum vt terebintho & quercui quę glandes amiſerint, comparetur. Denique poſt extremam vaſtitatem, etiam leges publicæ pependerunt, & prohibiti ſunt Iudæi terram, de qua eiecti fuerant, ingredi. Si quis autem crediderit in Chriſtum, & impletum fuerit illud quod ſupra legimus. *Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemē, quaſi Sodomæ eſſemus, & ſimiles Gomorræ fuiſſemus*: quādo iuxta Apoſtolum, reliquiæ ſaluabuntur, hoc ſemen ſanctum erit: & de Apoſtolorum germine cunctæ Eccleſiæ pullulabunt. Quod diximus, *ſanctum ſemen erit quod ſteterit in ea.* Vel iuxta Aquilam, *ſemen ſanctum erit germen eius*, in Lxx. interpretib. non habetur: ſed de Hebraico & Theodotionis edictione ab Origine additum, in Eccleſiæ fertur exemplaribus, vt *poſtquam intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat*, impleatur etiam in hoc ſermo domini, dicentis. *Ego occidam, & ego viuificabo, percutiam, & ego ſanabo.*

Sup. 1.

Rom.9.

Rom.11.c

Deut.32.f

CAP. VII.

b ET *factum eſt in diebus, &c.*] Ozias qui & Azarias, rex Iuda, regnauit in Hieruſalem annis quinquaginta duobus. Cuius extremo iam tempore vidit Eſaias quæ præteritus ſermo differuit. Quo mortuo, & regnante pro eo Ionatham filio eius, rege iuſtiſſimo, vidit ſtatim Propheta dominum Saluatorem in ſua maieſtate regnantem, & annunciantem Iudaici populi cæcitatem, & ſubuerſionem Hieruſalem, & cæterarum vrbium ſub Veſpaſiano & Hadriano, & quomodo in Apoſtolis reliquiæ ſint ſaluandæ. Tertius rex filius Ioathan ſuccedit Achaz impiiſſimus: qui clauſit ianuas templi, & in valle Benhennon adorauit Baalim: & filium ſuum idolis conſecrauit: ita vt auferret altare æneum, quod Salomon fecerat: & poneret in templo Dei altare idolorum, cuius exemplar de Damaſco acceperat. Iuſte igitur à domini auxilio derelictus eſt, & conſurrexerunt aduerſis eum Raſin, rex Syriæ, id eſt, Aram, & Phacee, filius Romeliæ, rex Iſrael in Samaria, & venerunt in Hieruſalem, vt expugnarent eam. Legimus in Paralipomenon libro. Raſin, regem Damaſci, victo Achaz, multos de Iudæa Damaſcum tranſtuliſſe: & Phacee, filium Romeliæ, regem decem tribuum, quæ appellabātur Iſrael, & regnabat in Samaria, vna die centum viginti millia percuſſiſſe de Iuda hominum bellatorum, & ducenta millia mulierum, puerorumque & puellarum, cum infinita præda in Samariam duxiſſe captiua. De quo certamine Propheta nunc tacuit: ſed ſecundum refert prælium: quando experimentum habentes fortitudinis ſuæ atque victoriæ, & inuitati prædæ magnitudine, rurſum veniunt ad Iudæam, & Hieruſalem cupiunt debellare, & non potuerunt, quia auxiliatus ei eſt dominus: vt ſub occaſione miſericordiæ, qua populum liberabat obſeſſum, filium ſuum nunciaret de virgine naſciturum. Quod cum audiſſet domus Dauid, hoc eſt, domus regia, Syriam ſcilicet & Ephraim, Raſin & Phacee iuncto venire exercitu, exterrita eſt, atque pertimuit: & tam rex quam populus ita contremuerunt, vt putares arborum folia ventorum flatibus ventilari. Iuxta Anagogen facilis interpretatio eſt: Quod regnante Achaz, rege impio, rex Aram, qui interpretatur excelſus atque ſublimis (vt indicet arrogantiam ſapientiæ ſæcularis) & Phacee filius Romeliæ) qui & ipſe iuxta Oſee prophetam ex tribu fuit Ephraim, de qua Hieroboam filius Nabath vitulos aureos in Bethel & Dan conſtituerat: & à domo Dauid Dei populum ſepararat) refertur ad hæreticos, conſentientes ſibi, vt expugnent Eccleſiam. Quod cum audierit domus Dauid: quem in Ezechiele bonum paſtorem legimus ſuſcitandum: & populus eius, ſimpliciter credens in dominum, pertremiſcet. Et ideo pertremiſcet, quia non arboribus frugiferis, ſed infructuoſo ſaltui comparatur. Eoſdem autem hæreticos atque gentiles contra domum Dauid argumentorum & dialecticæ artis gladiis dimicare nulli dubium eſt: vt qui inter ſe diſcrepant, in Eccleſiæ oppugnatione conſentiant: iuxta illud, quod Herodes & Pilatus, inter ſe diſcordantes, in domini paſſione amicitia fœderarunt.

4.Reg.15.a

Ibid.g

4.Reg.16. 2.Par.28.a

3.Reg.12.a

Ezech 34.f

Luc.23.b

c ¶ *Et dixit Dominus ad Eſaiam: Egredere in occurſum Achaz*

Achaz tu & quiderelictus eſt Iaſub, &c.] Iaſub, filius Eſaiæ, quæ interpretatur relictus atque conuertens, in typum populi Iuda, qui erat de duorum regum manibus liberandus, iubetur egredi cum parente, & occurrere Achaz, regi Iudæ, in loco aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, in via agri fullonis: vbi poſtea lecturi ſumus ſub Ezechia rege Iuda ſtare Rabſacem: & ex præcepto Sēnacherib regis Aſſyriorum Dei populum blaſphemare. In quem locum egreſſi ſunt, miſſi ab Ezechia principes ciuitatis, quos in Regum volumine legimus. Præcipiturque Achaz, quātuis impio regi propter domini miſericordiam, vt agat ſilentium: & non terreatur, neque formidet cor eius, putans ſe paſſurā ſimilia, quæ prius ſuſtinuerat. Duas autem caudas titionum, id eſt, torrium fumigantium, vocat Raſin regem Syriæ, & Phacee, filium Romeliæ, regē Samariæ, eo quod in illis finitū ſit regnum Syriæ, id eſt Damaſci, & regnum Samariæ, id eſt, decem tribuum, quæ alio nomine appellabantur Ephraim. Scriptum eſt enim quod Theglaphalaſſar, rex Aſſyriorum, ſub rege Achaz aſcenderit in Damaſcū, & vaſtauerit eam, & tranſtulerit habitatores eius Cyrenem, & Raſin interfecerit: & quod tetenderit inſidias Phacee, filio Romeliæ, Oſee, filius Ela: & percuſſerit eum & interfecerit, & regnauerit pro illo in Iſrael annis nouem: & quod venerit Salmanaſar rex Aſſur, & obſederit Samariam, quæ nunc Sebaſte vocatur, tribus annis, & nono anno regni Oſee ceperit eam: vinctumque Oſee in carcerem miſerit, & tranſtulerit *Iſrael in Aſſyrios*, poſuerit que eos in *Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus*, ſiue Lxx. tranſtulerunt, *in montibus Mædorum*, quāuis enim inierint conſilium hi duo reges peſſimi, vt aſcenderent ad Iudā, cuius regio in montibus ſita eſt, & ſuſcitarent eum quieſcentem, & quodammodo dormientem, ſuoq; imperio ſubiugarent, & ſuperponerent ei regem filium Tabeel, quæ interpretatur bonus Deus: vt vel hominem hoc nomine: vel idolum demonſtrarēt: tamen hæc dicit dominus Deus: Non ſtabit hoc conſilium: ſed interim modo caput Syriæ vrbium erit Damaſcus: & in ipſa Metropoli Damaſco imperabit Raſin. Porro in Ephraim propter Hieroboam filium Nabath, qui primus regnauit de Ephraim, erit caput Samaria: hoc eſt regia domus in vrbe Samariæ caput erit filius Romeliæ, id eſt, Phacee: regnum autem decem tribuum, id eſt, populi Ephraim: poſt ſexaginta & quinque annos eſſe ceſſabit. Quod niſi diligentius attendamus; ſtare non poterit. Duodecimo enim anno Achaz, filii Ioathan, in tribu Iuda regnauit Oſee ſuper Samariam, & nono anno imperii ſui captus eſt. Regnauit autem Achaz ſuper Iudā annis ſedecim: poſt cuius mortem ſeptimo anno imperij ſui obſeſſus, & nono captus eſt Oſee, & deſtructa Samaria, omniſque populus eſt tranſductus in Mœdos: ita vt, ſi voluerimus ſedecim annos Achaz, & ſeptem Oſee poncre, efficiantur anni viginti tres, aut, vt multum, viginti quinque, & vbi erunt ſexaginta & quinque anni, in quibus regnum Iſrael dicitur finiendū? Igitur Hebræi hunc locum ita ediſſerunt: vt Amos, qui ſub Ozia cœpit prophetare, quando & Eſaias prophetiæ ſuæ habuit exordium, primus prophetauerit contra Iſrael, dicēs: Iſrael autem captiuus ducetur de terra ſua. Titulus quoque prophetiæ eius contra Samariam ſit: & prophetare cœperit in diebus Oziæ regis Iuda, ante duos annos terræ motus: quem volunt eo tempore accidiſſe, quo ingreſſus Ozias in templum Dei, ſibi ſacerdotium vendicabat: & terra percuſſa eſt: & cineres altaris effuſi ſunt: & ipſe rexpercuſſus eſt lepra. Volunt autem annum fuiſſe vigeſimum quintum Oziæ, quando hæc acciderunt: cuius reliqui anni ſunt viginti ſeptem: Ozias enim regnauit annos quinquaginta duos: poſt eum regnauit Ioathan filius eius annis ſedecim: & huius filius Achaz annis aliis ſedecim: poſt quē regnauit Ezechias, cuius ſexto imperii anno capta Samaria eſt: atque ita effici ſimul annos ſexaginta quinque. Hæc per prophetam domino prædicente: & Achaz & populus futura non credidit. Vnde ſubiungitur: Si non crediderit is, non permanebitis: vt Symmachus tranſtulit, id eſt, & vos non permanebitis in regno veſtro: ſed in captiuitatē ducemini, ſuſtinentes eorum pœnas, quorum imitati eſtis infidelitatem. Vel certe iuxta Lxx. οὐδὲ μὴ συνῆτε, id eſt, non intelligetis. Et eſt ſenſus: Quia quæ dominus dicit futura, non creditis; intelligētiam non habebitis. Hæc iuxta hiſtoriam dixerimus. Cæterum, iuxta cœptam tropologiam conſiderādū eſt, quod impio regi Eſaias iubeatur occurrere, exiens de loco ſuo, nō in principio aquæ ductus: ſed in extremis finibus piſcinæ ſuperioris: quæ erat in agro fullonis, vbi ſordes & maculæ purgabantur. Quamuis enim Achaz regnaret ſuper Iudam: tamen, quia impius erat, in ſuperioris piſcinæ extremis finibus morabatur. Ergo Deus non tam regis miſeretur, quem indignū exiſtimabat ſalute, quam populi ſui. Duas autem caudas torrium fumigantium: vt prius diximus: vocat ſapientiam ſæcularē, hæreticumque ſermonem, quorum finis exuſtio eſt. Qui fruſtra inierent conſilium, vt aſcenderent contra Iudam: & quaſi negligentem & dormientem caperent: & ſuis erroribus copularent: ponerentque ſuper eum regem filium Tabeel: hoc eſt, bonum Deum. Vterque enim aduerſarius apud ſe veritatem, apud ſe exiſtimat optimam eſſe doctrinā. Denique Marcion hæreticus boni Dei filium, hoc eſt, alterius putat eſſe Chriſtum, & non iuſti, cuius prophetę ſunt, quem ſanguinarium, crudelem & iudicem vocat. Hæc illis dicentibus dominus comminatur, quod non ſtet conſilium ipſorum: ſed interim nunc quamdiu mundus iſte ſtat: & ea, quæ mundi ſunt in ſuis finibus, & in ſuis vrbibus dominentur. Cum autem conſummationis tempus aduenerit, hoc eſt, ſexaginta quinque annis & tam mundi res, quæ in ſex diebus factę ſunt, quam omnia, quæ ad quinque ſenſus pertinent, finem acceperint: tunc vniuerſa eſſe ſoluenda, quæ gentiles & hæretici futura non credunt, & propter infidelitatem, non intelligunt quę dicuntur.

a ¶ *Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum, &c.*] Qui prius per prophetam locutus fuerat ad Achaz, vide vt ſileas: noli timere, & cętera. Illo non credente, & ideo non intelligente, ipſe loquitur ad Achaz: vt ſaltem auctoritate domini territus, ſuſcipiat quę dicuntur. Quia tibi, inquit, videtur eſſe difficile, quod regna potentiſſima breui tempore finienda ſint: & tu cum populo tuo de magno periculo libereris: *Pete tibi ſignum*, nequaquam ab idolis, quorum errore retineris: ſed à domino Deo tuo, qui tibi auxilium pollicetur: & ipſum ſignum optionis tuæ eſt vnde poſtules, ſiue de profundo, ſiue de excelſo: Quod cum ſoli Lxx. dixerint: cæteri iuxta Hebraicum ſignificantius tranſtulerunt, de profundo inferni. Ergo ſicut profundum, infernum ſignificat: ita excelſum ſupra, cœlos intelligere debemus: vt cum de inferno, ſiue de excelſo ſignum acceperis, credas futura quæ dixi: Vis inquit, vt ſcindatur terra & grandi hiatu inferi pateant, qui in corde terræ eſſe dicuntur, an vt aperiantur cœli? Quod vtrumque ad typum pertinet mortis Domini, & aſcenſionis: Qui enim deſcendit, ipſe eſt, qui & aſcendit. Et in Apoſtolo legimus: *Ne dixeris in corde tuo: quis aſcendet in cœlum? hoc eſt Chriſtum deducere: Aut, quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum de mortuis reducere.* Et in alio loco de Chriſto diſputans, ait: *Quæ ſit latitudo, & longitudo, & excelſitū, &*

Infr.36.a

4.Reg.18.d

4.Reg.17.a

4.Reg.17.a

4.R.g.16.a

4.Reg.18.b

Amos 1.a

2.Par.26.d

4.Reg.15.a Ibid.g

Ephes.4.b Rom.10.b

Ephes 3.

profundum supereminentis scientiæ & dilectionis Christi: Hoc quantum ad mysticos pertinet intellectus. Cæterum & Moyses accepit signa de terra: de quibus in psalmis legimus: *Misit signa & prodigia in medio tui Aegypte*, ranas, locustas, cyniphes, & cœnomyã: de cœlo autẽ grandinem & ignem, & trium dierum tenebras. Ego reor & Ezechiam, quando sol decẽ regressus est lineis, signũ accepisse de cœlo, & Iesum filiũ Naue, in Gabaon & Haialon stantib. sole & luna. Pleriq; putant Saulem signum accepisse de terra, & de profundo inferni: quando Samuelem per incãtationes & artes magicas visus est suscitasse. Sed & Ionas propheta de abysso, & de profundo ac mortis faucibus liberatus, signũ dedit & accepit inferni. Legi in cuiusdam commentariis hunc locum per allegoriam extenuatum: vt profundum & excelsum ἀδηπτὰ καὶ νοητὰ intelligeret, quæ nos possumus sensibilia dicere, & intelligibilia: quorum alterum refertur ad sensus, alterum ad mentem & rationem. Virginem quoque interpretatur animam, quæ nulla peccati corrupta est cõscientia: & potest de se Emmanuel nobiscum Deum, id est, præsentem Dei generare sermonẽ. Sed nos elixas agni carnes non comedimus, verum assas: & quæ in nobis possint omnes voluptatum siccare pituitas: ne sacramentum fidei nostræ, dum plus sapimus quam oportet sapere, negligamus.

Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra. [a] Et dixit Achaz: non petam, & non tentabo Dominum. [b] Et dixit: audite ergo domus Dauid: Numquid parũ vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis & Deo meo? [c] Propterea dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabis

a ¶ *Et dixit Achaz: Non petam & non tentabo dominum.*] Non humilitatis est, sed superbiæ, quod non vult signum à domino postulare: Quamquam n. scriptum sit in Deuteronomio: *Non tentabis dominum Deum tuum* & hoc contra diabolum Saluator vsus sit testimonio, tamen iussus vt peteret, obedientia debuit explere præceptum, præsertim cum & Gedeon & Manue signum petierint & acceperint. Quanquam iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem, in quo scriptum est: לא אנסה את יהוה: *non tentabo dominum*: possit legi, non exaltabo dominum: Sciebat enim rex impius, quod si signum peteret, accepturus esset, & glorificaturus dominus. Ergo quasi idolorum cultor, qui in omnibus angulis platearum, in montibus locisque nemorosis aras constituerat, & pro leuitis habebat fanaticos, non vult signum petere, quod præceptum est.

b ¶ *Et dixit: audite ergo domus Dauid:* Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, &c.] Quis est iste qui dixit, audite ergo domus Dauid? Nequaquam Deus qui supra ad Achaz dixerat: Pete tibi signum à Domino Deo tuo, sed Propheta, vt ex consequentibus comprobatur. Quia molesti estis à Deo meo. Et est sensus. Quia non solum Prophetas persequimini, & eorum dicta contemnitis, sed & præsentis & iubentis Dei sententiæ contradicitis, ita vt ei exhibeatis laborẽ, qui in alio loco ait. *Laborauí sustinens*, idcirco dominus faciet quæ sequuntur. Pro labore & molestia, quod Aquila & Symmachus transtulerũt, Lxx. & Theodotio ἀγῶνα interpretati sunt, id est luctam atque certamen, quia contrarios non subiiciant collum domini seruituti, sed illo vulnera eorum volente curare respuant sanitatem. Et hoc notandum, quod Achaz, rege impiissimo nolente signum petere, sermo propheticus ad domum Dauid, hoc est, ad tribum regiam cõuertatur, de qua supra legimus. *Et nunciauerunt hæc domui Dauid, dicentes. Consensérunt Syria, & Ephraim.*

c ¶ *Propterea dabit dominus ipse vobis signum, &c.*] Nequaquam multifarie iuxta Apostolum Paulum & multis modis loquetur Deus. Nec iuxta alium prophetam, in manibus prophetarum assimilabitur, sed qui ante loquebatur per alios dicet, *Ecce adsum* De quo & sponsa rogabat in Cantico canticorum. *Osculetur me osculo oris sui. Dominus* enim *virtutum ipse est rex gloriæ*, ipse descendet in vterũ virginalem, & ingredietur, & egredietur orientalem portam, quæ semper est clausa, de quo Gabriel dicit ad virginem, *Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Et in Prouerbiis: *Sapientia ædificauit sibi domum.* Quando autem dicitur. *Dabit dominus ipse vobis signum*, nouum debet esse atq; mirabile. Sin autẽ iuuẽcula vel puella, vt Iudæi volũt, & non virgo pariat, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen ætatis sit, non integritatis? Et reuera, vt cum Iudæis conferamus pedem, & nequaquam contentioso fune præbeamus eis risum nostræ imperitiæ, virgo Hebraicè בתולה appellatur, quæ in præsenti loco non scribitur, sed pro hoc verbo positum est, עלמא quod præter Lxx. qui posuerũt παρθένος, omnes adolescentulam transtulerunt. Porro עלמא apud eos verbum ambiguũ est, dicitur enim & adolescentula, & abscondita, id est, ἀπόκρυφη. Vnde & in titulo psalmi noni, vbi in Hebræo positum est עלמות, cæteri interpretes transtulerũt, pro adolescentia, quod Lxx. interpretati sunt, pro absconditis. Et in Genesi legimus, vbi Rebecca dicitur alma, Aquilam non adolescentulam nec puellam, sed absconditam transtulisse. Sunamitis quoque mulier amisso filio, cum Helisei fuisset pedib. prouoluta, & prohiberet eam Iezi, audit à propheta: *Dimitte eam, quia in dolore est, & dominus abscondit à me.* Pro eoque in Latino dicitur, abscondit à me, in Hebræo scriptum est תעלם ממני. Ergo alma, nõ solum puella vel virgo, sed cum ἀποκρύφου virgo abscondita dicitur & secreta, quæ nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parẽtum diligentia custodita sit. Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontib. manare dicitur, propriè virgo alma appellatur. Et vt risum præbeamus Iudæis, nostro quoq; sermone alma sancta dicitur. Omniumque pene linguarum verbis vtuntur Hebræi. Vt est illud in Cantico canticorum, de Græco φορεῖον, id est, ferculum sibi fecit Salomõ, quod & in Hebræo ita legimus. Verbum quoque nugas & mensuram Hebræi eodem modo & eisdem appellant sensibus. Et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror alma in mulière nupta legisse, sed in ea quæ virgo est, vt non solum virgo sit, sed virgo iunioris ætatis, & in annis adolescentiæ. Potest enim fieri vt virgo sit vetula, ista autẽ virgo erat in annis puellaribus. Vel certe virgo non puella, & quæ adhuc virum nosse non posset: sed iam nubilis. Denique in Deuteronomio, sub puellæ & adolescentulę nomine, virgo intelligitur: *Si inuenerit*, inquit, *homo in campo puellam desponsatam, & vi opprimens dormierit cum ea: interficietis virum solum, qui concubuit cum ea: & puellæ nihil facietis: non est adolescentulæ peccatum mortis. Quia quomodo si quis in insidijs insurgat contra proximum suum, & interficiat animam eius, sic hoc negocium accidit. In agro inuenit eam: clamauit puella desponsata: & non est inuentus, qui auxiliaretur ei.* Et in Regum volumine legimus, quod quæsierint puellam virginem nomine Abisag, & introduxerint ad regem, quæ dormiret cum eo, & foueret eum: & erat puella pulchra nimis, & ministrabat ei, & rex non cognouit eam. Quodque sequitur. *Et vocabis nomen eius Emmanuel*: & Lxx. & tres reliqui similiter transtulerunt: pro quo in Matthæo scriptum est, vocabunt: quod in Hebræo non habetur. Ergo iste puer qui nascetur ex virgine, ô domus Dauid, nũc à te appelletur Emmanuel, id est, nobiscum Deus, quia rebus ipsis probabis à duobus inimicis regibus liberata, Deum te habere præsentem: & qui postea vocabitur Iesus, id est, Saluator: eo quod vniuersum hominum genus Saluaturus sit, nunc à te Emmanuelis appelletur vocabulo. Verbũ: ושראת quod omnes interpretati sunt, & vocabis: potest intelligi, & vocabit: quod ipsa scilicet virgo quæ concipiet & pariet, hoc Christum appellatura sit nomine. In multis testimoniis quę Euangelistæ vel Apostoli de libris veteribus assumpserunt, curiosius attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum. Vnde & in præsenti loco, pro *concipiet in vtero*: Matthæus posuit, *in vtero habebit*: & pro *vocabis, vocabunt*. Hebræi hoc de Ezechia filio Achaz Prophetari arbitrantur, quod ipso regnante sit capta Samaria: quod omnino probari non potest. Siquidem Achaz, filius Ioatham, regnauit super Iudam & Hierusalem annis sedecim: cui successit in regnum filius eius Ezechias, annos natus vigintiquinque: & regnauit super Iudam & Hierusalem annis vigintinouẽ. Quomodo ergo, vt demus primo anno Achaz hanc ad eum factam Prophetiam, de Ezechiæ conceptu

ceptu dicitur & natiuitate: cum eo tempore quo regnare cœpit Achaz, iam nouem Ezechias esset annorum? nisi fortè sextum Ezechiæ regni annum, quo est capta Samaria, infantiam eius appellari dicant, non ætatis, sed imperij, quod coactum esse, atq; violentum, etiam stultis patet. Quidam de nostris Iudaizans, Esaiam prophetã duos filios habuisse contendit, Iasub & Emmanuel: & Emmanuel de prophetissa vxore eius esse generatũ, in typum domini Saluatoris: vt prior filius Iasub, quod interpretatur relictus siue conuertens, Iudaicum populum significet: qui relictus est, & postea reuersurus. Secundus autẽ, id est, Emmanuel & nobiscum Deus, gentiũ vocationem: postquam *verbum caro factũ est, & habitauit in nobis.*

cabis nomen eius Emmanuel. [a] Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonũ. [b] Prius enim quam sciat puer reprobare malũ & eligere bonũ: derelinquetur terra, quã tu detestaris, à facie duorum regum suorum. [c] Adducet dominus super te & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. [d] Et erit in die illa sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremo fluminũ Aegypti, & api quæ est in terra Assur: & venient & requiescent omnes in torrẽtibus vallium: & in cauernis petrarũ, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. [e] In die illa radet dominus in nouacula cõducta, in his qui trãs flumẽ sunt, in rege Assyriorũ, caput & pilos pedũ, & barbã vniuersam. [f] Et erit in die illa nutriet homo vaccã boũ, & duas oues: & præ vbertate lactis comedet butyrũ: Butyrum n. & mel mãducabit oĩs qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: oĩs locus vbi fuerint mille vites, mille argẽteis, in spinas, & in vepres erũt: Cum & regem Assyriorũ. Frustra igitur præsentia metuis, semiustos torres, & ignẽ penitus non habentes: scire enim debes, quod sibilo suo dominus muscas Ægypti & fluminum eius, haud dubium quin septem διωρυχὰς Nili significet, vocaturus sit: & apem, quæ est in terra Assur. Muscas autem Ægyptios vocat, propter sordes idololatriæ, & imbellem populum: & apem Assyrios, quorum illo tempore potentissimum regnum erat, & ad bella promptissimum: vel ob id, quia omnis prope Assyriorum & Persidis regio vsum habebat sagittarum. Hi igitur omnes venient, & occupabunt terram tuam in torrentibus vallium, & cauernis petrarum: & in omnibus frutetis, & foraminibus, ligniſque nemorosis. Hæc autem per metaphoram dicuntur: vt quia semel muscas & apes nominauerat, translationem seruaret in reliquis. Legamus Regum & Paralipomenon libros, & inueniemus ab Ægyptiis cęsum sanctum regem Iosiam: & populum Israël potestati Ægyptiæ subiugatum: ita vt regem illis constitueret. Et post non multum temporis, venit Nabuchodonosor cum innumerabili multitudine bellatorum: captaque Hierusalem & cæteris Iudææ vrbibus dirutis, incendit templum, & habitatores Assyrios posuit in Iudæa.

a ¶ *Butyrũ & mel comedet, vt sciat*, &c.] Pro quo Lxx. transtulerũt, *antequã sciat*. Quodq; sequitur: assumere malum: in Hebraico non habetur. Et est sensus: O domus Dauid, cui Dei sermone præcipitur vt voces, id est, inuoces in periculo constituto nomen Emmanuelis, id est, nobiscũ Dei: non mireris ad rei nouitatem, si virgo Deum pariat: qui tantam habeat potestatem, vt multo post tempore nasciturus, te nunc liberet innocatus: ipse est enim, qui visus est Abraham, & locutus est Moysi. Dicam & aliud mirabilius ne eum putes in phantasmate nasciturum: cibis vtetur infantiæ, butyrum comedet & lac: Et licet multa post sæcula de eo Euangelista testetur: *Puer autem proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines*: & hoc dicatur, vt veritas humani corporis approbetur: tamen adhuc pãnis inuolutus & butyro pastus ac melle, habebit boni maliq; iudicium, vt reprobans mala, eligat bona. Non quod hoc fecerit, aut reprobauerit, vel elegerit: sed quod scierit reprobare & eligere: vt per hæc verba noscamus, infantiã humani corporis, diuinæ non præiudicasse sapientiæ. Denique iacentem in præsepio angeli pastoribus nunciant: magi adorãt de Oriente venientes, quos vtiq; electos esse credendum est: Et e contrario Herodes, scribæ ac Pharisæi reprobãtur, quia pro vno infante, multa paruulorum millia trucidarunt.

b ¶ *Prius enim sciat puer reprobare malũ*, &c.] Sexto imperij anno Ezechiæ, est ab Assyriis capta Samaria, id est, tricesimoprimo anno ætatis ipsius. Si itaque iste qui nasciturus, vel de virgine, vt nos probamus, vel de adolescentula, vt Iudæi volunt, butyrum & mel comedet, & tam paruulus erit, vt malum à bono discernere nequeat, & antequam ille tempus egrediatur infantiæ, terra Syriæ & Samariæ vastabitur ab Assyriis sit: respondeant Hebræi, quomodo Ezechias triginta & vno annis infantulus prædicetur, & tam rudis ætatis, vt mel & butyrum comedens, iuxta Ninivitticos pueros, nec siniſtram, nec dextetam: id est, nec malum nec bonum nouerit. Relatum autem ad Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus, faciem habebit intelligentiam: quod ad mysterium & in uocationem nominis eius, terra Syriæ & Samariæ, Assyrio superante, vastetur; & domus Dauid liberetur à duobus regibus, quos metuit, Rasin videlicet, & Phacee.

c ¶ *Adducet dominus super te & super populũ*, &c.] Locus iste per Hyperbaton legendus est. Deniq, & nos secuti Hebraicam veritatẽ; ita eum interpretati sumus: ô domus Dauid, ausculta quæ dico, vt derelinquatur terra Syriæ & Samariæ à facie regum duorum, quos tu vehementissime reformidas: Adducet dominus dies super te, & super domum patris tui Dauid: quos nunquam habuisti ex eo tempore, quo decem tribus à duabus tribubus separatæ sunt, & regnum in Samaria habere cœperunt, Adducet autem istos dies, id est, tempora cum rege Assyriorum: vt, illis superatis, atque subuersis, tu Emmanuelis præsentia libereris. Lxx. hunc locum ita verterũt: *Adducẽt dominus super te, & super populum tuũ, & super domũ patris tui dies, qui necdũ venerint, ex qua die abstulit Ephraim à Iuda regem Assyriorum.* Quod quem sensum habeat, scire non possumus: nisi forte hoc dicendum est: quod peccatorum suorum magnitudine Ephraim, id est, Samaria, primum ad se Assyriorum fecerit impetũ declinare. Aliter: Interim nunc duo reges Rasin & Phacee, qui te obsident & vastare festinant, breui tempore subuertentur: tuæ autem vastationis tempus illud aduenìet, quando, quod numquam metueras, Assyrius venerit. Per quæ docet, domui Dauid non Syriam & Samariam, sed Assyrios esse metuendos. Præsenti ergo formidine liberat, & de futuro tempore comminatur.

d ¶ *Et erit in die illa: sibilabit dominus*, &c.] Cum fuerit duorũ regum terra deserta, Damascus & Samaria, quam tu nunc detestaris & metuis: tunc adducet dominus ô domus Iudæ super te, & populum tuum dies, quos nunquam ante vidisti, & regem Assyriorũ. Frustra igitur præsentia metuis, semiustos torres, & ignẽ penitus non habentes: scire enim debes, quod sibilo suo dominus muscas Ægypti & fluminum eius, haud dubium quin septem διωρυχὰς Nili significet, vocaturus sit: & apem, quæ est in terra Assur. Muscas autem Ægyptios vocat, propter sordes idololatriæ, & imbellem populum: & apem Assyrios, quorum illo tempore potentissimum regnum erat, & ad bella promptissimum: vel ob id, quia omnis prope Assyriorum & Persidis regio vsum habebat sagittarum. Hi igitur omnes venient, & occupabunt terram tuam in torrentibus vallium, & cauernis petrarum: & in omnibus frutetis, & foraminibus, ligniſque nemorosis. Hæc autem per metaphoram dicuntur: vt quia semel muscas & apes nominauerat, translationem seruaret in reliquis. Legamus Regum & Paralipomenon libros, & inueniemus ab Ægyptiis cęsum sanctum regem Iosiam: & populum Israël potestati Ægyptiæ subiugatum: ita vt regem illis constitueret. Et post non multum temporis, venit Nabuchodonosor cum innumerabili multitudine bellatorum: captaque Hierusalem & cæteris Iudææ vrbibus dirutis, incendit templum, & habitatores Assyrios posuit in Iudæa.

e ¶ *In die illa radet dominus in nouacula*, &c.] Hæc quidam putant de Assyriis prophetari: qui mille trecentis, annis, antequam Hierusalem subuerterent, regnum Asiæ, Aegyptique, & Lybiæ possederunt, quod à Mœdis, Persisque vincẽdi sint, & eorum imperium destruendum. Alij vero arbitrantur, quod trans flumen Euphratẽ cæsi sint Ægyptij. Nos autem nouaculum mercede conductam, ipsum arbitramur Assyrium: quem in Hieremia ob vltionem populi peccatoris, etiam columbam suam vocat. Denique & in visione Tyri: quia in extruendis munitionibus, & aggere comportando Nabuchodonosor plurimum laborauerat: & illis classe fugientibus, fuerat mercede priuatus, data est ei Ægyptus pro mercede & labore suo. Ergo in ista nouacula acutissima, & in his, qui habitant trans flumen Euphraten, in rege vidélicet Assyrio, omnes capillos & pilos totius corporis à capite vsque ad pedes, decoremque barbæ, quod virilitatis indicium est: radet dominus de Iudæa vt nihil in illa forte, nihil pulchrum resideat, sed effœminatis hominibus, imo ignominiosis mulieribus comparentur.

f ¶ *Et erit in die illa nutriet homo vaccam boum*, &c.] Post subuersionem Hierusalem, & captiuitatem populi, & templi incendium: Nabuzardan princeps militiæ, quem

Deut. 6. d
Matt. 4. d
Iudic. 6. b & 13. b
a velo anasse eth Adonai.
Exod. 12. b
Ionæ 2. a
Esa 1. d
Hebr. 1. a
Infra 38. c
Cant. 1. a
Ps. 23 b
Ezec. 44. a
Luc. 1. d
Prou. 9. a
Psalm. 134. 104 c
4. Reg. 20. b
Iosue 10. c
1. Reg. 28.
Deut. 22. d
Sec. 70.
3. Reg. 1. a
Gen. 14. b
4. Reg 4. c
Cant. 3. a
Matt. 1. d
4. Reg. 16.
Luc. 2. a
Matt. 2.
4. Reg. 18. b
Ioan. 1. b
Ioan. 4. c
Luc. 2. g
Hier. 25. g
Ezech. 28. 29
4. Reg. 25.
4. Reg. 23. d
2. Par. 35. d
4. Reg. 24.

Lxx. ἀρχιμαγειρον vocant, pauços de populo & eos pauperes dereliquit in terra, qui vineas & agros colerent. Denique Godolias, qui eis propositus erat de regio genere relictus hortatur & dicit: *Nolite timere Chaldæos: habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.* In die igitur illa: hoc est, in illo tempore, cum fuerint omnes opes Iudæorum translatæ in Chaldeã, tanta solitudo erit in terra Iudææ, & tam incredibilis vastitas, vt nequaquam armenta boum habeant, nec greges ouium, sicut prius habere consueuerant, sed vix rarus habitator vnam vaccã nutrire possit, & duas oues: non ad arandum, sed ad cibum atque vestitum lactis ac velleris. Propter inopiam quippe frumenti, & omnium, quæ terra gignit ad comedendum, lacte ac butyro, & agresti melle vescentur. Quodq; ait: *Præ ubertate lactis comedet butyrum*: hoc significat, quod terra cultorum raritate fertilior sit, & magis apta pascuis. In illo tempore, præ hominum paucitate, tanta erit vini inopia desertis vineis, quæ metu hostili nequaquam putabuntur, vt singulæ vites siclis argenteis singulis vix emantur. In vepres n. & in spinas omnis terra redigetur: tantaq; erit formido vbi sæuientibus gladiis, vt absque arcu & sagittis nullus suum agrum inuiser e audeat, & derelictis campestribus locis, ad montana confugiat; ibique locorum difficultate muniti, vix asperos montes manu fodiant: quia boues, aratra, & vomeres non habebunt. Sicubi ergo rarus cultor in montibus fuerit inuentus, inde vitam miserabilem sustentabunt. Cætera autem patebunt pascuis, & absque vllo custode à brutis animantibus conculcabuntur. Hæc post captiuitatem solere fieri, vtinam nesciremus: at nunc magna pars Romani orbis quondam Iudææ similis est: quod absque ira Dei factum non putamus, qui nequaquã contemptũ sui per Assyrios vlciscitur, & Chaldæos, sed per feras gentes, & quondã nobis incognitas: quarũ & vultus, & sermo terribilis est: & femineas incisasq; facies præferentes, virorum & bene barbarorũ fugientia terga confodiunt. Legisse me noui in his locis latissimã & inextricabilẽ tropologiã: quod vniuersa, quæ iuxta historiam disseruimus, spiritualiter Iudæis acciderint, vix vnam habentibus vaccã & duas oues, mundã videlicet animalia: vt nequaquam solido cibo, sed lacte nutriantur infantiæ: & comedant mella verborũ, quæ destillant de labiis mulieris meretricis: & vinũ non habeant, quod lætificat cor hominis: sed omnia eorum opera redigantur in spinas: & vulnerentur ab aduersariis, qui percutiunt in obscuro rectos corde. Quod si quãdo voluerint alterius quippiam sapere, & nimio labore sudantes de scripturis sanctis mysticum aliquid inuenire: nihil ominus fruges non afferant doctrinæ, sed vepribus compleantur & spinis, quæ oriuntur in manibus ebrij. Et nequaquam terra eorum atque doctrina ab hominibus, rationalibus animantibus: sed à bobus, quorum Deus curam non habet, & à brutis animalibus conculcetur.

Hebr. 5 d
Pro. 5. a
Psal. 10 a
Prou. 26. b
1. Cor. 9 d

CAPVT VIII.

ET *dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandẽ*, &c.] Lxx. pro libro grandi, interpretati sunt τόμον καινὸν καὶ μέγαλον, id est, librum nouum & magnum. Et pro eo, quod in Hebræo habetur, adhibui mihi testes fideles; dixerunt, παράστησόν μοι μάρτυρας πιστοὺς ἀνθρώπους, id est, adest enim, & testes fac mihi fideles homines. Et pro Vria sacerdote, tantum τὸν οὐρίαν, id est, Vriam, cætera similiter. Primum propheta missus est ad Achaz, vt ei prædiceret, quæ scriptura commemorat: Quo audire nolente, ipse dominus loquitur ad Achaz: & præcepit ei vt petat sibi signum in profundum, siue in excelsum. Quo respondente, non petam, & non tentabo dominũ: dimisso rege impio, ad domum Dauid Dei verba vertuntur: & promittitur ei virgo paritura filium, cuius nomen sit Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus. Qui si crebro fuerit inuocatus, Samaria subuertatur & Syria: subuertatur autem à rege Assyriorum, qui & ipsum Iudam postea capturus sit: ita vt omnis terra Iudæa vertatur in solitudinem. Rursum ergo sub alia figura partus describitur virginalis. Et dixit dominus ad prophetam: vt nequaquam in populos proferat nouæ natiuitatis arcanum: sed scribat eam in isto grandivolumine, quod nunc legimus. Et quo sit mirabilius, humanis verbis, & stylo, quo homines scribere consueuerunt, Dei sacramẽta comprehendat. Quid est autem illud, quod scribitur humano stylo? Vt puer natus velociter spolia detrahat, & cito prædetur: hoc est, ne vltra patiatur regnare diabolũ: nec mittat angelos, nec prophetas: sed ad saluandas creaturas suas ipse descendat. Facit ergo propheta quod iussum est, & adhiber sibi duos testes fideles, Vriam sacerdotem, qui legis doctor est: dicente Malachia: *Labia Sacerdotis custodient scientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est*: Et Zachariam filium Barachiæ, quem prophetam fuisse dubium non est. Legimus, quod regnante Achaz, Vrias sacerdos præfuerit templo Domini: cui præcepit Achaz, vt altare simile altari Damasci faceret. Et dierum narrat liber, quod Ezechias filius Achaz quæsierit dominũ in diebus Zachariæ eruditi in timore Dei. Exhibuit autem se Esaias dignum spiritu prophetali: & præbuit prophetissæ, id est, spiritui sancto: qui sermone Hebraico vocatur רוח genere fœminino: iuxta illud, quod scriptum est: *Accedite ad dominum & illuminamini*. Spiritu itaq; sancto conceptus est dominus. Et licet humanus sermo natiuitatis eius nequeat explicare mysteria: tamẽ Gabriel ipsi virgini loquitur, quæ concepit: *Spiritus sanctus veniet super te: & virtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*. Quidam prophetissam sanctam Mariam interpretantur, quam prophetin fuisse non dubium est: Ipsa enim loquitur in Euangelio: Ecce enim amodo beatã me dicẽt omnes generationes: quoniam fecit mihi magna qui potens est: & reliqua. Præcipiturque Esaiæ, vt ipsum puerum qui prius vocabatur Emmanuel, nunc appellet, accelera, spolia detrahe, festina prædari: *Ascendens enim in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus*: Et antequam humanum corpus assumeret, & iuxta infantiam patrem vocaret Deum, & matrem Mariam: auferetur Damasci fortitudo, & spolia Samariæ per regem Assyriorum: vt necdum natus populum suum, domum Dauid, sola inuocatione saluaret. Vrias interpretatur lux domini: Zacharias, memoria domini: & Barachias, benedictio domini: quibus testibus Christi natiuitas comprobatur. Ipse n. in Euangelio duobus euntibus in Emaus, incipiens à Moyse & prophetis, edisseruit, quod de se omnia prophetassent. Iuxta tropologiam. In anima virginali, & nulla sorde maculata, de spiritu Sancto Dei sermo conceptus, velociter de aduersariis potestatibus spolia detrahit, & sibi facit vniuersa seruire. Cumque ex parte nunc videat, & ex parte propheret, priusquam possit esse perfectus, & merito vocare Deum patrem, & matrem suam cœlestem Hierusalem; adhuc in infantia & in profectu positus, vincet fortitudinem Damasci, doctrinam videlicet sapientiæ sæcularis: Et auferet spolia Samariæ, quibus Ecclesiam hæretici spoliauerant dicentes: *Non est nobis portio in Dauid, neque hæreditas in filio Iesse*: præsente rege ipso Assyriorum diabolo, qui eis non poterit auxiliari. Tales autem filios non solum Maria Prophetis virgo perpetua, sed & sanctæ mulieres patriarchis generant. Sara quæ interpretatur ἄρχουσα, id est,

Esai. 7.
Malach. 1. b
4. Reg. 16. a
2. Par. 29. c
Psal. 33. a
Luc. 1. d
Psal. 67. d
Ephes. 4. b
Luc. 24. d
1. Cor. 13. d
3. Reg. 12 d

Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur; non veniet illuc terror spinarũ & veprium: & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

id est, princeps: & Rebecca, quæ in lingua nostra patientiam sonat.

a ¶ *Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens*, &c.] Dixerat supra auferendam Damasci fortitudinem, & spolia Samariæ in conspectu regis Assyriorum, & duos reges Assyrio pugnante capiendos: Nunc Deus loquitur ad prophetam charactere solito scripturarũ, per trãslationem Siloe fontis Hierusalem: & Assyrij fluminis violentissimi: quod omnem terram Israel suis inũdet aquis & egrediatur ripas aluei: tantoque feratur impetu, vt postquam decem tribuum occupauerit terram, ad Iudam perueniat: & transiens ad collum vsque pertingat, per quæ vicinam significat captiuitatem. Non enim tunc captus est Iudas, sed cunctis duarũ tribuum vrbib. subiugatis, sola remansit Hierusalem, quæ incredibili Dei misericordia liberata est. Potentiam ergo Assyrij & innumerabilis eius exercitus, quam sub fluminis inundatione descripserat, nunc per aliam ostendit translationem, quod alis suis, id est, ducibus & infinita multitudine operuerit terram Emmanuelis, hoc est, defendentis eam Dei, sed tamen non possederit: quamquam Emmanuel à Lxx. sequenti capitulo coaptetur, nõ proprio nomine, vt apud Hebræos vocatur, sed interpretato, id est nobiscum Deus. Siloam autem fontem esse ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebulliat, & per terrarum cõcaua & antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos præsertim, qui in hac habitamus prouincia. Est autem sensus: quia populus decem tribuum magis voluit Rasin & filio Romeliæ, id est, Damasci, & Samariæ regibus esse subiectus, quam stirpi Dauid, quæ meo cœpit regnare iudicio: faciam eum nequaquam his regibus, quos assumpsit, sed regi seruire Assyrio: cuius potentia occupantis terram Samariæ, inundationi fluminis comparatur. Et fit apostropha ad Emmanuel, hoc est, ad præsentem Deum: quod intantum se erexerit Assyrius, vt etiam terram ipsius Iudam conatus sit possidere. Iuxta anagogen, omnis hæreticus, qui iunxerit auxilio suo sapientiam sæcularem, & Hierusalem, id est, Ecclesiam voluerit oppugnare, derelinquens aquas Siloæ fontis, qui interpretatur missus, & qui salit in vitam æternam, tradetur Assyriorum principi: quem sensum magnum in posterioribus lecturi sumus: cuius traditus potestati, & in profundum veniet peccatorum. Tantæ est enim arrogantiæ, vt ausus sit ostendere Saluatori vniuersa regna terræ, & dicere: *Hæc omnia mihi tradita sunt*. Conabitur quoque Iudam, id est, domum confessionis intrare: & crebro per eos qui in Ecclesia negligentes sunt vsque ad collum veniet: credentes in Christo cupiens suffocare: & extendet alas suas, implens vniuersam regionem Emmanuelis: sed non poterit obtinere, quia habet Iudas præsentem Deum. Legimus in Euangelio secundum Ioannem, quod cæcum à natiuitate, cuius oculos, luto ex saliua sua facto, dominus liniuerat, miserit ad aquas Siloæ: quibus cũ cæcus lauisset lutum, cæcitate detersa, clarum oculorum lumen accepit: quod post signi magnitudinem, indicat non aliter cæcitatem Iudæorum, & omnis increduli posse sanari, nisi doctrina aquarum Christi: quæ absque strepitu & clamore verborum leniter fluit, tenebræ prioris fugentur erroris. Hoc, quod in Lxx. legitur: *Et ambulabit super omnem murum vestrum: & auferet de Iudæa hominem, qui possit caput leuare, aut forte aliquid facere*: in Hebraico non habetur: & in Græcis codicibus veru ingulante confossum est.

Psal. 33. a
Ioan. 9. i
Sup. 7. b.

Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur; non veniet illuc terror spinarũ & veprium: & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

Assyriorum coram rege Assyriorũ. a Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens. Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloæ, quæ vadũt cũ silentio: & assumpsit magis Rasin & filiũ Romeliæ: propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regẽ Assyriorum, & omnem gloriã eius: & ascẽdet super omnes riuos eius: & fluet super vniuersas ripas eius. Et ibit per Iudã inundans & transiens, vsq; ad collum veniet: & erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. b Congregamini populi, & vincemini: & audite vniuersæ procul terræ: confortamini, & vincemini. Accingite vos & vincemini, inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum: & non fiet, quia nobiscum Deus.

HEB.

[d]Hæc n. ait dominus ad me: sicut in forti manu erudituit me, ne irem in via populi huius, dicens: Non dicatis, cõiuratio: omnia enim, quæ loquitur populus iste, cõiuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis: dominũ exercituũ ipsum sanctificate ipse pauor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autẽ offẽsionis, & in petram scandali duabus domib. Israël: in laqueũ & in ruinam habitantibus Hierusalem: & offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur: & irretient & capientur.

SEPT.

[e]Hęc dicit domin[s] forti manu recesserunt ab itinere viæ populi huius loquentes: ne forte dicãt, durum est. Omnia enim quæ loquitur populus iste, dura sũt: timorẽ autem eius ne timueritis, neq. cõturbemini: dominum virtutum ipsum sanctificate: & ipse erit timor tu[s]: & si in ipso cõfisus fueris, erit tibi in sanctificationem: & nõ vt lapidi offensionis occurretis, neq. vt petræ ruinæ. Domus autem Iacob in laqueo, & in conualle erit sedentib. in Hierusalem: ideo infirmi erunt in ipsis plurimi: & ruent & cõterentur, & appropinquabunt & capientur.

Esai. 7.
Isai. 9. i
Infra 10. c
Sept.
Matt. 4. b

c ¶ *Hæc dicit dominus*, &c. *Et appropinquabunt & capientur*:] Quodque sequitur, *homines in tuitione*, obelo prænotandum est. Quia multum inter se Hebraicum distat, & vulgata editio: ideo vtrumque posuimus. Et primum de Hebraico disputandum est.

d ¶ *Hæc enim ait Dominus ad me*.] Qui propter bona opera, & gratiam, per quam bona opera consecutus, sum sicut in forti manu sua eruditi me, & instituit, ne ambularem in via populi huius, & pari teneret errore: vel certe fecit me recedere à via populi huius pessima, & dixit mihi: Noli duorum regum timere coniurationem: sed hoc magis considera, quod omne, quod loquitur hic populus aduersum me, coniuratio sit: & secundum Symmachum, qui interpretatus est, ἐπιτροπεὺς: in me exciterit perduellis:

E Prou.9.c

Tu autem propheta, & ij qui tecum sunt, ne timeatis insidias populi: sed dominum timete, & ipse sit timor vester: *Principium* enim *sapientiæ, timor domini.* Qui erit credentib. in sanctificationẽ, incredulis autem *in lapidiem offensionis, & in petrã scandali, duabus* scilicet *domibus Iudæ & Israel.* Præcipue autem in laqueum & in ruinam habitãtibus in Hierusalem, in quo impingent plurimi, & cadent & conterentur, peccatorumque suorum vinculis irretiti, ducentur in captiuitatem. Duas domus, Nazarei (qui ita Christum recipiunt, vt obseruationes legis veteris non amittant) duas familias interpretantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt scribæ & Pharisæi: quorum suscepit scolam Akibas, quem magistrũ Aquilæ proseliti autumant: & post eũ Meir: cui successit Iohannan filius Zachai: & post eum Eliezer, & per ordinem Delphon: & Rursum Ioseph Galilæus: & vsque ad captiuitatem Hierusalem Iosue. Sammai igitur & Hillel non multo prius, quam dominus nasceretur, orti sunt in Iudæa, quorum prior dissipator interpretatur, sequens prophanus: eo quod per traditiones & *Δευτερώσεις* suas legis præcepta dissipauerint, atque maculauerint. Et has esse duas domus, quæ Saluatorem nõ receperint, qui factus sit eis in ruinam, & in scandalũ. Iuxta Lxx. manu forti restitit populus Dei voluntati: & dicit omnia dura esse, quæ dominus præcepit: secundum illud, quod in Euangelio legimus: *Durus est iste sermo, quis poterit audire eum?* Vnde præcipitur eis, vt dominum audiant, & ipsum solum timeant. Si enim in ipso confisi fuerint, habebunt eum in sanctificationem, & non impingent quasi in lapidem scandali, & quasi in petram ruinæ. De hoc loco & Apostolus sumit testimonium, quod Christus *Iudæis* factus sit in *scandalum, gentibus autem in stultitiam.* Et rursum, *Israel sectando legẽ iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis, offenderunt in lapidem offensionis: sicut scriptum est: Ecce ponam in Sion lapidem offensionis & petram scandali: omnis qui credit in eo, non confundetur.* Ergo qui nõ receperunt Emmanuelem, sed factus est eis in lapidem offensionis & in petram scandali, conterentur captiuique ducentur. Quodque ait: *Domus autem Iacob in laqueo & in connalle erit sedentibus in Hierusalem:* hoc significat, quod non habitent in montibus: nec in excelsis scripturarum versentur locis; sed semper humilia intelligant, peccatis peccata sociantes, & vincti laqueis delictorum.

עקיבה
מאיר
יוחנן
זכאי
אליעזר
דלפון
שמאי
הלל

Ioan.6.f

B 1.Cor.1.d Rom.9.g.

a ¶ *Liga testimonium,* &c.] Vox domini loquentis ad prophetam: Quia, inquit, factus est dominus in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, & missum ad se Emmanuelem suscipere noluerunt: Liga testimonia veteris instrumenti: & trade illa discipulis meis, qui Euangelium susceperunt: Apostolis videlicet siue Apostolicis viris. Vel certè *lex & Prophetia vsque ad Ioannem* ligetur apud eos, & clausa sit atque signata: vt quod legunt, nõ intelligant: Pro discipulis enim iuxta Hebraici sermonis ambiguitatem, possumus & doctrinas interpretari. Vnde propheta respondit: Quia Euangelio succedente lex apud Iudæos clausa est atque signata: & iubes eam nequaquam Iudæis, sed gentibus assignari: Idcirco ergo expectabo Emmanuelem quem promittis esse venturum: de quo supra dixisti, quod ipse sit pauor noster, & ipse terror noster: & nobis sit in sanctificationem: & præstolabor dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, hoc est à Iudæis: quia eum recipere noluerunt. Lxx. hunc locum ita interpretati sunt *τότε φανερὸι ἔσονται οἱ σχεδὸν πεζεύοντες τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν*, id est, tunc manifesti erunt qui signantur vt non discant legem. Quod hunc sensum habet: quando

Matt.11.b

למדים

pinquabunt & capientur homines in tuitione. Liga testimoniũ, signa legem in discipulis meis & expectabo dominum qui abscondit faciem suã à domo Iacob: & præstolabor eum. b Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi domin⁹ in signa atq. portenta Israelis, à domino exercituũ, qui habitat in monte Sion, c Et cum dixerint ad vos, quærite à Pytonib. & à diuinis, qui stridunt in incantationibus suis, nunquid non populus à Deo suo requirit pro viuis à mortuis? Ad legem magis & ad testimonium: quod si non dixerint iuxta verbum hoc, nõ eis erit matutina lux. Et transibit per eam: corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo: Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur: & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio, angustia, & caligo persequens: & non poterit auolare de angustia sua.

CAP.

ceciderint plurimi, & contriti fuerint, & impegerint in lapidem offensionis, & in petram scandali, tunc manifesti erunt qui signantur in populo, vt nequaquam discant legem Moysi, sed obediant præceptis Euangelicis.

b ¶ *Ecce ego & pueri mei,* &c.] Præcepit mihi, ait, dominus, vt ligarẽ testimonium in Iudæis, & legem discipulis eius traderem atq; signarem, quia abscondisset faciem suam à domo Iacob: Ideo præstolabor eum, & expectabo dominum meum: & non solum ego, sed & pueri quos mihi dedit dominus: alij videlicet prophetæ & filij prophetarum: *qui non ex voluntate carnis & sanguinis, sed ex Deo nati sunt.* De quibus & Apostolus loquebatur: *Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Isti autem pueri, id est prophetæ, in signa dati sunt & in portenta Israeli: iuxta illud quod in Ezechiele legimus: *Et erit Ezechiel vobis in signũ.* In Zacharia quoque sancti viri prophetarumque discipuli *τερατοσκόποι*, id est, portentorum signorumque factores appellantur: eo quod semper Prophetæ in signum præcesserint futurorum. Hoc interim iuxta literam. Cæterum beatus Apostolus in Epistola quæ ad Hebræos scribitur, docet (licet eam Latina consuetudo inter canonicas scripturas non recipiat) hoc testimonium ex persona debere intelligi domini Saluatoris. Quamobrem non erubescit fratres eos vocare, dicens: *Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.* Et iterum: *Ego ero confidens in eum.* Et rursum: *Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Deus.* Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini: & ipse similiter particeps factus est earundem passionum. Quomodo autem isti pueri in signum fuerint atque portentum sapientiæ sæculi & superbiæ Iudæorum, idem Apostolus docet: Qui elegisse dicit dominum Saluatorem stulta mundi & infirma, vt confunderet sapientes & fortia. Vnde & ad Apostolos Saluator aiebat: *Nisi conuersi fueritis quasi pueri, non intrabitis in regnum cælorum.* Puer autem efficitur noui Euangelij prædicator, qui deponit veterem hominem, qui corrumpitur in desideriis seductionis, & induitur nouo: qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris, habitare autem dominum exercituum in monte Sion, idem Apostolus scribit: *Accessistis ad montem Sion & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem.* Vnde miror quendam nostrorum pueros istos duos Esaiæ filios intelligere, quos de prophetissæ mulieris conceptione generarit: Iasub videlicet & Emmanuel: quorum prior in abiectione prioris populi, sequens in assumptione gentium præcesserit. Quod qui recipit, consequenter & Osee prophetam vere meretricem vxorem habuisse firmabit.

Ioan.1.

Gal.4.c

Esech.24.g Zach.3.d

Heb.2.c Psal.21.c

D 1.Cor.1.d Matt.18.d

Ephes.4.f

Heb.4.c.

c ¶ *Et cum dixerint ad vos,* &c.] Esaiæ prophetæ vox est, vt Iudæi existimãt: *Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit dominus in signum & in portentum Israelis:* & hæc quæ sequuntur, ipse ad discipulos suos credendus est dicere: Cum dixerint, inquit, ad vos gentes & populi: & de quibus supra lectum est: Infirmamini populi & vincemini: quid prophetas vultis audire: quid Esaiæ verbis decipimini, & illum putaris quæ ventura sunt nosse? *Quærite magis à Pytonibus & diuinis, qui stridunt in incantationibus suis.* Pro quibus Lxx. interpretati sunt: *Qui de terra loquuntur, qui de ventre clamitant. Omnis enim qui de terra est, de terra loquitur.* Et *cuius Deus venter est, & gloria in confusione eius:* de ventre clamare credendus est. Vos respondete eis & dicite: *Numquid non populus à Deo suo requirit pro viuis à mortuis?* Si vos, inquit, pro varietate idolorum vestrorum (non enim vnum, sed plures habetis Deos) eos consulitis, quos Deos arbitramini, & à mortuis siue mortuorum hominum simulacris, de viuen-

Ioan.3.d Phil.3.d

A

de viuentib. quæritis: quanto magis nos Deũ nostrũ per prophetas audire debemus? Docet ergo discipulos, & infert ad legẽ magis & ad testimoniũ. Si de aliquo, inquit, dubitatis, scitote scriptũ: *Gẽtes quas Dominus Deus tuus disperdet à facie tua, omnia audiũt, & diuinos: tibi a.nõ ita tradidit Dominus De⁹ tuus. Prophetam vobis suscitabit domin⁹ Deus vester de fratribus vestris, sicut me: illum audietis.* Vnde si vultis nosse quę dubia sunt magis vos legi & testimoniis tradite scripturarũ. Quod si noluerit vestra congregatio verbũ Domini quærere, nõ habebit lucem veritatis: sed versabitur in erroris tenebris: quę lux pertransibit eam, h.e. congregationem vestram sine terram: & corruetis, & esurietis, & cum esurieritis, irascemini, secundum illud quod scriptũ est: *Et cum non fuerint saturati, murmurabunt:* & maledicetis Deo vestro, & regi vestro, & in necessitatibus sursum aspicietis in cœlum, & in terram deorsum, & ecce tribulatio, & tenebræ: dissolutio genuum, & mentis angustia, & caligo oculorum: & non poteritis errui de angustia. Hæc iuxta Hebræos. Cæterum, vt supra diximus, si persona Christi est dicentis: Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Deus: Etiam hæc ipse loquitur ad Apostolos: & ad credentes ex gentibus qui eius euangelium susceperunt. *Si dixerint,* inquit, *patres vestri, quos reliquistis: quærite ventriloquos,* quos Pythonas intelligimus. Qualẽ & in actibus Apostolorum ancillam legimus, quæ quæstui erat dominis suis, & qui de terra loquuntur, quod in euocatione animarum magis se facere pollicentur, & cætera maleficarum artium genera. Hoc scire debetis, quod vnaquæque gens proprios consulat Deos, & de viuorum salute mortuos siscitetur. Vobis a. in auxilium legem dedit Deus, vt possitis dicere: Non est talis erhnicorum diuinatio, qui cultores suos sæpe decipiunt, sicut nostra, quæ absque vllo munere profertur ex lege. Vnde interpretati sunt Lxx. Non sicut verbum hoc, pro quo non est dare munera. *Gratis,* n. inquit, *accepistis, gratis date.* Veniet a. super incredulos fames durissima, *non fames panis, aut sitis aquæ, sed* fames *audiendi sermonem Dei.* Et cũ esurieritis, cõtristabimini: & maledicetis principi vestro, & paternis traditionibus, h.e. diabolo, & antiquis erroribus. Hoc. n. ad eos loquitur, qui famem passi fuerint veritatis, & suspicient in cœlum sursum, & in terram deorsum, & erunt in indigentia, & in angustia, & in tenebris, & in tribulatione, vt non videant vsque ad tempus, donec & ipsi ad Dominũ conuertantur. Latam explanationẽ loca ista desiderant, sed parcimus librorum magnitudini, vt tollamus fastidium lectionis. Hæc iuxta Lxx. translationem ex parte perstrinximus: quæ in pleriſq; dissonat ab Hebræo. Cæterum Nazarei locum istum ita edisserunt: Cum dixerint ad vos scribæ & Pharisæi, vt eos audiatis, qui omnia ventris causa faciunt, & in morem magorum stridunt in incantationibus suis, vt vos decipiãt, hoc eis respõdere debetis: Nõ mirum, si vos vestras traditiones sequamini: cũ vnaquæque gens sua cõsulat idola. Ergo & nos à vobis mortuis de viuẽtibus cõsulere nõ debemus: magis nobis Deus legẽ dedit, & testimonia scripturarũ, quæ si sequi nolueritis, nõ habebitis lucẽ, sed semper caligo vos opprimet, quæ transibit per terrã vestram atque doctrinam: vt, cũ decepti à vobis se in errore perspexerint, & sustinere famẽ veritatis, tũc cõtristẽtur, siue irascantur, & maledicãt vobis, quos quasi deos suos & reges putabant. Et frustra ad cœlum terramq; respiciãt, cum semper in tenebris sint, & nõ possint de vestris auolare insidiis.

B

Hebr. Sept.

Deu.18.c Sept.70.

Matt.10.d

Amos 8.d

CAPVT IX.

PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã: habitantib. in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. a Multiplicasti gentem, nõ magnificasti

P.al.58.d

in læ-

CAPVT IX.

HOc primũ bibe, velociter fac regio Zabulon, terra Neptalim: & reliqui qui iuxta mare estis trans Iordanem. Galilææ gẽtium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã, qui habitatis in regione & vmbra mortis, lux oritur vobis. Plurimã partem populi deduxisti in læ-

Ioan.2.a

Vnde & in Lxx. dicitur: *Hoc primũ bibe, velociter fac:* quia terra Zabulõ & terra Neptalĩ prima Christi videre miracula: vt prima biberet fidei potionẽ, q̃ prima viderat dominũ signa faciẽtẽ. Et iuxta Hebraicũ, primo tẽpore releuata esse dicitur onere peccatorũ, quia in regionib. duarũ tribuũ primũ Saluator euangeliũ prædicauit. Vnde & in sexagesimo septimo psalmo dicitur: *Benedicite dominũ de fontib. Israel. Ibi Beniamin adolescẽtior,* Paul⁹ Apostolus, *in mẽtis excessu.* Qui & alibi loquebatur: *siue mẽte excedimus Deo: Principes Zabulon, principes Neptalim duces eorũ:* quia in his tribub. fuerunt viculi, de quibus ductes nostri Apostoli crediderũt. Et crediderũt, iuxta Symachũ, velociter, vt audiẽtes. *Venite, & faciam vos piscatores hominũ:* statim & patrẽ relinquerẽt, & nauiculã. Nouissimo a. tẽpore aggrauata est fides eorũ, plurimis Iudæorũ in errorib. permanentib. Mare a. hic lacũ appellat Genesaret, qui Iordane influente efficitur, in cuius littore Capharnaũ, & Tiberias, & Berhsaida, & Chorozaim sitæ sunt: In qua vel maxime regione dominus cõmoratus est: ita vt popul⁹, qui vel sedebat, vel ambulabat in tenebris, lucẽ videret, nequaquã paruam, vt aliorum prophetarum, sed magnam, vt eius qui in euãgelio loquitur: *Ego sum lux mundi.* Et *qui habitabant in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Inter mortẽ & vmbrã mortis hoc esse puto, quod mors eorũ est, qui cũ operibus mortis ad inferos prexerũt: Anima. n. q̃ peccauerit, ipsa morietur. Vmbra a. mortis eorum est, qui cum peccẽt, necdum de vita ista egressi sunt: Possunt. n. si voluerint, agere pœnitentiam. Pro *Galilæa gentium,* Aquila, *Συναγὼγ* gẽtium, Symmachus, terminos gentium, interpretati sunt. *Συναγὼγ* a. tumulos intelligimus arenarum, qui vel in littoribus vel in ripis sunt Hebræi credentes in Christum, hunc locum ita edisserunt. Primo tempore hæ duæ tribus Zabulon & Neptalim ab Assyriis captæ sunt, & ductæ in hostilem tertã, & Galilæa deserta est, quã nunc propheta dicit alleuiatã esse, eo quod peccata populi sustineret. Postea a. nõ solũ duæ tribus, sed & reliquæ quæ habitabãt trans Iordanẽ & in Samaria, ductæ sunt in captiuitatem. Et hoc, inquiunt, scriptura nunc dicit, quod regio cui⁹ populus primus ductus est in captiuitatẽ, & Babyloniis seruire cœpit, & quæ pri⁹ in tenebris versabatur erroris, ipsa primum lucem prædicantis viderit Christi, & ex ea in vniuersas gentes sit euangelium seminatum. Nazarei, quorũ opinionem supra posui, hunc locum ita explanare conãtur: Adueniente Christo & prædicatione illi⁹ coruscante, prima terra Zabulõ & terra Neptalim, scribarum & pharisæorum est erroribus liberata & grauissimũ traditionũ Iudaicarum iugũ excussit de ceruicib. suis. Postea a. per euangeliũ Apostoli Pauli, qui nouissimus Apostolorum omniũ fuit, ingrauata est, i.e. multiplicata prædicatio, & in terminos gentium, & viam vniuersi maris, Christi euangeliũ splenduit. Denique omnis orbis qui ante ambulabat vel sedebat in tenebris, & idololatriæ ac mortis vinculis tenebatur, clarum euangelium lumen aspexit.

C Matt.4.b

D Matt.4.c

2.Cor.5.c

Ezech.18.a

a ¶ *Multiplicasti gẽtẽ, non magnificasti lætitiam,* &c.] In obscuris locis vtrãque editionem ponimus: vt, quantum à cæteris

editionib. & ab Hebraica veritate distet vulgata trãslatio, diligẽs lector agnoscat. Ad lucẽ ipsã, quæ apparuit populo in tenebris cõstituto, i. e. ad Dominũ Saluatorẽ, fit Apostropha. Et dicitur ad eũ: *Multiplicasti gentem*, h. e. replesti omnes gẽtes notitia tui, sed nõ magnificasti lætitiã. Iuxta quod Apostolus mærorem sibi dicit esse perpetuum pro fratribus suis, qui sint Israelitæ. Et Ionas cõtristatur, quod ita saluati sint Niniuitæ, vt cucurbita siue Kikaion aruerit. Et ipse dominus loquitur in euangelio: *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel.* Et in passione: *Pater, si fieri*, inquit, *potest, trãseat calix iste à me.* Qui locus hunc sensũ habet: si potest fieri vt sine interitu Iudæorũ credat gẽtium multitudo, passionem recuso. Sin autẽ illi excæcandi sunt, vt omnes gentes videãt, fiat pater voluntas tua. Cũ ergo Christus aduenerit, & Christianorum gens de vniuersis gẽtibus fuerit congregata: tunc lætabũtur Apostoli, sicut messores lætantur in messe: de quibus Dominus loquebatur. *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Et sicut exultant victores, qui captã diuidunt prædam. Cũ enim fortis captus fuerit, & ligatus, omnis domus eius diripitur, & diuidãtur spolia. Tu a. Domine atque Saluator *iugũ oneris eius* (hoc est diaboli; qui prius exultabat in mũdo; qui cunctis gẽtibus imperabat, qui grauissimo seruitutis iugo colla omniũ deprimebat) *& virgã* qua percutiebat vniuersos, & peccata sibi quasi quoddã tributũ reddere compellebat detraxisti de humeris eorũ: & tibi liberatos seruire fecisti absque vllo exercitu, & absque effusione sanguinis in absconditа manu: sicut quondam sub Gedeone populo Israëli de Madianitis victoriã præbuisti. Quomodo n. vestis, quæ humano sãguine cruẽtata est, lauari nõ potest, sed infecta sanguine igne cõburitur, vt maculæ cũ vestimento fœdi cruoris intereãt: sic diaboli violenta prædatio & tumultus ac turbæ, quibus humanũ sibi subiecerat gen⁹, gehẽnæ ignib. deputatæ sunt, Lxx. nõ omnes, sed partẽ quãdã populi credidisse significant: licet pro eo, quod illi dixerũt κατὰκαιρὸν εὐθροσύνη, i. e. deduxisti in lætitia, alij interpretati sint, magnificasti. Et cũ in reliquis eundẽ sensum teneãt: stolam cõgregatã dolo, & vestimentũ cõmutatũ, eũ adiiciũt reddituru, i. e. diabolũ: quod sc. omnes animas, quas Dei auxilio nudauerat, cum ornamentis pristinis redditurus sit: nõ solum ipse, sed & satellites eius dæmones: quibus si optio detur, magis eligant perire flammis, quam prædam perdere.

b ¶ *Paruulus n. natus est nobis*, &c.] Ideo diabolus & omnis eius violenta prædatio, qua humanũ oppresserat genus & sanguinẽ sanguini miscuerat, erit in cõbustionẽ & cibos ignis æterni, quia natus est nobis de virgine puer: de quo supra d. est: *Antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonũ.* Et postea in generatione prophetisse: *Antequã sciat puer vocare patrẽ suum, & matrem suam.* Iste igitur puer qui natus est de virgine, appellatur Emmanuel, i. e. nobiscum Deus: & de prophetissa, h. e. de sancto generatus spiritu, nuncupatus est, accelera, spolia detrahe, festina prædari: nunc multis nominibus appellatur. Et licet ex eo quod supra dixerat, Emmanuel, i. e. nobiscum Deus: Deum esse monstrauerit, tamẽ nũc dicit factũ illius principatũ super humerũ eius, vel quod crucẽ suã ipse portauerit: vel per humerum ostendens brachij fortitudinẽ, eodẽ Esaia dicente: *Reuelabit Dominus Deus brachiũ sanctum suũ omnibus gentib.* Et rursum: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatũ est? Vocabitur ergo post duo nomina, sex aliis nominib. *Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Non. n. vt plerique putãt, bina iungenda sunt nomina: vt legamus, Admirabilis consiliarius: & rursum, Deus fortis, sed admirabilis, legendũ est separatim, quod Hebraice dicitur פלא: & Cõsiliarius seorsum, qui lingua eorũ appellant יועץ: & De⁹ separatim, qui Hebraice dicitur אל. Deniq. in cõsequẽtib. vbi legimus: *Tu es. n. Deus & ne sciebamus*: Et iterũ *Ego sum Deus, & non est alius præter me*: & multa his similia. Pro eo quod in Latino dicitur Deus, in Hebraico אל scriptũ est. Quodq; sequitur: Fortis, Hebraice גבור appellatur. Vnde & in eo loco vbi idem propheta cõmemorat: *Erunt confidentes super Deo sancto Israel in veritate, & quod reliquiæ est Iacob super Deo forti*: Pro Deo forti in Hebraico scriptũ habet אל גבור. Patrẽ a. futuri sæculi & resurrectionis, quod in nostra vocatione cõpletur: & principẽ pacis, qui locutus est ad Apostolos: *Pacẽ meam do vobis, pacẽ meam relinquo vobis*: non dubitabit, qui pacẽ nostrã iuxta Paulũ Apostolũ legerit Saluatorẽ: Qua nominũ maiestate perterritos, Lxx. reor nõ esse ausos de puero dicere, quod aperte Deus appellandus sit, & cætera: sed pro his sex nominibus posuisse, quod in Hebraico nõ habetur: Magni consilij angelũ: & adducam pacem super principes, & sanitatem eius. Quod hunc mihi sensum habere videtur: Magni consilij angelus est, qui nunciauit nobis abiiciendum pro tempore Israel, & gentes esse saluãdas: deditque pacem principib. suis, Apostolis & Apostolicis viris: & sanitatem dogmatum suorum credentibus dereliquit. Quod a. sequitur: *Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis nõ erit finis*: pro quo Lxx. transtulerũt: μεγάλη ἡ ἀρχή, i. e. magnus principatus eius: scire debem⁹, quod verbum Hebraicũ משרה. & hic & supra Lxx. ἀρχὴν, i. e. principatũ interpretati sunt: Pro quo nos supra principatũ, hic imperiũ vertimus. Aquila a. verbi ambiguitate deceptus, μέτρον, i. e. mensurã, interpretatus est, quæ & Hebraice & Latine eodẽ appellatur nomine משורה. Nec dubitare poterit de multiplici Saluatoris imperio & pace eius, quæ nõ habeat finẽ, qui in psalmis legerit, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Et rursũ: Et multitudo pacis *donec auferatur luna*, i. e. vsq; ad consummationẽ sæculi. Principatus a. illius & imperiũ erit super soliũ & regnũ Dauid: quod post captiuitatem Babylonicam fuerat dissipatũ. vt confirmet illud & roboret, & doceat esse perpetuũ, ne cassa Dei promissio videretur, ab incarnationis tempore vsque in sempiternum. Propterea a. zelus, i. e. æmulatio Domini exercituũ fecit hoc, quia ipsi eũ ad æmulationem prouocauerunt in his, qui non erant dij: & ille eos prouocauit ad æmulandũ in gente, quæ non erat gens. Cœpta Emmanuelis & nascentis pueri de virgine prophetia: ex eo loco vbi dicitur ad Achaz: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo*: versiculo isto finita est, quo infertur: Zelus Domini exercituum faciet hoc. Nunc ad reliqua transeamus.

Commentarij tertij in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM

PROLOGVS.

Æquales dictamus libros, & pro diuersitate visionum ac sensuum, alius extenditur, alius contrahitur, itaque tertio finito volumine, transimus ad quartum, qui tertia mensura versuum priore minor est, præsertim cum quintus, quem huic libro subiecimus, historicæ explanationis sit, & pene duplicem numerum habeat. Dum enim nolumus cõiuncta diuidere, & olim interpretata transire: quasi inter duas maris Pontici συμπλοκάδας nauicidam nostram direximus: quæ, flante spiritu Sancto, & Domino Saluatore cursũ dirigente nostrum, elabitur in pelagus, dicente te virgo Christi Eustochium: A quatuor ventis cœli veni spiritus, & mortua ossa viuifica: *vt quæ iacebant in terræ puluere spirante domino suscitentur.* Ezec. 37. d

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

CAP. IX. LIBER QVARTVS.

CAP. IX.

Sup. 7. a

4. Reg. 16. a

Verbũ misit Dominus in Iacob, &c.] Legimus supra q̃ in dieb. Achaz filij Oziæ regis Iudæ ascẽderit Rasin, rex Syriæ, & Phacee, filius Romeliæ, rex Israël, in Hierusalẽ, vt expugnarent eam: Et quod missus sit Esaias propheta in occursum Achaz cum Iasub filio suo; vt ei diceret, ne timeret, & cor illius ne formidaret à duab. caudis titionũ fumigãtium: eo quod in ipsis esset Syriæ & Israel imperiũ finiendũ. Quo non credente propter rei magnitudinẽ & præsens periculũ, iubetur vt sibi postulet signũ. Et quia idololatra erat, hoc quoq; facere noluit: propterea Dominus nequaquã ipsi regi, sed domui Dauid dat signũ filij sui de virgine nascituri: ad cuius inuocationẽ sint de imminenti periculo liberãdi, & cætera quæ vsq; ad præsentẽ locũ interpretati sumus. Multis ergo mysteriis in medio positis, nũc reuertitur ad id, quod cœperat, & euersionẽ Rasin & Ephraim, h. e. Syriæ & Samariæ vaticinatur. Verbum, inquiens, misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Apud Hebræos Dabar, quod per tres literas scribitur consonates

a Dabar.

a דבר, pro locorũ qualitate, si legatur Dabar, verbũ significat: si Deber mortẽ & pestilentiã. Quam ob causam pleriq; sermonis ambiguitate decepti, non verbũ dicunt missum esse, sed mortem. Misit ergo Dominus verbum in Iacob, & cecidit in Israel. Regnare voluit Iudam, vt Iacob prophetat in Genesi: Et Israel, hoc est, decem tribus sibi imperium vindicarunt, de quibus dictum est: Ipsi regnauerunt, & non per me. Imperij ergo dignitas, quæ in vnctione Samuëlis post abiectũ Saũl cœperat in Dauid, missa in Iacob, h. e. in duodecim tribus, quæ Iacob olim vocabantur, cecidit in Israël: non vt Lxx. trastulerunt ἦλθεν, i. e. venit: cecidit. n. in impiis, quod statutum ad sanctos directum erat. Scient igitur populus Ephraim, & habitantes Samariam, qui propter multitudinem eriguntur in superbiam, & dicunt: Paruum est regnum Iudæ, & nostri comparatione vilissimum. Itaque illis ruentibus quasi lateribus, nos quadro lapide ædificemus nobis domum. Illorum Sycomoris, quæ ligna sunt vilia, hostili incursione succisis, nos imperium nostrum cedris extruemus, quæ imputribiles sunt, vt regnum significent sempiternum. Scient ergo hoc populus omnis Ephraim, & habitantes Samariam, quod Syrus, qui nunc ei auxilio est, in hostem transeat. Vel certe contra ipsum Syrum subita aduersariorum bella consurgant: & omnes vertantur in tumultum: ita vt contra Israël Syria ab oriente, & Philisthiim, hoc

Esa. 52. c
Esaiæ 53. a

Rom. 10. b

Ionæ 4. b

קיקיון

Matth. 15. c. 26. a.

Iudic 7.

Matth. 9. d

Matth. 12. c

F.

Sup 7. c

עמנואל

Pele.

Ioes.

Esaiæ 45. c

El.

El.

Gibbor.

Infra 10. c Sec. 70.

El gibbor.

Ioan. 14. d

H

Eph. 2. c.

Deut. 32. c
Sup. 7.

Pſal. 2. b

Pſal. 52.

1. Par. 23.

Gen. 49. b
Oſee 8. a

Pſal. 15. c

דצין

Rom. 9. H

אפרום

Gen. 11. d

Iſaiæ 1. f

tumultum, Syriam ab Oriente, & Philistim ab Occidente, vt deuorent Israel toto ore: sed quia non est reuersus ad percutientem se, nec requisiuit Dominum exercituum, extẽdet manum ad percutiendum, vt disperdat de Israel caput & caudam incuruantẽ & deprauantem, eum videlicet qui recta peruertit. Quis sit autẽ caput, ipse interpretatus est, lõgæuus & honorabilis: Et quis sit cauda, propheta, inquit, qui docet mendacium, id est, pseudopropheta. Dixit de principibus, nunc optimatibus iungit & populum, quod & magistri, & discipuli, & eruditi, & vulgus indoctum pariter pereant. Qui. n. beatum dicebant populum, seductores sunt, & qui beati appellabantur, nõ propter virtutem, sed propter munera, precipitabũtur in mortem. Vnde & supra legimus: *Sup.3.* *Populus meus qui beatum te dicunt, seducunt te: & semitas pedum tuorum supplantant.* In tali populo nullius personæ miserebitur Deus, non pupilli, non viduæ: quia omnis hypocrita est aliud simulans, & aliud agens: promittens castitatem, & viuens luxoriose: præferens paupertatem, & replens marsupium. Vnde iũgit & dicit: *Et vniuersũ os locutum est stultitiã.* Propter hæc omnia Dominus nõ cessat irasci, sed adhuc ad percutiendum eleuat manum. Et quia ista fecerunt, succendetur quasi ignis impietas: vt non cultum agrum, sed vepres, & spinas deuoret: nec frugiferas arbores, sed infructuosum saltum, in quo habitant bestiæ, rapiens flamma consumat. Quam ob rem dicitur quod densitas saltus, igne supposito, fumi superbia & altitudine conuoluatur. Omne enim, quod excelsum est, & in sublime consurgens, superbum appellari potest. Pro quo nescio quid volentes L x x. transtulerunt: καὶ συγκαταφάγεται τὸ κύκλῳ τῆς δουγῶν αὐτου: id est, & deuorabit in circuitu collium omnia. Vnde & ad iram Domini terra contremuit: & populus ignis factus est pabulum, quia tanta fuit in eo crudelitas, vt ne charissimo quidem germanitatis nomini parceret: sed dextram deserens atque contemnens, saturaretur in his quæ sinistra erant, dum voluptatum & malorum paritur famem, & sẽper cupit malis peiora sociare. Ipsi quoq; Manasses, & Ephraim, qui de vno nati sunt vtero, & de eodem parente generati, in tantam rabiem proruperunt, vt hostili odio inter se dissiderent. Legamus Regum & Paralipomenon volumina, & inueniemus Samariæ inter se bella ciuilia: dum alij pro aliis regibus dimicant, & quomodo suis regibus interfectis in Iudæ expugnationem concordent. Secundum tropologiam auferẽt Dominus caput & caudam, maiorẽ pariter ac minorem. Caudam appellans, non homines, sed iumenta, hæreticos esse demonstrat, quæ hoc membro vtuntur ad stercora protegenda, & ad arcenda parua animalia. Et post caput, & caudam, incuruantem iungit, & deprauantem: quod legis præcepta subuertant, & rectam deprauent viam. Longæuum quoque, qui caput est, & pseudopropheta, qui in cauda ponitur, disperdet & magistros pariter & discipulos: alios, qui propter munera laudant peccatores: alios, qui laudati sua mala non sentiunt, nec agunt pœnitentiam. Propter hoc in iuuenibus eorum non lætabitur Dominus: *Eccle.10.c* *Væ enim ciuitati cuius rex adolescens.* Et qui Deum patrem vel Dominum verum perdiderunt, non impetrabunt misericordiam: Omnis enim hæreticus hypocrita est, aliud agens, & aliud simulans, & quidquid loquitur, licer videatur esse sapientia, tamen stultitia est. Propter hæc extendit manum suam ad puniendum, & omnes impietates eorum, quasi spinas, vorax flamma consumet. Et verba absque virtutibus, quæ infructuoso saltui comparantur, inuoluentur fumi superbia. Ad eorum pœnam contremiscet omnis humus, & decepti populi, æternis tradentur ardoribus: quia turpis lucri gratia ne suis quidem parcunt, sed certatim de deceptis populis prædas agunt, relinquentes bona, & in pessimis immorantes. Cumque semper sinistra inueniant, tamen suis numquam satiantur erroribus vorãtes carnem brachij sui, & aduersum ecclesiam pari studio dimicantes. Propter luxuriam, & voluptates, & lucra de populis inter se habent discordiam: vt de vna hæresi duæ fiant, & rursum ipsæ diuiduntur in partes, vt proprios abducant greges, *& deuorent domos viduarum* & mulierum peccatricum, *Luc.20.g* *semper discentium, & nũquã ad scientiam veritatis perueníentium.* In omnibus his nõ auertetur furor Domini consumẽs vitia atque subuertens: sed quanto illi proficiunt ad peccandum, tanto iste amplius manum suam extendit ad pœnas. *2.Tim.3.b*

dam incuruantem & deprauantem in die vna. Lõgæuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatum dicunt populum istum seducentes, & qui beati dicuntur, præcipitati. Propter hoc super adolescentulis eius non lætabitur Dominus, & pupillorum illius & viduarum non miserebitur, quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiã. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit, & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi. In ira Domini exercituum contremuit terra: & erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet & comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen: simul ipsi contra Iudam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Caput X.

Væ qui condunt leges iniquas, & scribẽtes iniustitiã scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes: & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxiliũ? & vbi derelinquetis gloriam vestram? Ne incuruemini sub vinculo, & cũ interfectis cadatis. Super omnibus

Caput X.

Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent, &c.] Hæc plerique adhuc contra decem tribus dici arbitrantur, quæ habitabant in Samaria, quod ad priora scelera etiam ista sociarint. Nobis autem videtur contra iudices tribus Iudæ & Hierusalem, scribas videlicet & *Deuteronomij* sermo propheticus conclamare, quod aduersum legem Dei iniquas scripserint leges, & traditionibus suis subuerterint iudicij veritatem. Deo enim dicente: *Exod.20.b* *Honora patrem tuum, & matrem:* Illi econtrario monuerunt filios parentibus dicere: Donũ quodcunque est ex me, tibi proderit, ne honorarent patrem & matrem, & cætera his similia. Propterea autem scripserunt leges pessimas, vt opprimerent pauperes & humiles populi: vt prædas agerent de viduis, & pupillos diriperent. Qui interrogantur quid facturi sint, cum vel captiuitatis vel iudicij dies aduenerit, & calamitatis de longe venientis: quæ multo tempore ante prædicta est. Ad cuius, inquit, fugietis auxilium, cum offenderitis Deum, qui verus auxiliator est, & vbi derelinquetis gloriam vestram? *Non enim prodẽrunt diuitiæ in die furoris,* ne vinctos in hostilem terram ducat Assyrius, ne corruatis in prælio. Et ad extremum sicut in superioribus contra Samariam crebro dixerat: *Sup.9.f* *In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta:* Etiam contra Iudam loquitur, quod non sit finis mali eorum extrema captiuitas: sed etiam in hostili terra Domini eos gladius persequatur. Iuxta anagogen: omnis hæreticus scribit iniquitatem, vt pauperes & humiles populi decipiat; viduas & pupillos diripiat. Qui enim dies est, de quo legimus: *Prou.11.b* *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ:* non sustinet commutationem: non cito ab eis capitur. Pauper autem, & qui humilis est, & paruus in populis cito ab eis scandalizatur. Vidua quoque quæ virum perdiderit, Deum

Deum; & pupillus, qui patrem amiserit creatorem: de quo scriptum est: *Deut.32.c* *Deum, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Dei creatoris tui:* facile supplantantur. Quid igitur facient *Rom.10.b* in die iudij, cum tantos deceperint, & calamitatis de longe venientis? Sicut enim ad iustum virum dicitur: *Prope es* *Luc.17.c* *verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Et in alio loco: *Regnum Dei intra vos est*: Sic hæreticorum calamitas de lõge veniet multo eis tẽpore præparata. Ad quem confugient, cum fictum habeant Deum? Cui tradent gloriam suam, cũ simulata sint omnia? Nec poterunt euadere vinculum, quo plurimos ligauerũt. Vnde & in visione vallis Sion, *Infra 22.a* quæ Dei altitudine derelicta, & hæretica humilitate decepta est: dicitur de magistris falsi nominis scientiæ: *omnes principes tui fugerunt: & qui capti sunt, de vinculis sũt*: quodque cum singulis interfectis cadant, & in aliorũ nece ipsi pereant: & cum multa patiantur, dieſque visitationis aduenerit, non sit finis eorũ interitus, sed semper sibi impendentem manum domini perremiscãt. Hucusque cõtra decem, & duas tribus, id est, contra Samariam & Hierusalem Dei comminatio est: quæ regnante adhuc Achaz cœpit in populo: de quibus *4.Reg.16.* *17.* duæ & semis tribus sub eo captæ sunt, & reliquæ sub Ezechia, qui Achaz successit in regnum. Sequens prophetia contra Assyrios scribitur.

a ¶ *Væ Assur, virga furoris mei.*] Ideo ponim⁹ in hoc loco translationẽ Lxx. quia ab Hebraico discordat in plurimis. Primum sciendum est, quod in Hebraico non habetur Chalani sed כלנו Chalano: vltima enim nominis huius litera non est ו vt illi putauerunt, sed ב: quæ literæ sola inter se distant magnitudine, Turris autẽ ædificata est in campo Sennaar, in quo erant Arphad & Chalano & Babylon: quæ ex confusione linguarum nomen accepit. Arabia autẽ non habetur in Hebræo, sed Hemat: quam Syri vsque hodie Epiphaniam vocant. *Vlulate* quoque *sculptilia in Hierusalẽ,* de suo addiderunt. Quodque supra scriptum est: *Si dixerint ei: tu solus es princeps: respondebit*: non tuli regionem illam & illam, sed tuli Arabiam & Damascum, & Samariam: hunc suggerit sensum: Dum inquit, dixerint Assyrio qui capti sunt, tu princeps es omnium: ille adhuc infirmum se esse sentiens respondebit: Quomodo me vocatis principem, cum tantũ Arabiam & Damascum & Samariam ceperim: & longe positas nationes trans Babylonem necdum meæ subdiderim potestati? Quomodo autem Arabiam cepi, Damascum & Samariam: sic omnia mihi regna substernam. Transeamus ad Hebraicum: & quid nobis videatur breuiter annotemus. *Væ Assyrio,* id est, Sennacherib: quia ipse est virga & baculus furoris mei, in manu enim eius indignatio mea: & per illum percutiam gentem fallacissimam: quæ inter me semper & idola claudicauit: quæ præcepta mea se facturam esse mentita est: & contra populum furoris mei ipsi præcipiam, vt spoliet eum atque prædetur: & redigat in pulueren, & conculcet quasi lutum platearum, id est, vt percutiat eum, & non interficiat: vt vulneret, & non animam auferat. Ipse autem modum iracundiæ meæ egressus est: & non solum contra Israel, ad quem directus fuerat, sed in gentes plurimas debacchatus est: vt omnia per circuitum regna contereret, & vsque ad iternecionem gẽtium plurimarum illius mucro sæuiret. Erectus enim in superbiam, hæc ausus est dicere: Duces mei aliarum gentium reges sunt; & mihi subiecti, cunctis nationibus imperabunt. Quomodo cepi Charcamis, sic cepi & Chalano: quomodo Arphad sic obtinui & Hemath: quomodo Damascum, sic mihi subieci & Samariam. Quomodo cætera regna, quæ idolorum cultui seruiebant, meis subieci pedibus: sic & Hierusalẽ & Samariam, in qua eadem idola sunt, meæ subiiciam potestati. Quomodo cepi Samariam cum idolis suis, sic & Hierusalem capiam: quia eosdem veneratur deos. Pro Charcamis autem Lxx. addentes de suo, regionem trans Babylonẽ interpretati sunt, & Chalani, vbi ædificata est turris, Arphad penitus relinquẽtes. Possumus autem iuxta trãslationem eorum, tropologiæ (dummodo pia sit) accommodare: & ex eo quod ait, populo meo præcipiã vt faciat spolia & prædam, & cõculcet ciuitates, & ponat eas in pulueren: etiam hoc dicere, quod quotidie populo suo præcipiat Dominus, vt aduersariorum ciuitates, quę eripiuntur contra scientiam Dei, & hæreticorum nimio labore constructæ sunt, in pulueren redigat, & nihili esse demonstret: Qui intelligens infirmitatem cordis humani, & quod mortali carne circundatus, non possit perfectam virtutum debere victoriam, nec omnes gentes capere: licet eum alij admittent & dicant: *Tu solus es princeps respondebit eis*: Multæ sunt quæ destruere debeo, & adhuc destruere non potui: scio quod nescio. Et quamquam multa aduersariorum argumenta superauerim: tamen sunt pleraque quæ adhuc superanda sunt. Simulque spe futurorum ex his quæ superauit: etiam cæterorum sibi victoriam repromittit. Iubentur autem vlulare simulacra Hierusalem & Samariæ, non ipsa quæ ficta sunt, sed ij, qui ea finxerũt: *τοῖς τοιουτοις*, ij qui fecerunt, per ea, quæ facta sunt: vt non solum ij, qui in hæresibus idola fabricati sunt, sed qui in ecclesia per ignorantiam defendunt pro veritate mendacium, vlulatu & pœnitentia se errasse testentur.

a ¶ *Et erit cum compleuerit Dominus,* &c.] Lxx. pro fructu sẽsu vel mentẽ magnã interpretati sunt, id est, *τὸν νοῦν μέγαν.* Post captiuitatẽ Samariæ, & Assyriorũ victoriã, & cõminationẽ aduersũ Hierusalem, quia simulacra imitata Samariæ, simili sint feriẽdi sententia: mũc aduersũ ipsũ Assyrium, qui elatus est in superbiã, & fiducię fortitudinis putauit esse quod vicit, prophera loquitur. Dixit enim Assyri⁹, cordis tumore se iactãs, quod in fortitudinẽ manus suę cũctas vicerit nationes, & incredibili sapiẽtia omniũ posse derit terminos. Et iuxta Lxx. tantæ potentiæ fuerit: vt bellatorũ hominum vrbes funditus subuertit: totumque orbem quasi nidum apprehenderit, & quasi derelicta ouа à matribus in suam prædam verterit. Et quia semel metaphoram ab auibus, modo & ouis sumpserat: seruauit in reliquis, vt diceret: *Non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, atque ganniret.* Tantus, inquit, terror fuit fortitudinis meæ atq; victoriæ, vt ne fletum qui-

Χαλάνης. a Iod. b Vau. Gen.12.a ארפד Gen.11.a חכנה

פשע

dem & gemitum victi libere proderent. Sunt qui hæc generaliter contra regnum Assyriorum dici arbitrentur: quod postquam compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalem, hoc est postquam subuersa fuerit Hierusalem, Assyriorum imperium destruatur. Mihi autem ex his quæ sequuntur, proprie contra Sennacherib regem Assyriorum videtur comminatio: quod autẽ ait: Postquam compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalẽ: non subuersionem vrbis significat, sed obsidionẽ, quoniã venit Rabsaces dux Sennacherib, & in ea fecit quæ in posterioribus idẽ propheta commemorat. Secundũ Tropologiam: cum Samaria & Hierusalem domini iram sustinuerint, & in fabricatione idolorum erraſſe ſe ſenſerint: Tũc deſtruetur ſenſus magn⁹ Aſſyrius, qui in tantam cõtra dominum inflatus eſt ſuperbiam, vt ſapientiæ ſuæ exiſtimauerit cuncta ceſſura, & quamuis excelſa dogmata, & dialectica arte munita, concutienda & penitus deſtruẽda, in tantum vt in ſimilitudinem pullorum auiũ non valeant in ſublime conſurgere, & necdum animata inſenſibilia eſſe atq; torpentia; quod ouorũ demonſtrat exemplũ, & ne mutire quidem, & commouere linguam contra rationem & fortitudinem ſui ſermonis audere.

Infra 36.

a ¶ *Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, &c.*] Contra Sẽnacherib, ſiue, vt multi putant, Nabuchodon. gloriantem atque dicentem: In fortitudine manus meæ feci, & in ſapiẽtia mea intellexi, & reliqua, ſanctus propheta reſpondit: O ſtultiſſime mortalium: Dei iram, tuam putas eſſe ſapientiã, & illius iuſſionem ad tuam refers fortitudinem? Quomodo ſi ſecuris glorietur contra eum, qui ſecurim tenet, & ſerra contra illum, à quo trahitur, & dicãt cũcta opera, quę per ſecurim & ſerrã fiũt, ſua arte perfecta. Et ſi eleuet quiſpiã virgã, & exalter baculũ ad percutiendũ, quẽ voluerit, & ipſa virga ac baculus glorientur, & dicãt à ſe percuſsũ eſſe, qui percuſſus eſt, ſic & tu, cum organũ Dei fueris volũtatis, erigeris in ſuperbiã & cuncta, quã geruntur, tuæ gloriaris eſſe virtutis. Quidquid autẽ Aſſyrio dicitur, & ad hæreticorum ſuperbiã, & ad diabolũ referri poteſt, qui ſecuris, & ſerra, & virga in ſcripturis appellatur, eo quod per illũ infructuoſæ arbores ſuccidãtur, & diuidatur atq; ſerretur incredulorũ duritia, & percutiantur virga qui non recipiunt diſciplinam. Hæretici quoque quorum os in cœlum ponitur, & lingua pertranſit in teram, ſenſu, quem à Deo in bonam partem acceperunt, abuntur in contrarium atque peruerſum, vt loquantur contra eum, à quo conditi ſunt, & linguæ miniſterium, quo laudandus eſt dominus, vertant in blaſphemiam.

Pſal. 72. b

Infra 37. g

b ¶ *Propter hoc, &c.*] Quia iſta feciſti & locutus es quæ ſupra narraui, propterea mittet dominus angelum ſuum, & vna nocte centum octoginta quinque millia de tuo morientur exercitu, ita vt potentiſſimi quique, quos pingues appellat, redigantur in tenuitatem & in nihili, & ſicut Hebræi tradunt, illæſis veſtibus Aſſyriorum, corpora occulto crementur ardore: tunc lumen Iſrael & ſanctus, hoc eſt angelus, erit in igne & in flamma: & omnes ſpinæ ac vepres Aſſyriorum, id eſt, malitia conſumentur, non longo tempore, ſed vno die atque memento: Et quomodo ſaltus & Carmelus, qui eſt mons in Galilæa nemoribus conſitus, ſuppoſito igne velociter concrematur: ſic ab anima vſque ad carnem omnis Aſſyrij gloria conſumetur: Tunc ſpoliatus exercitus fugiet, quod idem in conſequentibus propheta teſtatur, & de tam innumerabili multitudine, quæ Carmelo & ſaltui comparata eſt, ad tantam veniet paucitatem, vt puer paruulus eos poſſit numerare & deſcribere. Tradunt enim Hebræi, decẽ tantum de eius exercitu remanſiſſe, noſtrorum quidam volunt, hunc regẽ, typum eſſe aduerſariæ fortitudinis; Et quomodo in Daniele legimus: Principes regni Perſarum, & regni Mœdorum & regni Græcorum, ſic & principem eſſe Aſſyriorum: qui propter ſuperbiam, ſenſus magnus vocetur, & in die iudicii Gehennæ tradatur ardoribus, quæ præparata eſt diabolo, & angelis eius. Et lumen Iſrael & ſanctum: hoc eſt ipſum Dominum ſuccendere vepres ac ſpinas Aſſyrij, omnemque illius potentiam, & innumerabiles populos ad nihili deducendos. Tũc eum timore perterritum, quaſi columbrum tortuoſum, & fugitiuum, imminentes pœnas velle vitare. Qui autem de ſaltu & confuſione eius ligniſque perituris potuerint euadere, eos dignos exiſtere, qui numerentur & deſcribantur à puero, cuius principatus in humeris eius eſt. Hoc ipſum & ad hæreticos referri poteſt: Quod poſtquam eccleſiaſtica doctrina illuxerit, & omnes eorum diſcipulæ patuerint: tunc ad tantam veniant ſolitudinem, vt de ſaltu & infructuoſis arboribus, & innumerabili eorum multitudine, quã hæretica fraude deceperant, vix pauci reſideant, qui eorum ſequantur errorem. Pro eo quod nos vertimus: *mittet Dominus in pinguibus eius tenuitatem*: Lxx. tranſtulerunt, ἀποστελεῖ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀπμίαν, id eſt, mittet Dominus in honorem tuum ignominiam. Et pro eo quod nos diximus: *Et ſanctus eius in flamma*: illi verterunt, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν πυρί, id eſt, & ſanctificabit eum in igne, per quod quidam intelligi volunt pœnas atque tormenta ad hoc adhibere peccatoribus, vt diuino igne purgentur. Quodque nos diximus: *Et gloria ſaltus eius & Carmeli eius*: illi interpretati ſunt, ἀποσβεσθήσεται τὸ ὄρος καὶ οἱ βουνοὶ καὶ οἱ πρυμοί: id eſt, extinguentur montes, & colles, & ſaltus, quo omnis Aſſyriorũ claritas, & ſuperbia, & multitudo humilietur extincta.

Iſa. 10. f

Sic habent 70. hic.

Dan. 10. b

c ¶ *Et erit in die illa, non adiiciet reſiduum Iſrael, &c. conuertentur reliquiæ, inquam, Iacob ad Dominum fortem, &c.*] Vbi in Græco dicitur: *Conuertentur reliquiæ Iacob ad Deum fortem*: pro Deo forti, in Hebræo ſcriptum habetur, c אל גבור duo nomina de ſex nominibus, quibus paruulum puerum & filium, qui datus eſt vobis, ſupra legimus appellatum. Et pro eo quod ſcriptum eſt: *Reliquiæ conuertentur*. pro eo dicitur in Hebræo numero ſingulari, quod reliquum eſt conuertetur, id eſt, τὸ καταλειμμα ἐπιστρέψει, in Hebræo ſcribitur d שאר ישוב. Et ex hac occaſione ſermonis putant Iaſub filium Eſaiæ in ſignum ſaluandi ex Iſrael populi præceſſiſſe. Quando ergo lumen Iſrael, & ſanctus, Carmeli ſaltum vepreſque conſumpſerit & rex Aſſyrius cum paucis fugerit, tunc reſidui Iſrael, qui cum Ezechia principe, captis cæteris Iudææ vrbibus obſidebantur in Hierusalem, nequaquam confident in Aſſyrio, ſicut non faciunt ſub Achaz rege quam miſit nuncios ad regem Aſſyriorum dicens: Seruus tuus ego ſum, aſcende & libera me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui conſurrexerunt aduerſum me, quando tulit aurum, & argentum, quod inuentum eſt in theſauris domus Domini, & in domo regia, & miſit regi Aſſyriorum munera, audiuitque eum rex Aſſyrius, & venit in Damaſcum, & cepit eam, & tranſtulit, & Raſin interfecit, ſed liberati ab ipſo Aſſyrio percuſſore, qui prius amicus & poſtea hoſtis exiterat, innitentur atque confident

c el gibbor *Sup. 9. a*

d ſear Iaſub.

Iſa. 7. c

4. Reg. 16. b

confident ſuper dominum ſanctum Iſrael: nequaquam falſo, vt ſub prioribus fecerant regibus, ſed in veritate. Quod ſub Ezechia factum legimus: ita vt idolis derelictis conuertentur ad cultum Dei. Et quia dixerat reliquias eſſe ſaluandas, tranſit ad poſteriora tempora: & plenam ſaluationem futuram dicit eſſe ſub Chriſto: Quod & apoſtolus Paulus intelligens ſcribit ad Romanos: *Eſaias autem clamat pro Iſrael: Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Verbum enim conſummans, & breuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram*: Et ſicut dixit Eſaias: *Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & Gomoræ ſimiles fuiſſemus*. Vbi ergo tanti viri præcedit auctoritas: ceſſet alia omnis interpretatio. Et re vera ſi legamus Ioſephum, & quanta hominũ in Hierusalem & in Iudæa fuerit multitudo quando paſſus eſt dominus: intelligimus, vix paucos in apoſtolis & in apoſtolicis viris ex Iudæis eſſe ſaluatos. Abbreuiatus autem atque perfectus ſermo euangelicus eſt: qui pro cunctis laciniioſæ legis cærimoniis, dedit præceptum breuiſſimum dilectionis, & fidei: vt, quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & dominus in euãgelio: *In his*, inquit, *duobus mãdatis pendet omnis lex & prophetæ*. Nonnulli hoc capitulum ad illa tempora referunt, quando ſub Zorobabel filio Salathiel: & Ieſu filio Ioſedech, & Ezdra, & Neemia quædam pars populi reuerſa eſt in Iudæam. Quibus reſpondebimus, non eos ſeruare ordinem hiſtoriæ, maxime cum ea, quæ ſequũtur, non aduerſum Babylonios, quorum rex Nabuchodonoſor fuit, ſed aduerſum Sennacherib regem dicantur Aſſyriorum.

Rom 9. f

Eſa. 1. e

Ioſeph. lib. 7. de bel. Iu. cap. 17.

Iſa. 37. g

Matt. 22. d

a ¶ *Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercituum, &c. iuxta plagam Madiã in petra Oreb, &c.*] Pro petra, quod iuxta Hebraicũ interpretatus eſt Aquila: Symmachus & Theodotio ipſum verbum poſuerunt Hebraicum e צור ערב: Pro quo Lxx. interpretati ſunt locum tribulationis: de quo in ſuo dicemus loco. Difficile, inquit, tibi videtur ô habitator Sion: vt cunctis in circuitu ab Aſſyrio gentibus ſubiugatis: tu ſolus de eius manibus libereris. Auſculta quæ dico: Noli timere populus meus quod Aſſur vincente capiaris. Licet enim anno quartodecimo regis Ezechiæ aſcenſurus ſit Sennacherib rex Aſſyrius ſuper omnes ciuitates Iudæ munitas, & capiat eas: & miſſurus Rabſacen qui obſeſſum in Hierusalem populum terreat: tamen hoc ſcire debes, quod non te gladio ſed virga percuſſurus ſit: & pergens contra Tarachan regem Aethiopiæ, & Aegyptios, ac mare rubrũ per viam Aegypti, baculum tantum ſuum eleuet contra te, & ferire non poſſit. Adhuc enim paululum, & reuerſus de Aegypto cum infinita exercitus multitudine, atque obſidere te cupiens: ſtatim mea indignatione ferietur: & flagellum illud ſuper eum ſuſcitabo, quo quondam aduerſum Madianitas ſub Gedeone, qui altero nomine vocabatur Ierobaal, ſuſcitaui, quando Oreb & Zebee principes Madianitarum occiſi ſunt ſuper petram duriſſimam, id eſt, ſilicem, quæ Hebraice appellatur f צורי, ita vt ex petra & ex rege qui in ea occiſus eſt, locus petræ Oreb nomen acceperit. Leuabit ergo virgam ſuam ſuper mare rubrum pergens aduerſus Aethiopes, & leuabit reuertens ad te per viam Ægypti: ſed ſtatim vt de Aegypto venerit, auferetur onus de humeris tuis, & iugum imperij eius, ac ſeruire deſiſtes. Quod iugum, id eſt, potentia Aſſyrii, à facie olei, id eſt Dei miſericordiæ computreſcet. Poſſumus autem hoc quod dixit: in virga percutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in via Ægypti: Et rurſum: Et virgam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in via Ægypti: etiam ſic intelligere; quod idcirco percuſſerit plurimos de tribu Iuda, & in circuitu regni Hierusalem ceperit ciuitates: quia non in Deo, ſed in Aegyptiis habuerint fiduciam. Vnde & Rapſaces exprobat eis dicens: *Ecce confidis ſuper baculum harundineum confractum, ſuper Aegyptum: Cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: ſic Pharao rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.* Hiſtoria Madianitarum in Iudicum libro ſcripta eſt: quã & in pſalmo legimus: Pone principes eorum ſunt Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Errant ergo, qui putãt illud ſignificari tempus, quando in libro Numerorum Madianitæ cæſi referuntur ab Iſrael à deſerto Sur vſque ad montem Dei Oreb: quæ aliis apud Hebræos ſcribuntur literis: cum eo tempore non fuerint in monte Oreb, ſed in ſolitudine Sethim. Iuxta anagogen præcipitur populo in eccleſia commoranti, ne timeat aduerſarios, qui ad pugnandum ſemper parati ſunt, & multa diſputatione ſua animas ſuberterunt. Ideo enim eos contra populum Dei pauxillum accipere poteſtatem: & non tam gladio percutere quam virga: id eſt, non occidere ſed minari: quia in via ambulauerint Aegypti, & non in Domino ſint confiſi. Cum autem ad Deum reuerſi fuerint, & reliquerint iter Aegypti: tunc flagellum Dei iudicio ſuſcitandum ſit contra aduerſarios: Madian enim interpretatur ex iudicio, vt ſpiritu oris eius & oleo miſericordiæ, iugum hoſtium computreſcat.

Iul. 7. & 8. Pſal. 82. b

Num. 31. a

Num. 25. a

e ſour Oreb.

4. Reg. 18. a Infra 37.

f ſour

4. Reg. 10. f

b ¶ *Veniet in Aiath: tranſibit in Magron, &c.*] Multum in hoc loco Lxx. ab Hebraico diſcrepant: Quam ob rem vtraque editionem poſuimus: vt quid nobis videatur in ſingulis, Chriſto ſi meruimus, inſpirante dicamus. Deſcribit ſermo propheticus Aſſyrij iter, pompamque redeuntis de Aegypto Hierusalem, & quanto ſtrepitu quantoque curſu ad oppugnandum eam veniet. Et primum, inquit, veniet in Aiath: vbi præ feſtinatione nimia nolens manere, tranſibit in Magron, tantamque capiendæ vrbis habebit, fiduciam, vt apud Machmas commendet farcinas ſuas, quaſi cito ſubuerſa vrbe rediturus: quibus depoſitis, tranſibit eam curſim, & in Gaba habebit diuerſorium, quo paululum ibidem ſubſiſtente, vt laſſum refoueat exercitum, Rama vrbs vicina terrebitur: *Gabaa Saulis* quondam ciuitas *fugiet*, tunc & filia Gallim, quæ Hebraice dicitur g בת גלים ita ciulabit, vt equorum arbitreris hinnitum. Vnde ô Laiſa, & paupercula vel obediens ſiue humilis Anathoth, tribus enim modis interpretari poteſt: diligenter attendite, & declinate currentis impetum, ſi poteſtis: migrauit enim iam de ſedibus ſuis vrbs Medemena. Vos autem, qui habitatis in collibus, quod interpretatur Gebim, tuti locorum altitudine, confortamini, id eſt, arma corripite. Adhuc tãtum ſupererat diei, vt ſtans in oppidulo Nob, & procul vrbem conſpiciens Hierusalem, agitaret manum ſuam atque concuteret ſuper montem Sion, vel deſpiciens eam atque contemnens, vel inſultans & comminans: & admirãs quod toto ſibi oriente ſubiecto, tam parua ciuitas potentiæ ſuæ audeat repugnare. Hæc iuxta Hebræos, vt nobis ab eis traditum eſt, breui ſermone perſtrinximus. Nunc quid iuxta Lxx. editionem eccleſiaſtici viri de hoc loco ſentient, ſubiiciamus: Cum iugum Aſſyrij, ſiue, vt quidam male ar-

g bath gallim.

bitrantur, Babylonii, ablatum fuerit de humeris tuis atque corruptum; fugiens Assyrius Sennacherib, cum paucis reliquiis veniet in Aggai: quæ in Hebraico non habetur. Et tanta erit fugientis trepidatio, vt vbi manere non audeat: sed transibit in Maggedo: quam & ipsa scriptura non continet. Et quia sarcinis præpeditus velocius fugere nō poterit, deponet vasa in Machmas, & gradu concito transibit vallem, quā & ipsam Hebræus sermo non resonat: & rursum veniet in Aggai: quæ bis in hoc loco ponitur, & in Hebraico non habetur: Ad sonitū fuge eius contremiscet Rama, ciuitas Saul: Quod perspicue falsum est. Ciuitas enim Saul appellatur Gabaa, vt in Hebraico cōtinetur. Deinde veniet in Gallim: audiet Laisa, audiet Anathoth, contremiscet Medemena. Habitatores autem Gebim, & colles qui sunt in Hierusalē, id est, excelsi quique viri, prouocātur ad consolandā Hierusalē, non lōgo post tēpore, sed in præsentiarū, & eadē die, dū in via est Assyrius: vt maneant in locis suis, & perturbati timore nequaquā fugiant. Hoc iuxta literā. Cæterū quidā in isto loco cum falsorū nominū iuxta Lxx. ἐτυμολογίας inuenire non possit; nec se in libro Hebraicorū nominū reperire potuisse testetur, mittit nos ad incertum; vt dicat, in extremo mundi tempore, & in consummatione huius sæculi imminentibus pœnis sensum magnū principem Assyriorum esse fugiturū, & per diuersa loca varioſque profectus fugere cupere ab ira Dei: cumque ille fugerit, habitatores Gebim, id est excelsas quasque virtutes sermone prophetico prouocari, vt consolentur fugientem: doceantque ne fugiat, sed maneat in via, & Dei præstoletur misericordiam: & non solū consolari fugientem, sed in bonis operibus filiam Sion reuocare à luctu, & ad salutē pœnitentiæ prouocare: & hos esse colles in Hierusalē: de quibus in posteriore parte huius prophetæ legimus: *Consolamini, consolamini populū meum, dicit Deus, sacerdotes: loquimini ad cor Hierusalē.* Hæc dicit, quia rei veritate constrictus aliud, quod diceret, non habebat.

a ¶ *Ecce dominator dominus exercituū confringet lagunculam, &c.*] Putant quidam hunc locum adhuc dici de Assyrio, quod, illo cōrrito, omnes in circuitu nationes, quæ ditioni illius subiacebant, succidantur, & humilientur: & saltus densissimus subuertatur: per quem μεταφορικῶς populum & principes intelligi volunt: Libanum quoque cum excelsis suis cadere: vt nihil omnino Assyriæ resideat potestatis. Alii vero ab hoc loco volunt principium esse de Christo: maxime cum & ea, quæ sequuntur, & nos de illo, & circūcisio scripta fateatur. Dixerat supra nomen de virgine pueri nasciturī, quod appellaretur Emmanuel; & postea prophetissæ conceptus vtero vocaretur, *accelera, spolia detrahe, festina prædari*, & ipse esset lapis offensionis & petra scandali duabus domibus Israel: Cuius principat° esset in humero eius: & vocaretur sex nominibus admirabilis, & consiliarius, & Deus, & fortis, & pater futuri sæculi, & princeps pacis: & quod multiplicaretur eius imperiū, & pacis non esset terminus. Nunc in prologo aduentus eius, prius quā dicatur, quod de Iesse & Dauid sit genere nasciturus, per trāslationē fractæ langūculæ passio illius demōstratur: quod, volente Deo, idcirco caro eius morti tradita sit, vt Iudæorum sublimitas destruatur, & excelsi quondam in terram corruant; & Libanus cum suis cedris succidatur de quo in Zacharia legimus: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt.* Quod autem à patre contritus, & percussus esse dicatur, & illud indicio est: *Percutiam pastorem, & oues dissipabuntur.* Et aliud testimonium: *Quoniam, quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt.* Verbum Hebraicū, הארז, quod Aquila κεχαμένον interpretatus est, Theodotio Symmachusque verterunt, λαρὸν, id est, torcular: quod & ipsum iuxta inscriptionē trium psalmorum, dominicam significat passionem, ipso dicēte in Esaia: *Torcular calcaui solus, & de gētibus non est vir mecum.* Lxx. autem pro torculari, nouum sensum inferentes, gloriosos, interpretati sunt.

Hebr. Machamas commēdabit vasa sua. Transierūt cursim Gaba sedes nostra: (siue vt alibi scriptum reperimus: māsione manserunt) obstupuit Rama: Gabaa Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim: attende Lasia: paupercula Anathoth migrauit Medemena: & habitatores Gebim confortamini: adhuc dies est vt in Nob stetur: agitabit manum suam super mōtem filiæ Siō, collem Hierusalem. a Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore: & excelsi statuta succidētur, & sublimes humiliabuntur: & subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

Sept. in Maggedo: & in Machmas ponet vasa sua: & trāsibit vallem, & veniet in Aggai: Timor apprehendet Rama ciuitatem Saul: fugiet filia Gallim: attende Laisa: audietur in Anathoth: obstupuit Medemena: & habitatores Gebim. Consolamini hodie in via vt maneat: Consolamini montem filiæ Sion, & collem Hierusalem.

Cap. XI.

Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus cōsilii & fortitudinis spiritus monstretur. Nos autem virgam de radice Iesse, sanctam Mariam virginem intelligamus: quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem: de qua & supra legimus: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, Et florem Dominum Saluatorem: qui dicit in Cantico canticorum: *Ego flos campi & lilium conuallium.* Pro radice, quam soli Lxx. transtulerunt, in Hebraico scriptum habetur a גזע, quod Aquila, & Symmachus, & Theodotio κορμὸν interpretati sunt, id est truncum. Et pro flore, qui Hebraice dicitur b נצר, germen trāstulerunt: vt ostenderent, quod multo post tempore Babylonicæ captiuitatis, nullo de stirpe Dauid antiqui regni gloriam possidente, quasi de trunco Maria, & de Maria Christus exortus sit. Illud quod in euangelio Matthæi omnes quærunt ecclesiastici, & non inueniunt vbi scriptum sit: *Quoniam Nazaræus vocabitur*; eruditi Hebræorum de hoc loco assumptum putant. Sed sciendum, quod hic d נצר, per d ץ literam scribatur: cuius proprietatem & sonum inter z & s Latinus sermo non exprimit. Est enim stridulus, & strictis dentibus vix linguæ impressione profertur, ex qua etiā Siō vrbs scribitur. Porro Nazaræi, quos Lxx. sanctificatos, Symmachus separatos, transtulerunt: per e ז semper scribūtur elementū. Super hunc igitur florem, qui de trunco & radice Iesse per Mariā virginē repente consurget, requiescet spiritus Domini: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter nequaquam per partes, vt in cæteris sanctis, sed iuxta euangelium eorum, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazaræi: *Descendet super eum omnis fons spiritus sancti. Dominus autem spiritus est: & vbi spiritus Domini, ibi libertas.* In eodem Matthæi volumine legimus illud, quod in consequentibus scribitur: *Ecce puer meus, quem elegi: electus meus in quo complacuit anima mea: ponam spiritum meum super illum: iudicium gētibus proferet*: ad Saluatoris referri intelligentiam, in quo requieuit spiritus domini, id est, æterna habitatione permansit: non vt auolaret & rursum ad eum descenderet; sed iuxta Ioannis Baptistæ testimonium iugiter permaneret, qui ait: *Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & manentem in eo, & ego nesciebam illum: sed, qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem in eo ipse est, qui baptizat in spiritu sancto.* Porro in euangelio, eius supra fecimus mentionem, hæc scripta reperimus: Factum est autem cum ascendisset dominus de aqua, descendit fons omnis spiritus sancti: & requieuit super eū: & dixit illi: Filij mi, in omnibus prophetis expectabam te, vt venires, & requiescerem in te. Tu es enim requies mea: tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum. Qui spiritus domini appellatur, & spiritus sapientiæ: *Omnia* enim *per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Et in psalmis canitur. Quam *magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti.* Et Apostolus scribit; Christus Dei virtus & Dei sapiētia. Et in Prouerbiis legitur: *Deus in sapientia sua fundauit terram, & parauit cælos in prudentia.* Et quomodo idem sermo Dei vocatur lux, & vita, & resurrectio, sic spiritus sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis, & scientiæ, & timoris domini nūcupatur: non quo diuersus sit iuxta differentias nominum, sed vnus atque idem cunctarum virtutum fons sit atque principium. Absque Christo igitur nec sapiens quis esse potest nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus, timoris Dei. Et hoc notandum, quid spiritus domini, sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis, & scientiæ, & pietatis, & timoris domini, id est, septenarius numerus, qui septem oculi in vno lapide dicuntur in Zacharia; requiescat super virgam, & florem qui de Iesse ac per hoc Dauid stirpe surrexit: Specialiter autem spiritus timoris domini impleuerit eum, propter eos qui timore domini indigēt; quia paruuli sunt, quē foras mittit perfecta dilectio. Qui enim timet, pœnam habet, & non est perfectus. Vnde vt Apostolus loquitur ad credentes: *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater.* Et in Malachia legimus: *Si pater ego sum; vbi est gloria mea? & si dominus ego sum, vbi est timor meus*: de quo timore canitur in psalmo: *Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos.*

a ¶ *Non secundum visionem oculorum iudicabit, &c.*] Hæc nos ad primum aduentum referimus Saluatoris. Iudæi in fine mundi contendunt futura. Porro Lxx. transtulerunt (*Non secundum gloriam iudicabit, neque iuxta sermonem arguet; sed iudicabit humili iudicium, & arguet humiles terræ.*) Nullius enim personam accipit in iudicio, sed scribis, & pharisæis ac principibus loquitur; *Væ vobis hypocritæ*: Et *auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Nec secundum sermonem & auditum aurium corripuit. Illis enim dicentibus: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: neque enim vides in faciem hominum*: sciens malitiam eorum, respondebat: *Quid me tentatis hypocritæ*? & cætera his similia. Iudicabat autem in iustitia pauperes spiritu, quorum est regnum Dei. *Et arguebat in æquitate mansuetos & humiles terræ*, dicens ad Apostolos: *Adhuc & vos insipientes estis.* Et iterum; *Necdum scitis neque intelligitis*? Et ad Petrum specialiter: *Modicæ fidei quare dubitasti*? Vel certe pro humilibus atque mansuetis alios arguebat, qui eos opprimere conabantur. Percussit quoq; omnia terrena opera virga, siue, vt Lxx. transtulerunt, verbo oris sui, loquens in euangelio: *Nolite putare quia venerim mittere pacem super terram: non enim veni mittere pacem sed gladium.* Et *spiritu labiorum suorum interficiet impium*: de quo nono psalmo legimus: *Increpasti gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in sæculum, & in sæculum sæculi.* Et Paulus Apostolus scribit: *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Percusso autem impio, accinctus est dominus iustitia & veritate, & fide. Ipse enim factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redēptio: qui & in euangelio loquitur: *Ego sum lux, & vita, & veritas.* Et de quo in psalmis dicitur: *Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.* Vnde & Apostolus hortatur Ephesios: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ.* Quod si pro veritate fides legitur: Illud dicendum, quod cingulum Domini quo cinctus est & Hieremias, fides credentium sit.

Hebr. Non secundum gloriā iudicabit: neque iuxta sermonem arguet: sed iudicabit humili iudicium, & arguet humiles terræ.

Sept. Non secundum gloriā iudicabit: neque iuxta sermonem arguet: sed iudicabit humili iudicium, & arguet humiles terræ.

b ¶ *Habitabit lupus, &c.*] Hæc quoq; Iudæi & nostri Iudaizantes iuxta literā futura contendunt: vt in claritate Christi quem putant in fine mūdi esse venturū, omnes bestiæ redigantur in mansuetudinem, & pristina feritate depositā, lupus & agnus pascātur simul; & cætera cum cæteris, quæ nunc videmus sibi esse contraria. Quos interrogare debemus, si omnia præsentis loci sic accipiuntur, vt scripta sunt, & docere cogantur, quoniodo rebus incorporeis iustitia, & veritate, renes Domini circundentur. Sed & hoc eos interrogemus, quid dignum sit domini maiestate, vt lupus & agnus pascántur simul, & pardus cum hœdo accubuet, & leo paleas comedat, & puer paruulus mittat manū suā in foramine aspidū. Nisi forte iuxta fabulas poetarū, aureum nobis Saturni sæculū restituent: in quo lupi & agni pascētur simul, & mulso vino plena currēt flumina, & de foliis arborū stillabūt mella dulcissima, lacteisque fontibus omnia cōplebūtur. Quod si respōderint, pro beatitudine temporum hæc futura; vt, absque cuiusquam noxa, homines bonis omnibus perfruātur: audiant à nobis, nihil esse bonum, nisi virtutem: & nihil malū, nisi vitium, dicēte psalmista: *Quis est homo, qui vult vitā, & diligit dies videre bonos? Cōpesce linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolū. Declina à malo, & fac bonū.* Diuitiæ autē & sanitas corporis, & rerū omniū abundātia, & his contraria, paupertas, infirmitas, & inopia, etiā apud philosophos sæculi, nec inter bona reputātur, nec inter mala, sed appellātur indifferētia. Vnde & Stoici, qui nostro dogmati in pleriſq; cōcordāt, nihil appellāt bonū, nisi solā honestatē, atq; virtutem; nihil malū, nisi turpitudinē. Hæc breuiter diximus, vt Iudaizātes nostros grauissimo sōno stertere cōuincamus. Cæterū, iuxta viuificantē spiritū, facilis intelligētia est. Lup° enim Paulus, qui primū persequebatur & lacerabat ecclesiā de quo dictū est: *Beniamin lupus rapax* habitauit cum agno, vel Anania, à quo baptizatur est, vel Petro Apost. cui dictum est: *Pasce agnos meos.* Et pardus, qui pri° nō murabat varietates suas lotus in fōte domini accubauit cū hœdo, nō qui à finistris est, sed qui immolatur in pascha dñi. Et hoc notādum quod nō agn° & hœdus habitēt & accubēt cum lupo, & pardo; sed lupus, & pardus, agni, & hœdi imitentur innocētiā.

Leo quoque prius ferocissimus, & ouis & vitulus, pariter morabuntur. Quod quotidie cernimus in ecclesia: diuites & pauperes, potentes, & humiles, reges, atque priuatos pariter commorari, & à pueris paruulis, quos Apostolos intelligimus, & Apostolicos viros, imperitos sermone, sed non scientia, regi in ecclesia. Qui cum inter se disciplina Domini fuerint fœderati, ita vt eorum quoque familiæ coniungantur; tunc complebitur: Simul requiescent catuli eorum. Leo quoq; non carnes comedet, sed paleas: quo scilicet vescatur cibo simplici. Et hic obseruandum, quod non bos carnes, sed leo paleas comedat. Paleas puto in scripturis sanctis verba simplicia intelligi: triticum autem, & interiorem medullam, sensum qui inuenitur in litera: & frequenter euenit vt homines sæculi, mystica nescientes, simplici scripturarũ lectione pascantur. Infans quoque qui malitia paruulus est, mittit manum in foramine aspidis, & de obsessis hominum corporibus fugat dæmones. Qui autem ablactatus est, & nequaquam lacte nutritur infantiæ, sed iam solido vescitur cibo: iste in reguli cauernam mittit manum: hoc est in ipsius Satanæ habitaculum, & inde eum extrahit. Vnde & Apostolis potestas data est, vt calcarent super serpentes, & scorpiones, & super omnem fortitudinem inimici. Nocere autem & occidere nequaquã poterunt venenata prius animalia eos, qui habitauerint in monte sancto Dei: quod interpretatur ecclesia: de quo in euangelio dicitur: *Non potest ciuitas abscondi super montem posita.* Ac ne hoc putemus dici de mõte Sion, iuxta Hebræorum errorem, sequenti versiculo euangelicæ prædicationis sacramenta monstrantur; Quia *repleta est terra scientia Domini*, hoc est illud, quod supra dicebatur obscurius; *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit*: Et iuxta cõsuetudinem suam prophetalia in fine verba pandũtur. *Sicut aquæ*, inquit, *maris operientes*. Quomodo aquæ maris, operiunt profunda maris, hoc est, terrã quæ operta est fluctibus, sic scientia Domini omnis terra complebitur; Quam diuersorum prius morum coniunctionem, etiam beatus Apostolus Petrus in vase linteo, quod de cœlo dimissum est, se vidisse testatur, habente quatuor principia, quæ quatuor mundi plagas intelligimus, vt repletam terrã Dei scientia cognoscamus; In quo vase erant quadrupedia, & serpentes, & bestiæ, & volatilia cœli; vt, quod arca in diluuio, hoc ecclesia præstet in mundo.

a ¶ *Et erit in die illa radix Iesse, & qui, &c. in ipso gentes sperabũt: & erit requies eius honor.*] Pro requie eius, in Hebraico positũ est מנוחתו quod omnes similiter trãstulerunt. Pro honore quoque in Hebræo legitur כבודו, quod perspicue gloriam sonat. Et est sensus: erit mors eius gloriosa, vt impleatur illud quod Saluator in euangelio deprecatur: *pater glorifica me gloria quam habui prius quam mundus esset apud te.* Dictum est de natiuitate eius: dictum est de cæteris in medio sacramentis: venit ad mortem, quæ non consueto mortalium nomine, sed quia in Christo erat vita perpetua, requies appellatur. Nos autem, vt manifestum legenti sensum faceremus, pro dormitione & requie, altero verbo, sed eodem sensu, sepulcrum vertimus. In tempore igitur illo, quando Christi in toto mundo euangelium coruscarit, & repleta fuerit omnis terra scientia Domini, sicut aquæ maris terram operientes, erit radix Iesse, & qui de eius stirpe conscendet insignum omnium populorum: vt videant populi signum filij hominis in cœlo. Qui habet *cornua in manibus suis*, in quibus absconditur fortitudo eius: vt exaltatus omnia trahat ad se.

f menuhatho. g cabod

Luc 10. c

Act 10. b

Matt. 24. c Abac. 3. b Ioan. 12. c

Ioan. 17. a

Siue vt Lxx. trãstulerunt, resurget à mortuis, vt princeps sit omnium nationum, & vniuersæ gentes sperent in eo. Quod etiam Iacob de tribu Iuda mystico sermone testatur: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius: donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium.* Gene. 49. c

HEB.

In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur: & erit sepulchrum eius gloriosum.

SEP.

[a]Et erit in die illa radix Iesse, & qui consurget vt princeps sit gentiũ, in ipso gentes sperabunt: & erit requies eius honor.

b Et erit in die illa: adiiciet Dominus secundo manum suam ad possidendũ residuum populi sui, quod derelinquetur ab Assyriis, & ab Aegypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elam, & à Sennaar, & ab Hemath, & ab insulis maris. & leuabit signum in nationes: & congregabit profugos Israel: & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephraim: & hostes Iuda peribunt. Ephraim nõ æmulabitur Iudam: & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et volabunt in humero Philistim per mare simul prædabuntur filios orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum: & filij Ammon

b ¶ *Et erit in die illa: adiiciet Dominus secundo manum, &c.*] In die illa: hoc est, in illo tempore, de quo & supra dictum est: cum surrexerit radix Iesse in signum populorum, siue, vt dominetur gentium, apponet Dominus secundo manum suam: vt nequaquam iuxta nostros Iudaizantes in fine mundi, cum intrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Israel saluus fiat, sed hæc omnia in primo intelligamus aduentu: Neque enim possumus cum vna dies dicatur & nunc & supra, illam referre ad primum aduentum, & istam ad secundũ, ne per hæc quæ sequuntur & illa quæ præcesserunt ad eum referenda sint Christum, quem Iudæi necdum venisse, sed venturum esse contendunt. Post vocationem igitur gẽtium, quæ quondam in caudam reputatæ sunt, Israel in caudam reputabitur: vt apponat Dominus secundo manum suam, & possideat residuum populi sui, de quo & supra legimus, non omnem Israel, sed reliquias esse saluandas, quæ relictæ fuerint ab Assyriis, & ab Agypto, & à diuersis per circuitum nationibus. Primum enim duodecim Apostoli, & septuaginta & centumuiginti animæ, & quingenti: quibus pariter congregatis Dominus apparuit: deinde tria millia & quinque millia Iudæorum in Dominum crediderunt. Iacobus quoque ad Paulum Apostolum loquitur: qui & ipse de reliquiis erat: *Vides frater quanta millia sint Iudæorum credentium: hi omnes æmulatores legis sunt.* Et in eodem volumine legimus: *Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri timorati, de vniuersis gẽtibus, quæ sub cœlo sunt, qui omnes mirabantur, atque dicebant: Nonne omnes isti Galilæi sunt, & quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Parthi, & Mœdi, & Elamitæ, & habitantes in Mesopotamia, & Syria, Cappadocia, Põto, & Asia, Phrygia & Pamphilia, Aegypto, & Libya, & Cyrene, & aduenæ Romani, Iudæi, & proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus loquentes eos nostris linguis magnalia Dei*, De his igitur vniuersis gentibus per Apostolos Israel reliquiæ saluabuntur. Tradunt ecclesiasticæ historiæ, quod Apostoli in toto orbe dispersi euangelium prædicarint: ita vt quidam Persas Indosque penetrarent: & Aethiopia daret manus suas Deo, & trans flumina Aethiopiæ in Christo munera deferrentur. Ac ne solum orientales populos significare videatur, jungit & reliqua: Et ab insulis maris. Insulas autem maris Occidentalem plagam significat, quæ Oceani ambitu clauditur. Leuabit igitur signum crucis in vniuersas nationes, & de synagogis Iudæorum primum Israel populum congregabit: vt Apostoli præceptum Saluatoris implerent, qui dixerat: *Ite ad oues perditas domus Israel.*

Cap. 10. c

1 Cor. 15. b

Psa. 67. g Soph. 3. b

Denique & Paulus ad incredulos loquitur ex Iudæis *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis Dominus.* Quatuor autem plagas, Oriẽtem & Occidentem, Meridiem & Septentrionem significat: vt per hæc mundi vocatio demonstretur. Eo tempore, inquit Esaias, nequaquam Ephraim, & Iudas, qui nunc me prophetante inter se hostili odio dissident, inimici erunt: sed iuxta Ezechielis prophetiam: duæ virgæ in vnam virgam copulabuntur: & iungentur in Christi ecclesiam qui prius fuerant separati: ita vt in gentibus

Matt. 10. a Act. 13. g

Ezech. 7. b

gentibus communi labore desudent, & volent in humero Philistim per mare: hoc est primũ maritimis prædicent Palæstinis: & per mare volucri cursu peragant ad cæteras nationes: Siue, iuxta Lxx. interpretes, πτασθήσονται ἐν ὤμοις ἀλλοτρίων, διαλεξεται ἐπὶ θαλασσαν φερομένοις, id est, volabunt in nauibus alienigenarũ, mare simul prædabuntur, quod de vnius Pauli Apostoli exemplo intelligamus: qui per Pãphiliam, & Asiam, & Macedoniam, & Achaiã, & diuersas insulas, atque prouincias, ad Italiam quoque, & vt ipse scribit, ad Hispanias, alienigenarum portatus est nauibus. Igitur Ephraim, & Iudas, id est, quæ de duodecim tribubus in Christum crediderunt ex Iudæis, simul prædabuntur orientem: & in Idumæam, & ad Moab extendent manus suas, iuxta illud quod sub persona Dauid Christus mystice loquitur: *In Idumæam extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ seruient.* Hæ enim gentes eo tempore, quo Esaias prophetabat, aduersariæ erant populo Iudæorum: & idcirco nunc dicit, quod, postquã surrexerit radix Iesse, vt regnet in gentibus, & vexillum crucis ob salutem totius orbis fuerit elevatum, tunc etiam Idumæa, & Moab, & filij Ammon, omnis scilicet Arabiæ latitudo, dent Apostolis manus, & in locis idololatriæ Christi ecclesiæ suscitentur.

Act. 14. 19. 2. Cor. 11. c Act. 8. 27. Rom. 15. c

Psalm. 59. b

a ¶ *Et desolabit Dominus linguam maris Aegypti, &c.*] Quomodo Idumæa, & Moab, & filij Ammon tradent manus suas Apostolis, vt obediãt euangelicæ prædicationi: sic ipse Dominus, qui in Apostolis suis illa perfecit, desolabit non mare, iuxta Lxx. sed, iuxta Hebræos, linguam maris Ægyti, quæ prius contra Dominum blasphemabat & superstitioni Ægyptiæ præerat. Vnde in psalmis legimus. *Hoc mare magnum & spatiosum: ibi reptilia, quorum non est numerus.* Quibus infertur: *Draco iste, quem psalmasti vt illuderet ei.* Desolabit igitur, siue interficiet: hoc est, ἀναθεματίσει: vt Theodotio, Aquila, & Symmachus, trans tulerunt, linguam maris Ægypti: & leuabit manum suam super flumina Ægypti in fortitudine spiritus sui, vel spiritu violentissimo, quod regnum intelligimus Romanorum. Regnante enim Cæsare Augusto, quando flos de radice Iesse conscendit, & in orbe Romano prima facta est descriptio, potentissimũ prius regnũ Ægypt. quod multis durauit ætatibus Cleopatræ morte destructũ est, & percussus est amnis Ægyptius in septẽ riuis, siue in septem vallibus. Nilus enim aquarum multarum, qui prius vno fluebat alueo, & intransibilis erat, in septẽ valles humillimas, & riuos diuisus est, atque concisus, vt calciatis pedibus transiretur. Hoc autẽ tropologice significat, quod gẽtem Ægyptiorum intantum idololatriæ & vanissimæ superstitioni deditam, vt accipitres, noctuas, canes & hircos, & asinos diuino nomine consecrarent, de infinita regni potentia per singulos Romani imperii iudices distribuerit: vt alium iudicem habeat Thebe, alium Libya, alium Pentapolis, alium Ægyptus, alium Alexandria, & diuersæ regiones, quas νόμους Ægypti vocant. Properera autem sub metaphora Nilus diuisus in partes est, scilicet in riuos, vt possit absq; vllo impedimento euangelicus sermo discurrere, & ad populos Ægypti vltimos peruenire. Et quo modo temporibus Moysi rubrum siccatum est mare, vt populus de Ægypto fugeret, sic ecõtrario Ægypti flumina siccabuntur, vt reliquiæ populi Dei, quę ab Assyriis & diuersis gentibus saluabuntur, transeant in Ægyptum nequaquam fugientes eam, sed capiẽtes, & suo calcantes pede. Prudens & Christianus lector hanc habeat repromissionum prophetalium regulã, vt quæ Iudæi, & nostri, imo non nostri, Iudaizantes, carnaliter futura contendunt, nos spiritualiter iam transacta doceamus:

Psalm. 103. a

Ioan. 4. b

Ibid. 4. b

Luc. 2. a

ne per occasionem istiusmodi fabularum, & inextricabiliũ iuxta Apostolum quæstionum, Iudaizare cogamur.

2. Tim. 2. d

CAPVT XII.

ET dices in die illa: *Confitebor tibi Domine quoniam, &c.*] Qui prius in solitudine dixeratis, quando ascendistis de terra Ægypti, & mare siccatũ est rubrum: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est:* & reliqua: Nunc percussa lingua maris Ægypti: & flumine illius arefacto, atque concisso, & humiliato, glorificate Dominum, & dicite: Confitebor tibi Domine: quoniã qui iram merui & furorem tuum, misericordiã consecutus sum: tu es enim Saluator meus, id est, Iesus: & nequaquam fiduciam habebo in idolis: nec timebo quæ non sunt timenda, sed tu es fortitudo meo & laus mea, qui factus es mihi in salutem. Audiat sceleratissima hæresis, factum Dominum iis, qui saluantur, & quorum prius Dominus non erat: vt creationem in scripturis sanctis, atque futurã, non semper conditionem eorum, quæ non erant, sed interdum gratiam in eos, qui meruerint sibi Deum fieri, intelligamus.

Exod. 15. c

c ¶ *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.*] Quę supra, Emmanuel, deinde, spolia detrahe, festina prędari, & reliquis appellarat nominibus ne videretur alter esse præter eum, quem Gabriel virgini nunciauit, dicens: *Et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum.* Nunc vocat Saluatorem, & de eius fontibus aquas prædicat hauriendas, nequaquam de aquis fluminis Ægypti, quæ percussæ sunt, neque de aquis fluminis Rasin, sed de fontibus Iesu hoc enim Hebræorum lingua Saluator exprimitur. Vnde & ipse clamabat in Euangelio, *Qui sitis, veniat ad me, & bibat. Qui crediderit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Hoc autem inquit euãgelista dicebat de spiritu sancto, quem credentes in eum accepturi erant. Et in alio loco ipse loquitur euangelii: *Qui biberit de aqua, quam ego dedero ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Fontes Saluatoris, doctrinam intelligamus euangelicam, de qua in sexagesimo septimo psalmo legimus: *In ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel.*

Matt. 11. a

d ¶ *Et dicetis in illa die: confitemini Domino, & inuocate, &c.*] Hæc præcipiuntur ab Apostolis & reliquis Israel, iis, qui de gentibus crediderunt: vt soli confiteantur Domino & idolis derelictis, inuocent nomen eius: & cuncta opera eius prædicent infidelibus: vt sciant, quoniam solus excelsus est: cui cantandum sit, quod magnifice fecerit, & in omni orbe illius misericordia prædicetur.

e ¶ *Exulta & lauda habitatio Sion.*] Primum dicẽdum iuxta literam: O habitatio Sion, exulta & lauda Deum tuum: quod qui tuus ante videbatur Deus, & modicis Iudææ terræ claudebatur angustijs, nunc repleuerit omnem terram scientia sua, & de morte consurgens, regnet in gentibus & ipsum nationes deprecentur atque adorent, ita duntaxat, vt adiiciat secundo manum suam ad possidendum quod reliquum est populi sui, & congregandos profugos Israel & dispersos Iuda à quatuor plagis terræ: quia seminarium euangelij per Apostolos, qui ex Iudæis erant, processit à fontibus Israel. Melius autẽ est, vt Sion, id est, speculam in sublimibus collocatam, interpretemur ecclesiam: De qua & quinquagesimus psalmus canit: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem: vt acceptabile fiat in ea Deo sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta*, & vitulus quem filio pœnitenti pater clementissimus immolauit.

Luc. 15. f

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN QVINTVM COMMENTARIORVM
ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM
PROOEMIVM.

LVRES anni sunt, quod à sanctæ memoriæ viro Amabili episcopo rogatus, vt in decem Esaiæ scriberem visiones, pro angustia illius temporis, quid mihi videretur in singulis, breui sermone perstrinxi historiam tantum quod petebat edisserens: nunc à te φιλοπωγωνίτη Eustochium cogor in totum prophetam commentarios scribere: & interim orationibus tuis ad Babylonem vsque peruenimus, quæ prima decem visionum est: de quibus ante iam dixi. Superfluum autem mihi visum est, aut eadem rursus iterare, aut in vno opere diuersas sententias promere. Vnde quintus in Esaia hic liber erit: qui quondam solus editus est: quo ad calcem vsque perlecto, sexti voluminis iuxta tropologiam arripiemus exordium, & eadem te Dominum deprecante, spiritalis intelligentiæ culmina persequemur.

EIVSDEM AD AMABILEM EPISCOPVM in explicatione decem visionum Esaiæ Prologus.

HVcusque Papa Amabilis, columen charitatis & nomen, ac mihi omnium, quos terra genuit, amantissime, per literas flagitabas, vt tibi decem visiones, quæ in Esaia obscurissimæ sunt, historica expositione dissererem, & omissis nostrorum commentariis, qui varias opiniones secuti, multa volumina condiderunt, Hebraicam panderem veritatem: neque retractantem, & molestissimum explanationis genus in tempus aliud differentem, sæpissime commonebas. Hoc autem anno misisti filium nostrum, Heraclium diaconum, qui me manu conserta in ius vocaret, & promissum per momenta exigeret. Quid igitur faciam? subeamne opus, in quo viri eruditissimi sudauerunt? Origenem loquor, & Eusebium Pamphili: quorum alter liberis allegoriæ spatiis euagatur, & interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit ecclesiæ sacramenta: alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliuiscitur propositi, & in Origenis scita concedit. An taceam, & aperte huius generis expostionē nescire me dicam? & quando tibi potero persuadere me non potuisse magis, quam noluisse: quorum alterum imbecillitatis est, alterum superbiæ. Quibus adactus causis, malui à te ingenium meum quam voluntatem quæri: breuiterque adnotabo, quæ didici, fundamenta iaciens scripturarum. Cæterum, si aut tu volueris, aut spatium fuerit, & voluntati nostræ Christus annuerit, spirituale supra struendum est ædificium: vt, imposito culmine, præfecta ecclesiæ ornamenta monstremus. Proposuisti de Esaia visionem Babylonis, & Philistim, Moab, & Damasci, Aegyptique & deserti maris, & Idumeæ, & Arabiæ, & vallis visionis, & Tyri: quas si latius nitat exponere, multis libris opus erit & exactoris mei nauigatio in annum alterum differetur. Itaque vt vis singulis testimoniis breues sententiolas coaptabo: vt non tam exponam quid sentiam, quam paucis verbis tibi sentienda dimittam. Dictamus hæc, non scribimus, currente notariorum manu currit oratio. Nolumus enim nostra laudari, sed prophetæ dicta intelligi: nec iactamus eloquētiam, sed scientiam quærimus scripturarum. Incipiamus ergo à Babylone.

COMMENTARIORVM
HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM
LIBER QVINTVS.

CAP. XIII.

a massa.

ONus Babylonis quod vidit Esaias filius Amos.] Verbum Hebraicum a משא vel onus vel pondus intelligi potest. Et vbicunque præpositū fuerit, minarū plena sunt quæ dicuntur. Vnde miror Lxx. translatores in re tristi voluisse ponere visionē: sed de hoc alias. Nunc, quod cœpimus, exequamur. Babylō fuit metropolis Chaldæorū: cuius rex Nabuchodon. cunctis vsque ad Æthiop. gentibus superatis, inter cæteras vastauit & Iudæā: diuq; obsessā Hierusalē vndecimo anno cepit regni Sedechiæ: quē & ipsū captū duxit in Antiochiā, quæ tunc vocabatur Reblata: ibique coram patre filiis interfectis, oculos Sedechiæ iussit auferri: excæcatumque misit in caueam, & in ritum ferarum traxit in Babylonem, completo vaticinio Hieremiæ, quod canebat: In trabis in Babylonem, & non videbis eam. Ad consolationem ergo populi Iudæorum Babylonis ruina prædicitur: quod quomodo Niniue metropolis Assyriorum, quorum reges Phul, & Theglathphalasar, & Salmanasar, & Sennach. decē tribus ceperant, Chaldæo vastante, subuersa est: ita etiā hæc, quę contra Deū superbierit, Mœdorū atq; Persarum impetu subuertatur.

NVs Babylonis quod vidit Esaias filius Amos. b In montem caliginosum eleuate signum: exaltate vocem; leuate manum. Et ingrediantur portas duces: ego mandaui sanctificatis meis: & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea a Vox

b nispe.

Hiere.c.13.f

Infra. d

Hier.25.50.

a ¶ *Vox*

a ¶ *Vox multitudinis in montibus, &c.*] Mœdorū atq; Persarum describitur impetus, quod multis secum auxiliis congregatis, domino eorum exercitū precedente, ad vastitatem veniant Babilonis, vt disperdant omnem terram non quod totum orbem vastauerint, sed omnem terram Babylonis & Chaldæorū. Idioma est enim sanctæ scripturæ, vt omnē terrā illius significet prouinciæ, de qua sermo est, quod quidam non intelligentes, ad omnium terrarum subuersionem trahunt.

b ¶ *Vlulate. &c.*] Apostropha it ad populum Chaldæorum, vt ventura mala fletibus resonent, nec de ruina ambigant ciuitatis, cum dominus vastator aduenerit.

c ¶ *Propter hoc omnes man⁹, &c.*] Hoc expositione nō indiget, sed breuiter indicatur quod tantū malorum pondus incumbat, vt pugnatorū Babylonis soluantur manus, & cor pauore langueſcat, & in morē parturientiū fœminarū dolor torqueat viscera, & vnusquisq; alterius quærat auxilium luridam facie pallore circunferēs: naturale est enim vt imminentibus malis, alios sapere plus putemus.

d ¶ *Ecce dies domini, &c.*] Crudelē diē vocat nō merito sui, sed populi. Non est enim crudelis, qui crudeles iugulat, sed quod crudelis patientibus esse videatur. Nā & latro suspensus patibulo, crudelē iudicem putat. Simulque solitudo & vastitas terræ Babyloniæ nunciatur, & causa vastitatis exponitur, quod propter accolas eius hæc omnia fiant.

c Cesile.

c ¶ *Quoniā stellæ cæli, &c.*] Verbū Hebraicum, c כסיל Lxx. ὡρίωνα transtulerūt. Hebræus, quo ego præceptore vsus sum, Arcturum interpretatus est. Nos generaliter sequentes Symmachum, stellas diximus. Est autē sensus: quod cū dies Domini crudelis aduenerit, & furor eius vniuersa vastarit, præ timoris magnitudine mortalibus cūcta tenebrescant: & sol ipse, & luna, astraque rutilantia suum videantur negare fulgorem. Vnde & cœlum sacco induitur, quod scilicet tenebræ cuncta operiant, & prementibus malis nihil aliud sentiant, homines, nisi quod mens videre compellit.

d Tebel.

f ¶ *Et visitabo super orbis, &c.*] Ex hoc loco & ex superiore vbi scriptū est, quod obtenebrescat sol in ortu suo, & luna caligine cōpleatur, & stellæ fulgorē retrahāt, & totius orbis iniquitas vilitetur. Quidā putāt nō de Babylonis ruina, sed de mūdi cōsummatione prædici: cum vtiq; secundū superiora, & orbis qui Hebraice dicitur d תבל & Græce ὁ οἰκουμένη, Babylon intelligenda sit. οἰκουμένη enim lingua nostra habitata sonat: & habitata propter ingētē populi multitudinem Babylon dicitur, vt vbi prius fuerat innumerabilis turba populorum, ibi sit vastitas, & habitatio bestiarum.

g ¶ *Pretiosior erit vir, &c.*] Causa manifesta, quare Deus visitet οἰκουμένην, id est Babylonis mala, vt habitatore deserta redigatur in solitudinē. Pretiosum autē dicitur omne quod rarum est: quomodo & supra iuxta historiam pro hominum raritate apprehendere legimus septem mulieres virum, dicentes: *Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrū.* Et in Samuelis volumine continetur: *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis*, id est rarus. Nota quod in Hebraico pro generali auro e זהב, pro obrizo f אופיר scriptum est.

Sup.4.a

1.Reg.3.a

e paz.

f Ophir.

h ¶ *Super hoc cælū, &c.*] Vel eo sensu accipe, quo supra de stellis, & sole, & luna, & orbe exposuimus: vel ἐκ προσλήψεως, quod ab indignatione Dei, & cœlum triste sit, & terra moueatur, elementa quoque omnia irā creatoris agnoscāt.

i ¶ *Eterit quasi damula, &c.*] Babyloniū significat & Chaldæorum populum, quod ita pauidus ad irruptionē Mœdorum Persarumque fugiat, quasi damula & ouis rugitum leonis, & vlulatum lupi: nec habeat defensorem, aut principē, cuius sequatur imperiū.

k ¶ *Vnusquisq; ad populū suū &c.*] Postquam capta fuerit Babylō, & per portas eius intrarit hostilis exercitus, cuncta auxilia & diuersarum gētium turmæ, quibus prius ciuitas defensabatur, ad suas prouincias reuertentur.

l ¶ *Omnis, qui inuentus fuerit. &c.*] Qui nō fugerit, mucrone ferietur, qui vero aut resistere voluerit, aut reuerti, in tātū captæ vrbi nō proderit, vt ipse quoq; sanguinem fundat.

m ¶ *Infantes eorum allidētur, &c.*] Hoc est quod Dauid in spiritu prophetat: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Tāta erit vrbis vastitas, & victorum sæuitia, vt nec innoxiæ parcatur ætati, vt cūctæ domorū diripiantur opes, & in conspectu maritali vxorum violetur pudicitia.

Psal.135.b

n ¶ *Ecce ego suscitabo super eos Mœdos, &c.*] Apertū est quod latebat: quod nequaquā fortes & gigantes angeli intelligēdi sunt, & dæmones, sed Mœdorū gēs: quorū princeps Darius primus Babyloniorū destruxit imperiū, occisor Baltasar nepote Nabuchodonosor, qui Euilmerodach filius fuit. Tantam autem scribit Mœdorum Persarumque sæuitiam, vt ardore sanguinis effundendi, aurū argentumque contemnant, & oblatas opes pro luto reputent.

Dan.5.

o ¶ *Sed sagittis paruulos, &c.*] Interficiētur paruuli, quorum vulnera erunt non minora, quam corpora, & prægnantium vteri secabuntur, elidenturque infantes, & ad vbera pressos filios crudelis victor occidet.

p ¶ *Et erit Babylon illa, &c.*] Audiuimus Mœdos, audiuimus Babylonem, audiuimus inclytam in superbia Chaldæorum, nolumus intelligere quod fuit, & quærimus audire quod non fuit. Et hæc dicimus, non quod tropologicam intelligentiam condemnemus, sed quod spiritualis interpretatio sequi debeat ordinem historiæ, quod plerique ignorantes, lymphatico in scripturis vagantur errore. Vsque in præsentem ergo diem prophetia Babylonis expletur & sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram, sic & ista subuersa non habitabitur in æternum. Pro illa enim Seleu-

ciam & Ctesiphontem vrbes Persarum inclytas fecerunt.

q ¶ *Nec ponet ibi, &c.*] In tantum Babylō vastata erit, atq; deserta vt ne ad pascua quidem armentorū & pecorū vtilis sit. Nō enim tēdet ibi Arabs Saracenusq; tētoria, nec pastores post vestigia gregū fessi labore quiescent: sed inter parietinas & angustias veterum ruinarū habitabūt [a] ציים quod soli, Lxx. θηρία, id est, bestias transtulerūt. Alij ipso nomine, quod apud Hebræos scriptū est, volētes genera dæmonū intelligi, vel phantasmata. Et replebūtur, inquit, domus vt nos diximus draconibus vt Aquila trāstulit, typhonibus: Symmachus [b] אחים, ipsum verbū Hebraicū exprimens. Lxx. vero & Theodotio ὀνόκενταυρους, id est, clamores vel sonitus interpretati sunt. Quodque sequitur: Pilosi saltabunt ibi, vel incubones vel satyros, siluestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos sicarios vocāt aut dæmonū genera intelligūt. Pro vlulis quoq; omnes ipsum verbū Hebraicū [c] איים: soli Lxx. onocentauros transtulerūt, Syrenæa. [d] תנים vocātur, quas nos aut dæmones aut monstra quędā, vel certe dracones magnos interpretati sum⁹, qui cristati sunt, & volantes. Per quæ omnia vastitatis & solitudinis signa monstrantur: quod tanta sit depopulatio vrbis quōdā potentissimæ vt præ multitudine dæmonū ac bestiarum nullus in eam audeat pastorū, id est, deserti appetitor intrare. Didicimus à quodam fratre Elamita, qui de illis finibus egrediēs nunc Hierosolymis vitā exigit monachorum, venationes regis esse in Babylone, & omnis generis bestias murorum eius tantum ambitu coerceri.

a Sium.

b Ohim.

שעירים

c Iim.

d Tannim.

CAP. XIV.

PRope[a] est vt veniat tempus eius: & dies eius non elongabuntur. Miserebitur [b] enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel: & requiescere eos faciet super humū suā. [c] Adiūgetur aduena ad eos: & adhærebit domui Iacob & tenebunt eos populi: & adducēt eos in locū suū: & possidebit eos dom⁹ Israel super terrā domini in seruos & ancillas: & erūt capiētes eos qui se ceperant & subiiciēt exactores suos. [d] Et erit in die illa cū requiē dederit tibi domin⁹ à labore tuo, & à cōcussione tua, & à seruitute tua dura qua ante seruiuisti: sumes parabolā istā cōtra regē Babylonis, & dices: [e] Quomodo cessauit exactori: requieuit tributū: Contriuit dominus baculū impiorū, virgam dominantiū cædentem populos in indignatione: plaga insanabili subiicientem in furore gētes: persequentem crudeliter: conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est, & exultauit. [f] Abietes quoq; lætatæ sunt super te & cedri Libani: ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos. [g] Infernus subter te cōturbatus est in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes: omnes principes terræ surrexerūt de solijs suis: cūcti principes nationum: vniuersi respondebunt & dicent tibi. [h] Et tu vulneratus es sicut nos, nostri similis effectus es: detracta est ad inferos superbia tua: cōcidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. [i] Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris, corruisti in terrā qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. In cælum ascendā, super sydera Dei exaltabo solium meū, sedebo in mōte testamēti in laterib, aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. [k] Veruntamen ad

Soph. 3.6

1. *Esdr. 3.a Aggæ. 1. 2. Zach. 1.d*

Iudith. 9. Iudith. 13.b

Cap. XIV.

[a] *Prope est vt veniat tempus eius &c.*] Instare dicit tempus, quo ab hostibus capienda sit. Post captiuitatem, quippe Hierusalem non multum tempus in medio, & à Medis Persisque vastata est.

b ¶ *Miserebitur eū dominus, &c.*] De hoc Sophonias plenius loquitur: *Lauda filia Sion, iubila Israel, lætare & exulta in omni corde filia Hierusalē: quia abstulit dominus iudicium tuū: auertit inimicos tuos.* Significat autē tempus quo Cyrus rex Persarum captiuum populum Hierusalem redire permisit. Lege Ezdræ librum, Aggeum & Zachariam, quando sub Zorobabel & Iesū sacerdote magno, & Ezdra & Neemia altare, templum, murique vrbis extructi sunt.

c ¶ *Adiūgetur aduena, &c.*] Multos de diuersis gentibus cum populo Iudæorum Hierusalem venisse coniicimus, credentes Deo Israel, & errorum idola relinquētes. Quod autem reducti sint ad literas regis, & acceperint munera & impensas templi, nulla dubitatio est: In hoc solum artari videtur intelligentia, quomodo possederit Israel in terra domini victores quondam suos, & subiecerint exactores, seruosque eos habuerint & ancillas, nisi forte συνεκδοχικῶς totū intelligamus ex parte, quod tātæ postea felicitatis fuerint vt de diuersis quoq; per circuitum gentibus sibi seruorū & ancillarum familias compararint. Potest & in Assueri temporibus intelligi, quando occiso Holoferne hostilis ab Israel est cæsus exercitus. Quod hæreo literæ, & in morem serpentis terram comedo, tuæ est voluntatis, qui historicam tantum interpretationem audire voluisti.

d ¶ *Et erit in die illa, &c.*] Sermo dirigitur ad Israelem, quod postquam reuersus fuerit Hierusalem, & iugum seruitutis excusserit, recordetur potentiæ quondam Nabuchodonosor, & culminis Babylonij, miserabilique cum voce deploret, quia ad tantam venerit calamitatem, vt hostibus quoque suis dignus miseratione videatur.

c ¶ *Quomodo cessauit exactor, &c.*] Vox ista plāgentis & miserātis est Israelis: quomodo Dominus quondā victorque terrarū, & tributis cuncta depopulans, repente cōtritus sit & redactus in nihili. Ille inquā, qui fuit baculus impiorū, qui sceptrum & virga regalis omnes furibunde percutiens, cuius plaga nō poterat sustineri: qui fugientes quoque crudeliter persequebatur, quomodo cōquieuit & humiliatus est, & ad ruinam eius omnis terra cōsiluit: vocem tantum lætitiæ gestientis emittens.

f ¶ *Abietes quoque lætatæ, &c.*] Per abietes & cedros Libani, principes gentiū intellige: qui Nabuchodonosor percutiente succisi sunt, qui & ipsi in vocem lætitiæ prorumpētes dicunt: ex quo ad inferna deductus es, null⁹ alius potuit inueniri, qui magnos potētesque succideret.

g ¶ *Infernus subter, &c.*] Hæc ἐμφατικῶς legenda sunt & scenæ modo, non quo facta sint, sed quod fieri potuerint, nisi forte animas regū, quos interfecerat, insultantes regi Babylonio occurrisse credimus. Solatium enim malorum est, cum inimicos viderint eadem sustinere.

h ¶ *Et tu vulneratus, &c.*] Sermo potentium & principum terræ, quos supra cedros & abietes appellarat, ad regem Babylonium dirigitur in inferis constitutum. Iam non dolemus nos fuisse succisos, cum & tu eadem securi corrueris. Omnis potentia tua, & in cœlum eleuata superbia, ad terram detracta est. Ergone & tuum cadauer tineam sustentabit, & scatentium operiet vermium multitudo? Scenties per mortem, hominis vilitatem, qui Dei in te potentiam præferebas.

i ¶ *Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, &c.*] Pro eo quod nos interpretati sumus ob facilitatem intelligentiæ: *quo modo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris*: In Hebraico, vt verbū exprimamus ad verbum, legitur: *quomodo cecidisti de cœlo, vlula fili diluculi.* Significat autē aliis verbis Lucifer, & dicitur ei, quod flere debeat & lugere, qui quondā sic fuerit gloriosus, vt fulgori luciferi comparatus sit. Sicut, inquit, lucifer discutiens tenebras, ardens & rutilus illuxerit, sic & tuus progressus in populos, & publicum claro syderi similis videbatur, sed cecidisti in terram gentium vulnerator, qui per superbiam loquebaris: tantam potentiam consecutus sum, vt cœlum mihi restet & sidera: vt sub pedibus meis superna debeant subiacere. Quanquā Iudæi cœlum & astra Dei se velint intelligi, ex eo quod sequitur: sedebo in monte testamenti, id est, in templo, vbi Dei iura sunt condita: & in lateribus aquilonis, id est, in Hierusalem. Scriptum est enim. *Mons Sion latera aquilonis.* Nec sufficerat superbiæ eius desiderare cœlestia, nisi ad tantam prorupisset insaniam, vt Dei sibi similitudinem vindicaret.

k ¶ *Veruntamen ad infernum detraheris, &c.*] Qui per superbiam dixerat: In cœlum ascendam, ero similis altissimo, non solum ad infernum, sed ad inferorū vltimum detrahitur. Hoc enim significat laci profunditas, pro quo in

Psal. 47.a

euangelio *tenebras exteriores* legimus, *vbi est fletus & stridor dentium.*

Luc. 13 f

a ¶ *Qui te viderint, ad te inclinabuntur, &c.*] Et hæc vox insultantium est atque mirantium, quomodo vastator omniū & ipse vastatus sit. Quod autem ait, vinctis eius non aperuit carcerem: magnitudo crudelitatis & impietatis exprimitur: vt etiā vinctos teneret in carcere, & nō sufficerent miseris catenæ, nisi illos & tenebrarum horror includeret.

b ¶ *Omnes reges gētium vniuersi dormierūt, &c.*] Narrant Hebræi huiuscemodi fabulā, Euilmerodach, qui, patre suo Nabuchodonosor viuēte per septē annos inter bestias ante regnauerat, postquā ille restitutus in regno est, vsque ad mortē patris cū Ioachim rege Iudæ in vinculis fuit: quo mortuo, cū rursus in regnum succederet, & nō susciperetur à principib. qui metuebāt ne viueret qui dicebatur extinct⁹, vt fidē patris mortui faceret, aperuit sepulchrū, & cadauer eius vnco & funib. traxit. Et est sensus: Sepultis omnibus, qui à te interfecti sunt, tu solus insepult⁹ iacebis. Alij vero locū istum sic interpretātur: Omnes animæ apud inferos aliquā requiē accipient, tu solus in extremas tenebras relegaberis. Omnium enim operieris sanguine, & vniuersorum te cruor premet, velut obuolutum sanie mortuorū. Symmachus hunc locum sic transtulit, etiā cum iis qui occiduntur in bello, nō mereberis habere consortium sepulturæ: Pro eo autem quod nos diximus, quasi stirpis inutilis, & in Hebræo legitur [a] נצר נתעב Aquila interpretatus est, quasi sanies polluta. [b] נצר autē proprie virgultū appellatur, quod ad radices arborū nascitur, & quasi inutile ab agricolis amputatur: possum⁹ id ipsū sanies tabemq; intelligere: Simulq; discimus quod infernus sub terra sit dicente scriptura: Vsque ad fundamenta laci.

a Cenether niehab

b Neter.

c ¶ *Tu enim terrā tuā disperdisti, tu populū tuū occidisti.* Lxx. interpretes qui dixerunt. διότι σὺ γῆν μου ἀπώλεσας καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας, id est, quia terrā meam perdidisti, & populum meum occidisti, qui dicant, nulla dubitatio est, terrā enim Iudæam & populum eius Israel Nabuchodonosor interfecit, & perdidit. Iuxta Hebraicum difficilis intellectus est: quomodo terram suam perdiderit, & populum suum occiderit, nisi forte hoc sensū accipiendum est: eos, quos tibi Deus in correptionem dederat, tu penitus perdidisti. Vel aliter: Antiquum Assyriorum regnum, te multum superbiente, & eleuante contra Deum ceruicem tuam, omnino destructum est. Si enim te egisses humiliter, & scisses mensuram tuam, Assyrius & Babylonius hucusque regnaret. Sine hoc modo, tam crudelis fuisti in externos, vt etiam subiectos tibi populos furibundus opprimeres.

d ¶ *Non vocabitur in æternū semē pessimorum, &c.*] Omnes historiæ cōsentiūt quod, occiso Baltasar, nepote Nabuchodonosor, & succedēte Dario in regnū Chaldæorū, nullus de Nabuchodonosor deinceps stirpe regnarit. Hoc ergo scriptura prædicit, quod in tantā Babylon veniet vastitatem, vt etiā de semine regio nullus remaneat, sed propter impietatē patris omnis soboles deleatur. Pro eo autem quod nos in vltima parte sententiæ transtulimus: neque implebunt facies orbis ciuitatum, in Hebræo scriptum est pro ciuitatibus עריו: quod nos transferre possumus, & aduersarios: vt sit

Isaiæ.

fernum detraheris in profundum laci. a Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient (subauditur dicentes:) Nunquid iste est vir qui conturbauit terram: qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit vinctis eius non aperuit carcerem? b Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autē proiect⁹ es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderūt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum non habebis consortium: neque cum eis in sepultura. c Tu enim terram tuam disperdisti, tu populum tuum occidisti. d Non vocabitur in æternum semen pessimorum: præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorū, non cōsurgent nec hæreditabunt terram: neque implebunt facies orbis ciuitatum. e Et consurgam super eos dicit dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen & reliquias & germen & progeniem: dicit dominus. Et ponam eam in possessionem heritij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. f Iurauit dominus exercituum, dicens: si non vt puraui ita erit, & quomodo mente tractaui sic eueniet, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes, Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta: & quis auertet eam? g Anno quo mortuus est rex

Herod. lib.

4. Reg. 19 g Isa. 37. g

[c] *Et consurgā super eos, dicit Dominus exercituū, & perdam Babylonis nomē, &c.*] Babylonē fuisse potentissimam, & in cāpestribus per quadrū sitā, ab angulo vsque ad angulū muri quindecim millia tenuisse passuū, id est, simul per circuitum quadraginta octoginta stadia, refert Herodotus, & multi alij, qui Græcas historias conscripserūt. Arx autē id est. Capitoliū illius vrbis, est turris, quæ ædificata post diluuiū, in altitudine quatuor millia dicitur tenere passuum, paulatim delato in angustias coarctata, vt pōdus imminēs facilius à latioribus sustētetur. Describūt ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidib. auroque fulgentes, & multa alia, quæ pene videantur incredibilia. Hoc totū narrauimus, vt ostenderemus, quod ad iram Dei omnis potentia puluis sit, & fauillæ, & cineri cōparetur. Si liceret introire barbaras nationes, & videre tātæ vrbis extrema vestigia, viderem⁹ possessionē heritij, & paludes aquarū, & vere cōpletum esse quod nunc Esaiæ vocibus canitur: Scopabo eam in scopa terēs, exceptis enim muris cōctilibus, qui propter bestias cōcludendas post annos plurimos instaurantur, omne in medio spatium solitudo est.

f ¶ *Iurauit Domin⁹, &c.*] Reuertitur ad præsentia, hoc est ad Sennacherib regem Assyriorū, qui Samariam Iudæamq; vastauit: & excepta Hierusalē deleuit per circuitū omnia: & longe post futuris vicina consociat, vt imminens auferatur metus, quia dicere poterant audientes: Nos præsentem perpetimur obsidionē iste multis post sæculis ventura promittit. Est igitur ordo prophetiæ, quāquā post annos plurimos Babylon destruēda sit, & omne penitus stirpis Assyriorū & Chaldeæ seminariū disperdendū, tamē vt non timeatis vicinā captiuitatē, iurat Dominus: cui etiam non iurāti credendū est, quod sua æstimatio non fallatur, & quod mente concepit, irritum non fiat. Hoc autē humano loquitur affectu, quod scilicet nō fallatur, qui falli nō potest. Conterā, inquit, Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcabo eum. Vna enim nocte centū octoginta quinque millia exercitus Assyriorum angelo vastante deleta sunt. Et auferebatur ab iis, qui obsidebātur in Hierusalē, iugū ei⁹, & graue imperiū, quod omnib⁹ imminebat, & pōdus quo premebātur, in ipsum potiꝰ retrudetur. Fugiēte enim Assyriorū rege in terrā suā, liber cū populi reliquiis egress⁹ est Ezechias.

4. Reg. 19 g Isa. 37. g

g ¶ *Hoc consiliū, &c.*] Hoc loco quidā arbitrātur generaleme esse contra omnem orbē prophetiā, & quod vastitas Babylonis & Assyriæ ciuitatis, typ⁹ sit cōsummationis mūdi. Quibus nequaquā contradicimus, dum sciamus hic omnē terrā Assyriorū proprie significari, & vniuersas gentes socias regis Assyrij demonstratas. Quidquid autem à domino decretum est, nullius virtute prohibētur. Et extentam manum eius & ad percutiendum paratam, nemo poterit coercere.

h ¶ *Anno, quo mortuus est rex Achaz, &c.*] Quatuor reges Iudææ titulo prophetæ legimus esse præpositos, Oziā, Ioathā, Achaz, & Ezechiā, singulos sibi ordine & sobole succedentes: quorum, Oziam, mortuum supra legimus, referente

Esaia: *Anno, quo mortuus est rex Oziæ, vidi dominũ sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatum.* Ex quo intelligimus & visionem sedentis domini, & ea quæ præcipiuntur prophetæ, vsq; ad eum locum vbi scriptum est. Sicut terebinthus & sicut quercus quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit germen eius: sub Ioathã, rege prophetarum. Tertius succedit Achaz, filius Ioathã, filij Oziæ regis Iuda: sub quo ascendit Rasin, rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ, rex Israel, in Hierusalem, ad præliandũ contra eam; & reliqua, quæ scriptura commemorat. Igitur sub Achaz vsq; ad præsentẽ locum, quem nũc exponere nitimur, omnia, quæ in medio posita sunt, vaticinata cognoscimus: quo mortuo quartus, id est vltimus, succedit Ezechias: sub quo omnis vsque ad finem texitur liber.

Sup.7.a

a ¶ *Ne læteris Philistæa, &c.*] Naturale est, quod dicimus: Mortuo rege aduersarũ gentiũ, semper lætãtur inimici: ex rebus nouis bella ciuilia & seditiones ac regnandi imperium præstolantes. Mortuo igitur Achaz peccatore, qui ambulauerat in viis regum Israel, & cognatione eis fuerat copulatus, intelligimus Philistæos è vicino fuisse lætatos, & insultasse Israeli, quod maturo rege perdito, Ezechiæ iuueni subiacerent. Philistæos autẽ vt supra diximus, Palæstinos significat: quos alienigenas vulgata scribit editio, cum hoc nõ vnius gentis, sed omniũ externarũ gentium vocabulũ sit. Ne, inquit, læteris ô Philistæa, ne insultes populo meo, quod percussoris tui Achaz virga confracta sit, quod baculus, qui te ferire solitus erat, videatur morte cõtritus: quod coluber interfecẽ, pro hoc enim nocẽtior nascetur Ezechias regulus, quẽ Græci vocant basiliscum, qui te suo aspectu interficiat, & spiritu oris occidat. Quo modo enim nulla auis reguli aspectũ poterit illæsa trãsire, sed quãuis procul fuerit, eius ore sorbetur: ita & à conspectu regis Ezechiæ totus peribit. Et pulchre seruauit metaphorã, quia enim serpentem & regulum nominarat, ore eius & spiritu dicit volucres deuorari. Quod autem nullus regum Iuda sic percusserit Philistiim, quo modo eos depopulatus est Ezechias, audi regum librum: *Ipse percussit Philistiim vsque ad Gazam, & vsque ad terminos eius, à turre custodum vsque ad vrbes munitas.* Pro eo autem quod nos transtulimus, absorbens volucrem, & in Hebræo scriptum est שרף מעופף interpretari potest, serpens volans: Vt sit sensus: De radice colubri nascetur regulus, & fructus illius, id est, reguli serpens volans, vt draconem volantem intelligas.

4.Reg.18.b

b ¶ *Et pascentur primogeniti pauperũ, &c.*] Cum te percusserit regulus, & draco volans tuos terminos deuastauerit, nequaquam insidiaberis Iudæ, & pauperculum populum meum tua fraude terrebis: sed pressus propriis angustiis, flebis calamitatem tuam: humiles autẽ & pauperes, qui nõ in diuitiis & in potẽtia, sed in meo nomine cõfidebãt securа pace requiescent, & nullius hostis impetũ formidabunt.

c ¶ *Et interire faciam, &c.*] Totũ per figuras loquitur. Est autẽ sensus: quod, populo Dei fiducialiter requiescente, ficcetur radix Philistiim, & omnes reliquiæ consumantur.

d ¶ *Vlula porta, &c.*] Portã vocat pro iis, qui in porta sũt: & ciuitatem pro habitatoribus ciuitatis, sermonẽ quoque dirigit ad vrbes Palæstinorum, quod ciulare debeant, & lugere, veniente Sennacherib, & torrentis modo cũcta vastãte. Sub rege enim Ezechia venit Assyrius, & inter cæteras nationes vastauit Philistæos. Ad quos loquitur Hieremias. *Ecce aquæ ascendent ab aquilone: & erunt quasi torrens inundans: & operient terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitatores illius.* Ab aquilone enim venit Assyrius, & de eius ardore egredientes, Niuium & nationes cæteras subiugantes. Eo tempore, quo hæc canebantur, fumus ascẽdebat in excelsum, id est rumor in populos vagabatur per ordinem cunctarum gentium, Phœnices quoque & Palæstinos esse vastandos.

Hier.47.a

e ¶ *Quid respondebitur nunciis gentis, &c.*] Quia dixerat: nullus est, qui effugiat agmen eius, videbatur in generali sententia etiam Iudæos esse comprehensos. Si, inquit, quæsierint angeli gentis Assyriæ, quare solus Iudas euaserit: respondete eis: quia Dominus fundauerit Sion, & ipse humilem populum suã virtute protexerit. Pro angelis Lxx. trãstulerunt ἔθνεσι, id est reges, vnius litteræ ℵ errore decepti.

Achaz, factum est onus istud. a Ne læteris Philistæa omnis tu: quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus: & semen eius absorbẽs volucrẽ b Et pascentur primogeniti pauperum: & pauperes fiducialiter requiescent c Et interire faciam in fame radicem tuam & reliquias tuas interficiam.

Cap. XV.

d Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philistæa omnis. Ab Aquilone enim fumus venit, & nõ est qui effugiat agmẽ eius. e Quid respõdebitur nunciis gentis. Quia dominus fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

ONus Moab. Quia nocte vastata est, Ar Moab conticuit: quia nocte vastatus est murus, Moab conticuit. f Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum: super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit g In cũctis capitibus eius

Hier.48.g

אשבון

Ibidem.

ודון

Beor: qui conduxit hariolum Balaam de Mesopotamia, vt malediceret Israel: vbi & initiatus est populus Beel phegor. Huius Metropolis ciuitas עי, quæ hodie ex Hebræo & Græco sermone composita Areopolis nuncupatur, non, vt plerique existimant, quod ἀρὸς Θεοῦ, id est Martis, ciuitas sit. Interpretatur autem Ar & ἀνηρ ἀνδρῶν, id est aduersarius. Quantæ autem fuerit potentiæ, Hieremias testatur dicens: *Non est vltra exultatio in Moab.* Et iterum: *Habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis.* Et iterum: *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua: & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit: & idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.* Et in eodem loco: *Quomodo fracta est virga fortis, baculus gloriosus?* Et post modicum: *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis illius ego scio, ait Dominus, & iactantiam eius.* Sicut ergo contra Babylonem & Philistiim propheta vaticinatus est, quod oppressérint populum Iudæorum: ita nunc vastitas prædicitur Moabitarum, id est Arabiæ, ab Assyriis, & Babyloniis. Ab vtraque enim gente vastati sunt, & eo tempore, quo Sennacherib captiuum duxit Israel, & quando Nabuchodonosor subuertit Hierusalem. Insultauerat enim ad vtrumque hostem Ephraim & Iudæ, dicente Hieremia: *Allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum.* Propter verba ergo tua, quæ aduersus illum locutus es, captiuus duceris. Quod autem ait: *Nocte vastata est* עי: *Moab conticuit*: Decorum inuectionis principium, vt vastaretur in tenebris, qui de incestu patris nocte conceptus est. Nisi forte noctem pro magnitudine terroris accipimus, & credendum, quia sibi confidebat in muris, insidiis eam & cuniculis fuisse superatam. Audiui quendam Areopolitem, sed & omnis ciuitas testis est, motu terræ magno in mea infantia: quando totius orbis littus transgressa sunt maria, eadem nocte muros vrbis istius corruisse.

Num.22.
Ibid.25.a

Hier.48.b

G

בלה

צוערה
ציער

f ¶ *Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super, &c.*] Ne molestum tibi sit, quod per historiæ viam gradior, vt enim hoc facerem, ipse voluisti. Subauditur autem, domus regia & vrbs Dibon ad idola, quæ in editis posita sunt, ascendit: super Nabo, & super Medaba, nobiles ciuitates, vlulabit vniuersa prouincia. In Nabo enim erat Chamos idolum consecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor.

Gen.19.g

g ¶ *In cunctis capitibus eius, &c.*] Apud antiquos barbæ capitisq;

E

capitis quæ rasura luctus indicium fuit. Per hæc ergo magnitudo mœroris ostẽditur: Hieremia contra Moab eadem conclamante: *Omne caput caluitium, & omnis barba radetur: & in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium.*

Hier.48.f

a ¶ *In triuiis eius accincti, &c.*] Nõ erunt priuatæ lacrymæ: publicum luctum, publica lamẽta resonabũt: nec matronæ, nec virgines, nec ætas parua puerorum, nec fracti senum gressus tenebuntur domibus: pudorẽ & imbecillitatẽ extrema captiuitas nesciet.

b ¶ *Clamabit Esebon & Eleale*] Nomina ciuitatum Moabiticæ prouinciæ, quarum Esebon vrbs fuit quondam regis Amorræorum: de qua idem Hieremias: *Ignis egressus est de Esebon: & flamma de medio Seon.* Interpretatur autem Esebon cogitatio: & ideo Hieremias alludens ad nomen, *Contra Esebon, ait, cogitauerunt mala.*

c ¶ *Vsque Iasa audita est vox eorũ.*] Vrbs Iasa mortuo mari imminet: vbi est termin° prouinciæ Moabitarũ. Hoc ergo indicat, quod vsq; ad extremos fines, vlulatus, prouinciæ personabunt. Vnde & Hieremias ait: *De clamore Esebon vsq; Eleale & Iasa dederunt vocẽ suã.*

Hier.48.c

d Haluse. F

d ¶ *Super hoc expediti Moab, &c.*] Verbum Hebraicum: הלצי pro quo Aquila ἐξόμους, id est expeditos, & exertis humeris, Symmachus accinctos interpretatus est: quidam putant non viros, sed nomen vrbis intelligi, quæ hodie appellatur Heluza? & est in Moabitidis partibus sita. Possumus autem & hoc dicere, quòd vniuersa pugnatorum fortitudo corruerit, & mutuis fletibus omnis terra resonarit. Sin autem Heluze, vt Aquila voluit, exertis humeris intelligantur: ille nobis sensus suggeritur, quòd ad plangendum cuncti nudauerint pectora.

חלצי

c ¶ *Cor meum ad Moab clamabit.*] Propheta loquitur dolentis affectu: vel quòd hostes quoque creatura Dei sint, in quos tot mala superueniant: vel quòd tantis calamitatibus opprimendi, vt etiam inimicis miserabiles fiant. Id ipsum Hieremias ait: *Propterea cor meum ad Moab quasi tibia resonabit.*

Hier.48.f

Ibidem.

f ¶ *Vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem.*] Et Hieremias, *A Segor*, inquit, *vsque ad Oronaim vitulam conternantem.* De hac & in libris quæstionum Hebraicarum diximus, & nunc breuiter annotamus, quòd ipsa sit quinta vrbs post Sodomam & Gomorram, Adamam & Seboim, quæ ad preces Loth parua seruata est. Appellaturque bala, id est, absorpta: tradentibus Hebræis quod tertio terræ motu prostrata sit. Ipsa est quæ hodie Syro sermone vocatur Zoora, Hebræo Segor, vtraque parula. Possumus vitulam conternantem pro perfecta ætate accipere. Sicut enim tricesimus annus in hominibus, ita in pecudibus ac iumentis tertius robustissimus est. Vectes quoque pro terminis & robore intellige, eo quòd Segor in finibus Moabitarum sita fit, diuidens ab eis terram Philistiim.

Hier.48.e

g ¶ *Per ascensum, &c.* Et Hieremias: *Per ascensum Luith plorans ascendet in fletum.* Intelligimus autem ciuium esse itineris, quod ducit ad Assyrios, & per hoc captiuitatem significari.

Videtur.

h ¶ *Et in via Oronaim clamorem, &c.*] Rursum Hieremias: Vox clamoris ex Oronaim: vastitas & contritio magna. Longum est, si velim de singulis dicere, cum perspicuũ sit, vel vbium in Moab vel locorum esse nomina, quæ deferunt transmigrantes.

i ¶ *Aquæ enim Nimrim desertæ erũt.*] Hoc oppidum super mare mortuum est, fallis aquis, & ob hoc ipsum sterilibus. Siue autẽ allusit ad nomen, siue, quod ante non fuerat post vastitatẽ accidit, vt etiam aquæ in amaritudinem verterẽtur.

k ¶ *Quia aruit herba, &c.*] Non, vt quidam putant, verè propter sterilesNimrim aquas omnis herba exaruit: sed per metaphoram scriptura loquitur. Et est sensus: In cuncto Moab aquæ Nimrim erũt saltæ & amaræ: & quomodo ibi nulla herba pullulat, sic totam prouinciam siccitas consequetur, id est, à Segor vsque ad Oronaim, à finibus vsq; ad fines. Id ipsum Hieremias: *Aquæ Nimrim pessimæ erunt.*

Hier.48.f

l ¶ *Secundum magnitudinem operis, &c. ad torrentem salicũ ducent eos.*] Pro salicibus in Hebræo legim° ערבים, quod potest & Arabes intelligi, & legi f עורבים, id est villa in finibus eorum sita: cuius à plenitudine accolæ in monte Horeb Heliæ præbuisse alimenta dicuntur: quod nomen propter ambiguitatẽ transfertur & in coruos, atque occidentem, locaque campestria. Est autem sensus: Iuxta morbi magnitudinem erit visitatio. Visitationem hic non pro remedio, sed pro plaga accipe. *Visitabo*, inquit, *in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum.* Torrentem salicum Babyloniæ accipe flumina: De quibus Dauid: *In Salicibus in medio eius suspendimus organa nostra*: siue vallem Arabiæ per quam pergitur ad Assyrios.

e harabim

f horebim

4.Reg.17.a

Psal.136.c

H

Hier.48.

m ¶ *Quoniam circuibit clamor terminũ Moab, &c.*] Eadem propè omnia & Hieremias scribit. Sunt autem vrbes & loca Moabitarum, in quibus clamor & eiulatio captiui populi describitur.

n ¶ *Quia apud Dibon repletæ sunt sanguine.*] Vbi prius erat luxuria propter irriguos agros, & fontes iugiter emanantes, ibi præ multitudine interfectorum riui sanguinis fluẽt.

o ¶ *Ponam enim super Dibon, &c.*] Ne quis scriptoris vitium putet, & errorem, emendare dum vult, faciat: vna vrbs & per *m* & per *p* litteram scribitur: è quibus Dimon silentium interpretatur, Dibon fluens: indito vtroque nomine propter latices, qui tacitè fluant: vsque hodie indifferenter & Dimon & Dibon hoc oppidulum dicitur. Quod autem ait: *Ponam super Dibon additamenta*, & quæstionem facere videbatur: quid esset, sequenti versiculo demonstrauit, dicens: *His qui fugerint de Moab leonem & reliquiis, terræ*, vt etiam qui fuga lapsi sunt, à bestiis consumantur. Quãquam & per metaphoram leonem regem hostium possumus intelligere, vt potentiam eius quasi rugitum nemo possit euadere.

דימון
דיבון

Cap. XVI.

EP Mitte agnum dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. q Et erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes: sic erunt filiæ Moab in transcensu Ernon. In

Psal.88.a

Ruth.4.d
Matt.1.a

quit, *in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum.* Torrentem salicum Babyloniæ accipe flumina: De quibus Dauid: *In Salicibus in medio eius suspendimus organa nostra*: siue vallem Arabiæ per quam pergitur ad Assyrios.

p ¶ *Mitte agnum dominatorem terræ, &c.*] Quod interpretamur, non est historia, sed prophetia. Omnis autem prophetia ænigmatibus inuoluitur: & præcisis sententiis dum de alio loquitur, transit ad aliud, ne, si ordinem scriptura conseruet, non sit vaticinium, sed narratio. Et est sensus: O Moab, inquam desæuiturus est leo, & de qua ne reliquiæ quidem saluari poterunt, habeto solatium hoc: Egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mundi, qui dominetur in orbe terrarum. De petra deserti, hoc est, de Ruth: quæ mariti morte viduata, de Booz genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid, & de Dauid Christum. Montem autem filiæ Sion, aut ipsam vrbem Hierosolymam interpretabimur, aut iuxta sacratam intelligentiam, ecclesiam, quæ sit in virtutum culmine constituta.

q ¶ *Et erit sicut auis fugiens, &c.*] Redit ad ordinem, quem

cœperat: Cum posuero, inquit, iis, qui fugerint de Moab, & reliquiis terræ leonem sæuissimum, qui eorum artus ossaque confringat, tunc pauidi auolabunt, & omnes filiæ, id est, villæ & vrbes prouinciæ Moab, in transcensu Arnon migrabunt: qui est terminus Amorræorum, & Moabitarum. Transcensum autē & hic ponens, captiuitatē significat.

a ¶ *Ini consilium, coge concilium &c. consummatus est miser, &c.*] Pro misero, in Hebraico legitur שור, quod potest & vastator intelligi. Loquitur autē ad Moab, vt consilium salutis inueniat, & senibus congregatis cogat salutare concilium. Vis, inquit, salus esse, & Dei misericordiam promereri? In clara luce & in aperta fuga populi mei, tu quasi nox & vmbra esto: suscipe fugientes, vagosque ne prodas. Et hoc quare dixerit statim infert: Habitabunt apud te profugi mei, Vastata enim Hierusalem & omni Iudæa, quæ confinis est Moabitis: ad te meus populus transmigrabit: esto igitur latibulum eorum, nec timeas impetum vastatoris: quia sicut puluis cito transibit, & depopulator vniuersæ terræ, qui conculcabat eam, & suis pedibus subiiciebat, aura flāte disperiet. Quidā locū hunc malè de Antichristo interpretātur, vt putent sanctos eo tempore propter viciniam vrbis Hierosolymæ ad Arabas transituros, & nunc eis præcipi, ne prodant fugientes ad se.

b ¶ *Et præparabitur in misericordia solium, &c.*] Hebræi locum istū sic interpretantur: Fugato Assyrio, regnabit Iudæ Ezechias, vir iustus, & retinebit solium Dauid, subiectum sibi populum Dei iudicans in veritate: Alij de Christo intelligunt. Finito Antichristi puluere & vastatore sublato, qui conculcabat vniuersam terram, rex Christus aduenier, qui sedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij reddet cunctis pro operibus suis. Nec est vlla dubitatio, quin capitulum hoc de Christo vaticinetur. Sed nos & in primo aduentu id ipsum intelligere possumus, atque in ecclesiæ tabernaculo demonstrare, quod in omni terra Moab, ecclesiarum trophæa surgentia Christi testentur imperium.

c ¶ *Audiuimus superbiam Moab, &c.*] Rursum ad præsentia redit: & superbiæ arguit Moab, quòd multo plus elatus sit, quàm eius fortitudo poscebat, & propter hanc superbiā vlulaturus sit Moab ad Moab, id est, populus ad vrbem, vel Metropolis ad prouinciam: & cuncta vlulatibus terra resonabit super muros cocti lateris: de quibus & Hieremias ait: *Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersū clamabo: ad viros muri fictilis lamentantes.* Per hæc autem & potentiā pristinæ felicitatis, & plagas repentinæ subuersionis ostendit.

d ¶ *Quoniam suburbana, Esebon, &c.*] Inter Esebon & Sabama vix quingenti passus sunt: & per metaphoram vineæ omnis prouinciæ significat vastitatem.

e ¶ *Domini gentium, &c.*] Seruat translationem quam cœperat, ostendens reges gentium, qui vastauerant Moab, omnes viculos castellaque depopulatos.

f ¶ *Vsq; ad Iazer peruenerūt, &c. propagines eius, &c.*] Flagella & propagines, populum fugitiuosque eius intellige: & transitum maris, captiuitatem in Babylonem, de qua postea lecturi sumus, *Onus deserti maris.*

g ¶ *Super hoc plorabo, &c.*] Vox plangentis prophetæ, & magnitudinem vastitatis lacrymarum magnitudine contestantis, flentisque vineam Iazer, & Sabama, & Esebon, & Eleale, vrbes quondam valdissimas, Assyrio putante succisas.

h ¶ *Quoniam super, &c. vox calcantium irruit.*] Calcatores vuarum, & vindemiæ lætitiā congregantes, hostium exercitus intellige, & quod in ipso lætitiæ tempore captiuitatis tempus aduenerit.

i ¶ *Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo.*] Idioma scripturarū est, quod semper Carmelum montem opimum atque nemorosum, qui Ptolemaidi imminet, & in quo oranuit Helias, fertilitati & abūdātiæ cōparet: aç per hoc significet omnem lætitiam & fertilitatem de vberrimis quondam vrbibus auferendam.

k ¶ *Et in vineis non exultabit, neque iubilabit.*] Subauditur prior vindemiator, id est, colonus Moabitidis prouinciæ. Denique statim subiecit.

l ¶ *Vinum in torculari, &c.*] Nequaquam in vindemia lætus vindemiator celeuma cantabit: sed vbiq; hostilis vastitas, & victorum orietur clamor.

m ¶ *Super hoc vēter meus, &c.*] Ne quis putaret planctū prophetæ exultationis indicium, per quam inimicos populi Israel gauderet esse captiuos: ex affectu & ex intimo cordis dolore, potentissimam quondam vrbem subrutam lugere se dicit.

n ¶ *Et erit cū apparuerit, &c.*] Vltima miseria est, nec in iis, quos semper venerata est, habere subsidium. Deserta, inquit, viribus tuis, & cunctis popugnatoribus interfectis, perges ad idola: delubra veneraberis: & nec in illis reperies auxilium, quibus vastitas tecum communis aduenit.

o ¶ *Hoc verbum, quod locutus est dominus ad Moab ex tunc.*] Ex quo putas tēpore? Videlicet ex eo, quo creatus est Moab. Et dominus ait: Moabitæ & Ammonitæ non intrabunt in ecclesiam Dei. Siue ex tunc pro antiquo tempore intelligamus, quod olim diuina sententia ista decreta sint, non quod præscientia Dei causam vastitatis attulerit, sed quòd vastitas futura Dei maiestati prænota sit.

p ¶ *Et nūc locutus est dominus, dicēs, &c.*] Prophetia ista, vt supra diximus, mortuo Achaz contra Moabitas dirigitur, regnante Ezechia, sub quo decem tribus à Sennacherib rege Assyriorum in captiuitatē ductæ sunt. Itaque sicut mercenarius solis exspectat occubitum, & diebus ac noctibus finem operis præstolatur, vt statutam mercedem accipiat: sic & post tres annos, & Moab Assyrio veniente delebitur; & vix pauci relinquentur in terra, qui subrutas habitent ciuitates, & desertos agros exerceant. Potest & de Babylonica captiuitate prædici, quod post captam Hierusalem, transitis annorū trium curriculis, Moab à Chaldæis vastanda sit: siue quod in trium annorum spatio nulla eis danda sit requies.

CAP. XVII.

ONus q Damasci: Ecce Damascus desinet esse ciuitas: & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregi-

conuertitur: quæ & ipsa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatum: necdū florebant Antiochia, & Laodicea & Apamea, quas vrbes post Alexandrum & Macedonum imperium auctas esse cognouimus, Quia igitur semper decem tribubus contra Iudam præbebat auxilium, vt Regum & Paralipomenon narrat historia: etiam ipsis vastitatem ab Assyriis appropinquare significat: dicente rege Assyriorum: Cepi Arabiam, & Damascum, & Samariam. Sicut enim illas cepi, & vniuersa regna, capiā & te. Et in Regum volumine legimus: *Ascēdit Rex Assyriorū Damascū, & cepit eam, & transtulit in Cyrenem.* Rasin quoque interfecit, qui erat rex Damasci: quę omnia, Ezechia Hierosolymis regnante, perpessa est. *Ecce*, inquit, *Damascus desinet esse ciuitas*: iā vicina captiuitas est: iā Assyrius suū mouit exercitū. *Et erit sicut aceruus lapidum in ruinam*: vt tantūmodo parietinæ ac pristinæ potentiæ vestigia in ruinarum magnitudine demōstrētur. *Derelictæ ciuitates, Aroer gregibus erūt.* Aroer myrice interpretatur: quæ propriè arbor in solitudine & salsa humo nascitur: & per hoc vastitas demonstratur. *Requieścēt ibi*: subauditur, greges, & nō erit qui exterreat. Tanta enim erit solitudo, vt nec insidiator timendus sit. *Et cessabit adiutorium ab Ephraim.* Nequaquam decem tribus in illa contra Iudam habebunt auxilium. *Et regnum à Damasco*, ἀπὸ κοινοῦ, subauditur, cessabit. Quando autem dicit cessare regnum & quiescere, non perpetuam significat vastitatem, sed aufert in præsens potentiam, per quam in omni Syria ante regnabat. Et reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum. Quo modo, inquit, decem tribus Assyrio populante deletæ sunt, & omnis gloria earum in captiuitatem ducta est: sic pauci, qui in Damasco resederint, immutabuntur, & habebunt gentis gloriam sociæ. Gloriam per ironiam dictam accipe pro ignominia: hoc autem totum fiet, quia dominus locutus est, cuius verba irrita esse non possunt. Quidam hanc prophetiam eandem putant esse, quam in Hieremia legimus: Dissoluta est Damascus: versa est in fugam: tremor apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Et iterum: Succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadad. Sed sciendum, quòd ab Hieremia Babylonia captiuitas Damascenæ vrbis describitur, id est paucorum, quos Assyriorum rex reliquerat in ea. Esaias autem vicinam ab Assyriis captiuitatem nunciat. Alij existimant de Romana captiuitate prædici, quando & Iudæorum captus est populus, & Damascus, cui imperabat Areta, similem sustinuit seruitutem: vt cuncta, quæ super eam scripta sunt, ad Christi tempus & ad Apostolorum mysteria transferantur.

a ¶ *Et erit in die illa, &c.*] Quando inquit, Damascus capta fuerit, & ciuitas esse desierit, & talis eam gloria coronauerit, qualis coronauit Israel, id est decem tribus, tunc omne præsidiū, & pinguissimæ carnes, & refugium emarcescent Iacob: nequaquam enim habebit, quibus iunctis vastet Hierusalem. Legimus supra, quod ascenderit Rasin, rex Syriæ, & Phasee, filius Romeliæ, rex Israel, in Hierusalem ad præliandum contra eam; nunciatumque sit domui Dauid: *Requieuit Syria super Ephraim*: de quibus propheta loquitur ad Achaz: *Noli timere, & cor tuū ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium horum, in ira furoris Rasin, regis Syriæ, & filij Romeliæ: eo quòd concilium inierint contra te Syria pessimum, Ephraim & filius Romeliæ.*

b ¶ *Et erit sicut congregans in messe, &c.*] Qui præsentē Damasci vastitatem sub Romano intelligunt regno, hæc de apostolis significata contendunt: quòd quomodo paucæ spicæ & oliuæ remanere solent in agro, vel in arboribus, sic reliquiæ Israel saluentur: maximè quia sequatur: In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: id est ad Christum. Duas oliuas: & tres & quatuor & quinque, quatuordecim apostolos interpretantur, id est, duodecim qui electi sunt: & tertiū decimū Iacobū, qui appellatur frater domini: Paulū quoq; apostolum vas electionis. Qui verò Assyriorum tēporibus putant completa quæ dicta sunt, hoc volunt intelligi, quòd sub Assyria captiuitate Damascus nō sit omnino deleta, sed trāslatis quibusdam in Cyrenem, alia pars cultorū terræ dimissa sit: quæ & ipsa postea Babylonio vastante deleta est: donec sub Macedonibus & Ptolemæis rursum instauraretur, & in aduētu Christi esset quidem ciuitas, sed non tantæ potentiæ, quantæ antea fuerat. Et est sensus: Tam pauci remanebunt in Damasco, quàm solent post messores paucæ remanere spicæ, quas in valle Raphaim latissima & potentissima solent pauperes legere: Vel in olea paucæ oliuæ, quæ diligentiam legentis euaserint.

c ¶ *In die illa inclinabitur homo ad factorē, &c.*] Hoc Christi temporibus putant esse completum, quando destructo regno Damasci, perpetuum Saluatoris successit imperium, & idololatriæ error est imminutus. Pia quidem uoluntas interpretantium, sed non seruans historiæ ordinem. Nos autem dicimus, quod subuersa Damasco, & decem tribubus ductis in Assyrios, residui tribuum, qui erant ex Israel, ad Ezechiæ litteras conuersi sint ad cultum Dei, & ad templum Hierusalem aduenerint: Sicut Paralipomenon narrat historia. Deleta ergo Damasco, conuertentur homines ad factorem suum, id est, ad Deum, qui eos creauit, & oculi eorum nequaquam idola, quæ fecerant in Bethel & in Dan, sed Deum respicient, contemnentes delubra, & altaria, quæ operati sunt digiti eorum.

d ¶ *In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, &c.*] Hoc non loquitur contra Damascum, sed contra decē tribus quæ vocabantur Israel: vt quo ad aduentū ex Ægypto populi Dei, omnes gentes, quæ incolebant terrā repromissionis, subito pauore conterritæ aratra dimiserunt, acerosque frugum & media opera, salutem pedibus requirentes; sic & terra Israel multo tempore desolata permaneat. Vnde miror, pro aratris & aceruis frugum voluisse Aquilam interpretari, testam & emir. Symmachum, siluam & amir. Lxx. Amorreos, & Eucos. Solus Theodotio Hebraicum verbum posuit, hares & emir: quod apud nos emendatius legitur: חרש ואמיר, id est, vomeres & acerui segetum.

e ¶ *Quia oblita es Dei Saluatoris tui, &c.*] Ista, inquit, perperieris ô Israel: quia reliquisti Deum saluatorem tuum, qui te liberauit ex Ægypto, qui tibi gentes subiecit inimicas, & adiutoris tui non es recordata.

f ¶ *Propterea plantabis plantationē fidelē, &c.*] Hoc pressius & per ironiam legendum. Quia, inquit, oblita es Dei Saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: num idcirco plantare debebis plantationem fidelem, & non potius alienum seminare germen, quod hostis eripiat? Vel certè sic: filios meos, qui de populi mei stirpe generati sunt, ideo fundasti in terra, vt eos alienos & pessimos facias.

g ¶ *In die plantationis tuæ labrusca, &c.*] Hos, inquit, ope-

rum tuorum fructus capies: Vitis tua Sorex degenerauit in labruſcam: ſemen tuum ſpem promittet in germine: ſed cum maturitas aduenerit, ab alio demetetur. Et tunc dolebis grauiter, quando ſperata & pene iam tenta perdideris.

a ¶ *Væ multitudini populorũ multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarũ, ſicut ſonitus aquarũ multarũ, &c.*] Qui ſuperiorẽ Damaſci captiuitatem à Romanis illatã exiſtimant: & hoc, quod ſcriptum eſt: Inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctũ Iſrael reſpicient: ad Chriſti & Apoſtolorũ tempora referunt: Nec non illud quod ſequitur: Plantabis plãtationem fidelem, & germen alienum ſeminabis: in die plãtationis tuæ labruſca: & cætera, de infidelitate ſentiunt Iudæorum. Et hoc capitulum quod nunc propoſuimus, ſuper ethnicis interpretãtur, qui perſequuntur Eccleſiam. Illud quoque, quod ſequitur, Increpabit eum & fugiet procul: de diabolo accipiunt, tropologica interpretatione vaſtitatẽ perſecutorũ & dæmonum demonſtrantes. Nos autẽ cœptum ſequimur ordinẽ, & hiſtorica fundamenta, hiſtorico culmine protegimus. Væ, inquit, vniuerſis gẽtibus quæ militauerunt cõtra populũ meum: quarũ tãtus impetus fuit: vt maris fluctibus coæquandus ſit. Sed cum venerint fæuientes, & inundauerint terram meam, tunc princeps earum Sennacherib ab eo fugiet increpatus. Et ſicut puluis vento raptante diſpergitur, & turbo in ſublime voluitur in tempeſtate: ſic ille appropinquabit quidem Hieruſalem obſidens eam: ſed percutietur ab angelo. Veniet mane, & deletum potentiæ ſuæ videbit exercitum. Et hæc erit pars eorum, qui vaſtauerũt nos. Hoc propheta loquitur vel ex perſona populi, vel ſeipſum iungens genti ſuæ. Poſtea legimus: *Egreſſus eſt angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorũ centũ octogintaquinque millia: & ſurrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Et egreſſus eſt & abiit, & reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue.*

Infra 73.g
4. Reg. 19.g

CAPVT XVIII.

a *Silſal.* VÆ b *terræ cymbalo, &c.*] Verbum Hebraicũ a צלצל, quod Symmachus, ſonitum: Theodotio, aues interpretati ſunt: & nos in cymbalum vertimus. Aquila, bis vmbram tranſtulit. Sed ſciendum quod vmbra b צל dicitur: hic autem ſyllaba ipſa geminatur. Ex quo poſſumus dictum intelligere: Væ terræ, quæ in vmbra alarum ſuarum pollicetur auxilium. Et cum ſcriptura dicat: *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur*: Pro quo in Hebræo ſcriptum eſt: *in vmbra omnipotentis commorabitur*: ipſam Dei ſimilitudinem habere ſe iactans: & in periculis conſtituta, aliis ſuffragari repromittit. Significat autem ſiue No, Ægypti ciuitatem, quæ nunc Alexandria dicitur: ſiue Ægyptum in qua ſemper Hieruſalem quaſi ſuper quaſſatam arundinem innixa eſt: quæ confracta manum perforat incumbentis. Et eſt hic ordo pulcherrimus: vt quomodo in priori viſione ſermo propheticus Damaſco minabatur, quod decem tribus in illa habuerint auxilium, miſericordiam Dei non rogantes: ſic etiam nunc Ægypto vaſtitas prædicetur: ob cuius auxilium Dei neglecta ſit inuocatio: Ipſa eſt enim terra quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, id eſt trans riuos Nili fluminis, quem de Æthiopia in Ægyptum fluere nemo dubitat. Poteſt Ægyptus alarum cymbalum dici propter velocitatem frugum: Velox quippe & concitus auium volatus, reddit cymbali ſonitum. Quidam ex eo quod ſequitur: *Qui mittit in mari legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas*: Romanum regnum intelligunt, & omnem hiſtoriam referunt ad Veſpaſiani & Titi tempora, à quibus Hieroſolyma ſubuerſa eſt. Sed hoc fidei noſtræ non conuenit, vt minetur Dominus regno Romano, quare impiam gentẽ ſubuerterit, & rurſum in montem Sion dicat munera deferendi: niſi fortè & hæc ſpiritualiter in eccleſia accipiamus.

b Sol.

Pſal. 90.a

c ¶ *Qui mittit in mari legatos, &c.*] Apud Hebræos: & Ægyptus, & Ægyptius, & Ægyptij, vno vocabulo nuncupantur c מצרים Hoc dictum ſit, ne quis in verbo hæreat: cũ pro genere feminino, maſculinũ inuenerit, id eſt, pro terra hominem: quia & nunc dicitur: Qui mittit in mari legatos: hoc eſt, ipſa meſraim, ipſe Ægyptius: eo quod de Alexãdria, quæ tunc, vt diximus, No vocabatur, legati miſſi ſint Hieroſolymam, & in vaſis papyri, id eſt, epiſtolis ſiue nauibus, ſuum illis auxilium proмittentes dixerint: Ite velociter ad Iudæorum gentem cõuulſam, & Aſſyriorum impugnatione laceratam: ad populum quondam terribilem, qui Dei vtebatur imperio: ad, cuius potentiam nullus alius cõparandus eſt: ad gentem quæ Dei ſemper expectabat auxiliũ: & nihilominus ab hominibus conculcatur: cuius terram flumina, id eſt diuerſi reges depopulati ſunt. Alij autem putant quod Apoſtropha dirigatur ad dominum: & ſit ſenſus: O Deus qui mittis in mare ſæculi iſtius prophetas: & quaſi per epiſtolas nauigantes, populum commonens, tuis imperas nunciis: Ite velociter ad gentem meam laceratam atque conuulſam: ad populum robuſtiſſimum: qui omnibus quõdam in circuitu gentibus terrori fuit: qui ſemper Dei expectat auxilium: & pro peccatorum magnitudine, quod ſperat non meretur accipere: cuius diuerſarum gentium reges vaſtauere terram, & cætera, quæ ſequuntur. Euſebius Cæſarienſis hiſtoricam interpretationem titulo repromittens, diuerſis ſenſibus euagatur: cuius cum libros legerem, aliud multo reperi quam indice promittebat: Vbicumque enim eum hiſtoria defecerit, tranſit ad allegoriam: & ita ſeparata conſociat, vt mirer eum noua ſermonis fabrica in vnum corpus lapidem ferrumque coniungere. Hoc breuiter admonui: ne quis nos putet ex illius fontibus mutuaſſe, quæ dicimus: nam & in præſenti capitulo aduerſum Iudæos & Hieroſolymam dicit prophetiam dirigi: quod in principio fidei Chriſtianæ ad totas gentes epiſtolas miſerint, ne ſuſciperent paſſionem Chriſti: & miſerint vſque ad Æthiopiam & occidentalem plagam: totumque orbem huius blaſphemiæ diſſeminatione compleuerint.

Miſraim.c

d ¶ *Omnes habitatores orbis, &c.*] Cunctæ, inquit gentes per circuitum, quando meam iuſſionem quaſi ſignum in montibus eleuatum, meumque imperium quaſi clangorem tubæ ſublimiter reſonantis audieritis: tunc videbitis, quid præceperim.

Infra 36.a

e ¶ *Quia hæc dicit Dominus, &c.*] Quid eſt quod locutus eſt dominus ad prophetam? Hoc quod ſequitur: Donec veniant, quæ præcepi, in mea ſede requieſcam: vt Iudæi putant, in templo: vt nos, in cæleſtibus. Et conſiderabo, inquit, qui rerum finis adueniat.

f ¶ *Sicut meridiana lux, &c.*] Sicut in toto die nihil eſt clarius meridie, quando ſol de medio cœlo rutilat: & omnem orbem pariter illuſtrat: & ſicut in æſtu & calore torrente, quando nudus meſſor excoquitur, & operis magnitudinem anhelitus probat; gratiſſima eſt roris temperies, ſi arentes ſtipulas matutinus humor ſecabiles faciat: Ita meus ſermo quem conſiderabo in loco meo, cunctis in me credentibus gratus adueniet.

a ¶ Ante meſſis. a Ante meſſem enim totus efflоruit: & immatura perfectio germinauit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abſcindentur & excutientur. Et relinquẽtur ſimul auibus montium, & beſtiis terræ: & æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres: & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabũt. b In tempore illo deferetur munus domino exercituum à populo diuulſo & dilacerato, à populo terribili, poſt quem non fuit alius à gente expectante expectante & conculcata: cuius diripuerunt flumina terram, eius ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

CAPVT XIX.

Ezech. 29.a

c Nus Aegypti. Ecce Dominus aſcendet ſupra nubem leuem, & ingredietur Aegyptum: & mouebuntur ſimulacra Aegypti à facie eius: & cor Aegypti tabeſcet in medio eius. d Et concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrẽ ſuum: & vir contra amicum ſuum: ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnũ. e Et diſrumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius: & cõſilium eius præcipitabo: & interrogabũt ſimulacra ſua & diuinos ſuos, & Pythones & Ariolos. f Et tradã Aegyptum in manu dominorũ crudeliũ: & rex fortis dominabitur eorum, ait dominus Deus exercituum. g Et areſcet aqua de mari: & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur: & deficient flumina: attenuabuntur & ſiccabũtur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcẽt, nudabitur alueus riui à fonte ſuo: & omnis ſementis irrigua ſiccabitur: areſcet & non erit. Et

קו קו

b ¶ *In tempore illo, &c.*] Poſt Aegypti vaſtitatem & deletum eius imperium: nequaquam Iſrael in vmbræ illius vanitate cõfidet: ſed reuertetur ad dominũ & ſua munera deferet ad montem Sion, id eſt, in templum eius: & illum ſolum rogans, cuius verum æternumque præſidium eſt. Hoc autem ſub Zorobabel & Ieſu, Ezdrae ac Neemiae factũ intelligimus. Lxx. pro eo quod nos diximus, expectãte expectãte: & in Hebraico ſcriptũ eſt, ſperante ſperãte, ecõtrario interpretati ſunt: ἀνέλπιστον enim non ſperantẽ. Et ob hãc cauſam dederunt occaſionem Euſebio, vt hoc de gentibus magis, quæ nec ſpem habeant, nec teſtamentum Dei, nec prophetas intelligendum putauerit, quam de Iudæis: quod ab ipſis poſtea Eccleſiæ quæ in ſpecula conſtituta eſt, dona mittenda ſint: & offerendæ victimæ ſpirituales.

CAPVT XIX.

Ezech. 30.d

c Nus Aegypti, &c.] Moris eſt ſcripturarum, obſcuris manifeſta ſubnectere, & quod prius ſub ænigmatibus dixerint, aperta voce proferre. Vnde & in præſenti loco, quia contra Ægyptum fuerat comminatus: Væ terræ obumbranti alis quæ eſt trans flumina Aethiopię, & cetera: quæ propheticus ſermo contexuit: Nunc manifeſtiorem facit intelligentiam: & ad ipſam comminans Aegyptum loquitur, quod nequaquam per angelos, ſed ipſe dominus veniat ſuper nubem leuem, id eſt velocem, & ingrediatur Aegyptum: & idola Aegypti contremiſcant, tabeſcatque cor fortium: & Ezechielis vaticinium compleatur. *Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam idola de Memphis.* Quidam toram hanc prophetiam ad Saluatoris tempora referunt, quando ingreſſus eſt ſuper nubem leuem, id eſt, corpus humanum, quod ex virgine aſſumpſerat, nullo humanę commiſtionis ſemine prægrauatum: ſiue quod à nube leui portatus ſit, id eſt, corpore virginali, & ad ingreſſum eius omnes dęmones cõtremuerint, tuncque prima idolorum ruina fuerit, preſentiam Domini ferre non ſuſtinens.

d ¶ *Et concurrere faciam Aegyptios, &c.*] Ingreſſo Aegyptum domino, & potentiſſimam gentem ſui præſentia deſtruente, erit prima victoria diſſidere Agyptios contra Aegyptios, & aduerſum ſe rebelli odio dimicare: quod temporibus Aſſyriorum & Nabuchodonoſor regis Babylonij factum eſſe manifeſtum eſt, aliis ſedentibus, & aliis repugnãtibus. Quod autem hæc de Babylonica captiuitate prædicat, Hieremias teſtis eſt, dicẽs: *Vitula elegans atque formoſa Aegyptus, ſtimulator ab Aquilone veniet ei.* Et rurſum: *Confuſa eſt filia Aegypti, & tradita in manu populi Aquilonis.* Ezechielquoq; pari prophetiæ auctoritate conſentiens: *Et ceſſare*, inquit, *faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonoſor regis Babyl.* & iterum: *Confortabo brachia regis Babylonis: daboq; gladium meũ in manu eius: & confringam brachia Pharaonis: Et ſcient quia ego Dominus, cum dedero gladiũ meũ in manu regis Babyl. & extenderit eum ſuper terrã Aegypti: & diſpergam Aegyptũ in nationes.* Si autẽ ad tẽpora referimus ſaluatoris: illud de Euãg. ſumam exemplũ: *Nolite putare quod veni pacem mittere ſuper terram: non veni pacẽ mittere ſed gladiũ: Veni enim diuidere virũ aduerſus proximũ ſuũ, & filiam contra matrẽ ſuam, & nurũ contra ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius.* Et rurſũ in alio loco: *Erũt diuiſi duo in tres, & tres in duo, pater cõtra filiũ, & mater cõtra filiã: & nurus cõtra ſocrũ.*

Hier. 46.a

Ezech. 29.g

Ibidem g

Matth. 5.f

Luc. 12.f

e ¶ *Et diſrumpetur, &c.*] Cum ſeditio fuerit orta in Aegypto, ſiue Babylon. ſeruire cupientibus ſiue nolentibus iugo eius colla ſubmittere, ſiue aliis Chriſto credentibus, aliis repugnantibus, diſrumpetur & ſcindetur ſpiritus Aegypti, non eadem cunctis volentibus: & omne conſilium eorum redigetur ad nihilum. Tunc ibunt ad ſimulacra ſua & diuinos, & ariolos ac vates: magiciſque edoctos aribus interrogabunt, cur iſta acciderint.

f ¶ *Et tradam Aegyptum, &c.*] Duplicem intelligentiam ſequimur: vel Chaldaicorum temporum, quando à Nabuchodonoſor Aegyptus expugnata eſt: vel Romani imperij, quando Antonio Cleopatraque ſuperatis, Auguſtus Cæſar Aegyptum ſubiugauit. Babylonios fuiſſe crudeles, omnis ſcriptura teſtatur: qui paruulis non pepercerint: & ſuis eos iaculis vulnerarint: nec prægnantibus ſint miſerti, Romanum autem regnum fortiſſimum, & Danielis ſcriptura teſtatur, exponens quartam beſtiam habentem dentes & vngues ferreos.

Dan. 7. b

g ¶ *Et areſcet aqua de mari, &c.*] Naturale eſt, vt cum per iram Dei captiuitas venerit, indignationem eius peſtilentia ſubſequatur: & aduerſum eos, qui offenderint Deum, cuncta ſimul elementa deſæuiant. Vnde ſcriptum eſt in alio Propheta: Et volucres in aere deficere, & piſces in aquis, vt omnia humano vſui ſubtrahantur. Hoc dicimus, ſi ſimpliciter ſiccitatem Nili fluminis, & riuorum eius voluerimus accipere. Sin autem per metaphoram, in fluuio regnum, & in riuis, duces eius intelligimus: & in virore & iunco & papyro, cunctam Aegypti abundantiam: vt per eas res, opes Aegypti deſcribantur: quarum Aegyptus fertiliſſima eſt, Legamus Ezechielem, vbi Rex Pharao draco magnus habitare deſcribitur in fluminibus, & dicit: *Meus eſt*

Hier. xlvi. a

Ezec. 29. a

fluuius, & ego feci memetipsum. Et audit: *Ponam frænum in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum in squamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorum, & uniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt: & proiiciam te in desertо.* In aduentu autem Christi hæc omnia τροπικῶς intelligẽda sunt: Iuxta illud quod supra legimus: *Desertum faciet Dominus mare Ægypti,* Et rursum: *Immittet Dominus manum suam super fluuium Ægypti violentum, & percutiet eum in septem vallibus: ita vt pertrãseat eum quis calciato pede*: quod scilicet omnis error Ægyptiarum aquarum, & artes maleficæ, quibus subiectis populis illudebant, Christi siccentur aduentu. Quodque dicit: Arescet aqua de mari, & historicè possumus accipere: non mare magnum significari, sed lacum Mareoten: eo quod scriptura omnes *congregationes aquarum appellet maria.* Possunt & hyperbolicè dicta intelligi. Quodque sequitur: *Nudabitur alueus riui à fonte suo*: describit quod & riuus & fons aresçant simul.

a ¶ *Et mœrebunt piscatores,* &c.] Et hoc dupliciter accipe: quod vastata Ægypto & cuncta prouincia ariditate siccata, mœreant piscatores, & lugeant qui in flumen mittebant hamum: & qui operabãtur retia ac sagenas: & texebãt iunco diuersi generis vascula, id est, principes & regii generis atque rectores, & quod in aduentu Christi omnes peruersi generis piscatores, qui contra apostolicam disciplinam capiebant homines in perditionem, & stulta sapientia texebant retia & sagenas, quibus perditos irretirent, confusi sint, & nullus aut rarus in Ægypti terra sit talis piscator. Hoc opere videmus expletum, quod Ecclesiarum trophæa consurgunt, & in omni Ægypto idola corruerunt.

b ¶ *Stulti principes Taneos, &c.*] Tanin Metropolim fuisse Ægypti, & psalmista declarat, quod ibi Moyses multa signa fecerit, quæ in Exodo describuntur: *Posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.* Memphim quoq; magicis artibus deditam, pristini vsque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt. Et hoc breuiter indicatur, quod Babylonia vastitate veniente, omnia Magorum consilia, & corũ, qui futurorũ scientiã promittebant, stultitiæ coarguãtur: & in aduẽtu Christi cuncta redigantur in nihili, non inuenientibus consiliũ Ægypti vatibus, quomodo dogma opprimant Christianum. Idioma autem scripturarum est, vt angulum pro regno ponãt, eo quod populos cõtineat, quasi in tota domo fortissimũ sit. Vnde & Christus duorũ populorũ parietes continens, lapis dicitur angularis. Quodq; intulit: *Quomodo dicetis Pharaoni, filius sapientiũ ego, filius regũ antiquorũ*: significat quod Ægyptii, heroas, & deos auctores suæ gẽtis simulent Oron, & Isin, & Osirim, & Typhonẽ.

c ¶ *Dominus, &c.*] Primum de interpretatione dicamus: & postea de his quæ scripta sunt disseremus. *Pro spiritu vertiginis* interpretari potest & spiritus erroris. In eo quoque quod nos transtulimus, incuruantem & refrenantem, possumus dicere incuruum & lasciuientem, vt intelligamus senem & puerum. Nos autem verbum Hebraicum אגמון dum celeriter quæ scripta sunt vertimus, ambiguitate decepti, refrenantem diximus: quod significantius Aquila transtulit σφεβλόντα, id est, qui nihil rectè agit, sed omne peruersum; vt puerum significaret. Est igitur sensus: *stulti facti sunt principes Taneos, & sapientes consiliarij Pharaoni dederunt consilium insipiens: & emarcuerunt principes Mempheos, & deceperunt Ægyptum angulum populorum, quia Dominus miscuit eis spiritum erroris atque vertiginis*: vt ignorent, quid loquantur & errare faciant Ægyptum. Et sicut ebrius & vomens ignorat quid gesserit: &, vbi sit, nescit, sed iacet mentis alienæ. Sic nullum habebit Ægyptus opus siue consilium, quod aut caput habeat, aut finem: aut senibus cõueniat, aut pueris: quorum alii per nimiam ætatem desipiunt atque delirant: alii per lasciuiã & infantiam ignorant quid agant. Hoc autem siue in Babylonia vastitate, siue in aduentu Christi, iuxta literam & iuxta spiritualem intelligentiam recipere volueris, habebit consequentiam.

d ¶ *In die illa,* &c.] Melior reor etiam proprium errorem reprehendere, quàmdum erubescо imperitiam confiteri, in errore persistere. In eo quod transtuli: Et erit terra Iuda Ægypto in festiuitatem: pro festiuitate in Hebraico legitur חג, quod interpretari potest & festiuitas: vnde & Aggeus in festiuum vertitur: & timor, quod significantius Aquila trãstulit φόβωμα: cum aliquis pauidus & tremens circumsert oculos, & aduenientem formidat inimicum. Ergo si voluerimus in bonam partem accipere, quod recordatio Iudæ Ægypto sit gaudii: rectè festiuitas dicitur. Sin autem, vt arbitror in timorem pro festiuitate vertitur: intelligamus formidinem, vel pauorem: quod, cum Nabuchodonosor venerit; & omnes virorum fortium manus quasi mulierum fuerint dissolutæ, etiam vocabulum Iudæ terrori sit Ægypto: quia dum ei vult auxilium præbere, tanta mala perpessa sit. De nostris temporibus nemo dubitat, quod, comparatione Christianorum, omnes Ethnici quasi mulieres sint, infirmas habentes sententias: & quidquid dixerint, vœrti in stultitiam: dum stupeant tantam gentis conuersionem, & mirentur atque intelligant manum domini, & quicumque gentilium nominis Christiani fuerit recordatus, imbecillitatem idololatriæ timore fateatur.

¶ *In die illa erunt, &c. ciuitas solis.*] Pro ciuitate solis, nescio quid volentes Lxx. interpretati sunt ἀσεδὲκ: quam quidam nostrorum vrbem iustitiæ interpretatur: & ductus errore, quod iuxta Hebraicum c חרס scriptum sit, terram putat, quæ aliis literis scribitur. Melius ergo transtulit Symmachus, ciuitas solis vocabitur vna: d חרס enim verbum ambiguum: & testa dicitur & sol, eo quod vtrumque areat & siccum sit. Hunc locum non intelligens Onias, templum extruxit in Ægypto in oppido ἡλιοπόλεως. Lege Iosephi historias. Alii Ares, id est, ᾿Αρεῶον, hoc est, testam, vrbem ostracinam intelligi volunt, & cæteras iuxta Rhinocorurã, & Casium ciuitates: quas vsque hodie in Ægypto lingua Chananitide, hoc est, Syra, loqui manifestum est, & putante è vicino Syros atque Arabes à Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos. Porro qui in aduentu Christi & Romano imperio prophetiam differunt? quinque ciuitates, vel legem domini quæ in Alexandria primum interpretata est: vel quinque Ecclesiæ ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, catechumenos sentiunt: Aut certè spiritualem legis intelligentiam, de qua & Apostolus ait: *Volo quinque verbis loqui in Ecclesiis in sensu meo, quam decem millibus verborum in lingua*: & quod vna quinque vrbium appelletur ciuitas solis, videlicet iustitiæ in cuius pennis est sanitas.

a ¶ *In die illa erit altare, &c.*] Ab hoc loco vsque ad finem Aegyptiæ visionis, siue ponderis, & Iudæi & nostri de Christi aduentu intelligi volunt: sed illi vota sua differunt in futurum, nos quasi iam transacta retinemus. Diem autem pro tempore accipe: quanquam sub Onia Iosephus hæc facta contendat: qui profugus in Ægyptum, cum turba plurima Iudæorum ædificauit templum & altare: & prophetiam Christi cassa implere temeritate conatus est. Ita autem vnum altare dicitur, quomodo vna fides, & vnum baptisma, & vna Ecclesia. Et titulus iuxta terminũ eius domino: haud dubium quin euangelium & apostolorũ scripta significet. Quomodo enim supra iuxta tropologicam intelligentiam, terra Iuda Aegypto formidabilis, siue solemnis, vetus intelligitur testamentum: sic & titulus in terminis Aegypti, euangeliorum historia demonstratur. Deniq; iungit: Et erit in signum & in testimonium, dominicæ videlicet passionis. Tunc ij, qui crediderint concurrentibus Aegyptiis contra Aegyptios: & pugnante viro contra fratrem suũ, & ciuitate contra ciuitatem dimicante: cum persecutionis tempus irruerit, implorabunt domini misericordiam statimque saluator aduenier, id est Iesus: hoc enim in lingua nostra sonat: Et cognoscetur dominus ab Aegyptiis: & cognoscent eũ, siue persecutores qui fuerint superati: siue credentes præsenti auxilio liberati: *Et colent eum in hostiis & muneribus: votaque vouebunt Domino & soluent.* Reſpondeant Iudæi: Lege præceptum est, vt altare non fiat nisi in loco vno quem elegerit Dominus Deus: & hostiæ tantum à Sacerdotibus Leuitici generis immolentur: Ecce Esaias aperte docet, quod Aegyptii cognoscant Dominum, & colant eum: & hostias & munera offerant: & vota moueant atque persoluant. Si Aegyptij sacerdotium habent: impletur & in illis Pauli testimonium dicentis: *Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat.*

b ¶ *Et percutiet Dominus Aegyptum. &c.*] *Quem* enim *diligit Dominus, corripit: castigat autem omnem filium, quem recipit.* Persecutio nõ ad negationem credentium, sed ad probationem pertinet & coronam.

c ¶ *In die illa erit via, &c.*] Ante aduentum Christi vnaquæque gens suum habebat regem: & de alia ad aliam nullus ire poterat nationem: in Romano autem imperio vnum facta sunt omnia. Doctus lector veteres reuoluat historias, & ab Euphrate vsque ad Tygrim, omnem in medio regionẽ Assyriorum fuisse cognoscat. Ergo quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syrios, à parte totum appellãtes. Quod autem dicitur: Aegyptij seruient Syris: vel sic accipiendum, quod Romanæ legiones, Syrio instructo milite, Aegyptum custodiant: aut quod vtriusque gentis inter se commercia sint, & abundantiam Aegypti Syriæ suscipiant ciuitates, sicut e contrario Palestinæ & Phœnices bonis Aegyptus irrigetur. Quidam nostrorum malè hæc ad mille annos referũt: & more Iudaico in consummatione mundi futura pronunciant, quando Antichristus de Assyriis veniens, Aegyptum Aethiopiamque possederit.

d ¶ *In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio, &c.*] Nequaquam Israel inter Aegyptiũ & Assyrium medius eligitur, nunc Antiochis & Demetriis ad se Iudæ trahentibus regnum, nunc Ptolemæis possessionem eius sibi vindicantibus: sed & ipsa sub Romano imperio, ac per hoc Christi imperio constitura, erit eius conditionis, cuius & Aegyptus & Assyrij: & benedicetur in omni terra: *Quia ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*: Tunc dicetur à domino: Benedictus populus meus Aegypti: quando nequaquam Moyse, sed Christo Domino præeunte, infinita hominum millia solitudines repleuerint: & Pharaone submerso, dixerint in deserto: *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.* Tunc & opus manuum Domini erit in Assyriis: hæ enim vel maximè gẽtes monachorum florẽt examinibus, Aegyptus & Mesopotamia: & pari inter se pietate contendunt. Hæreditas autem Christi Israel est: hoc est, natiuitatis, & crucis & resurrectionis, ascensionisque eius loca, ad quæ de toto orbe concurritur.

Cap. xx.

Anno c quo ingressus, &c.] Totam posuimus capituli huius continẽtiam, vt per partes singula differamus: Azotus quæ Hebraice dicitur a אשדוד, vrbs fuit potentissima Palestinæ de quinq; vrbibus, hanc Sargon rex Assyriorum, qui septem nominibus appellatur, misso duce exercitus sui, cui nomẽ erat Thartam, cepit & tenuit. Eo igitur tempore quo vicina ciuitas capta est, præcipitur Esaiæ: vt deposita saccea tunica (hic enim erat habitus prophetalis populi delicta plangentis) & calciamentis è pedibus, quæ Lxx. σανδάλια, id est, caligas vocant, nudus & discalciatus incederet, typum præbens captiuitatis Aegyptiæ & Aethiopum: qui Aegyptiis in adiutorium fuerant: quod quomodo Esaias nudus ambularet, & fœditatem cernentibus nudis natibus demõstraret: ita omnis Aegyptus, atque Aethiopia, populante Assyrio, nudæ fierent, & nihil omnino in terra remaneret. Nec hoc aliquis putet superiori felicitati, quæ Aegyptiis repromittitur, esse contrarium: quia ibi post mala de futura beatitudine prædicatur: hic autem presens narratur captiuitas, per quam, deleto Israel & Damasco & Philistim, recta via perrexit Aegyptum: & ipsos pariter, Aethiopesque superauit. Quod ne cui videatur ambiguum ipsius Esaiæ ponamus testimonium: *Reuersus autem Rapsaces, inuenit Regem Assyriorum præliantem aduersus Lobnam: audierat enim quia profectus esset de Lachis: & audiuit de Tharaca Rege Aethiopiæ dicentes: Egressus est vt pugnet contra te.* Simulque discimus obedientiam prophetarum; quod vir nobilis (tradunt enim Hebræi Esaiam soceru fuisse Manasse, filii Ezechiæ, Regis Iuda) non erubuerit nudus incedere: sed, Dei præceptis nihil hoc festius indicans, depositis saccum: quo abiecto, nudus fuerit, vnam prius habens tunicam, & ipsam cilicinam. Quod autem dicitur: Trium annorum signum & portentum erit super Aegyptum & super Aethiopiam: hoc significat, quod tribus annis ab Assyriis Aegyptus vastanda sit & Aethiopia. Tunc, inquit, dicet habitator insulæ huius, hoc est, Hierusalem, quæ vicinarum gentium fluctibus tunditur: Hæccine erat spes nostra? & ad hos confugimus, vt nobis

præberent auxilium: qui se de captiuitatis malo eruere non quiuerunt? Est igitur hic ordo prouidentiæ Dei, omne hominum genus ineffabili iudicio dispensantis: Contra Dei iram Israel sperauit in Damasco: diruatur ciuitas quæ aduersum illius volúntatem impiis præstat auxilium, Iudas sperauit in Ægyptijs, & Ægyptus destruatur. Ægyptij confisi sunt in Æthiopibus, Æthiopes quoque vincantur ab Assyrijs. Assyrij superbierunt, non Dei, sed suarum virium arbitrantes esse victoriam & ipsi vincantur à Babylonijs. Babylon
Dan. 8. a eleuauit contra Deum caput: & ipsa Medis Persisque supereretur. Persæ & Medi ex parte persecuti sunt populum Dei: & aries sæuissimus ad orientem & occidentem omnes populos ventilauit: veniat hircus Alexander, & conterat cum pedibus suis. Et iste qui vltra modum erectus est, veneno pereat, regnumque eius diuidatur in partes: & cum multo tempore inter se collisum fuerit, Romano vincente populetur. Romanus ipse ferratis dentibus vnguibusque,
Dan. 2. g sanctorum carnes & cruento ore lacerauit: excidatur lapis de monte sine manibus: & potentissimum primum regnum ac ferreum, deinde fragile & infirmum, in testarum modum conterat.

B CAPVT XXI.

Onus a deserti maris, &c.] Nisi in consequentibus huius capituli legerem: Babylon dilecta facta est mihi in miraculum: Et iterum: Cecidit, cecidit Babylon: & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt in terra: Et supra: Ascende Elam, & obside Mede, dubitarem quod esset hoc pondus, quod deserto mari imponitur. Perspicuum ergo est, quod desertum mare Babylon appellatur, Hieremia dicente ex persona Dei: *Et desertum faciam mare eius, & siccabo terram illius: & erit Babylon in tumulos arenarum.* Mare autem propter multitudinem habitantium dicitur. Vnde
Hier. 51. d & supra Ægypti multitudo mari comparata est. *Desertum faciet Dominus mare Aegypti.* Quod autem Medi & Persæ pugnauerint contra Babylonem & subuerterint eam, in
Sup. 11. d Sec. 70. Hier. 51. supradicto Hieremia legimus: *Acuite sagittas, implete pharetras. Suscitabit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius vt perdat eam: quomodo vltio domini est, vltio templi sui, super muros Babylonis leuate signum: augete custodiam: eleuate custodes: præparate insidias: quia cogitauit Dominus & fecit quæcunque locutus est contra Babylonis habitatores.* Et rursum: *Leuate signum in terra, clangite buccinis in gentibus: sanctificate super eam gentes: annunciate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Tapsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum. Sanctificate contra eam gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque terram potestatis eius, & commouebitur terra & turbabitur, quia vigilauit contra Babylonem cogitatio domini, vt ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem.*

b ¶ *Sicut turbines, &c.*] Vox Babylonij populi timentis inducitur, siue ipsius Babylonis, quod audiat Medos & Elamitas contra se exercitum præparare, & venire de solitudine ponitque comparationis exemplum. Sicut inquit ab Aphrico vento vehemens tempestas venire consueuit, ita mihi de solitudine vastitas venit de terra horribili, cuius ne nomen quidem audire possum absque formidine. *Visio dura nunciata est mihi*: quid enim durius quam præsens captiuitas.

c ¶ *Qui incredulus est, &c.*]. Potest in Hebræo ita legi: Qui cædis, cæde, & qui vastas, vasta: vt ad ipsum Elamitem & Medum prophetiæ vaticinium dirigatur, hortantis, eum implere quod cœpit: intrepidum ascendere, obsidere potentissimam ciuitatem. Sin autem sic legitur vt transtulimus, quasi de persona tertia dicatur, qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat: cum superioribus copulandum est, in quibus sibi Babylon visionem duram prædicat nunciatam.

d ¶ *Ascende Elam, &c.*] Ne timeas, inquit, ô Persa & Mede Babylonis multitudinem, nec illius præteritam potentiam reformides: Omnem gemitum eius ac pondus, quo te ante premere consueuerat, cessare feci: seu quod nullus iam gemat & doleat pressius potentia Babylonis: seu quod tantis malis oppressa sit ipsa Babylon, vt ne gemitum quidem liberum habeat.

e ¶ *Propterea repleti sunt, &c.*] Prophetæ ideo obscuri sunt: quia personæ in his plurimæ commutantur. Ergo & nunc vox Esaiæ inducitur plangentis Babylonem spiritu prophetali, quod tanta mala super eam ventura sint: vt ipse, qui narrat, timore superatus nequeat in verba prorumpere: videns tantæ multitudinis sanguinem fundi: & misericordiæ motus affectu (homo enim de hominibus loquitur) non minus doleat, quam mulier vlulare in partu solet: sed conturbatus, & trepidus, & in terram corruens, caligantibus oculis nesciat quid loquatur. Pro eo autem, quod nos vertimus: *Babylon dilectamea*: in Hebræo legitur: [a] נשף חשקי: & est ipsum verbum quod in principio Babylonij oneris posuimus: super montem caligosum: Pro caligoso enim seu tenebroso scriptum est [b] נשף. Proprieque hæc vrbs sic vocatur propter altitudinem, & erectum vsque ad cœlum superbiæ verticem.

a neseph hisxi.

b neseph.

f ¶ *Pone mensam, &c.*] Locus iste dupliciter accipitur: O Medi & Elamitæ, quibus supra dixi: ascende Elam, obside Mede: sumite cibum: futuro vos prælio præparate: nec postquam dimicationis tempus aduenerit, lassitudo vos retrahat. Cumque comederitis & biberitis, surgite: arma corripite: Babylonium debellate. Quodque ait contemplare in specula: hoc sensu legitur: diligenter quæ ventura sunt, prospice. Potest & sic intelligi. O Babylon, para Balthasar filio Euilmerodach nepoti Nabuchodonosor regi tuo mensam atque conuiuium: & vide quid post cibum eueniat: in quo scortis & concubinis in vasis domini propinabit. O principes qui cum rege accumbitis, Medos autem Persasque significat, surgite, & ad interficiendum regem arma corripite. Hoc plenius in Danielis volumine disciinus.

g ¶ *Hæc enim, &c.*] Causas reddit superioris formidinis, quare angustia possederit eum sicut parturientem: & corruerit audiens & perterritus sit: ac tenebroso horrore circundatus. *Hæc*, inquit, *dixit Dominus mihi: Vade & constitue speculatorem*, vt spiritu prophetali tibi futura præ-
Dan. 5. 2. nunciet: quem cum posuissem in speculam, vidit venientem bigam, & aurigam desuper, asinumque, & camelum currum trahere, Significat autem Cyrum, Persarum regem, atque Medorum, cum paruo & magno imperio

F perio venientem. Persæ enim ante Cyrum ignobiles erant, & nullius inter gentes loci habebantur: Medi semper potentissimi. Iste ergo vnus ascensor, duarum gentium fultus exercitu, venit contra Babylonem: & speculator ille, qui positus erat vt ventura prospiceret, clamauit quasi leo: siue ipse propheta appellatur leo.

Et quia dubium erat de persona speculatoris, qui Cyrum viderat ascendentem, ipse exponit manifestius, & ait: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, speculatorem domini se esse pronuncians: qui semper positus in officio prophetali, & diebus ac noctibus domini parens imperio, quodcunque iusserit, loquitur. Quid igitur clamauit leo: Ecce iste venit ascensor vir bigæ, equitum: haud dubium quin Cyrus indicetur. Et respondit & dixit ipse leo, qui supra clamauerat: Cecidit, cecidit Babylon: & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt in terra. Vastante enim ascensore bigæ Babylon vsque in æternum deletâ est, & Belis templum, omniaque idola vsque ad solum strata. Quod autem sequitur: Tritura mea & filij areæ meæ ad Hierusalem apostropham facit, & ad templum quod in area Ornæ situm
2. Par. 3. a est: dicitque ad eam: ô Hierusalem & populi filii templi mei non tibi videatur in credulum esse quod dixi, non mea enim verba sunt, sed domini, & per os meum illius verba resonarunt. Quidam putant, sed male, hoc non ad Hierusalem, sed ad Babylonem dici: de qua & supra, Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum, & esse sensum: Quæ contriuisti me, eris & ipsa contrita, non meo sermone, sed domini potestate, qui tibi hæc ventura prænunciat. Quid sibi autem voluerint in hoc loco Lxx. interpretes, vt pro leone, qui Hebraice dicitur [c] אריה οὐρίαν, id est Vriam transtulerint, non satis intelligo, præsertim cum supradictus sacerdos Vrias qui vocatur in testimonium, alijs literis scriptus sit: [d] אוריה.

c arie. *Sup. 8. a*

d ouriia.

a ¶ *Onus Duma, &c.*] Pro *Duma* Lxx. *Idumæan*, id est, Idumæam ponunt: Est autem Duma non tota Idumæa prouincia, sed quædam eius regio, quæ ad Austrum vergit: & ab vrbe Palæstinæ, quæ hodie dicitur Eleutheropolis, viginti distat millibus: Iuxta quam sunt montes Seir, sumpto ab auctore nomine: Seir quippe interpretatur hispidus & pilosus, qui Esau fuit: In Abdia propheta plenius super hac gente à nobis disputatum est, in quo necesse fuit veterem historiam reuoluere, & Ezechielis Hieremiæque, eadem in testimonium trahere visiones, & maxime prophetiam contra montem Seir. Et illud in psalmis: *In Idumæam extendam calciamentum meum.* Et alibi: *Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech.* Amos quoque inquit: Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non auersabor eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum: & violauerit misericordiam suam siue, vt Symmachus transtulit, viscera sua: quod aduersus cognatos populos ausus sit dimicare, & hostili odio dissidere. Fuit autem regio Esau in regione Duma, hoc est, in montibus Seir. Hanc vt Metropolim, iuxta ordinem superiorum visionum ab Assyrijs, siue à Nabuchodonosor expugnatam esse credimus, memoremque pristini generis, quod de Abraham & Isaac sit stirpe generata, imploraſſe auxilium Dei, & necessitate cogente, illius clementiam flagitasse. Narrat ergo nunc dominus: Qui obsidetur in Seir, & ab hostibus cingitur, meum implorat auxilium, & dicit: O custos Israel, qui populum tuum tueris custodia sempiterna: & quasi in nocte illis dormientibus vigilas, ne hostis irrumpat: quare & nos qui de eius semine sumus, non simili clementia protegis: Quibus ego custos vigilque respondeo: de quo scriptum est: *Non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel.* Venit mane populo meo: & nox geti Idumæorum: illis præbebo lucem: vos in tenebris derelinquam. Vel certe ita: Venit lux nocte transacta: si meum inuocatis auxilium: & estis de stirpe serui mei Abraham. Nolite me tantum in necessitatibus quærere, sed toto ad me animo cõuertimini. Venite & suscipiam pœnitentes. Hoc iuxta historiam dictum sit: Cæterum propter similitudinem litteræ, ex eo quod ד & ר non multum inter se discrepẽt: quidam Hebræorum pro דומה: רומה legunt: volentes prophetiam cõtra regnum Romanum dirigi, friuola persuasione, qua semper in Idumæa nomine Romanos existimant demonstrari: Duma autem interpretatur silentium.

Psal. 120. c

b ¶ *Onus in Arabia, &c.*] Quærenti mihi & diu cum deliberatione tractanti, quæ esset Arabia ad quam propheticus sermo dirigitur: vtrum Moabitæ, an Ammonitæ, & Idumæi, cunctæque aliæ regiones, quæ nunc Arabia nuncupantur, occasionem tribuit in hac eadem visione quod sequitur: Auferetur omnis gloria Cedar: & reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur, Ismaelitas debere intelligi. Liber Geneseos docet ex Ismaele Cedar & Agarenos, qui peruerso nomine Sarraceni vocantur esse, genitos. Hi per totam habitant solitudinem: de quibus puto & poetam dicere: Lateque vagantes Barcæi, & supradictum volumen, contra faciem omnium inquit fratrum suorum habitabit, eo quod latissima eremus ad India ad Mauritaniam vsque tendatur, & Athlanticum oceanum, quod puto Hieremiæ titulum sonare. Ad Cedar & ad regna Asor quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, statimque sequitur. *Hæc dicit dominus, surgite & ascendite ad Cedar, & vastate filios orientis.* Tabernacula eorum & greges eorum capient, pelles eorum & omnia vasa, & camelos tollent sibi. Et iterum. Iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, cogitauit aduersus vos cogitationes: Surgite & ascendite ad gentem quietam & confidenter habitantem, ait dominus, non ostia, non vectes eis, soli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam. Et dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam, & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait dominus, eritque Asor habitaculum draconum, deserta in sempiternum, non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. Totum prophetiæ testimonium de Hieremia posui, vt quæ sit Cedar, indubitanter intelligas. Et considera, quomodo Ismaelitarum, hoc est, Sarracenorum proprie gentem descripserit, qui habitat in tentorijs, qui quas nox compulerit, sedes tenent, quibus armenta sunt & pecora, camelorumque greges, qui non habent ostia, nec vectes, non enim versantur in vrbibus, sed in solitudine habitant. Et hi ergo à Babylonijs deleti sunt, eo quod Asor ciuitatem, quæ metropolis gentis illius in eremo fuit, vsque ad solum subuerterint, & tamen cum camelorũ & ouium greges capti sunt, pellesque eorum atque tentoria sorte diuisa, non omnis gentis illius significatur interitus, eo quod dromedarijs camelis cẽrum & amplius millia vno die per vastam solitudinem fugere soleant. Auferetur, inquit, omnis gloria Cedar, & imminuto sagittariorũ numero, quia maxime polent arte pugnandi, cæteri qui fugerint, remanebunt. Quia intelleximus quæ sit Cedar, & quæ Arabia,

Gen 25. b

H

Hier. 49 f

Ibid.

quæque Asor: videamus Esaias propheta quid dicat. In saltu ad vesperam dormietis: in semitis Dodonim. verbum עיר vt sæpe iam diximus, & vesper, & Arabia, & coruus, & planicies, & occidens appellatur. Et pro eo quod nos iuxta Lxx. transtulimus, dormietis, potest interpretari morabimini siue habitabitis, hoc est αὐλισθήσεσθε, quod Hebraei dixerunt תלינו. At דדנים in propinquos vertitur & cognatos. Itaque prædicitur nunc Iudæis, qui obsidionem Babyloniam effugere potuerint: & de totius prouinciæ vastitate ad eremum transire vicinam: quod habituri sint in solitudine Arabiæ, in itinere quod ducit ad fratres. Rursumque ad Ismaelitas sermo conuertitur: & eos ad misericordiam cohortatur: Currite, & lassis fratribus ac periclitantibus ardore sitis obuij, ferte aquas: Tantus enim feruor est solis: vt nisi subuencritis, in solitudine pereant: & non solum aquas, sed etiam panem ferte fugiētibus, vt quos confecit obsidio, vestra clementia releuet. Simulque reddit causam quare hæc imperet fieri, dicens: Fugerunt Babylonium gladium: fugerunt arcus Elamitarum: fugerunt imminens prælium. Nec despiciatis miseros: cito veniet & vestra captiuitas. Quomodo enim velox mercenarij annus est, & omnem laborem breuem putat, dum ad desideratam mercedem perueniat: Sic vniuersa gloria filiorum Cedar auferetur à vobis: & sagittæ vestræ conterentur: & paruus remanebit numerus pugnatorum. Quidam volunt ex eo quod dicitur: adhuc in vno anno, & auferetur omnis gloria Cedar: non Babyloniam captiuitatem prædicari: de qua & Hieremias loquitur, sed Assyriorum: qui post vnum annum vastationis Iudaicæ, Sarracenos latissime persecuti sunt. Illum præterea locum in quo nos transtulimus: qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugienti: & quasi ex persona domini imperatiuo modo legimus: in Hebræo sic legi posse affirmant: qui habitant terram austri cum panibus occurrerunt fugienti: vt cum Deus eis dixerit: occurrentes sitienti ferte aquam illi inimica mente panes tulerint absque aquis, vt cibo augerent sitim.

A

Gub.

Talinou. Dedanim.

B

Hier. 49.

C

4. Reg. 25. c
2. Par. 32.

& reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: dominus enim Deus Israel locutus est.

Cap. XXII.

ONus[a] vallis visionis. [b]Quidnam tibi quoq; est, quia ascendisti & tu omnis in tecta, clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans. [c]Interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul dureq; ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.[d] Propterea dixi, recedite à me, amare flebo: nolite incumbere vt consolemini me super vastitatem filiæ populi mei. [e] Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuum domino Deo exercituum in valle visionis. [f] Scrutans murum, & magnificus super montem, & Elam sumpsit pharetram: currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. [g] Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum: & equites ponent sedes

D

Sup. 21. b

4. Reg. 25.
Hier. 1. c

Caput xxii.

ONus[a] *vallis visionis.*] Lxx. licet non habeatur in Hebræo manifestius transtulerunt, τὸ ῥῆμα τῆς φαράγγος σιών, id est verbum vallis Sion. Hæc enim ciuitas seminarium prophetarum est: in qua extructum templum: & visiones domini multiplicatæ sunt. Quia ergo inter cæteras gentes ponitur: & reputatur de vna plurimis, nèquaquam mons appellatur: iuxta illud propheticum. *Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob,* sed vallis, ex eo quod humiliata sit. Aliis verbis hoc ipsum Hieremias loquitur; quando accipit calicem plenum vini, & dat vniuersis gentibus, ac nouissime porrigit Hierusalem, vt bibat & vomat, & ruat, & insaniat, significans à Babyloniis & hanc esse vastandam. Ex quo plenius regum & Hieremiæ narrat historia. Ex quo intelligimus omnium creatorem æqualiter esse Deum, & eodem cuncta dispensare iudicio, iuxta illud quod ipse loquitur per Amos. *Numquid non vt filii Aethiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus? Numquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti, & Palæstinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini super regnum peccans.* Ne putarent Iudæi idcirco se meritorum habere priuilegium, quia educti essent de Aegypto: dicit etiam cæteras gentes ad alias terras suo imperio fuisse translatas.

Psal. 86. a

Hier 25. d

Amos 2. d & 9. c

b ¶ *Quidnam tibi, &c.*] Referebat mihi Hebræus, præsentem visionem non pertinere ad illud tempus, quo Nabuchodonosor Hierusalem cepit, & Sedechiam vinctum, oculisque priuatum duxit in Babylonem, sed ad Sennacherib tempora, quando Sobna pōtifex magnam partem prodidit ciuitatis: & tantum Sion, id est arx & templum, ac nobiles remanserunt, in exemplum Romanę vrbis, quę, irruentibus Gallis, patricios & florem iuuētutis in arce seruauit. Nos autem possumus & de Babylonia captiuitate dicere: quamquam Eusebius omnia ad Christi aduentum referat: & putet Vespasiani Titique temporibus fuisse completa. Carpamus ergo singula, triplicem expositionem breuiter attingentes. Quidnam tibi quoque est? quid habes, inquit, Sió, quod etiam tu ascendisti omnis in tecta? Quādo dicit, etiam tu, ostendit quod cæteri prius ascenderint. Num & tu reputata es inter gentes, quæ ab hostibus obsideris, & tecta conscendis plena vlulatus: & planctus miserabilium feminarum, vrbs quondam regia.

c ¶ *Interfecti tui, &c.*] Si ad Sennacherib tempora referas, quando ex parte capta est ciuitas, rectè dicuntur non fuisse victi gladio, nec occisi in bello, sed proditione, aliis ex vrbe fugientibus, aliis quos hostis oppressit, vinculis alligaris. Sin autem ad Babyloniam captiuitatem, quod & verius est, dicemus quod non pugna, sed obsidione superati sint. Quod si in aduentu Christi iuxta Eusebium Tropologice intelligere volueris, dices eos interfectos non gladio sed infidelitate, omnesque principes eorum recessisse à Deo, & peccatorum funibus alligatos, nec quenquam fuisse de Pharisęis, qui non diaboli retibus alligatus sit.

b ¶ *Propterea dixi recedite à me, &c.*] Si in vastitate Babylonis lachrymatur propheta lugentis affectu, & dicit, *Angustia possedit me, sicut angustia parientis, corrui cum audirem, conturbatus sum cum viderem, emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum,* quanto magis nunc in vrbis sue ruina nullam accipere consolationem potest, totum se planctibus tradens?

e ¶ *Dies enim interfectionis & conculcationis, &c.*] Reddit causas iuxta triplicem intelligentiam: quare dixerit, Recedite à me amare flebo, quia conculcata sit Sion, mōs quondam visionum, & nunc vallis fletuum.

f ¶ *Scrutans murum, & magnificus super montem, &c.*] Describitur Babylonis exercitus intrans vrbem, templum occupās, & quadrigis per plateas superbus incędens. Quodque auratos postes & marmorum crustis vestitos parietes, clypeus qui alia solet tegere, nudauerit, eleganter in Hebraico resonat; sensusque pulcher rimus est, quod scutum non protexerit in prælio quempiam, sed nudauerit, eo quod per robur militum omnes opes eruta sint. Sin autem Elamitæ ponuntur in prelio, quę vrbs Assyriorum est, non potest referri ad tempora Romanę subuersionis, nisi forte cuncta allegorice interpretemur.

g ¶ *Et erunt electæ valles.*] Manifeste captiuitatem describit, quæ vndecimo anno regis Sedechię facta est, de qua & Hieremias loquitur, *Ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait dominus, & venient & ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu.* Quod ne putemus voce prædi-

E

Hier 39. a

F

Hier. 34. a

Amos 1. a

Ioan. 19. c

1. Cor. 15. c

G

H

Num 20.

Ephes. 6. a

prædictum, & opere non expletum, idem Hieremias ait, *Vndecimo anno Sedechiæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas: & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media.* Tunc ergo in circuitu ciuitatis Hierusalem, innumerabilis est fusus exercitus: & aperta sunt sancta sanctorum: & armamētarium, quod nemore consitū erat, hostili populatione reseratum: & per cunctas vrbis partes diuisis muris hostis ingressus est.

a ¶ *Et congregistis aquas piscinæ, &c.*] Narrat quo modo obsidioni parauerint ciuitatē: & aquas inferioris piscinæ, quæ capi poterant, ad superiorem munitionem trāstulerint: destructisque domibus, muros ædificauerint: & per singulas cognationes, quæ domus quantum aquæ deberet accipere, dinumerarint: fecerintque cisternā inter duos muros & piscinam veteré instaurarint ad seruandas aquas: & non magis Dei inuocauerint auxilium: qui conditor vrbis sit, piscinæque dominus: quasi aliis verbis dixerit: Fiduciam habuistis in homine, & non in Deo qui factor est hominis. Quidam iuxta mysticos intellectus, piscinam veterem, legis vmbram intelligunt: & inter duos muros, nouum videlicet & vetus testamentum, ædificatum lacum Pharisæorū traditionibus atque mandatis qui aquas continere non posfit, & non respexisse eos ad filium Dei: nec illius præsentiam credidisse, quem olim non viderint: quia semper Dei præceptis increduli fuerint.

b ¶ *Et vocabit Dominus, &c.*] Captiuitate præsente & obsessa Hierusalem cum ferrum, fames, sitis vrgeret vrbem Hieremias ad pœnitentiam populum prouocabat: & econtrario reges, ac principes, & vulgus miserabile, desperatione pereuntium se tradebat epulis. Nihil autem sic offendit Deum quam post peccata erecta ceruix: & ex desperatione contemptus. Quod & per Amos loquitur: *Super tres & quatuor impietates non auertam eum:* quod & cogitauerit & fecerit, & non egerit pœnitentiam: insuper & docuerit malum, Vnde & nunc dicitur: *Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini?* Putāt allegorici interpretes de passione Christi esse prædictum: quod vocauerit Deus etiam post crucem domini Saluatoris infelicem populum ad pœnitentiam, & nihilominus ille se desperationi tradiderit & voluptati. Principium quippe istius visionis, in quo ait: Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans ad illud tempus referunt, quando à pharisęis populus incitatus, pari contra Iesum voce resonabat: *Crucifige, crucifige talem, non habemus regem, nisi Cæsarem.* Huius testimonij exemplo etiam Apostolus abusus est, scribēs ad Corinthios de resurrectione: *Si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus: cras enim moriemur.*

c ¶ *Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam, &c.*] Supra diximus, Sobnam fuisse pontificem, qui Assyriis prodidit ciuitatem, sed quia hoc traditionis est Hebraicæ, & scriptura non loquitur, intelligamus eum superbum, tumidū, & voluptuosum, fuisque pedibus populos conculcantem: & quia fecerit cuncta, quæ prophęta describit: sacerdotium eius ad Eliacim filium Helciæ fuisse translatum, vt illo eiecto, nouus pontifex fierer. Ex quo intelligimus, omni studio superbiam declinandam, quæ offendit Deum, & nepōtificatus quidem priuilegio tuta esse potest. Iste est Sobna, sicut quidam putant, & Eliacim: de quibus idem propheta subtexuit: Misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Hierusalem ad regem Ezechiam in manu graui: *& stetit in aquæductu piscinæ superioris in via agri fullonis: egressusque est ad eum Eliacim filius Helkiæ, qui erat super domum: & Sobna scriba, & Iohahe filius Asaph à commentarijs.* Iubetur ergo ingredi propheta ad pontificem, qui habitabat, iuxta Lxx. ἐν παστοφορίῳ, id est in pastophorio: iuxta Aquilam, in tabernaculo, pro quo sequens Hebraicam veritatem Theodotio air: Ingredere ad Socen istum, quod interpretari potest, æquum & rectum: vt scilicet κατὰ ἀντίξεσιν, iniquus intelligatur & prauus: ad pontificem templi, & dices ei: Qui habitas in domo Dei, cuius scelera in tota ciuitate bacchantur, cur securus es in operibus tuis: quasi non verearis captiuitatem, excidisti tibi in petra sepulchrum: & tam superbe ædificasti, vt ambitio te & in morte sequeretur? Audi, quæ sit in domini sententia: Quomodo gallus gallinaceus humero portantis aufertur, & singuli hominum leuant in scapula pallium suum: sic tua facilis erit in captiuitatem translatio. Habebis coronam non laminæ aureæ & sanctificationis domini, sed tribulationis & angustiæ. Sicut enim pila si mittatur in procliue, stare non potest, sed veloci cursu voluitur: ita & tu *ad terram latissimam deduceris:* quam aut Ægyptum aut Babyloniæ campos intelligamus: *ibique morieris, & ibi erunt currus gloriæ tuæ,* omnes potentiæ, & opes, quibus nunc fultus incedis: ibi senties ignominiam domus domini tui: quia propter opera mala & violatum templum Dei tui ista patieris, *Detraham te de gradu tuo,* & de pontificatus officio proiiciam: & pro te Eliacim seruum meum filium Helkiæ induam vestimentis tuis, & cingulo tuo decorabo: sicut Eleazar vestimētis Aaron patris indutus est: Ipsi dabo potestatem templi, qui habeat populum non subiectum sibi quasi seruum, sed amatorem sui quasi filiū: Ipse accipiet clauem domus meæ, & in suo portabit humero: ipse habebit cerimoniarum omnium potestatem. Et quomodo paxillus si figatur in pariete templi, & in loco firmissimo collocetur, omnia vasa sacerdotum & Leuitarum, tam quæ in sacrificiis necessaria sunt, quam omnis generis musicorum suspenduntur in eo: sic omnis populus ex Eliacim serui mei potestate pendebit. Quod autem ait: *In die illa auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo: quia dominus locutus est:* Multi ad Sobnam referūt, quod Eliacim in fixo paxillo, prior paxillus, qui infixus fuerat, corruat. Sed quia sequitur: *Et peribit quod pependerat in eo:* quod deiecto Sobna, nequaquam factum est: intelligimus hoc dici, quod, depositio Sobna, pontificatum acceperit Eliacim: cuius sacerdotii dignitatem subuertit extrema captiuitas: Qui autem iuxta ἀναγωγὴν cuncta accipiūt: volunt in Sobnæ pontificatu Iudæorum sacerdotium cadere: & in successione Eliacim, qui interpretatur Deus resurgens, euangelici cultus sacramenta monstrari, ita

vt hoc quod sequitur: In die illo, dicit dominus exercituũ auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet: ad prioris populi ruinam pertineat. Nemo autem dubitat & iuxta historiã, & iuxta allegoriam: quia paxillum dixerat, seruari metaphoram in suspensionibus vasorũ diuersi generis, & quod, prioribus fractis, alia suspendantur.

CAP. XXIII.

ONus a *Tyri, vlulate naues maris, &c.*] Manifestius & plenius Ezechiel propheta & subuersionem Tyri, & causas subuersionis exponit, dicens: *Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem: Euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me, implebor: deserta est: Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Tyre: & ascendere faciam ad te gentes multas: sicut ascendit mare fluctuans: & dissipabo muros Tyri, & destruam turres eius: & radam puluerem eius de ea.* Quæ autem istæ sint gentes multæ, quæ inundabunt Tyrum sicut mare fluctuans, nominatim in consequentibus docet: *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu populoque magno. Filias tuas, quæ sunt in agro, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus: & comportabit aggerem in gyro, & eleuabit contra te clypeum, & vineas, atque arietes temperabit in muros tuos: & turres tuas destruet in armatura sua*, & cætera, quæ vsque ad finem visionis sequuntur. Nam & in alia prophetia, quæ aduersum Ægyptios cernitur, eadem scriptura contexit: *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersum Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus, & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro*: Per quæ significat, multo tempore ab exercitu Babylonis aggerem comportatum: vt, quod postea fecit Alexander, insulam continenti terræ socians, ille ante facere sit conatus. Quomodo ergo aduersus Babylonem & Philistiim, & Moab, & Ægyptum, & Idumæos & Ismaelitas, supra Dei comminationem legimus, quod insultauerint captiuitati populi eius: Ira etiam nunc aduersum Tyrum inimicam & insultatricem subuersionis Hierusalem prophetia texitur, quod etiam ipsa ab eodem hoste sit destruenda. Legamus Græcorum historias, & maxime eorum, qui Assyriæ gentis bella describunt: ibique reperiemus, post captiuitatem Hierusalem, Palæstinos, & Arabas, & Damascenos ac deinceps Ægyptios fuisse subuersos. Quod autem semper hæ gentes & præcipue Tyrus impugnauerit Israel, & in illius subuersione lætata sit, Amos propheta in exordio sui voluminis explicat: & breuiter laudes Deo canens psalmista declarat: *Deus, qui similis erit tibi, ne taceas, neque compescaris Deus: Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui te oderunt, extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, venite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra: Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum.* Ex quibus omnibus discimus pondus iræ Dei super Tyrum venisse meretricem: quæ hic sub specie scorti, quasi pater habitantibus Hierusalẽ & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & nemo erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris sui. Et suspendent super eũ omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum. In die illo dicit dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet, & peribit quod pependerat in eo: quia dominus locutus est.

CAP. XXIIII.

ONus a Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde venire cõsueuerãt: de terra Cethim reuelata est ei. Tacete qui habitatis in insula, negociatio Sidonis. b Trãsfretantes mare repleuerunt te in aquis multis, semen Nili, messis fluminis fruges eius, & facta est negociatio gentium. c Erubesce Sidon: ait enim mare, fortitudo maris, dicens: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. d Cum auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cum audierint de Tyro. e Trãsite maria: vlulate qui habitatis in insula. f Nũquid nõ hæc vestra est quę gloria ges eius.] Tyrum negociatione gaudere & totius orbis esse emporion: & præsentia tempora probant: & Ezechiel lato sermone describit. Quod autem negotiatores in subuehendis mercibus tranfretent maria, nemo est qui dubitet, nec tantas habet opes ipsa vrbs de terra regionis suæ, quæ valde angusta est, & Galilææ Damascique finibus premitur: quantas de subuectione nauium: Nilus omnis, & Ægypti fertilitas è vicino infunditur Tyro. Pro Nilo, quod apud Hebræos legimus b שיחור: Lxx. & Theodotio negotiatores interpretati sunt: quod verbum turbidum & per hoc Nili aquas significat, Hierem. testãte: Quid tibi & Ægypto vt bibas aquas Geõ: pro quo in Hebr. habetur שחר id est turbidas.

c ¶ *Erubesce Sidon: ait enim mare fortitudo maris, dicens, &c.*] Dixi supra coloniã Sidoniorum esse Tyrum. Audi igitur mater, cuncta simul contra filiam tuam maria clamantia, & quodammodo vocem emittentia, quæ per naturam loqui non valent, frustra diuitias comportaui, sine causa de toto orbe in Tyrum opes contuli. Illa dies, illa luxuriosa, & populorum quondam gaudens multitudine, in qua nascebatur turba mortalium, caterua puerorũ, iuuentutis examina, cuius plateæ virginum & infantium, ac iuuenum, & puellarum lusibus perstrepebant, nunc ad solitudinẽ redacta est. Fieri autem προσωποποιΐας ex rebus multis solẽne est.

d ¶ *Cum auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cum audierint de Tyro.*] Hoc perspicuum est, quod Ægyptij, postquam audierint potentissimam & vicinam gentem longa obsidione deletam, sciant etiam sibi interitum propinquare.

e ¶ *Trænsite maria, vlulate qui habitatis in insula.*] Rursum pro mari & tharsis Lxx. Carthaginem transtulerunt. Legimus in historiis Assyriorum, obsessos Tyrios postquã nullam spem euadẽdi videbant, cõscensis nauibus fugisse Carthaginem, seu ad alias Ionij Ægeique maris insulas. Vnde & in Ezechiele dicitur: *Merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro*: eo quod omnes vrbis opes translatæ sunt: & nobiles quoque eam vacuam derelinquerint.

f ¶ *Numquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua.*] Arguit superbiæ Tyrum, quod id conditionis suæ antiquitate sit gloriata, & non respexit ad eum, sed nomina patrum recolens se æternam putauerit.

a ¶ *Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.*] Eos dicit qui in vrbe remanserant, & captiui ducti sunt in Babylonẽ.

b ¶ *Quis cogitauit hoc super Tyrũ quondam coronatam.*] Rursum lege Ezechielem, & quantæ gloriæ Tyrus fuerit, ex principis eius lamentatione cognosces: Coronatam vocat eã: quod sicut rex inter pluriman hominum multitudinẽ ornatum diademate erigit caput: ita Tyrus fulgens & excelsa opibus, auroque & gemmis, & serico ac purpura nitens, regina sit in cunctis gentibus existimata.

c ¶ *Cuius negotiatores principes: institores eius inclyti terræ.*] Miramur legatũ Pyrrhi quondam dixisse de vrbe Romana, vidi ciuitatem regum. Ecce multo ante illa tempora negotiatores, & institores Tyri, principes & inclyti describuntur: vt per hæc ostendatur opulentiæ magnitudo, cum negotiator Tyri alterius vrbis esse rex possit.

d ¶ *Dominus exercituum cogitauit*, &c.] Quia supra interrogantis more dixerat: Quis cogitauit hoc super Tyrũ quondam coronatam? Nunc ipse respondit: non fatorũ, vt stulti putant, sic fila deducta sunt: non fortunæ cucurrit rota, sed Dei iudicio & ipsius voluntate perfectũ est: qui *superbis resistit, & humilibus dat gratiam*, & commonet arrogantes cõditionis suæ, vt discant potentiam eius per miseriam, cuius clementiam per beneficia sentire noluerant.

e ¶ *Transi terram tuam*, &c.] Sicut, inquit, fluuius, siue vt in Hebraico significantius habet, riuulus: hoc enim dicitur facile transitur pedestria & tu terram tuã, in captiuitatem ducta transibis ô filia maris, vel quia insula es, vel quia supra de te scriptũ est: Dixit mare fortitudo maris, non parturiui, & non peperi. Quodque infert, non est cingulum vltra tibi: quem sensum habeat, apertius Symmachus docet, nõ poteris vltra resistere, id est, nõ habebis vltra vires, nec accinctos ad pugnandum lumbos tuos, vt possis aduersariis cõtra ire.

f ¶ *Manũ suam extendit super mare, conturbauit regna.*] Quis extendit manum: haud dubiũ ex ipsa sermonis continentia quin Deus, de quo supra dixit: Dominus exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ. Extendit ergo manum suam super omnia maria, sæculum orbemque significans: & conturbauit vniuersas gentes: inter quas & tu Tyre turbata es, siue super mare, in quo proprie sita es.

g ¶ *Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius.*] Ostendit quod sit mare, super quod extenderit dominus manũ suam, dicens: Mandauit aduersus Chanaan. Tyrus enim in terra Chanaan condita est. Lege scripturas, maximeque euangelium, vbi Syrophœnissa interpellans pro filia, egreditur de terra Chanaan, quæ dicitur mulier Chananæa. Simulque quia dixerat: Extendit manum suam, ne operantem membris, & officio corporali crederes dominum, adiecit, mandauit: vt Dei feciste, iussisse sit.

h ¶ *Et dixit: Non adiicies vltra vt glorieris: calumniam sustinens virgo filia Sidonis in Cethim consurgens transfreta: ibi quoque non erit requies tibi.*] Deus, qui cogitauit detrahere superbiam omnis gloriæ: qui mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius, ipse dicit: nequaquam vltra gloriaberis, & in tua confides potentia. O virgo filia Sidonis, id est, colonia Sidoniorum, fugies quidem nauibus ad insulas Occidentis, seu in Cyprum, & cæteras Macedoniæ Græciæque terras: sed & ibi aduersante Deo, requiem inuenire non poteris. Alioquin omnis vagus, atq; in orbe peregrinus & incertarum sedium, semper in angustia iugiter & in mœrore est.

i ¶ *Ecce terra Chaldæorum, talis*, &c.] Quia supra dixerat, ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum: & iterũ? Transi terram tuam quasi flumen: Duplexque fuit populus Tyri, eorum qui fugerant & transfretauerant in Cethim: & eorum qui in vrbe remanserant: ad vtrumque loquitur. De his qui fugerant, supra ait: In Cethim consurgens transfreta: ibi quoque non erit requies tibi. De his qui remanserant & ducti sunt in captiuitatem.

Ecce, inquit, accolæ terræ Chaldæorum, cuius potẽtiam nulli populi ante habuerunt: & quæ ab Assyrio fundata est, trans duxerunt robustos Tyri. Suffoderunt non solum muros, sed & cuncta habitacula ciuitatis: posuerunt que eam in ruinam. Quia igitur alij fugerunt, alij capti sunt: vlulate naues, vel maris, vel Carthaginis: negotiatio enim & colonia vestra deleta est. Simulque considera, quomodo laudauerit Chaldæos. Non dixit, talis populus vltra non erit: potentius quippe & durius regnum est Romanorum: sed ante non fuit. Qui priora negauit, concessit sequentia.

k ¶ *Et erit in die illa*, &c.] Ab hoc loco vsque ad finem huius prophetiæ, Tyro prospera nunciantur, quod debeat agere pœnitentiam: quod iterum extruenda sit: quod septuagintæ tantum annis, quibus & templum Dei desolatum fuit, Tyri subuersio maneat: vt cuius ruinis insultabat, & ruinarum eius tempus imitetur. Septuaginta autem annos vnius regis, multi putant Nabuchodonosor dici, quibus regnum gentis Assyriæ in Hierusalem permanserit. Alij generaliter pronunciatum: quod qui longum regnandi tempus habuerit, septuaginta annos transire non possit.

l ¶ *Post septuaginta autem annos*, &c.] Quia cum plurimis gentibus fornicata es, & desolatam te nudamque & captiuitatis squalentem sordibus, amatores pristini contempserunt: assume nunc citharam, congemina carmina: circui ciuitatem: plange lupanar pristinum, & antiqui erroris vestigia lacrymis laua: vt possis Dei in te misericordiam prouocare.

m ¶ *Et erit post septuaginta annos visitabit dominus Tyrum*, &c.] Hæc omnia iuxta historiam expleta esse, consonis Græcorum & Phœnicum literis indicatur, quod post Lxx. annos instaurata, ad potentiam pristinam sit reuersa, & negotiatio vniuersarum gentium fuerit: quas ego puto fornicationes appellari: vt quomodo qui fornicatur, ad lupanar ingreditur, & mercedem stupri tribuit: sic & institor, de toto orbe concurrens, pulchritudinem vrbis quasi meretricis impleuerit.

n ¶ *Et erunt negotiatio eius*, &c.] Hæc, secundum historiam necdum facta comperimus: nisi forte putandum est, quod post ædificationem Hierusalem, & instaurationem Tyri, amicæ inter se fuerint ciuitates: & ad templum Dei crebro Tyrij dona transmiserint: sicut & in Ezdra legimus, quod Tyrios qui pisces vendebãt in sabbatho, abegerit, & introire vrbem non permiserit, atque ex vno mercimonio, etiam de cæteris existimandum sit. Iudæi cassa in futurum

vota differunt: post antichristum in mille annis hæc exempla memorantes. Nec mirum si ista confingant, qui spreta veritate Christi, organum diaboli antichristū recepturi sūt: cum etiam Christiani Iudaizantes, de mille annorum beatitudine hæc dicta cōtendant. Ego autem, quomodo in visione Babylonis sub typo euersionis eius, consummationis tempus intelligo: & in Ægypto destructis idolis altare domini collocatum ad Christi tempus refero: & in visione Moab, thronū Saluatoris in terra eius positum, recognosco: & in Damasci cæteris visionibus omnibus nostrorum esse temporum sacramenta non dubito: ita & in visione Tyri, quæ extrema est, Christianæ felicitatis tempus interpretor: quod, postquam ædificata est, & recepit pristinum statum: & omnis negotiator in antiquam consuetudinem, portum eius ingressus est: & mercimonia & labor eorum domino dedicentur. Cernamus in Tyro extructas Christi ecclesias: consideremus opes omnium, quod non reponantur, nec thesaurizentur: sed dentur his qui habitant coram domino: qui seruientes altari participant cum altari. Ministrant autem Tyrij non ad diuitias, nec ad cumulandas sacerdotum opes, sed ad victus necessaria supplenda: vt (iuxta Apostolum) *habentes victum atque vestitum, his contenti simus.* Et nota quod non dixerit negotiationes & merces Tyri sanctificatas domino his dandas, qui habitauerint Hierusalem, sicut Iudæi arbitrantur: sed qui fuerint coram domino, qui seruiunt ei. *Sic enim & dominus constituit: vt qui euangelium prædicant, viuant de euangelio.* Seruire autem domino & habitare coram eo, non est loci, sed meriti. Hucusque visiones Esaiæ siue onera quæ certis gentibus imposuit, vt iussisti, & vt nos quiuimus, historica interpretatione disseruimus, Hebraicæ tantum veritatis prementes vestigia. Quæ sequuntur, ad omnes pertinent nationes, & generaliter ad totius mundi consummationem. De quibus nec tu petisti, vt scriberem: nec mihi otiosum fuit, vt ex superfluo non quæsita dictarem, qui quæsita vix scripsi.

Commentarij quinti in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM,

PROOEMIVM.

VOD in præcedenti volumine pollicitus sum, vt super fundamēta historiæ, si voluntati nostræ Christus annueret, spirituale extruerem ædificium, & impositō culmine, perfectæ ecclesiæ ornamenta mōstrarem: hoc in sequentibus duobus libris, ō virgo Christi Eustochium orationibus tuis, & domini misericordia facere conabor: vt eodem labore quo quintus liber historiam comprehendit, sextus & septimus perstringat anagogen: non omnia differentes, ne multa fiant volumina, sed, quid ecclesiastici viri antenos senserint, breuiter indicantes.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER SEXTVS.

CAP. XIII.

ONVS a *seu visio cōtra Babylonem, quā vidit Esaias, filius Amos.*]Vidit nō carnis, sed mentis oculus quam grāde pōdus Babyloni sit imponēdum. Et quia Babylō, quæ Hebraice dicitur a בבל interpretatur cōfusio eo quod ibi ędificantium turrim sermo confusus sit: spirituliter mundus iste intelligitur, qui in maligno positus est: & non solum lingua, sed opera singulorum mentesque confundit. Huius Babylonis rex est verus Nabuchodonosor cōtra dominū superbiēs, qui dicit in corde suo: *In cælum ascendam, super sidera cæli ponam solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinē nubium, ero similis altissimo.* Iste est qui ostendit domino vniuersa regna mundi, & dixit ei: *Hæc omnia mihi tradita sunt: & tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Denique in consequentibus nequaquam contra Babylonem, sed contra orbem terrarum comminatio est. *Dominus sabaoth præcipit genti bellicosissimæ, vt veniat de terra longinqua à summitate cæli, vt disperdat orbi terrarum.* Et iterum: *Ecce dies Domini venit insanabilis furoris & iræ: vt ponat orbem terrarum desertum, & peccatores disperdat ex eo.* Ac deinde. *Præcipiam orbem terrarum vniuerso mala, & impiis peccata sua.* Ex quibus probatur, omnia quæ dicuntur contra Babylonē, ad mundi huius confusionē & interitū pertinere.

b ¶ *Super montem caligosum (siue campestrem) leuate signum.*] Apostolis præcipitur & apostolicis viris, ac magistris ecclesiarum, vt dimicaturi contra Babylonem, signum eleuent dominicæ crucis, non in humili loco, & in demersis vallibus, sed in mōte caligoso, siue campestri. Quorum alterum significat abscondita ecclesiæ sacramenta: quæ vt vi-

non condentur neque reponentur. Quia his qui habitauerint coram domino, erit negociatio eius: vt manducent in saturitate, & vestiantur vsque ad vetustatem.

CAP. XIII.

ONVS, a seu visio contra Babylonem, quā vidit Esaias filius Amos. b Super montem caligosum (siue campestrem) leuate signum. HEB. Exaltate vocem, leuate manum. SEPT. *Exaltate vocem consoladeret Moyses, & audiret vocem Dei, intrauit tenebras, & caliginem. Posuit* enim Deus *tenebras latibulum suum: & nubes & caligo in circuitu eius.* Alterum docet, sic nos ad excelsa ecclesiasticorum dogmatum debere conscendere: vt (iuxta Apostolum Paulum) humiliemur atque dicamus: *Qui non sum dignus vocari Apostolus, quia sum persecutus ecclesiam Dei.* Qui & ipse eleuauit signum in monte campestri, quando insita sibi humilitate dicebat: *Ego autem iudicaui, nihil scire me in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Hoc autem signum & in superioribus leuauit ipse, qui ortus est de radice Iesse in nationib. vt congregaret perditos Israel.

c ¶ *Exaltate vocem, leuate manum.*] Exaltat vocem suam qui de sublimibus loquitur, & præsentia quasi breuia & transitura contemnit: qui audit ab eodem Esaia: *Super montem excelsum ascende qui euangelizas Sion. Eleua in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem.* Eleuat manum suam qui potest cum Dauid dicere: *Eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinum:* & qui in omni loco leuat sanctas manus: vt non solum leuet manus, sed etiam consoletur manu, ne dicat pauperi cras veni & accipe: sed vt paupertatē eius & necessitatem præsenti misericordia consoletur.

a ¶ Et

a ¶ *Et ingrediantur portas duces.*] Duces ecclesiæ ingrediuntur portas mysteriorum Dei, & scripturarū sacramenta cognoscunt: habentes clauem scientiæ, vt aperiant eas creditis sibi populis. Vnde præcipitur, vt magistri aperiant & discipuli ingrediantur.

b ¶ *Ego mandaui sanctificatis meis.*] Ipse enim sanctificat ministros suos, vt & qui sanctificat & qui sanctificantur, ex vno omnes sint. Qui & in alio loco credētibus loquitur: *Sancti estote: quoniam & ego sanctus sum:* ipse præcipit & adducet principes suos, vt faciant quæ præcepta sunt.

c ¶ *Et vocaui fortes meos,* &c.] Iuxta Hebraicum hærēt superioribus quæ dicuntur: quod ipse vocauerit fortes suos, exultantes in gloria sua, qui mādauerat sanctificatis suis. Porro iuxta LXX. gigantes venientes vt implēat furorem domini, gaudentes in aliena iniuria atque lætantes: sinistræ accipiendæ sunt contrariæ; virtutes; de quibus & in psalmis legimus: *Misit in eos furorē iræ suæ, furorem & iram & tribulationem, immissionem per angelos pessimos.* Ex his est & exterminator in Ægypto: qui postes agni litos sanguine nō audet intrare: & ille spiritus, qui egressus stetit in cōspectu domini, & ait: *Ego decipiam Achab. Dixitque ei dominus: Decipies & prævalebis: egredere, & fac sic.* Vnde in eodem regum volumine Micheas dixit: Vidi dominum Israēl sedentem super thronum suum, & omnis exercitus cæli stabat circa eum à dextris & à sinistris. Dexteræ, virtutes sunt eorum angelorum qui ad bona mittuntur: sinistræ autem eorum quibus ad puniendum tradimur. Vnde & Apostolus: *Quos tradidi,* inquit, *sathanæ, vt discant non blasphemare.* Nomen autem gigantium, pro quo in Hebræo b גבורים, id est fortium, positum est, LXX. & Theodotio in similitudinem fabularum vertere gentilium: sicut & Syrenas, & Titanas, & Arcturum, Hyadas, & Orionem nominant, quæ apud Hebræos aliis appellantur vocabulis. Si autem gigantes rebelles Dei sunt: & omnes hæreses contrariæ veritati rebellant Deo: omnes hæretici gigantes sunt, qui gaudent in errore suo: & tunc maximè gloriantur, quando ecclesiæ contumeliam fecerint.

d ¶ *Vox multitudinis,* &c.] Tripliciter iste locus accipitur. Primum, vt eleuato signo in monte campestri, veniat gentium multitudo, & ipsa in montibus constituta, quæ diuiditur in duo, in populos scilicet & in reges, in discipulos & magistros: de quibus & Saluator in euangelio loquebatur: *Multi ab Oriente & ab Occidente venient, & accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum.* Propterea autem vna vox & consona dicitur, vt illud Apostolicum probetur: *Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sed sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Secundo hæreticorum describitur superbia: qui in montibus se esse credentes, eriguntur contra scientiam Dei: & iniquitatem in excelsum loquuntur: & ponunt in cælum os suum: qui & ipsi habent populos, habent reges, qui deceptum populum deuorant. Tertia interpretatio est: Quia supra dixerat: gigantes veniunt, vt impleant furorem meum, gaudentes simul & contumeliam facientes: ipsorum gigantium describit arrogantiam, & ad puniendos qui sibi traditi fuerint in mala parte, consensum.

c ¶ *Dominus sabaoth &c. à summo fundamento,* &c.] Fundamentum, obelo prænotandum est. In Regum & Paralipomenon volumine legimus, quod ira Dei accensa sit super Israel, quando Dauid numerauit populum & offendit dominum. In Psalmis quoque scribitur: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:* &c. his similia per quæ legi in cuiusdam commentariis, iram Dei posse intelligi contrariam fortitudinem cui tradimur ad puniendum: de quo & in octauo psalmo cantatur: *vt destruas inimicum & vltorē.* Possunt bellatores dici qui de terra procul veniunt: & à summo cæli, etiam ministri angeli: qui in mundi consummatione initēdi sunt, vt zizaniorum manipulos faciant, & separatos à frumento, incendio præparent sempiterno. Omnis quoque terra disperditur, quando terrena opera subuertuntur. Sunt & alij domini bellatores instructi armatura Apostoli: qui quotidie in ecclesia, quæ οἰκουμένη, id est, orbis & habitata intelligitur, disperdāt eos, & interficiant, qui eriguntur contra scientiam Dei.

f ¶ *Vlulate quia prope est dies domini,* &c.] Quoniā bellatores domini venturi sunt vt disperdāt omnem terram: vlulate & agite pœnitentiam, quibus pœna ventura est. Prope est enim dies domini, vel cōsummationis totius mundi atque iudicij, vel exitus vniuscuiusque de vita. Venit enim à domino deprædatio, quam nos diximus vastitatē, vt seruamus metaphoram, quia præmiserat bellatores. Cum dies iudicij vel dormitionis aduenerit, omnes manus dissoluentur: quibus dicitur in alio loco. *Confortamini manus dissolutæ.* Dissoluentur autem manus, quia nullum opus dignum Dei iustitia reperietur: & non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Vnde propheta dicit in psalmo: *Si iniquitates attendas domine, quis sustinebit?* Omne quoque cor, siue anima hominis, tabescet, & pauebit conscientia peccati sui. Hæc est dies formidolosa, atque terribilis, de qua & Sophonias loquitur: *Metuite à facie domini: quia prope est dies domini.* Et rursum: *Iuxta est dies domini magna, prope & velox nimis.* Et Amos, *Væ,* inquit, *qui desiderant diem domini: vt quid vobis dies domini, quæ tenebræ sūt, & non lux?* Quodque iuxta Septuaginta additum est: Turbabuntur legati, & dolores apprehendent eos: Illos legatos interpretari possumus, quos ciues miserant aduersum eum, qui profectus erat in terram longinquam, vt sibi regnum peteret. Vnde ipse loquitur in euangelio: *Inimicos autem qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite coram me.*

g ¶ *Torsiones & dolores tenebunt: quasi parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit,* &c] Cum venerint domini bellatores de terra longinqua, & omnes manus fuerint dissolutæ, & cor pauidum atque contritum: tunc συσπασματα, quæ nos torsiones ventris interpretati sumus: & dolores tenebunt eos, similes doloribus parturientium. Per quæ ostenditur torqueri eos propria conscientia, & facies habere combustas eo igne, quem sibi succēderant: quia non possunt dicere: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Et: *Nos omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur.* Vnusquisque stupebit ad proximum suum, videns eum in eisdem esse tormentis, quibus ipse cruciatur.

h ¶ *Ecce dies domini venit crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, peccatores eius conterendos de ea.*] Pro terra Septuaginta τὴν οἰκουμένην, id est, orbem interpretati sunt: pro crudeli, insanabilem. Cum enim dies vel iudicij vel mortis aduenerit, implebitur illud quod in sexto psalmo legitur: In inferno autem quis confitebitur tibi? Non est enim illud tempus

pœnitentiæ, sed pœnarum. Et in alio loco dicitur: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te.* Ergo absconditur multa Dei misericordia ab iis, qui adhuc in timore sunt positi, & perfectam Dei non habent charitatem: vt, dum crudelem audiunt diem domini, & insanabilem, & indignationis furorisque plenum, peccare desistãt. Ponetur quoque orbis vel terra in solitudinem, & peccatores cõterentur de ea, quæ prius peccatorũ onere grauabatur, vtdeletis perditisque sceleribus, habitet & regnet in terra sola iustitia.

a ¶ *Quoniam stellæ cæli, & splendor*, &c.] Pro eo quod nos interpretati sumus, splendor earum: haud dubium quin stellarum: Aquila & Theodotio ipsum verbum posuerunt Hebraicum c כסיליו: pro quo Lxx. Orionem transtulerunt: addentes de suo, & omnis ornatus cæli: quod obelo prænotandum est. Orionem autem gẽtilium fabulæ dicunt viginti duas habere stellas: è quibus quatuor tertiæ magnitudinis sunt, nouem quartæ, rursum aliæ nouem quintæ, qui ab aliis appellatur Bootes. Legimus quoque in Iob: Pleiadas, & Vesperum, & Arcturũ, & thesauros, siue interiora Austri: de quibus in suo loco dicendum est. Nec putare debemus, apud Hebræos has stellas iis appellari nominibus, quæ Græcus sermo resonat & Latinus, sed propria habere vocabula. Sicut enim Deus *vocauit lucem, diem, & firmamentum, cælum, & aridam, terram, & congregationes aquarum, maria*: sic & singulas stellas suis appellauit nominibus, quarum proprietatem nostra lingua non exprimit: Scriptum est de Deo in alio loco: *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans.* Quando igitur dies domini venerit ad ponendum orbem terrarum in solitudinem, & peccatores de ea penitus auferendos: tunc ad comparationem diuinæ maiestatis stellæ cæli, & omnis splendor earum, retrahent lumen suũ. Nec mirum est, hoc de minoribus stellis dici, cum etiam sol obtenebrescat in ortu suo, & luna splendorem solitum non habeat. Illud autem quod Lxx. transtulerunt, quod stellæ & Orion, & omnis ornatus cæli obtenebrentur sole oriente, non habet quid signi, siue miraculi: hoc enim omni fit tempore, vt orto sole stellæ quæ in cælo sunt non appareant. Nec mirum hoc dixisse de sole, cum etiam plena luna & tota nocte fulgente, plæraque astra non luceant. Esse autem etiam per diem stellas in cælo, probat solis deliquium: quod quando vmbra terræ (vt Philosophi disputant) & obiecto orbe lunæ fuerit obscurus, clariora in cælo astra videantur.

b ¶ *Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitates eorum.*] Quando visitat & percutit Deus, ad hoc percutit, vt emendet: Denique quando vehementer irascitur super eos, qui non agunt pœnitentiam. *Non visitabo*, inquit, *super filias vestras, cum fuerint fornicatæ: & super nurus vestras, cum adulterauerint?* Econtrario de iis, qui in Christo crediturí sunt, dicitur: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eis.*

c ¶ *Et quiescere faciam superbiam infidelium*, &c.] Verbum Hebraicum d גאון quod perspicue arrogantiam & superbiam sonat, Theodotio & Septuaginta semper iniuriã transtulerunt, sensum magis, quam verbum, exprimentes: quia omnis superbus promptus est ad iniuriam. Ergo propterea indignationis plenus, & iræ furorisque ad ponendam terram in solitudinem, peccatores eius conterendos de ea.

HEB.

a Quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo: & luna non splendebit in lumine suo. b Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. c Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. d Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. e Super hoc cælum concutiam, & mouebitur terra de loco suo: propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ indignationis eius.

Stellæ enim cæli dominus visitat super orbis mala, & contra impios iniquitates eorum: vt comprimat arrogantiam superborum, & superbiam fortium humiliet. *Deus* enim *superbis resistit humilibus autem dat gratiam.* Et in prouerbiis legimus: *Ante contritionem eleuatur cor viri, & ante gloriam humiliatur.* Semper superbiam ruina sequitur, & humilitatem gloria. *Qui* enim *se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Legimus in alio loco: *Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo.* Non quod vera sapientia & vera prudentia perdantur à domino, sed falsi nominis scientia: qui sibi thesaurizant linguã mendacij: & deficiunt scrutantes scrutinio & inueniunt nihil: loquentes iniquitatem in excelsum, & ponentes in cælum os suum. Vnde proprie hæreticorum superbia veritatis, iniuria nominatur.

SEPT.

& Orion, & omnis ornatus cæli lumen suum non dabunt: & obtenebrabuntur sole oriente, & luna non dabit lumen suum. Et perdam iniuriam iniquorum: & iniuriam superborum humiliabo. Et erunt qui derelicti fuerint, honorati, magis quam aurum excoctum: & homo honorabilior erit lapide de Suphir. Cælum enim furiet: & terra mouebitur à fundamentis suis: propter furorem iræ domini sabaoth, in die qua venerit furor eius. f *Et erit quasi damula fugiẽs, & quasi grex ouium: & non erit qui congreget: vnusquisque ad populum* mo mundissimo obrizo: quod Hebraice dicitur, f אופיר & Aquila transtulit σπιλωσια ὀρεσιρ, quod nescio quid volentes Lxx. interpretati sunt, lapidem de σαυφειρ. Est autem Indiæ locus, in quo aurum optimum nascitur, sicut in Genesi legimus de fluuio Phison: *Iste est qui circuit omnem terram Euilath, vbi est aurum: & aurum terræ illius optimum: & ibi est carbunculus & lapis prasinus.* Pretiosior autem intelligitur, pro eo quod est rarior. Omne enim, quod rarum est, pretiosum est: sicut & in Samuelis volumine legimus: *Et sermo domini pretiosus erat in Israel.*

e ¶ *Super hoc cælum concutiam*, &c.] Cum pretiosior fuerit vir auro, & homo mundo obrizo, & impletum quod scriptum est: *Putas cum venerit filius hominis, inueniet fidem super terram?* tunc & cæli mouebuntur & terra. *Cælum* enim *& terra pertransibunt*: non sua voluntate & proprio arbitrio (vt plerique existimant, animantia ea esse credentes) sed propter indignationem domini exercituum, & propter diem furoris eius, *qui respicit terram, & facit eam tremere.* Vnde hoc quod in Lxx. dicitur, cælum enim furiet, μεταφορικῶς accipiendum pro his, qui versantur in cælo: quomodo si dicamus, omnis ciuitas conclamauit: & obuiam iudici vrbs vniuersa processit. Fundamenta vero terræ: & in Prouerbiis legimus: *Deus sapientia fundauit terram.* Et ad Iob loquitur dominus: *Vbi eras quando fundabam terram?* Non quod terra habeat fundamenta profunda mole deiecta: sed voluntas & potestas Dei, qua omnia continentur, fundaméta illius appellanda sunt. *Ipse enim super maria fundauit eam, & super flumina collocauit eam: & ipse appendit eam super nihil.*

f ¶ *Et erit quasi damula fugiens, & quasi grex ouium*, &c.] Cælo terraque commotis, fugiet diabolus coluber tortuosus, vel omne dogma cõtrarium veritati: quod in magistros ac discipulos scinditur: quorũ priores propter ὀξυδερκειαν Græco sermone Dorcades, id est, capreæ nuncupantur. Sequentes quasi bruta animalia, & huc atque illuc errantia nõ habent

habent qui eos dirigant: perdiderant enim eum, de quo scriptum est: *A domino gressus hominis diriguntur*: qui liberati à magistris pessimis, conuertentur ad populum suum: & singuli ad terram suam fugient, de qua orti sunt, qui vero inuentus fuerit, occidetur siue iugulabitur. Hoc autem non solum in consummatione mundi, sed vsque hodie fit in ecclesia: quando magistris superatis, grex deceptus reuertitur ad populum, & ad terram suam, & in eo quod inuenitur, occiditur: vt hæreticus esse desistat. Et quicũque superuenerit, cadet in gladio spirituali. Tunc infantes eorum & paruulos, qui nondum ad perfectam venerunt erroris ætatem, allidẽt in oculis magistrorũ: diripientque eorũ domos, & vxores eorum violabunt, prauam sapiẽtiam & doctrinam peruersam. Vnde pro huiusmodi patribus, quorum interficiendi sunt paruuli, debemus orare & dicere, *Da eis domine. Quid dabis eis? Vuluam sterilem, & vbera arẽtia.* Parturierunt enim iniquitatem, conceperunt dolorem, & genuerunt iniustitiam.

a ¶ *Ecce ego suscitabo super eos Medos*, &c.] Inuenimus in Genesi, quod Madai auctor gentis Medorum fuerit, qui interpretatur mensura, siue à potẽte vel forti. Igitur contra Babylonios, qui mente confusi sunt, suscitantur à potente & forti Deo ministri ad puniendum fortitudinis: vt reddant vnicuique secũdum opera sua. *In qua* enim *mensura mensi sunt, remetietur eis. Mensuram agitatam, atque concussam, & plenam, & superefffundentem restituent in sinus eorum.* Qui nec argentum nec aurum, id est, nec eloquij pulchritudinẽ, nec acumen ingenij: in quibus sibi ante plaudebant, recipient: sed pœnis afficient traditos: & paruulis ac lactentibus vteri non miserebuntur, vt magis misereantur. Atque vtinam & nos suscitemur à domino: & hæc nobis detur potestas, vt nec argentum nec aurum velimus eloquentiæ, & sapientiæ sæcularis: sed filios hæreticorum, & omnium qui decepti sunt, interficiamus sagittis spiritualibus, id est, testimoniis scripturarum: & qui lacte nutriuntur erroris, absque vlla misericordia trucidentur, vt clementi crudelitate pereant: nulliusque misereamur, infantiæ: & illa beatitudine digni simus. *Beatus, qui tenebit allidet paruulos tuos ad petram.*

CAPVT XIV.

Et erit, &c.] Cito veniet & non tardabit (quodque sequitur.) *Et dies eius non protrahentur*, asterisci notandum est, quod de Theodotione addita sunt. Medis aduersus confusionis vrbem suscitatis: qui nec aurum in bonis reputant, nec argentum: qui sagittis interficiunt paruulos: & lactentibus vteri non miserentur, & super filios non parcit oculus eorum: vrbs quondam inclyta, quæ erat in superbia Chaldæorum: qui interpretantur, quasi dæmonia, sic subuertetur, quomodo subuersa est Sodoma & Gomorra: vt nullum in ea maneat pristinæ mãsionis vestigium: sed quam postquam fuerit cælum nouum, & terra noua, & *præterierit figura huius mundi*: non habitabit vrbs confusionis in perpetuũ, & nequaquam eũdem statũ recipiet. Nõ n. ponet ibi

postquam in pristina gloria esse desierit Arabs territoria sua: qui interpretatur occidentalis & vespertinus: vt in ea cupiat habitare quam viderit esse desertã. Arabs autem in præsenti loco in bonam partem accipitur: quod semper tendat ad finem, & oblitus præteritorum, extendat se in priora.

SEPT.

Et erit Babylon quæ vocatur inclyta gloriosa regis Chaldæorum sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram: non habitabitur in æternum: nec ingredietur in eam per multas generationes: nec transibunt per illam Arabes, neque pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ: & replebuntur domus sonitu: & accubabunt ibi Sirenæ: & dæmonia saltabunt ibi: & onocentauri ibi habitabunt: & cubicula facient hericij in domibus eorum. Cito veniet & non tardabit: & dies eius non protrahentur.

HEB.

Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum: sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram. Non habitabitur vsque in finem: & non fundabitur vsque ad generationem & generationẽ: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescẽt ibi: sed requiescent ibi bestiæ: & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius: & Sirenæ in delubris voluptatis. Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.

a Mibus sibi ante plaudebant, recipient: sed pœnis afficient traditos: & paruulis ac lactentibus vteri non miserebuntur, vt magis misereantur. Atque vtinam & nos suscitemur à domino: & hæc nobis detur potestas, vt nec argentum nec aurum velimus eloquentiæ, & sapientiæ sæcularis: sed filios hæreticorum, & omnium qui decepti sunt, interficiamus sagittis spiritualibus, id est, testimoniis scripturarum: & qui lacte nutriuntur erroris, absque vlla misericordia trucidentur, vt clementi crudelitate pereant: nulliusque misereamur, infantiæ: & illa beatitudine digni simus. *Beatus, qui tenebit allidet paruulos tuos ad petram.*

Nec pastores requiescent ibi, qui mansuetudinem domini gregem in Hierusalem solent pascere: sed econtrario requiescent ibi bestiæ, quas detestatur psalmista, dicens: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Pro quibus Aquila, & Symmachus, & Theodotio, ipsum verbum Hebraicum posuerunt a עיים: *Et implebuntur domus eorum*, hoc est, Babyloniorum, iuxta Lxx. & Theodotionem ὀφεων, id est, sonitu & clamoribus: iuxta Aquilam, typhonibus: quos nos in dracones vertimus iuxta Symmachum, b אוחים quod verbum in Hebraico continetur, *Et habitabunt ibi struthiones*: animal semper solitudines appetens: de quo in Iob plenius scribitur: qui cum pennas habere videatur, tamen de terra altius non eleuatur: pro quo Lxx. στρουθους, id est. Sirenas interpretati sũt. Pilosos autem qui dicuntur Hebraice c שעירים: Theodotio, erectis & stantibus pilis, interpretatus est. Symmachus & Lxx. dæmonas transtulerunt. Pro onocẽtauris quoque, quos soli Lxx. interpretati sunt, imitantes gentilium fabulas, qui dicunt fuisse hippocentauros, tres reliqui interpretes ipsum posuere verbum Hebraicum d אוים, quod nos in vlulas vertimus. Vbi autem Lxx. dixerunt, cubilia facient hericij in domibus eorum: & in Hebraico positum est e תנים: Aquila, & Symmachus, & Theodotio, Sirena interpretati sunt: significantes vel bestias aliquas esse, vel dæmonas, iuxta errorem gentilium dulce cantantes, & decipientes homines, qui huius sæculi naufragium clausis auribus transire non possunt. Porro onocentauri nomen, ex asinis centauriscque compositum; videtur mihi significare eos, qui ex parte aliquid humanum sapiunt: & rursum voluptatibus & cœno turpitudinis abducuntur ad vitia. Dicitur ergo secundum tropologiam, quod in fine mundi, vel mortis vniuscuiusque, omnis gloria & superbia Chaldæorum & confusio mundi, recedat à nobis, ita omnia subuertantur, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram, nec vltra mundi istius futurus sit status, sed pereat in æternum. *Nec ponat ibi Arabs tentoria sua*, de quo in sexagesimo septimo psalmo dicitur, *Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen eius. Nec pastores ibi requiescãt*, angeli videlicet, qui humano præsunt generi, & quotidie vident faciem patris: sed requiescant ibi bestiæ, & dracones, & struthiones, & pilosi, & vlulæ, & Sirenæ: quas omnes bestias in figura intelligimus angelorum, vel dæmonum, & eorum, quibus tradimur ad puniendum. Et in domibus quondam voluptatis, vbi erat lætitia & gaudium, sit planctus vlularum, & lamentabilis vox Sirenarum: quæ auditores suos ducit ad mortem. Tempus autem imminere iudicij, & diem consummationis Babyloniæ non elongari, nequaquam mirabitur, qui quotidie per sanctos viros in his qui credunt in domino, subuerti viderit Babylonem, & æternitati comparatam, omnem longitudinem esse vicinam. De

E

generibus beſtiarum, imo monſtrorum, breuiter diximus: quia in priori libro iuxta hiſtoriam ex parte perſtricta ſunt. Hoc quoque cõſiderandum, quod poſt quam eccleſiaſticus ſermo & doctrina Saluatoris vrbem confuſionis euerterit, ita vt Sodomæ & Gomorræ cõparetur, non habitetur à ſanctis viris: nec paſtores requieſcant in ea, qui Chriſti gregem paſcere conſueuerant: ſed ecõtrario requieſcant ibi beſtiæ, & draconem, & ſtruthiones, & piloſi ſaltent in ea. Quidquid enim hæretici loquuntur in ſynagogis Satanæ, non eſt doctrina domini, ſed vlulatus dæmonum & piloſorum, quos imitabatur Eſau. *Et Sirenæ requieſcent in delubris voluptatis*: quæ dulci & mortifero carmine animas pertrahunt in profundum: vt ſæuiente naufragio, à lupis & canibus deuorentur. Prope eſt ergo & inſtat quotidie tempus ruinæ hæreticorum, & non differtur eorum ſubuerſio.

Gen.27.d

a ¶ *Miſerebitur enim dominus Iacob.*] Pro aduena, id eſt, προσηλύτου, Lxx. γηλεγν interpretati ſunt, qui Hebraice גר dicitur: Vnde puto, & Moyſi filium, qui aduena erat in terra, nominatum à patre Gerſan. Ergo gioras non eſt Græcum verbum, ſed Hebraicum. Græca conſuetudine declinatum: licet quidam Hebræi ſermonis ignarus, Græcam in eo etymologiam exprimere conetur: ab eo quod terrenæ rei curam habeat: γῆ enim, inquit, terra appellatur, & ἄρσις, φροντὶς, id eſt, ſollicitudo. Rurſum pro משל, quam Aquila & Symmachus & Theodotio parabolam tranſtulerunt, quos & nos ſecuti ſumus, Lxx. τὸν θρῆνον, id eſt, planctum interpretati ſunt. Eſt autem ordo: Poſtquã Babylon deſerta fuerit in æternum, ita vt habitatio beſtiarum ſit: miſerebitur dominus Iacob, eius videlicet qui vitia ſupplantauit, & eliget Iſrael, eum qui mente conſpicit Deum. Et nota verborum proprietatem: Iacob, qui adhuc in lucta poſitus eſt miſerebitur: Iſraëli vero, qui poſt victoriam nomen accepit, non miſericordia, ſed electio coaptatur. Requieſcere quoque eos faciet ſuper terram ſuam: de qua Saluator loquitur: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Et: *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Adiungetur quoque domui Iacob, qui electi ſunt per Apoſtolos, gentium multitudo: & tenebunt reliquias domus Iſraël, & adducent eos in locum ſuum, vt habitent in tabernaculis eorum: & poſſidebit eos domus Iſraël ſuper terram domini in ſeruos & ancillas. Prodeſt quippe malis, vt bonis ſeruiant. Vnde & Eſau dicitur: *Seruies fratri tuo.* Et ad Iacob? *Seruiet tibi frater tuus.* Et accipient eos qui ſe ſophiſmatibus ante deceperant: & exactores ſuos, qui omnia lucri cauſa faciunt, redigent in ſeruitutem. Poſtquam autem requieuerit Iacob & Iſrael à labore ſuo, quo multum contra ſeculum & hæreticos pugnando laborauerat: & à concuſſione & ſeruitute ſua, qua malignæ interpretationi & falſis dogmatibus ante ſeruierat: tunc ſumet planctum atq; parabolã contra regem Babylonis: ſermonem videlicet hæretici erroris & confuſionis, & dicet quæ ſequuntur. Locum iſtum Iudæi interpretantur carnaliter, quod poſtquã reuerſi ſunt de Babylone, factum eſſe docere non poterunt. Neq; enim Babylonij ſeruierunt eis, qui eos prius ceperant: nec victis Babyloniis domus eorum poſſederunt: neq; habuerũt eos in ſeruos & ancillas. Reſtat igitur vt iuxta fabulas ſuas de imperio hoc putent futurũ eſſe Romano: quibus ſuperatis in vltimo tempore, ſeruituræ ſint eis gentes, quibus ante ſeruierint: quod ſi ſequentes literam ſpe ſe falſa decipiunt, quis eis concedet vt Roma vocetur Babylon, & Nabuchodonoſor, rex Romani imperij.

Gen. Exod.2.a

F.

Maſal.

Matt.5.a Pſal 26.d

Gen.27 f

G

b ¶ *Quomodo ceſſauit exactor, quicuit tributum, contriuit dominus baculum impiorum virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, &c.*] In Petri epiſtola legimus: *Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei.* Et in Ezechiele tortoribus dicitur: *A ſanctis meis incipite.* Pro diuerſitate quippe peccati, iudicij ordo diſponitur: vt qui minus deliquerint, ante purgentur. Nouiſſimus autem inimicus, deſtruatur mors. Ergo cum Iſrael de ſeruitute dura fuerit liberatus, ſumet parabolam cõtra regem Babylonis, quam debemus intelligere vt parabolam. Si enim contra Nabuchodonoſor ſermo eſt, & ſimplex hiſtoriæ expoſitio: quomodo parabola dicitur, quæ nulli alteri ἀρχαΐστατε, id eſt, comparatur: Miratur ergo Iſrael quo modo ceſſauerit exactor, qui exigere conſueuerat vſque ad nouiſſimum quadrantem. Exigere autem non alios niſi debitores, qui dicunt in oratione dominica: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Huic exactori debitores traduntur à iudice; qui eos mittit in carcerem, & exigit vſque ad peccatum minimum. Denique & Paulus Apoſtolus in Corintho fornicantem, qui vxorem patris acceperat, necnon Phygellum & Hermogenem tradidit exactori. Et de his exactoribus etiam ſupra dicitur: *Populus meus exactores veſtri depræ dantur vos: & qui repetunt dominantur veſtri.* Pro tributo, Aquila famem interpretatus eſt. Sublato enim à nobis ſponſo, famem patimur verbi Dei, & iugiter à corpore domini ieiunamus. Idcircoque virga & baculus impiorum: pro quo Septuaginta τὸν ζυγὸν, id eſt, iugum interpretati ſunt, percutit nos ſiue opprimit: quia nolumus ſuſtinere iugum leuiſſimum, iugum Saluatoris. Hic autem baculus, & hæc virga, inſanabili gentes furore cædebat, & fugientes perſequebatur crudeliter: nõ emendare volens traditos, ſed occidere.

1.Pet. 4.d Ezech.9.c

1.Cor.15.d

Matt 5.d

Ibidem.

H

Quo-

1.Cor.5.a 2.Tim.1.d Sup.5.b ex Lxx.

c ¶ *Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit: abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendet qui ſuccidat nos,* &c.] Ad interitum regis impij qui percutiebat plaga inſanabili nationes & perſequebatur eas crudeliter, omnis terra conquieuit, & ſiluit: quæ prius turbarum & ſeditionis plena erat: intantum vt abietes & cedri Libani lætarentur: de quibus in pſalmis ſcriptum eſt: Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam. *Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei.* Has cedros Dei, quia aliquando peccauerunt, tradidit dominus ſuppliciis conterendas. Vnde in alio Pſalmo dicitur: *Conteret dominus cedros Libani.* Abietes autem excelſi quique, & in domini ſeruitute ſublimes debent accipi: quæ conſona voce dixerunt: *Ex quo tu dormiſti.* Nota quod & mortis mors appelletur dormitio. *Non aſcendet qui ſuccidat nos.* Victo enim forti, & direptis vaſis eius, etiam cæteri ſatellites corruerunt. Vnde & dominus loquitur in euangelio: *Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius.* Quantos iſti lignorum arborumque cæſores ſuis ſecuribus ſucciderunt, & fecere corrue re? Infernus quoque conturbatus, ſiue verſus in amaritudinem

Pſal. 79.b

Ibid.18.a

Matt.25.d

E

Luc.16.f 2.Pet 3.d

γῆ terra.

tudinem, in occurſum aduentus veri Nabuchodonoſor, locus ſuppliciorum, atque cruciatuum eſt, in quo videtur diues purpuratus ad quem deſcendit & dominus, vt vinctos de carcere dimitteret. Poſſumus infernum occurrentem dicere, & eum angelum, qui inferis pœnis præpoſitus eſt, qui ſuſcitauit omnes gigantes: pro quo alij Raphaim, alij Titanas tranſtulerunt. Gigantes autem vocantur iuxta ethnicorum conſuetudinem, qui eos terrigenas exiſtimant, quos terra genuerit. Nos autem gigantes iuxta Græci ſermonis etymologiã eos appellare poſſumus, qui terrenis operibus ſeruierunt. Denique ſequitur: *Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſoliis ſuis*, in aduentu quondam principis ſui: vt quem prius honorabant pro potentia, poſtea mirarentur in pœnis & dicerent: *Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es.* Quæ verba hunc ſenſum habẽt: Putabamus nos pro imbecillitate noſtra non potuiſſe reſiſtere potẽtiæ Dei, & te eſſe ſolum, qui in tua altitudine permaneres: ſed vt rebus oſtenditur, & tu vulneratus & captus es, noſtriq; ſimilis effectus: vt quos in terra dignitas ſeparauit, apud inferos pœna cõſociet. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia* vel *gloria tua, & concidit cad.uer tuum*: ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, ἡ πομπὴ εὐφροσύνη σου, id eſt, multa lætitia tua, qua prius ſubiectis tibi gentibus lætabaris. *Subter te ſternetur putredo, & operimentum tuum erunt vermes.* Hæc requies diaboli: iſte lectus tentatoris: qui in tantam erectus eſt ſuperbiam, vt etiam dominum auderet tentare, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me.* Putredo & tinea & operimentum vermium, vel pœnæ intelliguntur æternæ, quas propria gignit conſcientia, vel ſuppliciorum materia, quæ ex propriis peccatis naſcitur. Sicut enim, quamdiu cadaueris materia eſt, & aliquis humor in cadauere, vermes naſcuntur ex putredine: ſic ex ipſa materia peccatorum ſupplicia gignuntur. Vnde & Apoſtolus Paulus interfecta morte, ad quam per Oſee ſermo propheticus loquebatur: *Ero mors tua ò mors: ero morſus tuus inferne*: loquitur ad eam: *Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Illa enim mortua, non eſt qui ſuccidat nos: nequaquam enim erit peccatum quod ſuccidendum ſit: Quia *ſtimulus mortis peccatum ſit.*

Matt 4.b

F

1.Cor 15.f Oſee.13.d

1.Cor.15.g

ahelel ben ſahar,

a ¶ *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris,* &c.] Pro Lucifero, qui Hebraice dicitur הילל בן שחר Aquila tranſtulit vlulantem auroræ filium. Vere enim vlulare debuit & eiulare, qui propter ſuperbiam ſuam de cœlo in terram præcipitatus eſt, atque contritus. Vnde & Saluator ad diſcipulos loquitur: *Videbam Satanam quaſi fulgur de cælo cadentem.* Non modo video, ſed prius videbam quando corruit. Et ſi ille propter ſuperbiam de tanta magnitudine cecidit: vos quoque non debetis gloriari, quia vobis dæmonia ſubiecta ſunt: ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo: vt vnde ille cecidit per ſuperbiam, vos aſcendatis per humilitatem. Iſte eſt princeps ſeculi, qui inter ſtellas cæteras mane oriebatur, & ſuo vitio de Lucifero veſper effectus eſt: & non oriens, ſed occidẽs: qui vulnerabat gentes, ſiue qui mittebat ad gentes ſatellites ſuos: vt omnes ſua fraude deciperet. Iſti ſunt falſi Apoſtoli, operarij mendaces, qui tranſfigurantur in Apoſtolos Chriſti: qui bono ſemini lolium ſuperſeminant, dormientibus eccleſiarum magiſtris, & nolentibus aut nequeuntibus eorum malitiæ reſiſtere. Iacob autem & Iſraël, cuius miſertus eſt, & quem eligit dominus, hæc adhuc loquitur ad diabolum: ſiue, vt Lxx. volunt, de diabolo, id eſt, non ad ſecundam perſonam, ſed ad tertiam.

Luc.10.c

Matt.13.b

b ¶ *Qui dicebas in corde,* &c.] Vel antequam de cœlo corrueret, iſta dicebat: vel poſtea quam de cœlo corruit. Si ad-

Pſal.113.a

huc in cœlo poſitus, quomodo dicit, aſcendam in cœlum? Sed quia legimus: *Cælum cæli domino*: cum eſſet in cœlo, id eſt, in firmamento, in cœlum vbi ſolium domini eſt cupiebat aſcendere: non humilitate, ſed ſuperbia. Sin autem poſtquam de cœlo corruit, loquitur iſta verba, arrogantiam debemus intelligere: quod nec præcipitatus quieſcat, ſed adhuc ſibi grandia repromittat: non vt inter aſtra, ſed ſuper aſtra Dei ſit. Cumque dominus loquatur ad Apoſtolos. *Sufficit diſcipulo vt ſit quaſi magiſter*: & *ſeruo ſicut dominus ſuus*: & dicat ad Patrem: *Pater ſancte, da vt ſicut ego & tu vnũ ſumus, ita & iſti in nobis vnum ſint*: Iſte intantum ſibi arrogat, vt ſuper ſtellas cœli, quæ non corruerunt, ſolium ſuum poſitum eſſe ſe iactet. Quodque infert: Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis: pro quo Lxx. tranſtulerunt: ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς Κόρρας, id eſt, in monte ſublimi, ſuper montes excelſos, qui ſunt ad Aquilonem: ad illud referamus quod in Hieremia dicitur: *Ab Aquilone exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ*: Et quod olla ſuccenſa à facie Aquilonis accenditur. Iſte eſt Aquilo ventus duriſſimus: à quo ſuos vult dominus liberare captiuos, & reducere in ciuitatem ſanctam, dicens: *Dicam Aquiloni adhuc, & Africo noli prohibere, adhuc filios meos de terra longinqua.* Illud autem quod huic poteſt eſſe contrarium, *Montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni*, facile ſoluitur. Hi enim qui quondam erant in lateribus Aquilonis duriſſimi, poſtea per pœnitentiam in ciuitate Dei eſſe cœperunt. Semper iſtiuſmodi Lucifer quærit aſcendere ſuper eos, qui habent imaginem cæleſtis: & qui fulgent in eccleſia ſicut aſtra Dei: & ſedere in monte pacti ſiue teſtamenti, id eſt, in eccleſia quæ in ſublimibus collocata eſt: & de lateribus quondam Aquilonis habitatores poſſidet. Qui intantum oblitus ſui eſt, vt velit ſuper nubes aſcendere: *quibus mandauit dominus ne pluant ſuper Iſrael imbrem*: & ad quas peruenit veritas domini: cui loquitur & Abdias: *Si exaltatus fueris vt Aquila, & inter ſidera cœli poſueris nidum tuum, inde te detraham, dicit dominus.* Infelix Iudas, qui quaſi nubes cũ aliis Apoſtolis mittebatur, vt plueret ſuper Iſrael imbrem, & quaſi ſtella inter cæteras ſtellas erat, quibus dominus loquebatur: *Luceat lumen veſtrum coram hominibus*, vitio ſuo ſuſcepit aſcenſorem diabolum, qui vt ſuperbiæ verba complerat, etiam hoc auſus eſt dicere. Ero ſimilis altiſſimo, vt quomodo Chriſtus habet prophetas & Apoſtolos ſuos, ſic & ego habeam pſeudoprophetas, & pſeudo-Apoſtolos. Hæc autem omnia referenda ſunt ad hæreticos, qui cum deorſum ſint, cum principe ſuo excelſos ſe eſſe iactant.

Matt.5.b Luc.18.a

Sup.5.b Pſal. 35.b Abd.a.b

P ſa'. 47.a

H

c ¶ *Veruntamen ad infernum*, &c.] Non ad infernum ſponte deſcendes, hoc enim domini Saluatoris eſt, vt vinctos de inferis liberet, ſed ad infernum detraheris inuitus, vt qui per virtutes poteras ad excelſa conſcendere, per vitia detraharis ad pœnas. Sancti pennas habent Aquilæ, & pennas columbæ, & poſſint dicere, *Volabo & requieſcam*: Impij autem & Ægyptiorum ſimiles, demerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus, & demerſi ſunt in profundum ſicut lapis. Vnde & iniquitas, ſiue, vt melius habetur in Hebræo, impietas ſuper talentum plumbi ſedere conſpicitur. Ergo illud quod alibi legimus. *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur*, etiam rex cõfuſionis paſſus eſt, vt detraheretur in fundamenta terræ, ſiue vt verius in Hebraico habetur, in fundamentum laci. De fundamẽtis terræ in Deuteronomio ſcribitur. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ardebit vſque ad infernum noui ſſimum. Deuorabit terram & fundamenta eius*, eos videlicet qui terreni ſunt. De lacu quoque, quod per eum profunda ſignificentur inferni, illa ſunt teſtimonia. *Aſſimilatus ſum*

Pſal 54.b Exod.15.b

ἀνυμία, 70

אעופה Zach.5.c Luc.18.c

Matt.13.b

יקוה בור Deut.32.c

cum descendentibus in lacum. Et: *Posuerunt me in lacum* nouissimum. Sicut enim lacus aquas ad se descendentes, ita infernus animas suscipit: ad quem lacum descendit Banaias tempore nitiis & frigoris, & interfecit in eo leonem. Vnde & hæretici relinquunt fontem aquæ viuentis, dominum: & fodiunt sibi lacus contritos, qui aquam nonvaleant continere. De his lacis sunt, qui feruorẽ non habent Spiritus sancti, nec Hieremiæ prophetæ similes sunt: qui iuxta Septuaginta interpretes loquebatur: Inueni aquam calidam in deserto: sed refrigescente charitate, calorem sancti Spiritus perdiderunt. Ille est lacus, de quo idẽ Hieremias loquitur: *Sicut refrigerat lacus aquam, sic refrigerat malitia habentes se.* Qui vtinam, iuxta Apocalypsim Ioannis, aut calidi essent, aut frigidi, id est, aut crederent, aut omnino non crederent, ne per reprobam & simulationem fidei à domino reiicerentur.

a ¶ *Qui te viderint, ad te inclinabuntur*, &c.] *& vinctis eius non aperuit carcerem.*] Siue, vt Septuaginta transtulerunt, eos qui ducebantur, non soluit. Qui viderint, Nabuchodonosor, regem Babylonium, non oculorum, sed cordis intuitu de cælo ad inferos corruisse, inclinabuntur humilitate, quæ contraria est superbiæ, & illum prospicient ista dicentes: Nonne iste est vir, siue homo: qui conturbauit, vel concitauit terram? Et est sensus: Qui dixerat: *ero similis altissimo*: & se iactabat Deum: homo esse contineitur: de quo in nono psalmo, qui proprie contra diabolum est, dicitur: *Exurge domine, non confortetur homo.* Et in euangelio: *Inimicus homo superseminauit ζιζάνια.* Vnde ad eum & socios eius dictum legimus: *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines morjemini: & sicut vnus de principibus cadetis.* Et ad eundem sub figura principis Tyri dicitur: *Pro eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti; Deus ego sum, habitatione Dei habitaui in corde maris: tu autem es homo, & non Deus: & dedisti cor tuum sicut cor Dei.* Iste vir & iste homo conturbauit vniuersam terram: eos videlicet qui audiunt cum Adam: *Terra es, & in terram ibis; & concussit regna*, siue reges: quorum cor in manu domini est. *Concussit*, inquit, non subuertit. Vnde & vnus de his qui concussi fuerant, & tamen non ruerat, loquebatur: *Mei autem pene moti sunt pedes.* Et Apostolus loquitur ad credentes: vt arripiant armaturam Dei, & stent contra insidias diaboli. Dominus autem quæ supra petram fundata est, nulla tempestate concutitur. Sequitur: *Qui posuit orbem terrarum desertum*: Siue, vt iuxta Hebraicum, præter Lxx. omnes alij trãstulerunt, *quasi desertum*, Vitiis enim suis atque peccatis, orbem qui Hebraice dicitur תבל fecit esse desertum, vt nullum haberet virtutem, vel eisdem subiaceret vitiis, quibus gentium plena est solitudo. Vrbes quoque eiusdem destruxit orbis: vt de ecclesiis Christi faceret synagogas diaboli: & munditiam veræ fidei hæretica sorde pollueret. Sed & *vinctis eius*, id est, orbis *non aperuit carcerem.* Nos omnes vincti eramus: & clausi tenebamur in carcere: quibus vinctis dixit Saluator: exite, & his qui erant in tenebris, reuelamini. Dominus enim soluit compeditos. Qui liberati ab eo gratias referunt, dicentes: *Tu dissoluisti vincula mea. Funibus* enim *peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* Quos funes atque vincula soluere possunt, & Apostoli imitantes magistrum suum qui eis dixerat. *Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in cælo.* Soluunt autem eos Apostoli sermone Dei, & testimoniis scripturarum, & exhortatione virtutum.

b ¶ *Omnes reges gentium vniuersi dormierũt in gloria*, &c.] Reges gentium quibus Deus secundum canticum Deuteronomij gentes crediderat gubernandas: qui concussi sunt à Nabuchodonosor: & tamen non subuersi: quorum in corpore nequaquam regnabat peccatum: sed quia cor eorum in manu Dei erat, minime corruerũt. Etenim Saluator, quomodo *Deus deorum* appellatur, sic *dominus dominantium*, & *rex regum.* Isti igitur reges vniuersi requierunt in gloria sua: vnusquisque in domo sua. Diuersæ quippe apud Patrem sunt mansiones: & pro varietate virtutum, habitationum differentiæ. Porro Nabuchodonosor proiectus est de sepulcro suo: nec in morte à cruciatibus conquieuit. Proiectus est autem quasi sanies, quę Hebraice, dicitur h נאר quam Aquila ἐκτῶσις interpretatus est, tabem videlicet & pedorem: quem Symmachus, ἔκτρωμα, id est, abortiuum, Lxx. νεκρὸς, mortuum: Theodotio, germẽ, quamquam hoc ipsum verbum supra, vbi de Christo legimus: *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet*, Lxx. ἄνθος, id est, florem, Theodotio: ἔλασον, id est, germen: Aquila ἀνρέμενα, id est, virgultum, interpretati sunt. Proprie autem Nezer dicitur virgultum, quod ad radices arborum nascitur, & ab agricolis auulsum quasi inutile proiicitur: vnde & nos stirpem inutilem transtulimus. Igitur Nabuchodonosor quasi stirps inutilis incendio præparatus, vel sicut sanies pollutus, & inuolutus iis, qui ab eo interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque ad fundamenta laci, detrahetur in profundum, & ne cum iis quidem habebit consortium sepulturæ, quos interfecit. Alterius enim pœnæ est auctor delicti, & alterius, qui ab auctoritate compulsus est. Iste est gladius, quo vulnerati sunt plurimi & interfecti, de quo in septimo Psal. legimus, *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit eum, Et in ipso parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit:* his videlicet, qui in suum cor ignita diaboli iacula susceperunt. Porro iuxta Lxx. cadauer Nabuchodonosor, cum plurimis interfectis pollutum atque confossum iacebit in superbiæ montibus, & deducetur ad inferos. Fundamenta autem laci, pro lapidibus laci, interpretatus est Symmachus, vt aliis verbis & profundum & tartarum significaret inferni.

c ¶ *Quasi cadauer putridum non habebis consortium*, &c.] Quia multum inter se Hebraicum distat, & Lxx. editio, separatim de singulis disseramus. Sicut cadauer putridum, siue vt Aquila transtulit, conculcatum, non habebis consortium sepulturæ, nec cum his quidem quos interfecisti. Tu enim magister es, illi fuere discipuli, & cui plus creditum est, plus exigitur ab eo. Tu terram tuam disperdidisti, populum tuũ occidisti, eos videlicet, qui tibi crediti sunt gubernandi. Vnde ad Saluatorem audet dicere. *Hæc omnia mihi tradita sunt, & dabo tibi ea, si procidens adoraueris me.* Cadauer autem diaboli putridum, ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit, qui legerit peccatum esse fœtidissimum, ipso peccatore dicente: *Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Ecõtrario virtus boni odoris est. Vnde & spiritualium fratrum dilectio, comparatur vnguẽto: quod descendit super barbã, barbã Aaron, & super oram vestimenti eius. Et ad sponsam sponsus loquitur: *Odor tuus suauis, & facies tua speciosa.* Quomodo autem cadauer diaboli spiritualiter conculcetur, illud Apostoli docet nos: Deus conteret satanam sub pedibus vestris velociter. Et domini verba dicentis: *Quasi lutum platearum delebo eos.* Iste quia terram sibi creditam perdidit, & commissum sibi populum trucidauit, nequaquam eos viuos referuans Deo, sed socios suæ præparans sepulturæ, propterea non erit, nec vocabitur in æternum semen pessimorum. Porro iuxta Lxx. hunc habet sensum: *O lucifer qui mane oriebaris*: qui quando habebas opera virturis & luminis, vestimentum eras Dei, & de te dici

dici poterat: *Amictus lumine sicut vestimento*: quia multos interfeciſti gladio, qui descenderunt ad infernum, & eorum pollutus es sanguine: nequaquam vocaberis vestimentum Dei, sed vestimentum cruore permistum, non maculatum atque pollutum, vt aliquid mundi habere videaris, sed rorum sanguine cruentatum. Et hoc notandum, quod ad diabolum dicatur: Sicut vestimentum commistum sanguine non erit mundum, sic & tu non eris mundus. Vbi sunt ergo qui dant diabolo pœnitentiam, & dicunt illum posse mundari? Nec statim fatemur hæresin, quæ diuersas asserit esse naturas, & aliam esse quæ nunquam recipiat sanitatem. Non enim hoc vestimentum per se immundum est, & ita à Deo cõditum, quo olim Deus vestiebatur: sed quia commistum est sanguine, & totum se polluit suo vitio, & malis accedentibus, non erit mundũ, quia terram domini perdidit, populum eius interfecit, terrã Iudææ, & terram confessionis, & sanctos quosque perdens atque interficiens: & ideo non manebit in perpetuum. Vnde & in Euangelio dicitur: *Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Quomodo autem sanctus vestimẽtum Dei est, & vestimentum nouum, & vestitur tunica salutis atque lætitiæ, dicens: *Exultet anima mea in domino: Induit enim me vestimẽto salutis: & tunica lætitiæ circũdedit me:* Sic econtrario peccator, qui portat imaginem veteris hominis atque terreni, meretur audire: *Ecce omnes vos quasi vestimentum veterascemini: & tinea deuorabit vos.* Qui autem profecerit in scelere, & vetustatem noluerit emendare nouitate, nequaquam veteri vestimento, sed panno menstruatæ mulieris comparabitur, dicens: *Errauimus, & facti sumus immundi omnes nos, sicut pannus menstruatæ vniuersa iustitia nostra.*

a ¶ *Semen pessimorum*, &c.] Pro semine pessimo, quod Lxx. transtulerunt, in Hebraico scriptum est a זרע מרעים: quod ceteri semen pessimorum interpretati sunt: Non quod ipsum semen per seipsum malum sit: Deus enim omnia fecit bona: sed ab his qui sua voluntate sunt pessimi, semen ortum sit malum: quod voluntate fit, non natura. Vnde & in Daniele legimus: *Semen Chanaam & non Iuda.* Et de bonis filiis dicitur ab Apostolo: *In Christo Iesu per euangelium ego vos genui.* Et in euangelio: *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem vt filij Dei fierent. Omnis enim qui facit peccatum, de diabolo est.* Huic igitur præcipitur semini, vt filios suos, omnes scilicet cogitationes pessimas, & opera mala præparet occisioni: quæ ex impiis nata sunt patribus: haud dubium quin contrarias significet fortitudines. Qui pessimi filij ideo trucidantur in iniquitatibus patrum suorum: ne vltra consurgant, & possideant terram, quæ à sanctis possidenda est, & implenda, vt ciuitates in ea domini construantur. Et quia non est hominum perfecta victoria; *Nisi* enim *dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilarunt qui custodiunt eam.* Ideo dominus ipse consurget aduersus filios pessimorum: & disperdet de confusione nomen eorum & reliquias, & omne germen & progeniem, ne vltra pullulent in vrbibus domini. Legimus in euangelio, quod diabolus *ab initio mendax sit, & pater eius*, id est, mendacij, quod multi non intelligentes, patrem diaboli volũt esse draconem, qui regnet in mari, quem Hebræi appellant; b לויתן. Et hoc putant loco conuenire præsenti iuxta Lxx. interpretes, qui dixerunt, pro peccatis patris tui: cum perspicue in Hebræo c אבותם non patris tui: sed patrum sit orum significet.

b ¶ *Et ponam eam*, &c.] Cum perdiderit dominus exercituum nomen Babylonis: & reliquias & germen, & vniuersam progeniem, non erit eius perditione contentus: nisi dederit eam possessionem hericij: & paludes aquarũ, & scopauerit eam scopa non leuiter & fortuito, sed terens, vt nihil in ea antiquarum sordium residear. In Actibus apostolorum scribitur: in vase illo linteo, quod quatuor demissum principiis pendebat è cœlo, omnia genera quadrupedum, & reptilium, & volatilium contineri: quod postea Apostolus disserens: Deus, inquit, ostendit mihi nullum hominem immundum dicere. Mores ergo hominum in diuersis animantibus monstrabantur: sicut Pharisæi & Sadducæi propter nequitiam appellãtur genimina viperarum, & propter dolos, Herodes vulpes dicitur: & luxuriosi pronique ad voluptatem, equi appellantur, insanientes in feminas. Et *nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intelligentia*: Econtrario innocentes colũbæ vocãtur, & oues. Igitur iuxta doctrinam domini Saluatoris, qui curas istius sæculi, & seductionem diuitiarum, spinas appellauit: hericius mihi videtur, qui iuxta Apostolum, gaudet in incerto diuitiarum: & armatum se non armatura Dei, sed spinis atque peccatis huius mundi esse confidit: cui rectissime dicitur illud euangelicum: *Stulte hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Tales habitatores habet Babylon deserta virtutibus, vbi non est ager irriguus, qui afferat fructus diuersorum seminum: sed paludes infertiles, & limosæ, ac lutosæ, in quibus cœno gaudentia reptant animalia. Quamobrem clementissimus dominus scopauit eam vehementissime terens: & quasi quodam verriculo ad purum vsque mundauit, vt Babylonia semina pereant, & à solis habitentur hericiis. Quando viderimus aliquem diuitiarum immersum luto, & vt Lxx. interpretati sunt βαθρῷ, hoc est profunda voragine, & quasi cœnosa palude circundari: non dubitemus eum appellare hericium, habitatorem desertæ Babylonis.

c ¶ *Iurauit dominus*, &c.] Postquam hericius habitauerit in deserta Babylone, & pro agris irriguis ac fertilibus paludes cuncta operuerint, ita vt nihil pristini seminis & abundantiæ in Babylone resideat, iuramẽtum domini complebitur, & eueniet quod mente tractauit, vt conteratur Assyrius in terra eius: & in montibus illius conculcetur. Hostis quippe temerarius, non solum terram Dei & humiliora quæque occupare festinat, sed etiam eos, qui in Dei seruitute virtutibus profecerunt, ita vt montibus comparentur, & dicatur de eis, *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Et nota proprietatem. In terra conteritur, in montibus Dei ab ipso domino conculcatur. Cum enim omnes inimici positi fuerint sub pedibus Christi, ita vt *nouissima destruatur mors*, tunc auferetur à sanctis grauissimum iugum Assyrij quo eos ante depresserat, & onus, siue vt Lxx. transtulerunt, τὸ κῶδον, id est, gloria, ab humero eorum tolletur, vt sublato iugo Assyriorum, videant *requiem, quia bona est; & terram, quia vberrima est* & supponat ceruices suas iugo Christi ad laborandũ, & fiant veri agricolæ. Vnde & Isachar, qui interpretatus est merces, ex virtutibus nomen accepit. Et in Propheta legimus. *Est merces iis qui seruiunt domino.* Et in alio loco. *Ecce dominus, & merces eius cum eo, qui reddet*

miciuique secundum opus suum. Quod autem conterantur & conculcentur Assyrij, id est, contrariæ fortitudines, & illud euangelicum docet. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Et apostoli verba testantur: *Deus conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.*

a ¶ *Hoc consilium quod cogitauit super omnem terram,* &c.] Pro omni terra, Lxx. vniuersum orbē interpretati sunt. In fine oneris vel visionis contra Babylonem, quod latebat aperitur, Deum cogitasse consilium super omnem terram, id est, orbem terrarum: & non contra terram tantum Chaldæorum & regem Assyrium atque Chaldæum: Et extentam siue eleuatam manū eius super omnes gentes, & nō super vnā gentem Babyloniam. Ex quo ostenditur, cuncta quę dicta sunt, non ad vnam prouinciam specialiter, sed contra orbem terrarum generaliter pertinere. Quodque dicitur: *Quis poterit infirmare, & quis auertet eam?* Non pro difficili debemus accipere, sicut illud legitur: *Quis sapiens, & intelliget hæc:* Et: *Quis putas est fidelis & prudens dispensator?* & cætera his similia: sed pro impossibili. Nullus enim poterit domini infirmare consilium, & manum eius extentam, siue sublimem, ne percutiat, auertere.

b ¶ *In anno quo mortuus est rex Achaz,* &c.] Mortuo Achaz, qui interpretatur κτῆσις, id est, obtentio, siue possessio, quem regem impiissimum legimus, fit pondus istud super Philistim, siue verbum. Viuente enim illo, & regnante in peccatoribus, nec pondus contra alienigenas, nec sermo Dei fieri poterat ad prophetam. Quod quidem & supra dixisse memini: quando Ozia mortuo, vidit Esaias *dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum.* Et in Exodo legimus: quod postquam mortuus est rex Ægypti, ingemuerint filij Israel ab operibus suis, & exclamauerint, *& ascenderit clamor eorum ab operibus,* & exaudierit dominus gemitus eorū. Nisi enim esset mysticū quod dicebatur: illo magis regnante clamare debuerant: quando luto & lateribus deseruiebant. Præcipitur ergo Philistim, quos nunc Palæstinos vocant, & semper à L x x. ἀλλόφυλοι, id est, alienigenæ transferuntur, & dicitur eis, ne gaudeant, neque lætentur, quoniam contriuerint virgam, vel iugum percussoris sui. *Quem enim diligit dominus, corripit, & castigat omnem filium, quem recipit.* Et quasi filios nos erudit Deus, quando visitat in virga iniquitates nostras, & in flagellis peccata nostra, vt misericordiam suam non auferat à nobis. Hęc est virga de qua in alio psalmo scribitur. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt:* Hæc est virga, & hoc iugum quod ceruicibus omnium vult Saluator imponere: vt depositio iugo Nabuchodonosor, portent iugum Christi. Quod si quis abiecerit atque contriuerit, statim de serpente, siue radice serpentis, qui est coluber tortuosus, egredientur regulus, & aspides: & de aspidibus exibunt serpentes volātes, siue qui absorbeant volucres. Abiecto autem iugo Dei, & cōtrita domini disciplina, primum in cogitationibus nostris semē colubri radicatur: secundo de semine pessimo nascitur regulus, qui rex serpentium est: & afflatu suo atque conspectu homines occidere dicitur: Siue geminа aspidum: de quibus in psalmo dicitur: *Venenum aspidum sub labiis eorum* quæ peccata sunt varia, & de cogitationum pessimo thesauro in mala opera prorumpunt. Cumque regnauerint in hominibus alienigenis: quia Deo alieni sunt: statim egrediuntur serpentes pennati: vt non sufficiat eis cogitasse & fecisse quæ mala sunt, nisi patrocinium quoque malorum operum quæsierint: & diuersas finxerint hæreses. Ego puto serpentes esse pennatos, qui se exaltant & eleuant contra scientiam Dei: & *ponunt in cælum os suum:* vel qui absorbent volucres, hoc est, qui venenato ore singulos quosque, volare cupientes, & ad excelsa cōsurgere, suis faucibus deuorant. Et hoc interim de malis. Cæterum qui nō contriuerunt virgam & iugum percussoris sui, sed ceruicem suam domino subiecerunt, & sunt pauperes spiritu, pascentur, & dicent: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: Et à domino audient: *In pascuis riberrimis pascam eos. Et ingredientur & egredientur, & pascua inuenient.* Et pascētur pauperes per eum qui eos percutit vt emendet: & in pace requiescent: sine pastore solicito ipsi agent fiducialiter, & cum Lazaro requiescent in sinu Abrahæ. Qui autem contriuerunt iugum & virgam percussoris sui, famem perpetuam sustinebunt: vt non alantur sermone Dei: sed omnes eorum reliquiæ intereant, ne quid de malo semine germinet.

c ¶ *Vlula porta, clamat ciuitas, prostrata est Philistæa omnis. Ab Aquilone enim fumus venit: & non est qui effugiat agmen eius. Et quid respondebitur nunciis gentis? Quia Dominus fundauit Sion:* & in ipsa sperabunt pauperes populi eius. CAP.

HEB.

b In anno quo mortuus est rex Achaz: factum est onus istud. Ne lætetis Philistæa omnis tu: quoniam comminuta est virga percussoris tui: De radice enim colubri egredietur regulus: semen eius absorbens volucrē. Et pascentur primogeniti pauperum: & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam fame radicem tuam: & reliquias tuas interficiam.

c Vlula porta, clama ciuitas. prostrata est Philistæa omnis. Ab Aquilone enim fumus venit: & non est qui effugiat agmen eius. Et quid respondebitur nunciis gentis? Quia Dominus fundauit Sion: & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

SEPT.

Anno quo mortuus est rex Achaz: factum est verbum istud. Ne lætemini alienigenæ omnes: contritum est enim iugum eius qui percutiebat vos siquidem ex semine serpentis egredientur genimina aspidum: & ex geniminibus eorum egredientur serpentes pennati: & pascentur pauperes per eum, & pauperes homines in pace requiescent, interficiet autem in fame semen tuum, & reliquias tuas occidet.

quid respondebitur nunciis gentis, &c.] Pro nunciis, id est, angelis quos solus Symmachus transtulit: omnes, reges interpretati sunt, verbi ambiguitate decepti: quia præter vnā litteram א quæ in angelorum vocabulo addita est, eodem reges & angeli apud Hebræos appellantur nomine, id est, מלאכי. In libro Hebraicorum nominum reperi Philistim interpretari cadentes poculo. Qui ergo inebriati sunt calice Babylonis, & biberint vinum in quo est luxuria, & inter cętera vitia propter ebrietatem regnum Dei, iuxta Apostolum, non fuerint consecuti, his præcipitur, vt porta eorum vluler, clamet ciuitas. Portam hæreticorum, os arbitror quos blasphemant: Ciuitatem, animam, quæ malarum cogitationum thesaurus est. Hæc vlulare debet & plangere, quia omnis prostrata est, in terramque deiecta, & nihil in ea sanæ intelligentiæ est, deique sapientiæ. Quare vlulat porta? quam ob causam clamat ciuitas? quia prostrata est omnis Philistæa. Cur que prostrata sit, sequens versus ostendit: *Ab Aquilone fumus venit, & non est qui effugiat agmen eius.* Fumus iste ardentibus diaboli iaculis suscitatur: qui noxius est oculis & contrarius lumini, & ab Aquilone oritur, à quo in Hieremia olla succenditur, & à quo exardescunt mala super omnes habitatores terræ, qui nō possunt dicere. *Accola sum & peregrinus, sicut omnes patres mei* sed in terra habitāt. Vnde & in Prouerbiis legitur. *Aquilo vētus durus.* Nomine autē alio dexter vocatur, qui cum per se durus sit & sinister, & ceruice durissima iugū Dei nolit recipere: vocatur dexter ab his *qui ponunt dulce amarum, & amarū dulce, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras,* & nullus est qui fumi huius agmen effugiat. *Nemo* enim *absque peccato, nec si vnius quidē diei fuerit vita eius.* Cumq; Philistæa corruerit & fumus eius vniuersa penetrarit, ita vt eum nullus possit effugere; quid dicetur angelis, qui singulis præsunt gentibus, admirantibus & scire cupientibus, cur sola Sion in specula & in sublimibus collocata amaritudinē fumi huius euaserit? Quid igitur dicetur eis? Nempe hoc, quod sequitur: Quia dominus fundauerit eam; & ipse sit fundamentum eius. Fundauerit autem eam super fundamentum prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ, sub quibus nominibus Christus intelligitur: de quo & Apostolus ait, *Fundamentum enim aliud nemo potest iacere, præter eum qui positus est Iesus Christus.* Qui autem fatuus est, & stulta loquitur, & cor eius vana intelligit, ædificat domum suam super arenam; quæ non habet fundamentum. In hac ergo Sion, quæ fundata est à domino, sperabunt pauperes, siue mansueti, & humiles populi eius; de quibus dicitur: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram:* Et qui audierūt dominum loquentem: *Discite à me, qui mansuetus sum & humilis corde:* Qui ante gloriam humiliati sunt, & audierunt dicentem apostolum Petrum: *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.* Pauperes autem ipsi sunt, de quibus supra legimus: Pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent.

a Aleph.

b malache, מלשתים

Hier. 51 a Ephe. 5. 1 Cor. 6. b

a Ar עיר b ain c res d iod *Esai. 29 c Sec. 70.*

Hier. 1. c Psal 118. c

Exod. 14. f Gen. 33. g 1. Thess. 5. a

Esa. 5. c

Iob 14. a Sec. 70.

Rom 13 c

CAPVT XV.

ONvs Moab.] Symmachus, & Theodotio, assumptio Moab. Quomodo circumcisio & carnalis est, & spiritualis, & de spirituali ab Apostolo dicitur: *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruimus & gloriamur in domino, & non in carne confidimus.* Et rursum ad distinctionem spiritualis Israelis, dicitur de carnali: *Videte Israel sēper carnem,* & *vos gentes in carne.* Sic Moab accipiendus est spiritualiter, qui interpretatur de patre, siue aqua paterna, de incestu & ebrietate conceptus, quod quodammodo absente, imo nesciente patre videretur esse generatus. In multis scripturarum locis de Moab legimus, & maxime in Numerorum volumine, quando Balac rex Moabitarum ad maledicendum Balaam inaitauit hariolum, qui inter cætera etiā hoc contra Moab mysticum prophetauit. *Orietur Stella ex Iacob, & consurget homo ex Israel; & percutiet principes Moab.*

a ¶ *Quia nocte vastata est Ar, Moab,* &c.] Pro ער, quod solus Theodotio ita posuit vt legitur in Hebræo Aquila & Symmachus, vrbem interpretati sunt, non considerantes quod inter ב ע & ר elementa Hebraica d, literam non haberet, quæ si esset, recte ciuitas diceretur. Sapientia sæcularis; de qua dominus loquitur per prophetam, *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium probabo,* quia auctorem sui sensum habet qui ex conditione Dei generatur: videtur quidem de patre nasci, quod interpretatur Moab, sed quia adulter est & aduersarius populo Dei, de incestu & in spelunca ac nocte generatur. Vnde & in nocte periit, in errore scilicet sempiterno. Et Ægyptii in mari rubro vigilia matutina, quæ nocturnum spiritus ostendit, fluctibus obruti sunt. Et Lot Sodomitis nocte pereuntibus venit in Segor, & ortus est ei sol. Quod intelligens beatus Apostolus scribit de sanctis atq; perfectis: *Non sumus noctis, neque tenebrarum, sed sumus filij diei. Qui* enim *dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrij sunt. Nos autē qui diei sumus,* vigilemus induti lorica fidei & charitatis. Et quia noctem reliquerat, & filius diei esse iam cœperat, loquitur ad credentes: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*: quasi in die cum honestate ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & luxuria. Pereunte autem nocte Moabitide, etiam murus eius, qui dialectica arte constructus est, in eadem nocte vastatus est atq; destructus, & æterna taciturnitate conticuit. Porro Ar, quod interpretatur ἐπίθεσις, id est, aduersarius, hoc ostendit, quod hæc sapiētia, quæ aduersaria Dei est, ecclesiastico sermone contra se pugnante superata sit.

SEPT.

VErbum contra Moabitidem. Nocte perijt Moabitis, nocte enim periit murus Moabitidis. Contristamini in vobis, peribit enim Dibon: vbi ara est, illuc ascendetis ad plorandum.

b ¶ *Ascendit domus, & Dibon ad,* &c.] Omnis domus aduersæ sapientiæ, & Dibon, quæ interpretatur fluxus eorum, ascendit excelsa in quib. superbierat: non vt hostias immolet, sed plangat in quibus ante peccauerat. Et reuera mendacium instar fluminis transit & præterfluit, & nunquam potest stabili mansione consistere. Sermo autem Dei, qui compactus est, stabilis est. Vnde & manna, quod videtur quasi glacies super faciem terræ, non præterfluit, sed consistit. Porro iuxta Lxx. Moabitæ mœrere iubentur & plangere, non super aliis, hoc enim perfectorū est, sed super semetipsis, quia & Dibon eorum, id est, sermo compositus, qui fluebat more torrentis, periturus sitin quo habebant quasi aram consecrationis suæ, & omnes diuitias seculares. Vnde & in psalmo dicitur: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere,* Initium autem salutis est sua intelligere & flere peccata.

דיבון

Num. 11. b Sec. 70.

c ¶ *Super Nabo & super Medaba Moab vlulabit,* &c.] Quia omnis prophetiæ huius pene vnus est sensus: ne eam per partes proponendo lacerarem, simul vniuersam posui: & quid mihi secundum anagogen videatur in singulis, breui sermone percurram. Nabo interpretatur sessio vel prophetia: Medaba, de saltu: Esebon, cogitationes: Eleale, ascensio: Iasa, factum siue mandatum: Segor, parua: Luith, genæ: Oronaim, foramen mœroris: Nemrim, pardi siue præuaricatores: Agallim, vituli vel arenarum tumuli: Elim, arietes siue fortes: Dimon, sufficiens mœror. Quia igitur omne dogma contrarium veritati, quod absque inspiratione Dei de humano sensu in erroris tenebris nascitur, nocte vastatum est, & argumenta illius, quæ intelliguntur muri, ecclesiastico sermone destructa sunt: ita vt æterno silentio conticuerint: in tantum vt vniuersa eorum factio ad pœnitentiam & lacrymas verteretur: super Nabo, id est prophetiam, & sessionem, id est, magistros eorum, & super Medaba, vbi non sunt arbores fructuosæ, sed saltus infertilis, in quo habitant bestiæ, de quo in vicesimo octauo psalmo scriptum est: *Et revelabit condensa saltus,* erit vlulatus, & planctus: & omnia de captibus eorum eloquentiæ ornamenta tollentur: ita vt nudi maneant, & deformes. Et si quid virilitatis habere videbantur in barba, rasum à viro ecclesiastico effœminatum & debile comprobetur. In triuiis quoque eorum, id est, diuerticulis errorum, dum pro voluntate sua fingit vnusquisque quod voluerit, accingitur sacco pœnitentiæ, & super tecta ac domata, in quibus primum se sublimes esse credebāt: & in plateis, quia non ingrediuntur per angustam viam, quæ ducit ad vitam, sed per latam, quæ ducit ad mortem, erit vlulatus, Et nequaquam ascendent in superbiam, sed descendent in fletum. Tunc intelligent omnes cogitationes suas vanas, quod interpretatur Esebon, & cassum ascensum superbiæ, quod Eleale sonat: vt vox eorum audiatur, vsque ad mala opera quæ fecerunt, & mandatum, quod putabant Dei, propria se confessione damnantes. Propterea vectes, id

נבו מידבא חשבון אלעלה יהץ שוער לוחית חורנים נמרים אגלים אלים דיבון

Mat. 8. 7. b

est,qui firmi fuerant in Moab, & errorem suum intellexerint,vlulabunt,& spem habere profectus incipient, cũ anima eorum vlulauerit sibi. Vnde propheta cõpatientis affectu loquitur ad eos, quorũ anima vlulabat sibi, & dicit: *Cor meum ad Moab clamabit*: vt eos ad pœnitentiam prouocem. Vectes autem eorum & omnia firmamenta,quæ habere in hæresibus videbantur, ad Segor, hoc est, ad paruulum vsque peruenient, & ostendentur non robusti esse, sed fragiles. Hæc autem Segor,hoc est, parua pœnitentia,si perseuerauerit, perducet eos ad perfectam salutem: quod vitula triũ annorum significat: iuxta illud quod in Genesi legimus: vbi præcipitur Abrahã, vt offerat vitulum, arietem, & hircum trium annorum, perfectum scilicet sacrificiũ: vt heres domini esse mereatur. Cumque egerint pœnitentiã: per Luith id est genarum lacrymas ad altiora cõscendent: Et hoc quasi mœroris foramine atque introitu, clamorem contritionis leuabunt ad dominum: vt possint dicere: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despiciet*. Et hoc fiet: quia aquæ Nemrim,id est,doctrina hæreticorum, quæ pardis & præuaricatoribus comparatur, deserta erit,& deducetur,ad nihili: Pardi sunt,quorum in Hieremia varietates & maculæ non mutantur,apostatæ,de quibus in psalmo legimus: *Præuaricatores reputaui omnes peccatores terræ*. Omnis quoque herba & germen, & quicquid in sermone eorum viride videbatur,exaruit. Et secundum magnitudinem peccatorum àDeo visitati sunt: vt quem per beneficia non senserant,per flagella cognoscerent. Denique ducentur ad vallem siue torrentem salicum: vt nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis harũ arborũ dicunt esse naturam: vt qui illud in poculo hauserit,liberis careat. Vnde & sancti qui propter peccata in confusione huius mũdi esse cœperunt: in salicibus Babyloniorum fluminum suspendunt organa sua. Omnes terminos Moabitarum clamor circuiuit, vel prouocantium ad pœnitudinem, vel pro errore plangentium: vt offerre possint per vlulatum suum vitulos labiorum, & vsque ad fontem dominicorum arietũ peruenire, siue fortiũ: quia Elim vtrunque significat. Aquæ autem Dimõ,quod interpretatur sufficiens dolor siue mœror, quæ multos sua aspersione polluerant, arguentur deceptis populis non saluti fuisse, sed sanguini. Vnde propheticus sermo promittit: vt super fluentes lacrimas, quod interpretatur Dibon, non vnum mœrorẽ, sed plura mœroris additamenta congeminẽt: vt postquam plenam egerint pœnitentiam,& fugerint de Moab leonem, principem habeãt Deum,quem Lxx. dixerunt ariel,qui interpretatur leo Dei: quorum æditionem in hoc loco differere supersedi: quia & in plurimis ab Hebraica veritate discordat: & ex his quæ interpretati sumus, etiam illius sensus potest intelligi.

צוער

שלשיה שלישים. Gen.15.b

לחיחת

Psal. 50.b

נמרים

Hier.13.d Psal.118.d

B

נחל הערבים φαραγγα. Psal. 136.a

Osee 14.b

אלים דימון

דיבון

ἀ ριὴλ. אריאל

eius: & vsque ad puteũ Elim clamor eius: quia aquæ Dimon repletæ sunt sanguine. Ponã enim super Dimon additamenta his qui fugerint de Moab leonem & reliquiis terræ.

Cap. XVI.

EMitte agnum dominatorem terræ,de petra deserti, ad montẽ filiæ Sion. Et erit sicut auis fugiens: & pulli de nido auolantes: sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Ini cõsilium: coge concilium: pone quasi noctẽ vmbram tuam in meridie: absconde fugientes: & vagos ne prodas Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris. Finitus est enim puluis: cõsummatus est miser: defecit qui conculcabat terram. Et præparabitur in misericordia solium: & sedebit super illud in veritate in tabernaculo Dauid: iudicãs & quærens iudicium: & velociter reddens quod iustum est.

Heb.

b Audiuimus superbiã Moab: superbus est valde

Sept.

Audiuimus iniuriam Moab: contumeliosus est

C

Matt 1. Deut 23.a Nec. 13.c

ארנון

Ephes.4.c

Esai.9.b

Ruth, de qua generatus est Christus, quam vocat petram deserti: quia iuxta præceptũ Dei, Moabitæ & Ammonitæ, vsque ad decimam generationem, & vsque in æternum nõ ingrediuntur ecclesiam Dei. Qui autem fugerit de deserto Moab,vt à prophetia reuertamur ad Anagogen; & contẽpto mendacio in monte steterit veritatis: erit quasi auis fugiens: & quasi pulli de nido auolantes: ne à Moabiticis serpentibus deuorentur. Sic inquit, erunt omnes filiæ,hoc est animæ Moabiticæ: in transcensu Arnon, quod interpretatur illuminatio eorum: quando erroribus derelictis, ad sciẽtiam transcenderint veritatis. Dicitur itaque ipsi Moab, vel ei qui euaserit de Moab. Nihil agas absque consilio: *nec circumferaris omni vento doctrinæ*: sed sequere eum qui *magni consilij Angelus est*: Et coge concilium, vt de vagis & errantibus, Dei ecclesiam facias. Vmbraculum autem tuum & tabernaculum, in quo prius requiescere te putabas, quod erat noctis & tenebrarum, pone in meridie, hoc est in clarissimo lumine: in quo abscondere debes de errore fugientes, & prius vagos vltra non prodere. O enim Moab, profugis meis qui me derelinquerant; qui de ecclesia egressi erant,& dimittentes doctrinam Spiritus sancti suum sensum sequebantur,vel qui habitauerant apud te: cum eos cœperit vastator diabolus persequi; tu eis ad domini timorem tota mente conuersa præbeto latebras: & scito, quod post aduentum agni,qui de petra deserti ortus est dominator vniuersæ terræ: & venit ad montem filiæ Sion: finita sit omnis potentia diaboli: quæ pulueri comparatur: Et consumptus est miser: qui multos fecit miseros: & defecit qui conculcabat omnem terram: eos videlicet qui terreni erant. Illo autem consumpto, & redacto ad nihili, & penitus deficiente, præparabitur solium & regnum sempiternum. Primum in misericordia. Omnes enim sub peccato sumus, & indigemus gratia Dei. Et sedebit in tabernaculo Dauid, quod corruerat & suscitatum est, qui post misericordiam iudicet & quærat iustitiam, & reddat vnicuique secundum opera sua. Consideremus à principio vel oneris, vel sermonis Moab,in quo dicitur: *Nocte vastata est Ar, Moab conticuit*: & cætera vsque ad hunc locum: & videbimus quomodo per gradus & ordinem pœnitentiæ, de Moabitis Israelitæ fiant, & fugiant quasi aues, & auolent quasi pulli de nido: vt transcendant per Arnon: & habitent in monte filiæ Sion: & omni diaboli vel antichristi potestate contrita, Christus regnet in his, & ponat solium suum, qui misericordia iustitiaque saluati sunt. *Non enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio.*

Esa.16.a

D

Rom.3.c

Ioan 5.d

b ¶ *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde*, &c.] Quantis obscuritatibus locus iste iuxta Lxx. interpretes inuolutus sit: ex eo perspicuum est: quod legi vix potest. Dicamus ergo iuxta Hebraicum. Moris est scripturarum, vt postquam desperationem mentis humanæ læto nuncio subleuarint: rursum negligentes & nolentes agere pœnitentiam comminatione deterreant: ne bonitas Dei induret cor nostrum. Cuius rei vnum tantum ponamus exemplum. In centesimoquadragesimoquarto psalmo legimus: *Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera illius.* Et post paululum: *Sustentat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das escam eorum in tempore oportuno.* Cumque præmisisset, *custodit dominus omnes diligentes se*: ne negligentem faceret auditorem, intulit: *Et omnes peccatores dispercet*

E

det. Quia igitur consummato antichristo & parente eius diabolo,qui conculcabat vniuersam terram, præparandum (est vaticinatum) esse solium in misericordia: & eum qui sessurus sit in tabernaculo Dauid ex persona sanctorũ, qui de Moab saluati sunt, & experimento suo eius didicere superbiam, propheta loquitur:

Heb.

valde. Superbia eius & arrogantia eius,& indignatio eius plus quam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit: his qui lætantur super murũ cocti lateris, loquimini plagas suas: quoniam suburbana Esebon deserta sunt vinea Sabama.

Sept.

est valde: superbia eius & iniuria eius & furor non sicut diuinatio tua: non sic vlulabit Moab: si quidem in Moab omnes vlulabunt: habitatoribus autem Deseth meditaberis, & non confunderis, campi Esebon lugebunt vineã Sabama.

ὕβρις.

Ioan.10.b

Ioſ.10.

Matth.1.

a Domini gentium exciderũt flagella eius, vsq; ad Iazer peruenerũt. Errauerũt in deserto, propagines eius relictæ sunt, trãsierũt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Esebõ & Eleale: quoniã super vindemiã tuã, & super messẽ tuã vox calcantium irruit. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neq; iubilabit: vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat, vocem calcantium abstuli: b Super hoc vẽter meus ad Moab quasi cithara sonabit: terunt vuas amarissimas, & suis calcant pedibus: ne draconis de eis exprimantur venena, & omnes interficiantur bibentes, Auferetur quoque lætitia & exultatio hæreticorum, qua ante gaudere consueuerant, vt postquam egerint pœnitentiam, illud mereantur audire: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.* Quodque addidit, de Carmelo, hoc significat, non quod hæretici vere Carmelum habeant, id est, spiritalis circumcisionis notitiam: sed quod falso habere se iactent. Cumque succisæ fuerint vineæ, & ablata lætitia, & exultatio de falsi nominis scientia: nunc nullus erit de pristinis calcatoribus, qui calcet vuas, quas ante calcauerat: & vox eorum æterno obmutescet silentio.

F

3.Reg. 6.a

יעור

Psal. 68.d

H

Mich.1.a כרמל

Iacob.2.B

b ¶ *Super hoc venter meus ad Moab, &c.*] Destructo errore Moabitico,imo falsa lætitia in luctũ lacrymasq; mutata: venter meus prophetæ (qui instar citharæ musica arte compositus est,& qui de Dei timore concipiens, multos liberos procreauit: ita vt nulla sit chorda, quæ non reddat sonum suum) resonabit luctum agentis pœnitẽtiam Moab, *& omnia viscera mea ad murum cocti lateris*, pro quo interpretatus est Theodotio, ad murum dissipatum: Omnia enim contrariorum præsidia, in quibus antea confidebant, destruentur & corruent. Hæc sunt autem viscera, & interiora prophetę, de quibus & Dauid dicebat in Psalmo: *Benedic anima mea domino: & omnia interiora mea nomen sanctum eius.* Quomodo enim cithara non emittit vocalem sonum atque compositum, si saltem vna chorda rupta fuerit: sic spiritalis venter prophetæ, si vna in eo virtutum chorda defuerit, nõ poterit melos dulce resonare: nec ad latericium murũ cunctis clamare visceribus. Philosophorum quoq; sententia est, hęrere sibi virtutes, & Apostoli Iacobi, vt cui vna defuerit, huic omnes deesse virtutes. Cum autẽ intellexerit Moab fustra se in his quæ prius putabat excelsa, dogmatibus laborasse: ingredietur ad sancta sua, non quæ per se sancta sunt: sed quæ sancta errans arbitrabatur, & auxiliũ inuenire non poterit. Vel certe deserto errore mendacii ad sancta ecclesiæ intrare conabitur, vt sua ea faciat, & oret, & obsecret, sed non prævalebit: Neq; enim statim, vt voluerimus, perfectam possimus capere virtutẽ. Quodq; infert, *Hoc verbũ quod locutꝰ est dominꝰ ad Moab ex tũc*: proœmio, in quo dixerat: verbũ cõtra

Moab siue onus, sciamus epilogum redditum: vt quod ibi cœperat, hic compleuerit. Ex tunc autem intelligendum, ex quo cœpit ad eum loqui, vt omnè quod dixit, vnum verbum Dei sit, id est, vna sententia. Porro iuxta Lxx. qui interpretati sunt: Interiora prophetæ quasi murum renouata à Deo: & erubescere eum, id est, Moab, & intrare ad aras, & ad ea, quæ manu facta sunt ita dissere re possumus, vt dicamus semper prophetæ renouari viscera: & à Deo fieri fortiora: vt aduersarij confundantur: & ea quæ humana manu fabricata sunt cassa intelligant, & nihil ad salutem proficientia.

sonabit: & viscera mea ad murum cocti lateris. Et erit cum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua, vt obsecret, & non præualebit. Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc. a Et nunc locutus est dominus: dicens: in tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo: & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

a ¶ *Et nunc locutus est Dominus, dicens: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab,* &c.] Tres anni in quibus auferetur gloria Moab super omni populo eius multo, vel diuitiis multis, vt Lxx. transtulerunt, mystice intelligendi sunt. Sicut enim misericordia Domini in ponderibus est, atque mensura: sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam: vt postquam tres anni transierint, in quibus relinquetur paruus, & modicus, & nequaquam multus, tunc inglorius esse desistat. Ezech 4. b Et hoc notandum, quod iuxta Ezechielis prophetiam: quando dies pro annis numerantur Israeli, hoc est decem tribubus, quæ maiora peccauerant: supputentur in pœnis, anni trecenti nonaginta, vt in Hebraico continetur: non centum nonaginta, vt vulgata editio habet: & Iudæ, in quo erat templum Dei, anni quadraginta. Qui enim paruus est meretur misericordiam: *Potentes autem potenter tormenta patientur.* Et *seruus, qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, vapulabit multum* Moab igitur, quia externus erat, nec de populo Dei, sed relicto errore conuersus non annis pluribus, sed tantum tribus, paruus, & modicus, & inglorius relinquetur. Isti sunt anni, de quibus & alibi legimus: Recordamini dierum sæculi. Et iterum: *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Si enim vmbræ & exemplaribus seruiebat iuxta carnem Israel: & omnis eorum solemnitas futurorum erat typus: quare non & anni præsentis temporis, futura tempora præfigurent? de quibus & in alio loco legimus: *Quid facietis in diebus conuentus, & in diebus festiuitatis domini?* Quodq; iungitur: Quasi anni mercenarij: hoc ostendit quod falsa doctrina pro lucro cuncta faciat atque compendio. Omnis enim *mercenarius, & qui non est pastor, cuius non* Ioan. 10. b *sunt oues propriæ: cum viderit lupum venientem fugit, quia mercenarius est, & oues ad eum non pertinent.* Quam ob rem puto aduenam & mercenarium de sanctis non comedere, nec seruos sanctorum esse participes. Nõ enim ob dilectionem domini, sed ob mercedẽ cuncta faciunt, qui comedunt domos viduarum & proprios abducunt greges, vt lanis eorum vestiantur, & lac mulgeant. Quod de doctrina diximus mercenaria, referamus ad cætera. Si præbeo elemosynam, vt glorificer ab hominib. recepi mercedẽ meã, & mercenarius appellandus sum. Si castum esse me simulo, & aliud est in conscientia mea: habeo non gloriam mercenarij, sed supplicia peccatoris. Et in comparatione duorum malorum, leuius malũ est aperte peccare, quam simulare & fingere sanctitatem. Verum & in hoc profectus est Moab, vt qui prius multos erroris sui habebat comites, postea redigatur ad paucos, vel qui prius multus erat in diuitiis peccatorum, post pœnitentiam paruus & pauper sit in malitia.

Psal. 76. b

Osee 9. a

Exod. 11. f

Matt. 12. d

Commentarij sexti in Esaiam

F I N I S.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM, PROLOGVS.

SEPTIMVS *Liber, idem iuxta anagogen secundus est, imò extremus. In hoc enim decem visionum tropologica explanatio terminatur: quem cum tuis Eustochium precibus, & Christo auxiliante compleuero, veniam ad octauum: & vtramque explanationem iuxta priores vsque ad quartum, libros pariter explicabo.*

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER SEPTIMVS.

CAP. XVIII.

NVS *Damasci.*] Symmachus & Theodotio, assumptio Damasci, Lxx. verbum contra Damascum, addentes de suo, quod & in Moab fecere principio. Damasci primũ דמשק Genes. 15. a nomẽ in Genesi legimus: Qui ante Isaac fuit vernaculus Abraham, & putabatur hæres, nisi esset Saræ filius ex promissione generatus. Interpretatur autem, aut sanguinis osculum, aut sanguinẽ bibens, aut sanguis cilicij, quæ omnia populo conueniunt ethnicorũ, qui ante fidem Christi amicus erat sanguinis, & crudelitatis, & digna opera planctu agebat 2. Par. 24. f & sacco. In dierũ Libro narrat F historia, quod impleto anno ascẽderit contra Ioas regẽ Iudæ exercitus Syriæ: & venerit in Hierusalẽ, & omnes principes populi interfecerit: cunctãque prædã miserit regi Damasci, qui cũ paucis viris venerat: & Deus tradiderat in manu eorũ multitudinẽ magnã nimis: eo quod reliquissent dominũ Deum patrũ suorũ. Quod iuxta anagogen & futurorũ typũ considerandũ est vtrũ ad tempus dominici aduentus referre valeamus. Post finẽ enim anni acceptabilis, in quo à Saluatore est euangeliũ prædicatũ, ascendit de Damasco gentium exercitus in paucis viris cõtra Iudã & Hierusalẽ, qui reliquerant dominũ, & omnes eorum legis ac prophetarũ abstulere diuitias, & miserunt regi Damasci, viris scilicet ecclesiasticis, & doctrinæ euãgelicæ, qui ad cõparationẽ totius mũdi, adhuc tunc infidelis, & in toto orbe dispersorũ Iudæorum, pauci erant: & tamen dominus tradidit Hierusalẽ in manibus eorũ, eo quod dereliquissent Dei filiũ, qui per prophetas ante prædictus est. Ego ob hanc causam reor, & Saulum qui postea Pauli ex virtute nomen accepit, quia æmulator erat legis, ijsse Damascum, & cõtra credẽtes ex gentibus pugnare voluisse, ibique superatum, eos secutum qui in Damasco versabantur: vt inde rursum Hierusalẽ Iudæos expugnaturus ascenderet. Nec alicui videatur esse contrariũ, si in Paralipomenõ libro læta de Damasco & nũc in Esaia tristia prædicentur: quia & de ipso Israel, qui certe portio Dei est, nũc aduersa, nunc prospera nunciantur. Et quomodo est Israel iuxta carnem, & ad gentes dicitur: vos gẽtes iuxta carnem, qui dicimini præputium ab ea quæ appellatur in carne circumcisio: sic e contrario est Israel iuxta spiritum, & sunt gẽtes iuxta spiritum, & inter cæteras gentes est Damascus iuxta spiritum: ne tantum Iudaicis fabulis acquiescamus.

Hier. 48. a

H

Osee 5. & 8.

b ¶ *Ecce Damasc.* &c.] Sicut in titulo demonstratum est, per Damascũ vocatio gentiũ significatur, quæ amabant & bibebãt sanguinẽ, quæ post quã in Christum crediderint, pristinæ cõuersationis ciuitates esse desistent: & erunt sicut aceruus lapidũ in ruina. Quomodo enim acerui lapidum, qui in agris dispersi sunt, in vnum tumulum comportantur, sic de vniuersis nationibus aceruus credentiũ congregatus est in ruina populi Iudæorum, illis cadentibus, & nobis surgẽtibus. Derelictæ quoq; ciuitates ערי, id est, myricæ, ecclesiasticis gregibus erunt: vt quas Iudæi deseruerunt: nos incolamus, siue destructa idolatria extruetur euãgeliũ: Hoc & nostris tẽporibus videmus esse completum. Serapiũ Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ, in ecclesias domini surrexerunt, & ciuitates Aroer euãgelicis gregib' præparatæ sũt. Aroer, id est, myricæ, nascuntur in desertis locis: iuxta illud quod scriptũ est in maledictione eius hominis, qui cõfidit in homine, & à domino recedit cor eius. *Erit*, inquit, *quasi myrica in deserto, & nõ videbit bonum cum venerit, sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili.* Alij vero dicunt ex hac arbore maleficis artibus φάρμακα, id est est, odia concitari. Ergo qui prius erãt in deserto gẽtilium, & in odio nominis Christiani, Christi gregibus seruient: qui requiescent in eis, & nõ erit qui exterreat, quia dominus habitabit inter eos, & præsente pastore, lupum timere non poterunt: *Tunc cessabit adiutorium Dei ab Ephraim*, qui in hoc loco intelliguntur scribæ & pharisæi, iuxta Oseæ prophetiam, qui contrarios populo Dei Ephraim nominat. *Et regnum cessabit à Damasco*, vt nequaquam peccatum, & peccati princeps diabolus regnet in Damasco, quæ prius sanguinem diligebat: sed reliquiæ Syriæ, id est, eorum, qui ex gentibus crediderunt, sint sicut prius fuerant filij Israel, ablato ab illis regno Dei, & tradito *gentibus, quæ faciunt fructum eius*, sicut dominus Deus exercituum locutus est per omnes prophetas suos.

Act. 13. b Act. 9. a

2. Par. 24.

Eph. 2. b

Matt. 21. d Rom. 11. b

c ¶ *Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob*, &c.] Postquã reliquiæ Syrię fuerint, sicut quõdã fuerat gloria filiorũ Israel, & delicto eorũ salus gentibus data: tunc attenuabitur omnis gloria Iudæorum, qua glorioſi erãt in vniuerso orbe: & pingues carnes eorũ tabescẽt: nõ habentiũ prophetas, non signa atq; virtutes, nõ præsens auxiliũ Dei, nõ sacerdotij dignitatẽ: sed omne corpus gentis eorũ emarcescet: & redigetur ad nihili. Cumque dicatur de vocatione gentiũ: *Messis multa, operarij autem pauci*: illi pauperes, messis reliquias, quæ per apostolos saluatæ sunt, & rarissimas spicas legent, non de mõtinus & erectis locis, sed in valle Raphaim, id est, in literæ vilitate. Et cõsidera quod Raphaim, qui gigantes interpretantur, sicut supra Ephraim, pharisæos scribasq; significet. Deniq; Lxx. pro valle Raphaim φάραγγας ἐρεῶν, id est, vallẽ durã interpretati sunt: vt duritiã cordis Iudaici exprimerent. De quorũ humilitate eligũtur quasi in stipula spicæ, & quasi in vindemia racemi, qui saluati fuerint: & sicut excussio oliuæ, duarũ, aut trium oliuarũ, siue quatuor, aut quinque. Quãdo enim venit percussio populi Iudæorũ, oliua illa populi Israel, aut

Matt. 9. d

רפאים

quæ ſub Moyſi ſexcenta millia habuit armatorũ, & ſub Dauid, numerante Ioab, innumerabilẽ populũ, vix paucos fructus offerre potuit domino Saluatori: duas oliuas, Paulum, & Barnabã: & tres oliuas, Petrum, & Iacobum, & Ioannẽ, qui & in mõte trãsfiguratũ dominũ conſpexerunt: & ad archiſynagogi filiã ire cum domino meruerũt. Quatuor autem & quinque oliuæ, reliquos nouẽ faciũt apoſtolos: in quibus Iudæ proditoris locũ Matthias obtinuit, qui vtriq; pro diuerſitate gratiarum, quæ nobis ignota eſt: in quatuor, & quinque] oliuas ſeparati ſunt: vt euangeliorum numerum, & legis in ſe volumina demonſtrarent, quaſi prædicatores vtriuſque inſtrumenti.

a ¶ *In die illa inclinabitur homo ad fa.* &c.] In illo tempore quando de populo Iſrael, cui prius dicebatur: *Oliuam fructiferam vocauit te Dominus Deus tuus*: & de qua in pſalmis legimus: *Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu menſæ tuæ*: propter ſiccitate gratiæ ſpiritualis, vix duas oliuas, & tres aut quatuor, aut quinq; dominus eſuriens repererit, ſubintrabit gẽtiũ plenitudo: nequaquam ad idola manufacta; ſed ad Deum ſuum inclinabitur: & reſpiciẽt ſanctũ Iſrael: & aras, lucoſque, ac delubra cõtemnent: ſcientes illud ſcriptum: *Omnis plantatio, quam non plantauit cæleſtis pater, eradicabitur.*

b ¶ *In die illa erũt*, &c.] Quomodo ſub Moyſe & Ieſu filio Naue, Amorræi & Euæi, ſiue cæteræ gentes, quæ habitabãt in terra repromiſſionis, dereliquerũt vomeres & ſegetes, & ãceruos in agris, atq; fugerunt, ne ab hoſtibus occuparentur: ſic terra Iudæa & omnes vrbes illius robuſtiſſimæ, Romanis Iudæam vaſtãtibus & obſidentibus Hieruſalẽ, à ſuis habitatoribꝰ derelictæ ſunt. Et fit apoſtropha ad ipſam terrã Iudææ, id eſt, ad eos qui habitabant in illa. Hæc autem vniuerſa perpeſſa es: *quia oblita es Dei ſaluatoris tui*, qui interpretatur Ieſus, quem tibi venturũ lex, & prophetæ iugiter nũtiabant: & fortis adiutoris tui, qui tuus ſemper opitulator fuit, non es recordata. Cauſa ergo deſertarum vrbium Iudææ, obliuio Saluatoris eſt, qui in principio huius prophetæ dixerat, *Iſrael me non cognouit, & populus meus non intellexit.*

c ¶ *Propterea plantabis plantationẽ*, &c.] Pro eo quod nos iuxta Aquilã & Symmachũ & Lxx. interpretati ſumus, in die hæreditatis, quod Hebraicè dicitur b יום נחלה legi poteſt in Hebraico, in die peſſima. Et pro eo quod Aquila & Theodotio interpretati ſunt, & dolebit homo, nos docti ab Hebræis, pro homine qui lingua eorũ dicitur, c אנוש interpretati ſumꝰ d אנוש, id eſt, grauiter. De cuiusverbi ambiguitate ſi vitæ huius ſpatium fuerit, in Hieremia plenius diſſeremus, vbi iuxta Lxx. dicitur. *Et homo eſt, & quis cognoſcet eum?* Dicam ergo quod propoſui. Quia oblita es terra Iudæa Dei ſaluatoris tui, & eius, qui tibi ſemper præbuit fortitudinẽ, nõ es recordata, propterea plantabis quidẽ plantationẽ fidelem, ſiue vt Aquila & Theodotio interpretati ſunt, pulchrã: aut vt Symmachus, bonam, vnũ Deum prædicans: ſed germen alienum ſeminabis, non recipiens patrẽ, quia non recipis filium. Qui enim credit in patrẽ, credit & in filium. Et quia germẽ alienũ blaſphemiæ cõtra Ieſum ſeminaſti in ſynagogis ſatanæ; ideo nõ vindemiabis vuã, ſed labruſcam. Cumq; viſum fuerit florere germen tuũ, & aliquã habere pietatis vmbram, aut quinq; in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dominus Deus Iſraël. a In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum: & oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpicient. Et non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati ſunt digiti eius: non reſpicient lucos & delubra.

Heb.	Sept.
b In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, ſicut aratra & ſegetes quæ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſraël. Et eris deſerta, quia oblita es Dei ſaluatoris tui: & fortis adiutoris tui nõ es recordata. c Propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum ſeminabis. In die plantationis tuæ labruſca, & mane ſemen tuũ florebit: ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter.	*In die illa erunt ciuitates tuæ derelictæ, ſicut dereliquerunt Amorræi & Euæi à facie filiorum Iſrael. Et erunt deſertæ: quia dereliquiſti Deum ſaluatorem tuum: & domini auxiliatoris tui non es recordata: Ideo plantabis plantationem infidelem, & ſemen infidele: & in die qua plantaueris, errabis. Si autem mane ſeminaueris, florebit in meſſem in die hæreditatis: quando ſicut pater hominis dat hæreditatem filiis ſuis.*

d Væ multitudo populorum multorum, vt multitudo maris ſonantis, & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarum. Sonabunt populi, ſicut ſonitus aquarum inundantium: & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur, ſicut puluis montium à facie venti: & ſicut turbo coram tempeſtate. In tempore veſperæ, & ecce turbatio: In matutino, & non ſubſiſtet Hæc eſt pars eorum quæ vaſtauerunt nos, & ſors diripientiũ nos.

Cap.

C

Rom. 9. a

D

1. Cor. 12. a

B

b heiom nahala. c enos. d anous.

A

Num. 26. f
3. Reg. 24. b
Act. 13. a
Matth. 17. a
Marc. 5. d
Act. 1. d

Hier. 11. c

Pſal. 127. a

Matt. 15 b

E

Pſal. 18. b

Luc. 11. b

צלצל בנפים

F

Matt. 13 d

1. Cor 13 a

Cap. 006.
Matt. 22 b
2. Theſſ. 1. a

Ruth. 1. d
i Naomi
k mara

Cap. 004.

G

1. Cor. 11. a

H

1. Tim. 3. d

1. Cor. 13. c

Philip. 3 c

Ioan. 15. a

M. 1'. 13. a
Pſal. 73. b

e neemanim. f aleph. g ain h naamanim

Ruth. 1. d
i Naomi
k mara

Cap. 004.

Caput XVIII.

Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, &c.] Vtramq; editionẽ poſui in prophetia obſcuriſſima, ne quid volẽtibus intelligere quod ſcriptũ eſt, deeſſe videatur. Simulque vehementer admiror eos, qui fidem noſtram, & ſpem Chriſtianam arbitrantur ſimplicitate contentã: quia ſcriptum eſt: *Mandatum Dei lucidum illuminans oculos*: Nec plus debere nos quærere, quam vt fiant quæ præcepta ſunt: cum idcirco & omnis ſcriptura & prophetæ ſpecialiter, futurorum myſteriis inuoluti ſint: vt prouocẽt ad intelligentiam, & ad illud quod in euangelio dicitur: *Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.* Quia ergo iuxta hiſtoriã, & id quod in Hebræo cõtinetur, in quinto libro expoſui: nunc quid mihi iuxta anagogen videatur, ediſſeram. Prudens forſitan lector inquirat, quid ſibi velit in viſione vel onere Damaſci, alarũ cymbalum, & cætera quæ ſequuntur. Poſtquam de vocatione gentium dictum eſt, de abiectione Iudæorum, & electione eorum, qui per Apoſtolos crediderunt, & poſtea de gentium multitudine & perſecutoribus, qui maris fluctibus comparati ſunt: ſequebatur, vt de hæreſibus quoque eorum qui eccleſiam vexauerũt & hucuſque Populantur, ſermo propheticus nunciaret: qui dormiente patrefamilias, in agro eccleſiæ ſuperſeminauerunt zizania: Et dicuntur cymbalum charitatem Dei nõ habentes, iuxta illud Apoſtoli: *Si linguis hominum loquar, & angelorum; charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Et non ſolum cymbalum rauco concrepans ſonitu, ſed propter leuitatẽ ſermonis hæretici in diuerſa currentis, alarum cymbalum dicuntur: ſiue iuxta Lxx. πτέρυγες πλοίων, id eſt, alæ nauium: qui magna mercimonia promittentes, nauigãt in ſæculi iſtius fluctibus. Alas autem nauium, vela quibus ſuſpenduntur & trahũtur, intellige. Et pulchre alas dixit nauium: omnis enim hæreticus pollicetur excelſa: & cũ alas habere ſe iactet, tamen hæret in ſalſis fluctibꝰ, & procul nõ recedit à terra: in medioque curſu patitur repẽte naufragium. Vnde Aquila pro cymbalo, vmbra alarum interpretatus eſt: non enim habent alas, ſed alarum ſimilitudinem. Quodq; infert: *Quæ eſt trans flumina Æthiopiæ*, hoc ſignificat, quod impietate ſua omnes vincãt hæretici. Verbi gratia: Dicit Epicurus nõ eſſe prouidentiam, & voluptatem maximum bonum. Comparatione huius ſceleratior Marcion, & omnes hæretici, qui vetus lacerant teſtamentũ. Cum enim recipiant prouidentiã, accuſant creatorem: & aſſerunt eum in pleriſque operibus erraſſe, & non ita feciſſe vt facere debuerat. Ad quam enim vtilitatem hominũ, ſerpentes, ſcorpios, crocodilos, & pulices, cimicesque & culices pertinere? Iſti ergo trãs flumina Æthiopiæ ſunt: & mittunt in mari huius ſæculi legatos, id eſt, diſcipulos ſuos: qui corũ portãtes volumina, recte vaſa papyri, id eſt chartacia, ſuper aquas portare dicũtur, quæ delẽtur velociter. Sicut enim libri iuxta aquas & humores citò obſcurantur, delentur, & pereunt: ita ſermo eorũ atque doctrina, cũ in principio aliquã viſa fuerit fortitudinem poſſidere, pertranſit & labitur. Itaq; per ironiã dicitur ad eos. O angeli hæreticorum, ite veloces. Quos beatus Apoſtolus Paulus falſos Apoſtolos, operarios fraudulẽtos qui in Apoſtolos Chriſti tranſfigurẽtur, appellat. Et *ite ad gentẽ auulſam & laceratã.* Auulſã à Deo & hæreticorũ morſibus laniatã. Ad populum horribilem: Nihil enim horribilius blaſphemia quæ ponit in excelſum os ſuum. Poſt quẽ non eſt alter populus: omne quippe peccatum comparatũ blaſphemiæ, leuius eſt. Gentem expectantem, expectantem, & conculcatam. Nam omnes hæretici ſibi cœleſtia repromittunt, & pollicentur ingentia: & tamen à dæmonibus, cõculcantur. Cuius terram diripuerunt flumina, quæ non de cœlo habent aquas, ſed de terra. Quis enim angulus eſt, quæ extrema ſolitudo terrarum, ad quam nõ turbidus hæreticorũ ſermo perueniat? Itaque omnes qui habitant & morantur in orbe terrarũ, ad hæreticorum ſignum, quod quaſi in montib. eleuatum eſt, erigunt oculos ſuos, & clangorem tubæ, id eſt, doctrinæ eorum, audiunt: Hæc iuxta Hebraicum. Cæterũ ſecundum Lxx. planguntur alæ hæreticorum, quæ inſtar nauium per mare huius ſæculi volitant, & impietatem ſuperãt ethnicorũ, quos nunc Æthiopes ſcriptura cognominat: & dicitur ad doctrinam eorum, atque ſermonem: Qui mittis in mari huius ſæculi libros, obſides peruerſitatis tuæ, & epiſtolas ad decipiendos eos, qui lecturi ſunt: Pergunt nuncij leues ad gentem excelſam, & peregrinum populum & peſſimum. Nullus enim eccleſiaſticorum tantum habet ſtudij in bono, quantum hæretici in malo: & in eo ſe lucrũ putant conſequi, ſi alios decipiant, & ipſi perdiri cæteros perdant. Gens autẽ vocatur excelſa propter ſuperbiã: Et peregrina & peſſima, quia aliena à Deo eſt. Vere gẽs ſine ſpe & cõculcata: cuius flumina in tota terra imitãtur habitationem eccleſiæ, vt inueniãt ſibi hoſpitium & regionem in qua eleuẽt ſignũ doctrinæ ſuæ, in qua ſcripturarũ clangant tuba.

b ¶ *Quia hæc dicit Dominus ad me.* &c.] Quieſcit & contẽplatur Deus in loco ſuo, ſiue iuxta Aquilam, in firmamento, id eſt, in eccleſia, de qua Paulus Apoſtolus loquitur, *Columna & firmamentũ veritatis.* Cõtẽplatur autẽ ea, quæ fiunt in eccleſia, & ſicuti meridiana lux clara eſt, ita vniuerſa perluſtrat, iuxta illud quod in 18. Pſalmo, ſecundũ anagogen de ſole iuſtitiæ dicitur: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Et quomodo nubes roris in die meſſis, & in feruẽti æſtate gratiſſima eſt: ſic dominus habitatores eccleſiæ ſuæ refrigerat, quo præſente cũcta floreſcunt: Et antequã tẽpus cõſummationis adueniat: quia nũc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, multi perfecti reperiẽtur: de quibus Apoſtolus loquitur: *Quotquot perfecti, hoc ſentiamus.* Ramuſculi autem qui inutiles ſunt, falcibus præcidentur, dicente in euangelio Saluatore: *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Et quæ præciſa fuerint, relinquẽtur auibus mõtium, & beſtiis terræ. Auibus quæ iuxta viam ſeminata populantur, & beſtiis quibus traditur anima nõ confitens Deum, ita vt qui à domino præciſus fuerit & abiectus, de corpore illius quod eſt eccleſia, ſeparatus, tam in æſtate quam in hyeme, hoc eſt, in proſperis & in aduerſis, voluerum & beſtiarum manſio ſit,

Cap. XVIII.

Heb.	Sept.
Væ terræ cymbalo alarũ, quæ eſt trãs flumina Æthiopiæ, qui mittit in mari legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas: ite angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam: ad populum horribilẽ, poſt quẽ non eſt alius: ad gentem expectantẽ, expectantẽ & conculcatam: cuius diripuerunt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra: cum eleuatũ fuerit ſignum in montibus videbitis, & clangorẽ tubæ audietis. b Quia hæc dicit Dominus ad me: quieſcam, & cõſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſsis. Ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit: & præcidẽtur ramuſculi eius falcibꝰ: & quæ derelicta fuerint, abſcindẽtur, & excutiẽtur. Et relinquentur ſimul auibus montiũ & beſtiis terræ, & æſtate perpetua erũt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituũ à populo diuulſo & dilacerato: à populo horribili, poſt quẽ nõ fuit alius, à gẽte expectãte, expectante & cõculcata: cuius diripuerunt flumina	*Væ terræ nauiũ alarum trãs ſumina Æthiopiæ, qui mittis in mari obſides, & epiſtolas biblinas ſuper aquam: ibunt enim nuncij leues ad gentem excelſam, & peregrinum populum, & peſſimum, qui eſt trans eum: gens abſque ſpe & conculcata: nunc flumina terræ omnis, ſicut regio quæ habitatur, habitabitur regio eorum: quomodo ſi ſignum de monte eleuetur, & tubæ vox audiatur.*

1. Cor. 11. a

Matt. 13 d

1. Cor 13 a

Cap. 006.
Matt. 22 b
2. Theſſ. 1. a

צלצל בנפים

1. Tim. 3. d

1. Cor. 13. c

Philip. 3 c

Ioan. 15. a

M. 1'. 13. a
Pſal. 73. b

Sicut autem ij, qui inutiles sunt & infructuosi in ecclesia, amputatur & proiiciuntur, ne *modicum fermentū totam massam corrumpat*: sic econtrario fieri potest, vt qui hæretico fuerant errore decepti, & auulsi à domino, atque lacerati, & horribiles ob blasphemiam fruſtraque mendacia præstolantes, & conculcati à dæmonibus, & à fluuiis in partes varias dissipati, cū recordati fuerint Dei sui, & magistros pessimos dereliquerint, offerant munus domino exercituum, non alibi nisi in mōte Sion, & in specula, quod interpretatur ecclesia. Breuius dicimus, quia in libro explanationis historicæ multa iam diximus.

Cap. XIX.

ONus *Aegypti*,] Symmachus & Theodotio, assumptio Ægypti: Lxx. ὅρασις αἰγύπτου, id est, visio Ægypti: Vbi in Hebræo scriptum est a משא מצרים, quod nos interpretati sumus, onus vel pondus Ægypti, pro quo Aquila transtulit ἆρμα αἰγύπτου.

a massa Misraim.

Possumus dicere ab eo quod tollat propheta, & portet iugum domini, eum extitisse condignum, qui prophetiam Ægypti cerneret, siue portaret. Vnde miror Lxx. & in Babylone pro pondere interpretatos visionem: & in Philistim, & Moab, & Damasco, verbum: & nunc in Ægypto, visionem: cum in Hebræo in omnibus his non verbum & visio, sed b משא, id est, onus ponduſque ponatur. Quod autem Symmachus & Theodotio λῆμμα, id est, assumptionem semper interpretati sunt: hoc scire debemus, accepisse prophetam à domino gratiam spiritualem, vt Ægypti sacramenta cognosceret, siue oculis mentis aspiceret, vt Lxx. transtulerunt. Non est autem Ægyptus ista, quam Iudæi putant, sicut arbitratus est Iosephus, qui in lib. antiquitatum refert. Oniam sacerdotem Esaiæ implesse vaticinium, vt in territorio Heliopolitano, quod Ægypti νόμον vocant, extrueret templum ad similitudinem templi Dei & altare. Esto enim, concedamus hæc dicta de Onia & altari, quod in Aegypto extruxit: quæ erunt quinque ciuitates, quæ in Ægypto loquantur lingua Chananitica: ex quibus vna iuxta Lxx. appellatur ἀσηδὲκ iuxta alios interpretes, ciuitas Ar, siue Ares, vel ciuitas solis? Et quis erit Saluator, qui missus est Ægyptiis, vt saluaret eos, & dominum cognoscerent Ægyptij, quando coluerunt eum in hostiis & muneribus, & vota soluerunt, quando percussit dominus Ægyptum & sanauit eam? In quo tempore factum poterimus docere, vt fuerit via de Ægypto in Assyrios, & intrarint Assyrij in Ægyptum, & Ægyptij in Assyrios, & seruierint Ægyptij Assur! Quando Israel tertius in Ægypto fuit, & apud Assyrios quasi benedictio in medio terræ. Ita vt dominus diceret: *Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrius?* Hæc ad Ægyptum istam quam Iudæi æstimant, nō pertinere perspicuum est: Itaque locum istum, quem incolimus, & mundum qui in maligno positus est, Aegyptum possumus appellare: maxime quia c מצרים, quod dicitur Aegyptus, interpretatur θλῖψουσα id est, tribulans, siue ad angustiam redigens. Est tamen sciendum, multa oneris Aegypti, vel visionis ad Aegypti prouinciam pertinere, quæ vsque hodie habitatur & cernitur. Sed & in hoc & in aliis scripturarum locis pleraque ponuntur, quæ non possent stare iuxta historiam, vt rerum necessitate cogamur altiorem intelligentiam quærere.

Lib. 7. c 30.

Isa. 19 in fine cap.

c Misraim.

a ¶ *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*, &c.] Pleraq; de prophetia Aegypti quam leuauit, vel vidit Esaias, in historica explanatione perstrinxi. Vnde nunc, iuxta tropologiam summa quæque carpenda sunt, *Ascendit Dominus super nubem leuem*, corpus sanctæ virginis Mariæ, quod nullo humani seminis pondere prægrauatum est, vel certe corpus suum, quod de Spiritu sancto conceptum est. Et ingressus est in Ægyptum huius mundi: statimque omnia Ægypti simulacra commota sunt: ita vt diuinationes & vniuersa fraus idololatriæ, quæ deceptum possidebat orbē, se fractam esse sentiret: intantum vt Magi de oriente docti à dæmonibus, vel iuxta prophetiam Balaam intelligentes natum filiū Dei, qui omnē artis eorū destrueret potestatē, venerint Bethlehem: & ostendente stella, adorauerint puerum. Tūc cor Ægypti omne contabuit: & Ægyptij contra Ægyptios surrexerunt, iuxta illud quod dominus loquitur in euangelio: *Nolite putare, quia veni mittere pacem super terram: nō veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim diuidere hominē contra patrē suum, & filiam contra matrem suam, & nurum contra socrum suam.* Eo tempore & illud expletum est: Inimici hominis domestici eius. *Et pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicū suum.* Fuerunt enim in vna domo separati, duo contra tres, & tres contra duos: & diuisus est pater contra filium, & filius contra patrem: *Ciuitas aduersum ciuitatem, & regnum aduersus regnum*: eorum, qui non crediderunt, aduersum eos, qui crediderunt, vel certe eorum, qui crediderunt, proximos suos saluare cupientium. *Et disrupturus est spiritus Aegypti in viscera eius*, vt nequaquam paria sentirent, sed spirituali contra se gladio separati, omne consilium suum præcipitatum esse cognoscerent, & nihilominus in errore pristino permanentes, ij qui fidei veritatem suscipere noluerant, interrogarent simulacra, & diuinos suos, & pythones, & ariolos. Cumque illi hoc fecerint, dominus tradidit eos in manu dominorum crudelium, iuxta illud Apostolicum: *Quos tradidi satanæ vt discāt non blasphemare*: quo seruitute durissima oppressi ad clementissimum dominum reuertantur. Pulchreque dæmones, crudeles dominos vocat: quibus nihil crudelius est. Rex quoq; fortis, qui dominus est eorum, perspicue diabolus intelligitur, quem & in euangelio dominus fortem vocat, quo vincto, & oppresso, vasa domus eius & præda diripitur.

Num. 24. c

Matt. 2. a

Ibid. 10. d

Mich. 7. b

Luc. 12 f

1. Tim. 1. d

Matt. 12. c

b ¶ *Et arescet aqua de mari*, &c.] Quando rex fortis & durus dominatus fuerit in Aegypto, arescet omnis doctrina & pulchritudo eloquentiæ fœcularis: & ipse fons fluuiorum omniū diabolus, à quo oriuntur vniuersa mendacia, desolabitur: ita vt deficiant cætera flumina & riui, qui de turbidis Nili aquis implebantur. Calamus quoque & iuncus nimia siccitate marcescant. Pro iunco, papyrum Lxx. transtulerunt, de quo charta fit, addentes de suo ἄχυρον τὸ χλωρόν, quod in Hebraico non habetur. Cumq; ab eruditis quærerem, quid hic sermo significaret: audiui ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum omne quod in palude virens nascitur appellari. Calamus autem, iuxta tropologiam, est sermo vacuus, & nihil in se solidum habens: & papyrus, qui videtur quidem habere medullam, & non esse vacuus, & tamen fragilis est, citoque marcescit. Omnes quoque riui arefacto riuorū capite siccabuntur, & quicquid prius aquis irrigabatur Aegyptiis, arefactum, non erit: ita vt mœreant Aegyptij piscatores, qui valde contrarij sunt piscatoribus domini: & lugeant qui mittebant hamum in flumen, & expandebant rete super faciem aquæ. Qui singulos quoque decipiunt, hamum mittūt in aquas turbidas. Qui autem plures simul, ita vt in synagogis satanæ loquantur publice, & populorum abducant greges: isti rete super aquas mittunt Aegyptias. Confundentur etiam hi qui operabantur linum, vt vestes facerent sacerdotum: plectentes illud & texentes subtilia: quod proprie ad dialecticorum artē pertinet. Pro subtilibus τῷ βυσσῷ, id est, byssum Lxx. transtulerunt: quod & ipsum in sacerdotum vestibus texitur. Quodq; sequitur: *Et erit irrigua eius flaccentia, omnes qui faciebāt lacunas ad capiēdos pisces*: hoc significat, quod

Alias ἄχυρα τὸ χλωρόν

Isa. 19. c

quod omnes insidiæ Ægypti piscatorum destruantur & pereant. Pro lacunis, quæ fiebant ad capiendos pisces: quod nos iuxta sensum interpretati sumus, in Hebraico & in cunctis interpretibus, in loco piscium ponuntur animæ, vt ab historia trahamur ad tropologiam: quod videlicet isti piscatores qui faciebant lacunas & foueas, ad hoc fecerint, vt animas in eis deciperent. Notandum quod pro lacunis Lxx. ζυθὸν transtulerunt: quod genus potionis ex frugibus aquaque confectum: & vulgo in Dalmaciæ Pannoniæque prouinciis gentili barbaroque sermone appellatur sabaium: Hoc maximè vtuntur Ægyptij, vt non puras aquas bibētibus tribuant, sed turbidas & commistarum fecium similes: vt per huiusmodi potionem hæreticæ prauitatis doctrina monstretur. Tunc stulti erunt principes Taneos, quæ interpretatur mandatum humile. Omnes enim hæretici contrariam altitudini humilitatem docent, & detrahunt ad inferos, & sunt principes humilis deiectique mandati. Consiliarij quoque Pharaonis, qui rex Ægypti est, & recte dissipator, & diuisus, & in partes varias separatus exprimitur: insipiens arguentur dedisse consilium, quando *disperderit dominus sapientiam sapientium, & intelligentiam prudentium reprobauerit.*

Dioscor. li. 2. Phil lib. 22. cap. 25. Gal. 7. simp. med.

E

אגמי נפש

צען

פרעה

1. Cor. 1.

F

a ¶ *Quomodo dicitis Pharaoni*, &c.] Solent hæretici regi suo vel Pharaoni dicere: filij sumus sapientium, qui ab initio doctrinam nobis apostolicam tradiderunt: Filij sumus regum antiquorum; qui appellantur reges philosophorum: & habemus scientiam scripturarum iunctam sapientiæ sæculari: Quos nunc interrogat, siue ipsum regem hæreticorum, vbi sint sapiētes eius, qui contemnebant ecclesiasticam simplicitatem: & respondere compellit, quid cogitauerit dominus sabaoth super Ægyptum istius mundi: & quid in consummatione facturus sit. *Stulti sunt approbati principes Taneos*, qui humile hæreticorum habuere mandatum. *Emarcuerunt omnes principes Memopheos*, qui eloquentiæ & oris polluere iactantia: Memphis enim os vel ex ore, interpretatur, & μεταφορικῶς sermonem sonat. Quodque sequitur: *Deceperunt Aegyptum angulum populorum eius*, siue iuxta Lxx. πλανήσουσι αἰγύπτιον κατὰ φυλάς, id est, *decipient Aegyptiē per tribus*, hoc significat, quod regnum sapientiæ sæcularis stultum esse monstretur, & singulorum dogmatum principes, qui interpretantur tribus, arguantur stultos habuisse doctores. *Dominus enim miscuit eis spiritū vertiginis*, siue *errorum*, iuxta illud quod scriptum est: *Et sicut non probauerunt Deū habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Et quomodo qui sanctus est, cum Esaia dicere potest: *Spiritum salutis tuæ faciemus super terrā*: sic qui peccator est, faciet spiritum erroris, hoc est, malitiæ spiritum, secundum quod & in Hieremia legimus. *Arguet te præuaricatio tua, & malitia tua corripiet te.* Sin autem scandalizatur hæreticus, qui vetus non recipit testamentum, quod dominus miscere dicatur erroris vel vertiginis spiritum: Audiat scripturam in Apostolo, hoc est, in nouo testamēto: *Tradidit eos Deus in desideriis cordis sui in immunditiam.* Et iterū: *Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ.* Et rursum; *Tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt.* Traduntur autem in desideriis cordis, quia *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium.* Quod quidem non solum in epistola ad Romanos, sed & ad Thessalonicen. de antichristo legimus: Pro eo quod charitatem veritatis non susceperunt, vt saluarentur, mittet eis Deus operationem erroris, *vt credant mēdacio*, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed complacuerunt sibi in mendacio: quod puto apostolū Paulum de præsenti Esaiæ lectione sumpsisse, in qua dicit: *Dominus miscuit eis spiritū erroris, & errare fecerunt Aegyptū in omnibus operibus suis: sicut errat*, inquit, *ebrius & vomens*, qui inebriatus est vitiis. De quibus ebriis idem loquitur: *Væ qui ebrij estis absque vino.* Et non solum ebrij, sed & vomentes furorem draconum: & furorem aspidū insanabilē: vt postquā huiusmodi vinum euomuerint, intelligant ebrietatem suam atque cognoscāt: quod quamdiu ebrij fuerint, nec principium habuerint, nec finem, id est, nec caput, nec caudam: sed truncum ex vtraque parte animal. Pro principio, & fine: quod & Symmachus & Lxx. transtulerunt: ἀρχὴν καὶ τέλος: Theodotio more suo ipsa verba Hebraica posuit ראש ואזנב: quod Aquila interpretat ἔστι, incuruū, atque peruersum. In incuruo, senes intelligi volens: in peruerso, lasciuientes pueros, qui omnia peruersa faciant: ac per hoc esse sensum, quod in Ægypto non solum caput desit & cauda, sed & pueri, id est, & principium & finis.

2. Thes. 2. c

Isa. 28 a Sec. 70. Deut. 32. c

G

H

b ¶ *In die illa erit Aegyptus*, &c.] In illo tempore (hoc enim, vt crebro diximus, significat dies) quando miscuerit dominus spiritum erroris, atque vertiginis, vt euomat Ægyptus vinum draconum, & furorem aspidum insanabilem, intelligens errorem suum, & ebrietatem pristinam, Ægyptus timebit quasi mulier, non timore fortuito, qui viris accidere consueuit: quos non amat Ægyptus, sed suffocat & interficit, sed timore femineo, quas solas vult Pharao viuere. Timebit autem commotionem, siue eleuationem manus Domini, per quam supplicia demonstrantur: quam mouebit & eleuabit vt percutiat Ægyptum. Tunc terra Iuda, id est, scientia scripturarum: lex & prophetæ, euangelia, & apostolorum epistolæ erunt Ægyptum in festiuitatem, si eas cognouerit: vel timorem, si comparatione doctrinæ, & veritatis earum se intellexerit habuisse mendacium. Omnis qui huius terræ fuerit recordatus, pauebit eo pauore qui ducit ad vitam: *Principium* enim *sapientiæ, timor domini.* Et hoc non solum in consummatione mundi, sed in præsenti quoque tempore accipere possumus: quod ecclesiasticum virum, & doctrinis cœlestibus eruditum, omnis hæreticus timeat, & ad recordationem illius terreatur. Timebit autem & pauebit consilium domini, quod super Ægyptum mundi istius cogitauit. Singula breuiter transcurrimus, vt ad reliqua transeamus.

Exod. 1. c

ויפחדו

Esa. 8. d

c ¶ *In die illa erunt quinque ciuitates*, &c.] Multum prodest manus domini eleuata, siue commota super Ægyptum, vt terra Iudæ sit ei in timorem, & omnis qui illius recordatus fuerit, perstremiscat. In illo tempore quinque ciuitates in terra Ægypti loquentur lingua Chanaan: quas plerique

Cippa veagimon

nostrorum quinque sensus intelligunt: visum, auditum, odoratum, gustium, & tactum. Quando videmus mulierem ad concupiscendum, visus noster loquitur lingua Ægyptia. Quãdo audimus iudicium sanguinis, dicente domino: *Non suscipiones auditionẽ vanã*, auditus noster loquitur lingua Ægyptia. Quãdo secũdum prophetã viuimus in deliciis, & iacemus super lectos eburneos, & primis vngimur vnguẽtis, odoratus noster loquitur lingua Ægyptia. Quando venter noster Deus est, gustus noster loquitur lingua Ægyptia. Si non audierimus illud quod Apostolus loquitur: *Bonũ hominimulierẽ non tangere*, sed ecõtrario iũgamur meretrici: tactus noster loquitur lingua Ægyptia. Sin autẽ ecõtrario eleuauerimus oculos nostros, & viderimus quod regiones iam albæ sint ad metendum: & nequaquam curui fuerimus in terram: sed iuxta euangelicam mulierem, quæ decem & octo annis cœlum aspicere non poterat; eleuauerimus oculos nostros, & dixerimus; *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis*: oculus noster & visus loquitur lingua Chananitide. Si circumciderimus aures nostras, & audierimus dominum loquentem: *Qui habet aures audiendi audiat*: auditus noster loquitur lingua Chananitide. Qui potuerit sponso dicere: *Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus*. Et Christi bonus odor sumus in omni loco: huius odoratus loquitur lingua Chananitide. Gustus quoque in bonã partem accipitur, eius qui comedit panem de cœlo descendentem, panem viuum & non mortuum; & audit illud: *Gustate & videte quam suauis est dominus*: statim loquitur lingua Chananitide. Sed & tactus spiritualis est: de quo Ioannes Apostolus ait: *Manus nostræ palpauerunt de verbo vitæ*: & qui fide tangit Iesum, ita vt de eo Saluator possit dicere: *Tetigit me aliquis: ego enim scio virtutem exisse de me*. Didicimus quanta bona tribuat eleuata manus domini: quæramus quare nõ lingua Hebræa, sed lingua Chananitide loquantur quinque Ægypti ciuitates. Ad quod ita respondere conabimur: [d] עברי, id est, Hebræus, *περάτην*, id est, transitorem sonat: qui de loco transit ad locum. Ergo & nos licet sancti, quamdiu in Ægypto fumus, & istius mundi versamur tenebris; non possumus loqui lingua Hebræa, sed lingua Chananitide: quæ inter Ægyptiam & Hebræam media est, & Hebrææ magna ex parte confinis [e] כנען interpretatur, quasi cõmotio, siue quasi respondens. Quando igitur ab Ægypto recedimus, & exire volumus de potestate Pharaonis, ita vt terra nostra & confessio formidolosa sit Ægypto; tunc mouemur & quasi respondemus domini voluntati: & tamen, quia adhuc in præsenti sæculo sumus, lingua Hebræa, necdum loqui possumus. Quodque sequitur: Iurare quinque ciuitates per dominum exercituum: hoc significat, quod etiam hic positi nequaquam dæmonum, sed Dei recordemur omnipotentis. De his quinque ciuitatibus, cum aliarum quatuor tacita sint nomina, vna dicitur solis ciuitas, quæ mihi videtur referri ad visum. Sicut enim, vt videatur ciuitas, sole & luna indiget; ita vt oculi nostri illuminentur, indigemus sole iustitiæ.

a ¶ *In die illa erit altare domini*, &c.] Cõsequẽter ad id quod supra dixerat: *In die illa erũt quinq; ciuitates in terra Ægypti loquẽtes lingua Chananitide, & iurãtes per dominũ exercituũ*, nũc infertur: *Erit altare domini in medio terræ Ægypti*: quod Onias secundum Iosephum male intelligens, implere conatus est: Et titulus, domini continens passionem, in quo scriptum est Hebraicis literis, Græcis, & Latinis: *Iesus Nazarenus rex Iudæorum*: in signum crucis, & in testimonium vniuersarũ gentium, quæ nũc Ægyptus appellantur. Cumque persecutio creuerit à facie tribulantium nominis Christiani, tunc clamabũt in cordibus suis: *Abba pater. Et mittet dominus exercituum Saluatorem*, id est, Iesum, & iudicem, vel propugnatorem, qui liberet eos: vt liberati cognoscant dominum, & ipsi cognoscantur à domino: & vbi abundauit peccatum, superabundet gratia. Vnum autem altare Ægypti, id est, mundi istius dicitur: vt cuncta altaria, quæ contra ecclesiæ eriguntur altare, sciamus esse non domini. Vsque ad finem visionis Ægyptiæ in libro explanationis historiæ, quia manifesta prophetia erat, diximus quod cuncta referantur ad Christum.

b ¶ *Et cognoscẽt Ægyptij dominũ*, &c.] Postquam cognouerint Ægyptij dominũ, colent eum in hostiis spiritualibus, & muneribus: & *vota vouebũt domino, & soluẽt*: & dicent cum Dauid. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*, &: *Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinum*: quãdo credentes in Nazareum, & ipsi fuerint Nazarei: vinum & siceram non bibentes, & acetũ quod domino propinatũ est, & quæcunq; fiunt ex vua Sodomitica. Cumque vota persoluerint cum Abel, & respexerit ea Deus, inuidebit frater maior Cain id est, circumcisionis populus: & effundet sanguinem Christianum, qui clamabit ad Dominum: & idcirco egredietur à facie Dei dicens de Saluatore: *Crucifige, crucifige eum*. Et: *Nos non habemus regem nisi Cæsarem*. Votum offert, & soluit Domino, qui est sanctus corpore, & spiritu. Votum obtulit & Zachæus, qui mediam partem substantiæ suæ pauperibus repromisit. Quæritur, si Ægyptiis saluator & propugnator est missus, qui liberet eos de angustiis, quomodo nunc dicatur; *Percutiet Dominus Ægyptum plaga*? Sed cõsideremus quod sequitur. *Et sanabit eam*. Quem enim diligit Dominus, corripit. Et ipse saluator in sexagesimooctauo Psalmo loquitur ad patrem; *Quoniam quẽ tu percussisti, ipsi persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Si ergo proprio filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis, vtilius liuore, & vulneribus sanaremur: tradat dominus & martyres passioni: sed rursum eos in resurrectione sanabit, vt illorum vulneribus fides credentium confirmetur. Vnde & ad Iob dicitur: *Putans me tibi aliter locutum, nisi vt apparerem iustus*? Ipse enim dolorem facit & reddit pristinæ sanitati: & visitat seruos suos in virga, vt misericordiam suam non auferat ab eis. Vnde & filiæ & nurus, quæ multum peccauerunt, & diuaricauerunt pedes suos omni transeunti, non visitantur, neque corripiuntur, dicente Domino: *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super nurus vestras cum adulterauerint*. Percutit ergo Ægyptios dominus, non igne, non gladio, sed virga. *Quis enim filius est, quem non erudiat pater*? vt postquam sanati fuerint, reuertantur ad dominum, & placetur eis, & rursum sanet eos: Semper enim indigemus misericordia Dei, & nullus est finis eius clementiæ.

c ¶ *In die illa*, &c.] Quomodo cætera, quæ præcedunt, in bonam partem accidisse Ægyptiis demõstrauimus, quinque videlicet ciuitates in terra corũ loquentes lingua Chananitide, & iurantes per dominum, & altare domini in medio terræ Ægypti collocatum & titulum, & testimonium, & signum, & saluatorem, qui liberaret eos, & quod dominus cognosceretur ab Ægyptiis, & ipsi cognoscerent eum, & quod offerent hostias, & munera, & vota persoluerent, & percussi sanarentur, & reuerterentur ad dominum, & placaretur eis, & iterum sanarentur, sic & hoc quod sequitur: Seruire Ægyptios Assyriis, in bonam partem accipiendum est. Seruit enim & Apostolus credentibus, vt lucri eos faciat. Et Esau subiicitur fratri suo Iacob, vt particeps fiat benedictionũ eius. Igitur qui priores de gentibus saluati fuerint, & habuerint in se altare domini, eos qui in duritia perseuerant, sua seruitute saluabũt: & commixtione ac societate eorum, pergent ad Assyrios: vt Assyrios ducant ad Ægyptum: & postea possint ad Israeliticum populum peruenire. Ob hanc causam reor, & fidelem mulierem seruire viro infideli: vt paulatim eum de Ægypto & Assyriis pertrahat ad Iudæam.

a ¶ *In*

[a] Ioseph. lib. 7. de bello Iud. c. 30. 1 f. 19. d

[b] Rom. 8. c

[c] Canaan.

[d] Ibri.

[e] Matth. 5 d

[f] Amos 6. b

[g] Philip. 3. d

[h] 1. Cor. 7 a

[i] Ioan. 4. c

[k] Luc. 13 b

[l] Psal. 122 a Luc. 8. 1

[m] Cant. 1 a 2. Cor 2. d

[n] Ioan. 6.

[o] Psal. 33. b 1 Ioan. 1 a Marc. 5. c

[p] Isai. 7. a

[q] Sophon. 3. a

[r] Psal. 50. d Psal. 140. a

[s] Num. 6. d Ioan. 19 f

[t] Gen. 4. a

[u] Luc. 23. c Ioan. 19. c Luc. 19. a

[x] Hebr. 12. b

[y] Rom. 8. f

[z] Iob. 40. a Sec. 70.

[a] Ezech. 16. b

[b] 3. Reg. 21. a

[c] Osee 2. c

[d] 1. Cor. 9. c Gen. 33. b

[e] Exod. 12. b

[f] 1. Cor. 7. c

a ¶ *In die illa erit Israel*, &c.] Tertius erit Israël in Ægypto & in Assyriis, vt omnem massam suæ benedictionis fermẽto misceat: & qui priùs contra se hostiliter diffidebant, hac benedictionis fibula copulentur: & sit populus Dei Ægyptius, *& opus manuum eius Assyrius: hæreditas autem eius Israel*. Benedictus est Ægyptius domino, quia Israelis societate benedicitur. *Et opus manuum eius, Assyrius*: quia in ipso suam clementiam demõstrauit. Israel autẽ solus potest dicere: *Pars mea dominus*, qui mente conspicit Deum, & eius hæreditas appellatur.

Cap. XX.

Anno quo ingressus est Thartã, &c.] Pro Thartan Lxx. Tanahan transtulerunt, & pro Sargon, Arna: quod, quid interpretetur, scire non possumus. Neque enim falsorum nominũ falsas possumus etymologias fingere. Sunt autem nomina non Hebræa, sed Assyria, è quibus sonare cognouimus. Thartan, turrem dedit, vel superfluus, siue elongans. Sargon autem princeps horti. Hic rex Assyrius, quem supra legimus sensum magnum, habet duces plurimos, quorum vnus est Thartan, elatus in superbiam, & longe procedens in scelere, & amplior cæteris, & mittitur ad impugnandam Azotũ, quæ Hebraice dicitur [a] אשדוד, & interpretatur ignis generationis, expugnatq; dux regis Assyrij eos qui generationi & libidini seruiunt. Et pulchre rex Assyriorũ Sargon princeps hortorũ dicitur, voluptati & luxuriæ dedit⁹. Denique & Achab rex Israel vineã Naboth vertere in hortũ cupiebat: quod ille iuxta leges tropologiæ intelligens, mori maluit quam facere, ne hæreditas paterna & antiqua possessio, in impij regis deliciasverteretur. Præcipitur autẽ prophetæ, vt sacco, calciamẽtisq; depositis, nud⁹ & discalciatus incedat: & in signũ sit atque portẽtũ Ægyptiis & Æthiopibus, qui Dei populũ persecuti sunt: & propter superbiã fuere humiles. Ægypt⁹ enim interpretatur persequens, siue tribulans. Æthiopies, humiles atque deiecti. *Omnis* enim *qui se exaltat, humiliabitur*. Qui ducendi sunt in captiuitatẽ & trium annorum tormenta passuri: de quibus annis, in psalmis legimus: *Cogitaui dies ætiquos, & annos æternos in mente habui*. Quæ non putemus paruæ esse supplicia, sed magnis elõgata temporibus. In ipsa autẽ captiuitate & transmigratione Ægypti, ibunt iuuenes & senes qui in malitia roborati sunt, & ad perfectæ ætatis vitia peruenerunt, nudi, vt omnia eorum scelera pateant. *Nihil* enim *occultum quod non reuelabitur*. Et discalciati, quia pascha domini comedere non poterunt: quod qui comedit, accinctos habet lumbos, & tenet manu baculum, & calceatis stat pedibus: ne per sæculi huius solitudinẽ transiens, à serpentibus mordeatur. Tunc discoopertæ erunt nates eorum, per quas stercus egeritur, & omnis ignominia Ægypti demonstrabitur, ita vt confundãtur qui habuerunt spem in Ægypto, & in Æthiopia: & gloriam suam in confusionem viderint esse mutatam: in tantum vt habitator insulæ huius, id est sæculi, qui non est aduena & peregrinus, sed perpetuã mundi possessionẽ habere cupiebat, confusus dicat: Hæc est Ægyptus, & hæc est Æthiopia, quarum sperabamus auxilium, vt à principe mundi istius nos liberarent; Quomõdo ergo effugere poterimus, cum capti sint hi, in quibus spem habebamus? Et hoc notandum, quod antequã capiatur Azotus, propheta sacco vestitus sit, & calciatis pedibus, vt plangat quidem eos qui ardentibus diaboli iaculis vulnerati sunt & libidini seruiunt, sed nihilominus ipse calciatus incedat, vt calcare possit super serpentes & scorpiones, & secutus incedere per huius sæculi arenum, in qua sunt serpentes & scorpiones, & bonarum rerum sitis. Postquam autem Azotus capta fuerit in typum captiuitatis Ægypti, & transmigrationis Æthiopiæ, ipse discalciatus & nudus incedat. Neque enim in terra sancta, ad quam ire festinat sacco vestitus & opertis pelle pedibus, vel stare poterat, vel ambulare: dicente domino: *Solue calciamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est*.

Cap. XXI.

Heb.

Onus deserti maris: Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit de terra horribili. Visio dura nuntiata est mihi: Qui incredulus est, infideliter agit. & qui depopulator est, vastat. Ascende Elam, obside Mede: omnem gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me, sicut

Sep.

Visio deserti maris: *Sicut tempestas de deserto transeat, de deserto veniens de terra: Horribilis visio & dura annuntiata est mihi: prævaricator prævaricatur: & iniquus inique agit. Contra me Elamitæ & legati Persarum veniunt: nunc ingemiscam & consolabor me: idcirco repleti sunt lumbi mei angustia: dolores appre-*

Onus deserti maris, &c.] Quid nobis videatur iuxta historiam breuiter diximus, nunc tropologiæ summa carpamus. Visio vel pondus contra sæculi huius cernitur mare, & cernitur à propheta, quantis tentationibus mundus hic plenus sit. Quod autem mare appelletur sæculum (vt multa præteream) vno testimonio psalmi contentus sum: *Qui descendũt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: Ipsi viderũt opera domini, & mirabilia eius in profundo*: Qui enim operãtur in hoc sæculo opus Dei, & cum prophetа dicunt. *Veni in profundũ maris*, & tempestas me deduxit, non me sustinet fluctus: ipsi vident *mirabilia eius in profundo*. Et liberati de tentationibus & angustiis, horribilem & duram visionem audisse se dicunt. Hæc autem ipsa tempestas à deserto venit, in quo tentatus est & dominus: & Israel colubri morsibus, & scorpionum ictibus patuit. Cumque venerit, pertranſit, & præterit: & tunc intelligit ille qui sustinet, quod non prævaricatur nisi qui prævaricator est, & non agit inique, nisi iniquus. Vt igitur maris fluctibus obruamur: & opprimat nos sæua tempestas, nostri vitij est, qui ante tempestatem prævaricatores fuimus & iniqui. Quodque dicit: Contra me Elamitæ & legati Persarum veniunt: hic sensus est: Elamitæ interpretantur despicientes: Persæ, tentantes. Veniant igitur hi qui despicere solent, contemnere, atque tentare, sed ego ingemiscam, & gemitus meus erit mea

[a] Isai. 20. a

[b] Psal. 72.

[c] Amos 1. b

[d] Gen. 4. a

[e] Sup. 10. Sec. lxx.

[f] Psal. 76. l

[g] Exod. 8. c Num. 21. b

[h] Psal. 106. a

[i] Psal. 68. b

[k] Matt. 4. c Num. 21. Deut. 8. 16

[l] Ἐλαμῖται παρὰ τὸν ἐσθιόντα πυρ ἐστι παράλυσις

consolatio. *Sed & lumbi mei repleti sunt angustia, & obtinuerunt me dolores quasi parturientem, & à timore domini concipiam, & pariam, & spiritum salutis eius faciam super terram.* Recte autem, iuxta Hebraicum, turbines, atque tempestates de deserto veniunt, & de terra horribili, vbi non est habitator Deus, & vbi vniuersa terrena sunt: Et quicunq; est incredulus, agit rem congruã infidelitati suæ: & qui depopulator est, vastat. Vnde audacter contra aduersarios loquitur: *Ascende Elam, obside Mede: omnem gemitum* deserti maris, & terræ horribilis, & visionis durissimæ, quæ nunciata est, *cessauimus*: Quia lũbi mei agentes pœnitentiam, nequaquam vt prius voluptate, sed dolore sunt pleni, nec vltra dicam: *Lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Angustia enim possedit me & tribulatio, sicut solet tenere parturientem. Multum inter se vulgata editio, & Hebraicum in hoc loco discrepant: ideo breuiter vtrumque perstringimus, ne φιλεπιπλῶσιν carpendi nos occasiunculam relinquamus.

a ¶ *Corrui cum audirẽ*, &c.] Præauditu & visione durissima, quam cernebat de deserto mari propheta venturam: corruisse & turbatum esse se dicit: & prope modum caligantibus oculis, & stupefacta mente, nescisse quid cerneret. Illa enim Babylon, pro qua Aquila & Theodotio, tenebras interpretati sunt (vt significarent mundum istum qui *in maligno positus est*, & cuius principes sunt iuxta Apostolum Paulum, *rectores tenebrarum istarum*) quæ quẽdam vel prophetæ, vel Deo amabilis fuit: facta est in sua subuersione mirabilis. Vnde prophetæ præcipitur, vt vesperascens in mẽsa domini, & illius saturatus cibo, diligentius cõtempletur quæ vẽtura sint mundo: dicitur q; per eum ad omnes credentes, vt comedentes & bibẽtes corpus & sanguine domini, vertantur in principes ecclesiæ; & cũ Apostolis audiãt. Sumite: arripiantque clypeũ fidei de armatura Apostoli Pauli *in quo possint ignita diaboli iacula extinguere.* Hoc iuxta Hebraicum, & cœptam super mundo interpretationẽ. Trãseamus ad editionẽ Lxx. quæ multũ à superioribꝰ discrepat: Corripit se propheta, imo sub persona sua aliorũ confitetur errorem, qui sequentes occidentẽ literam, contemnũt spiritum viuificantẽ, & inique feciſſe se dicit, vt non audiret legem spiritualiter, sed econtrario festinaret Dei sacramẽta nõ cernere: nec diceret cum Dauid: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Idcirco errat cor eius & Iudaica superstitione completum, non in charitate Dei, sed in timore consistit, vt habeat spiritum seruituris in timore: & nequaquam *spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater.* Vnde præcipitur ei, vt accedat ad mensam ciborũ spiritualiũ, comedantque omnes in ea qui illius sequuntur exemplum, & bibant: & veteri errore contempto, consurgant in spiritu, qui iacebãt in littera, & fiant principes dicantque cũ propheta: *Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.*

b ¶ *Hæc enim dixit mihi dominus. Vade & pone speculatorẽ*, &c.] Iubetur propheta ponere in corde suo speculatorẽ, & diligẽtius intueri quæ vẽtura sunt mũdo, viditq; duos equites, *ascensorem asini, & ascensorem cameli*: Quos quidam sic interpretatus est, vt ascensorem asini iuxta euangelicam lectionem, & prophetiam Zachariæ. Christũ diceret, & econtrario ascensorem cameli, contrariam fortitudinem propter fœditatem tortuosi animantis. Alij vero, duos ascensores literæ, & spiritus, ad duo referunt testamẽta. Illudque quod in Hebraico dicitur a אריה, pro quo Aquila & Symmachus leonem & leænam interpretati sunt: nescio quid volentes Lxx. σύφλαν posuerunt: quod quidam lumen domini interpretari putat, cum aliis literis lumen domini, quod hic non habetur: & aliis scribatur leo, qui hic legitur. Vultque speculatorẽ illũ quẽ iubetur propheta ponere in corde suo, appellari Vriã, & per interpretationẽ nominis refert ad Christi intelligẽtiã, vt ipso habitãte in nobis, possimus cernere quæ vẽtura sunt. Quod quidem & leoni poterit coaptari, qui à Iacob & à Balaam sub Christi mysterio nominatur.

c ¶ *Super speculam*, &c.] Stat propheta in specula domini, & in illius lumine constitutus quæ ventura sint prospicit. Hãcq; habet custodiã, & hoc sibi officium delegatum, vt in sæculi istius tenebris quæ sint ventura cõspiciat. *Ecce iste*, inquit, *venit*: hoc quod sequitur se vidisse significans: venire dominum Saluatorem sedentem super bigam, & duobus equis, imo animantibus asino & camelo vnum currum iungentẽ: Qui ascensor bigæ desideranti prophetæ, & verba eius audire cupienti, Respondit & dixit: *Cecidit, cecidit Babylon*, totius orbis cõfusio: & in aduẽtu meo cecidit, quo humanum corpus assumpsi: & penitus in consummatione mũdi ruitura est. *Et omnia sculptilia eius contrita sunt in terra.* Pro quo Lxx. simulacra & manufacta interpretati sunt, significãtes scripturas hæreticorũ, varioſq; errores hæreseũn, qui fabricatores sunt idolorum, & adorãt, quæ de suo corde finxerũt. Quodq; sequitur ex persona prophetæ dicẽtis: *Tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à domino exercituũ Deo Israel annunciaui vobis*, iuxta Hebraicũ hunc habet sensum: O populi qui condendus es in horrea mea, quẽ idcirco triui in variis angustiis, vt paleas ab eo excuterẽ, & purissimũ triticũ in meis horreis cõderetur, quæ audiui à domino exercituũ Deo Israel esse vẽtura vniuerso mũdo: hæc vobis qui in mundo estis omnibus nunciaui. Alij vero dicũt adhuc superiorem esse personã, videlicet domini Saluatoris, quod ipse loquatur ad apostolos. *Quæ audiui à patre annunciaui vobis.* Et quia pro hoc in Lxx. legitur ἀκούσατε ὅτι κατελειμμένοι, ἢ ὁι σεσωσμένοι, id est, audite qui relicti estis & doletis: hic mihi iuxta interpretationẽ eorũ sensus videtur. O Apostoli, de quibus scribit Esaias: *Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus*, quorũ reliquias & Apostolus ad Romanos docet esse saluatas, qui relicti estis de populo Iudæorum, vt saluaremini: & doletis super perditione gentis vestræ, de qua & alibi legimus: *Tristitia est cordi meo & dolor continuus pro fratribus meis, qui sunt Israelitæ secundum carnem*: hæc quæ audiui à Deo patre, vobis annuncio, quæ Deus Israel vobis ventura prædicit.

a ¶ *Onus*

a ¶ *Onus Duma*, &c.] Verbum Hebraicum b אלי, quod omnes interpretati sunt, ad me: si volueris legere c אוי interpretatur Deus meus, vel fortis meus. Quodcunq; diximus: clamat vel vocat, id est, קורא secundum Hebræi & Græci sermonis ambiguitatem, dici potest clama, vel voca: & est sensus: Deus qui est custos meus, dic ac nocte me ad pœnitentiam vocat, vt relinquẽs Seir: quod interpretatur, hispidus ac pilosus, reuertar & habitem apud eum, Duma, vel similitudinem, vel silentium sonat: Idumæa autem in terrenam vertitur. Dominus ergo loquitur ad Apostolorũ chorum, & præcipit eis: ad me vocat eos qui sunt de Seir: vt mihi seruiat gentium multitudo, quæ in similitudinem Esau nihil in se habet molle & leue, ac nitidum, sed est hispida fera, intractabilis. Et ô vos Apostoli, postquam vocaueritis ad me nationes de Seir, custodite ecclesiæ propugnacula, ne facile hostis irrumpat, ne leo rugiens atque circuiẽs, qui quærit aditum, per quem possit intrare, clausũ in ecclesia gregem laceret, atque disperdat. Respondit que ecclesiæ multitudo: non solum in prosperis, sed in aduersis: hoc est, & in die & in nocte, tua Deus præcepta seruabo. Ad quã loquitur Deus: Si vero me quæris, opere ostende quod me quæras, nec semel tibi quæsisse sufficiat, sed quem inueneris, semper inquire, & vt perfectius teneas, obliuiscere populi tui & domus patris tui: & deserto errore gẽtilium, apud me in ecclesia commorare. Hoc iuxta Lxx. dixerimus, qui visionem Idumeæ, hoc est, terrenæ ponunt in titulo, vt eos ostẽdant vocari, qui prius terrenis operibus seruiebant. Porrò iuxta Aquilam, qui Duma, hoc est, silẽtium posuit, vel similitudinem, sic possumus intelligere, vt ad similitudinem populi Israel: prouocetur gentium multitudo: & vbi prius silentium fuerat legis Dei, ibi confessionis clamor sit: & oleaster inseratur in bonam oliuam. Legimus & in parabola euãgelij missos seruos qui vocarẽt bonos & malos, ac patrisfamilias de quibus libet implerent conuiuium, quia priores venire noluerunt. Potest & ecclesia narrare quod dominus de Seir, hoc est de terrenis locis ad se vociferetur, seque prouocet ad salutem, & dicat ad ipsum dominũ: O custos quid de nocte consurgens versaris in tenebris? quid absq; peccato in carne es peccatrice? qua causa voluisti humanum corpus assumere? Respondit custos, hoc est Samaritanus, qui in euangelio vulneratum suis humeris ad stabulũ reportauit: *Venit mane & nox.* Et est sensus: Gentium multitudini ortus est sol iustitiæ, & Iudæis venerunt tenebræ, iuxta quod dicitur à domino: *In iudicium mundi istius ego veni, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant.* Et ipse custos qui dixerat: Venit mane & nox, loquitur ad gentium multitudinem: Si me quæritis, studiosius quærite. *Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras, & venite ad me.* Loca difficilia sunt: & cum secundum historiam minime pareant, cogimur iuxta ἀναγωγὴν diuersas opiniones sequi.

b ¶ *Onus in*, &c.] Hoc in editione Lxx. interpretum non habetur: sed quod sequitur: In saltu ad vesperam dormietis in semitis Dedanim, cum priori visione coniunctum est: vt legatur: si quæris, quære, & apud me habita in saltu. Arabia in lingua nostra, vesperam sonat: quæ noctis & tenebrarum principium est: omnisque, qui habet initium peccatorum, versatur in vespera. Qui autem venit ad summum in media nocte consistit. Vnde & in Ægypto primogenita in media nocte cæduntur. Et Apostolus Petrus, antequam gallus cãtaret, ter dominum negauit: quod media nox intelligitur, Postquã autẽ nox præcessit, & cœpit dies appropinquare, superatis mediæ noctis tenebris, & gallo lucis nuncio resonante, fleuit amarè, & intellexit peccatum suum: & eo tẽpore dicere potuit: *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Hoc interim de præsenti loco: Cæterum nomen Arabiæ, id est, vesperæ, & occidentis: in aliis scripturarum locis, diuersas intelligentias recipit.

c ¶ *In saltu*, &c.] Qui in malicia esse cœperunt, & peccatorũ ingrediuntur viam, non dormiunt, nec morantur in agris cõsitis & noualibus, nec in pratis & segetibus, quas ad metendum esse candentes, Saluator docet: nec inter arbores pomiferas, sed in infructuosis saltibus, vbi vepres, & spinæ sunt, & bestiæ commorantur. De huiusce modi saltu, & in Regum volumine legimus, quod plures deuoratuerit siluæ, vel saltus, quam interfecti sint gladio, quando Absalon aduersus patrem extitit perduellis: Rectéque, quia vespera principium malorum est, in via & in semitis habitare dicuntur: & in via Dedanim, quod interpretatur iudicia. Quot enim habent peccatorum genera, tot iudiciorum merentur sententias. Potest autem Dedan & grande iudicium interpretari.

d ¶ *Occurrentes sitienti, ferte aquam, qui habitatis*, &c.] Vos qui estis in Theman, quod interpretatur, Auster atque perfectio, & in eo versamini loco, de quo scriptum est: *Deus ab Austro veniet*, & qui consummati estis atque perfecti: & habetis in vobis lumen scientiæ scripturarum, fugientibus de Arabia, & de saltu, occurrite cum aqua & panibus: & nolite expectare donec ipsi ad vos veniant: sed imitamini illum euangelicæ parabolæ patrem, qui occurrit filio reuertenti. Et ille quidem dedit stolam, obtulit annulum, vos autem aquas & panes offerte fugientibus, vt qui lassi erant atque confecti, vestra misericordia sustententur: & ad sedes vestras citius transeant. Fugerunt enim gladios hæreticorum, doctrinam gentilium, blasphemias Iudæorum. Et quia multos viderunt eorum iaculis interfectos: & cecidisse in prælio plurimos, ipsi cupiunt vestro auxilio liberari. Locus hic proprie aduersus eos intelligi potest: qui tradentes se otio atque desidiæ, propria salute contenti sunt, nec pœnitentibus atque conuersis porrigunt manum.

e ¶ *Quoniam hæc dicit dominus ad me*, &c.] Ideo vobis dico, vt occurratis cum aqua & panibus fugientibus de saltu & Arabia: quia dominus hæc futura pollicitus est. Sicut annus mercenarij cito præterit, qui quotidie nihil aliud nisi mercedem sui laboris expectat, vel certe semper in opere est ac labore, vt mercedem laboris accipiat: sic omnis gloria Cedar, quod interpretatur tenebræ: de quo & in psalmis legimus: *Habitaui cum habitantibus Cedar*, velociter auferetur: & omnis sagittariorum, id est diuersorum dogmatum numerus, qui constitutos in saltu Arabiæ, vulnerabat, redigetur in nihili, postquam fugientes de saltu fuerint liberati, & aquam baptismi salutaris acceperint, comederintque cœlestẽ panem. Hæc enim futura dominus omnium, & proprie Deus Israel, id est, mente cernentium Deum, locutus est.

A

CAPVT XXII.

ONus vallis visionis.] In libro Hebraicorum nominum posuimus, Sion interpretari speculam, quæ in sublimibus sita, de longe venientia contemplatur. Cum igitur Sion iuxta leges tropologiæ referatur ad ecclesiam, vt est illud in secundo psalmo ex persona domini Saluatoris. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Et, *Qui confidunt in domino sicut mons Sion.* Et, *Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Et, *manifestius Apostolus: Accessistis*, inquit, *ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem.* Quærimus, quare in præsenti visione, vallis Sion dicatur: Ipsaque verborum consequentia trahimur ad intelligentiam spiritualem, vt omnes peruersorum dogmatum principes, qui corruerunt de sublimitate sensus sanctarum scripturarum, & ad humilia deuoluti sunt, sciamus in Sion valle versari. Tale quid puto & Salomonem in prouerbiis dicere: *Oculum qui irridet patrem, & despicit senectutem matris, effodiant eum corui de conuallibus, & comedant illum pulli aquilarum.* Statim enim vt sensus hæreticorum irriserit creatorem patrem, & senectutem ecclesiæ matris despexerit, effoditur à tetris & immundis volucribus: quæ referuntur ad contrarias fortitudines, nec possunt istiusmodi dicere: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*: sed in modum brutorum animantium ad terrena depressi sunt.

Psal. 124.a
Psal. 86 a
Heb. 12.f
Prou. 30.c secundum Lxx.
B
Psal. 120.a

b ¶ *Quid nunc tibi*, &c.] Hoc quod iuxta Lxx. interpretes in Regum volumine quæritur, quid sibi velit dicente Helisæo: Vbi est Deus Heliæ ἀπαγε? in præsenti loco manifestius ponitur, pro eo, quod Lxx. transtulerunt ἐπὶ νῦν, id est nũc in Hebræo habet a יהוה: quod nos interpretati sumus, nunc quoque & Aquila voluit. s Hebraicum seruare idioma, posuit ὦ πρὸ: quam coniunctionem Latinus sermo non explicat. Quando autem dicit: *quid nunc tibi quoque est?* interrogat cur inter alios & ipsa conscendat, atque opinione sublimium in humilibus commoretur. Et est sensus: cum philosophi tumeant: & omnis sapientia sæcularis, de sublimibus disputans simplicitatem contemnat ecclesiæ: cur tu quoque excelsa sectaris? quæ Lxx. σημαντικώτερον, δώματα μάταια, id est, tecta vana interpretati sunt: vt ostenderent esse & aliud tectum, de quo Saluator descendere prohibet: quod tamen non sit tectum vanum. Denique Apostolus Petrus: hora orationis sexta ascendit in tectum. Nunc autem vt ostenderet multam hæresẽon varietatem: non vnum tectum, sed tecta plurima nominauit.

4. Reg. 2.c
a pho
Mat. 24.b
Act. 10.b

c ¶ *Clamoris*, &c.] Doctrina hæreticorum non in sensu, sed in multiloquio & clamore versatur. Vnde ob multitudinem deceptorum, frequens ciuitas appellatur: & exultans, propter superbiam. Inflati enim tument, & sacratiora se inuenisse gloriantur.

d ¶ *Interfecti*, &c.] Maxima pars absque vllo certamine & disceptatione, hæreticorum deceptionibus supplantatur: & hæc est turba quam plurima. Interfecti igitur, siue vt Lxx. transtulerunt, vulnerati vallis Sion, non sunt interfecti & vulnerati gladio, sed voluntate propria ad hæreticos transierunt, & comparatione eorum, qui post prælium victi sunt, infelicius ille vulneratus & interfectus est, qui sponte se tradidit: Quomodo & in martyrio qui post pœnas victus manus dedit, leuioris pœnæ est eo, qui absque vlla necessitate, & dolore cruciatuum Christum negauit.

C

e ¶ *Cuncti principes tui*, &c.] In hoc loco Lxx. interpretationem secuti sumus: quia non multum ab Hebraico distat in sensu. Cæterum vt verbum ex verbo de Hebræo transferam, ita apud eos legitur: *Omnes primates tui migrauerunt simul, ab arcu ligati sunt*: quam editionem & alij interpretes secuti sunt. Migrauerunt enim omnes hæreticorum principes ad synagogam satanæ à Christi ecclesia: & transierunt simul discordes in perfidia, in transitu concordes: & ligati sunt ab arcu: de quo in psalmo scriptum est: *Ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde:* & mittant ignita diaboli iacula, quæ vulnerent pariter & ligent. Ideoque dure ligati sunt, quia obturauerunt aures suas, *sicut aspides surdæ, & obturantes aures, quæ non exaudient voces incantantium, nec veneficii incantantis sapienter.* Ob quã causam & Apostolus Paulus hæreticum post vnam commonitionem, peruersitati suæ præcipit relinquendum: quia peruersus est, & proprio iudicio condemnatus. *Ex nobis enim exierunt, sed non erant ex nobis: si enim ex nobis fuissent, mansissent vtiq; nobiscum.* Horum principium fugitiuorum ille princeps est: quem idem Esaias vocat draconem fugientem, colubrum tortuosum: qui cum verba mortifera in aures miserit deceptorum dure eos ligat: & de vinculis suis exire non patitur, de quibus sanctus eruus gratulatur in psalmo: *Anima mea sicut passer ereptaest de laqueo venantium.* Et in alio loco gaudens quod euaserit, loquitur: *Susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus sperabo in eum.* Quoniam ipse eruit me *de laqueo venantium, & à verbo aspero* siue turbulento: quod proprie hæreticorum doctrinam significat.

Psal. 10.a
Exod. 15.a

f ¶ *Omnes qui inuenti sunt*, &c.] Adhuc sermo propheræ contra vallem Sion, cuius habitatores ascenderunt in tecta vana, & clamauerunt clamore confuso: & vulnerati sunt absque prælio: cuius principes omnes fugerunt, & dure ligati sunt: & qui fortes inter eos erant, longius aufugerunt. Quanto enim quis in hæretica peruersitate prudentior est, tanto longius recedit à domino. Quod autem dicit iuxta Hebraicum: Omnes qui inuenti sunt in te, hoc notare debemus, quod & Hæretici eos, quos deceperint, inuenisse se dicant: sed inuentio eorum perditio est. Denique pariter colligantur & procul fugiunt. Nec mihi placet illa expositio, secundum diuersitatem hæresẽon diuersa esse spacia fugientium: cum scriptura sancta dicat: Omnes qui ab hæreticis sunt reperti, pariter colligatos, & fugisse longissime, dicente domino: *Qui non est mecum, contra me est: & qui mecum non colligit, spargit.* Vnde de Moyse dicitur: *Appropinquabat Moyses solus ad Deum*: cæteri vero non appropinquabant. Deus enim sanctis suis: Deus appropinquans est, & non de longe, dicit dominus.

Luc. 12.c
Exod. 24.d
Hier. 23.c

g ¶ *Propterea dixi: Recede. &c.*] Et Samuel plangebat Saul: & dominus atque Saluator flebat Hierusalem: & Apostolus scribit ad Corint. *Ne cum rursus venero ad vos, humiliet me Deus, & lugeã multos, qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiam.* Vnde compatientis affectu & ad alios loquitur: Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Quis scandalizatur, & ego non vror?* Igitur & propheta videns populum quondam

1. Reg. 15.g
Luc. 19.f
2. Cor. 12.g
Ibi. 11.g

E

quondã visionis vana tecta conscendere: & in clamore versari: cunctosq; principes eius fugisse, & ligaros esse vinculis peccatorum: crumpit in lacrymas, & abigit consolantes: & fletu amarissimo se flere testatur: nõ super filio, sed super filia populi sui: quæ virilitatis perdidit dignitatem. Dies enim iudicij & interfectionis & conculcationis nequaquam erit Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis: sed, antiqui nominis, Iebus, quæ interpretatur conculcatio: fletum quoque, siue erroris, vt Lxx transtulerunt, à domino sabaoth: non quo fletus & error à domino sit: sed per occasionem sanctarum scripturarum, quas dominus legendas dedit, illis nascitur erroris occasio, qui possunt dicere. *Quare nos errare fecisti à via tua?* Et in alio loco: *Dominus eis misciuit spiritum erroris*, vt nõ in visionis monte, sed in Sion valle consisterent. Hæc autem ipsa dies, quæ à domino exercituum in valle oritur visionis, vt singulorum opera demonstret, scrutatur murum hæreticorum, quem aduersum ecclesiam, quasi firmissimum propugnaculum construxerunt: & magnificum gloriosumque: id est doctores eorum, qui se super Christo monte consistere gloriantur. De quo alibi legimus: *Venite ascendamus in montem domini: & in domum Dei Iacob; & annunciabit nobis viã suam.* Porro quod Lxx. transtulerunt, πλανῶνται ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, πλανῶνται ἐπὶ τὰ ὄρη, id est, errant à minimo vsque ad maximum, errant super montes: hoc sentire debemus, in maiori scelere esse eos, qui maiores sunt: & tamen à minimo vsque ad maximum errare cunctos, & errare super montes. Moysen, Hieremiam, cæterosque prophetas, euangelistas, & apostolos. Cumq; in valle versentur, mirum in modum errant in montibus.

Esaiæ 63.d
Ibid. 29.c
F
Esaiæ. 2.a

a ¶ *Et Elam sumpsit pharetram currum*, &c.] Elam quod interpretatur ascensus eorum, siue ἐλαμῖται, vel Lxx. transtulerunt. quos in contemptores vertimus, sumpserunt pharetram *vt sagittent in obscuro rectos corde:* & qui sunt in curru equites hominum, vt parietem Sion, & ecclesiæ firmamenta suo clypeo, & impugnatione denudent. *Erunt autem*, inquit, *electi. e valles tuæ*, id est, humilia dogmata ô vallis Sion, plenę quadrigarum, quas dominus cum Pharaone submersit: quarum equites & ascẽsores ponent sedes suas in portis tuis, vt obsessos in te, atque conclusos non patiantur exire. Tunc omnipotens Deus per ecclesiasticos viros reuelabit experimenta Iudæ, & vniuersa secreta eorũ, qui in cõfessione fidei constituti sunt: & tunc videbis ô vallis Sion in die illa, & in claro lumine veritatis omnem armaturã apostoli, & domus saltus, in quo gentium turba consistit. Sicut cxxxi. psalmo canitur. *Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ.* Cum autem operimentum Iudæ, atq; secretum quod prius propter mysterium celabatur, fuerit reuelatum, & videris armaturam ecclesiæ: tunc intelliges schismata ciuitatis Dauid, quæ multiplicasti, vt deceptos tibi populos congregares. Isti Elamitæ iuxta editionem Lxx. non habent vnam pharetram, sed plures: & ascensores sunt hominum, in quorum equitant animabus: & plurima multitudo est ad pugnam se præparãs cõtra ecclesiam: ita vt omnes valles illius compleantur: & equites obturent sensus eorũ: & dimi-

Psal. 10.a
Exod. 15.a

cationc sua ecclesiasticum virum, qui interpretatur Iudas, prouocent ad certandũ: quo proferente testimonia scripturarum, & cuncta redarguente mendacia, videbunt hæretici domos ciuitatis Dauid: & omnia prius secreta cognoscent: quomodo in arce Dauid qui interpretatur, manu fortis, hoc est Christi, omnia sint dogmata veritatis. Obscura loca sunt, non solum iuxta historiam, sed iuxta ἀναγωγήν. Quibus ergo nostra displicuerint, debẽt proferre sua: vt explanationi eorum, si vera fuerit, acquiescamus.

יהוה

יבוש

עילם

יהוד

b *Et congregastis aquas piscinæ inferioris*, &c.] Vos qui scissuras ciuitatis Dauid, id est, ecclesiæ videbitis vel videtis, quæ in toto orbe multiplicatę sunt: qui congregastis aquas piscinæ vestræ atq; doctrinæ, nõ superioris, sed inferioris, & domos Hierusalẽ numerastis, siue destruxistis: vt munirctis murũ vestrũ: non fodistis puteos, qui vitales haberent, & æternas aquas, sed lacus contritos, qui aquã non valẽt cõtinere: & fecistis eos inter duos muros noui & veteris instrumenti: & aquã piscinæ veteris neglexistis: nec considerastis datorem legis Deũ, & operatorẽ mundi penitus neglexistis. Hoc iuxta Hebraicũ. Cæterum iuxta Lxx. considerauerunt se hæretici, quod multi essent: & hac multitudine confidentes, doctrinam veteris testamenti, auerterunt à ciuitate Dei, quæ est ecclesia, & destruxerunt domos Hierusalẽ: vt ędificarent conciliabula malignantiũ: dumq; vetus reprobant instrumẽtum, nec nouum secuti sunt: quia nouũ veteris instrumenti testimoniis roboratur. Propterea inter duos muros veterem

Hier. 2.c

H

&nouũ, fecerũt, sibi nouas aquas, quas interiores esse putãt, & maiora cõtinere mysteria quã in testamẽto veteri cõtinetur: & non respexerunt Deum, qui veteris instrumenti conditor est, & factorẽ eius ne longe quidem videre voluerunt.

c ¶ *Et vocabit dominus Deus*, &c.] Quotidie dominus Deus exercituum prouocat hæreticos ad pœnitentiam, qui inter duos muros aquam piscinæ veteris contemnentes, foderunt sibi lacum, & cõgregauerunt aquam piscinæ inferioris, quæ nõ de cælo, sed de terra aquas habet: & vocat eos ad fletum. *Beati enim flẽtes: quia ipsi ridebunt. Et ad planctum*: ne postea audiant: *Lamẽtauimus vobis & non planxistis. Et ad caluitium*, vt omnia opera mortis radant: & auferant de corpore suo quicquid non viuit in corpore. Et *ad cingulum sacci*: ne postea, iuxta Hierusalem, pro cingulo reste cingantur. Illi autem e contrario pro fletu & planctu, caluitio, & cilicio, gaudium habuere, atque lætitiam, & quasi morte omnia finirentur, occidentes vitulos, arietesque iugulantes, vt comederent carnes, & biberẽt vinum, locuti sunt verba blasphemãtium. Dum in præsenti sæculo sumus, deliciis affluamus. Crastina enim dies, hoc est futurum tempus, sine sensu erit. Illis ista dicentibus audiuit dominus verba blasphemiæ: & comminatus est non se dimissurum esse hanc iniquitatem, donec, aut peccato moriantur & vitiis, aut cum deliciis suis ad inferos pertrahantur. Quod quidem non solum de hæreticis, sed de omni potest intelligi peccatore, qui negligens peccata sua desperatione fit peior: & voluptatibus irretitus, iungit peccato blasphemiam, vt omnem sẽsum viuentium

Mat. 5.b
Matt. 11.b
Sup. 21.c

putet morte finiri, dicens illud Epicuri: Post mortem nihil est: & mors ipsa nihil est.

1 a ¶ *Hæc dicit dominus Deus exercituum*, &c.] Præcipitur Esaiæ prophetæ, vt ingrediatur ad eum, qui habitat in tabernaculo, quod Hebraice dicitur [b] סכן, ad Sobnam præpositum templi, siue vt Lxx. transtulerunt, ταμίαν, hoc est quæstorem, & dispensatorem thesaurorum domus Dei. Sochen autē vel tabernaculum interpretatur, vel pastophoriō, hoc est thalamus, in quo habitat præpositus templi. Quis est autem alius qui habitauit in tabernaculo Iudæorum, & in domo quondam Dei, nisi Iudaicæ legis sermo, & traditio, quæ in veteris instrumenti lectione versata est? Huic itaq; traditioni dicitur atque doctrinæ: Quid hic agis? Cur tibi vis ædificare domum in occidente litera? & tabernaculum tuum, quod non habet fundamentū in petræ figere firmitate: quod non tam tabernaculum & domus, quam sepulcrum & memoria appellandū est? Propterea autē tibi dico, quod in excisione sepulcri nō debeas laborare: quia transferet dominus sacerdotium tuum: sicut transferri solet [c] גבר quod omnes virū interpretati sunt. Hebræus autem qui nos in veteris instrumēti lectione eruditi, gallū gallinaceum transtulit. Sicut inquit, gall⁹ gallinaceus humero portitoris de alio loco trāsfertur ad aliū: sic te dominus de loco tuo leuiter asportabit. Et qui quondam habebas coronā pōtificis, & sāctificationē in auri lamina, in qua erat scriptū nomē Dei: coronabēris tribulatione, & angustia. Et quomodo si sphæra mittatur, in decliui loco, atq; spatioso stare non potest, sed in immēsum voluitur: sic omnis populus tuus in orbis terminos dispergetur. Ibiq; morieris cū litera tua: & omnis gloria tua, & currus, quib. inclit⁹ antea ferebaris, & domus Dei splendor vertetur in ignominiā. Auferet enim te dominus de statione tua, & de ministerio tuo, hoc est, cęrimoniis victimarum, vt impleatur illud quod scribitur ad Hebr. *Trāslato enim sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat.* Cū autem tu eiectus fueris de ministerio tuo, vocabo puerū meū Eliakim, cui dixi & in alio loco: *Magnum tibi est vocari te puerum meum.* Eliakim interpretatur resurgens Deus, siue Dei resurrectio. Iste igitur resurgens Deus, *qui est filius Helkiæ*, id est, partis domini, accipiet locum tuum, tuaque induetur stola, & cingulo tuo confortabitur: vt quod tu habebas in litera, ille possideat in spiritu: & erit pater habitantium in Hierusalem: hoc est in visione pacis, quæ interpretatur ecclesia, & domui Iuda vbi est fidei vera cōfessio. Vnde ipse ad apostolos loquitur: *Filioli adhuc modicum vobiscum sum.* Et ad aliū; *Fili dimittuntur tibi peccata tua.* Et ad aliam: *Filia, fides tua te saluam fecit. Dabo*, inquit, *ei clauem domus Dauid, qui operit, & nemo claudit, qui claudit, & nemo aperit.* Et hæc ipsa clauis erit super humerū eius, hoc est in passione, iuxta illud quod in alio loco scribitur: *Cuius principatus super humerū eius*. Quod enim ille sua passione reseruerit claudi nō poterit, & quod clauserit in cæremoniis Iudæorū, à nullo alio aperietur. Figā enim illū paxillū in loco fideli, vbi conuentus fideliū est. Vnde & credentes in Christo fideles appellātur. Et erit in soliū glorię domus patris sui, hoc est ecclesiæ: Et suspēdent super eum omnē gloriā domus patris ei⁹. Vnde & in euāgelio scribitur: *Omnis populus pendebat ex eo.* Quod quidē nō illo tantū tempore factum est, sed vsq; hodie impletur, vt pendeāt ex eo quasi vasa diuersa Dei sapientia, & iustitia, & omnia, quibus Christus appellatur. Vasorū diuersa genera, pro quib. Aquila interpretat⁹ est [d] צוצאים ומצפעית quod Symmach. vertit, nepotes atq; cōmixtos, vt & apostoli & omnes credētes, hoc est filij filiorū, & commixti de vniuersis gentib. pendeāt super eū: A vasis craterarū, pro quib. Theod. [e] אגנות posuit: & partū enim, & magnū in dominū crediturī sunt. Crateras autē puto esse apostolos plenos vitalib⁹ aquis. De quibus dicitur: *Benedicite Deum de fontibus Israel.* In quibus craterib. miscuit sapiētia vinū suum: *Et omne*, inquit, *vas mustcorū, eorū*, qui omni tēpore in Dei laudes personāt. Quod sequitur, videtur sensui nostro esse cōtrariū: quomodo paxillus iste qui fixus fuerat in loco fideli, auferatur, & frangatur: & cadat & pereat quod depēderat in eo: & hoc fiat quia dominus locutus est. Quod ita solui potest: si legamus illud euāgelij: quod in nouissimis diebus *refrigescat charitas multorū*, & ipse dominus dicat: *Putas filiⁿ hominis veniēs inueniet fidē super terrā?* Nō ergo paxillus frāgetur & cadet & peribit, quod impiū est dicere: sed paxill⁹ auferetur de loco fideli, hoc est de ecclesia per impietatē quotidie subrescentē: & qui super eum ante pepēderāt fide, postea infidelitate frangētur & cadēt & peribūt. Hoc autē fiet in diebus nouissimis: quia dominus locutus est. Pro *paxillo* qui Hebr. dicitur [f] יתד & ab omnib. similiter effertur: soli Lxx. supra ἀρχοντα, id est, principē, hic hominē interpretati sūt. Quodq; nos celeritate dictandi pene præteriit: Sobnas interpretatur cōuertere nūc, siue cōuersio. dicitur ergo ad principē Iudęor. vt conuertatur de lege ad euangelium, & victimarum imaginibus derelictis, transferat se ad spirituales sacrificij veritatem.

hæc vobis, donec moriamini: dicit dominus Deus exercituum.

HEB.

a Hæc dicit dominus Deus exercituum: Vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ei: Quid tu hic: aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulcrum? excidisti in excelso memoriam, diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus: & quasi amictū sic subleuabit te. Coronās coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terram latam, & spacioſam: Ibi morieris. & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui. Et expellam te de statione tua: & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliakim filium Helkiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui, & suspendent super eum omnem gloriā domus patris sui, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius vasorum

SEPT.

Hæc dicit dominus sabaoth: Vade ad pastophorion, ad Somnam quæstorem, & dices ei. Quid tu hic? Aut quid tibi est hic? quoniam excidisti tibi sepulcrum. & fecisti tibi in excelso memoriam. Et descripsisti tibi in terra tabernaculum? Ecce dominus sabaoth eiiciet, & conteret virum, & auferet stolam, & coronam tuam gloriosam: & proiiciet te in regionem magnam, & absque mensura, & ibi morieris: & ponet currum tuum optimum in ignominiam, & domum principis tui in conculcationem. Et auferetur à dispensatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliakim filium Helkiæ, & induam illum stola tua: & coronam tuam dabo illi fortiter: & dispensationem tuam dabo in manus eius: & erit quasi pater habitatoribus Hierusalem, & Iudæ: & dabo gloriam domus Dauid ei, & principabitur, & non erit qui contradicat. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & claudet, & non erit qui aperiat: Et constituam eum principem in loco fideli, & in solium gloriæ domus patris eius. Et erit confidens super eum omnis gloriosus in domo patris sui, à minimo vsque ad maximum. Omne vas paruulum à vasis

HEB.

vasorū diuersa genera: omnes vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorū. In die illo, dicit dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur & cadet: & peribit quod pependerat in eo: quia dominus locutus est.

SEPT.

vasis aganoth: & pendebunt super eum in die illa. Hæc dicit dominus sabaoth: Mouebitur homo, qui stabilitus erat in loco fideli, & auferetur, & corruet, & dispergetur gloria, quæ erat in eo: quoniam dominus locutus est.

CAP. XXIII.

VErbū a Tyri. [b] Vlulate naues Carthaginis, quia perierunt: & vltra non venient de terra Citiorum: ducta captiua est. Cui similes facti sunt habitatores insulæ, negotiatores Phœnices, transfretantes mare in aquis multis, semen negotiatorum quasi messium illatarum, negotiatores gentium. [c] Eubesce Sidon, dixit mare: fortitudo autem maris ait: Non parturiui, neque peperi, neque enutrii iuuenes, neque exaltaui virgines. Cum autem auditum fuerit in Ægypto, apprehendet eos dolor super Tyro. [d] Ite Carthaginē: vlulate qui habitatis in insula hac. Nonne hæc est cōtumelia vestra à principio antequā traderetur? deducent eam pedes eius longe ad peregrinandum. [e] Quis cogitauit hæc super Tyrum? Numquid minor est, aut non præualer? Negotiatores ei⁹ principes Chanaā Inclyti terræ, domin⁹ sabaoth cogitauit dissoluere omnem

b *Vlulate naues*, &c.] Pro Carthagine in Hebræo scribitur [b] תרשיש quod omnes similiter transtulerunt. Tarsis autem interpretatur contemplatio, siue exploratio gaudii. Citii quoque quod Hebraice dicitur [c] כתים interpretatur mare congelascens: & pro Phœnice apud eos, Sidon legitur. Arguuntur itaque ii, quos malarū cogitationum turba circundat, & *qui volentes* iuxta Apostolum *diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueos diaboli, & desideria multa, & noxia, quæ detrahit homines in profundum.* Et dicitur eis quod vlulare debeant, scientes omnes negotiationes mundi huius esse perituras, & contemplationem gaudii atque lætitiæ in luctum, lacrymasque vertendam. Mare enim hoc vltra non poterit nauigari, sed omnia congelascēt: & coloniæ Tyriorum captiuæ ducentur in pœnas. Nulli enim alii similes sunt qui habitant in insula ista, nisi negotiatoribus, siue translatoribus, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, & de aliis ad alia vitia transeunt. Habitamus autē in insula quam diu tentationibus huius sæculi tundimur, & ex omni parte nostra insula atque nauicula, maris feritur fluctibus. Huius autem insulæ negotiatores de Sidone sunt, quæ interpretatur venatrix, & in qua habitant plurimi venatores. De quibus scriptum est: *Liberabit te de laqueo venātium.* Et in alio loco, lætatur sanctus quod de eorum insidiis liberatus sit, dicens: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium* Omnes autem negotiatores gentium, segetibus comparantur, quæ cito arescunt, sine messibus fluminis, quæ de cœlo non habent pluuiam, sed de terra: ideoque cum gentibus perituræ sunt. Vbi nos legimus, semen negotiatorum: in Hebræo scriptum est, semen sichor, quod subauditur Nili, eo quod aquas turbidas habeat quibus Ægypti segetes irrigantur.

c ¶ *Erubesce Sion, dixit mare*, &c.] Sæculi huius mare, in quo habitant animalia parua cum magnis, *& draco quem plasmauit* Deus *ad illudendum ei*, videns à venatoribus Christi qui de omni monte venantur & colle, captos qui prius à dæmonibus capti fuerant: loquitur ad contrariam fortitudinem venatorum, quæ interpretatur Sidon, & dicit ei, *Erubesce Sidon*: non enim parturiui, neq; peperi, nec captos à te nutriui iuuenes: nec eleuaui virgines, quarum stultitia in euangelio condemnatur. Mea enim parturitio & partus & nutrimentum & eleuatio virginum, Apostolorum Christi parturitione deleta est, quorum vnus loquebatur: *Filioli mei, quos iterum parturio: donec Christus formetur in vobis.* Et *Lac vobis potum dedi, non escam*, Et rursum: *Volo autem vos omnes virginē castam exhibere Christo*, Cum hoc Ægyptus audierit, quæ Hebraice dicitur [d] מצרים: quod interpretatur ἀθλίωσις, id est, tribulans, & coartās: etiam ipsa terrebitur, se quoque intelligens eadem, quæ Tyrus passa est, esse passuram. Quod cum ad omnia vitia referatur, poterit & in Hæreseōn diuersitate sentiri: quando alia capta hæresi, alia pertremiscit, & in alterius confusione, alter se capiendum esse sentit. Quomodo autem de Sodomis dicitur: *Quoniam si factæ fuissent signa in eis, quæ factæ sunt in* Capharnaum, *mansissent vsque hodie.* Et infertur: *Verumtamen Sodomis tolerabilius erit in die iudicij quam vobis.* Sic de Tyro & Sidone discimus, Saluatore dicente, Veruntamē Tyro & Sidoni leuius erit in die iudicij, quā ciuitati illi. Vnde & Chananæa, quæ ad prædicationem Christi, filiam, id est, animā suam grauissimo dæmonio vexari intelligebat: exisse dicitur de finibus Tyri & Sidonis. Neque enim poterat aliter occurrere Saluatori, nisi Tyri & Sidonis terminos reliquisset.

d ¶ *Ite Carthaginem: vlulate*, &c. *à principio antequam traderetur.*] Quod sequitur: deducēt eam pedes eius longe ad peregrinandum, de Hebraico additum est, & stellis illuminantibus prænotatur. O Tyrij qui habitatis in angustia & in insula cōmoramini, qui ex omni parte expositi estis tentationum fluctibus: recedite de ea, & ite ad Carthaginem, id est Tharsis, atq; ad verum gaudiū festinate, lugentes antiqua peccata, & veterem contumeliam, quam, aut ipsi aliis inferebatis, aut patiebamini ab illis. Hoc autem ideo præcipio, quia Tyrum vrbem vestram de suis sedibus & proposito cernitis ad terminos alios migraturam: quando veteri errore depositō, euangelio Saluatoris colla submiserint, vt qui prius habitabant in angustia, recedant longius, & aduenæ sint, atque obediant doctrinæ domini Saluatoris.

e ¶ *Quis cogitauit hæc*, &c. *principes Chanaan*, &c.] Verbum Chanaan, de Theodotionis editione additum est: pro quo Aquila, negotiatores trāstulit. Interrogat ergo spiritus sanctus, imo interrogatione confirmat, quod dominus hæc aduersum Tyri principes cogitarit, quorum omnis industria est negotiationibus opes quærere. Et quomodo in euangelio legimus institores margaritarum, qui omnibus venditis vnam cupiunt emere margaritam: & vtique appellandi sunt inclyti negotiatores non terræ, sed cœli: sic econtra negotiatores Tyri, hoc est tribulationis & angustiæ appellandi sunt inclyti terræ: quia quicquid agūt, terrā respicit: & principes Chanaam, quod interpretatur fluctuātes, atque commoti. Non enim stat uunt supra petram pedes suos, nec potest de eis dici: *Petra refugium herinacijs*, siue *leporibus*, sed illud potius quod iustus pene passus est, sustinent. *Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.* Dominus ergo exercituū hoc cōsiliū cogitauit, vt dissolueret pessima negotiatorum vincula, imo compactā iniuriam dissiparet, per quam cuncti qui Tyro subditi sunt, superbiunt. Quodque intulit, & de honestate omne quod gloriosum est super terram, non dominus dehonestamenti auctor est, sed quod per

se ignominiæ pater, ostendit esse ignominiosum. Quod quidem & de sacerdotibus in Leuitico legimus: *Contaminatione contaminabit eum*, haud dubium quin sacerdos, non quo contaminationis auctor sit, sed quo ostendat eum contaminatum, qui prius mundus plurimis videbatur.

a ¶ *Operare terram tuam: etenim naues*, &c.] Multum à cæteris interpretibus, & ab ipso Hebraico in hoc loco Lxx. discordat editio, sed propositum prosequamur. Supra dixerat: Ite Carthaginem, vlulate qui habitatis in insula. Nũc contrariũ loquitur, quia naues de Carthagine vltra non veniunt, operare terram tuã. Profuit enim Tyro naues interire peregrinas, vt cogatur operari terram suam. De qua in Prouerbiis dicitur: *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus*, vt nequaquam de incerto fluctuũ naufragorumq; discrimine, sed operis sui viuat frugibus. De quibus in in psalmis ad iustum canitur: *Labores manuum tuarũ manducabis*. Scriptum est in Osee, meretricis vias septas esse à domino spinis, ne sequi possit amatores suos: vt hac necessitate compulsa, reuerteretur ad virum suum pristinum. Quod & in sæculi rebus frequenter animaduertimus, multos qui per prospera, & abundantiam omnium rerum dominum sentire non poterant, intelligere per inopiam, & conuerti ad opera iustitiæ, postquam manus eorum non prævaluerit felicitate huius sæculi perfrui: quæ prius in mari prouocabat reges, siue iuxta Symmachum conturbabat: quorum cor in manu Dei est. Atque vtinam & nos maris huius negociatione contempta operemur terram nostram, & nequaquam expectemus naues Carthaginis, siue naues Tyri, quæ Carthaginem ire consueuerant: ne subiiciamur potestati draconis, qui dominatur in mari: Sed stabilem gradum figamus in terram, imo ad cœlestia festinantes, operemur terram nostram, vt hic seminantes, ibi metamus. Manus quoque nostra, quæ prius in mundi negotiis versabatur, & pro potentia ac felicitate etiam reges, id est sanctos, de statu suo poterat commouere: fiat imbecilla in rebus maris, vt fortis sit in opere terræ suæ.

b ¶ *Dominus sabaoth præcepit de Chanaan perdere*, &c.) Tyrum & Sidonem esse in terra Chanaan, & supra ostendimus, euangelij testimonium proponentes, in quo legitur Chananæam mulierem, siue Syrophœnissam exisse de finibus Tyri & Sidonis, & occurrisse domino Saluatori. Omnis autem anima quæ in sæculi fluctibus posita est, & circumfertur omni vento doctrinæ, Chanaan appellenda est, quæ interpretatur quasi fluctuatio, siue commotio. Vnde & ad senem adulterum dicitur: *Semen Chanaan & non Iuda species decepit te*, Prodest igitur Tyro & eius angustiis robur perire Chananæum, vt dicatur habitatoribus eius, quod vltra non valeant iniurias facere, & opprimere per iniquitatem, virginem filiam Sidonis. Quicumque à diabolo capitur in diuersorum perturbatione vitiorum, & traditur in contumelias ignominiæ, vt polluat corpus voluptatibus & turpitudine, iste filius vel filia est Sidonis. Et hoc sciendum quod sabaoth in Hebraico non habetur: & econtrario virgo de Hebraico addita sit.

c ¶ *Siieris in Citios*, &c. *ipsa vastata est ab Assyriis*. Quodque sequitur de Theodotionis editione, sub asteriscis additum est: *Fundauit eam Siim: statuerunt propugnacula eius, susciterauerunt turrem eius*, & absque asteriscis iungitur: *paries eius cecidit* Citij interpretantur plaga consummata, siue perfecta: Chaldæi in hoc loco, quasi vberæ: Assyrij, arguentes: Siim etymologiam, nec nos potuimus inuenire & cæteri interpretes ipso quo apud Hebræos scribitur nomine transtulerunt. Dicitur ergo ad Tyrum, quod licet ad Citios ire contendat, & angustiarum suarum plagam vitare, perfectam etiã ibi requiem inuenire non valeat. Rursumque si cupiat ire ad Chaldæos, & vbertate eorum, ac rerum omnium, abundantia perfrui, etiam illos inueniat desolatos, arguentibus Assyriis eorum sterilitatẽ, iuxta quod & Apostolus tradidit peccatores satanæ, *vt discant non blasphemare*, qui traduntur in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Chaldæorum autem Siim fundamenta iecerunt, quos intelligo dæmones pessimos, qui & propugnacula & turres superbissimas vrbis Chaldææ contra scientiã domini fuscitauerunt. Sed omnis eorum ædificatio in ruinas concidit, sequitur enim, paries eius cecidit: *Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam*. Sæpe videmus in sæculoquosdam de alio proposito transire ad aliud. Verbi gratia, vt qui militiam male experti sunt trãseant ad negotiationẽ. Rursumque causidicos bellatorum arma corripere. Mutant industriam, vt mutent infelicitatem, & nihilominũs dispensatione Dei his, quos Saluare dignatur, omnia nitentibus euenire contraria: vt per inopiã ac miserias cogantur non in se, sed in creatore suo habere fiduciam.

d ¶ *Vlulate naues Carthaginis*, &c.) Naues Carthaginis, id est, Tharsis; iubentur vlulare: nequaquam enim (vt supra) perierunt, siue non venient, sed periit fortitudo earũ. Tharsis enim secundum aliam interpretationem in linguam nostram vertitur consummatio sex, siue lætitiæ. In sex autem diebus, mundum istum factum legimus, qui iuxta traditiones ecclesiasticas postea consummabitur. Omnia ergo bona sæculi huius, & vniuersus mortalium labor, incerto nauium cursui comparatur: quod cito peritura sint, & cuncta nauigantium fortitudo soluatur. Vnde & in Salomone scriptum est: *Ciuitates firmas ascendit sapiens, & destruxit munitiones earum*. Quicquid enim hæreticorũ & sapientiæ sæcularis contrariorumque dogmatum arte componitur, vir ecclesiasticus destruit, & suis docet pedibus esse subiectum.

e ¶ *Et erit in die illa*, &c.] Hoc quod dicitur, memoriale coram domino: & super faciem terræ, & sicut tempus hominis, in Hebraico non habetur, sed in Græco additum est. Septuaginta autem annis Tyrus quondam coangustata dimittitur: vt ex expleto solitudinis tempore, carmen quondam meretricium vertat in laudes Dei: assumensque citharã omnes chordas habeat concinentes: vt postquam bene concinuerit, & multa cantauerit: fiat eius apud Deum memoria, quæ propter fornicationem obliuioni tradita erat, & restituatur in pristinum statum, habeatque diuitias regnorum totius orbis: & mercedes laboris illius nequaquam Tyriis congregentur: sed his qui habitant in conspectu domini: comedantque & bibant, & impleantur omnibus bonis quę in cõuiuij lætitiam cunctorum fuerint labore collata. Sidonem ac Tyrum sermo diuinus ad pœnitentiam cohortatur, & labores eius, atque mercedes domino sanctificandas esse promittit. Quis non peccatorum spem salutis habeat: si tamen bene cecinerit, & vniuersæ chordæ virtutũ, quæ quõdam fuerant relaxatæ in laudes domini componantur? Legimus in quadragesimo quarto psalmo, qui specialiter ad cõiunctionem sponsi & sponsæ, id est, ad Deum Saluatorẽ & ecclesiæ pertinet sacramenta, dici inter cætera: *Filiæ Tyri in muneribus, faciẽ tuam precabuntur diuites plebis*. Et ipse rursum sponsus ad sponsam Tyriam loquitur: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populi tui, & domus patris tui: quia concupiscet rex decorem tuum*. Vnde & in discri-

Leuit.21.a
Prou.11.b
Psal.127.a
Osee.2.b
Prou.21.a
Matt.15.b
Dan.13.c
כתים Κιτιοὶ כשדים אשור עיים
תרשיש
Prou.21.c
Psal.44.c
Cant.5.a
Hier.29.c. Dan.9.f Zach.7.b Ezec.16.b Sup.11.12.
1.Tim.1.c
Psal.126.a

descriptione pulchritudinis eius infertur: *Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Et iterum *Omnis gloria filiæ regis intrinsecus*. Si autem concupiuit rex pulchritudinem Tyriæ pœnitentis, & variarũ habentis ornamenta virtutum: quanto magis meres eius, & negotiatio, non in Tyro permanentium, sed eorum erit qui habitant in conspectu domini? Qui postquam egerint pœnitentiam, audientiã domino Saluatore: *Comedite amici mei & bibite, & inebriamini charissimi*. Quid sit autem comedere & bibere & saturari omnium collatione virtutum, fidelis lector intelligit. Septuaginta annis desolatum fuisse tẽplum: & Hieremias & Daniel & Zacharias docent. Et in Ezechiele de Sodoma legimus, quod restituatur in antiquum: & de Ægypto, quod post desolationem terræ Ægypti & ariditatem septem fluminum, veterem recipiat vbertatem. Septenarius autem & septuagesimus numerus, qui vel de singulis diebus, vel de septem conficitur decadibus, perfectam significat & consummatam pœnitentiam, vt iuste Tyrus expleto pœnitentiæ tempore in antiquum redeat statũ. De hac arbitror meretrice, & illud in Prouerbiis Salomonis mystico sermone signari. *Ne attendas pessimam mulierem: Mel enim distillat de labiis mulieris meretricis, quod ad breue impinguat fauces tuas, & postea amarius felle reperies. Per fenestram enim domus suæ in plateas prospicit*: quia *lata est & spaciosa via, quæ ducit ad mortem*: & quẽcumque insipientem viderit iuuenem: (sapientes quippe tentare non audet) & transire iuxta angulos qui rectã lineam perdiderũt: loquitur ei in tenebris & in caligine: & sub specie voluptatum quasi victimam ducit ad mortem. Hæc si conuersa fuerit, & bene cecinerit: & perfectæ pœnitentiæ annorum tempus impleuerit: comedet & bibet, & saturabitur: Audiat Nouatianus & taceat.

Cant.5.a
Prou.5.c Sec. Lxx.
Matt.7.b

Commentarij Septimi in Esaiam Prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM.

PROOEMIVM.

SEXTVS & Septimus superiores Libri, allegoriã Quinti voluminis continent, quod olim historica explanatione dictaui. Præsens opus, id est, octauus Liber, ad cœptam interpretationem reuertitur: vt & historiam & tropologiam iuxta vtramque editionem pariter disserat. Quæ si longa tibi videbitur ô virgo Christi Eustochium, non mihi imputes sed scripturæ sanctæ difficultati, præcipueq; Esaiæ prophetæ: qui tantis obscuritatibus inuolutus est, vt præ magnitudine rei breuem explanationem putem, quæ per se longa est. Certe nos studiosis scribimus, & sanctã scripturam scire cupientibus, non fastidiosis & ad singula nauseantibus. Qui si flumen eloquentiæ & concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum: & vt ad nostros veniam, Tertullianum, Cyprianum, Minutium, Arnobium, Lactantium, Hilarium. Nobis propositum est Esaiam per nos intelligi: & nequaquam sub Esaiæ occasione nostra verba laudari.

COMMENTARIORVM
HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM
LIBER OCTAVVS.

ECCE *dominus dissipabit terrã*, &c.] Post specialem singularum gentiũ correptionẽ, Iudææ, Babyl. Philistim, Moab, Damasci, Israel, Ægypti, deserti maris, Idumææ & Arabiæ. vallis visionis, & ad extremum Tyri, in quarum explanatione, quæ potuimus diximus. Nunc quid totus orbis in consũmatione passurus sit, propheticus sermo describit: & nequaquam de singulis gentib. sed de cũctis pariter prophetatur. Et primũ quidem quæ impij tormẽta passuri sint: & quomodo iuxta euangeliũ & Apostolũ, pertranseat cœlũ & terra, & figura mundi istius, & deducãtur peccatores in infernũ, de quib. scriptum est: *Ingredientur ad extrema terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Deinde quia pro qualitate meritorũ multæ sunt mãsiones apud patrẽ, dicitur quomodo sanctí *rapiantur in nubibus obuiam domino in aera*, & semper cum eo futuri sint. Pro dissipata terra, Lxx. corruptum orbem interpretati sunt: & pro afflicta facie illius, id est, terræ, ijdem transtulerunt ἀναχαλάσει τὸ πρόσωπον αὐτῆς, id est, & reuelabit faciẽ eius, vt procedant mortui de sepulchris suis, siue nudabit eam, vt omnia opera eius proferantur in publicũ, & dispergantur habitatores eius in diuersa loca, prẽmiis vel suppliciis destinati. Tunc nulla erit diuersitas inter nobilem & ignobilẽ, sacerdotem & laicum, seruum & dominum, ancillam & dominam, diuitẽ & pauperem, feneratorem & eum qui ære alieno premitur; ementẽ atq; vendentem Omnes enim ex æquo stabunt ante tribunal Christi: nec erit acceptio personarum apud Deum. De quo & Iob eisdem propemodum verbis loquitur: *Paruus & magnus ibi sunt, & seruus non timens dominum suum.* Et Saluator in euangelio: cui omne iudiciũ traditum est pleno sermone testatur. Dissipabitur ergo terra, & omnia terrena opera redigentur ad nihilum, vt abolita imagine χοϊκοῦ permaneat imago supercœlestis. *Primus enim homo de terra terrenus, & secundus de cœlo cœlestis: qualis terrenus, tales, & terreni: & qualis supercœlestis, talis & supercœlestes* vt sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ supercœlestis. Vnde idẽ Apostolus loquitur: *Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt.* Nõ quod secundũ hæreticos dispereat natura corporũ: sed quod corruptiuũ hoc induat incorruptionẽ: & mortale hoc induat immortalitatẽ. Et hæc omnia fiẽt, quia quod futurum est per prophetas dominus locutus est.

Matt. 24.
1. Cor. 7. f
Psal. 61. c
Ioan. 14. d
2. Thess. 4. d
B

b ¶ *Luxit & defluxit terra*, &c.] Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiã. Vnde prima sententia est contra eos, qui excelli sunt terræ, vt infirmentur vniuersa quæ nunc fortia sunt, propter eos qui sanguinem sanguini miscuerũt, & in morem sanguinis Abel interfectorum cruorem ad Deum clamare fecerunt.

Ia. ob. 4. b

Gen. 4. b

c ¶ *Quia trãsgressi legẽ*, &c.] Audiant Iudæi, qui se solos legẽ accepisse domini gloriantur, quod vniuersæ primum gẽtes, totusq; orbis naturalẽ acceperit legẽ, & idcirco postea lex data sit per Moysen, quia prima lex dissipata est. De qua Apost. loquitur. *Cum enim gentes, quæ non habẽt legem, naturaliter ea quæ legis sunt, faciũt: isti legẽ non habẽtes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptũ in cordib. suis.* Qui igitur has leges obseruauerint, præmia cõsequẽtur: qui autẽ neglexerint eas, sustinebũt quæ nũc sermo propheticus cõminatur. Et quomodo in principio benedixit Deus omni creaturæ quã fecerat: sic in consũmatione mũdi, maledicet iis qui terreni sunt, & non fuerint peregrini, sed habitatores terræ, & in ea peccauerint: qui obliti cõditionis suæ, cõtra se mutuo furore bacchati sũt. Et pauci remanebũt qui habẽt imaginẽ supercœlestem, siue iuxta Lxx. ὁι πτωχοὶ ἔσονται οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ γῇ, id est, pauperes erunt habitatores terræ, quia spirituales diuitias perdiderunt

Rom. 2. c

Gen. 1.

d ¶ *Luxit vindemia*, &c.] In consũmatione mũdi, præteritarũ delitiarum recordatio, erit materia cruciatuũ. Vnde &diues ille in conuiuio purpuratus, qui receperat bona sua in vita sua, eleuãs oculos suos de inferno, Lazarũ cernit in requie. Et dominus increpans, diuites & luxuriosos atq; ridẽtes, loquitur in euãgelio: Væ vobis diuitib. quoniã recepistis consolationẽ vestrã. *Væ vobis, qui nũc saturati estis, quoniam esurietis: Væ vobis, qui ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis.* Quãdo igitur fuerit resurrectio mortuorũ, & iudicii aduenerit dies, tũc lugebit vinũ atque vindemia, de qua Moysi loquitur: *De vinea Sodom vinea eorum: propago eorum de Gomor. Vua eorũ vua fellis, botrus amaritudinis eorũ. Furor draconũ vinũ eorũ, & furor aspidũ insanabilis.* Tũc omnis potio, siue, vt Hebr. dicitur, [a] שכר, id est ebrietas, quæ statũ mẽtis euertit, & homines vigilare nõ patitur, amaritudine cõmutabitur: quæ ad tẽpus vtẽtib. se mella mẽtitur, & in nouissimo amarior felle reperietur. Tũc omnis dulcedo lætantiũ, & tympanorũ, ac citharæ sonitus in planctũ vertetur ac gemitũ. Ingeramus hoc testimoniũ his qui in cõuiuiis nõ solũ gula & ebrietate, sed & aurib. luxuriãtur, vt per oẽs sensus animę fortitudo molleſcat. *Atteretur ciuitas vanitatis*, siue omnis ciuitas, vel spiritualis Babylõ, quæ sedet in septẽ mõtibus purpurata: cuius supplicia in Apocal. Ioan. legimus Pulcreq; dixit vrbẽ vanitatis. Si enim de cœlo & terra, & de omnibus quæ terrena sunt, dicitur: *Vanitas vanitatũ, &c.* quãto magis hoc de vna vrbe dicẽndũ est, quæ totius orbis pars modica est? Tũc domꝰ, quarũ nũc sũt aurata laquearia, & pauperib. absq; tecto & tugurio frigore moriẽtib. parietes earũ vestiuntur marmorũ crustis, & fecti eboris nitore resplẽdẽt, remanebũt vacuę. Clamor erit in plateis super vino, nõ in arcta & ãgusta via quæ ducit advitã, sed in lata & spatiosa quę ducit ad mortẽ: Super vino & ebrietate etroris eorũ, qui *dormierũt sõnũ suũ: & nihil inuenerũt oës viri diuitiarũ in manibus suis.*

a sechar.

Apoc. 18. e
Eccles. 1. a

Matth. 7. b

Psal. 75. a

Transla-

CAPVT XXIV.

ECCE dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciẽ eius, & dispergetHabitatores eius: & erit sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet: dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim loquutus est verbum hoc.

HEB.	SEPT.
[b] Luxit & defluxit terra & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra interfecta est ab habitatoribus suis. [c] Quia transgressi legem sunt: mutauerũt ius: dissipauerũt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terrã: & peccabunt habitatores eius: ideo insaniẽt cultores eius: & relinquentur homines pauci.	*Luxit terra: corruptus est orbis: luxerunt excelsi terræ: terra autem egit impie propter habitatores suos. Quia præuaricati sunt legem, mutauerunt præcepta, testamentum æternum. Propter hoc maledictio vorabit terram: quia peccauerunt habitatores eius: ideo pauperes erunt habitatores terræ, & dimittentur homines pauci.*

[d] Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerũt omnes qui lętabãtur corde. Cessauit gaudiũ tympanorũ, quieuit sonitus lætãtiũ, cõticuit dulcedo citharæ: cum cantico non bibẽt vinũ, amara erit potio bibẽtib. illã. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeũte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatũ est gaudiũ terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas

Luc. 16. d

Ibid. 6. d

niã recepistis consolationẽ vestrã. *Væ vobis, qui nũc saturati estis, quoniam esurietis: Væ vobis, qui ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis.* Quãdo igitur fuerit resurrectio mortuorũ, & iudicii aduenerit dies, tũc lugebit vinũ atque vindemia, de qua Moysi loquitur: *De vinea Sodom. vinea eorum: propago eorum de Gomor. Vua eorũ vua fellis, botrus amaritudinis eorũ. Furor draconũ vinũ eorũ, & furor aspidũ insanabilis.* Tũc omnis potio, siue, vt Hebr. dicitur, [a] שכר, id est ebrietas, quæ statũ mẽtis euertit, & homines vigilare nõ patitur, amaritudine cõmutabitur: quæ ad tẽpus vtẽtib. se mella mẽtitur, & in nouissimo amarior felle reperietur. Tũc omnis dulcedo lætantiũ, & tympanorũ, ac citharæ sonitus in planctũ vertetur ac gemitũ. Ingeramus hoc testimoniũ his qui in cõuiuiis nõ solũ gula & ebrietate, sed & aurib. luxuriãtur, vt per oẽs sensus animę fortitudo molleſcat. *Atteretur ciuitas vanitatis*, siue omnis ciuitas, vel spiritualis Babylõ, quæ sedet in septẽ mõtibus purpurata: cuius supplicia in Apocal. Ioan. legimus Pulcreq; dixit vrbẽ vanitatis. Si enim de cœlo & terra, & de omnibus quæ terrena sunt, dicitur: *Vanitas vanitatũ, &c.* quãto magis hoc de vna vrbe dicẽndũ est, quæ totius orbis pars modica est? Tũc domꝰ, quarũ nũc sũt aurata laquearia, & pauperib. absq; tecto & tugurio frigore moriẽtib. parietes earũ vestiuntur marmorũ crustis, & fecti eboris nitore resplẽdẽt, remanebũt vacuę. Clamor erit in plateis super vino, nõ in arcta & ãgusta via quæ ducit advitã, sed in lata & spatiosa quę ducit ad mortẽ: Super vino & ebrietate etroris eorũ, qui *dormierũt sõnũ suũ: & nihil inuenerũt oës viri diuitiarũ in manibus suis.*

a sechar.

Apoc. 18. e
Eccles. 1. a

Matth. 7. b

Psal. 75. a

Translatum est quippe in cœlos gaudium terræ, & relicta est in vrbe quondam celeberrima solitudo, & portas viarum frequentium, per quas populorum influebant agmina, opprimet habitatorum calamitas. Et vt sciremus perspicue de totius orbis interitu nunciari, intulit: Hæc erunt in medio terræ, in medio gentium, siue populorum.

a ¶ *Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea*, &c] Quantum ab Hebraica veritate in hoc loco Lxx. distet trãslatio, sequẽtia verba monstrabunt. Relictis hominibus paucis, quando maledictio vorauerit terrã, & in vrbe fuerit solitudo, & hæc vniuersa cõtigerint in medio terræ, in medio populorum & gentium: tanta erit sanctorũ paucitas, de quibus Dominus loquitur in euangelio: *Multi vocati & pauci electi*: & tam vehemens pressura iustorum, vt tententur, si fieri potest, etiam electi Dei, & paucitas eorum baccis oliuarum rarissimis comparetur: quæ cum excussę fuerint atque demessæ, vix paucæ remaneant in ramorũ cacumine: & quomodo cum fuerit finita vindemia, solent pauperes egestate cogẽte vacuas circuire vites: & pauca vuarũ grana colligere. Hi igitur qui remanserint, & post vindemiam mundi atq; pressũram, manus quiuerint antichristi persequentis effugere, siue pœnæ imminentis ardoris, leuabunt voces suas in sublime, Deũque laudabunt. Quãdo venerit Dominus in gloria patris sui cum angelis sanctis, & eum viderint in sua maiestate regnantem: tunc hinnient in equorum similitudinẽ: lætitiæ magnitudine gestiẽtes, & hinnient de marihuius sæculi. Propterea qui nũc in scripturis sanctis eruditi estis, & scitis vobis tantũ gaudiũ tantaq; præmia reseruari, in doctrinis glorificate Dominũ: audientes illud quod scriptũ est: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Nequaquã in terra Iudææ, sed in insulis, id est, in ecclesiis huius maris & sæculi, in quib. benedicitur atq; laudatur nomẽ Domini Dei quondã Israel, sine hominis vidẽtis Deum. Iuxta Lxx. omnia quę de sãctis intellexinꝰ, referri posũt ad impios: quod cum fuerit finita vindemia, tunc illi clamẽt in suppliciis cõstituti. Qui autem euaserint impiorũ numerum, lætentur in gloria Domini: & conturbentur aquæ populorũ huius sæculi.

Matt. 20. b

2. Cor. 10. d

b ¶ *Ab alis terræ portenta*, &c. *Et dicent: Mysterium meum mihi*, &c.] Hoc quod dicitur, mysterium meum mihi, in Lxx. non habetur, sed de Theodotionis trãslatione in Græco additũ est. Rursũ pro eo quod illi posuerũt væ, vt sequenti versiculo iungeretur, in Hebraico dicitur [b] אוי לי: quod proprie sonat, væ mihi. Pro finib. quoque, quod nos propter explanationem sensus apertius posuimus, in Hebraico habetur מכנף, quod alam non finem sonat. Hi ergo, de quibus supra dictum est: Leuabunt vocem suam atque laudabunt, cum hinnierint de mari, & in doctrinis glorificauerint dominũ, & viderint in insulis maris laudari nomẽ domini Dei Israel: tunc consona voce cantabũt & dicent: Ab alis terræ, hoc est à prophetis & à sanctis domini, qui assumptis aliis columbæ, ad cœlorum regna festinant: laudes eius audiuimus prædicari: & quod gloria vel spes iusti non sit irrita, sed rebus omnia compleantur. Dicentibus itaque hæc sanctis, & hinnientibus de mari, & leuantibus vocem suam, atque laudãtibus, propheta sibimetipsi loquitur. Cum, inquis, hæc audissem, & in subuersionem orbis vaticinium prophetarum explendum esse perspicerem: locutus sum mihi interno cordis affectu: Non possum cuncta narrare, quæ cerno. Hæret lingua faucibus meis: vox dolore concluditur. Vę mihi: quantus ordo pœnarum ante oculos versatur meos: cerno præsentia quæ futura sunt. Errant autem qui hoc putant ex persona Dei debere intelligi, rerum ordinem non sequentes. Mirorque quo sensu pro psalmis & laudibus, quod in Hebraico legitur [d] זמירות: Septuaginta ὑπερηφανίαν, id est, portenta interpretati sunt, nisi forte signum est, atque portentum vt excluso populo Iudæorum, incredula prius gentium turba saluetur.

d zemiroth

c ¶ *Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum*, &c.] Hæc est causa luctus & gemitus mei, propter quam secundo dixi, secretum meum mihi: secretum meum mihi: quia omnes præuaricati sunt legem Dei: & nequaquam domini pœna differtur, nec futura prædicitur, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Cumque se putauerint fugisse, ex alio incident in aliud: & quocunque se verterint, impendentem iram domini non euadent.

HEB.	SEPT.
[a] Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remãserunt, excutiantur ex olea: & racemi, cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus hinnient de mari, propter hoc in doctrinis glorificate dominum: in insulis maris nomẽ domini Dei Israel. A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti, & dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi: væ mihi. [c] Præuaricãtes præuaricati sũt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Formido, & fouea & laqueus super te qui habitatores terræ: Et erit qui fugerit à voce formidinis cadet in foueam: & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo.	*Quomodo si quis excutiat oliuã, sic excutient eos, & si quiescat vindemia, isti clamore vociferabuntur. Qui autem relicti fuerint super terram, lætabuntur simul cum gloria domini: conturbabitur aqua maris: propterea gloria domini in insulis erit maris: nomen domini glorioſum erit domini Dei Israel.* [b] *Ab alis terræ portenta audiuimus: spes iusto, & dicent mysterium meum mihi. Væ præuaricatoribus, & reliqua. Væ præuaricatoribus, qui præuaricantur legem. Timor & fouea & laqueus super vos qui habitatis terram. Et erit qui fugerit timorem, cadet in foueã: & qui exierit de fouea, capietur laqueo.*

[d] Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt: & cõcutientur fundamenta terræ. Cõfractione cõfringetur terra, cõtritione cõteretur terra, cõmotione cõmouebitur terra. Agitatione agitabitur terra, sicut ebri[e]: & auferetur quasi tabernaculũ vni[e] noctis: & grauabit eã iniquitas sua: & corruet, & non adiiciet vt resurgat.

d ¶ *Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt*, &c.] Propterea formidihem & laqueum & foueam domini nullus euadet, quia cataractæ de excelsis, siue vt Septuaginta manifestius transtulerunt, ὅτι διῳξίχθησαν τῶν ὑψηλῶν τὰ ὑψηλά σου, id est, fenestræ cœli apertæ sunt, vt despiceret dominus hominum vniuersa peccata, quæ prius quia non puniebat, videbatur peccatorib. ignorare. Postquã autẽ apertis fenestris vidit cuncta opera mortalium, concussa sunt fundamenta terræ. Iuxta illud quod in alio loco de Dei intuitu scriptũ est: *Qui respicit terram, & facit eam tremere*: tunc cõfringetur & conteretur, & commouebitur, atq; agitabitur terra in similitudinem ebrij: nõ quod ipsa terra redigatur in puluerẽ & in nihili, sed quod vniuersa terrena pertranseant, & succedat alia cõuersatio. Et quomodo ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nec pes, nec mens stat in suo officio, sic omnis terra, id est, omnes homines qui versantur in terra, malorum magnitudine atque pœnarum ebrij erunt, & stupebunt ad cuncta quæ cernent. Et sicut vinius noctis tabernaculum atq; tentorium transfertur de loco ad locum, & locus tentorii pristini à viatore deseritur, ita vt nullum vestigium remaneat præteritæ mansionis, sic transibit figura huius mundi, & erit terra deserta, quæ grauata est iniquitate sua: cuius pondus & grauissimum onus in Zacharia scribitur, qui sedebat super talentum plumbi. *Et corruet*, inquit, *& non adiiciet vt resurgat.* Non quod resurrectio negetur hominum, & omnium qui versabantur in terra, sed nequaquam erit terrena conuersatio, & pristinę vitæ status: cum ad hoc humana resurgant corpora, vt animæ eisdem quæ prius deposuerant corporibus vestiantur,

Psal. 103. d

Zach. 5. c

& recipiant à Deo, siue bona, siue mala, quæ egerunt super terram.

a ¶ *Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam cœli, &c. Et erubescet luna, &c.*] Pro eo quod nos interpretati sumus, & erubescet luna, & confundetur sol, Septuaginta trãstulerunt, liquefieri laterẽ & cadere murum: quæ autẽ erroris causa sit, sequentia verba monstrabunt. Sol lingua Hebraica tribus nominibus appellatur [c] חמה & [f] שמש quod interpretatur calor, & [g] חרס quod σ'εγεκον, id est, testam vel ariditatem sonat: [h] מאור autem quod Græce φωστὴρ, Latine dicitur luminare: soli lunæque commune est. Rursum luna vocatur [i] ירח quæ Græce dicitur μὴνη, eo quod triginta dierum circuitu mensem efficiat: & [k] לבנה, id est, alba vel candida. In præsẽti igitur loco pro [l] לבנה, id est, luna: Septuaginta interpretati sunt laterem, qui Hebraice appellatur [m] לבנה, verbi ambiguitate decepti. Rursum pro [n] חמה, id est, calore, per quem intelligitur sol, posuerunt murum, qui Hebraice dicitur [o] חמה. Est autem hic sensus totius capituli: Fenestræ cœli apertæ sunt, vt prospiciente domino terrena peccata, omnis figura terrenorum operum præteriret & corrueret: & nequaquam vltra in pristinum statum resurgeret. In die illa, hoc est, in die iudicij visitabit dominus super militiam, siue super ornatũ cœli in excelsis, vt non solum terrena, sed & cœlestia iudicet. Quis sit autẽ ornatus cœli, siue militia, Moyse scribẽte discamus. *Cauene suspiciẽs cœli, & videns solẽ & lunã, stellas & omnem ornatũ cœli, decipiaris, & adores ea.* Visitabit autẽ dominus secundũ idioma scripturarũ, quasi ægrotãte militiã, & exercitũ cœli, & ferro & cauterijs indigẽte, secundũ illud: *Visitabo in virga peccata eorũ, & in flagellis iniquitates eorũ.* Nã & in sequẽtib. legimus: *Inebriatus est gladius meus in cœlo.* Et in Iob: *Astra non sunt munda in conspectu eius. Et, Aduersũ angelos suos peruersũ quid reperit.* Visitabit quoq; super reges & principes terræ, rectores tenebrarũ istarũ, & spiritualia nequitiæ in cœlestib. De quib. principib. diuersis prouinciis præsidẽtib. & in Daniele scriptũ est: *Exijt in occursum mihi princeps regni Persarũ, & princeps regni Medorum, & princeps regni Græcorũ.* Hos igitur principes, qui suũ nõ seruauerũt gradũ, congregabit dominus in die iudicij, quasi in vno fasce pariter colligatos, & mittet in lacũ inferni, vt in illis quoq; impleatur, quod de impijs scriptũ est: *Lacũ aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quã fecit.* Et includẽtur in carcere, iuxta illud quod ait dominus: *Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Quod autẽ sequitur: *Et post multos dies visitabuntur.* Videtur applaudere amicis meis, qui diabolo & dæmonibus dant pœnitentiã, quod multa post tempora à domino visitentur. Sed cõsiderent quod non dixerit aperte scriptura diuina: Visitabũtur à domino, vel visitabuntur ad angelis: sed absolute visitabũtur. Ex qua ambiguitate verbi & remediũ potest intelligi & correptio: quod postquam iusti præmia receperint, illi in pœnis perpetuis visitentur. Est tamen sciendũ, quod iudicium De humana nõ possit scire fragilitas, nec de pœnarum magnitudine atque mensura ferre sententiã, quæ domini arbitrio derelicta est. Tunc *erubescet luna, & confundetur sol*: iuxta illud quod Apostolus ait: *Etenim creatura ipsa congemiscit & parturit*: cernens homines, qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse, *qui solem suũ oriri facit super iustos & iniustos.* Quomodo si dispensator & villicus veniente domino cernat familiam varijs subiici cruciatibus, & nequaquã sua implesse præcepta. De hoc eodẽ loco plenius Saluator in euangelico docet: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: & stellæ cadent de cœlo: & virtutes cœlorum mouebuntur*, quando apparuerit signum filij hominum in cœlo: & plãxerint se omnes tribus terræ: & viderint *filium hominis venientem cum nubibus cœli, in virtute & gloria multa.* Didicimus subuersionem terræ, visitationem militiæ cœli, cõgregationem regum & principum in vnum fascem & detrusionem in lacum, & custodiam carceris, & clausuram post longum tempus visitationem, ruborem lunæ, & cõfusionem solis. Post hæc omnia regnabit dominus exercituum in monte Sion & in Hierusalem cœlesti: de qua & in epistola scribitur ad Hebræos: *Et in conspectu senum suorum gloriabitur.* Qualis senex fuit Abraham, qui mortuus est in senectute bona, & appositus est ad patres suos. Quales iubetur & Moyses presbyteros eligere, quos scit esse presbyteros: Cani enim hominis sapientia eius, qui imitantur vetustum dierum: cuius cæsaries describitur cãdida, vt ætatis longitudo mõstretur. Potest hoc & de ecclesiastico gradu intelligi: si tamen non destruant operibus dignitatem.

CAP. XXV.

HEB.

DOMINE Deus meus es tu, & exaltabo te: confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles: Amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione: suspes à turbine, vmbraculum ab æstu: spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginem fortiũ marcescere facies. a Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiũ pinguiũ, conuiuium vindemiæ: pinguium medullatorũ, vindemiæ defecatæ. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos: & telam quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternũ: Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie: & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia Dominus locutus est.

b Et dicent in die illa: Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: Iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & lætabimur in salutari eius. Quia requiescet manus Domini in mõte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleę in plaustro. Et extẽdet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabitur gloria eius cum allisione manuũ eius. Et munimenta sublimium murorũ tuorũ concident,

SEPT.

DOMINE *Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum fiat. Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates fortes, vt caderent fundamenta earum. Impiorum ciuitates in æternum non ædificabuntur. Propterea benedicet tibi populus pauperum: & ciuitates hominum iniquitatem sustinentium benedicent tibi. Fuisti enim omni ciuitati humili auxiliator sen, etiam super eos qui non peccauerunt, in similitudinẽ prænarrationis Adam.* Dominatorem omnium populorum, siue faciem tenebrarum super omnes populos, & telam quæ ordita sit super omnes gentes: Quidam antichristum, intelligi volunt, qui in monte Oliueti consumendus sit, quod & in Danielis vltima diximus visione. Iuxta Lxx. omnibus gentibus in monte Sion conuiuium lætitiæ præparatur, in quo bibent vinum, quod se dominus cum sanctis suis in regno patris sui bibiturum esse promisit: & vngentur vnguento, vt renati in Christo efficiantur populus nouus vnde dicitur: Trade omnia hæc gentibus, quæ quondam Israẽlin typo & imagine celebrabat. Hoc enim consilium domini est, vt cuncta transferantur ad gentes: quia mors absorpta est, & lacryma omnis absterſa: & opprobriũ vniuersæ terræ, Christi imperio succedente deletum est.

b ¶ *Et dicent in die illa: Ecce Deus*, &c.] Absorpta morte in perpetuum, populus Dei qui de manu mortis fuerit liberatus, dicet ad dominum: Ecce Deus noster iste, quem Increduli hominem tantum putabant: Et expectauimus eum, hoc est, verbis eius credidimus, quia sua promissa compleuit: & saluabit nos. Propterea eius auxilio de faucibus mortis erepti, exultabimus & lætabimur in eo, & manus atque eius potentia requiescet in monte isto. De quo supra legimus: *Cum regnauerit dominus exercituum in monte Sion & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.* Moab autem, quod interpretatur de patre, ita conteretur, vt solent plaustro paleæ conteri. Hoc iuxta ritum loquitur Palæstinæ, & multarum Orientis prouinciarum, quæ ob pratorum & sceni penuriam, paleas præparant usui animantium. Sunt autem carpenta ferrata, rotis per medium in serrarum modum se voluentibus, quæ stipulam conterunt, & comminuunt in paleas. Quomodo igitur plaustris serratis paleæ conterantur, sic conteretur Moab sub eo, siue sub Dei potentia, siue in semetipso, vt nihil in eo integri remaneat. Et sicut solet qui natat totum corpus extendere, ita ille de sua potentia allidetur in terram, & ruens sopitum faciet. Omnia quoque munimenta sublimium domorum illius, siue murorum, vt in Hebraico continetur, concident & humiliabuntur: & detrahentur in terram vsque ad puluerem comminutam. Igitur sermo propheticus licet de consummatione mundi generaliter texat vaticinium: tamen ne præsentia omnino videatur negligere, nominat Moab, qui fuit inimicus Israël, intantum vt faceret eos fornicari cum Madianitis, & consecrari idolo Beelphegor, qui interpretatur Priapus, contra quem & Hieremias loquitur: *Egredietur chamos in captiuitatem, sacerdotes illius & principes eius simul.* Et iterum: *Confundetur Moab in chamos, sicut confusa est domus Israel in Bethel*, & reliqua his similia: atque ex vno idolo & dæmone, qui huic idolo præsidebat, omnes indicat contrarias fortitudines humiliandas, & deducendos in tartarum, & instar

rum regnum & aureæ Hierusalem atque gemmatæ somnia conquiescant. Destructa autem Hierusalem pro impietate sua, laudabit dominum populus fortis. Quis sit autem populus fortis, sequens versus ostendit: *Ciuitas gentium robustarum timebit te.* Illis blasphemantibus, gentium populus te timebit. *Principium* enim *sapientiæ timor Domini.* Laudabitque te populus fortis, & ciuitas gentium robustarum timebit te: hoc est, ecclesia de gentibus congregata: quia factus es fortitudo pauperi Christo tuo, de quo & in Psalmis legimus: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Et in Zacharia, secundum Hebraicam veritatem Pauper, hoc est בעני super pullum asinæ sedere describitur. *Fortitudo egeno*, in tribulatione passionis suæ: *spes à turbine* patibuli, & *vmbraculum ab æstu*, quando locutus est: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meũ.* Quomodo enim si ventus impingatur parieti, atque pertranseat, sic turbo blasphemantium Iudæorum illi nocere non potuit. Et vt alia vtar similitudine: Sicut propago grauissimo torretur æstu, atque flaccescit: ita tumultum & clamorem alienorum, hoc est, qui à te alieni facti sunt, marcescere facies & perire. Iuxta Lxx. interpretes, non dico sensum, sed verborum ordinem & consequentiam in hoc loco reperire non potui. Et pro eo loco, vbi nos interpretati sumus, ficut æstum in siti: pro quo in Hebræo scriptum est בצון, quod apud eos inuium vel sitis dicitur: quare illi pro inuio & in siti, verterint in Sion, error perspicuus est, ob similitudinẽ verbi ציון & צון, quod eisdem signatur elementis.

a ¶ *Et faciet Dominus exercituum*, &c. *Et præcipitabit in monte isto faciẽ vinculi colligati super omnes populos*, &c.] Pro eo quod nos vertimus, faciem vinculi colligati super omnes populos, Aquila interpretatus est, faciem tenebrarum super omnes populos. Cumque Aquila bis tenebras dixerit, Theodotio semel tenebras nominauit. Cætera similiter. Pro quo Symmachus transtulit, faciem dominatoris, qui dominatur super omnes populos.

Quid autẽ voluerint pro hoc loco Septuaginta dicere: Trade omnia hæc gentibus: legenti perspicuum est, quod non scripturæ verba, sed suũ sensum posuerint: eo quod omnia mysteria legis & tẽpli transferẽda sint ad ecclesias nationũ. Post passionẽ ergo domini, quãdo eum à siti & æstu ac turbine liberauerit: faciet dominus nequaquã populo Iudæorum, sed omnibus gentibus in monte Sion pingue conuiuium, holocausta medullata, & vinũ vindemiæ defecatæ, vt præcipitet & absorberi faciat facẽ mortis & vinculi, quo omnes populi ligabãtur, diffunditque rete mortis, & telam quæ omnes cæperat nationes. Et iuxta Apostolum, absorbebitur mors in perpetuum. Et auferet dominus lacrymam ab omni facie, quando morte superata Christi aduenerit regnũ: & opprobrium generis humani, quod ad imaginem cõditum fuerat creatoris, diaboli, & mortis effugerit seruitutẽ. Nec mirum si iuxta Symmachum domina appelletur mors, cum beatus Apostolus dixerit: *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moy-*

pulueris conterendas. Si autem hoc ita erit, vbi est diaboli pœnitentia?

CAPVT XXVI.

IN die illa cantabitur, &c.] Cum humiliatus fuerit Moab, & detractus ad terram vsque ad puluerem, & omnes inimici subsirati Christi pedibus, tunc cãtabitur canticum istud in terra Iuda, siue Iudæa, quod interpretatur vtrumque confessio: vt quomodo Sion & Hierusalem vrbem cœlestem intelleximus, ita & regionem huius vrbis confessionem cœlestem intelligamus. Denique sancti in terra aliena carmen Iudææ cantare nolentes, dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ego puto hoc esse canticum, de quo in alio loco sanctis præcipitur: *Cantate Domino canticum nouum.* Erit autem canticum, hoc quod sequitur: *Vrbs fortitudinis nostræ Saluator.* Quæ est ista vrbs? Quæ in monte sita latere non potest. De qua & in alio loco scriptũ est: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et rursum: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Huius vrbis ille conditor est, de quo loquitur pater: Iste ædificauit ciuitatem meam: Imo vrbs fortitudinis nostræ Saluator est, id est, Iesus. *Et ponetur in ea murus & antemurale.* Murus bonorũ operum, & antemurale rectæ fidei, vt duplici septa sit munimento. Non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur. Hic murus & hoc antemurale, siue circummurale, de viuis lapidibus extruitur, qui iuxta prophetã volunt super terram. Pro eo quod nos vertimus antemurale, Symmachus, firmamentum interpretatus est, vt ipsi muri munitionibus cincti sint, & vallo fossaque & aliis muris, quos in ædificatione castrorum solent loriculas dicere.

b ¶ *Aperite portas, & ingrediatur gẽs iusta*, &c.] Omne hoc canticũ, quod in terra confessionis & laudis sancti cantaturi sunt, mutat repente personas: & quasi per interrogationẽ & responsionem texitur. Dixerat populus Dei: *Vrbs fortitudinis nostræ: Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* Respõdit dominus, imo præcepit non eis qui hoc dixerãt, sed Angelis qui portis vrbis dominicæ præsidebant vt aperiãt portas, & ingrediatur per eas gens iusta, custodiens veritatẽ, siue vt in Hebraico dicitur a אמונים, quod nostra lingua vertitur, fides, plurali numero, non singulari. Quæ sunt portæ quæ aperiuntur ab angelis, vt ingrediatur non populus Iudæorũ, qui abiectus est, sed gens iusta, quæ ex fide fidelium nomen accepit: vtique illæ de quibus sanctis loquitur: *Aperite mihi portas iustitiæ ingressus in eas cõfitebor domino.* Has autẽ portas nullus poterit ingredi, nisi qui de portis mortis fuerit liberatus, & cũ psalmista dixerit: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciẽ omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Cũ n. de portis mortis fuerimus erepti: tunc in portis filiæ Siõ omnes laudationes domini cantare poterimus. Et quomodo portas mortis reor esse peccata, de quibus ad Petrũ dicitur. *Portæ inferni non præualebunt aduersum te*: Sic portas iustitiæ omnia opera virtutum: quas qui fuerit ingressus, vnã inueniet portã, de qua dicitur: *Hæc porta Domini, iusti intrabũt in eam.* Et quomodo per plures margaritas aduxum pergitur margaritũ: sic per multas vias & portas peruenimus ad eum qui dicit esse se viam & portã, per quã ingredimur ad patrẽ. Post sermonem Dei respondit populus Hebraice b יצר ממרך quod Aquila & Symmachus similiter transtulerũt τὸ φρόνημα πιστῶν ἐστηριγμένον, hoc est, error noster ablatus est, siue cogitatio nostra firmata est, quæ prius inter te & idola fluctuabat, vt nequaquam circũferamur omni vẽto doctrinæ, sed in te dominum Saluatorem tota mẽte credamus: Pro quo nos, vt sensus manifestior fieret, transtulimus, vetus error abiit. Et quia cogitatio nostra firmata est, propterea seruabis nos concident, & humiliabuntur & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

CAPVT XXVI.

HEB.

IN die illa cantabitur cãticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ: Saluator ponetur in ea murus & antemurale. b Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. Vetus error abiit: seruabis pacem pacem: quia in te sperauimus. Speratis in Domino in sæculis æternis. c In domino Deo forti in perpetuum: Quia incruabit habitantes in excelso: ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam vsque ad terrã, detrahet eam vsq. ad puluerem. Conculcabit eam pes: pedes pauperis, gressus egenorũ.

a Semita

SEPT.

IN die illa cantabunt canticum istud super terram Iudæam, dicẽtes: Ecce ciuitas fortis, & salutare nostrum ponet murum & circũmulare. Aperite portas, ingrediatur populus custodiens iustitiã, & custodiens veritatem: apprehendens veritatẽ, & custodiens pacem pacem: quoniã in te speruerunt Domine vsque in sempiternum. Deus magne æterne, qui humiliasti & detraxisti eos qui habitant in excelsis: ciuitates robustas destrues, & deduces vsque ad pauimentum: & conculcabunt eas pedes manuetorum & humilium. Via est. Vnde & in alio loco scribitur. *Desiderasti sapientiam: serua mandata, & dominus tribuet tibi eam.*

c ¶ *In Domino Deo forti in perpetuum*, &c.] Et hæc propheta loquitur, qui ab eo respondit loco, in quo supra dixerat: Sperate in Domino in sæculis æternis: & iũgit ei quod nunc proposuimus: *In Domino Deo forti in perpetuũ*, & reliqua. Pro Domino Deo forti, in Hebraico tria habet nomina, c צור & d יהוה & e יה: quod aliud inuisibilem, aliud ineffabilem, aliud robustum sonat: quorum primum in f הללויה extrema syllaba ponitur. Et hoc diligens lector obseruet, quod interdum textum in propositione testimonij diuidamus: quoniam alium Lxx. edidit, & alium ex Hebræo ad verbum expressa translatio efficit sensum. Dicit ergo propheta: *Sperate in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuũ*: cuius auxilium sempiternum est. Ipse enim incurua abit habitantes in excelso: Quia *omnis qui se exaltat, humiliabitur*: Qui patrẽ Abraham se habere iactabãt, & in sugillatione domini loquebãtur: *Nos de fornicatione nati non sumus.* Ipse ciuitatem sublimen humiliabit, vt Iudæi putant Romã, vt nos rectius esse conuincimus, Hierusalem, quæ occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad se missi erant, & ad extremum patrisfamilias interfecit filium, vt hærede iugulato periret hæreditas. Nec vocatur ciuitas, quæ Hebraice dicitur g עיר, sed h קריה, quam Aquila πολίχνιον interpretatus est: & quam nos, vel ciuitatulam, vel viculum, vel opidulum possumus dicere: & frequenter in scripturis hoc nomine appellatur Hierusalem. Pulchreque duplicem humilitatem posuit: Humiliabit, humiliabit eam: primum sub Babyloniis, quando templum destructum est: secundo sub Tito & Vespasiano, cuius ruina vsque in finem permanet. *Conculcabit eã pes*, repetitq; & copulat *pedes pauperis*: haud dubium quin Christi. De quo & supra dixim⁹: *Factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. Gressus egenorũ*, Apostolorũ scilicet, qui imitantes Dominũ pauperratem, etiam virtutis eius priuilegium consequuti sunt, qui non recepti, excusserunt super eam puluerẽ pedum suorum. Et quia Saluatoris dicitur verbis:

verbis: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur*, non solum hoc ad homines, sed & ad contrarias quoque fortitudines referre possumus. Iuxta Lxx. laudes Deo propheta decantat, quod omnes superbos humiliet, & vniuersarum vrbium munimenta vsque ad solum diruat, & sanctorum ea initiumque & humilium calcent pedes.

HEB.

a Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulandum. Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ: Anima mea desiderauit te in nocte. b Sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. c Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio & non discet iustitiam. in terra sanctorum iniquegit, & non videbit gloriam Domini. d Domine, exaltetur manus tua vt non videant: videant, & confundatur zelus populi, & ignis hostes tuos deuoret.

a Domine, dabis pacem nobis:

SEPT.

Via iustorum recta: recta facta est via iustorum, & præparata. Via enim Domini iudicium speruimus in nomine tuo: & in memoria qua desiderat anima nostra. De nocte consurgit spiritus meus ad te Deus: quia lux iudicia tua super terram. Iustitiam discite, qui habitatis super terram: Cessauit enim impius, & non discet iustitiam super terram: veritatem non faciet: auferatur impius vt non videat gloriam Domini. Domine excelsum est brachium tuum, & nesciebant: scientes autem confundentur: zelus apprehendet populum inerudituũ & nũc ignis aduersarios comedet. Domine Deus noster

a ¶ *Semita iusti recta*, &c.] Adhuc propheta de Christo loquitur, de quo supra dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Huius ergo iusti semita recta est, siue vt verbum nouum fingam, rectitudines, quas Græci vocant εὐθυντὰς, & nos æquitates Latinius possumus appellare: dicunturque Hebraice מישרים. In vna igitur Christi semita omnes iustitiæ reperiuntur: & propterea eam suo calcauit & triuit pede, vt quicunque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet in offenso. In hac semita iudiciorum Domini, sustinuerunt eum sancti & sperauerunt in eo: quia spes non confundit. Et nomen illius & memoriale habuerunt in desiderio animæ, dicentes: *Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore.* Et iterum *Desiderat anima mea.* Et *defecit in salutari tuo.* Qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium Domini non in carne sit, sed in anima: iuxta illud quod in alio Psalmo legimus, *Sitiuit anima mea ad Deum, fortem viuum. Caro* enim *concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ne quæ volumus, illa faciamus.* Quod. que sequitur: *In nocte*, iuxta Lxx. sequenti capitulo iungitur iuxta Hebraicum priori. Ille autem potest dicere: *Anima mea desideranit te in nocte*, qui cum Psalmista loquitur confidenter: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: in lacrymis stratum meum rigabo.* Potest nox & tenebræ, pro tribulatione & angustiis accipi. Vnde & in alio Psalmo super iusti securitate propheta decantat: *Per diem sol non uret te, neque Luna per noctem*, id est, nec in prosperis nec in aduersis vnquam de tuo moueberis gradu.

b ¶ *Sed & spiritu meo in præcordiis meis*, &c.] Volumus & Hebraicum sequi, & vulgatam editionem nõ penitus præterire: & hac rerum necessitate compellimur, diuerso ordine atque sermone diuersas intelligentias quærere. Igitur quod dicitur, de nocte: iuxta Lxx. huius capituli (vt diximus) principium est, iuxta Hebraicum finis superioris, licet possit etiam iuxta Septuaginta in fine accipi superioris testimonij, vt sit sensus: *Desiderat anima mea ad te nocte*: & postea incipiat: mane consurgit spiritus meus ad te Deus. Ideo autem mane cõsurgit, quia lux præcepta tua super terram. Seruans enim mandata tua, & illuminatus eorum lumine, de quibus dicitur: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, dormire nequeo, sed omni tempore te desiderans, meo ad te consurgo spiritu. Et hoc obseruandum, quod in nocte adhuc positi, animo desideremus dominum. Postquam autem spiritus noster in præcordiis nostris tota se ad Deum mente commouerit, mane vigilemus ad eum, atque (vt manifestius dicam) anima, nox & desiderium: spiritui autem, mane iungitur & vigilia. Porro spiritu in præcordiis suis euigilat ad Deum qui potest dicere: *De profundis clamaui ad te Domine.*

c ¶ *Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iustitiã, in terra san-*

sensus, sufficit ei pro vniuersa pœna, quod me cum sanctis meis non videbit in mea maiestate regnantem. Quidam impium, h. e. h רשע diabolum intelligi volunt, de quo in nono psalmo scribitur: *Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum deleti in æternum & in sæculum sæculi. Inimici defecerunt framæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti.* Nos autẽ generaliter impium, vel pro peccatore, vel pro eo qui Dei cultũ non habet accipiamus. Iuxta Lxx. iubentur habitatores terræ iustitiam discere. *Omnis, n. vir videtur sibi iustus. Deus autẽ corda omniũ nouit, qui reddet vnicuique secundũ opera sua.* Et in alio loco eiusdem voluminis dicitur: *Sunt viri viæ, quæ videntur rectæ: nouissima autem earũ respiciunt in profundũ inferni.* Vnde debemus iustitiam discere, nec confidere in proprio iudicio. *Est* enim *iustus qui pereat in iustitia sua*, non quo iustus sit, sed quo sibi iustus esse videatur. Sin autẽ Christus *factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio*, quibus præcipitur vt cognoscant iustitiam, hoc iubetur, vt Christum discant atque cognoscant. Propterea autem præcipio, ait, vobis, vt discatis iustitiam, quia ablatus est impius, & regnũ illius destructum est: qui quamdiu regnabat in terra, iustitiã scire non poterat, nec facere veritatem. De qua alibi scribitur, quod *gratia & veritas per Iesũ Christum facta sit.* Et quia in terra veritatem non facit impius, auferetur. Non enim meretur dominum videre regnantem.

d ¶ *Domine exaltetur manus tua, & non videant*, &c.] Hoc quod supra dixerat, & non videbit gloriam domini, potest sic intelligi: Postulas ô Propheta vt non miserear impio, ne si misertus eius fuero, incipiat nescire iustitiam, qui in terra sanctorum inique gessit: ego tibi respondeo: Ergone gloriam domini non videbit? ergo non cernet triumphos meos, qui magis me debet videre regnantem, vt sciat quanto bono careat? & hoc pressius voce interrogantis legendum est, Ad quod propheta respondit: *Domine, exaltetur manus tua*, & extendatur ad percutiendum, vt te non videant impij, & tuæ gloriæ, ne ad pœnitendum quidem, lumine perfruantur. Cui respondit dominus: Videant

A B C D E F G H

Ioan.14.d

Phil.4.d Leui.17.d Sec. Lxx.

Num.5.b Sec. lxx.

Philip.4.b

Ecc.1.

Sup.25.b

Matt.10.b Luc.18.e

Luc.18.e

Ioan.8.e

Matt.23.d

Matth.5.b Psal.41.a Ibid.86.a

Isa. 45.c

Matth.16.c

Psal.117. Ioan 14.a 12.b

Psal.117.b

Ibid.9 c

Ibid.9 5.a

Psal.136.b

Zach.9.d

Psal.6.b

Psal.120.

Psal.18.c

Psal.118.

Ibidem.

Rom.5.a

Gal.5.c

Psal.41.

Psal.129.a

Prou.21.d Prou.14.b

Ecclesi.7.c

1.Cor.1.d

Ioan.1.b

a emanu'm

b ieser samouch.

c sour.

d Adoui.

e Ia

f halleiou Ia

g ir

h kiria.

i m.esarim.

magis & confundantur, vel zelus populi, vel zelantes populi, & ignis aduersarios tuos, id est, sanctorum populi deuoret atque consumat. Ignis autem pœnitentiæ qui eorum corda excruciat, quod talem dominum perdiderunt. Potest hoc & super Iudæis intelligi qui Christum brachiũ domini nescierunt. Cumque viderint eum atque cognouerint, quem patibulo affixerant, confundétur. Tunc ineruditus populus, Matt. 25.d & nesciens legem Dei, zeli stimulis incitabitur, quando viderit nationes in suum successisse locum, & igne pœnitudinis arserit, siue dolore supplicij, quando audierit illud quod scriptum est: Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.

a ¶ *Domine dabis nobis pacem*, &c.] Notandum, quod postquam nobis opera nostra reddiderit, pacem daturus sit, & quomodo exponat causas, cur postulet pacem. Pro cunctis enim operibus quæ operati sũt super terram, dicunt se sustinuisse tormenta, & iustum esse vt post supplicia atque cruciatus; misericordiam consequãtur. Siue aliter: Quia venit mundi consummatio, & omnia quæ per prophetas loquutus es, rebus expleta sunt, & reddidisti vniuersa quæ pollicitus es, tribue nobis pacem, *quæ exuperat omnem sensum.*

Philip 4.b b ¶ *Dominus Deus noster, possederunt nos domini absque te*, &c.] Idcirco misericordiam quæsumus & pacem, quæ post cuncta tribuenda est: quia nos absque te domini possederunt: idola videlicet vel dæmones idolis assidentes: nihilque aliud postulamus, nisi vt digni simus post errores plurimos, qui tui nominis recordemur. Iuxta LXX. qui dixerunt; *Domine Deus, posside nos*: hoc precantur, vt post pacem sibi reddi-

B קבני P. ouer. 8.c ἐκτισε pro ὀκτησατο. הולדתי Deut. 32.

tam, Dei possessio fiant. Quod quidem & de sapientia legimus: quæ iuxta Hebraicum loquitur in Prouerbiis: *Deus possedit me initio viarum suarum*: licet quædam exemplaria male pro possessione habeant creaturam. Denique sequitur: *Ante omnes autem colles generauit me.* Quomodo enim creaturæ generatio poterit coaptari, quæ magis possessioni cõgruit? Scriptum est in Deuteronomio: *Nonne iste pater tuus possedit te, & fecit te, & creauit te?* Et hoc considerandum, quod non dixerit, dominus siue Deus possedit te, & fecit te, & creauit te: sed pater, vt clementia nominis austeritatem potentiæ mitigaret. Quodque sequitur: *Domine absque te alium non nouimus*, non excludit filium, sed iungit patri, neque enim dixit, alium non nouimus, sed extra te alium non Ioan. 14.b nouimus. Cum autem dicat filius. *Ego in patre & pater in me*, extra patrem non nouimus filium: quia in patre cognoscimus eum. Denique & nomen illius nominamus, dicentes Matt. 6.b in oratione dominica: *Pater noster qui es in cœlis.*

c ¶ *Morientes non viuant, gigantes*, &c.] Symmachus more suo manifestius: *Mortui non viuificabunt, gigantes non suscitabũt. Propterea visitasti, & contriuisti eos, & disperdidisti omnem memoriam eorum.* Dicamus primum iuxta LXX. Quæstio videtur esse difficilis, quomodo mortui vitam non videant? Quæ sic soluitur, tamdiu eos vitam non videre, quamdiu mortui sunt. Quomodo si dicamus, cæcus non videt lumen, quamdiu cæcus est: sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet: sic & qui iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam viuificetur iustitia atque virtutibus per eum qui dicit, *Ego sum vita*, viuere non poterit. Vnde & *Deus viorũ* dicitur, *non mortuorum. Anima* enim *quæ peccauerit, ipsa morietur.* Legimus in epistolaq; ad Hebræos scribitur: *Ne rursum fundamẽtum iaciamus pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Sin autem peccata appellantur opera mortua, quare non econtrario virtutes appellentur opera viua? Quodque sequitur: *Nec medici fuscitabunt*: sensus perspicuus est, condẽnari fabulas poëtarum, qui ab Æsculapio iactant Virbium suscitatum. Non solum autem hoc de mortuis, sed de omni infirmitate dicendum est, quod absque Dei misericordia nihil medendi ars valeat. Sed quomodo nisi dominus ædificauerit domum, invanum laborauerunt quæ ædificant eam: *Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilauit qui custodit eam.* Sic, nisi Dominus languorem curauerit, in vanum laborant medici qui cupiunt sanare languentes. Nisi Dominus custodierit sanitatem, in vanum custodiunt, qui etiam præcepta custodiendæ salutis propriis edunt libris, semperque dicendum est, non solum in corporis, sed etiam in animę sanitate: *Benedic anima mea Domino*, qui sanat omnes languores tuos. Porro qui peccato mortui perseuerant, & nulla arte medicinæ possũt recipere animæ sanitatem, isti disperdentur & tollentur à Dómino, & quicquid robustum est in eis, quod masculinũ vocatur, penitus auferẽtur. Vnde & Pharao non vult interficere sexum fœmineum, qui per se fragilis est, & facile interire potest, sed omne masculinum: quod si adultum fuerit, & in virilem ætatem peruenerit, difficulter occiditur. Iuxta Symmachum, mortui non viuificabunt: quia peccato mortui, a-

HEB.

nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. b Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui. c Morientes non viuant, gigantes non resurgant. Propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. d Indulsisti genti domine, indulsisti genti. Numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. e Domine in angustia requisierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. a Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine concepimus & quasi parturiuimus & peperimus Spiritum. b Salutes non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores orbis. c Viuent mortui, tui interfecti mei resurgent. Expergiscimini & laudate qui habitatis in puluere: quia ros luminum ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam. d Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, absconde modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio tua, in tribulatione parua doctrina tua nobis. Et sicut parturiens cum appropinquat ad partum in dolore suo clamat, sic facti sumus dilecto tuo: Propter timorem tuum Domine in vtero recepimus, & doluimus, & peperimus Spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram. Non cademus, sed cadent habitatores terræ. Resurgent mortui & resurgent de sepulchris: & lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim tuus sanitas eorum, terra autem impiorum cadet. Vade populus meus, ingredere cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere paululum quantulumcumque donec pertranseat ira domini. Ecce enim dominus

SEPT.

noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis. Domine Deus noster posside nos: Domine extra te alium nescimus: nomen tuum inuocamus. Mortui enim vitam non videbunt, neque medici suscitabunt. Idcirco induxisti & perdidisti & tulisti omne masculinum eorum. Adde eis mala domine, adde mala gloriosis terræ: longe feci-sti omnes terminos terræ: Domine in tribulatione recordatus sumus tui, in tribulatione parua doctrina tua nobis. Et sicut parturiens cum appropinquat ad partum in dolore suo clamat, sic facti sumus dilecto tuo: Propter timorem tuum Domine in vtero recepimus, & doluimus, & peperimus Spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram. Non cademus, sed cadent habitatores terræ. Resurgent mortui & resurgent de sepulchris: & lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim tuus sanitas eorum, terra autem impiorum cadet. Vade populus meus, ingredere cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere paululum quantulumcumque donec pertranseat ira domini. Ecce enim dominus

Pſal. 126.a C

Pſal. 101.a

Exod. 1.c

Eccl. 15.b
1 rephaim Gen. 6.a
גבלים

Iob. 5.d

D
m zain
n caph
o res
p zecher
q zachar
1. Reg. 15.a

Gal. 6.b

E omnes à tui scientia recesserunt, propterea domine percute eos, vt in augustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis: quando tantum eis malorum pondus incumbet, vt ne clamare quidem audeant confidenter, sed dolorem suum silentio deuorent. Iuxta LXX. in tribulatione Propheta Domini recordatur,

Pſal. 17.b iuxta illud quod in Psalmo dicitur: *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine.* Et in alio loco: *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Vnde

2. Cor. 4.c & Apostolus loquitur: *Tribulamur, sed non coangustiamur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur.* Et in alio loco:

Rom. 8.d *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad venturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Si autem parua tribulatio docet & emendat & corripit, quanto magis magna, cum admonemur conditionis nostræ, & Dei potentiæ recordamur?

a ¶ *Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum*, &c.] Sicut ad partum mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia requirimus te, & à facie formidinis tuæ concepimus & parturiuimus, & peperimus, non carnis liberos, sed spiritus, vt tota in te mente credamus, vt quem per beneficia non sensimus, per tormenta discamus. Hoc quod LXX. addiderunt ὕστερος ἐγενήθημεν τῷ προσώπῳ σου, id est, sic facti sumus dilecto tuo, pro quo cæteri transtulerunt, sic facti sumus à facie tua Domine, obelo prænotandum est. Possumus autem dilectum Domini Christum accipere, propter cuius timorem concipimus & parturimus & parimus & spiritum salutis facimus super terram. Potest hoc & apostolicus vir dicere, quando populos erudit, & imitatur Apostolum Paulum: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* An dubitandum est, quod Paulus Apostolus spiritum salutis fecerit super terram, qui de Hierusalem vsque ad Illyricum Euangelium prædicauit, & quasi sapiens architectus fundamentum posuit, extra quod nullus alius potest ponere, qui est Christus Iesus? Siue igitur legerimus, propter timorem tuum domine in vtero accepimus, siue iuxta Hebraicum, *A facie tua Domine concepimus, & in vtero accepimus*: Vtrumque ad id pertinet, vt ex timore & recordatione Domini sermonem concipiamus Dei, & illuminetur cor nostrum dicentium: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Et, *Ostende faciem tuam, & salui erimus.*

Psal 4.b. 79.b

b ¶ *Salutes non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores orbis.*] Diuersa interpretatio, necesse est, vt diuersum habeat & sensum. Iuxta Hebraicum hoc dicitur: Quia nihil dignum quia fecimus misericordia, propterea impij non corruerunt, sed vsq; hodie præualent & possident terram. LXX. autem hoc asserunt, quod facientibus sanctis spiritum salutis super terram, hi qui terræ habitatores sunt, corruant: licet inter orbem qui Hebraice תבל, & Græce dicitur ὀικουμένη ac terram, multa diuersitas sit. Cadent ergo quicumque habitationi terræ se dederunt, & in terrenis operibus fixa radice fundati sunt, & non cadent qui sedent in orbe terrarum, & requiescunt in ecclesia, quæ habitaculum patris & filij & Spiritus sancti est.

r Tebel.

c ¶ *Viuent mortui tui & interfecti mei resurgent*, &c.] Sanctis parturientibus & parientibus spiritũ, & habitatoribus terræ corruentibus, quia salutes non fecerunt in terra. Hi quos in Christo mortuos Apostolus vocat, & propter nomẽ domini interfecti sunt, resurgent in gloria. Et quia inors eorum somnus est, nequaquam iuxta LXX. resurgere, sed expergisci & euigilare dicuntur. Vnde & Lazarus qui euigilaturus erat, à Domino dormiens appellatur. Omnes igitur martyres & sancti viri, qui pro Christo fuderunt sanguinem, & quorum fuit tota vita martyrium, resurgent & euigilabũt, atque laudabunt Deum creatorem suum, qui nunc habitant in puluere, de quibus in Daniele scriptum est: *Multi dormiẽtium in terræ puluere resurgent, hi in vitam æternam, & hi in opprobrium & confusionem sempiternam.* Et in Ioanne Euangelista legimus: *Venit hora & nunc est, quando qui in sepulchris sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuẽt: & egredientur qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, & qui mala, in resurrectionem iudicij.* Ros enim Domini, iuxta fabulas poëtarum, vincens omnes herbas Pœonias, viuificabit corpora mortuorum. Et quomodo iactis in terram seminibus ros paulatim crescere facit herbas & ad fruges sui generis peruenire: Sic domini ros, qui pro misericordia ponitur, ros erit hominum plurimorum, quod Hebraice dicitur אורות. Terrã autẽ, id est corpora, Raphaim, gigantium videlicet & impiorum, dominus in pœnas detraher sempiternas. Denique pro רפאים soli LXX. τοὺς ἀσεβεῖς, id est, impios trãstulerũt. Et quia supra legimus: *Mortui vitã non videbunt, nec medici suscitabunt*;

Ioan. 11.b G

orotk. H trephaim

pro quo Aquila & Symmachus, raphaim & gigantes interpretati sunt, quærimus quæ erroris causa sit, vt pro רפאים Hebraico, alij gigantes, alij medicos posuerint. Verbum Hebraicum רפאים si post ר primam literam sequentem habeat ז legitur רוזאים, & significat medicos: sin autẽ absq; ו litera scribatur, legitur רפאים, & transfertur in gigantes. Simulque quia supra dixerat: *Mortui vitam non videbunt*: vt manifestius demonstraret non dici ibi de mortuis lege naturæ, & separatione animæ ac corporis, sed de his qui peccato mortui sunt: Nunc econtrario dicit ad Deum: *Viuent mortui tui*, qui interfecti sunt propter te, qui non absolute mortui, vt LXX. transtulerunt ὁι νεκροὶ, sed iuxta Hebraicum, vbi dicitur ילדי מתיך: mortui tui appellantur.

n rephaim
x rephaim
y res
z vau
a rophelim
b vau
c rephaim

d ibi ou me techa

d ¶ *Vade populus meus*, &c.] Supra de sanctis dixerat. Resurgent mortui, & resurgent qui in sepulchris sunt. Ros enim à te sanitas eorum est, & econtrario de impiis, terra autem impiorum cadet. Nunc ad sanctos loquitur: Quia vobis resurrectio repromissa est, donec in peccatores & impios Dei ira defæuiat, ingredimini in sepulchra vestra, & abscondite vos: breue enim tempus est, donec Dei pertranseat indignatio: Siquidem egreditur dominus de loco suo, quia misericors & miserator dominus, & clementissimus pater, filios negligẽtes ferire cõpellitur, & quodammodo de sua sententia commutari: vt visitet & indicat iram suam super habitatores terræ, de quibus dicitur in Osee: *Maledictio & mendacium, & adulterium & furtũ, effusa sũt super habitatores terræ.* Et in Apocalypsi tertio legimus: *Væ sũt super habitatores terræ.* Porro iusti licet videantur in terra, tamẽ conuersatio eorum in cœlis est, qui possunt dicere: *Aduena ego sũ in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei*: & fruũtur habitatione altissimi, de quibus sanctus loquitur: *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli comorabitur.* Tunc reuelabit terra sanguinẽ suũ, de quo Deus loquitur ad Cain: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: quæ apperuit os suum, vt susciperet sanguinem fratris tui de manu tua.*

Osee 4.a

Apoc. 8.d

Pſal. 38.e

Ibid. 90.a

Gen. 4.b

Apoc.6.c

Deut.32.f Sec.70.

Potest hoc & de martyribus intelligi, qui pro Christo fuderunt sanguinem, & sub altari Dei clamitant, *Vsquequo Domine non vlciscéris sanguinem nostrum de his qui habitant super terram?* De quibus & Moyses dicit in Cantico: *Sanguis filiorum eius vindicabitur & vlciscetur, & retribuet vindictam inimicis.* Hunc sanguinem terra quæ susceperat, reuelabit, & interfectos Domini nequaquam operiet, sed producet in publicum ad condemnationé eorum, qui martyres occiderunt. Hoc de simplici resurrectione intellectum sit. Præcipitur autem iuxta Anagogen populo Dei, vt ingrediatur cubicula sua, siue cellaria: c חדרים quippe vtrumque significat: vt claudat iuxta Euãgelicum præceptum ostium cubiculi sui, & dicat cum Propheta: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium munitum labiis meis.* Et abscondatur paululum quantulumcumque; donec pertrãseat ira Domini, vt nihil gloriæ causa faciat, sed fruatur bono conscientiæ, & solum iudicem expectet Deum. Sunt autem cellaria quæ claudenda sunt, & abscondenda ab his qui diuites facti sunt in operibus atque sermonibus prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, vt nesciat sinistra quid faciat dextera, vt legis & prophetarum & Euangelij opibus perfruamur. Quod autẽ omnes dies vitæ nostræ breues sint & paruuli: Iacob excedens annos centum loquitur: *Parui sunt & pessimi dies mei.* Ira autem Domini transitura, illa est, quam thesaurizant sibi qui nolunt agere pœnitentiam: quæ postquam transierit, nequaquam cellaria vltra claudentur, sed implebitur quod scriptum est: *Nihil occultum quod non reuelabitur, & absconditum quod non manifestetur.* Quodq; sequitur. *Ecce enim Dominus de sancto inducet iram suam*: illud significat, quod à sanctis Dei ira incipiat: vel omnis illius vltio iusta sanctaque sit, non de mentis perturbatione descendẽs, vt in hominibus solet, sed studio corrigendi. Terram autem habitatorum illam reor, de qua scriptum est: *Audiat terra sermones oris mei*: Et, *Auribus percipe terra.* Et iterum: *Terra, terra, audi sermonẽ Domini.* Quomodo enim qui in terra habitant, sic *qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Terra autem in hoc loco significat animam, quæ viuit carnaliter. Et reuelabit sanguinẽ suum, si quempiam scãdalizauerit, & cũ Cain meretur audire: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: quæ aperuit os suum, vt susciperet sanguinem fratris tui.* Omnis igitur sanguis in die iudicij requiretur, nec abscondet terra sanguinem suum, & interfectos quos occidit, vel volens, vel per negligentiam, producet in medium.

Heb.

dignatio. Ecce enim dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & nõ operiet vltra interfectos suos.

Sept.

nus de sancto iudicet iram super habitatores terræ: & reuelabit terra sanguinem suum, & non abscondet vltra interfectos.

Cavt XXVII.

Heb.

Ina die illo visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi & forti super leuiathan serpentem vectem, & super leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui est in mari. b In die illa vinea meri

Sept.

IN die illa inducet Deus gladium sanctum & magnum, & fortem, super draconem colubrum fugientem: super draconem colubrum tortuosum, & occidet draconem qui est in mari. In die illo vinea

Siue iuxta Lxx. *Ecce Dominus disperdet orbem terrarum, & desolabit eum*, vsque ad præsens capitulum, contra orbem in consummatione mundi iudicium prædicatum est, & nouissimus inimicus destruetur mors: Propterea aduersum diabolum extrema sententia est, vt inducatur super eum gladius sanctus & magnus & fortis, siue iuxta Hebraicum, & reliquos interpretes, gladius durus. Non enim vt Lxx. arbitrati sunt d קדושה dicitur, quod si esset, sanctum sonaret, sed e קשה, quod propriè transfertur in durum. Vnde & Cis pater Saul durus appellatur. Gladium autem sanctum, siue durum ob eius sensum qui patitur, quidem nostrorum intelligunt verbum Dei, de quo dicit Apostolus: *Viuens autem Dei sermo & efficax, & acutus super omnem gladium ex vtraque parte acutum.* Vnde & in alio loco de ore Saluatoris gladium bicipitem exire legimus: Cum autẽ in fine mundi aduersum Leuiathan, qui in principio Geneseos appellatur serpens prudentissimus super omnes bestias quæ erãt in terra: gladius sanctus, siue durus & magnus & fortis fuerit inductus, fugiet qui numquam fugere consueuerat, nesciens illud scriptum: *Quo vadam à spiritu tuo, aut à facie tua quo fugiam?* Pulchrè quidam poëta in gigantomachia de Enceladi lusit. *Quo fugis Encelade? quascumque acceperis oras, sub Ioue semper eris.* Iste autem Leuiathan coluber fugiens, in Hebraico dicitur f בריח, quod Aquila interpretatus est vectem: Symmachus, concludentem: Theodotio robustum. Vectem autem siue claudentem puto appellari, quod multos suo carcere clauserit, & propriæ subiecerit potestati: nihilque in se rectum habet, & idcirco dicitur tortuosus: nec imitari potest virgam Domini, de qua scriptum est: *Virga directionis virga regni tui: Quem Dominus interficiet spiritu oris sui*: habitatorem quondam maris, falsorum & amarorum fluctuum. Qui dicunt diabolum actarum pœnitẽtiam, & veniam consecuturum, interpretentur nobis quomodo hoc accipiant, quod scriptum est: *Et interficiet draconem qui est in mari*, siue *cetum*. Secundo enim loco in præsenti capitulo, in Hebraico non appellatur Leuiathan, sed g תנין quod propriè cetum sonat. Vnde Hebræi autumant Leuiathan habitare sub terra, & in æthere. Tannin vero in mari: quæ Iudaica fabula est. Quodque dicitur in extremo huius capitulo. In die illa: Eusebius priori iungit capiti, ne sequens prophetia huic tempori coaptetur; Hebræi autem & cæteri explanatores sequentur, quod nunc proposituri sumus.

b ¶ *In die illa vinea meri cantabit*, &c.] Multum Hebraicum in hoc loco à Lxx. editione discordat, idcirco singula, vt proposuimus disseramus. Vinea de qua supra loquitur Esaias:

Vinea

Apoc.6.c — Lucæ 8.c — Gen.47.b — B — Deut.32.a Esa.1.a Hier.22.g Rom.8.b — Gen.4.b — Matth.6.a — Psal.140.a — Luc.6.a — Gen.47.b — B — Matth.25.a — a satan Zach.3.a — b beliaal 2.Cor.6.c. — Psal.88.d. — Ibid.90.c. — c leuiathan — Iob.40.c

E — Sup.5.a Ibid.d Psal.79.b Hier.51.g — Psal.75.a — Psal.36.b — Cant.1.b — F — d Kodsa — e Kasa קש — Heb.4.c — Apoc.19.c Gen.3.a — Psal.113.b — f barial — b famis. i faith. — Ibid.44.b a.Tho.2.b — g tannin — 1.Cor.1.d. — D — Luc.10.a — Sup.24.a — 1.Cor.15.d — C — Psal.103.a Apoc.11.b — Ibid.a — G — Act.13.f — Ephes.6.c — Osee.7.a — 1.Cor.1.d — Infra 52.b — H

Vinea facta est dilecto in cornu, in loco vberi, quæ debeat intelligi ipso docente discamus: *Vinea enim Domini Sabaoth, domus est Israel*, de qua in psalmo canitur: *Vineam de Ægypto transtulisti*, &c. Huic & per Hieremiam propinat calicẽ meracissimum. Cũ enim misisset eum, vt potionaret omnes gẽtes, & huic se propheta libenter obtulisset officio: primum inebriare iubetur Hierusalem. Vnde dicit: *Decepisti me Domine, & deceptus sum.* Biber igitur Hierusalem, & propinatur ei meraca potio vt planctum discat & fletum Dicit quisse Dominus multo eam tẽpore custodisse, & locũ dedisse pœnitentiæ, & quia conuerti noluerit, subito inebriandã. Hoc enim dicit diebus egisse vel noctib⁹, vt ipsius semper auxilio seruaretur Lxx. autem eandem pulchrã appellant vineam, in qua fuit lex & prophetæ, sacerdotiũ & potificiũ, & Dei notitia, dicente scriptura: *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnũ nomẽ eius.* Quod alij putãt iuxta editionẽ eorum ad ecclesiam pertinere quia nihil est pulchrius.

Et de qua dictum est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*, quæ princeps est, genetricis suæ, & dicit in Cãtico canticorũ: *Filij matris meæ pugnauerunt aduersus me.* Et loquitur: *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur.* Pulchreque oppugnatur dixit, nõ expugnatur. Statimq; iũgit de synagoga, quę de capite versa est in caudã. Frustra ei potũ mearum tribuo doctrinarum, capietur enim in tenebris erroris sui. Et quia apertã lucem non recepit, per diem corruit murus eius, id est, omne quod sibi putabat auxilium: nullusq; erit aduersariorum, qui non capiat eam: quod de contrariis debemus intelligere potestatibus.

Heb.

meri cantabit ei. Ego dominus qui seruo eã, repente propinabo illi: ne forte visitetur contra eam. Nocte & die seruo eam a Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio? Gradiar super eam: succendam eã pariter. An potius tenebo fortitudinẽ meã? Faciet pacem mihi: pacé faciet mihi. b Qui egrediuntur de radice Iacob, florebit, & germinabit Israël, & implebunt faciem orbis semine.

Sept.

vinea bona desiderium eius, vt princeps illius sit. Ego ciuitas fortis, ciuitas quæ oppugnatur: frustra potum daboilli. Capietur enim nocte, die autem cadet murus. Non est quæ non apprehẽderit eam. Quis ponet me custodem stipulæ in agro? propter aduersariam hanc repuli eam: Idcirco fecit dominus omnia quæ disposuit: cõbusta sum: dicent habitatores ei: faciemus pacem illi: faciemus pacem ei. Qui veniunt filij Iacob: germinabit & florebit Israel, & implebit orbem terrarum fructus eius.

c Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum: aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?

Heb.

d In mensura cõtra mẽsuram cum abiecta fuerit iudicabis eam. e Meditatus est in spiritu suo duro per diẽ æstus. f Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius: Quia po-

Sept.

Rixans & exprobrans emittet eos. Nonne tu eras qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiritu furoris? Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc erit benedictio eius, cum abstulero peccatum eius: Quando posuerit omnes

suit

a ¶ *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinã & veprẽ*, &c.] Iuxta Hebraicum hic sensus est. Ego qui diebus & noctibus semper meam vineam conseruauti, ne exterminaret eam aper de silua, ne bestiæ denorarent. Numquid indignationem non habeo, & nescio ferire peccantem, & reddere vnicuique quod meretur? Vbi Aquila posuit spinam, & veprem, in Hebraico scriptum est h שמיר & שית, quod adamantem & loca sentium plena significat. Vnde dicit: Quis me docebit vt durus sim, & meam vincam clementiam, & in prælio atq; certamine truculentus incedam, vt gradiar super vineam quam ante seruaui, & succendam eam quam meo sepseram muro? An potius id ager fortitudo mea, vt iram differam, & salutem eos Euangelij clementia, qui nequaquam sunt legis auctoritate seruati? ἐμπαικτῶς autem iuxta Hebraicum legẽdum est. Quis me faciet durum atque crudelem, vt vincam naturam meam? Hoc quippe id deserto significatur & in spinis, vt eam quasi in prælio conteram atque succendam quã semper mea diligentia custodiui. An potius tenebo fortitudinẽ meam, quam Christum esse non dubiũ est, & de qua legimus: Christus Dei virtus, & Dei sapientia, vt ipsa mihi pacẽ faciat, & mũdum reconciliet? Iuxta Lxx. hic est sẽsus, vt ex persona accipiamus ecclesiæ: Ego ciuitas firma, ciuitas multis vallata hostibus, quæ frustra dedi pocula inimicæ meæ synagogæ. Capietur enim nocte, & corruet murus eius, nullaque erit de aduersariis potestatibus, quæ nõ apprehẽdet eã. Rursum loquar: Quid mihi prodest custodire eã: quæ stipulam in

b ¶ *Qui egreditur de radice Iacob*, &c.] Postquã Apostoli in toro orbe Euangeliũ prædicãtes, dixerint: Faciemus pacem Christo, pacé faciemus ei: qui in excelsis fuerint de semine Iacob, & in Apostolicã peruenerint dignitatẽ appellabũtur filij Iacob. Tunc germinabit & florebit Israel, vidẽs doctrina filiorũ suorũ vniuersum orbẽ esse cõpletum, & attulisse fructus vberrimos, quos in Iudæa manens non attulerat.

c ¶ *Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eũ*, &c.] Locus iste dupliciter intelligitur. Aut contra Hierusalem, vt dicant eã non ita à Deo esse percussam, vt ipsa percussit Christum & Apostolos eius: Aut contra gentium multitudinem, quod illis persequentibus & effundentibus sanguinẽ Christianum, Apostoli & apostolici viri nihilominus salutis eorum curam habuerint, & reconciliauerint eos Deo.

d ¶ *In mensura contra mensuram*, &c.] Iuxta Hebraicum hic sensus est. Sicut fecit Hierusalem, sic recipiet, & iuxta mensuram qua mensa est, remetietur ei. Tunc q; cumulatam mẽsuram recipiet, quando iudicij tempus aduenerit, & abiecerit eam Deus. Iuxta Lxx. pendet ex superioribus quod dicitur. Non enim Israel sicut percussit percutietur, nec sicut interfecit interficietur. Qui iurgabat contra Apostolos, & exprobrabat doctoribus suis, & præcipiebat ne in nomine Christi loquerentur. Propterea dominus abiiciet eos, & de suo expellet grege.

e ¶ *Meditatus est in spiritu*, &c.] Iuxta Hebraicum hoc dicitur: In mensura qua mensa est Hierusalẽ, recipiet: propterea Deus in spiritu suo duro atque vehementi meditatus est, siue locutus contra eã in die æstus, hoc est, in persecutionis tẽpore quãdo ardẽtior indignationis dies est, atq; pœnarũ iuxta Lxx. ad ipsam dicitur Hierusalẽ, siue ad Israël: Nõne tu eras, quæ in spiritu tuo durissimo atq; crudeli, & in furore blasphemiarũ tuarũ, Apostolos dñi atq; doctores interficere cupiebas?

f ¶ *Idcirco super hoc*, &c.] Causas reddit cur postquam

A Iudæi in Dominum miserint manus, veniam consequantur,
Luc. 23.c si voluerint agere pœnitentiã, vt impleatur Saluatoris oratio: *Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciũt.* Propterea, inquit, dimittetur iniquitas domui Iacob, & auferetur peccatũ eius, vt mereatur benedictionẽ Dei, qui sibi maledictio-
Matt.27.c nem fuerat imprecatus, dicẽs: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Quia per Apostolos de stirpe Israël in toto orbe euangeliũ seminabitur & destruetur idololatria, & cõminuẽtur aræ vsq; ad puluerẽ: succidentur luci, delubra corruẽt, & Dei vnius sub mysterio Trinitatis notitia prædicabitur.

a ¶ *Ciuitas enim munita desolata*, &c.] Hierusalẽ ciuitas quõdam firma atque munita, quia non suscepit patrisfamilias filium, sed dixit: *venite occidamus eum, quia iste hæres est, &*
Matt.21.d *nostra erit hæreditas*: desolata erit: Et quæ quondam fuit speciosa, de qua & in Ezechiele
Ezec.16.b dicitur. *Similam & mel, & oleũ comedisti, & speciosa facta es vehementer nimis*: & in qua habitabat ille, de quo scriptum est:
Psal.14.a *Speciosus forma præ filiis hominũ*, relinquetur & dimittetur quasi desertum, dicente domino ad Apostolos: *Surgite abeamus hinc. Ibi pascetur vitulus*,
Ioan.14.d Romanus exercitus, de quo & in alio loco sub nomine apri dicti est: *vastauit eã aper de silua, & singularis ferus depastus est ea. Et ibi accubabit & consumet summitates eius*, sub metaphora vineæ, & propaginum
Psal.79.b eius, vt nihil in ea viride, nihil
B remaneat flagellorum, sed omnia consumat inimicus. Iuxta Lxx. quia non reperunt pastorem bonum: propterea erũt quasi grex derelictus, & patebunt morsibus bestiarum: & nihil in eis viride remanebit, quia siccitas omnia possidebit.

b ¶ *In siccitate messis illius conterentur*, &c.] Hoc quod dicitur in siccitate messis illius conterentur, pro quo Lxx. interpretati sunt οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ πᾶν χλωρὸν διὰ τὸ ξηρανθῆναι, id est, non erit in ea quicquam viride, quia exaruit, iuxta Hebraicũ sequentibus copulatur, iuxta Lxx. priori sensui. Dicamus ergo primũ iuxta Hebraicũ. Cum siccitatis & messionis Hierusalem, & vt apertius loquar, vastitatis tempus aduenerit, de toto orbe synagogarum turba concurret, vt plãgat Hierusalẽ, & mala illius consoletur. Siue aperte de mu-
Luc.23.d lieribus loquitur: quæ nudatis pectoribus, sanguinantes feriunt lacertos, & impletur domini vaticinium: *Filiæ Hierusalem nolite me flere, sed plágite super vos & super filios vestros.* Magnaq; infelicitas populi, à mulieribus lamentationis carmina discere, sicut reprehẽsio fuit populi Israël, quãdo in Iudicum libro in manu mulieris Debboræ fecit salutem dominus, &
Iud. 4.a tẽpore vicinæ captiuitatis tacẽtibus viris Holda mulier prophetauit: Propterea autem mulieres longo conterẽtur itinere, imbecillitate fame, & squalore confectæ, & docebunt populũ miserabilẽ: quia non est populus sapiens, nec
4.Reg.22.c intellexit creatorẽ suum: qui neglectus ab eis atque cõtemptus nõ miserebitur facturæ, & nõ parcet creaturæ suæ: Iuxta Lxx. de Maria dicitur Magdalene, & alia Maria, & cæteris
Matt.28.b mulieribus, quæ primum viderunt Dominum resurgentem, & tenuerunt pedes eius, & ab eo audire meruerunt. *Nolite timere: Ite, nunciate fratribus meis, vt vadant in Galilæam, & ibi me videbunt.* De istis mulieribus multo prius quã nascerentur, propheticus sermõ prænunciat, & vocat eas à spectaculo dominicæ passionis, & resurrectionis, vt Euangeliũ prædicent, & iuxta Hebraicum, doceant Hierusalem siue terram Israel, quod iste sit Dominus & Deus. Populo enim Israel non habente sapientiam illo tempore quando pas-
C sus est Dominus, & impletum est vaticinium Prophetæ: *Saluum fac me Domine, quoniam defecit sanctus.* Et, *Omnes de-*
Psal.11.b *clinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non*
Iob.13.a *est vsque ad vnum*: vocantur mulieres de spectaculo, vt
Sup.1.a quod ipsæ viderunt, Apostolis nuncient. Israel autem, de quo dictum est, *Israel non cognouit me, & populus meus non intellexit*: clementissimum creatorem & factorem suum prouocauit in amaritudinem, vt nequaquã eius misereatur.

Hæc piè quidem dicuntur, sed quomodo cum cæteris congruant, & consummationis mundi temporibus coaptentur, difficilis interpretatio est.

c ¶ *Et erit in die illa percutiet Dominus*, &c.] Nisi iunxisset in die illa, per quod docemur ea, quæ dicturus est superioribus copulanda: poteramus quasi proprium capituli huius sensum exponere: nunc autem ad superiora referenda sunt omnia. Quoniam ciuitas munita desolata erit, & speciosa quondam relinquetur quasi desertum, & vbi vitulus accubabit, & consumet propagines vineæ, & omnia siccabũtur quoniã non est populus habẽs intellectũ, & propter stultitiã eius, nullam à creatore suo misericordiam consecutus est. Idcirco percutiet, siue concludet Dominus ab alueo, vel riuo fluminis vsque ad torrentẽ Ægypti, vt in vniuersa Iudæa, quæ quondam repromissionis terra fuit, nullus reperiatur
D sermo doctrinæ, nihil scientiæ scripturarum, de quibus & Apostolus loquitur: *Vt non attendamus Iudaicis fabulis, &*
Tit.1.d *mandatis hominum, qui auertuntur à veritate.* Et iterum: *Sunt*
Ibidem. *enim multi & non subditi, ac vaniloqui, & seductores, quos oportet redarguere, præcipue ex circumcisione.* Alueum autẽ, siue riuum fluminis, iuxta historiam Euphratem possumus dicere, sicut & in septuagesimo primo psalmo scriptũ est: Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad fines orbis terræ. Alij Iordanẽ putant. Et hoc notandũ, quod in Iudææ terminis, fluuius appelletur, in Ægypti finibus, torrens: qui turbidas aquas habet, & non perpetuas. Pro torrente Ægypti, Lxx. Rhinocoruram transtulerunt, quod est oppidum in Ægypti Palestinæque confinio: nõ tam verba scripturarum, quam sensum verborum exprimentes. Quod autem nos diximus, percutiet, pro quo Lxx. συμπεσεῖται, id est, concludet transtulerunt: Aquila & Theodotio, ῥαδιεῖται interpretati sunt, quod siue virga percutiet, siue ad virgam recensebit numerum gregis sui, intelligi potest, vt non in malam, sed in bonam partem accipiatur.

d ¶ *Et vos congregabimini*, &c.] O filij, inquit, Israel, pro quo interpretatus est Symmachus, domus Israel, percussis aduersariis vestris à riuo fluminis, vsque ad torrentem Ægypti i.e. ab Euphrate vsq; ad Nilũ, vos vel ipsi congregabimini ad fidem domini vnus & vnus, quia Iudæorũ turba non credidit (per quod significat paucos ex Iudæis in Saluatorẽ dominum credituros.) Vel certe ô Apostoli & Apostolici viri. Iudæorum multitudine nõ credente, vos de toto orbe quos potueritis, quasi oues morbidas referte ad caulas domini, & cõgregate eas cum gentium populo, vt impleatur illud quod Paulus Apostolus, & Barnabas loquuntur ad Iudæos. *Vobis*
Act.13.g *quidem primum oportebat annunciare verbum Dei, sed quia indignos vos iudicatis salute, ecce conuertimur ad gentes.*

e ¶ *Et erit in die illa: clangetur in tuba*, &c.] In hoc loco
pag.99 Iudæi

E Iudæi cassa sibi vota promittunt, quod in consummatione mundi, quãdo πλαρώσῃ suus venerit, de Assyriis, & de terra Ægypti dispersus populus congregetur, & veniat in Hierusalem, & ædificato templo, adorent dominũ Deum suum: Quod secundum litteram omnino stare non potest. Neque enim de Assyriis tantum, & de Ægypto, sed de toto orbe terrarum, qui in Christum crediturí sunt, vocabũtur. Ergo hoc
1.Cor.15.g significat, quod *in nouissima tuba*, iuxta Apostolum Paulũ, omnes qui perierant in Assyriis & in Ægypto ad dominum veniant. Nec dixit: omnes filios Israel, sed omnes qui perierant, per quod significat gentium multitudinẽ, quod & idololatriæ: & magicis ac philosophiæ artibus obligati, veniant ad fidẽ Christi, & adorent eum in ecclesia. Tuba autem magna poterit intelligi scriptio euangelicus, de quo & in hoc eodẽ Propheta legimus: *Super montem*
Iosue 40.b *excelsum ascende qui euangelizas Sion, exalta vocem tuam qui*
Heb. 12.f *euangelizas Hierusalem.* Mons ergo sanctus & Hierusalem illa est, de qua sæpe diximus: Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & multorum Angelorum millia, & Ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis. Hucusque de consummatione mundi dictũ est ab eo loco, in quo exponere cœpimus: *Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eã*, quod
Sup.24.d præsenti volumine continetur. Nunc adiuuante, imo inspirante nobis Christo trãseamus ad Nonum, quod alterius prophetiæ habebit exordium.

Commentarij Octaui in Esaiam Prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM COMMENTARIORVM

ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM,

PROOEMIVM.

VARIIS molestiis occupati, explanationes in Esaiam Prophetam per interualla dictamus. Vnde expleto Octauo volumine, nunc post aliquantum temporis spatium transimus ad Nonum, non absq. morsu & obtrectationibus inuidorum, qui ignorantes quid audiant, quid loquantur, de eo audent iudicare quod nesciunt, & ante despiciunt quam probẽt, eruditosque se existimant & disertos, si de cunctis Scriptoribus detrahant. Quorum liuorem & mussitationem garrulam contemnentes, Dei poscamus auxilium, & psalmistæ imprecationem dicamus: Dissipa gentes, quæ bella volunt. *Domini n. locus in pace est, quæ exsuperat omnem sensum. Quam & Propheta desiderat clamitans*: Dominus Deus noster, pacem da nobis, omF nia enim reddidisti nobis. *Sed iam proponimus Esaiæ capitulum: & cum Moyse ingrediamur nubem & caliginem, vt clarificetur vultus noster, & iuxta Hebraicum, cornuta sit facies, audianturque & rutilent tonitrua & fulgura, quæ plebs vilior videre non potuit.*
Psal.67.g
Esaiæ 26.c
Exod.34.d
LXX. Deuteronomio.
H

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER NONVS.

CAP. XXVIII.

VÆ coronæ superbiæ, &c.] Dicamus primũ iuxta historiã, deinde iuxta tropologiam, & ad extremum iuxta vaticinium prophetale. Loquitur sermo diuinus aduersum decem tribus quæ regnabant in Samaria, & propter Hieroboam, qui de tribu Ephraim fuit, appellabantur Ephraim. Et vocat eos coronam superbiæ, quia comparati duabus tribubus, quæ appellabãtur Iuda: sublimiores erant & numero & robore. Ebriosque eos dicit Ephraim, qui suum non intelligant creatorem, sed pro Domino adorent vitulos aureos in Dan & Bethel. Itti quondam in flore fuerunt domini, & in gloria, quando regebantur à Dauid & Salomone: & in duodecim tribubus erant adorantes Deum in templo Hierusalem: qui fuerunt in vertice vallis pinguissimæ, quod Hebraice dicitur a גיא שמנים. Significat autem locum vbi traditus dominus est, super cuius vallis verticem templum domini situm est. Iti inebriati sunt vino erroris & amentiæ, quod eis miscuit Hieroboam: Quapropter pœnam illis dominus comminatur: quod sicut grandinis turbo vniuersa cõfringit, & impetus aquarum inundantium quicquid obuium inuenerit rapit: sic ab Assyriorum deleantur exercitu, & quod re-

a ge semeraim.

HEB.

VÆ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius: qui erant in vertice vallis pinguissimæ errantes à vino. Ecce validus & fortis Domini, sicut impetus grandinis: turbo confringens

SEPT.

VÆ coronæ iniuriæ merce narij Ephraim, flos cadens de gloria super verticem montis pinguis: qui ebrij estis absque vino. Ecce fortis & durus furor Domini, sicut grando, quæ fertur in pronum, non habens

CAP. XXVIII.

liquum fuerit, in montes, siue vrbes Mediæ transferatur. Cõparat autem gloriã decem tribuũ coronæ variorum florum, quæ tantam habuerit pulchritudinem, vt quomodo si quis antequam æstas veniat & autumnus, πρόδρομον ficum videẽs in arbore, statim vt manu tenuerit, deuorat: sic & decẽ tribus cã Assyrius viderit, vastet, & deuoret: & nihil omnino pristini populi relinquat in Samaria. Hoc breuiter iuxta historiã dictũ sit: Transeamus ad Allegoriã. Secundũ expositionẽ Oseæ Prophetæ, in quo Ephraim, & Ioseph, & Samariã, & decẽ tribus, quæ scissæ sunt à corpore duodecim tribuum,
Osee.4.d
Iudæ.
& templum domini reliquerunt, retulimus ad Hæreticos, qui verè iuxta Septuaginta editionem, corona iniuriæ sunt, Dominũ blasphemantes, & omnia mercedis causa faciũt, & de gloria domini conciderunt, nec sequuntur tenuitatẽ mãnæ, & humilitatem ecclesiasticam, sed in monte pinguissimo versantur ebrij absque vino. Propterea fortis & durus furor domini, qui eos punicurus est, grandini præcipiti, quæ non in recta, sed in capita mortalium ruit, & multarum aquarũ inundationibus comparatur, quæ quicquid obuium inuenerint, trahunt. Hæc corona iniuriæ, mercenarij appellantur Ephraim, qui iuxta Apostolũ *turpis lucri gratia*, de flore
2.Tim.5.

& spe ac gloria pristinæ fidei corruerunt,& versantur in superbia, & dulcissimus cibus diaboli sunt, qui eos quotidie devorat. Secundum prophetiam illud possumus dicere, quod coronam iniuriæ vocet scribas & pharisæos, qui dominum blasphemabant. Et appellantur mercenarij Ephraim propter Iudam, qui de tribu Ephraim, & de viro eiusdem tribus Iscarioth Dominum pretio vendidit, qui verè flos Apostolicæ gloriæ cecidit super montem pinguissimũ, de quo dictum putamus: *Manducauit & bibit Iacob, & saturatus est: & impinguatus, & recalcitrauit dilectus.* Siue iuxta Hebraicum, super vallem pinguium, id est, Gessemanim, in qua etiã nomen loci significatur,in quo Iudas Dominum tradidit, Vallis autem pinguis, siue pinguiũ dicitur propter vbertatem, & scribas & Pharisæos, qui ibi dominum comprehenderunt. De quibus in psalmo scriptum est: *Tauri pingues obsederunt me.* Hæc vallis pinguium, id est, Gessemanim, in hoc capitulo, secundo appellatur, & miror quomodo Lxx. primum eam dixerint montem pinguem, & postea montem excelsum. Ebrius autem fuit proditor non vino, sed auaritia & furore aspidum insanabili: & diaboli cibo, qui post buccellam intrauit in eum,& penitus devoratus est, quia oratio eius versa est in peccatũ, & ne pœnitentia quidem eius fructum salutis habuit. Verbum Hebraicum & b שכרו, ambiguum est: & vel ebrios, vel mercenarios sonat. Vnde & c ישכר interpretatur, est merces: & d שכרו μέθυσμα, id est, ebrietas, cæterique ebrios, Soli Lxx. μισθωτὸν, id est, mercenarios transtulerunt.

Deut. 32. e Sec. 70. Matt 26. d Marc. 14. d

Psal. 21. b

Ioan. 13. c

B

Psal. 108. a

b siccore

c isachar

d sachar

HEB.

fringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spaciosam. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguiũ, quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns, statim, vt manu tenuerit, deuorabit illud. a In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ: & sertum exultationis residuo populi sui: & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, Sacerdos & propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt à vino,

SEPT.

habens vmbraculum, & quæ violenter decidit sicut aquarum multitudo trahens humum, & faciens sibi spacium: manibus & pedibus cõculcabitur corona iniuriæ mercenarij Ephraim. Et erit flos qui decidit de spe gloriæ in summitate montis excelsi, sicut præmatura ficus, quam qui viderit antequam sumat manu, cupiet eam deuorare. In die illa erit Dominus sabaoth corona spei, quæ compacta est gloriæ reliquiis populi: relinquetur in spiritu iudicij super iudicium, & fortitudinem vetans interficere. Isti enim vino decepti sunt, errant propter siceram: Sacerdos & Propheta excãdescunt mente propter siceram: absorpti sunt propter vinum: vacillauerunt: propter ebrietatem siceræ errauerunt, hordeo, siue milio, pomorũq; succo, & palmarum fructu, & alio quolibet genere conficiatur. Igitur sacerdotes & prophetæ hæreticorum excidêrũt mente propter siceram, & absorpti sunt propter vinũ, quales fuerunt Prisca,& Maximilla,earumque princeps Montanus: qui quid dicerent, nesciebant. Vino inebriantur,quando scripturas sanctas malè intelligunt, atque peruertunt. Sicera, quando sæculari abuntur sapientia,& dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula sunt appellanda,quam c. Vino dist. 37. φάσματα, id est, vmbræ quædã & imagines, quæ cito pereunt atque soluuntur. Istiusmodi consiliarios maledictio possidebit: qui quæstum putant esse pietatem, & cuncta faciunt propter auaritiam. De hoc phasmate & Apostolus loquebatur: *Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ,* 1. Tim. 4. d *in hypocrisi loquentium mendaciũ.* Tertia explanatio est,quod postquã Dominus scribas pharisæosque subuerterit, & socium eorum Iudam proditorem, qui ab initio fur erat: loculos enim pecuniæ pauperum ipse portabat: tunc sit in spem & in gloriæ coronam his qui de Iudæis in Dominum crediderint, haud dubium quin Apostolos significet, quos ad prædicationem euangelij reseruarit, & non statim permiserit pro Christo sanguinem fundere: Omnes enim scribæ & pharisæi vino & sicera, de quibus supra diximus, inebriati sunt: tam sacerdotes quam pseudoprophetæ. Sed tendiculæ eorum atque insidiæ fuere pro nihilo, quia & Iudas ipse qui prodidit, fecit propter pecuniam: & sacerdotes qui proditorem pecunia corruperunt, propter metum abiectionis suæ: Ipse enim flagellum de funiculis faciens, eiecit de templo eos qui vendebant boues & oues, & cathedras vendentium columbas, & nummulariorum mensas sua auctoritate subuertit, dicens ad eos. Scriptum est: *Domus patris mei, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam domum negotiationis,* siue *spelunca latronum.* Iuxta anagogen illud Hebraicum, in quo diximus: *Omnes* enim *mensæ eorum repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non sit vltra locus:* ad hæreticos, & ad scribas, ac pharisæos sic referri potest, vt vniuersam doctrinam eorum, & cuncta mysteria dicamus vomitu plena & sordium, dum Scripturarum sanctarum non digerent cibos: nec vniuerso corpori faciunt esse vitales, sed immaturos & fœtentes egerunt, ita vt nullum in eis Deus reperiat locum. Miror autem quid voluerit Theodotio, vt pro verbo Hebraico quod dicitur, e קיא צואה pro quo Aquila interpretatus est, vomitum sordium, & Symmachus tantum vomitum, ille diceret, ἔμετον δυσαλίας, id est, vomitum dysaliæ, quod verbum vbi apud Græcos lectum sit, inuenire non potui, nisi fortè nouæ rei nouum finxerit nomen. Si quidem & apud Hebræos compositum est, quia vomitus dicitur f קיא & g צואה sordes. Quicquid igitur nauseam facit & vomitum, δυσχολία appellari potest.

Mare 11. c Luc. 19. g Ioan. 2. c

C

D

Ioan. 11. d & 13. c

e Ki soa

f ki

g soa

Isa. 37. g

Sup. 4. b

¶ Que m

E

Luc. 2. a

a ¶ *Quem docebit scientiam, &c.*] Quis, inquit, dignus est doctrina Domini, quis verbis saluatoris dicentis: *Qui habet aures audiendi, audiat,* vt quid auribus hauserit, corde intelligat? Quinam illi sint, sequens versus ostendit: *Ablactati à lacte, auulsi ab vbere,* qui nequaquam lacte nutriuntur infantiæ, sed solido vescuntur cibo, qui auulsi sunt ab vbere cum Isaac, propter quam lætitiam fecit Abrahã grande cõuiuium: hi merentur Domini audire mysteria, & intelligere quæ sacerdos & propheta nesciũt, inebriati & absorpti à vino: qui errauerunt & nescierunt videntem, quia omnes mẽsæ eorum repletæ sunt vomitu sordiumq; : qui prophetis ventura annunciantibus, & nisi fecissent quæ præcepta erant tormenta minitantibus, solebant dicere subsannatos: *Manda, remãda: manda, remanda, remanda,* id est, præcipe, præcipe, impera quæ facere debeamus. Cumq; aburerentur Dei patientia, qui differt irã, vt præbeat misericordiam: solebant etiam ex hoc persona prophetarum ludentes dicere: Expecta paulisper expecta modicũ: venient quæ futura prædiximus. Hæc autem vniuersa loquebãtur in populo, quia Dei sermonibus non credebant: statimq; infert propheta: Nequaquam vobis Deus his verbis loquetur, vt præcipiat quid facere debeatis, & præstolemini quæ vẽtura sunt, sed loquetur vobis in furore pœnitenti, qui prius dixerat ad populũ: Hæc est requies mea, reficite lassum: multo tempore laboraui, in nullo inueni requiẽ. *Vulpes foueas habẽt, & volucres cælinidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Et hoc est meum refrigerium, vt in vobis aliquando requiescã. Qui noluerunt audire, & mea monita contẽpserunt: quamobrem hoc quod solebant ludentes dicere prophetis: *Manda, remanda: manda remanda: expecta, reexpecta expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi:* & irridere patiẽtiam meam, dum me arbitrantur minitari, quę nunquam facturus sim, sentient rebus expleri, vt vadant in interitum, & cadant retrorsum ὀπισθοτόνῳ insanabili, numquamque ad priora proficiant, nec possunt cum Apostolo dicere: *Præteritorum oblita ad ea quæ priora sunt extendimur,* sed conterantur, & illaqueentur, & vel à Babylonio, vel à Romano capiantur exercitu. Pro eo quod nos diximus: *manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi:* in Hebræo scriptum est, h צו לצו צו לצו קו לקו זער שם זער שם sed solet immundissima hæresis apud simplices quosque atque deceptos, vt terrorem faciant nouitate sermonum, quod scilicet qui hæc verba cognouerit, & in coitu eorum meminerit, absque vlla dubitatione transeat ad regna cælorum. Legimus in Apostolo: *In aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dixit Dominus.* Quod mihi videtur iuxta Hebraicum de præsenti sumptum capitulo: Et hoc in veteri obseruauimus testamento, absque paucis testimoniis, quibus Lucas solus abutitur, qui magis Græcæ linguæ habuit scientiam: vbicumque de veteri instrumento quid dicitur: nõ eos iuxta Lxx. sed iuxta Hebraicum ponere, nullius sequentes interpretationẽ, sed sensum Hebraicum suo sermone vertentes. Symmachus, Theodotio, & Lxx. de hoc loco diuersa senserũt, & quia lõgum est de omnibus dicere, Lxx. interpretes qui leguntur in ecclesiis, breuiter transcurramus: Reiecto populo Iudæorum, sacerdotibus & prophetis, qui inebriati sunt sicera, & erraurunt, & maledictio comedit consilium eorum, quod inierunt propter auaritiam: Cui annunciabimus futuras pro Christo tribulationes? Cui mala pro quibus paratur corona virtutum? Vtique his qui ablactati sunt à lacte, qui auulsi sunt ab vbere, haud dubium quin apostolos significet. *Tribulationem super tribulationem expecta: præstolare spem super spem: Adhuc parum, adhuc parum, propter irrisionẽ labiorum, propter linguam alteram qua loquentur populo huic dicentes eis: Hæc est requies esurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire. Et erit eis sermo domini: Tribulatio super tribulationem, expecta, expecta, spes super spem: adhuc parum, adhuc parum: vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & pericliten-*

HEB.

à vino, errauerunt in ebrietate: nescierũt videtẽ, ignorauerũt iudiciũ, (siue mirabiliter.) Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiũque, ita vt non esset vlra locus. a Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum: Ablactatos à lacte: auulsos ab vberibus, quia manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta, expecta, reexpecta: modicũ ibi, modicum ibi. In loquela enim labii & in lingua altera loquetur ad populũ istũ, cui dixit: Hæc est requies mea, reficere lassum, & hoc est meũ refrigerium, & noluerunt audire. Et erit eis verbum domini: mãda, remanda, manda, remanda: expecta reexpecta, expecta, reexpecta: modicum ibi, modicũ ibi, vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueantur, & capiantur. b Propter hoc audite verbum domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus,

SEPT.

runt, hoc est, φάρμακα, *maledictio comedet hoc consilium, siquidẽ istud consilium propter auaritiam est. Cui annunciabimus mala, & cui annunciabimus nuncium? qui ablactati sunt à lacte, qui abstracti ab vbere. Tribulationẽ super tribulationem expecta: præstolare spem super spem: Adhuc parum, adhuc parum, propter irrisionẽ labiorum, propter linguam alteram qua loquentur populo huic dicentes eis: Hæc est requies esurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire. Et erit eis sermo domini: Tribulatio super tribulationem, expecta, expecta, spes super spem: adhuc parum, adhuc parum: vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & periclitentur, & capiantur. Propterea audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi huius qui est in Hierusalem: Quia dixistis: Fecimus testamentum cum inferno, & cum morte pactum, tempestas transiens si irruerit,* vt corruant & vadant retrorsum, & periculum obsidionis ac mortis incurrant, & absque vllo miseriarum fine capiantur. Quod autem verbum Hebraicum i דעה quod omnes verterunt scientiam, soli, Lxx. κακὰ, id est, mala interpretati sunt: error perspicuus est. Prima enim litera k ר vel l ד paruo apice distinguntur. Si ergo legatur m דעה, scientiam sonat, si n רעה, malitiam, non à malo quod contrarium bono est, sed ab angustia.

Rom. 5. c

H

i dea

k res

l daleth

m dea

n rna.

b ¶ *Propter hoc audite verbum, &c.* Quod supra diximus cum irrisione solitos principes Iudæorum prophetis dicere: *Manda, remanda: expecta, reexpecta:* & cætera his similia, per quæ ostenditur nequaquam eos prophetarum credidisse sermonibus, sed Propheriam eorum habuisse despectui: præsens ostendit capitulum, per quod appellantur viri illusores. Sunt autem scribæ & pharisæi, qui dominantur super populum Dei in Hierusalem, quos Lxx. vocant viros tribulatos & principes populi Hierusalem. Dixerunt enim non sermone, sed opere: Sumus sicut & cæteræ nationes, habemus pactum & fœdus cum inferno & cum morte, semel salutem desperauimus. Certè captiuitas lõgo post tempore ventura est, dicentibus vobis: Adhuc modicum, adhuc modicum: expecta, rursus expecta. Ergo cum

A

mortui fuerimus, hoc flagellum captiuitatis, & hanc tempestatem non sentiemus. Semel enim mendacio credidimus, hoc est, frustra spem habuimus in Deo, & in lege eius. Et ideo mendacio protecti sumus, quia mortui imminentem captiuitatem declinauimus. Verbum Hebraicum

HEB.

° שׁוֹט Aquila & Symmachus, flagellum, Lxx. κατακλυσμὸν, id est, tempestatem interpretati sunt, ᵖ וכזב quoq; omnes mendacium trranstulerunt, in quo sperauerunt Iudæi, cuius iuxta Euangelistam Ioannem, pater est diabolus.

a ¶ *Idcirco hæc dicit Dominus, &c.*] Dixeram, inquit, vobis: Audite verbum Domini viri illusores, siue tribulati principes populi mei, & nolite fœdus habere cum morte, nec pactum cum inferno, qui contemnētes præcepta mea, posuistis mendacium spem vestram, & gloriantes imo desperantes dicitis: mendacio protegemur. Idcirco misericors & miserator Dominus, patiens & multum misericors nolentibus vobis, in fundamenta Sion, lapidem electum, & probatum, & pretiosum, & angularem, missurum esse se dicit. De quo & Apostolus loquitur: *Quasi sapiens architectus fundamentum posui.* Et iterum: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Iste lapis vere & secundo appellatur lapis, sicut & in Leuitico, *homo, homo* bis dicitur: & angularis lapis, quia circuncisionis & gentiū populos copulauit, de quo & in psalmo dicitur: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Isti sunt autem ædificantes & cementarii, qui nunc appellanturviri illusores & principes populi qui est Hierusalem. De hoc lapide & in Daniele legimus, quod excisus sit de monte sine manibus, & impleuerit vniuersum orbē, eo quod diuini germinis dispensatio humanum corpus assumpserit, & habitauerit in eo *plenitudo diuinitatis coporaliter.* Super hūc lapidē qui alio nomine appellatur petra, Christus ædificauit ecclesiā, & firmo iuxta Hebr. fūdauit fūdamine, in quo *qui crediderit, non confundetur*, siue iuxta Hebr. *non festinet*, ne videlicet tardus ei Christi videatur aduētus. Si enim tardauerit iuxta Habac. nemo desperet, *quia veniēs veniet*, & sua promissa cōplebit. Promittit quoq; Deº ponere se in eo iudiciū pōderis: *Neq; enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium tradidit filio.* Et iustitiā, siue misericordiā in mēsura, vt reddat vnicuique secundū opera sua, & iustitiā ad misericordiā alterutro tēperet, iuxta illud quod & in psalmis legimº: *Misericordia & veritas obuiauerūt sibi, iustitia & pax deosculatæ sunt se.* Spem quoq; ait vestram atq; mendaciū, id est, diabolū patrē omnis mendacii, supplicio rum meorum grando subuertet. Et protectionem, sub qua vos tutos fore arbitrabimini, tempestas valida, & aquarum multitudo delebit, ita vt amicitia & fœdus quod habebatis cum morte & cum inferno, hoc est, cum diabolo pereat in æternum. Et flagellum, siue tempestas, de quo dixeratis: *Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: veniet, & eritis ei in conculcationem*, hoc est, omnia tormenta patiemini, quæ vos putabatis desperationis animo nequaquam esse passuros. Semper enim irruet vobis, & tam in prosperis quam in aduersis iram domini sentietis, & mors vos sæua populabitur. Quid dicam de pœnis? Pœnarum sola formido & tormentorum metus vos corriget ad salutem, & mala vestra intelligere faciet. Cumque vexati fueritis, tunc scietis prophetas meos vera dixisse. Quodque sequitur: *Coangustatum est enim stratum: ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest*: illum habet sensum, quem in apostolo legimus: *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini esse participes & mensæ idolorum.* Et alibi: *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Quæ pars fideli cum infidele? Qui consensus templo Dei cum idolis?* Loquitur autem sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulteræ dixit vxori: Vnus lectulus me, & adulterū tecum capere non potest, & pallium breue maritum & mœchum cooperire non præualet. O igitur Hierusalem ad quam & in Ezechiele sub persona vxoris loquitur fornicantis: & quam in Osee principio scortum vocat & adulteram: si vis meis complexibus copulari, abiice idola: si seruieris idolis, me habere non poteris. Hoc iuxta Hebraicū. Porro quod in Lxx. legitur: Discite audire qui tribulati estis, non possumus pugnare: ipsi autē infirmi sumus, vt congregemur, quem sensum habeat, & quomodo superioribus copuletur, penitus ignoro. Nisi forte ad principes populi loquatur sermo diuinus, & hortetur eos, vt spem habeant in Deo, & non in morte atque inferno, & discant audire vaticinia prophetarum: illique respondeant, se pro infirmitate virium aduersus contrarias potestates pugnare non posse, nec inter Dei populum congregari.

LXX.

irruerit, non veniet super nos: quoniam posuimus mēdacium spem nostram: & mendacio protegemur. Propterea sic dicit dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem in fundamenta eius, & qui crediderit, non confundetur. Et ponam iudicium in spem: misericordiam autem meam in pondera: & qui credunt frustra mendacio: quoniam non transibit per vos tempestas, & non auferet vobis testamentum mortis, & spes vestra ad infernum non permanebit. Tempestas veniens si transierit, eritis ei in conculcationem. Cum transierit, tollet vos mane, mane pertransietis die & nocte erit spes pessima. Discite audire qui estis in tribulatione: Non possumus pugnare: ipsi autem infirmi sumus, vt congregemur. Sicut mons impiorum consurget dominus, & erit in valle Gabaon: Cum furore faciet opera sua: amaritudinis opus & furor eius quasi alienis

b ¶ *Sicut enim in monte diuisionum, &c.*] Lapidem pretiosum in fundamentis Sion positurum se dominus repromisit, vt subuerterer grando mendacium & impiorum spē fœduſque cum morte, & pactum cum inferno tempestas valida deleret. Quem quia suscipere illusores principes noluerunt, sicut quondam contra allophylos regnante Dauid in monte diuisionum, qui Hebraice appellabatur ᵍ פרצים dominus consicidit aduersarios suos, vnde & locus nomen accepit. Et sicut in valle Gabaon, sub Iesu principe, quando fiducia habitantis in se Dei locutus est: *stet sol in Gabaon, & luna contra vallem Aialon*: & stetit sol spatio vnius diei, multique de alienigenis perierunt: Sic contra

B C D E F G H

Leuit. 17. d — *Sec. 70.* — *p cazab* — *Ioan. 8. f* — *1. Cor. 3. b* — *Ibid. c* — *Psal. 117. a* — *Dan. 2. g* — *Col. 2. b* — *Habac. 2. a* — *Ioan. 5. d* — *Psal. 84. b* — *Ezech. 16. & 23.* — *Osee 3.* — *1. Cor. 10. d* — *2. Cor. 6. g* — *q perasim* — *Ioſ. 10. e*

tra impios & illusores irascetur Dominus, *vt faciat opus suum* nequaquam. Non est enim opus Domini perdere, quos creauit, sed facere opus alienum: quod ad crudelitatem magis quam ad clementiam pertinet. Rursumque idipsum aliis verbis repetit, *Vt operetur opus suum*? Non est opus eius punire peccantes, sed peregrinum, & alienum ab eo, vt putat qui Saluator est. Quoniam igitur de patientia sua resurrecturus est est Dominus, & nequaquam parciturus, sicut non pepercit in monte Pharasim, & in valle Gabaon: Moneo vos ô viri illusores, vt nequaquam rideatis de prophetis meis, & non putetis non ventura quæ nunciant: ne si permanseritis in illudendo constringantur vincula peccatorum vestrorum. *Funibus* enim *peccatorum suorum vnusquisque constringitur*, siue captiuitatis vobis tempus adueniat. Si quidem quod Dominus tanto tempore differebat vincula, captiuitatem, atque supplicia siue vltimum iudicii diem, iam rebus expleturus est, & consummaturus, & abbreuiaturus. Itaque ego propheta, quæ à Domino Deo omnipotente futura cognoui super vniuersam terram, hæc vobis nuncio, vt imminentem iram pœnitētia preueniatis. Iuxta Lxx. ipse Dominus quasi mons impiorū dicitur surrecturus, & futurus in valle Gabaon, vt faciat opera sua: quæ omnia vnum opus est amaritudinis: quod nequaquam videatur esse blasphemum: Non enim dixit futurum Dominum mōtem impiorū, sed quasi mōtem, qui impiis & sustinentibus videatur esse grauissimus. Quomodo si filius negligēs & alter ægrotus, patrem & medicum putent esse crudeles, si eos verberibus atque cauterio disciplinæ restituant & sanitati. Consurget enim Dominus, & erit in valle Gabaon, propter eos qui cū ob peccata in humili cōsistāt loco, propter tumorē animi erigūtur in superbiā. (Gabaon enim collis interpretatur) vt faciat opera sua, quæ sunt opera amaritudinis, quando cogitur mutare clementiā, & pro dulci, amarus efficitur. Igitur vos qui hæc estis aliquando pasturi, nunc nolite lætari illa lætitia, qua gaudebat, & dives in conuiuio purpuratus, Lazarum pauperē negligens, ne forte fiant vestra vincula fortiora. Quæ enim facturus est Dominus, & rebus suam sententiam completurus, hæc ego audiui, & vobis omnia nunciaui. Quodque intulit: Supra omnem terram, iuxta historiam, Iudæi terminos intellige, iuxta Anagogen, totius mundi.

a ¶ *Auribus percipite & audite vocem meam, &c.*] Ad eosdem nunc etiam loquitur, quibus supra dixerat: *Audite verbum Dei viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem*, & præcipit eis, vt vocem eius audiant & eloquium illius diligenter attendant. Nūquid ait, agricola semper arabit, vt sementem iaciat? Nonne prius proscindet humum, & vomere sulcos reuoluet, iacentesque glebas rastro franget & sarculo: vt cum adæquauerit superficiem terræ, & dura prius arua mollierit, tunc spargat gith siue cyminum: seratque triticum, & hordeum, & milium, & far in finibus suis, iuxta varietatē terræ & temporum? neq; enim simul omnia seminantur. Pro farre quod Græci ζέαν vocant, quidam viriam intelligunt: Ipsumque agricolam id est, satorem erudit Deus naturaliter iudicio suo, & docet illum, vt sciat quam cui semerti culturam adhibeat. Deniq; cum metendi tempus aduenerit, gith & cyminum quæ infirmiora sunt semina, non rotis plaustrorum teruntur, quæ in serrarum similitudinem ferreæ circumaguntur & trahuntur super demessas segetes: sed virga excutiuntur & baculo, quæ vulgo flagella dicuntur. Panis autem, id est, triticum, de quo efficitur panis, rotis ferreis teritur, & omnis eius stipula comminuitur in paleas. Verumtamen non semper vexatur & teritur: nec omni tēpore rotarum vngulis comminuitur: pro quibus in Hebraico dicitur equis earum vt quia vngulas rotarum dixerat, metaphoram seruaret in reliquis. Quidam volunt ex eo quod vngulas & equos nominauit ostendi equarum greges qui ad terenda frumēta areis immitti soleant, sed non poterat scriptura dicere, quod Iudea prouincia non habebat. Hoc autem, id est vt gith & cyminum virga excutiantur & baculo, frumētum, hordeumq;, & far, fortasse & milium, rotis ferreis conterātur, non in perpetuum Dei iudicium est, qui in omnibus ostendit mirabile consilium suum, & iustitię magnitudiné monstrat in cunctis. Hęc παραφραστικῶς diximus, vt facilius sensum, pro quo ista dicuntur, possimus intelligere. Deus varie genus dispensat humanum: nunc punit, nunc miseretur nunc corripit, nunc defēdit, id est, nunc arat, nunc serit, nunc maturas fruges metit, & demessas in areis terit: orbēque suum gubernat, vt voluerit: Gith & cyminum, id est, omnes gētes, quæ non receperūt eius notitiam: nec legis habuere præcepta: virga emendat & baculo: frumentū autē, id est, populū Iudeorū magnis torquebit suppliciis. Cui enim plus creditur, plus exigetur ab eo: *Et seruus qui scit voluntatē Domini sui, & non fecerit eam, vapulabit multis.* Et in alio loco scriptū est: *Potētes potenter tormenta patiētur.* Veruntamen non eos torquebit in perpetuū. Aliud enim est esse impiū, aliud peccatorē. Quod nos de gentibus & Iudæis interpretati sumus, alii exponunt super populo & sacerdotibus, quod vulgus indoctū in die iudicii, quasi gith & cyminū: corripiatur virga & baculo: sacerdotes autē, qui habuerūt clauē scientię magnis suppliciis torquebātur: & hoc domini fiat iudicio, qui ostēdit in cūctis mirabile cōsiliū suū & iustitię veritatem, vt qui plus acceperūt, plus exigatur ab eis. Pro eo quod nos interpretati sumus: *In virga excutietur gith, & cyminum in baculo*, nescio quid volentes Lxx. transtulerunt, cyminum autem cum pane comeditur. Denique & veteres Græciæ interpretes

HEB.

alienis abutetur, & aliena amaritudo eius. Et vos nolite lætari, ne confortentur vincula vestra: quia consummatas & abbreuiatas res audiui à domino Deo sabaoth, quas facturus est super omnem terram. Auribus percipite & audite vocem meam: attendite & audite sermones meos. Numquid tota die arabit qui arat, aut sementem præparabit antequam præparet terram? Numquid non cum adæquauerit faciem eius, tunc seminabit gith & cyminum, & rursum seminabit triticum, & hordeum, & milium, & far in finibus suis: & erudieris iudicio Dei & lætaberis? Non enim cum duritia mundatur gith neque rota plaustri circuit super cyminum, sed virga excutitur gith, & cyminum cum pane comeditur. Neque enim in sempiternum ego irascar vobis, nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos: & hæc à Domino sunt egressa

גבעון

Prou. 5. d — *Luc. 16. c* — *Ioan. 15. b* — *Eod. cap.* — *Luc. 12. f* — *Sup. 6. a*

Hebraicum differentes, de hoc sermone tacuerunt, quia forsitan quid dicerent, non habebant. Illud autem in quo nos iuxta Hebraicum posuimus: *Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit illum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum*: Lxx. non iuxta verbum, sed iuxta sẽsum interpretati sunt. *Neque enim ego in sempiternũ irascar vobis, nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos*: ostendentes futura peccatoribus post tormenta refrigeria, & hæc quasi portenta atque mirabilia egressa esse à Domino. Vnde præcipitur peccatoribus, qui postea puniẽdi sunt, vt ineant consilium, & exaltent consolationem suam, nequaquam vanã, vt à Lxx. additum est, sed absolute, consolationẽ. Nunquam enim Deus præciperet, vt exaltarent vanã consolationem suam, quę eis non erat profutura.

CAP. XXIX.

Væ Ariel, Ariel ciuitas, &c.] Pro eo quod nos interpretati sumus, væ, in Hebræo scriptũ est, [a] הוי quod apud eos interdum vocatiuo casu dicitur, vt non plangat Ariel, sed vocet: licet in præsenti loco pro plãctu accipiẽdum sit. Ariel quoq; interpretatur leo Dei: & pro ciuitate quã Aquila interpretatus est, πολίχνην, hoc est, oppidulũ siue viculum, in Hebræo legũt [b] קריות quod proprie villam significat, & lingua Syra dicitur Cartha, vnde & villa Syluarũ, appellatur, [c] קריות יערים. Denique & in superioribus vbi legimus: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Pro ciuitate Cariat scribitur, id est, villa: quam nos, vt translationem Aquilæ exprimamus ad verbum, ciuitatulam possumus dicere. Igitur Ariel, id est leo Dei, quondam fortissima vocatur Hierusalem, siue vt alii arbitrantur, templum & altare Dei quod erat in Hierusalem. Quodque sequitur: Quam expugnauit Dauid pro quo interpretatus est Symmachus, Castrum Dauid: & Theodotio, circumuallatio Dauid, in Hebraico legitur [d] חנה, quod eruditissimus Hebræorum, habitaculum significare voluit. Si igitur legerimus, quam expugnauit Dauid, ad illud tempus referamus, quando cepit Dauid arcem Sion, repugnantibus cæcis & claudis, & primus Ioab domatum excelsa conscendit. Si autem iuxta Symmachum, & Theodotionem, hoc sentiendum, quod Dauid eam instaurauerit atque munierit. Additus est annus ad annum, siue subtractus, vt interpretatus est Aquila & solemnitates euolutæ sunt. Subuerso enim templo, & Iudaica religione sublata, omnis eorum festiuitas periit. Dicitque se Dominus circumuallare Ariel Babylonio exercitu, & fore eam tristem atque mœrentem, quando ab eis diruta fuerit. Rursumque sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno, & Zerobabel filio Salathiel Esdraque, & Neemia, quando prophetauerunt Aggæus, & Zacharias fore eã quasi Ariel: quod habeat antiqui templi similitudinem, sed magnificentiam ornamentumque non habeat. Secundo quoque Dominus comminatur, quod circundet Arielem sphæra, & iaciat contra eam aggerem, & munimenta ponat in obsidionem eius, & compleatur illud quod ipse plangens Hierusalem loquitur in euangelio: *Si scires ea quæ ad pacem sunt tibi: quoniam venient dies super te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & obsidebunt te, & in terram humiliaberis: & Hierusalem erit conculcata à nationibus vsque ad consummationem temporis gentium.*

Aliis enim verbis eadem propheta nunc dicit, quod humiliata de terra loquatur, & de humo audiatur eloquium eius: & sit quasi pythonis de terra vox illius: & de humo instar passerum mussitet, vt per hæc verba significet magorum *νεκρομαντείαν*, per quam animas euocare dicuntur: & tenues vmbrarum, imo dæmonum audire voces. Denique pro pythone, Aquila magum interpretatus est, qui Hebraice dicitur [e] אוב pro quo Lxx. ἐκ γῆς φωνοῦντες, id est de terra loquentes, transtulerunt. Quibus verbis indicatur ruinam templi vsque ad consummationem permansuram mundi quod collapsum in cineres, nequaquam vltra susciteretur. Tantus autem ô Ariel, te Romanæ potentiæ vallabit exercitus, vt innumerabili pulueri comparetur, & fauillæ per aërem volitanti. Vnde non imbecillitatem eorum pulueri comparat & fauillæ, qui contra eos militauerunt: sed multitudinem quæ arenis innumerabilibus exæquatur. Et hoc erit repente, confestim: vt in media pace, subita sub Nerone bella consurgant: & Dominus exercituum visitet Hierusalem in tonitru, & in commotione terræ, & in turbine tempestatis, & in flamma ignis deuorantis, per quod templum significat comburendum. Romani autem qui superatis Iudæis, & subuersa Hierusalem sub Tito & Vespasiano, de vasis quondam Dei manubias obtulerunt Capitolio, suæque virtutis & potentiæ numinum, non iræ Dei putauerunt esse quod fecerant quasi in somnio, & in nocturna visione omnes diuitias possidebunt. Et quomodo qui esurit, dormiens in somnis se vesci putat, & qui sitit, arentibus siti faucibus flumina bibit, cumque euigilauerit, ardentior sitis sit, quæ cassa potione delusa est, sic multitudo vniuersarum gentium, quæ Romanæ subditæ potestati dimicauerunt contra montem Sion, habebunt quasi in vmbra, & nube & somnio noctis diuitias, quas maturo interitu derelinquent. In eo loco vbi nos posuimus, *omnes qui militauerunt & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam.* Lxx. transtulerunt, *& omnes qui militauerunt contra Hierusalem*, quod in Hebraico non habetur. In principio quoque huius capituli, vbi nos diximus, *additus est annus ad annum*, siue *subtractus*: illi interpretati sunt: *congregate fructus, vel geminina, annum super annum: manducate: comedetis enim cum Moab.* Et est sensus, antequam annus Domini acceptabilis prædicationis eius adueniat, imo duo anni, de quibus in cantico Habacuc, iuxta Hebraicum legimus: *In medio duorum temporum cognoscêris*: seminate vobis in lachrymis, vt me-

HEB.

suis comminuet eum. Et hoc à domino exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium,

SEPT.

egressa portenta. Inite consilium, exaltate vanam consolationem vt magnificaret iustitiam.

Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid, Congregate genimina, annũ superannũ comedite, comeditis enim cũ Moab: congaudebo enim Ariel, & erit fortitudo illius, & diuitiæ mihi: & circumdabo sicut Dauid super te, & mittam vallum in circuitu tuo: & ponam per gyrum tui turres, & humiliabuntur in terram sermones tui, & in terram occident verba tua. Et erit sicut loquentium de terra vox tua, & vsque ad pauimentum vox tua infirmabitur. Et erunt sicut puluis de rota diuitiæ impiorum, & sicut fauilla quæ rapitur multitudo eorum qui te oppresserunt, eritque in puncto repente à domino Sabaoth. Visitatio enim erit cum tonitru & commotione, & voce magna turbinis & tempestatis & flammæ ignis. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt cõtra Ariel: & omnes qui militauerunt, & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam euigilauerit, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.

SEPT.

magna tempestas valida, & flãma ignis deuorans. Et erunt quomodo videntis somniũ nocte diuitiæ omnium gẽtium quæ militauerunt cõtra Ariel, & omnes qui pugnauerunt contra Hierusalẽ & vniuersi qui cõgregati sunt super eã, & afflixerunt eam. Erunt q; sicut qui in somnis esuriunt & comedũt: cum q; surrexerint, vanum est somnium eorum, & sicut qui per somnium sitit, & bibit, cum surrexerit adhuc sitit, & anima eius frustra sperauit: sic erunt diuitiæ omnium gentium quæ militauerunt contra montem Sion.

a Obstupescite & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino, mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vidẽt visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas dicent: lege istum, & respondebit, non possum: signatus enim est. Et dabitur liber nescienti literas, dicenturque ei, lege, & respondebit, nescio literas.

HEB.

[b] Et dixit dominus. Pro eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autẽ eius longe est à me: & timuerũt me mãdatum hominum & doctrinam eorum.

SEPT.

Et ait domin⁹, Appropinquat mihi populus iste in ore suo, & labijs suis honorat me, cor autem eius longe est à me, frustra colũt me, docẽtes hominum mandata & doctrinas eorum.

Propterea vnus liber appellatur. De quo Ezechiel mystico sermone testatur, quod scriptus fuerit intus & foris, in sensu & in litera. De quo & Saluator loquitur in psalmis. *In capitulo libri scriptum est de me*: non Hieremiæ, non Esaiæ, sed in omni scriptura sanctæ, quæ vnus liber appellatur. Magistris igitur Iudæorum vsque in præsentem diem nequeuntibus legere, & aperire signacula, & mysteria pandere scripturarum: si dederis eum librum indocto populo, qui à suis præceptoribus deuoratur, fatebuntur nescire se literas: & idcirco legere non posse. Atque è duobus malis multo leuius est legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur.

b ¶ *Et dixit Dominus, &c. cor autem eius longe, &c.*] Hoc testimonio abusus est Dominus contra Pharisæos in euangelio Matthæi dicens: *Quare & vos præteritis mandatum Dei propter traditiones vestras?* Et iterum: *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias dicens: Populus iste labijs me honorat, cor autem eius longe est à me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas, & præcepta hominum.* In quo notare debemus illud quod plerunque admonuimus: Euangelistas, & Apostolos, non verbum interpretatos esse de verbo, nec

vt metatis in gaudio. Scriptum est in Euangelio secũdum Ioannem, per tria paschata Dominum venisse in Hierusalem, quæ duos annos efficiunt. Quod autẽ sequitur: *Comedetis enim cum Moab*, in Hebraico non habetur. De quo possumus dicere, quod nisi fructus sibi pœnitentiæ congregauerint, incipiãt cum his comedere, qui non ingrediuntur ecclesiam domini vsque in æternum. Cætera in quibus videntur discrepare, manifesta sunt: & ex his quæ exposuimus, facilis eorũ interpretatio est. Scio me legisse [f] אריאל interpretari, lux mea Deus, quod longe alter est. Hic enim prima syllaba per g & h scribitur: lux autẽ quæ Hebraicè dicitur אור inter א & ר mediam habet literam ו quæ in præsenti nomine nõ habetur. Omniaque quæ nunc dicuntur contra Ariel, referunt ad hæreticos, qui doctrinam suã Dei existimant lucem: & expugnandi sunt à vero Dauid: omnesque solemnitates eorum auferendæ, & gaudium præsens, futura tristitia commutandum: quibus præcipiat Deus, vt agãt pœnitentiam, ne incipiant comedere cum Moabitis, & similes esse gentilium. Ipse enim expugnabit Ariel, & omnem virtutem eorum atque diuitias suo circũdabit exercitu. Turribusque, hoc est, magistris ecclesiæ humiliabit in terra sermones eorum, vt nequaquam ponant in cælum os suum, sed scribãtur in terra, loquanturque de terra, & fiant quasi puluis excussus rota: omnesque diuitiæ impiorum puncto & momẽto temporis comparentur: quando visitauerit eos in sua maiestate, descendens in turbine, & tempestate & igne supplicij: & intellexerint omnes diuitias suas pompamque sermonum & argumẽtorum strophas, frustra comedentis & bibentis somnio comparari: qui militauerunt contra Hierusalem, visionem pacis, siue aduersum Arielem leonem fortissimum, & ad extremum contra montem Sion, super quem ecclesiæ ciuitas sita latere non potest.

a ¶ *Obstupescite, &c. spiritum soporis, &c.*] Pro *soporis spiritum* Lxx. κατάνυξιν, id est, *compunctionem*: Theodotio, ἔκστασιν, id est, *mentis excessum*. Aquila, κατασυρμόν, id est *grauem somnum* interpretatus est, qui Hebraice dicitur תרדמה, quem in Adam missum à Deo, scriptura commemorat: quando de costa lateris eius mulier effecta est. Et Ionas hoc eodem somno stertebat in nau: Omnis autem prophetia post subuersionem Hierusalem & templi id est, Ariel, contra scribas & pharisæos est: qui habentes clauem scientiæ, nec ipsi introeunt, nec volẽtes alios introire, permittunt. Et præcipitur eis, vt stupore atque miraculo, imo iuxta Lxx. dissolutione totius corporis & mentis excessu inebriẽtur, atque moueantur, & fluctuent, vacillantes non vino nec sicera, sed spiritu soporis, siue compũctionis Domini: vt intelligentes mundum suum, agant aliquando pœnitentiam, dicantque cum propheta: *Versatus sum in infirmitate, dum configitur mihi spina.* Scitote ergo ô Scribæ & Pharisæi, qui estis principes Iudæorum, quod reddat vobis Dominus vicissitudinem vestram. Vos enim audientes Dominum Saluatorẽ, intelligere noluistis, & clausistis oculos vestros, ne eum videretis: & aures aggrauastis, ne audiretis. Ideo & ille claudet oculos vestros, qui sunt prophetæ, per quos Dei scientiam videbatis. Siue vestros oculos claudet, & prophetarum, qui sunt principes vestri. *Lex enim & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam*: vt vobis non videntibus, illi videant, de quibus inferior sermo testatur: Et audient in die illo surdi verba libri signati: & oculi cæcorum videbunt, & exultabunt. In iudicium enim venit dominus, vt videntes Iudæi non videant: & qui cæci erãt, populus scilicet nationum, videant, & Dominum contemplentur. Vnde significanter non dixit, quod visio omnium prophetarum signata sit cunctis legentibus, sed vobis inquit, erit signata quibus nunc loquor, quibus hæc futura prænuncio: siue oculos principum vestrorum, qui se iuxta Lxx. abscondita & arcana videre iactabant, claudet in perpetuum: eritque, ait vobis omnis scriptura sancta clausa, atque signata, vt vos qui legitis literas, & prophetarum vaticinia nosse vos existimatis, & diebus ac noctibus volumina scripturarũ indefesso ore meditamini, nõ intelligatis quod legitis, sicut in Apocalypsi Ioannis scribitur: *Quis est dignus aperire librũ & soluere signacula eius?* Cum nullus fuisset inuentus qui aperiret signacula, flesse se dicit: & Dei tandem ad se meruisse sermonem: *Noli flere: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librum, & soluat signacula eius.* Leo autem de tribu Iuda, Dominus Iesus Christus est, qui soluit signacula libri, non proprie vnius, vt multi putant, psalmorum Dauid: sed omnium scripturarum, quæ vno scriptæ sunt Spiritu sancto: & propterea vnus liber appellatur. De quo Ezechiel mystico sermone testatur, quod scriptus fuerit intus & foris, in sensu & in litera. De quo & Saluator loquitur in psalmis. *In capitulo libri scriptum est de me*: non Hieremiæ, non Esaiæ, sed in omni scriptura sanctæ, quæ vnus liber appellatur. Magistris igitur Iudæorum vsque in præsentem diem nequeuntibus legere, & aperire signacula, & mysteria pandere scripturarum: si dederis eum librum indocto populo, qui à suis præceptoribus deuoratur, fatebuntur nescire se literas: & idcirco legere non posse. Atque è duobus malis multo leuius est legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur.

b ¶ *Et dixit Dominus, &c. cor autem eius longe, &c.*] Hoc testimonio abusus est Dominus contra Pharisæos in euangelio Matthæi dicens: *Quare & vos præteritis mandatum Dei propter traditiones vestras?* Et iterum: *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias dicens: Populus iste labijs me honorat, cor autem eius longe est à me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas, & præcepta hominum.* In quo notare debemus illud quod plerunque admonuimus: Euangelistas, & Apostolos, non verbum interpretatos esse de verbo, nec

Lxx. interpretum auctoritatem secutos, quorum editio illo iam tempore legebatur, sed quasi Hebræos, & instructos in lege, absque damno sensuum suis vsos esse sermonibus. Appropinquat autem populus Iudæorum ore & labiis suis Deo, quia vnius Dei cultū habere se gloriatur & respuere idola, sed cor eius longe est ab eo, quia non recipit dominum Iesum Christum. Qui enim non recipit filium, non recipit patrem. Simulque discamus quomodo aliquis appropinquet Deo, vel longe fiat ab eo. Qui & per Hieremiam loquitur: *Deus appropinquãs ego, & non de longe dicit dominus.* Appropinquamus autem Deo mẽte nõ corpore, sicut & de Moyse legimus: Appropinquauit Moyses solus ad Deū, cæteri autẽ non appropinquabant. Orabat enim Deū in spiritu, & veritate, & accedebat ad eum sensu & spiritu. Hi autem de quibus scribitur quod tollantur ab vtero, & eruditiãtur à puero vsque ad senectutẽ: & in lege Dei ac nocte meditentur, non appropinquant Deo, quia traditiones pharisæorum scribarumque suscipiunt: quæ eos longe faciunt à Deo, & sunt sepulchra dealbata, *quæ foris videtur esse pulchra, intus autẽ plena sunt ossibus mortuorum*: qui elegerunt Barabbam, & dominum respuerunt. Propterea additurũ se esse cõminatur, iuxta Lxx. vt nequaquam in Assyrios & Babylonios eos transferat, sed in toto orbe dispergat. iuxta Hebraicum, admirationem magnam populo Iudæorum stupendumque miraculum facturum esse se dicit, vt perdat eorum sapientiam, qui non receperunt Dei virtutem, Deique sapiẽtiam, & intellectum prudentium absconditum & celet, ne scilicet eum reperiant, qui in litera continetur. De hoc loco Apostolus Paulus scribens ad Corinthios, posuit testimonium: *Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentium reprobabo*: aliis verbis eundem sensum edisserens: non quod Deus sit inimicus sapientiæ, cuius pater est, & per quem omnis est in hominibus sapientia: sed cum additamento posuit, vt in Hebraico est, sapientium populi, & prudentium illius, id est, populi Iudæorum. Et reuera grande miraculum Deus fecit in populo post aduentum domini Saluatoris, vt vno atque eodem tempore arderet Hierusalem, templumque corrueret, & omnis magistrorum scientia tolleretur, impleto illo quod supra dictum est: *Ecce dominator Dominus sabaoth auferet ab Hierusalem, & à Iuda validum & validam: omnem fortitudinem panis, & omne robur aquæ: gigantem & hominem bellatorem, & iudicem & prophetam, & coniectorem, & senem, & quinquagenarium, & admirabilem consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auditorem*, & cætera quæ propheticus sermo contexuit.

a ¶ *Væ qui profundi estis corde, &c.*] Aduersus eosdem de quibus supra dixerat: *Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo*, siue vt propheta scribit, abscondam, nunc etiam Dei sermo dirigitur: qui sapientes sunt in semetipsis, & in conspectu suo prudentes. De quibus rectissime illud intelligi potest: *Defecerunt scrutantes scrutinio*: cum scriptum sit de Dei sapientia. *Si enim quis perfectus fuerit in filiis hominum absque tua sapientia, in nihili reputabitur.* Qui idcirco æstimãtur dato hominum & doctrinis. Ideo ecce ego addã vt admirationem faciam populo huic miraculo grãdi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium illius absconditur. a Væ qui profundi estis: corde, vt à domino absconditis consiliũ quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulũ cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.

b Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltũ reputabitur. Et audient in die illa surdi verba libri: & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et addent mites in domino lætitiam & pauperes homines in sancto Israel exultabũt quoniam defecit qui præualebat. Consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem. Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.

Deum sua nescire consilia, quia in tenebris sunt opera eorum, & dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos? Hæc autem dicunt & sapientes huius sæculi, & hæreticorum magistri & Iudæorum pharisæi, quod nullus eos intelligat: non recordantes eius quod ad Deum dicitur: *tenebræ non obscurabũtur à te, & nox sicut dies illuminabitur, & sicut tenebræ eius, ita & lux eius.* Hoc errore decepti Adam & Eua, audientes somitum pedũ deambulantis in paradiso Dei, absconderunt se sub arbore, in qua erat scientia boni & mali. Cain quoque dicens: *Si eiicis me hodie à facie tua, abscondar*, simili stultitia Deum arbitrat⁹ est ignorare. Et per Amos de impiis & peccatoribus dicitur: *Si absconderint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo draconi, & mordebit eos.* Vnde quãuis aliquis sapiens sit, & seruentioris ingenij, si non habuerit Dei sapientiam atque doctrinam, dicamus de eo: *Nisi Dominus ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt qui ædificãt eam: Nisi Dominus custodierit ciuitatẽ, in vanũ vigilauit qui custodit eam.* Cui nos faciamus simile: Nisi Dominus adiuuerit scientiam, in vanũ laborat qui se putat esse sapientem: Nisi Dominus omni custodia seruauerit cor nostrum, in vanũ vigilat qui putat illud sua diligentia posse seruari. Peruersa est, inquit, hæc vestra cogitatio, vt factorem putetis nescire quod fecit, & creatorem ignorare creaturam suam: quasi si lutum & opus dicat figulo & factori suo, non me fecisti, vel, non me bene fecisti, nec intelligis facturam tuam. Hoc testimonio aliis verbis Apostolus vtitur ad Romanos, vbi de Dei profunda scientia disputat: & hominum vult calumniam confutare: *O homo tu qui es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum fictori suo, quare me fecisti sic?* An non habet potestatem figulus de eodem luto aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam? In quibus cunctis illa semper obseruanda est regula: Euangelistas & Apostolos absque damno sensuum interpretatos in Græcum ex Hebræo, vt sibi visum fuerit.

b ¶ *Nonne adhuc in modico & in breui, &c.*] Respondeant Iudæi & amici simplicis tantum historiæ: qui fructus non quæruntur in arbore, sed folia tantum vmbramque verborum, quæ cito arescit & deperit: quomodo in aduentu Domini Saluatoris (quia à temporibus Esaiæ vsque ad dispensationem carnis assumptæ, pro comparatione æternitatis breue & modicum temporis spacium est: Libanus mons Phænices versus sit, atque translatus in montem Carmelum, qui Hebraice o כרמל dicitur. Et est in confinio Palæstinæ atque Phænices Ptolemaidi imminens, licet & alius in scripturis sanctis mons Carmelus appelletur, in quo fuit Nabal Carmelius, homo stultus & iniquus, qui vxorem habuit Abigail, quæ mortuo viro nupsit Dauid: illo enim viuente, virum Dauid accipere non poterat: ne vocaretur adultera si foret alteri viro sociata: & quomodo Charmel in saltum & in fructuosa ligna reputetur? Quod cum dicere non potuerint: audiant Libanum qui interpretatur dealbatio, referri ad populum gentium, qui lotus in Domino & purgatis sordibus pristinis, totus mundus ascendens, sub ecclesiæ persona initiatur Saluatori, & de eo in cantico canticorũ dicitur: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innitens super fratrem suum*: & istum populum transferri in Charmel, hoc est in circumcisionis scientiã, vt spiritualis & veræ circumcisionis mysteria recognoscat: & in loco sit quondã populi Iudæorum: Illos autem qui Christum susciпere noluerunt, reputari in saltum, & in arbores steriles, quæ non possunt cum lignis fructiferis Iudare dominum. Cum autem Libanis in Charmel, & Charmel in saltum fuerit commutatus: tunc qui prius surdi erant, & verba libri prophetici audire non poterant (de quo supra diximus, quod omnis scriptura sancta vnus liber appelletur, dicente Ecclesiaste: *Sermones sapientium tanquam stimuli, & quasi claui in altum confixi, qui à conciliis dati sunt à pastore uno*) audient & loquentur, quibus Saluator dicet: *Ephetha, quod interpretatur adaperire*: Quodque nos vertimus, *de tenebris & caligine oculi cæcorum videbũt*, quorum facilis interpretatio est: Aquila, & Theodotio, & Symmachus transtulerunt: *tenebras & caliginem oculi cæcorum videbunt*, vt ostenderent gentium populo, qui prius cæcus erat, Christi sacramenta pandenda, iuxta illud quod dicitur: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*. Et in eodem psalmo de Deo scriptum est: *Posuit tenebras latibulum suum*. Et in Prouerbiis legimus: *Hæc audiens sapiens sapientior erit, & prudẽs gubernationem possidebit: & intelliget parabolam & tenebrosum sermonem dicta sapientum & ænigmata*. Denique Moyses, vt intelligeret, & videret Deum, in nubem ingressus est, & in caliginem, de qua in psalmo dicitur. *Caligo sub pedibus eius*. Cum autem prius cæci vel mystica quæque conspexerint, vel de excitate, & tenebris oculos leuauerint ad videndum, vt sedentibus in tenebris & vmbra mortis oriatur lumen verum tunc mites, de quibus scriptum est: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*: Siue pauperes, quorũ princeps in psalmis ait: *Hic pauper clamauit & Dominus exaudiuit illũ*: & qui iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, de quo dicitur ad Iudæos: Consilium pauperis spreuistis: addent in domino lætitiam, vt qui gloriatur in domino glorietur: & pauperes homines siue desperati ab hominibus atque contẽpti, qui legis prius notitiam non habebãt in sancto Israel exultabunt, qui ait: *Sancti estote quoniam ego sanctus sum*: Omnisque est exultatio, quoniam defecit qui præualebat. Consummatus est illusor, siue arrogans & superbus, qui dixerat: *Fortitudine feci eam, & sapientia intellectus auferam fines gentium, & fortitudinem eius deuastabo*: qui omnibus illudebat: in tantum vt sanctus quoque diceret: *Lumbi mei impleti sunt illusionibus*. Et succisi sunt, siue deleti omnes qui vigilabãt super iniquitatem: quorũ propter malas vigilias non dormitat interitus: qui peccare faciebãt vniuersum hominũ genus in verbo blasphemiæ, vt negarẽt verbũ Dei, & in cælo ponerent os suum. Significat autem dæmones, qui nequam ipsi, omnes faciebant homines in sermone peccare, variis dogmatibus blasphemantes, & arguentem in porta atque iudicio, quantum in se erat, supplantabãt & à iustitia declinare faciebant: qui erat in portis filiæ Sion, exaltatus de portis mortis, & corripiebat eos qui oderant in portis arguentem. Quæ nos super diabolo, & angelis eius intelleximus, Nazarei contra scribas & pharisæos dicta arbitrantur, quod defecerint (*Αὐτερωπαὶ*), qui prius illudebant populo traditionibus pessimis & ad decipiendos simplices die noctuque vigilabant, qui peccare faciebant homines in verbo Dei, vt Christum Dei filium negarent.

HEB.

Propter hoc hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abrahã: Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meũ & sanctificabunt sanctũ Iacob, & Deum Israel prædicabunt: & scient errantes spiritu intellectum, & musitatores discent legem.

SEPT.

Propterhoc hæc dicit dominus super domum Iacob, quam separauit ex Abraham: Non modo confunderur Iacob neque nunc faciem mutabit: sed cum viderit filios suos, opera mea propter me sanctificabunt nomen meum, & sanctificabunt sanctum Iacob: & Deum Israel timebunt: Et scient qui errãt spiritu intelligentiam, & musitatores discent obedientiam, & linguæ balbutientes discent loqui pacem.

CAP. XXX.

HEB.

VÆ filij desertores, dicit Dominus: vt faceretis consilium & non ex me & ordiremini telam, & non per spiritum meũ: vt adderetis peccatum super peccatum. Qui ambulatis vt descẽdatis

SEPT.

Væ filij prævaricatores dicit dominus. Feciſtis consilium, & non per me: & pactum, non per spiritum meum, vt adderetis peccata peccatis: qui itis, vt descendatis in Aegyptum: & me

a ¶ *Propter hoc hæc dicit dominus super domum, &c. musita. &c.*] Quodq; sequitur: *Et linguæ balbutientes discent loqui pacem*: obelo prænotandũ est. Cum audierint, inquit, surdi verba libri, & oculi cæcorum viderint: Libanusque conuersus fuerit in Charmel, & Charmel reputatus in saltum, ita vt mites & pauperes lætentur in domino, & superbus illusorq; deficiat: tunc confundetur Iacob, qui modo interim nõ cõfunditur: Significat autem Esaiæ tempora. Et vultus illius erubescet, vt rubor atq; confusio occasio sit salutis: præcipue cum viderit filios suos, id est, Apostolos & Apostolicos viros, qui fuerunt de genere Iudæorum, in medio nationum domini perpetrare virtutes, & Christi nomen gentibus prædicare & dicere: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum*. Illi enim sanctificabunt sanctum qui ortus est de Iacob, & Deum Israel docebunt in gentibus, vt idolis derelictis, dicant: quam falsa possederunt patres nostri idola, & non est in illis qui pluat: & tunc scient qui nunc errant spiritu, intelligentiam Dei, & qui quondam in solitudine murmurabant contra Dominum, discent legem, cuius prius notitiã non habebant. Si enim recepissent Moysem, recepissent & Dominum Iesum Christum, quia Moyses de illo loquebatur. Quod in principio capituli iuxta Hebraicum transtulimus: Hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit quondam Abraham, & eduxit de Chaldæis, & in terram repromissionis induxit, perspicue patet. Illud autem quod Septuaginta transtulerunt: hæc dicit Dominus super domum Iacob, quam separauit ex Abraham, sic intelligi potest, quod scribas & pharisæos, qui dominum blasphemabant, separauit ab Abraham: qui vidit diem domini, & lætatus est. Si enim fuissent filij Abraham: fecissent opera Abraham. Et Apostolus disputat eos appellandos filios Abraham, qui habuerint similitudinem fidei Abraham: hoc est populum gentium: qui non ex operibus, sed ex fide Abraham filius appellatus est.

CAP. XXX.

VÆ filij sacerdotis dicit Dominus, &c.] Post prophetiã contra Ariel, & cætera quæ vsque ad hunc locum præteritus sermo disserit: nunc alterius vaticinationis exordium est, quæ post centum quinquaginta annos, qui fuerunt inter Esaiam & Hieremiam probatur esse completa. Prædicit enim illam historiam quam in Hieremiæ volumine legimus: quando subuersã Hierusalem & omnibus in Babylonem opibus principibusque translatis: præpositus est regij generis his qui in Iudæa remanserant, Godolias filius Ahicam: quo per dolum cum Chaldæis sociis interfecto omnes principes bellatorum, & Iohanam filius Chareæ, & Iechonias filius Osiæ, & reliquum vulgus à paruo vsq; ad magnũ, accesserunt ad Hieremiam prophetam, & dixerunt ei: *Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis*

ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis: Quia relicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui non intuentur: & annũciet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Cumque Hieremias post decem dies ex sermone Domini respondisset: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo; & non euellam quoniam placatus sum super malo quod feci vobis: Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis.* Et post modicum: *Si autem dixeritis, non habitabimus in terra ista, & posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos & fames, pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Respondentes viri superbi, dicentes ad Hieremiam: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus Deus noster dicens: Ne ingrediamini in Aegyptum, vt habitetis illic, sed Baruch filius Nerie incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manibus Chaldæorum, vt interficiat nos & transduci faciat in Babylonẽ.*

Denique omnes principes populi reliquiis congregatis cum mulieribus & paruulis, & filiabus regis, non audientes vocem domini, ingressi sunt Ægyptum, assumptis secum Hieremia & Baruch, & venerunt in Taphnas, ita vt Hieremias in signum captiuitatis futuræ prophetaret contra inobedientem populum ea quæ in libro illius continentur. Quod igitur postea futurum erat, ante annos multos prædicitur, & desertores & præuaricatores filij appellantur, qui deserto consilio Dei quod acceperant per Hieremiam, suam secuti sunt voluntatem, & orditi telam, non per spiritum Dei, qui eis Hieremiæ ore sonabat. Orditam autem telam μεταφορικῶς posuit, vt prauum consilium demonstraret: & hoc fecerunt vt peccata pristina augerent peccato contemptionis & superbiæ. *Quỉ descendistis*, inquit, *Aegyptum, & os meum non interrogastis.* Non quod interrogauerint, sed quod consilium prophetæ audire noluerint, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in protectione, siue vmbra Ægypti. Pro fortitudine Pharaonis, quæ in hoc loco bis ponitur, in Hebraico scriptum habet, a מעוז. Hoc annotauimus, vt quod in Danielis extrema legimus visione Deum b מעוזים, non vt Porphyrius somniat, Deum viculi Modim, sed robustum Deum & fortem intelligamus. Pharao, autem apud Ægyptios nomen est regiæ potestatis, & vnusquisque speciali appellatur vocabulo, vt Pharao Nechao, & Pharao Vafræ: quomodo si nos Cæsares & Augustos propriis regum vocabulis præponamus. *Et erit*, inquit, *vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.* Scribit idem Hieremias, quod in Taphnis vrbe Ægypti infoderit lapides in porta domus Pharaonis, & dixerit viris Iudæis: *Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel: Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos. Veniensque percutiet terram Aegypti, quos in mortem, in mortem, & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium: & succendet ignem in delubris deorum Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos. Et amicietur terra Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & egredietur inde in pace.* Superatis enim Ægyptiis capti sunt & Iudæi, qui ad Ægyptios fugerant. Quodq; sequitur. Erant enim in Tanis principes tui, & nuncij tui vsque ad Hanes peruenerũt, cũ irrisione, & ἐμφατικῶς legẽdum, quod spreto Dei consilio, principes suos ad Tanis vrbem Ægypti miserint, in qua domus Pharaonis regia fuit & sub Moyse signa atque portenta plurima perpetrata sunt, dicente psalmographo: *Qui fecit mirabilia in terra Aegypti, in campos Taneos.* Et idẽ Esaias cõtra Ægyptũ loquitur: *Vbi sunt nũc sapientes tui? annuncient tibi, & dicant, quid cogitauerit Dominus sabaoth cõtra Aegyptũ. Defecerãt principes Taneos,* quos eo tempore defecisse cõmemorat, quando Dominus ingressus est Ægyptum super nubem leuem. Hanas autem vrbem Ægypti in alio loco non legimus, sed ex eo quod ait: *Nũcij tui vsq; ad Hanes peruenerũt*, intelligimus vltimam iuxta Æthiopes & Blemmyas esse Ægypti ciuitatem, pro quo Lxx. interpretati sunt: *Nuncij pessimi frustra laborabunt*, qui consisi sunt super populo Ægypti, qui eis prodesse non potuit: & fuerunt in opprobrium sempiternum. Quidam hunc locum contra decem tribus in Samaria scriptum putant, quod ab Ægyptiis auxilia postulantes, capti sint ab Assyriis. Iuxta tropologiã: Omnes qui Dei religione contempta reuertuntur ad vomitum suum, & perdito nomine filiorum, impudentissimi canes appellantur: ineunt consilium, non per dominum, & feriunt fœdus, non per spiritum Domini, adduntque peccata peccatis, vt superati blandientibus vitiis, etiam dogmãtum recipiant prauitatem, & descendant in Ægypti tenebras, quærentes auxilium Pharaonis, qui regnat in Ægypto, cuius protectio ducit in ignominiam, & in opprobrium sempiternum. Sunt enim in Tanis, in mandato videlicet, humili atque deiecto, principes eius, pessimi nuncij, qui frustra laborant super populo qui eis prodesse non poterit. Sicut enim sanctos magistros iuuat discipulorum salus, sic perditio seductorum perdit patriarchas eorum, qui ad Ægypti auxilium confugerunt.

a ¶ *Onus iumentorum, &c.*] Pro quo Hebraice dicitur c משא בהמות נגב, quod Lxx. transtulerunt, ὅραμα τῶν τετραπόδων ἐν τῶν τῇ ἐρήμῳ, id est visio quadrupedum in deserto. Superior expositio, quam latissime historiæ replicatione texuimus, huius loci est interpretatio, quod iuxta consuetudinẽ prophetalem, Onus, id est pondus & sarcina cruciatuũ atque pœnarum, non solum super Babylonẽ, & Philistim, & Moab, & Damascum, & Ægyptũ, & desertum mare, Idumæam quoq; & Arabiam, & vallẽ Sion, & ad extremũ Tyrum sed super iumenta quoque Austri peruenerit, quæ Lxx. transtulerunt, quadrupes in deserto. Significat autẽ tribum Iuda, quæ in australi parte sita, eremo confinis est: & eos qui Hieremiæ vaticiniũ respuentes, capta Hierosolyma, noluerunt habitare in Iudæa, sed per desertũ ad Ægyptios confugerunt. Et recte appellantur iumenta austri, siue quadrupedes in deserto, quia respuerunt no titiam Dei, & contempto eius imperio, ad Ægypti simulacra fugerunt, spẽ habentes in Pharaone, cui quæ innixus fuerit, quasi si incũbat harundini, quæ fracta manum vulneret innitentis. De istiusmodi iumentis & filij Chore loquebãtur iu psalmo: *Homo cum in honore esset, non intellexerit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Quodq; sequitur: Hæc via corũ scandalum ipsis, recte super præsenti capitulo intelligi potest, quod via deserti illis fuerit in ruinam. Legisse me noui, iumenta austri & quadrupedes in deserto, qui Iudææ terminos relinquentes, ad Ægypti tenebras confugerunt, referri ad spiritualia nequitiæ in cælestibus, & rectores tenebrarum istarum, qui vniuersas diuitias & pristinas opes Ægypti desiderio perdiderunt. Hoc ille dixerit. Nos iuxta tropologiam, vt quæ necdum proposuimus disseramus, dicimus omnes qui creatore deserto, seculi erroribus se dederunt, esse quadrupedes in deserto istius sæculi, à quo frustra sperent auxilium, cum verum Dei auxilium dereliquerint.

a ¶ *In*

me. Et est sensus: Quoniam in Ægyptiis vanum auxilium est præcepi ei, id est Hierusalem, siue clamaui: quod Ægyptij regni tantum haberent vocabulum, & absque viribus superbiam, & Israel in terra sua sedere, vel habitare deberet, nec frustra ab infirmis auxilium petere.

c ¶ *Nũc ingressus scribe eis super, &c.*] Aiunt Hebræi, quoniã in prophetis vnus sit spiritus, & omnia apud dominum iuncta sint tempora, Hieremiæ præcipi, & Dei esse mandatum, vt ingressus Ægyptum scribat eis super buxum, quod lignum est imputribile, siue vt Symmachus transtulit, ἐπὶ πινακί, id est, super latissimam tabulam. Eis autem, haud dubium quin Iudæis, & in libro diligenter edisserat, ita vt nulla difficultas sit lectionis, vt quando vaticiniũ fuerit rebus expletum, tunc intelligant verum prophetarum esse sermonem. Manifesta transcurrimus, vt in obscurioribus immoremur.

d ¶ *Populus enim ad iracũdiam &c.*] Perspicuum est, quod ad iracũdiam prouocauerint Dominum, Hieremiæ verba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis videre, quod nolumus: noli nobis interdicere viam Ægypti, nec quæ recta sunt prædices: sed loquere quod nobis placet, vt pergamus in Ægyptum, quod cumulent peccata peccatis.

Quid nobis ingeris quod nõ libenter audimus? quid monstras viam per quam ingredi nolumus? Quid frequenter ingeminas auribus nostris: Hæc dicit Dominus sanctus Israel. Cesset à nobis ista prædicatio. Secundum tropologiam, omnes hæretici mendaces filij appellantur. *Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis*: qui non audiunt interioris hominis auribus legem Dei, & ecclesiarum loquũtur magistris: Nolite nobis videre quæ recta sunt, nec gehẽnæ flammas cõminemini, sed promittite nobis regna cælorum: vt post luxuriã, & delicias, pandatur nobis paradisus. Quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen sancti Israel, siue verbum Israelis, quod mei pectoris arcana non penetrat? Quod quidem, & ad populum ecclesiæ dicitur negligentem, si auersetur austeritatem magistrorum, & adulatoribus faueat.

e ¶ *Propterea hæc dicit Dominꝰ sanctus Israel, &c.*] Quia inquit, supra dixistis: Cesset à facie nostra sanctus Israel, siue vt Lxx. transtulerunt, ἀφέλετω δὴ ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραήλ, id est auferte à nobis verbũ Israel: Idcirco hæc dicit Dominus sanctus Israel, & nolentibus vobis se ingerit, vt quem neglexistis cõmonentem, sentiatis punientem. Habuistis fiduciam in Ægyptiorum calumnia atque mẽdacio, & innixi estis super tumultu eorum, siue cõtradictione & superbia, vt Symmachus & Theodotio interpretati sunt. Propterea verteretur vobis hæc iniquitas, siue peccatum, vt sitis quasi murus cadẽs subito ciuitatis firmissimæ & captæ, cuius repentina aduenerit ruina, ita enim Lxx. transtulerunt. Et est sensus iuxta Hebraicum: Quomodo interruptio muri altissimi, qui longam traxit ruinam, difficile instaurari potest, & pristinũ decorem recipere: sic vobis veniet repentina contritio. Et vt alia vtar similitudine: Sicut vas figuli si cõfringatur cõtritione perualida, ita comminuitur in frusta, vt vix parumla testa remaneat de fragmentis in qua portetur igniculus, aut paululũ aquæ de lacuna hauriatur, & fouea sic vos cum feritis

a ¶ *In terra tribulationis, &c.*] Pro leone, Hebraico scriptum habet d לישׁ, & pro regulo volante, quem Lxx. genimina aspidum volantium transtulerunt, in Hebraico est e שרף מעופף dicitur cuolans, g שרף nos appellare possumus comburentem. Rursum in eo loco vbi nos interpretati sumus, *portantes super humeros iumentorum*, pro iumentis, omnes similiter transtulerunt πώλους, id est pullos asinorum. Terra autem tribulationis, & angustiæ, latissimam eremi significat vastitatem, per quam reliquiæ Hierusalem cum Iohanan filio Careæ, & filiabus regis Sedechiæ, sublatis omnibus quæ habere poterant, ad Ægyptum transfugerunt. Leænam quoque & catulum leonis Hierusalem & populum eius μεταφορικῶς intellige dicente Balaam in Numeris: *Ecce populus, vt leæna consurget & quasi leo erigetur: Non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.* In Ezechiele quoque scriptum est: *Assumat plantẽtũ super principem Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos?* Ac ne putaremus vere scripturam sanctam de leæna & leone dicere contra naturam rerum loquitur, quod de leæna & leone nata sit vipera, & regulus volans, siue genimina aspidum volantia, quod videlicet de malis parentibus peiores generati sint liberi, de quibus & euangelium loquebatur: *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura?* Et ad terram dicitur Israel: Tu es terra, in qua non pluit, nec imber venit super te in die iræ, cuius principes in medio eius, quasi leones rugientes, rapientes prædam, animas deuorantes per potentiam. Ista genimina viperarum, siue aspidum volantiũ id est principes populi, & omnis impiorum turba, *ierunt ad populum, qui eis prodesse non potuit*, dicente Hieremia quod *traderet Dominus Pharaonem Vafre regem Aegypti in manum inimicorum eius, & in manus quærentium animam illius: & consumerentur omnes viri Iuda, qui erant in terra Aegypti, gladio & fame, vsque ad internecionem*: in tantum vt tradant Hebræi, prius quam Nabuchodonosor Ægyptum caperet, Hieremiam & Baruch imminentem captiuitatem morte vitasse. Leænam & catulum leonis quidam cælestem Hierusalem, & deiectum ex ea populum exposuit, regulumque volantem, & viperas, & genimina aspidum, illum de quo supra legimus, colubrum tortuosum, & de quo Sabiator in Euangelio loquebatur: *Videbam satanam quasi fulgur de cælo cadentem*: qui draco appellatus in Apocalypsi, tertiam partem stellarum secum detraxit in terram, quæ peruersitate scientiæ priores diuitias perdiderunt, deferentes eas in Ægyptum huius sæculi.

b ¶ *Ideo clamauit super hoc: superbia tantum est quiescere.*] Pro quo nescio quid volentes Lxx. transtulerunt: annuncia ista, quoniam vana est consolatio vestra hæc. Porro Symmachus παρὰ χαλκὸν κατοικεῖν, id est tumultus sunt, vt habitent. Verbum Hebraicum h רהב Aquila, ὄρμημα, id est, impetum & superbiam: Symmachus turbationem, Lxx. μάταια, id est vanitatem: Theodotio, latitudinem interpretati sunt: quod tribus literis scribitur, i רחב & ipsum est quod in psalmis legitur: *Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.* Et est sensus: Quoniam in Ægyptiis vanum auxilium est præcepi ei, id est Hierusalem, siue clamaui: quod Ægyptij regni tantum haberent vocabulum, & absque viribus superbiam, & Israel in terra sua sedere, vel habitare deberet, nec frustra ab infirmis auxilium petere.

c ¶ *Nũc ingressus scribe eis super, &c.*] Aiunt Hebræi, quoniã in prophetis vnus sit spiritus, & omnia apud dominum iuncta sint tempora, Hieremiæ præcipi, & Dei esse mandatum, vt ingressus Ægyptum scribat eis super buxum, quod lignum est imputribile, siue vt Symmachus transtulit, ἐπὶ πινακί, id est, super latissimam tabulam. Eis autem, haud dubium quin Iudæis, & in libro diligenter edisserat, ita vt nulla difficultas sit lectionis, vt quando vaticiniũ fuerit rebus expletum, tunc intelligant verum prophetarum esse sermonem. Manifesta transcurrimus, vt in obscurioribus immoremur.

d ¶ *Populus enim ad iracũdiam &c.*] Perspicuum est, quod ad iracũdiam prouocauerint Dominum, Hieremiæ verba audire nolentes. Qui dixerunt ei: Noli nobis videre, quod nolumus: noli nobis interdicere viam Ægypti, nec quæ recta sunt prædices: sed loquere quod nobis placet, vt pergamus in Ægyptum, quod cumulent peccata peccatis.

Quid nobis ingeris quod nõ libenter audimus? quid monstras viam per quam ingredi nolumus? Quid frequenter ingeminas auribus nostris: Hæc dicit Dominus sanctus Israel. Cesset à nobis ista prædicatio. Secundum tropologiam, omnes hæretici mendaces filij appellantur. *Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis*: qui non audiunt interioris hominis auribus legem Dei, & ecclesiarum loquũtur magistris: Nolite nobis videre quæ recta sunt, nec gehẽnæ flammas cõminemini, sed promittite nobis regna cælorum: vt post luxuriã, & delicias, pandatur nobis paradisus. Quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen sancti Israel, siue verbum Israelis, quod mei pectoris arcana non penetrat? Quod quidem, & ad populum ecclesiæ dicitur negligentem, si auersetur austeritatem magistrorum, & adulatoribus faueat.

e ¶ *Propterea hæc dicit Dominꝰ sanctus Israel, &c.*] Quia inquit, supra dixistis: Cesset à facie nostra sanctus Israel, siue vt Lxx. transtulerunt, ἀφέλετω δὴ ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραήλ, id est auferte à nobis verbũ Israel: Idcirco hæc dicit Dominus sanctus Israel, & nolentibus vobis se ingerit, vt quem neglexistis cõmonentem, sentiatis punientem. Habuistis fiduciam in Ægyptiorum calumnia atque mẽdacio, & innixi estis super tumultu eorum, siue cõtradictione & superbia, vt Symmachus & Theodotio interpretati sunt. Propterea verteretur vobis hæc iniquitas, siue peccatum, vt sitis quasi murus cadẽs subito ciuitatis firmissimæ & captæ, cuius repentina aduenerit ruina, ita enim Lxx. transtulerunt. Et est sensus iuxta Hebraicum: Quomodo interruptio muri altissimi, qui longam traxit ruinam, difficile instaurari potest, & pristinũ decorem recipere: sic vobis veniet repentina contritio. Et vt alia vtar similitudine: Sicut vas figuli si cõfringatur cõtritione perualida, ita comminuitur in frusta, vt vix parumla testa remaneat de fragmentis in qua portetur igniculus, aut paululũ aquæ de lacuna hauriatur, & fouea sic vos cum feritis

in Ægyptum, persequente vos illuc Nabuchodonosor, vsq; ad internecionem peribitis. Hæretici quoque, & omne dogma contrarium veritati, confidunt in calumnia atque mendacio, & musſitant iuxta Lxx. contra creatorem suum: Propterea impietatis eorum ciuitas destruetur, quam ædificauit Cain, cui veniet repentina
Gen.4.c perditio, cum capta fuerit ab ecclesiasticis viris, & ita destructa & cõminuta, vt nihil in ea remaneat quod possit ignem emortuum reaccendere, & saltem cænosam, & paruulam aquam populis præbere sitientibus.

a ¶ *Quia hæc dicit Dominus Deus, &c.*] Sanctus ait: cuius
Hier. 1,18.b supra nomen tacuerã, ipse est Dominus Deus, qui vobis & per Hieremiam loquitur: Si agatis pœnitentiam, & vel vitia relinquatis, vel errorem praui consilij, & maneatis in Iudæa, non Babyloniorum impetum sed mea præcepta metuentes, salui eritis. Quiescite, & sperate in Domino: & fidei in promissis meis robur arripite, quia contemnentes præcepta vitalia, desperatione dixistis, nequaquam ita erit vt loqueris, sed ad equos confugiemus Ægyptios: & concito ad eos atque veloci pergemus gradu. Quia igitur ista dixistis, fugietis quidem, & pernici cursu intrabitis Ægyptum: sed velociores erunt Babylonij, qui vos vsque ad Ægyptum persequentur, tantusque terror atque formido obtinebit Ægyptum, vt vno Chaldæo mille Ægyptij resistere nequeant, & quinque hostibus, fugientium plurima multitudo: iuxta illud quod
Deut. 28.a in Deuteronomio legimus:
32.c *Dabit te Dominus, vt corruas in conspectu inimicorum tuorum. Via vna egredieris ad eos: & per septem vias fugies à facie eorum, & eris in dispersione in cunctis regnis terræ* Iuxta Anagogen & Lxx. editionẽ: omnes ad pœnitentiã peccatores, & præcipue hæreticos cohortatur sermo diuin⁹, quod tum reuersi à vitiis ingemuerint, & egerint pœnitẽtiã, salui fiant: & tunc intelligant vbi prius fuerint, & quod frustra in vanis sperauerint. Cũque eos ad pœnitentiã cohortetur: illi econtrario confidunt in falsis magistris, & in incerto sæculi,
Deut.17.d Deique verba audire nolentes, equos Ægyptios desiderant, & eorum velocitate lætantur quos multiplicari dominus prohibuit. Idcirco ecclesiastici viri eos velociter persequentur, & vnius bellatoris vocẽ, siue quinque pugnãtium, quod ad mentem, & ad quinq; sensus referre debemus, mille homines, & incognita turba fugientiũ sustinere non poterũt.

Hier.46.b b ¶ *Donec relinquamini, &c.*] Scribit & Hieremias, quod interfectis gladio & fame his qui in Ægyptũ confugerãt, pauci remanserint qui reuersi sint in Iudæã. Et quomodo si fracta naui, & cõpage illius dissoluta, sola arbor quæ malus dicitur remaneat, & ponatur pro signo in summitate montis, siue in excelso colle: Sic pro signo atque vestigio, vix vnus & alter resideant, ad Dei potentiam demonstrandam. *Et tunc*, inquit, *scient omnes reliquiæ Iuda, qui nunc ingrediuntur terram Ægypti, vt habitent ibi: cum reuersi fuerint in terram Iudæam, cuius sermo compleatur, meus an illorum.*

c ¶ *Propterea expectat Dominus, vt misereatur, &c.*] Grandis clementia Dei, vt expectet nostram pœnitentiam: & donec nos à vitiis conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur. Ideo autem miseretur & parcit, vt exaltetur illius misericordia: & bonitas creatoris nota cunctis fiat. Vel certe iuxta illud quod in Euangelio loquitur: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me*: idcirco Ioan.12.c exaltatur in cruce, vt parcat omnibus. Ipse est enim Deus iudicij: & beati sunt omnes qui expectant Dominum expectantem conuersionem suã. Quorum sit autem & quæ ista conuersio, sequentia verba monstrabunt.

d ¶ *Populus enim Sion habitabit, &c.*] Iudæi hæc ad Cyri tempora referunt, quando de Babylone in Iudæam reuersus est populus sub Zorobabel & Iesu pontifice. Nos autem, vt sæpe iam diximus: omnes repromissiones quæ excedunt mediocritatem illius temporis ad Christi referamus aduentum, in quo captiuus quondam populus passione Domini liberatus, habitauit in Sion, & Hierusalem: in specula videlicet & in visione pacis, hoc est in ecclesia. Porro quod in Lxx. verbum additur sanctitatis, qui dixerũt: populus enim sanctus in Sion habitabit, sic interpretari possumus, vt dicamus nullum habitare in Sion, nisi eum qui sanctus sit, & audiat dicentem Dominum: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum.*

Luc.10.b

c ¶ *Plorans nequaquam plorabis, &c.*] Cum reuersus fuerit in Sion, & habitauerit in Hierusalem, nequaquam plorabis vt ante plorauerat, sed fletus tuus vertetur in gaudium: *Beati enim flentes, quia ipsi ridebunt.* Et postquam clamaueris & dixeris ad Dominum: *Clamaui in toto corde meo exaudi me Do-*
Luc.6.d *mine*: Et iterum: *Clamaui miserere mei, & custodiam mandata*
Psal.118.d Et alibi *Expectaui in matutino & clamaui*: & tam clara fuerit
Ibid.c vox tua, vt cælos penetret: statim tibi Dominus respondebit: & similis eris Moysi, de quo scriptum est: *Loquebatur*
Exod.19.d *Moyses, & Dominus respondebat ei.*

f ¶ *Et dabit vobis Dominus panẽ arctum, & aquam, &c.*] Si ad Zorobabel hæc referimus tempora, facilis interpretatio est, quod nõ fuerit sub eo perfecta lætitia, dicente Dauid: *Cũ*
Psal.125.c *conuerterit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati*: vt non consolationẽ plenam atque perfectam, sed similitudinem consolationis acciperent. Sin autem ad Saluatoris aduentum, panis arctus & aqua breuis iuxta Apostolum Paulum, & hunc eundem Esaiã prophetã, euangelicus sermo prædicitur, qui pro laciniosis legis obseruationibus, atque mandatis, in vno verbo recapitulauit omnia: *Dili-*
Gal.5.a Sup.10.f *ges proximum tuum sicut teipsum.* Consummatum enim &
Rom.9.f abbreuiatum sermonem fecit dominus super terram.

Hier.23.f Luc.3.d g ¶ *Et non faciet amplius, &c.*] Multũ in hoc loco Lxx. editio, Hebraicumq; discordant. Primum ergo de vulgata editione tractabimus, & postea sequemur ordinem veritatis. Cum intellexerint atq; perspexerint cordis oculi veritatẽ, & eos qui se prius deceperant, tota mẽtis ratione cognouerint & auribus eruditis post tergum decipientium verba perspexerint: semper enim cæcam corporis partem decipere festinant: iuxta illud quod in psalmo legimus: *Vt sagittent in obscu-*
Psal.10.a

obscuro rectos corde, qui tantam sibi assumunt auctoritatẽ, vt seu dextra doceant, seu sinistra, id est, siue bona, siue mala, nolint discipulos ratione discutere, sed se præcessores sequi: Tunc hi qui prius decipiebant, nequaquã vltra ad eos valebunt accedere, postquã se senserint intellectos. Porrò iuxta Hebraicum, & facilis & vera explanatio est. Cum enim dominus credentibus dederit panem arctum, & aquam breuem, nequaquam vltra faciet auolare ab eis illum qui docet hominem scientiam: sed semper videbũt oculi eius præceptorẽ suum, & aures illius verbum post tergum monentis exaudient, atque dicentis: *Hæc*
Nu.20.c *via recta est, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram*: secundũ illud quod alibi legitur: *Nec ad dexteram, nec ad sinistram declinabimus: via regia gradiemur.* Invtraque enim parte quicquid supra modum est, in vitio est. Et de dexteris partibus dicitur: *Ne sis iustus*
Eccl.7.c *multũ.* De sinistris autẽ, quod in hœdorum, & in pereuntiũ parte ponantur, nulla dubitatio est.

a ¶ *Et contaminabis, &c.*] Cũ intellexeris veritatem, & decipiẽtes ad te nõ accesserint, sed oculi tui viderint præceptorẽ tuum, & aures tuæ semper audierint: *Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Tunc omnes errores & idola, ac similitudines veritatis, quæ artifex lingua cõposuerat, in splẽdore eloquẽtiæ, quod interpretatur argentũ: & in ratione sapientiæ, quod aurũ sonat, comminues atque disperges: & ita iudicabis immunda, vt menstruatæ mulieris sordidissimo sanguini compares, quod verbis aliis aquã menstruatæ, Lxx. transtulerũt.

b ¶ *Et dabitur pluuia semini tuo, &c.*] Scriptũ est in Regum
3.Reg.18.g 4.Reg.4.g Ioan.6.b volumine, quod postquã interfecti sunt ab Elia pseudoprophetæ, data sit pluuia terræ Israel, & quod panis Helisæi, & postea Saluatoris, vberrimus fuerit atq; pinguissimus: & tãta habuerit plenitudinẽ, vt multa hominũ millia ex eo saturata sint. Ita & in præsẽti loco, nõ prius dabitur pluuia semini spirituali, & panis terræ vberrimus atq; pinguissimus, nisi idola deargentata, & deaurata fuerint comminuta, & reputata in ster-
Ioan.6. quiliniũ. Nisi enim vitia recesserint, virtutes non subeũt.

Apoc.14.a Psal.17.g Matt.21.a c ¶ *Pascetur in possessione tua, &c.*] In rerum omnium abundantia, cœlesti pluuia descendente, & illo pane qui de cœlo descendit, quem qui comederit, numquam esuriet, pascentur agni in loco spatioso. limo, qui sequuntur agnum quocumque vadit, & qui semper ad dexteram sunt. Tauri autem principes gregis, de quibus legimus: *Congregatio taurorum in vaccis populorũ*: & pulli asinorum, quibus sedẽs dominus ingressus est Hierusalem, qui operantur terram, sic de area comedent, vt fuerit ventilatum, ne quid videlicet in cibo eorum mistum sit palearum, de quibus in Hieremia scriptũ est: *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus?* & quæ in Euangelio comburuntur igni inextinguibili. Porrò iuxta Lxx. iumenta quæ necdum rationis, sapiẽtiæque sunt plena, & de quibus vnum loquitur ad Deum: *Sicut iumentum factus sum apud te*, pascentur in loco pinguissimo & spatioso, qui non affert spinas & tribulos, sed quasi terra Israel lacte & melle decurrit, & plenam pascentibus tribuit libertatẽ. Tauri autem & boues qui operantur terram, id est, Apostoli & viri Apostolici, de quibus & Apostolus Paulus scriptum interpretatur: *Non alligabis os boui trituranti. Nũquid de bob⁹*
1.Cor.9.b *cura est Deo?* Sed vtique de his dicit, qui operantur ter-

ram suam: & de quibus idem loquitur. Dei agricultura, Dei ædificatio sumus. Pater enim agricola est, & Christus vinea: 1.Cor.3.b Ioan.15.d comedent paleas mistas cũ hordeo ventilato. Legimus quod Isaac hordeum seuerit, & quia apud Allophylos erat, centenariam hordei frugem receperit. Et Osee: *Coro & dimidio* Gen.26.c *coro hordei* conduxit mulierẽ Osee 3.a adulteram. Saluator quoque Ioan.6.a quinque millia virorum, qui adhuc sensibus corporis seruiebant, & legem sequebantur Moysi, hordeaceis panib⁹ saturauerat: Qui in alio loco frangens septem legis panes, Matt.15.d & in frusta cõminuens, quatuor millia viros repleuit triticeis panibus, qui euangelicum numerum sequebantur. Istiusmodi populi comedũt, & partem palearum, dum in quibusdam sequũtur literam: & tamen per paleas & hordeum paulatim proficiunt, vt transeant ad frumentum.

d ¶ *Et erunt super omnem montem, &c.*] In hoc loco Iudæi multos interfectos, & ruentes turres, ad Romani imperij referunt potentiam, de quibus & Apostolus loquitur: *Tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio* 2.Thes.2.b *fiat.* Quod scilicet in illo tempore tanta beatitudo sit populi Israel, vt non solum valles atque campestria: sed omnes montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Matt.5.a Nos autem montes, & colles, eos intelligamus, qui in excelsum virtutibus eleuati sunt: qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quos Dominus Ioan.4.b Psal.67.f Ioan.7.f prouocat ad bibendum. Qui enim biberit de aquis eius, *non sitiet in æternum.* Vnde & in psalmo legimus: *Benedicite dominũ de fontibus Israel.* Et in Euangelio dicitur: quod omnis qui biberit de aquis Iesu, *flumina aquæ viuæ fluent de ventre* Psal.35.c *eius.* Et ad Deum sanctus loquitur: *Quoniam apud te est fons* Ibid.45.a *vitæ*, de quo purissimum flumen egreditur, super quo rursũ Hier.2.c scriptura commemorat: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et in alio loco: *Fluuius Dei repletꝰ est aquis*: ille videlicet, qui loquitur per Hieremiam: *Me dereliquerunt fontem aquæ* Matt.20.b *viuæ.* Hoc autem tunc fiet, cum interfecti fuerint, siue perierint plurimi. *Multi enim vocati, pauci vero electi.* Et cum ceciderint turres, siue dæmonum potestates, siue superbi quique & arrogantes & magni in isto sæculo, de quibus & in psalmis dicitur: *Vidi impium elevatum, & exaltatum sicut ce-* Psal.6.g *dros Libani: & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Has turres ædificare cupiebant, qui moUerunt pedes suos de Oriente, quorum linguæ in Babylone confusæ sunt: & illi super quos cecidit turris Siloe.

Gen.12.a Luc.13.a c ¶ *Et erit lux lunæ, &c.*] Miror quomodo in præsenti loco verba Hebraica כ ולבנה & חמה: quæ Aquila interpretatur x lebana albam & calorem, per quæ lunam solemq; significat: supra *h*amma iidem Lxx. laterem & murum transtulerint, in eo loco vbi scriptũ est: *Et erubescet luna, & sol confundetur.* Pro quo illi Sup.24.d interpretati sunt: *liquefient lateres, & ruet murus*: & nunc idẽ sequentes Hebraicum, lunam, solemque transtulerint. Vnde mihi datur suspitio, non eos errasse à principio, sed paulatim scriptorum vitio depraua tos. Neque enim fieri potest, vt qui in hoc loco eadem verba bene interpretati sunt, in superioribus errauerint. In die ergo interfectionis multorum, cum arrogantes superbique corruerint, & qui posuerunt in cœlum os suum, didicerint esse se terram: erit lumen lunæ, sicut lumen solis, quando dederit dominus cælum nouum, & terram nouam, & transierit habitus mundi huius, vt lunæ

& sol laboris & cursus sui præmia consequantur. *Etenim expectatio creaturæ revelationem filiorũ Dei præstolatur: quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei*: Licet ea quidem organa lucis intelligentes, insensibilia esse contendant. Luna ergo solis fulgorem accipiet. Nec mirum hoc de clarissimo sentire elemento, cui principatus noctis est traditus, cum de sanctis quoque scriptum sit, *Fulgebit iusti quasi sol*. Et sol septuplum lumen accipiet, sicut fuit lux septẽ dierum, quando ab initio creatus est mundus: quamquam septẽ dies, Lxx. non trãstulerint: quando dominus alligauerit vulnus populi sui, siue sanauerit contritionem populi sui, quando implebitur illud quod scriptum est: *Fugiet dolor, & mœror & gemitus*: quando subintrãte plenitudine gentium, saluus fiet omnis Israel: aut certè quando vltio eorum venerit: quorum sub altari clamant animæ: *Vsquequo non vlcisceris sanguinem*

HEB.
erit septuplum, sicut lux septẽ dierũ: in die qua alligauerit dominꝰ vulnus populi sui, & percussurã plagæ eius sanauerit.

SEPT.
solis septuplum, in die quando sanauerit Dominus contritionem populi sui: & dolorem plagæ tuæ curauerit.

nostrũ, de his qui habitant in terra? Et hoc considera quod nõ dixerit, quando sanauerit contritionẽ populi sui Israel, siue Iacob, sed absolutè populi sui, vt omnes Deo significet seruientes. Quidam locum istum, & omnia quæ in hoc repromissionum capitulo continentur, ad cœlestẽ referunt Hierusalem, & ad reuersionem populi eius: quando implebitur illud quod scriptũ est. Cælũ & terra pertransibunt. Alij ad Heliæ tempora: & ipsum dicunt esse, de quo scriptum est: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ: & aures tuæ audient verbum post tergum monentis*: tunc de montibus & collibus iuxta fabulas poëtarum, & Saturni aureum sæculum, lactis riuos fluere, & de arborum foliis stillare mella purissima. Quæ qui recipiunt, mille quoq; annorum fabulam, & terrenorum Saluatoris imperium Iudaico errore suscipient, non intelligentes Apocalypsim Ioannis in superficie literæ, medullatæ Ecclesiæ sacramenta contexere.

Commentarij Noni in Esaiam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN DE CIMVM COMMENTARIORVM
ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM,
PROOEMIVM.

DECIMVS *liber, quem nunc habemus in manibus, Nono & Vndecimo minor erit numero versuũ, non sensuũ magnitudine. Sequitur enim eũ Sennacherib atque Rabsacis, & Ezechiæ regis historia: quæ nec iungi cum præcedentibus poterit, propter enormem voluminis magnitudinem, nec diuidi propter gestorum continentiam. Itaque vt voluisti virgo Christi Eustochium: & vt in commune placuit, sicut & superiores ante dictaui. & hunc & reliquos, si Christus annuerit, dictabo libros: vt prophetias sibi copulem, nec eas inter se lacerem atque discerpam in alterius finem, & alterius principium. Audio præterea scorpium mutum animal & venenatum super sponsione quondam commentarioli mei in Danielem Prophetam, nescio quod mussitare, imo ferire conari in suo purè moriturum. Cuius næniæ & lugubres cantilenæ necdum mihi proditæ sunt: & idcirco dilata responsio: magisque obediendum tibi est, & sancto atque eruditissimo viro fratri tuo Pammachio, qui insatiabili studio me per literas cogit, expleto Esaia transire ad Ezechielem: cum ego & ætatis & corporis imbecillitate confectus: notariorumque penuria, qui me possent suis ministeriis adiuuare, in eodem adhuc luto hæsitem, & vix partem Esaiæ mediam in hoc volumine siniturum esse me credam. Quod si te orante compleuero, arripienda erunt & reliqua: quæ à quartodecimo Ezechiæ regis anno habebunt initium.*

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM
LIBER DECIMVS.

CAP. XXX.

ECce nomen Domini, &c.] Dicamus primum iuxta Hebraicũ. Pendent ex superioribus, quæ dicuntur: Corripuerat sermo propheticus eos qui contempto auxilio Dei, propter Babyloniorum metum ad Ægyptios confugiebant: & est cõminatus descẽdentibus, ibi eos esse morituros. Rursumque post pœnas, eos qui illum audire

CAP. XXX.

HEB.
ECce nomen Domini venit de longe: ardens furor eius, & grauis ad portãdum. labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis de-

SEPT.
ECce nomen Domini venit post tẽpus multum: ardens furor cum gloria. eloquium labiorum eius. Eloquium iræ plenum: & ira furoris, sicut ignis de-

nem suam, & ad puniendos lõgo post tẽpore veniat peccatores & in cunctos sententiam proferat: spiritu q; oris sui interficiat impiũ, quẽ frenũ appellat fuisse populorũ: nõ quo subiectos regeret, sed quo subditos sibi traheret ad ruinam. Ponit quoq; similitudinem torrentis vsque ad collum inundantis, vt finẽ omnium venisse testetur. Sicut enim torrens suffocat eum, ad cuius collum vsq; peruenerit: sic iudiciũ Dei nemini impunitũ abire patietur. Cum autẽ frenũ, quod in maxillis erat omniũ gẽtiũ, cum subditis ei gẽtibus perdiderit & ad nihili deduxerit: tũc vobis, inquit, sãctis qui meis iussionibus obeditis, erit cãticũ sicut nox sanctificatæ solẽnitatis, quãdo egressi estis de Ægypto, & in solẽnitate paschæ iugũ seruitutis Ægyptiæ proiecistis, dicentes in mari rubro Pharaone submerso: *Cãtemꝰ dño, glorioseꝰ enim magnificatꝰ est*: & cordis tãta lętitia, vt imitemini eos, qui ad tẽplũ primitiua portãtes, & inuei torcularia deferẽtes munera, pergũt cũ tibiis, cordis gaudia carmine demõstrãtes. Hæc iuxta ebr. breui sermone perstrinxi. In vtraq; autẽ editione annotandũ est, quod non dominus

dominus, sed nomen Domini post multum tempus adueniat, de quo in psalmis dicitur: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis*. Et ipse loquitur in Euãgelio: *Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me*. Pulchreque post multum tempus venire dicitur, loquente humana impatientia: *Vsque quo Domine oblinisceris me in finem: quamdiu auertis faciem tuam à me*? Ardens quoque furor eius venit cum gloria vt quem in humilitate contẽpsimus in maiestate timeamus. Hoc ipsum & in psalmis scriptũ est: *Deus manifestè veniet: Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida*. Ipse enim loquitur in Euangelio: *Ignẽ veni mittere super terram, & quam volo vt ardeat*: Rursus in alio psalmo legitur: *Vox Domini intercidentis flammam ignis*, vt quicquid in mũdo est fœni, lignorũ, & stipulæ, rapiens flamma consumat. Vnde & Deus ignis dicitur esse consumens. Quodque infertur, Ira furoris eius quasi ignis deuorabit. Plerique nostrorum iram furoris domini diabolum interpretantur, cui tradimur ad puniendum, qui iuxta librũ Samuelis commouit Dauid, vt numeraret populum Dei. Et Apostolus loquitur, *tradere huiuscemodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat*. Hic autem ipse furor, & ira furoris domini nihil suo faciet arbitrio. Sed quod sibi fuerit imperatum. Vnde sequitur, *Eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum*. Spiritus quoque eius quasi aqua in valle, trahens veniet vsque ad collum, vt supplicia super peccatores faciat redundare. Qui diuidetur pro qualitate meritorum, vt perdat atque conturbet gentes, quas vanus error seduxerat, & se intelligãt supplantatas. Vnde ad huiusmodi homines dicitur, qui in mundi huius potentia prævalebant, & suo delectabantur errore, non eos semper hoc esse facturos. Præcipueque locum istum & totam cõtinentiam capituli aduersus hæreticos, & omnia dogmata, quæ sunt contraria veritati, dicta quidem nostrorum putant: quod cum iudicij tempus aduenerit, nequaquam ingrediantur sancta eius & mõtem, id est, ecclesiam domini, ne sub religionis nomine diuitias congregent: abutanturque luxuria, quasi domini festa celebrantes. Iudæi de Gog & Magog, gentibus, quas putant ab Aquilone venturas, id est, de Scythiæ partibus hæc intelligunt, super quibus Ezechiel plenius loquitur.

a ¶ Et *auditam faciet Dominus, &c.*] Poterã iuxta Hebraicum, quid mihi videretur currens legentibus indicare: sed quid faciam quorundam studiis, qui nisi Lxx. interpretum editionem displicuero, imperfectum opus me habiturum esse denunciant? Sequar igitur cœptum ordinem differendi. Vox domini atque præceptum omnibus nota fiẽt, & fortitudo brachij illius cunctis patebit: quando retributionis tempus aduenerit, flammæ & turbinis, grandinisque magnitudine, & pondere lapidum deferetur. Super quo Ezechiel in prophetia, vt diximus, Gog, & Magog, pleno sermone scribit. Ad vocis eius imperiũ pauebit Assur virga percussus. Omnis impius, omnis imitator gentis inimicæ, non quo in die iudicij solus sit feriendus Assyrius, sed quo per Assyriũ diabolum intelligamus. Deniq; sequitur: Et erit transitus virgæ fundatus, quã requiescere faciet dominus super eũ. Et est sensus: Nequaquam eum virga percutiet, & eam rursus leuabit, ac more cædentium finem faciet verberandi: sed quasi fundatam & alta radice defixam, in pœnis eius faciet permanere. Quod si ita intelligitur, vbi erit pœnitentia diaboli? præsertim cum dicatur peccatoribus: *Ite in ignem æternũ, quẽ præparauit Deus diabolo & angelis eius*. In tympanis & in cytharis, & bellis præcipuis expugnabit eos. Dæmones videlicet & omnes impios cum gaudio omniũ Dominus expugnabit. Abheri quippe & à præterito tempore præparata est à rege domino Tophet, id est laca & spaciosa gehenna, quæ eos æternis vrat ardoribus. Nutrimẽtum eius & fomes ignis est, & ligna multa, id est flamma perpetua, & supplicia peccatorum. Et quoniã sicut de camino & fornace ignis ardentis, propheticus sermo prædixerat, seruat metaphoram: vt flatu & spiritu ac volũtate domini hanc succendi sciamus: misto sulphure, quod flãmas excitat, vt faciat acriora tormenta. Porro quod iuxta Lxx. dicitur: *Ad vocẽ domini superabuntur Assyrij, plaga cum percusserit eos: & erit ei in circuitu vnde fuerat ei spes auxilij, in quo confidebat: ipsi cum tympanis & cithara pugnabunt aduersũ eũ ex commutatione*: illud significat, quod aduersum diabolum cõsurgant, qui ei quondam subditi fuerãt, & cum gaudio atque lætitia dimicent contra eum ex cõmutatione subita: dum intelligẽtes errorem suum, destruunt eum, à quo decepti fuerant. Diciturque ad illum, quod ab initio seipse deceperit, regnum suum arbitrans sempiternum, cui præparata sint gehenna, & æterna supplicia.

CAP. XXXI.

VAE qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt

HEB.
deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihili: & frenum erroris quod erat in maxillis populorum Canticum erit vobis, sicut nox sanctificatæ solẽnitatis: & lætitia cordis, sicut qui pergit cũ tibia, vt intret in mõtem Domini ad fortem Israel. a Et auditã faciet Dominus gloriam vocis suæ: & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris & flamma ignis deuorantis: alliidet in turbine, & in lapide grandinis. A voce enim domini pauebit Assur virga percussus, & erit transitus virgæ fundatus: quam requiescere faciet dominus super eum in tympanis, & in citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata est enim ab heri Thophet, à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

SEPT.
deuorabit: & spiritus eius, sicut aqua in valle, trahens veniet vsque ad collum: & diuidetur, vt conturbet gentes super errore vano: & abiiciatur error, & assumet eos in conspectu eorum. Numquid semper oportet vos lætari & ingredi in sancta mea iugiter: quasi festa celebrantes atque gaudentes, vt ingrediamini cum tibia ad montem domini, ad Deum Israel? Et auditam faciet dominus gloriam vocis suæ, & furorem brachij sui ostendet cum furore & ira: & flamma ignis deuorante fulminabit vehementer: & sicut aqua & grando descendens cum vi. Ad vocem enim Domini superabuntur Assyrij, plaga, qua percutiet eos, & erit ei per circuitum, vnde habebat spem auxilij, in quo confidebat, ipsi cum tympanis & cithara pugnabunt contra eum ex commutatione. Tu enim ante dies decipieris: numquid & tibi regnum paratum est: Vallem profundam, ligna posita, ignem & ligna multorũ furor domini, sicut vallis sulphure succensa.

CAPVT XXXI.

VÆ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt

CAP. XXXI.

VAE qui descendunt in Aegyptũ ad auxiliũ, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. Ipse, &c.] Post onus iumentorum Austri, & eos qui portabant in Ægyptum diuitias suas ad populum, qui eis prodesse non poterat, qui sperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebant fiduciam in vmbra Ægypti, sub specie reuersionis in Hierusalem, & captiuitatis laxandæ sub Cyro, de consummatione sæculi, & de perfecta iustorum beatitudine sermo propheticus nunciarat: nunc reuertitur ad eosdem, ad quos supra loquutus fuerat ne descenderent in Ægyptum. Et hoc inter præsentem locum interest

& præteritum: quod ibi præcipitur tribui Iudæ, ne descendat in Ægyptum. Hic quia contempto imperio domini descensuri sint, prophetatur: & quod à Nabuchodonosor rege Babylonio, tam Israel quã Ægyptij, tam perfugæ quam auxiliatores pariter trucidẽtur. De quo Hieremias plenissimè loquitur: Væ ergo his qui descendunt in Ægyptũ, & Chaldæorum metu domini præcepta contemnunt, sperantes in idololatris, qui Dei cultum habere se iactant: & in equorum auxilio confidentes, nesciunt scriptum: *Fallax equus in salutem*: habentq; fiduciam super quadrigis & curribus, & equitibus, nec recordantur illius cantici: *Equum & ascensorẽ deiecit in mare*. Et non sunt confisi super sanctum Israel, qui manentibus in terra Iudææ, suum per Hieremiã pollicebatur auxilium: Et dominum non requisierunt, non quo non requisierint, sed quo requisiti verba contempserint. Vnde & de malis sacerdotibus dicitur: *Qui deuorant plebem meam, Dominum non inuocauerunt. Ipse autem sapiens*, id est, dominus, *adduxit malum super eos*, & pessimum, videlicet Nabuchodonosor, siue absolutum malum, rem significans, non personam, & verba sua non abstulit, quæ loquutus fuerat per Prophetas. Quamobrem consurget super tribum Iudam domũ pessimorum: & contra auxilium Ægyptiorum, qui operantur iniquitatem. Ægyptus enim, siue Ægyptius, vt Lxx. transtulerunt, homo est, & non Deus: & equi eorum caro, & non spiritus. Vnde & in Hieremia scriptum est: *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmauit carnem brachij sui: & à domino recessit cor eius: & erit quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerint bona*. Et in alio loco scriptum est: *Vana salus hominis*, siue vt melius habetur in Hebræo, *in homine*. Cumq; dominus manum suam extenderit ad puniendũ, vt declinauerit, sub metaphora aurigæ, & frænos equorum currentium relaxarit: corruet auxiliator Ægyptius, & Israel cui præstabatur auxilium. Quæ quidem possumus intelligere, & super his, qui persecutionis tempore, & tribulationis atque angustiæ, non confidunt in Domino, sed in Ægyptiorum, id est, sæculariũ hominum auxilio: nescientes Abraham pericli tatum in Ægypto: & Dei populum, luto & lateribus in illa regione seruisse: quæ spiritualiter appellatur fornax ferrea. Vnde & in Apocalypsi Ioannis legitur: Locus in quo crucifixus est Dominus, spiritualiter vocatur Sodoma & Ægyptus.

a ¶ *Quia hæc dicit dominus ad me, quomodo*, &c.] In manifestis vnam ponimus editionẽ, maximè vbi nulla diuersitas sensuum est. Cæsis in Ægypto Israelitis, & Ægyptiis, in quorũ auxilio confidebant, & reuertuntur in Hierusalem Cyro regnante captiui. Et per duas similitudines Domini, qui se fore adiutorem promiserat, fortitudo monstratur. Sicut leo & catulus leonis esuriens, si cernat ouium gregem, nulla pastorum voce terretur, & multitudinem eorum conscius virium suarum despicit: sic Dominus exercituum præliabitur, non cõtra montem Sion, & collem eius, sed super montem Sion contra aduersarios illius. Dicamus & aliam comparationem. Quomodo aues vt defendant fœtus suos, nidos superuolant: & siue serpentem, siue hominem viderint, auesque alias ad pullos suos accedere, oblitæ imbecillitatis, rostro pugnant & vnguibus: doloremque pectoris garrula voce congeminant, sic Dominus proteget Hierusalem, & liberabit eam transiens, atque saluabit. Pro transeunte, in Hebraico a פסוח, in tribus præter Lxx. interpretibus ὑπερβαίνων, ponitur. Ex quo manifestum est pascha, hoc est, phase domini, non passionem significare, sed transitum. Quod autem dominus in similitudinem auium protector fuerit super Hierusalem, in Euangelio ipse testatur. *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt*, &c. Et in Deuteronomio dicitur de Domino: *Expandit alas suas, & suscepit eos, & portauit eos in humeris suis*.

b ¶ *Conuertimini sicut in profundũ recess.* &c.] Lxx. consimiliter prior a transtulerunt, in fine fuere diuersi, scribentes iuuenes superabuntur. Pugnãte dño super montẽ Sion cõtra aduersarios eius, & protegente eam instar auiũ. Cõuertimini ô filij Israel: siue vt Symmachus transtulit: Agite pœnitentiam, qui profundo consilio atque peccato à domino recessistis. Si enim hoc feceritis, abiicientes idola aurea atque argentea, quæ vobis fuerunt in peccatum, propter quæ vrbs vestra capta est: cadet Assur, cuius metu nunc fugitis: non gladio hominum, nec exercitus robore, sed Dei potentia. Significat autẽ angelum, à quo cẽtum octoginta quinque millia Assyriorum vna nocte deleta sunt. Ipse quoque rex Assyrius fugiet: non hominum gladium, sed iram Dei: ita vt iuuenes illius atque robusti, vectigales fiãt Medis: de quibus supra contra Babylonẽ dicitur: *Ecce ego suscitabo vobis Medos*: & fortitudo Assyrij domini terrore trãsibit atq; præteriet, omnesq; principes illius pertremiscẽt. Dixit enim Dominus, atq; pollicitus est, cuius dixisse fecisse est: & qui habet ignẽ in Sion, & caminum in Hierusalem, vt aduersarios suos instar stipulæ atque lignorũ egrediens de Hierusalẽ flamma consumat. Alius hoc quod dicitur: In die illa abiiciet vir idola argenti sui, & reliqua: sic interpretatur, vt post reditũ de captiuitate Babylonica vsq; ad aduentũ Christi, nũquã filios Israel idola coluisse testetur: Assyriũ quoque in præsenti loco significari, non ab angelo, sed à Medis esse superandũ, quod vetustissimum & quondã potens regnum post offensam domini deletum sit, victoribusque seruierit. Nazaræi locum istum sic intelligũt: O filij Israel, qui consilio pessimo Dei filium denegastis, reuertimini ad eum, & ad Apostolos eius. Si enim hoc feceritis, omnia abiicietis idola quæ vobis prius fuerant in peccatum, & cadet vobis diabolus, non vestris viribus, sed misericordia Dei, & iuuenes eius, qui quondam pro illo pugnauerant, erunt ecclesiæ vectigales, omnisq; fortitudo, & petra illius pertransibit, philosophi quoque, & omne dogma peruersum ad crucis signũ terga conuertent. Domini quippe sententia est, vt hoc fiat, cuius ignis, siue lumen est in Sion, & clibanus in Hierusalem. Ignis & lumen Hebraice eisdem scribuntur literis b אור, quod si legatur c אור, ignem sonat, si d אור, lucem. Hoc ideo dictum est, quia pro igne quem solus interpretatus est Symmachus, Aquila & Theodotio lumen transtulerunt. Quid sibi autem velit, quod in Septuaginta legitur, *Petra circundabuntur quasi vallo, & vincẽtur, qui autem fugerit capietur*, scire non valeo. Nisi forte hoc possumus dicere, quod iuuenes regis Assyrij, qui vincendi sunt atque capiendi, ita circundentur petra, hoc est, fortitudine Domini, quomodo vallo circundatur ciuitas. Porro quod sequitur, *Beatus qui habet semẽ in Sion, & domesticos in Hierusalem*, sic interpretari possumus, vt dicamus præsentis loci sensui conuenire, quod exhortetur sermo diuinus fugientes in Ægyptum, reuerti in Hierusalem, & filios procreare. Cui tanta beatitudo promittitur, vt domini

HEB.

b Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israel. In die enim illa abiiciet vir idola argẽti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatũ. Et cadet Assur in gladio non hominis, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii, & iuuenes eius vectigales erunt. Et fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius, dixit dominus, cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem.

SEPT.

Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israel. In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui: & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatũ. Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii. Iuuenes eius superabuntur, petra enim circundabuntur quasi vallo, & vincentur: qui autem fugerit, capietur. Hæc dicit dominus. Beatus qui habet in Sion semen, & domesticos in Hierusalem.

a besaion
b sion
c Sion
b aleph vau, res
c our
d or

domini defendatur & protegatur auxilio. Et in alio loco de ea scriptum sit: *Erit gloria domus huius nouissimæ super priorem*. Quod & ad Ecclesiam referri potest, visionem pacis & speculam: de qua scriptum: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*. Et alibi: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*. In hac enim ignis est & caminus, qui deuoret peccatores: & ligna, fenum, stipulam que consumat, siue lumen & clibanus, vt iustorum claritas & peccatorum pœna monstretur.

CAP. XXXII.

ECce cum iustitia regnabit, &c.] Iuxta Septuaginta interpretes, qui dixerunt: Ecce enim rex iustus regnabit, & principes cum iudicio præerunt, quæ sequuntur, superioribus copulanda sunt: his videlicet, in quibus prius capitulum finitum est: *Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem*. Iuxta Hebraicum, finita priore prophetia, de his qui in Ægyptũ descendebant, nunc alterius vaticinationis exordium est, de aduentu scilicet Christi & Apostolorum eius. Iste enim rex regnabit iustè, non accipiens personam in iudicio, & principes illius cum veritate præerunt, causas, non homines considerantes. Et quicunque sub eius vmbraculo fuerit, sic tutus erit in tribulationibus & angustiis, & in mundi istius tempestate, quomodo qui ventum & turbinem fugiens, se tuto abscondit loco: & qui purissimos fontes inuenit in deserto: & qui in vehementi æstu solis ardore cuncta torrente, sub prominenti saxo requieuerit. Vbi nos diximus, sicut riui aquarum in siti: Septuaginta transtulerunt, & apparebit in Sion quasi fluuius currens: Verbum enim Hebr., de quo supra disputauimus a צמא, quod dicitur in siti, siue in siccitate & in inuio: Septuaginta & Theodotio in Sion interpretati sunt: Pro b עין, id est, siti, legentes c עין, quæ eisdem literis scribitur. Cum ergo Christus regnauerit, & principes eius præfuerint in iudicio, non caligabunt oculi credentium, & aures audientium diligenter attendent, quæ prius surdæ erant: & cor quondam stultorum intelliget scientiã, & lingua balbutientium atq; mutorum, quæ Christum sonare non poterat, pleno aperto que sermone dominum cõfitebitur. Non vocabitur vltra is, qui stultus est, princeps. *Stultam* enim *fecit Deus sapientiam huius sæculi*. Neque fraudulentus doctor atque peruersus, appellabitur magnus in populis, scribæ videlicet & pharisæi, quibus Dominus loquebatur: *Stulti & cæci quid maius est: aurum an templum, quod sanctificat aurum?* Fatuus enim fatua loquetur, pro quo in Hebraico scriptũ est, d מי נבל נבלה ידבר. Hoc diximus, vt verba Abigail exponamus, dicentis de Nabal Carmelio: *Secundum nomen suum insipiẽs est*. Verè enim fatuus fatua loquetur, & cor eius perficiet iniquitatem: qui ibi timuit vbi non erat timor, & abutebatur stultitia pro sapientia, dicens: *Hic si ex Deo esset, non solueret Sabbathum*. Quod vsque hodie facit magister synagogarũ, vt perficiat simulationem, pro qua in Hebr. scribitur e חנפה, id est, ὑπόκρισις. Vnde sæpius ad pharisæos dicitur: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ*. Et loquitur, inquit, ad Dominum fraudulenter: *Magister, scimus quia ex Deo es: & quod ad te non pertinet de hominib., licet censum dari Cæsari an non?* Qui vacue faciũt animas esuriẽtes populi: & potũ auferũt sitientib. turbis, nec ipsi intrantes, nec alios intrare patientes. Fraudulẽti enim doctoris & principis, omnia vasa & arma sunt pessima: qui cõcinnat dolos ad perdẽdos simplices in sermone mendacii, dicens ad deceptũ populum: *Scrutare & vide: quoniã Propheta de Galilæa non surget*: Cũ loquetur ad eos pauper iudiciũ, qui cum dines esset, pro nobis pauper factus est. Verè enim iudiciũ eis Christus, & iustitiam loquebatur, dicens: *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autẽ facio, & mihi non vultis credere, operib. credite*. Iste pauper qui loquitur iudiciũ, Princeps & Dominus: ea quæ principe digna sunt, cogitauit, dicẽs: *Nõ veni nisi ad oues perditas domus Israel*: Et sollicitus erit pro infidelib., saluare cupiẽs nõ credentes: & stabit super duces suos apostolos, quorũ ad vnũ loquitur: *Tu autẽ homo mannimis, dux meus & notus meus*. Hæc iuxta Hebr. à quo Septuaginta non solũ verbis, sed & sensib. in plerisque discordãt: Cum enim rex iustè regnauerit, & principes illius imperauerint cũ iudicio: erit homo abscõdẽs sermones suos: homo qui per naturã Deus est, & abscondet sermones suos, loquẽs eis in parabolis. Abscõdet autẽ quasi ab aqua curretẽ, à populo, scilicet Iudæorũ: qui instar aquæ promagistrorũ volũtate huc illuc q; fertur & trahitur. Qui homo abscõdẽs apud incredulos sermones suos, apparebit in Sion, hoc est, in ecclesia, quasi fluuius inclytus, & decurrẽs in terra sitiẽti. Apparebit enim gẽtiliũ populo, qui prius veritatis patiebatur sitim, & rigabit aruã sitientia fluuius Dei, de quo scriptũ est: *Fluminis impetus lætificat*

HEB.

in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii, & iuuenes eius vectigales erunt. Et fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius, dixit dominus, cuius ignis in Sion, & caminus eius in Hierusalem.

CAP. XXXII.

HEB.

ECce a cum iustitia regnabit rex, & principes in Iudicio præerunt. Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & cælat se à tẽpestate, sicut riui aquarũ in siti, & vmbra petræ prominẽtis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntiũ, & aures audientiũ diligẽter auscultabũt. Et cor stultorũ intelliget scientiã, & lingua balborum velociter loquetur & planè. Non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps, neque fraudulentus appellabitur magnus. Fatuus enim fatua loquetur: & cor eius faciet iniquitatem vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominũ fraudulenter; & vacue faciat animã esurientis: & potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit ad perdẽdos mites in sermone mendacii, cum loqueretur pauper iudicium. Princeps vero ea quæ digna sunt principe cogitabit: & ipse super duces stabit.

a Mutus

SEPT.

Ecce enim rex iustus regnabit, & principes cum iudicio præerunt. Et erit homo occultans sermones suos, & abscondetur quasi ab aqua quæ fertur: & apparebit in Sion, sicut fluuius currens, inclytus in terra sitienti. Et nequaquam erunt confidentes in hominibus, sed aures suas ad audiẽdum dabunt, & cor infirmorum attendent auditui: & linguæ balbutientium cito discent loqui pacem, & nequaquam dicent stulto, vt princeps sit: nec vltra dicent ministri tui, tace. Fatuus enim fatua loquetur, & cor eius vana intelliget ad perficiendam iniquitatem, & loquendum ad Dominum errorem: vt dispergat animas esurientes, & animas sitientes vacuas faciat. Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit: interficere humiles sermonibus iniquis, & dissipare verba humilium in iudicio. Pii autem sapientiam cogitarunt: & hoc consilium permanet.

d ci nabal neb ala jed abber.
e honeph

1.Cor.1. c

Matt. 23.b

ciuitatem Dei. Et in alio loco: *Flumen Dei repletum est aquis.* Ipse enim loquitur in Euangelio: *Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Tunc nequaquam habebunt fiduciã in magistris, sed præbebunt aures suas ad audiendum dominum, & tam corde quã lingua pacẽ domini fatebũtur: deserentes stultos principes & ministros eorum, qui credẽtibus in sesum imperabũt silentiũ. Quæ sequũtur, eundem prope sensum, quem & Hebraicũ continent: & possunt hæreticis coaptari. Hi enim loquuntur contra Dominum mendacium: & pertertũr animas esurientes, atque sitientes, & vacuas abire faciunt: vt etiam si quid naturaliter boni habeant, magistrorũ amittant vitio: quorum omne consilium est, vt perdant humiles iniquis sermonibus, & dissipent verba humilium in iudicio. In quo pariter annotandum, quod qui ab eis decipi potest, humilis sit, & terræ cohærens.

a ¶ *Mulieres opulentæ, surgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes, percipite auribus eloquium meum: post dies & annum vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia, &c. tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in æternũ, &c.*] Pro tenebris & palpatione, quæ factæ sunt super speluncas vsque in sempiternum: Septuaginta transtulerunt, καὶ ἔσονται αἱ κάμαι συσκήνωσα ἕως τοῦ αἰῶνος i. e. Et erunt villæ tuæ speluncæ vsque in æternũ: quod in Hebraico dicitur בתן & עפל: quas Hebræi duas turres in Hierusalem fuisse arbitrãtur, excelsas atque firmissimas: quæ his appellantur nominibus. Quarum prior interpretatur tenebræ, siuæ nubilum, quod vsque ad nubes erigeret caput. Altera probamentũ & firmitas, siue vt Symmachus vertit, inquisitio: eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur. In fine quoque capituli ita interpretati sunt. *Beati qui seminant super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant*, post vocationem gentium, quando Christus rex imperauerit cum iustitia, & principes, eius Apostoli & apostolici viri præfuerint credentibus cum iudicio: dirigetur sermo propheticus ad mulieres opulentas, quas vel vrbes Iudææ, vel synagogas illius temporis, vel vt plerique arbitrantur, matronas diuitum quondam populi Iudæorum debemus accipere, quibus quasi iacentibus dicitur post ruinam: Surgite: & nihilominus appellantur filiæ confidentes, siue sperantes: præcipiturque eis, vt audiant sermones domini, & recordentur dierum & anni, de quo in consequentibus lecturi sumus, ipsum Saluatorem dicentem: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum: vacare annum Domini acceptabilem:* & ipsa recordatio fiat eis iuxta Septuaginta in dolore cum spe: vt plangant se Dominum denegasse, & spem habeant salutis, si egerint pœnitentiam. Dicit enim vindemiam consummatam: & post vltimam vastitatem, quæ sub Vespasiano & Tito, Hadrianoque accidit, nequaquam aliam captiuitatem esse venturam: nec remansuros botros in populis, qui deinceps colligendi sint, vnde prouocantur ad planctum, & iubentur nudare pectora, & accingere lumbos suos: eo quod regio quondam desiderabilis, & vinea fertilis, de qua scriptum est: *Ego plantaui te vineam fructiferam, totam veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ*? Romano vastante deleta sit. Super humum, inquit, populi mei, spinæ, & vepres, siue fenum ascendet. Et est sensus: Si terram Iudæam, quæ repromissionis terra est, spinæ repleuerunt, & vepres: quanto magis alias ciuitates, quæ plenæ sunt gaudio, & quæ illud Euangelicum cõsequentur: *Væ qui gaudetis nunc, quoniam plorabitis*: Domus enim id est, templũ meũ dimissum est, dicente me ad Apostolos: *Surgite, abeamus hinc*: & ad incredulos: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Adita templi, & secreta mysteria palpabiles tenebræ possederunt: & facta sunt nequaquam cellaria vasorũ Domini: sed speluncæ vsque in sempiternum. Audierant enim à Domino Saluatore: *Domus patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eum speluncam latronum. Gaudium*, inquit, *onagrorum, pascua gregum.* Quod vel iuxta literam intelligendum est: eo quod deserta sint omnia. Vel spiritualiter, quod expulso Israele, feri homines, & Dei notitiam non habẽtes, habitent in Iudæa. Et hoc fiat donec effundatur super nos spiritus de excelso, quem Saluator ascendens ad patrem, credentibus repromisit, dicens: *Ecce ego vado, & mittam vobis paracletum spiritum veritatis.* Et rursum: *Donec accipiatis de excelso virtutem.* Quodque supra dixerat: *Adhuc modicum, & erit Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur: & audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt.* Nunc aliis verbis idipsum repetit, quod solitudo gentium vertatur in diuitias Israel, & Israel reputetur in gẽtes: quo tempore habitauerit in deserto iudicium, dominus atque Saluator: cui pater dedit omne iudicium. *Et iustitia in Charmel requiescet*: de qua supra dictum est: *Et erit in Charmel desertum*: quod iudicium atque iustitia habitet in deserto, & requiescat in Charmel, qui prius appellabatur desertum. *Opus* quoque *iustitiæ erit pax*: quæ, iuxta Apostolum, *omnem sensum exuperat. Et cultus iustitiæ silentium*, vt non multiloquio Iudæorum, sed breuitate fidei adorẽt dominũ, & securi æterna pace requiescant: & in tabernaculis eorum sint diuitiæ, de quibus Apostolus loquebatur: *Gratias ago Deo meo per Iesum Christum: quoniam in omnibus diuites facti estis in eo, in omni verbo, & in omni scientia* Cum autẽ populus Christianus sederit, vel habitauerit in pulchritudine, siue vt Lxx. trãstulerunt, ἐν πόλει εἰρήνης, id est, in ciuitate pacis, haud dubium quin in Ecclesia: tunc grando atque tẽpestas, & domini ira desæuiens, descendent in saltum, de quo supra dictum est: Et Charmel in saltum reputabitur, & humiliabitur ciuitas Hierusalem, & iuxta aliũ scripturam de terra loquetur. Quæ cum ita se habeant, & didicerimus vaticinio prophetali, quanta bona Ecclesia possessura sit, & quanta mala passura sit Hierusalẽ, Beati estis apostoli, cæteræque doctores, qui seminatis super omnes aquas scripturæ sanctæ, in quibus calcat bos & asinus. Bos mũdum animal, propter electionem patrum, asinus immundus, propter idololatriam quondam gentilium, vt & de circuncisione, & de præputio ecclesia domini congregetur. Quod supra iuxta Septuaginta dicitur ὑπὲρ ἡλω τοῦ λαοῦ μου ἀκάνθα καὶ χόρτος ἀναβήσεται, id est, super terram populi mei spinæ & fenum ascendet, referti potest, & ad hæreticos, & ad simplices quosque credentium, qui non ita scripturam intelligunt sanctam, vt illius conuenit maiestati. Vnde singula singulis coaptauimus, vt terra populi Dei, hæreticis spinas, imperitis quibusque ecclesiæ fenum afferat.

CAPVT

CAP. XXXIII.

Væ a qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Et qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus, &c.] De Apostolis dixerat, & de ecclesiarum magistris: Beati qui seminant super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant, nunc ad persecutores eorum maledictionem dirigit, imo aduersum principem eorum, qui corda possidet impiorum: quod quicquid fecerint recipiant, & præsens potentia, futurorum sit materia tormentorum. Vnde iuxta Lxx. dicitur: Væ eis qui vos miseros faciunt: vos enim nemo facit miseros. Et est sensus: Quantum in illis est, quando persequuntur vos, & variis affligunt cruciatibus: interfectos atque cruciatos miseros arbitrantur. Sed nullus vos potest facere miseros: non enim habent in anima potestatem, sed in corpore. Et qui reprobat vos, non vos reprobat, sed eum, qui vos misit, iuxta illud quod Saluator discipulis loquitur: *Qui vos reprobat, me reprobat: & qui me reprobat, reprobat eum, qui me misit.* Capientur igitur persecutores, & æternis tradentur ardoribus. Et quomodo tinea vestimentum, ita illos iugis flamma consumet. Quod & in fine huius prophetiæ scribitur: *Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

b ¶ *Domine miserere nostri: te enim expectauimus, &c.*] Hebræi capitulũ superius, in quo legitur: *Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis*, & reliqua vsque ad finem, contra Sennacherib regem Assyriorum dictum putãt: quod postquam decem tribuum, quæ appellabantur Israel, subuerterit ciuitates, & exceptã Hierusalẽ, Iudæ quoq; vrbes ceperit, ipse superetur: & percutienti angelo eius deleatur exercitus. Vnde nũc ex persona populi gratias referentis Deo, atque dicentis: *Domine miserere nostri, te expectauimus*: hæc dicta contendunt, quæ præsenti capitulo continentur, quod ipse brachium fuerit, & robur populi obsidione vallati in tempore matutino, & salus in necessitate & angustia. A voce enim angeli, quem Symmachus ita vt in Hebræo scriptũ est, transtulit a תמון, quem Hebræi Gabrielem autumant, & habere etymologiam populi: fugit Assyrius, & ab exaltatione Dei, gentes quæ cum eo erant, huc illuc que dispersę sunt. Quibus fugientibus, spolia congregata sunt à Iudæis, sicut solet bruchi & locustarum colligi multitudo, cum in fossas coaceruatæ fuerint: in quorum victoria magnificatus est dominus, & Sion impleta iudicio & iustitia, & fides obsessi populi comprobata: omnesque diuitias in sapientia habuerunt, & scientia Dei, & timore Domini, qui solus eorum thesaurus fuit. Hæc illi iuxta historiam dixerint, omni ratione nitentes Christi & apostolorum eius subuertere sacramenta. Nos autem post beatitudinem apostolorum, de quibus supra dictum est: *Beati qui seminant super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant*, & lamẽtationem & planctũ eorum, qui eos persecuti sunt: de quibus in consequentibus dicitur: Væ qui miseros vos faciunt, vos autem nemo facit miseros, & sicut tinea in vestimento, sic atterentur, ex persona eorundem apostolorum, omniumque credentium hæc dicta conuincimus. Et est sensus: Domine, in tuo speraui auxilio, & in te confidimus: semen incredulorũ periit in æternum, & salus nostra in tempore tribulationis apparuit. Te enim præbente auxilium, omnis gentiũ multitudo dispersa est, & prædæ atq; illusioni victoribus fuit. Et hoc factum est, quia sanctus dominus habitat in excelsis, & repleta est Sion iudicio & iustitia, de qua supra scriptum est: *Requiescet in deserto iudicium & iustitia.* Ipsa est ergo Sion, quæ prius est appellata desertum: & quicumq; habitauerit in ea, tradetur ei lex Euangelii: in cuius thesauro salus nostra est, & sapientia credentium, & disciplina & pietas, siue fides, quæ propriè Christianorum est, & timor domini, in quo thesauri sapientię continentur.

c ¶ *Ecce videntes clamabũt foris, angeli pacis amare flebunt. Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens, &c.*] Verbum Hebraicũ b ארלם, pro quo Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati sũt, apparebo eis: extremam syllabã diuidentes, & legentes c ארא לם Hebræi significare angelos arbitrantur, & esse prophetiam post vocationẽ gentium, & diuitias ecclesię, de subuersione templi, quod flebunt angeli, nequaquam intus habitantes, sed exeũtes foras, & qui prius nuncij pacis erant, flebunt amarè. Sicue ipsi apostoli qui missi fuerant, vt pacẽ nunciarẽt Hierusalem, ad quam dominus & ipse loquebatur. Si cires etiam tu ea quæ ad pacẽ sunt tibi, quibus apparuit dominus, vt eos suo cõfortaret aspectu, flebunt Hierusalem, quia discipatæ sunt viæ, & cessauerit trãsiẽs per semitã iustã, iuxta illud, quod in Hieremiæ lamẽtationib. dicitur: *Viæ Sion lugẽt, eo quod non sint qui veniãt ad solẽnitatẽ.* Irritũ quoq; factum est pactũ cũ Abrahã, Isaac, & Iacob. Proiecit ciuitates Iudææ, nõ reputauit homines, qui suo vitio iumẽta esse voluerunt. *Luxit & elãguit terra*, pro his qui morabãtur in terra. *Cõfusus est Libanus & obsurduit*, haud dubiũ quin templum significet, de quo in Zacharia legimus: *Aperi Libane portas tuas, vt deuoret ignis cedros tuas.* Siue Hierusalẽ, quæ in Ezechiele Libanus appellatur, dicente propheta: *Aquila magnarum alarũ*, quæ habet ductũ intrandi in Libanum, quod postea interpretans sermo diuinus. Cum, inquit, venerit Nabuchodonosor in Hierusalem, perspicuè Aquilam regem Babyloniũ, & Libanum Hierusalem edisserens. *Factus est Saron, sicut desertũ, & concussa est Basan & Carmelus.* Pro Basan, Lxx. Galilæã transtulerũt, prouinciã pro vno loco prouinciæ. Saron autem omnis iuxta Ioppen Liddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque tenduntur. Basan quoque regio trans Iordanem est, quam duæ & dimidia tribus possederunt, & quæ interpretatur vberrima &

CAPVT XXXIII.

HEB.

Væ a qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Et qui spernis nonne & ipse sperneris. Cum cõsummaueris deprædationẽ, deprædaberis: cũ fatigatus desieris contemnere, contẽneris. b Domine miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachiũ eorum in mane, & salus nostra in tẽpore tribulationis. A voce angeli fugerũt populi: ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus: velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Dominus quoniam habitauit in excelso: impleuit Siõ iudicio & iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia, & scientia: timor domini, ipse thesaurus eius.

c Ecce videntes clamabunt foris: angelis pacis amare flebunt. Dissipatę sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit & elanguit terra, confusus est Libanus & obsurduit, & factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan & Carmelus. Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc subleuabor

SEPT.

Væ eis qui vos miseros faciunt, vos enim nemo facit miseros. Et qui reprobant vos, vos non reprobant: Capientur reprobantes, & tradentur, & quasi tinea in vestimẽto sic superabũtur. Domine miserere nostri, in te enim confidimus factũ est semẽ incredulorum in perditionem, salus autem nostra in tempore tribulationis, propter vocem timoris obstupuerunt populi à timore tuo, & dispersæ sunt gentes. Nunc autem congregabuntur spolia vestra parui & magni, quo modo si quis congreget locustas sic illudent vobis, sanctus Deus qui habitat in excelsis. Repleta est Sion iudicio & iustitia, in lege tradentur, in thesauris salus nostra, venit sapientia & disciplina, & pietas à Domino, isti sunt thesauri iustitiæ.

quia non receperit prædicationẽ suã, eo quod dissipatæ sunt viæ, & cessauerit trãsiẽs per semitã iustã, iuxta illud, quod in Hieremiæ lamẽtationib. dicitur: *Viæ Sion lugẽt, eo quod non sint qui veniãt ad solẽnitatẽ.* Irritũ quoq; factum est pactũ cũ Abrahã, Isaac, & Iacob. Proiecit ciuitates Iudææ, nõ reputauit homines, qui suo vitio iumẽta esse voluerunt. *Luxit & elãguit terra*, pro his qui morabãtur in terra. *Cõfusus est Libanus & obsurduit*, haud dubiũ quin templum significet, de quo in Zacharia legimus: *Aperi Libane portas tuas, vt deuoret ignis cedros tuas.* Siue Hierusalẽ, quæ in Ezechiele Libanus appellatur, dicente propheta. *Aquila magnarum alarũ*, quæ habet ductũ intrandi in Libanum, quod postea interpretans sermo diuinus. Cum, inquit, venerit Nabuchodonosor in Hierusalem, perspicuè Aquilam regem Babyloniũ, & Libanum Hierusalem edisserens. *Factus est Saron, sicut desertũ, & concussa est Basan & Carmelus.* Pro Basan, Lxx. Galilæã transtulerũt, prouinciã pro vno loco prouinciæ. Saron autem omnis iuxta Ioppen Liddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque tenduntur. Basan quoque regio trans Iordanem est, quam duæ & dimidia tribus possederunt, & quæ interpretatur vberrima &

pinguis:& Carmelus, de quo supra dicimus. Loca igitur Iudææ quondam fertilia vertentur in solitudinem : per quæ μετωφορικῶς ostenditur, omnis opulentia Iudæorum egestate & penuria esse commutanda. Quia igitur apostolorum sermonem recipere noluerunt, confusus est Libanus, & Saron versus est in solitudinẽ:& Basan ¦Carmelusque cócussi sunt: propterea dominus, vel de nimia patientia, vel ab inferis resurrecturum esse se dicit,& exaltandum in gẽtibus, & subleuandũ in cruce. Et ad ipsos Iudæos apostrophá facit:cõcipietis ardorem, & parietis stipulam, & spiritus vester vobis conflabit incendiũ: vt conceptum & partum vorax flamma consumat. Et erunt, inquit, populi Iudæorũ, quasi de incendio cinis: infelicitatis magnitudinem fauillæ reliquiis demõstrãtes. Spinæ enim eorũ, quæ peccatorum multitudine congregatæ sunt, incendio vorabuntur. Quod plerique ad extremam captiuitatem & subuersionẽ referunt Hierusalem. Alii plenius atque perfectius iudicii tempore futurum esse confirmant.

a ¶ *Audite qui long. &c.*] Quoniam dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitas: irritum factum est pactum cum populo Iudæorum: proiecit Deus ciuitates eorũ non reputauit eos inter homines. Propterea vos qui longe estis, audite quæ fecerim:& appropinquate vt agnoscatis fortitudinẽ meã. *Conterriti sunt*, siue *recesserunt qui erant in Sion peccatores* vel *impij*, *& tremor possedit hypocritas*: quibus dominus in euangelio loquebatur: *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ. Quis poterit habitare de vobis cũ eo, qui ignis est deuorans? Qui habitabit cũ ardoribus sẽpiternis?* Siue iuxta Lxx. *Quis vobis annũciabit, quia ignis ardet æternus, quẽ præparauit Deus diabolo & angelis eius?* Quis igitur poterit habitare cum Deo, vel annũciare vẽtura supplicia? Omnis qui huiuscemodi est, qualem propheticus sermo describit: qui ambulat in pluribus iustitiis: & non semel, sed semper iustitias diligit, nec vna vice, sed iugiter loquitur veritates, qui proiecit auaritiã, quæ est mater calũniæ. Nisi enim cũ alterius dãno & malo, pecuniæ alteri non coaceruãtur. *Et excutit manus suas ab omni munere.* Munera quippe excęcant oculos, etiã sapientiũ. *Qui obturat aures suas ne audiat iudicium sãguinis.* Omnis iniquitas, & oppressio, & iniustitia, iudicium sanguinis est: & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. *Et claudit oculos suos ne videat malum.* Fœlix conscientia, quæ nec audit, nec aspicit malum. Qui igitur talis est, ipse habitabit in excelsis: hoc est, in regno cælorum, siue in excelsa spelunca petræ fortissimæ : in Christo Iesu, quæ petra Israel populum sequebatur: vt biberet de ea, & illius fortitudine protegeretur. *Panis ei dabitur & aquæ eius fideles sunt*, quæ gentilium fabulæ, in ambrosia & nectare intelligũt. Nos autem panes & aquas fidelissimas, legem Dei interpretabimur. Qui igitur talis est, regẽ Christum in sua claritate cõspiciet, de quo supra dicitur: *Ecce rex iustus regnabit, & principes in iudicio præerũt: Et oculi eius videbũt terrã de longe*: quã multo tẽpore desiderauerat, terrã mitiũ & mansuetorũ, de qua in Euangelio scriptum est: *Beatimites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Siue in cœlo positi, terrena despicient. *Cor tuum meditabitur timorem*: vt cum omnia fueris consequutus, dicas cũ Apostolo: *Qui nõ sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Principium* enim *sapientiæ timor Domini. Vbi* est *scriba? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?* vbi sunt, inquit, scribæ & pharisæi, qui legis verba trutinantes, infelicẽ populũ decipiebãt? quos nunc paruulos scriptura cognominat: paruulos sensu, paruulos intelligentia. Cum autẽ oculi credentes, regem in sua maiestate cõspexerint, & cor eius meditatum fuerit timorem, tunc imprudentẽ populũ non videbit, populũ Iudæorũ, siue philosophorũ & oratorũ mũdi, qui applaudunt sibi in eruditione & eloquentia sæculari, de quibus nunc ait: *Populum altis sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius*: quorũ omnis ornatus in verbis est: qui habent folia tantũ vmbrãque sermonũ, & fructũ non possident veritatis. Deniq; sequitur: *In quo nulla est sapientia*: de quibus & alio loco dicitur: *Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentium reprobabo.* Cur? quia stultam fecit Deus sapientiam huius sæculi.

b ¶ *Respice Sion ciuitatẽ solemnitatis nostræ, oculi tui videbunt Hierusalem, &c.*] O iuste cui supra dictũ est: cor tuum meditabitur timoré, & populũ imprudentẽ non videbis, & qui antea audieras, regem in decore suo videbũt oculi tui, contemplare Sion vrbem solemnitatis nostræ, vide Ecclesiã Christi, in qua est vera solẽnitas : oculi qui cernent visionem pacis, & diuitias insperatas, quas *oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt*, & tabernaculũ, quod nequaquã transferri poterit. Prius enim tabernaculũ, quod habuit populus Iudæorum, translatum est atque sublatum, nec mouebũtur claui eius in sempiternũ : & omnes funiculi eius firmi erunt, ita vt Dominus habitet in eo, quilocus est omnium fluuiorum, riuorumque currentium: per quos nullius aduersæ partis poterit nauigare, neq; ttieris magna, quæ interpretatur diabolus, eum transgredi poterit: quia dominus ipse est iudex, & princeps, & rex, & Saluator noster: & illo protegẽte, nulli" metuemus insidias. Hæc dicta sunt de Sion vrbe solẽnitatis nostræ, & de Hierusalem habitatione ditissima, quam ipse dominus fluuiis suis circundabit atque vallabit. Nunc autẽ ad terrenã loquitur Hierusalem quod laxati sint funiculi tabernaculi eius: & tentorium sustinere non quiuerint: & malùs eius, in quo pulcherrima quondam vela pendebant, ruptis funibus ceciderit: vt non solum ad nauigationẽ, sed ad signum quoq; inutilis sit. Postquam autem nauis eorum fuerit dissoluta, & tabernaculum dissipatum, ita vt in vtrãque partem funiculi disrumpãtur, præda victoribus diuidetur: qui tam imbecilli erunt propriis viribus, vt claudi appellẽtur nihilominus Dei ira tribuente eis fortitudinem, nullam infirmitatem sentient, nec dicent laborauí. Qui enim fuerit inter eos, auferetur ab eo iniquitas atque peccatum, quia Dei exequutus est voluntatem.

CAP. XXXIV.

Accedite gentes & audite, &c.] Post euersionẽ Hierusalẽ, & naufragium quõdam solidissimæ nauis, prædamque omnis suppellectilis illius, de interitu omnium dicitur nationũ & de consummatione mundi, quæ est in die futura iudicii. Vnde omnes gentes & populi terræ, & plenitudo eius, orbis & cuncta genimina eius, tam quæ habitantur loca, quam quæ inhabitabilia sunt, nimietate frigoris & caloris, iubẽtur audire, & quæ ventura sunt cum omni mentis tremore cognoscere. Indignatio enim domini nequaquam super vnam gentem Iudæã, & Assyrios, atq; Chaldæos, Ægyptios, Moabitas, & Ammonitas, & Philistæos: sed & contra omnes gentes, & super vniuersam militiam, siue vt lxx. trãstulerũt, ἐφ' ἁπαντῶν τῶν ἐθνῶν, id est, numerum earum, ventura describitur: quæ interficiat eas, & fœtorem corporum putrescentium in altum ascendere faciat: significãs peccata omnium nationum, ita vt sanie earum, & spurcitia, ac sanguine mõtes repleantur, sublimes quæque virtutes & angeli qui singulis gẽtibus præsidebant: & tabescat omnis militia, vel fortitudo cælorũ, replecentur, siue cõplicentur cæli sicut liber, & omnis militia & exercitus eorũ, atq; vt lxx. transtulerunt καὶ πᾶσα στρατιὰ αὐτῶν πεσεῖται ὡς φύλλα. id est, & stellæ defluent in similitudinem foliorum: quæ appropinquãte frigore arentia atq; contracta de vinea & ficu defluũt. Quod quidẽ & Saluator loquitur in euangelio: *Stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur: & tunc apparebit signum filij hominis in cælo.* Et hoc cõsiderandum, quod non dicat interire cælos, sed replicari, siue complicari quasi librum, vt postquã omnia peccata aperta fuerint & relecta, complicẽtur qui prius aperti fuerãt, vt nequaquam vltra scribãtur in eis delicta multorũ. De huiuscemodi libris, & Daniel in suo volumine loquitur: Iudiciũ sedit, & libri aperti sunt, in quibus descripta erant opera singulorum. Stellas autem cadere plerique iuxta Apocalypsim Ioannis, & illud quod alibi scriptum est. *Stellæ mouersæ ardentes soluentur: & cælum ac terra transibunt. Præterit enim figura huius mũdi*: Vere has stellas dici putant, quæ in cælo rutilant vt in parte mõstretur & totũ quod scilicet per stellarum ruinã etiam cœlorum interitus ostendatur. Alij vero has stellas putãt esse ruituras de quib. & Paulus apost. scribit: *Non est nobis certamen aduersus sanguinem & carnem sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus rectores tenebrarum istarũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus.* Nec mirum, si dæmones qui in aëre habitant, dicantur esse cælestes: cum etiã volucres cæli, quæ vtique non in cælo, sed in aëre volitãt, scriptura cognominet. *Nam & Satanas transfiguratur, in angelũ lucis*, stellã esse se simulans, Et Saluator vidit eũ quasi fulgur de cælo cadentẽ. Et tropologice de eo quasi de stellã magna dicitur: *Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur?* Hæc vniuersa fient, quia inebriatus est in cælo gladius eius: pœna atque sententia & vltio in peccatores, quę profertur à domino. Qui gladius & machæra, in Ezechiele cõtra impios exacuitur, ac plurimis interfectis, vaginã suã iubetur intrare. Cumq; inebriatus fuerit, & repletus in cælo, hoc est, in aëre, qui cõsuetudine scripturarũ cælum dicitur: tũc ad Idumęã quoq; id est ad terrena descẽdet: vt post pœnã dæmonũ, etiã hominũ animæ iudicẽtur. Idumęa quippe in lingua nostra, terrenã sonat. Repletusq; est sãguine, & incrassatus adipe agnorũ & hircorũ, medullatorũq; arietũ, atque taurorũ: vt & principes & populũ pariter significet puniẽdos. *Victima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edõ.* De qua Bosra, & Idumæa, etiã in consequentib. idẽ prophęta testatur dicẽs: *Quis est iste qui venit de Edom, rubra vestimenta eius de Bosra?* Et

a Quia nõnulli existimãt, quia Bosor caro dicitur: per victimã domini in Bosra, tormẽta omniũ incarne mõstrari: qui pio labũtur errore. In pręsẽti enim loco nõ per ש literã, quę in ᵇ בשר: hoc est in carne, ponitur: sed per ץ scribitur, & ᵈ בצר appellatur: quę iuxta Iesũ & Hierem. non in Edõ, id est, Idumæa, sed in terra Moab inuenitur. Bosra autẽ lingua nostra munitã sonat, atq; circundatã, siue firmatã, vt orbẽ terrarũ domini volũtare doceat esse solidatũ: iuxta illud quod in psal. canitur: *Ipse super maria fundauit eã, & super*, &c. & de firmitate terræ ex persona Dei dicitur: *Ego firmani columnas eius.* Cũq; victima domini fuerit in Bosra, & interfectio eius in Idumęa, descẽdũt vnicornes cũ tauris potẽtib. reges videlicet & principes terræ: & omnia interfectionis & sanguinis replebũtur

& adipe quondam diuitum ac potentum: per quæ verba, iuxta humanam consuetudinem, terrorem audientibus incutientia, in omnes principes ac potentes, populosque, ac paruos tormenta monstrantur. Bosra, id est, munitam, atque firmatam, & Edom, siue Duma, & Idumæam, Iudæorum magistri Romã intelligi volũt, & omnia de ipsa dici, quę sequẽti capitulo continẽtur.

a ¶ *Quia dies vltionis Domini annus retributionũ iudicij Sion, &c.*] Hebræi vt supra diximus hæc de Romano imperio prophetata contendunt: & in vltionẽ Sion vastitatẽ quondã regni potẽtissimi prædicari, quod iuxta literã pleriq; nostrorum etiã in Apocalypsi Ioannis scriptũ putant. Nos autem ex eo quod dicitur, *dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion*, hunc arbitramur annũ, de quo loquitur ipse Saluator: *Spiritus Domini super me, eo, quod vnxit me, euãgelizare pauperibꝰ misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionẽ, vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis Deo nostro*: consolari omnes lugẽtes, & dare plangentibus Sion gloriam: & de quo supra dictũ est: *Mulieres opulẽtæ surgite*: & dierum anni recordamini in dolore cũ spe: ac per hoc post generalem totius orbis cõsummationẽ reuerti scripturam ad Hierusalẽ: cui illo tẽpore loquebatur, & vastitatẽ eius pleno sermone describi: quod scilicet postquã tempus Romanæ obsidionis aduenerit: pice & sulphure & flammis ardentibus omnia compleantur: & fumus illius maneat in æternum: habitentque ibi onocrotalus, & *hericius*, & ibis, & coruus, quæ animantia in desertis locis habitare consueuerũt: & hoc fiat, quia funiculus domini atq; perpendiculum, id est, sententia illius non valeat immutari. Nobiles eius, id est, apostoli, atq; credentes non erunt ibi, nec perditorũ numero cõiungentur: sed regem potius Christum inuocabunt. *Omnes* autem *principes illius*, scribæ videlicet & pharisæi, *rediguntur in nihili*, & in domibus quondã ornatissimis, spinæ & vrticæ & paliurus orientur. Eritque cubile draconum, & pascua struthionum, quæ & ipsa signa sunt extremæ solitudinis: Et occurrent sibi in ea, iuxta Lxx. diuersa dæmonũ phantasmata, siue vt omnes alij iuxta Hebraicũ transtulerunt, ᵉ אים & ᶠ ציים, onocentauri, & pilosi, & lamia, quæ gentilium fabulæ, & poetarum figmenta describunt. Hericiũ quoq; ibi enutrire catulos & stationẽ habere fidissimam: illuc congregari miluos rapacissimam auẽ, quæ Hebraice appellatur ᵍ דיות: siue vt Lxx. transtulerunt ceruos, de quib. infra dicemus. Inter quæ propheta loquitur audientibus: O homines, qui me auditis loquentẽ: quæ ventura pronuncio, rebus omnia complebuntur. In libro enim scripta sunt domini: & illius sententia definita, & ne vnũ quidẽ irritũ erit. Nã quod de meo ore procedit, ille mãdauit, id est, ego quidẽ loquor: sed verba sunt domini, & spiritu illius quidquid dictũ est perpetrabitur: Ipsius decreto atque mensura singula cõplebuntur, & vsq; in generationes sempiternas suum ordinẽ non relinquent. Hæc iuxta Hebraicum, & explanationẽ historicam dicta sint: Cæterum qui tropologiam sequuntur, expulso populo Iudæorum sub bestiarum & portentorũ nominibus, idololatras, & variis superstitionibus seruientes in Hierusalem habitaturos esse confirmãt, & hos esse onocrotalos, & hiricios, ibin, & coruũ, dracones & struthiones, & onocentauros, & dæmonia, & pilosos, & lamiam, quæ Hebraice dicitur ʰ לילית: & à solo Symmacho translata est lamia: quam quidam Hebræorum ἐριννὺν, id furiam suspicantur. Et reuera si consideremus de diuersis gẽtibus adductas Hierusalem colonias, & iuxta ritum prouinciarum suarum, singulas familias propriorũ dæmonum coluisse portenta: hæc omnia in Hierusalẽ habitasse firmabimus. Quodq; Lxx. transtulerũt: Ibi obuiauerunt sibi cerui, & viderũt facies suas: numero transierũt, vnus ex ipsis non periit, nec quęsiuit alterum: Dominus enim præcepit eis, & spiritus eius cõgregauit eos, & ipse dedit eis sortes, & manus illius diuidet eis, vt possideant in generatione generationum, & requiescant in ea: Sic Allegorice interpretabimur, vt doceamus ceruos, id est, apostolos, & sanctos quosq; doctores (de quibus scriptum est: *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*. Et alibi: *Vox Domini perficientis ceruos*. Et rursum: *Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum loquantur tibi*. Et in Iob: *Custodisti autẽ menses ceruorũ, & partus eorum emittes*. Et in cantico cãticorum dicitur: *Similis est fratruelis meus capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes aromatum*) obuiasse sibi in Hierusalem, & mutuos vidisse conspectus, & transisse ac reliquisse eam, & ad diuersas prouincias perrexisse, quia dominus mandauerit eis: *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & Spiritus sancti*: & spiritus illius congregauerit eos, dederitque eis sortes, atque diuiserit: vt alius ad Indos, alius ad Hispanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret: & vnusquisque in euangelii sui atque doctrinæ prouincia requiesceret. Quæ nos super Hierusalẽ diximus prophetari, & Iudæi de Romano dicta imperio suspicantur: nõ nulli ad orbem referunt, ne à prioribus discrepare videantur.

a Quia dies vltionis domini: annus rettributionum iudicii Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur: in sæculum sæculorum non erit transiens per eam. Et possidebũt illam onocrotalus, & hericius, & ibis, & coruus habitabunt ea in. Et extẽdetur super eã mensura, vt redigatur ad nihili & perpendiculum in desolationem. Nobiles eius non erunt ibi: regẽ potius inuocabunt, & omnes principes eius erũt in nihili. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum. Et occurrẽt dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterũ. Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiẽ. Ibi habuit foueam hericius, & nutriuit catulos, & circumfodit & fouit in vmbra eius: Illuc congregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini, & legite: vnũ ex eis non defuit: alter alterum non quæsiuit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit: & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem & manus eius diuisit eam illis in mẽsura. Vsque in sempiternum possidebunt eam: in generatione & generationem habitabunt in ea.

Cap. XXXV.

Heb.

Lætabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit &

Sept.

Lætare desertum sitiens: exulteet solitudo, & floreat quasi lilium. Florebunt & exultabunt deserta

Hieruſalem, & mutuos vidiſſe conſpectus, & tranſiſſe ac reliquiſſe eam, & ad diuerſas prouincias perrexiſſe, quia dominus mandauerit eis: *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & Spiritus ſancti*: & ſpiritus illius congregauerit eos, dederitque eis ſortes, atque diuiſerit: vt alius ad Indos, alius ad Hiſpanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret: & vnuſquiſque in euangelii ſui atque doctrinæ prouincia requieſceret. Quæ nos ſuper Hieruſalẽ diximus prophetari, & Iudæi de Romano dicta imperio ſuſpicantur: nõ nulli ad orbem referunt, ne à prioribus diſcrepare videantur.

Caput xxxv.

Lætabitur deſerta & inuia, &c.] Quoniam Hieruſalem cõuerſa eſt in picem, & aſcendit fumus illius ſempiternus: & habitant in ea onocrotalus, & hericius, ibis & coruus, dracones, & ſtruthiones, dæmonia, & onocentauri, lamia, & piloſi, & domini ſuper eam impleta ſententia eſt: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta*: Propterea quæ prius deſerta fuerat, de qua in pſalmo dicitur: *Vox Domini concutientis ſolitudinem & commouebit Dominus deſertũ Cades: Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa ſiluarum*: mutabitur in rerum omnium abundantiam, & pugnantibus ceruis, de vniuerſis ſaltibus nationum beſtiæ, quæ eas prius poſſederant, expellentur: vt impleatur illud quod in hoc eodẽ propheta dicitur: *Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quoniam plures ſunt*

ſunt filij deſertæ, magis quam eius quæ habet virum: Hæc erat prius ſitiens, ſiue inuia, non habens vitales aquas, & Dominus non gradiebatur per eam, quæ nunc florebit vt lilium, ſiue vt ſignificantius expreſſit Aquila, ὡς ἀγάλλιαμα, quam nos tumentem roſam, & necdum foliis dilatatis poſſumus dicere. Florebit autem, vt cum Apoſtolo pronuncies: *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco*. Et illud Cantici canticorum. *Flores viſi ſunt in terra: mandragoræ dederunt odorem ſuũ*. Quodque in Lxx. ponitur: καὶ ἀγαλλιάσεται τὸ ἔρημα τῶ Ιορδάνου, id eſt, & exultabunt deſerta Iordanis, in Hebraico quidem non habetur: ſed poſſumus dicere Ioannis in Iordane fluuio, pœnitẽtię baptiſmum demonſtrari: quod dominus ſuo lauacro ſignauit atque firmauit. Et quia de ſolitudine figuraliter dicitur, quæ refertur ad gentes, in qua fuit Ioannes: conſequenter iungi poteſt Iordanis, vt per deſertum gentium veniamus ad baptiſmum Saluatoris. Quodque ſequitur: *gloria Libani data eſt ei, & decor Carmeli, & Saron*: Iuxta priorem explanationem debemus accipere, in qua diximus Libanũ templum, ſiue Hieruſalem intelligi, dicente Zacharia: *Aperi Libane portas tuas*. Et Ezechiel: *Aquila magnarum alarum plena vnguibus*, quæ habet ductum intrandi in Libanum. Et Carmelum prioré ſignificare populum: de quo ſupra dictum eſt: *Et erit deſertum in Charmel & Charmel in ſaltum reputabitur*. Et Saron, eandem habere intelligentiã ſcriptura dicens: *Factus eſt Saron ſicut deſertum*. Omnis igitur candor cultus Dei, & circũciſionis ſcientia, & loca vberrima atq; cãpeſtria, quæ appellantur Saron (pro quibus Symmachus interpretatus eſt cãpos) dabũtur deſertæ quondã eccleſiæ: & habitatores illius videbunt gloriam domini & decorem, ſiue altitudinem Dei noſtri.

Heb.

& exultabit lætabunda & laudãs. Gloria Libani data eſt ei decor Carmeli & Saron. Ipſi videbunt gloriã domini & decorem Dei noſtri.

Sept.

ſera Iordanis gloria Libani data eſt ei, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriam domini, & altitudinem Dei noſtri.

a ¶ *Confortate manus diſſolutas, &c.*] Vtramq; editionem miſcuimus: ne in proponendis ſingulis, librorũ magnitudo tendatur, quia modũ breuitatis excedit. Apoſtolis, de quibus ſupra dictũ eſt: Ipſi videbũt gloriã domini, & decorem Dei noſtri, præcipitur, vt confortẽt manus in gẽtibus diſſolutas, & genua debilia roborẽt: vt qui prius manibus diſſoluti operibus Dei facere nõ poterãt, & aridã habebant dexterã, extendant eã ad bona opera. Et qui dudum inter idola diuerſis erroribus claudicabãt, firmo ſuper veritatẽ incedant gradu, & puſillanimes, ſiue formidoloſos in fide domini cõfirmantes, faciãt non timere. vnuſq; Dei metus vniuerſi erroris expellat timores. Cauſa autẽ eſt ſecuritatis atq; cõſtantiæ: quia venturus eſt Chriſtus, cui pater dedit omne iudiciũ, *& reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua*: *Ipſe veniet & ſaluabit vos*, quib. dicitur, nolite timere, ſiue nos, vt ſalutẽ cũ credentibus apoſtoli dicant ſibi eſſe cõmunem. *Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorũ patebũt: Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorũ*. Quod quanquã ſignorũ magnitudine cõpletum ſit, quando dominus loquebatur diſcipulis Ioannis, qui ad eũ miſſi fuerat. *Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, pauperes euangelizantur*: tamen quotidie expletur in gentibus, quando qui prius cæci erant, & in ligna, & lapides impingebant, veritatis lumen aſpiciunt. Et qui ſcripturarum verba ſurdis auribus audire non poterant, nunc ad Dei præcepta lætantur, quando qui prius claudi erant, & rectam viam non tenebant, ſaliunt ſicut cerui, imitantes doctores ſuos, & aperta erit lingua mutorum, quorum ſatanas ora concluſerat, ne poſſent vnũ dominum confiteri. Idcirco autem aperientur oculi, aures audient, ſalient claudi, & aperta erit lingua mutorum, quia ſcilſæ ſunt, ſiue eruperũt in deſerto quondam eccleſiæ aquę baptiſmi ſalutaris, & torrentes ac riuii in ſolitudine, diuerſę ſcilicet gratiæ ſpirituales & quæ erat arida in ſtagnum, paludeſq; conuerſa eſt, vt non ſolum careret ardore ſitis, ſed naui gabilis eſſet, & irrigua, & haberet fontes plurimos quos ceruus deſiderat, quos qui biberit poteſt benedicere domino iuxta illud quod ſcriptum eſt, *Benedicite domino de fontibus Iſrael*. In cubilibus animarum gentilium, in quibus prius dracones habitabant, erunt calamus & iuncus, quib⁹ ſcribatur fides domini: & in quibus feſſa pri⁹ mẽbra requieſcãt: Siue erit lætitia auiũ, & caulæ gregũ, vt aſſumãt alas columbæ, & humilia relinquẽtes, ad excelſa feſtinent: poſſintq; cum Pſalmiſta dicere. *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me*. Ibi erit ſemita & via mundiſſima, quæ ſancta vocabitur: & quæ dicit ipſa de ſe: Ego ſũ via: per quã qui pollutus eſt, tranſire non poterit. Vnde & in pſalmo dicitur. *Beati immaculati in via*. Et hæc via erit nobis, id eſt Deus noſter tã recta, & plana, atq; campeſtris: vt nullũ habeat erroré: & ſtulti, atq; vecordes per eam ingredi valeant: quibus in Prouerbiis loquitur ſapientia: Si quis eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientib. locuta eſt: *Venite, comedite panẽ meum: & bibite vinũ quod miſcui vobis*. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudẽtiæ. *Stultra* enim *mundi elegit Deus*: quorum ſtultorum princeps loquitur in pſalmo: Deus tu ſcis inſipientiam meam. *Et ſtultũ Dei ſapientius eſt hominibus*. Vnde Lxx. transtulerunt. Et qui diſperſi fuerant, & à ſocietate domini ſeparati, nequaquã errabũt. Sequitur: *Non erit tibi leo*, aduerſarius noſter diabolus, qui circuit rugiens, quomodo ouile domini poſſit intrare. Et malæ beſtiæ ſatellites eius non aſcendẽt per eam. Neque enim veſtigium colubri in petra inueniri poteſt. Ambulabunt autem per eam qui liberati fuerint de vinculis peccatorũ & redempti ſanguine Saluatoris, & egerint pœnitentiã, & venerint in Sion, de qua ſæpius diximus: *Acceſſiſtis ad Sion montẽ, & ciuitatẽ Dei viuẽtis Hieruſalẽ cæleſtẽ*: Ne more iudaico aureã quæramus Sion, & gẽmatã Hieruſalem, quæ iuxta prophetiã Danielis, in æternos cineres diſſoluta eſt. Eritque lætitia ſẽpiterna laudantiũ dominũ ſuper caput eorũ vt poſtquã ſæculũ vicerint poſſint cũ Apoſt. & propheta dicere: *Curſũ conſummaui fidẽ ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*: Et: *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*. Tũc ſuccedẽte gaudio atq; lætitia, fugiet dolor & gemitꝰ, quãdo venerit ex Siõ qui eruat: Quæ omnia nos iuxta Apoſt. Paulũ in primo Saluatoris interpretamur aduẽtu, Iudęi autẽ & noſtri Iudaizãtes, ad ſecũdũ referũt, vnius occaſione verſiculi. Cõuertẽtur & veniẽt in Siõ cũ laude, hoſtiarũ ſanguinẽ, cunctarũque gentiũ ſeruitutẽ, & vxorum pulchritudinẽ deſiderantes.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN VNDECIMVM COMMENTARIORVM
ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM,
PROOEMIVM.

DIfficile, imo impossibile est placere omnibus: nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersitas est. In explanatione duodecim prophetarum longior quibusdam visus sum, quam oportuit & ob hanc causam in commentariolis Danielis breuitati studui, præter vltimam & penultimam visionem, in quibus me necesse fuit ob obscuritatis magnitudinem sermonem rendere: præcipueque in expositione septem & sexaginta duarum & vnius hebdomadarum: in quibus differendis quid Aphricanus temporum scriptor, quid Origenes, & Cæsariensis Eusebius, Clemens quoque Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, & Apollinarius Laodicenus, Hippolytusque, & Hebræi & Tertullianus senserint, breuiter comprehendi, lectoris arbitrio derelinquens quid de pluribus eligeret. Itaque quod nos verecundia fecimus iudicandi, & eorum honore qui lecturi erant, quibusdam forte non placeat: qui non antiquorum opiniones, sed nostram sententiam scire desiderant. Quibus facilis responsio est: noluisse me sic vnum recipere, vt viderer alios condemnare. Et certe si tanti & tam eruditi viri fastidiosis lectoribus displicent, quid de me facturi erant, qui pro tenuitate ingenioli inuidorum morsibus pateo? Sin autem supra dictos viros, magistros ecclesiæ nominaui, illud intelligant non me omnium probare fidem, qui certe inter se contrarij sunt, sed ad distinctionem Iosephi, Porphyriique dixisse, qui de hac quæstione plurima disputarunt. Quod si in expositione statuæ, pedumque eius & digitorum discrepantiæ, ferrum & testam super Romano regno interpretatus sum, quod primum forte, dein imbecillum scriptura portendit: non mihi imputent. sed propheta. Neque enim sic adulandum est principibus, vt sanctarum scripturarum veritas negligatur: nec generalis disputatio vnius personæ iniuria est. Quæ cum benigno meorum studio caueretur Dei iudicio repente sublata est, vt & amicorum in me studia, & æmulorum insidiæ monstrarentur. Sed hæc alias, nunc quod cœpimus exequamur. Vndecimus in Esaiam Liber ò virgo Christi Eustochium, quia magnam partem historiæ disserturus est facilior erit in principijs, & vsque ad duas sui partes: reliqua simili more dictanda sunt, & sic studendum breuitati, vt nullum damnum fiat intelligentiæ.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM
LIBER VNDECIMVS.

CAP. XXXVI.

ET factum est in quartodecimo anno, &c.] Historia manifesta est, & interpretatione non indiget: pleniusque in
4 Reg 18. 2 Par. 32 Regum & Dierum voluminibus hæc eadem scripta referũtur, quod anno tertio Osee filij
4 Reg. 18. a Hela regis Israel, regnauerit Ezechias filius Achas regis Iuda. Vigintiquinque, inquit, annorum erat cum regnare cœpisset: & viginti nouem annis regnauit in Hierusalem: *& fecit quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.* Et post paulum: *In Domino Deo Israel sperauit: & post eum non fuit similis illi, de cunctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius: fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi: vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat sapienter se agebat. Rebellauit autem contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei*: in cuius sexto anno imperij, Salmanasar rex Assyriorum cepit Samariam, & decem tribus quæ appellabantur Israel: & transtulit eas in Assyrios: collocauitque in Hala, & Habor fluuius Gozan in ciuitatibus Medorum. Post annos septem, id est, quartodecimo anno Ezechiæ, rex Assyriorum Sennacherib ingressus Iudæam, obsedit ciuitates eius munitas, volens eas capere.
4 Reg 17. a & 18. b 2 Reg. 18. b *Cumque obsideret Lachis, misit ad eum Ezechias nuncios, dicens: Peccaui recede à me, & omne quod imposueris mihi, feram.* Cumque trecenta talenta argenti, & triginta auri ad regis imperiũ persoluisset: fractis ianuis templi domini, & laminis eius detractis, quas ipse affixerat, misit rex Assyriorum Thartan, & Rabsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Hierusalem: qui cum ascendissent, venerunt in Hierusalẽ, & steterunt contra aquæductum piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis: vocauerunt que ad se regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helkiæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis, dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, & cætera quæ in historia continentur. In quo, arrogantia consideranda Rabsacis, quod velut quædã contraria fortitudo, imitatur consuetudinẽ prophetarũ, vt quod illi solẽt in prologis ponere. Hæc dicit dominus, quo auctoritatẽ, & magnitudinẽ loquẽtis ostendãt, iste nũc dixerit: *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorũ.* Egressus est autẽ ad eũ Eliacim filius Helkiæ, qui erat præpositus domus: & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cõmentariis. Iste est Eliacim filius Helkiæ, de quo in visione vallis Sion supra legimus: *Vocabo seruũ meũ Eliacim filiũ Helkiæ, & induã illũ tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eũ, & potestatẽ tuã dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantium in Hierusalem, & domui Iuda, &c.* Hæc autẽ dicuntur ad Sobnã, qui ante eum præpositus templi

templi de quo in eadem scriptum est visione: *Vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi*: quem tradunt Hebræi Rabsacis comminatione perterritum tradidisse manus Assyriis, & inferiorem partem Hierusalem aduersariis prodidisse, exceptaque arce Sion & templo, nihil aliud remansisse, quod non tenuerit Assyrius. Vnde errant qui Sobnam, qui nunc cum Eliacim & Ioahe ad Rabsacen egreditur, eundem putant quem & supra. Ibi enim Sobna præpositus templi ponitur, qui ab Assyriis dicitur esse capiendus: Hic autem Sobna scriba, hoc est, γραμματεὺς, qui Hebraice appellatur a סופר, & est superiori ὁμώνυμος. Rabsacen autem qui Hebræa lingua locutus sit, filium Esaiæ prophetæ Iudæi autumant: qui & ipse proditor fuerit, relictumque filium Esaiæ alterum, appellari Iasub, qui in lingua nostra relictum sonet. Porro alij arbitrantur eũ fuisse Samariten: & idcirco Hebraicum scisse sermonem, & tam audacter & impie dominum blasphemare. Consideremus ergo verba Rabsacis, ac primũ quod dicit: Confidis super baculum harũdineum confractum istum super Ægyptum, falsum est: nulla enim narrat historia quod Ezechias ad Ægyptios miserit, & Pharaonis auxilium postularit. Quodque infert. Si responderis mihi, in domino Deo nostro confidimus: verum est. Sed rursum iungit mendacium veritati, quod abstulerit Ezechias excelsa illius & altaria. Hoc enim non contra Deum, sed pro Deo fecerat, vt idololatria & veteri errore destructo, iuberet Deũ adorari in Hierusalem, vbi erat templum eius: quamquam legamus pessima consuetudine, in mõtibus, collibusque extructo iam altari, populũ Deo victimas immolasse. Quodque pauciratem obsessorũ volens ostendere, equorũ duo millia pollicetur, quorum Ezechias ascensores præbere nõ possit: non de imbecillitate venit populi Iudæorũ, qui equitãdi carebat scientia: sed de obseruatione mandatorũ Dei, qui per Moysen super rege præceperat Israel: *Nõ multiplicabit sibi equos, & vxores plurimas non habebit.* Sin autem me, inquit, seruum Sennacherib, qui sum minimus famulorum eius, non vales sustinere, quomodo tantã regis potentiam sustinebis? Ad id autem quod dixerat: Si responderis mihi, in domino Deo confidimus: callide prudenterque respondit se non sua voluntate, sed domini venisse præceptis: *Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam.* Et est argumentum, certe imo domini voluntate huc venire non poteram. Cum autem venerim, & multas ceperim ciuitates, & pars Hierusalem maneat intacta manifestũ est me eius voluntate venisse. Legi in cuiusdã commentario eundẽ esse Sennacherib, qui & Samariã ceperit: quod omnino falsum est. Sacra enim narrat historia primum Phul regẽ Assyriorum, sub Manahen rege Israel vastasse decem trib. Secundũ Theglathphalasar sub Phacee filio Romeliæ rege Israel, venisse Samariam. Tertium Salmanasar sub Osee rege Israel totam cepisse Samariam. Quartum fuisse Sargon qui expugnauit Azotum. Quintum Asaraddon qui transtato Israel, Samaritanos in terram Iudææ custodes miserit. Sextum Sennacherib, qui sub Ezechia rege Iudæ, captã Lachis, & cæteris Iudææ vrbibus obsederit Hierusalem. Alij autem vnum atque eundem, multis putant nominibus appellari.

a ¶ *Et dixit Eliacim & Sobna, &c.*] Accusatio Rabsacis Ezechiæ testimonium est; quod captis cunctis Iudææ vrbibus confisus in Domino sit, dixeritque ad populum: *Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorũ, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: Multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo: Cum illo est brachium carneum, nobiscũ est Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Et confortatus est*, inquit, *populus huiusce modi verbis Ezechiæ regis Iudæ.* Vnde Rabsaces destruere vult, quod ille construxerat, & loquitur ad populum: Non seducat vos Ezechias, & non vobis tribuat fiduciam super Domino Deo. Quod autem Eliacim & Sobna, & Ioahe humiliter deprecantur: Loquere ad seruos tuos Syra lingua intelligimus enim, & non loquaris ad nos Iudaice in auribus populi qui est super murum: hunc sensum habet: Quid necesse est populum falsis terroribus commoueri, & vanam iactare virtutem: loquere linguam quam populus non intelligit. Si quidem nos habemus linguæ tuæ scientiam, nouimusque sermonem Syrum, qui vtrisque communis est. Ad quod Rabsaces arroganter. *Num*, ait, *ad Dominum tuum, & ad te misit me dominus meus: & non potius ad viros qui sedẽt in muro?* Rursumque augens comminatione terrorem, vt comedant, inquit, stercora sua: & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? per quæ ostendit fame eos & penuria, fatique esse capiendos: Simulque illecebram iungit formidini: vt quos terrore non vicerat, repromissionibus & persuasione decipiat, dicens ex sermone regis Assyriorum.

b ¶ *Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me*, &c.] Pro quo in regum volumine legitur. *Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me.* Ergo sensus idem est. *Facite*, inquit, *quod vobis prosit*: & in benedictionem vestram proficiat. Siue hoc dicit: Benedicite regi Assyrio, & laudate eum, & dominũ confitemini, vt præmia consequamini: & donec reuertar de Ægypto, siue capta Lobna redeam, habitare in vrbe vestra, & rebus vestris fruimini: Postea autem veniã, & transferam vos in terram, quæ similis est terræ vestræ frumenti, vini, & olearum. Nec dicit nomen regionis: quia æqualem terræ repromissionis inuenire non poterat: sed similitudinem pollicetur. Hoc enim vnusquisque desiderat, in quo natus est. Quidam putant terram eis Mediæ repromitti, quæ habebat terræ Iudææ similitudinem, tam in situ, quam in frugibus. Quodque infert:

c ¶ *Vbi est Deus Hemath, & Arphad? Vbi est Deus Sepharuaim? Numquid liberauerunt Samariam de manu mea?*] Hoc ostendit, quod omnibus his diis Samaria seruierit, & idcirco capta sit: Sin autem, ait tantis diis præsidentibus de-

Ibid. E
Sup 22. e שבנא
a sopher ישוה
Ibid.
Sup. 22. f
4 Reg. 15. Ibid 1. Ibid. 17. a Es. 20. a 4 Reg. 17. d
F 4 Reg. 18. a
Deut. 17. d
4 Reg. 19. f
G Ibid. 18. d
H

cem tribus facile superauimus, quanto magis vos, imo solam Hierusalem, vno Deo præsule vincemus facilius? tacuitque omnis populus, & non respondit ei quicquam: Si quidem præceptum regis acceperant, vt non responderent ei. Vere iustus Ezechias, agens cuncta fideliter vniuersaque cõsilio. Ideo autem iusserat blasphemanti Assyrio non responderi, ne eũ ad maiores blasphemias prouocaret. Vnde scriptũ est: *Ne succẽdas carbones peccatoris.* Et in psalmo legimus: *Cũ confiſteret aduersũ me peccator, obmutui, & humiliatus sum: & tacui de bonis.* Et iterum: *Pone Domine custodiam ori meo: & ostiũ munitum labiis meis: ne declines cor meũ in verba malitiæ.*

Eccl.8.c
Psal.38.a
Ibid.140.a

CAPVT XXXVII.

ET factum est cũ audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, &c.] Perspicua relinquentes, ea tantum, in quibus latens sensus est, disseramus. Scindũt vestes: quia Rabsacen audiunt blasphemantem. Scindit & ipse rex vestimenta sua: quia peccatorũ suorum & populi esse credebat, quod Rabsaces vsque ad portam Hierusalẽ venerit, & contra dominũ talia sit locutus. Vnde & Pontifex quia Saluatorẽ blasphemasse credebat, scidit vestimenta sua: Et Paulus ac Barnabas deferẽtibus sibi Dei cultũ Lycaonib⁹, sciderunt vestimenta sua. Pro regio ergo cultu obuolutus est sacco: & de palatio ad templũ gradiens, Eliacim pontificem & Sobnam Scribam, & seniores de sacerdotibus misit ad Esaiam filium Amos prophetæ. In quo regis consideranda humilitas atq; prudentia: Ipse pergit ad templũ: principes populi & seniores sacerdotum, non stolis sacerdotalibus sed ciliciis opertos mittit ad Esaiam filiũ Amos prophetæ: Pro quo in Regum volumine legitur: *Ipse coopertus est sacco: & ingressus domum domini*, Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribã, & seniores de sacerdotibus misit coopertos saccis ad Esaiam prophetam filium Amos. Hic quia ipse de se Esaias scribebat historiam, non se appellauit prophetam, sed filium prophetæ: Ibi vero quia alter erit scriptor historiæ, ipsum scribit prophetam. Quod quidem & de Matthæo euangelista legimus, quod ipse Matthæus se dixerit publicanum: alij vero euangelistæ nomen publicani tacuerint, & apostolicam tantum posuerint dignitatem, & quod in coniunctionibus Apostolorum, apud se secundus apud illos primus sit. *Dixeruntque*, inquit, *ad eum: Hæc dicit Ezechias*, non rex, non tumens nomine imperij. *Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ, dies hæc*: tribulationis nostræ, correptionis Dei, blasphemiæ hostium. Ponitque similitudinem parturientis mulieris, & dolentis quod ad partum vsque peruenerit, & generare non possit, nec dicere: *A timore tuo Domine concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis*: Sequitur: *Si quomodo audiat dominus Deus tuus verba Rabsacis*, quem misit rex Assyriorũ dominus suus ad blasphemandum Deũ viuentem, & exprobrandũ sermonibus, quos audiuit dominus Deus tuus. Leua ergo orationem pro reliquis, quæ repertæ sunt. Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Hæc dicetis domino vestro: Hæc dicit dominus Ne timeas à facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me: Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. [b] Reuersus autẽ Rabsaces, inuenit regem Assyriorum præliantem aduersum Sobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Taracha rege Æthiopiæ dicentes: Egressus est, vt pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nũcios ad Ezechiã dicens: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ loquẽtes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu cõfidis, dicens: Non dabitur Hierusalem in manum regis Assyriorum. Ecce tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris quas

Matth.9.a
Matt.10.a
Mar.3.b
Luc.6.c
Sup.26.c

B
Act.14.c

C

diat dominus Deus tuus verba Rabsacis. Nõ enim audemus dominum omnium, nostrum dominum dicere: quo irascente tanta perpetimur: sed tuum dicimus Dominum. Et hanc habemus vltionis fiduciam: quoniam viuens Deus blasphematur à cultore idolorum mortuorum. Et exprobrauerunt sermonibus, quos audiuit dominus Deus tuus. Leua ergo orationẽ nostram iacentem: non pro cũcto populo qui iã periit, sed pro reliquiis quæ obsidentur. Cũque venisset serui regis Ezechiæ ad Esaiã, rursum nomẽ prophetæ tacuit, vt cœptã seruaret humilitatẽ. Præuenitque eos Esaias, eodẽ enim spiritu quo futura nosebat, etiã absentem regẽ audierat, & dicit quid respondere deberent Domino suo, humiliati in ista fiducia cõsciẽtiæ. *Dicite*, inquit, *Domino vestro*, qui vester est Dominus: meus enim hæc dicit dominus: Nolite timere verba, quibus non tu, sed ego sum blasphematus. Nec dico vniuersa, quæ regi Assyriorũ sim facturus, ne meam videar iactare potentiam, sed quod dãdus sit ei spiritus non Dei, sed aduersarius: Auditoque nuncio, reuertatur ad terram suã, & corruat in ea gladio, vt duo pariter Ezechias quæ optabat, audiret: se obsidione & periculo liberãdum & inimicum iratumque regem in sua terra esse morituru. Si quis quærat cur in libro prophetiæ historia, quæ in Regum, & dierum voluminibus scripta est, mista videatur: Consideret quod historiæ prophetia sit copulata, tam de liberatione vrbis, quam de Assyrij interitu, & de reuersione solis horarum decem, & quindecim annorũ spaciis protelatis quod &, pphetię est, & historię.

D

4.Reg.18.
& 19.
2.Par.32.

[b] ¶ *Reuersus autem Rabsaces*, &c.] Eisdem verbis eademque sententia scriptum est in Regum & Dierum volumine, quod Rabsaces iuxta Domini voluntatem, obsidionem deseruerit Hierusalem, & perrexerit ad Dominum suum, quem vel deserta, vel capta Lachis, ad oppugnandam Lobnam ire cognouerat. Ipse quoque Sennacherib audiens Taracham regem Æthiopum inferre sibi bellum, occurrit venienti, & nihilominus mittit nuncios ad Ezechiam, & epistolas, vt quos necdum viribus ceperat, sermone terreret. Et quomodo populo dixerat: *Non te decipiat Ezechias*, eadẽ blasphemia loquitur ad regem. *Nõ te decipiat Deus tuus.* Ponitque exempla maiorum, quod quomodo cæteras terras nõ potuerint liberare dij sui de manibus eorum, sic nec Hierusalem liberetur. In enumeratione autem gentiũ cæterarum ponit a חנע ועוה: quas Lxx. miscuerunt dicentes ana ueaua, coniunctionemque & id est, b ו, inter duas gẽtes ana & aua, lingua posuere Hebræa, vt ignorantibus vna gẽs videatur, aiit ciuitas: Manifesta transcurrimus: vt in dubiis immoremur. Pugnasse autem Sennacherib regem Assyriorum contra Ægyptios, & obsedisse Pelusium, iamque extructis aggeribus, vrbi capiendæ venisse Taracham regem Æthiopum in auxilium, & vna nocte iuxta Hierusalem cẽtum octogintaquinque millia exercitus Assyrij pestilentia corruisse, narrat Herodotus, & plenissime Berosus, Chaldaicæ scriptor historiæ, quorum fides de propriis libris petenda est.

a Hena
veaua
b vau

a ¶ *Et tulit Ezechias libros de*, &c.] Contra Sennacherib regis blasphemias, solita arma corripuit. Rursumq; pergit ad templum, & epistolas eius expandit coram domino. Prius tacuerat: nõ enim audebat domini timore perterritus in templo ora referare, nec liberas ad Deum preces fundere. Nũc autem quia iam audierat Esaiam dicentem: *Ne timeas à facie verborũ quæ audisti quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorum me*, & cætera: audacter dominum deprecatur, & solum Deum asserit esse viuentẽ, per quæ, idola intelligimus imagines mortuorum. Quodq; infert: *Vere enim domine desertas fecerũt reges Assyriorũ terras & regiones earum, & dederunt Deos earum igni: nõ enim erant dij, sed opera manuũ hominũ lignum, & lapides, & comminuerunt eos.* Multis probatur historiis, quæ scribũt reges Persarũ venisse in Græciã, & subuertisse atque spoliasse templa Græcorũ: vltionemq; postulat, vt per occasionem sui omnia regna cognoscãt, quod solus sit Deus qui possit suos de discrimine liberare.

4.Reg.18.
& 19.
2.Par.32.

b ¶ *Misit autẽ Esaias filius Amos*, &c.] Quia tam audacter Ezechias dominũ deprecatus est, nec misit ad Esaiã, vt prius miserat, nõ ipse propheta pergit ad eum, sed mittit nuncios, qui ei dicerẽt verbis Dei. Super Sennacherib, contra quẽ rogas, domini ista sententia est: Virgo Sion, & filia Hierusalẽ, quæ ideo virgo appellatur, & filia, quia cunctis gentibus simulachra adorantib. hominũ mortuorũ, hæc sola conseruet castitatẽ religionis Dei, & vni⁹ diuinitatis cultũ: subsannauit te, atque despexit: & quæ ne ad maiorẽ te blasphemiam concitaret, præsenti non responderat, post abeuntẽ mouit caput suum, certa de vltione, secura de pœna. Et hæc locuta est: Non contra me, sed contra dominum superbisti, nec ipse per te, sed per seruos tuos, vt maior esse arrogantia blasphemantis. Dixisti enim quod in quadrigarum turaum multitudine ascenderes altitudinem montium & iuga Libani, & excelsas succideres cedros, atque abietes illius. Quod vel de cũctis gentibus μεταφορικῶς principibusque earum debemus accipere, vel de Hierusalem, quæ interpretatur Libanus: vt cedros eius atq; abietes ad potentes quosque & optimates, altitudinem vero summitatis illius, saltumque Carmeli, referamus ad tẽplum. Ipse enim supra dixerat: *Nunquid non audisti quæ fecerint reges Assyriorum omnib⁹ terris, quas subuerterunt*, & tu poteris liberari? Numquid eruerunt eos dij gentium, quos subuerterunt patres mei, Gozan: & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? Vbi est rex Hemath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim Ana, & Aua? [a] Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & ascendit in domum domini: & expandit eos coram domino, & orauit ad dominum dicens: Domine exercituum Deus Israël, qui sedes super Cherubin: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu enim fecisti cœlum & terram. Inclina domine aurem tuam & audi: aperi domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sẽnacherib, quæ misit ad blasphemandũ Deum viuentẽ. Vere enim domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earũ, & dederunt deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuũ hominũ lignũ & lapides, & comminuerunt eos. Et nunc domine Deus noster, salua nos de manu eius: & cognoscãt omnia regna terræ, quia tu es dominus solus. [b] Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit dominus Deus Israel: pro quib. rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum: hoc est verbũ quod locutus est dominus super eum: Despexit te, & subsãnauit te virgo filia Sion post te caput mouit, filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quẽ blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam, & leuasti altitudinem oculorum tuorum ad sanctũ Israel. In manu seruorum tuorũ exprobrasti domino & dixisti: In multitudine quadrigarum mearũ ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius. Ego fodi & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. [c] Nunquid non audisti quæ olim fecerim eis ex diebus antiquis ego plasmaui illud, & nunc adduxi eos, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum. Habitatores earũ breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt sicut fenum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorũ quæ exaruit antequã matureseceret. Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuũ cognoui, & insaniam tuam contra me. Cum furereres aduersum me superbia tua ascendit in aures meas, ponam ergo circulũ in naribus tuis, et frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quã venisti. [d] Tibi autẽ hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo

E

mnt? ergo nec tu poteris liberari. Quodque infert: Ego fodi & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Iuxta historiã hoc intelligi potest, quod præ multitudine exercitus, omnia fluenta exiccauerit, vt puteos sibi fodere sit compulsus. Iuxta translationẽ: quod omnes populos qui interdũ sub aquarũ nomine describũtur, suo vastauerit exercitu. Pro quo soli Lxx. transtulerunt, ἐγὼ ἔθνη χάραξα, καὶ πήμασα ὕδατα καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὑδάτων, id est & posui pote, & in desertas feci aquas, & omnẽ congregationẽ aquarũ: quod scilicet nulla sibi gẽs inuia fuerit, sed super oẽs populorũ aquas suo calcauerit pede.

Apoc.17.b

c ¶ *Nũquid non audisti quæ olim fecerim*, &c.] Hæc ex persona Dei cõtra verba Assyrij sentiẽda sunt, quod ad blasphemiam eius sic responderit dominus: Nõ ignoras quod hæc quæ fecisti, mea feceris voluntate, & ego hæc futura prædixerim, ac per te facienda mandauerim? Itaque quod olim decreui, hoc expletũ est tẽpore, vt colles, id est, principes, qui inter se ante pugnabant: & ciuitates munitissimæ, me contrahente manũ meã nec solitum præbente auxiliũ, eradicarentur, & contremiscerent, ac perirent: & cõparentur, non oliuæ & vineæ fructuosisq; arboribus, sed feno & gramini, herbisq; domatũ, quæ frugibus impediméto sunt, & ante marcescunt, quã ad maturitatẽ perueniãt. Itaq; & sessionẽ, & egressum, & introitum tuum ante cognoui, & insaniã qua contra me debachaturus eras prophetis vaticinantibus sum locutus, per quos olim dicturum esse te nouerat: *In cœlũ ascendam, super sidera cœli ponam thronũ meũ: eroque similis altissimo.* Itaque furor tuus, & superbia tua peruenit in aures meas, & nequaquã vltra te portabo, vt intelligas quod potuisti, nõ tuis potuisse te viribus, sed meo arbitrio. Merebantur enim impiæ gentes & infructuosæ arbores, vt per te quãsi securim & serrã meam succiderentur & caderent. Itaque *ponam circulum, siue chamum in naribus tuis*, vt blasphemantia ora constringam: & nequaquam vltra talia loqui audeas frenumque iniiciam labiis tuis quod tuam ferociam domet, & te reducat in Assyrios. Qua translatione & in psalmis contra impios scriptura abutitur: *In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant tibi.*

Sup.14.d

ואת
סוכיכו

Psal.31.A

d ¶ *Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno*, &c.] Omnia hæc propheta per nuncios ad Ezechiam loquitur, quid Sennacherib dixerit: quid ei Dominus responderit: Nunc ad ipsum sermonem facit: ne forsitan dubiter ventura quæ dicta sunt. Et ideirco vel maxime prophetæ apud populum sermonum suorum habebant fidem: quia non solum de his quæ multa post sæcula futura erant, sed etiam

quæ incontinenti, & poſt non grande temporis ſpacium eſſent implenda, memorabant: & quod intra biennium, & rex Aſſyrius interiret, & vrbi Hieruſalem ſecuritas redderetur. *Hoc erit*, inquit, *ſignum* eorum quæ futura prænuncio, quod hoc anno ea comedas, quæ ſponte naſcũtur. Siue iuxta Lxx. quæ prius ſeueras. Anno autẽ ſecundo iuxta Symmachũ pomis veſcere: Siue iuxta eoſdẽ, quæ de præteritis ſegetibus & cadente in terram ſemine, pullulauerint. In anno autem tertio fugato iam Aſſyrio & obſidione laxata, ſeminate & metite, & plantate vineas & fructus earum comedite. Si quidẽ paruæ vrbis huius reliquiæ, quæ nunc hoſtili vallantur exercitu, & euaſuras ſe eſſe non credunt, tantam recipient rerum omnium abundantiam ac felicitatem, vt inſtar arboris alta radice fundatæ, pomis denſiſſimis impleantur. De Hieruſalem. n. & de monte Sion egredientur reliquiæ, & implebunt terram Iudææ, non ſuo merito, ſed Dei miſericordia, imo zelo quod aduerſus impios zelatus eſt populum ſuũ.

a ¶ *Propterea hæc dicit Domin' de reg. Aſſy. Non introibit ciuit. hanc, & non iac.* &c.] Reuertitur ad propoſitum & poſt futurorum ſpem præſentem excutit metum. Non enim erat tanta lætitia ſuper his quæ longe poſt tempore ventura promiſerat, quanta cura de imminentibus. Quod autem dicit Aſſyrium receſſurum, nec leuaturum contra Hieruſalem clypeum, nec iacula miſſurum neque vrbẽ munitionibus, & aggere eſſe vallandam, aduerſariumque per viam, quavenerat reuerſurum, & liberandam ciuitatem obſidione præſenti, & ad extremum infert, propter me, & propter Dauid ſeruum meum: illud ſignificat, quod non merito ſuo, ſed Dei clementia conſeruentur, imo patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur, & ſuæ negligentiæ, & illius fidei, atque iuſtitiæ, quod intantum iuſtitiam diligat Deus, vt etiam poſteros ſanctorum hominũ, non ſuo merito, ſed maiorem virtute tueatur.

b ¶ *Egreſſus eſt autẽ Angelus Dei & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia*, &c.] Centum octoginta quinque millia fortiſſimorum virorum ab vno Angelo vna nocte cæduntur, & abſque vulneribus occiforum mors ſæua diſcurrit: excludens à corporibus animas Dei voluntate. Super quo in Paralipomenon legitur: *Et miſit dominus angelum, qui percuſſit omnem virum robuſtum, & principem exercitus regis Aſſyriorum, reuerſuſque eſt cum ignominia in terram ſuam*. Qui idcirco ſeruatus eſt, vt ſciret potentiam Dei, & blaſphemantia ora comprimeret: fieretque teſtis illius maieſtatis, quem paulò antè contempſerat. Quod autem intulit: *Et reſurrexerunt mane*, vel Iſraelitas, vel reliquos exercitus eius accipiamus: licet in Regum ſcriptum ſit volumine, quod cum ipſe rex diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum. Pharao quoque in decem Ægypti ſeruatur plagis, vt nouiſſimus pereat, quod & iſte paſſus eſt. Cum enim reuerſus eſſet in Niniuem vrbem primam regni ſui, & adoraret in templo Neſrach Deum ſuum quaſi victoriam de hoſtibus reportaret, & delubrum idoli ſui triumphans, & gratulabundus incederet: contemptor veri Dei in phano falſi numinis trucidatur, nec angeli perit gladio, quod erat cõmune cum pluribus, ſed parricidio filiorum. Qui cum fugiſſent in terram Ararat: quod intelligitur Armenia, ſucceſſit in patris locum Aſaraddon: quem ſcriptura teſtatur, miſſiſſe habitatores Samariam, ne terra maneret inculta. Ararat autem regio in Armenia campeſtris eſt, per quam Araxes fluit incredibilis vbertatis, ad radices Tauri montis, qui vſque illuc extenditur. Ergo & arca, in qua liberatus eſt Noe cum liberis ſuis, ceſſante diluuio, non ad montes generaliter Armeniæ delata eſt, quæ appellatur Ararat, ſed ad montes Tauri altiſſimos, qui Ararat imminent campis.

C אוריה אחרון 4.Reg.17.d Gen.8.a

Capvt XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & intrauit ad eum Eſaias filius Amos Prophetæ & dixit ei: Hæc dicit dominus: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & nõ viues. Et conuertit Ezechias faciẽ ſuam ad parietem, & orauit ad dominũ, & dixit: Obſecro domine, memẽto quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, feci. Audienſque eſt oratio eius, & ſecundo pomis veſcere, in anno autẽ tertio ſeminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod ſaluatũ fuerit de domo Iuda, & quod reliquũ eſt, radicem deorſum: & faciet fructum ſurſum, quia de Hieruſalẽ exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Sion: Zelus domini exercituum faciet iſtud.

Prou.3.b

a Propterea hæc dicit dominus de rege Aſſyriorum: Nõ introibit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittam, nec occupabit eam clypeus: & non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & vrbem hanc non ingredietur, dicit dominus, protegamque ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. b Egreſſus eſt autẽ angelus domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinq; millia, & ſurrexerũt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Et egreſſus eſt, & abiit, & reuerſus eſt Sẽnacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Ninue. Et factum eſt cum adoraret in templo Neſrach Deũ ſuum, Adramelech & Saraſar filii eius percuſſerunt eum gladio, fugeruntque in terram Ararat, & regnauit Aſaraddon filius eius pro eo.

Ioan.3.b 2.Reg.19.c

Capvt XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & intrauit ad eum Eſaias filius Amos Prophetæ & dixit ei: Hæc dicit dominus: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & nõ viues. Et conuertit Ezechias faciẽ ſuam ad parietem, & orauit ad dominũ, & dixit: Obſecro domine, memẽto quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, feci. Audienſque eſt ſe moriturum, non precatur vitam & annos plurimos, ſed in Dei iudicio quid velit præſtare dimittit. Nouerat enim idcirco Deo placuiſſe Salomonem, quod annos vitæ non petierit ampliores, ſed iturus ad dominum, narrat opera ſua, quomodo ambulauerit coram eo in veritate, & in corde perfecto. Felix conſcientia, quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur: *Beati* enim *mundo corde, quoniam ipſi Deũ videbunt*. Et quomodo alibi ſcribitur: *Quis gloriabitur purum habere ſe cor?* Quod ita ſoluitur: Perfectionem cordis in eo nunc dici, quod idola deſtruxerit, templi Baal vaſa peruerterit, ſerpentem æneum comminuerit, & cætera fecerit quæ ſcriptura commemorat. Fleuit autem fletu magno propter promiſſionem domini ad Dauid, quam videbat in ſua morte perituram. Eo enim tempore Ezechias, filios non habebat: nam poſt mortem eius Manaſſes cum duodecim eſſet annorum regnare cœpit in Iudæa. Ex quo perſpicuum eſt, poſt tertium annum conceſſæ vitę Manaſſem eſſe generatum. Ergo iſte omnis eſt fletus, quod deſperabat Chriſtũ de ſuo ſemine naſciturum, Alij aſſerunt, quamuis ſanctos viros morte terreri, propter incertum iudicij, & ignorationẽ ſententiæ Dei, quam ſedem habituri ſint. Simulque fati quæſtio ſoluitur, ac neceſſitatis vincula atque cauſarum, quod nequaquam dies mortis ſingulis præſtituta ſit: ſed voluntate Dei, & ignotis mortalibus cauſis, vel viuat aliquis vel moriatur: præſertim cum & ſtatuto nunc mortis neceſſitas differatur, & poſt mortem reſuſcitatos plurimos legerimus.

Prou.3.b

Matt.5. Prou.20.b

4.Reg.18. 4.Reg.21.a

3.Reg.9.c

Ioſin.c 4.Reg.20.a

a ¶ *Et factum eſt verbum domini ad Eſaiam dicens*, &c.] Præpoſtero ordine, quaſi in prophetia, hic refertur hiſtoria, quę in Regum volumine conſequentius legitur: *Flente Ezechia fletu magno, priuſquã egrederetur Iſaias mediã partẽ atrij, factus eſt ſermo domini ad eũ dicẽs: Reuertere & dic Ezechiæ duci populi mei: Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymas tuas: Ecce ſanabo te. Dixitq; Ezechias ad Eſaiã: Quod erit ſignum, quia dominus me ſanabit?* Cui prophęta reſpondit: *Hoc erit ſignum à domino, quod facturus ſit dominus ſermonẽ quẽ locutus eſt: Vis vt accedat vmbra tot lineis, an vt reuertatur totidẽ gradibus?* Cui dixit Ezech. *Facile eſt vmbram creſcere decẽ lineis, nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur retrorſum decẽ gradibus.* Cumque inuocante Eſaia potentiã domini, ſignũ eſſet effectum, præcepit Eſaias afferri maſſam ficorum recẽtium: quam cum attuliſſent & poſuiſſent ſuper vulnus eius, curatuseſt. Reuertitur autem ad regem propheta domini iuſſione, vt ipſe ſanaret qui percuſſerat: & vocatur Ezechias dux populi eius, & filius Dauid, cuius opera ſectabatur: fecerat enim rectum iuxta omnia quæ fecit Dauid pater eius: & auditur eius oratio, vidẽturque lacrymæ, quoniam ambulauerat coram domino in veritate, & in corde perfecto, & fleuerat fletu magno, & quod placitum erat in oculis eius fecerat: Adiiciunturq; quindecim anni ad vitã, quos ille non poſtulauerat: & inſuper viuente eo, regni ſecuritas repromittitur. Sin autem vt quidam putant in corpore viuere, condemnatio eſt: & iuxta illud quod dicitur: *Reuertere ąnima mea in requiem tuã.* Et in alio loco: *Educ de carcere animam meam*, optanda eſt mors, vt de carcere liberemur: quomodo nunc dominus donat pro beneficio, vt qui liberandus erat, adhuc quindecim annis viuat in carcere? Datur autem ſignum, vt ſol decem gradibus reuertatur, quos nos iuxta Symmachum, in lineas, & horologium vertimus: qui gradus intellexit in lineis, vt manifeſtiorem ſenſum legentibus faceret. Siue ita extructi erant gradus arte mœchanica, vt per ſingulos vmbra deſcendens, horarum ſpacia terminaret. Quod ſignum & præſentis temporis, & futuri typus erat: vt quomodo ſol reuerteretur ad exordium ſui, ita & Ezechiæ vita ad detextos annos rediret: nobiſque in hebdomade & ogdoade viuentibus per reſurrectionẽ Chriſti vitæ ſpacia protelentur. Solent ſanctorum locorũ in hac prouincia monſtratores, intra conceptum templi oſtendere gradus domus Ezechiæ, vel Achaz, quod ſol per eos deſcenderit. Sed numquã ego credam, non dico Achaz qui rex impius fuit, ſed cuiuſlibet regis iuſti domum fuiſſe in templo Dei: cum Salomon idcirco Deum inter cætera offendiſſe dicatur, quod in ſublime ædificauerit mello: vnde atrium templi deambulans, in turre palatij deſpicere ſolitus ſit.

Pſal.114.b Iſai.14.b

b ¶ *Scriptura Ezechiæ regis Iudæ cum ægrotaſſet*, &c.] Miror quomodo ſoli Lxx. pro ſcriptura, orationem poſuerint: cum oratio b תפלה, dicatur, & non quæ in præſenti

b tephilla

loco ſcribitur e מכתב, alioquin conſequenter diceretur oratio, ſi de præſenti eſſet tempore, & non de præterito. Manifeſtum eſt enim: quod poſt redditam ſanitatem, de infirmitate conſurgens iſta conſcripſerit: ex quo non oratio eſt, ſed gratiarum actio pro beneficio quod acceperat.

c ¶ *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*, &c.] Narrat quid tempore prementis anguſtiæ, imminentiſque languoris, tacitus cogitarit: Dixi, inquit, in corde meo: in dimidio dierum meorum, ſiue vt Aquila & Symmachus, & Theodotio interpretati ſunt, in infirmitate & ſilentio dierum meorum: pro quo Lxx. exceſſum interpretati ſunt ob litteræ ſimilitudinem, d דמי pro e דמי legentes, id eſt ἀίματος, licet quidam f דמי, ſanguinem verterint, vt ſit ſenſus: In ſanguine dierum meorum, quando meus cruor, meuſque expectabatur interitus: Itaque deſperatione dixi: *Vadam ad portas inferi*, vel communi lege naturæ, vel illas portas, de quibus quod liberatus ſit, pſalmiſta decantat: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Has portas inferni reor, quæ aduerſum Petrum non præualent, quia dormiuit in plenitudine dierum ſuorum. Sancti implent dies ſuos: qualis fuit Abraham, qui mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona. Peccatores vero & impij in dimidio dierum ſuorum moriuntur, & de quibus pſalmiſta loquitur: *Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Non enim implent opera virtutum, nec ſtudent pœnitentia emendare delicta. Vnde in medio vitæ curſu: & in errorum tenebris ducentur ad Tartarum. *Quæſiui*, inquit, *reſiduum annorum meorum*, non me putans vltra eſſe victurum. *Dixi, non videbo dominum, dominum in terra viuentium.* Pro domino & domino, bis in Hebræo ponitur יה יה, quod in extrema ſyllaba h הללו יה ſonat, pro quo Lxx. tranſtulerunt: Nequaquam vltra videbo ſalutare Dei in terra viuentium. De qua & in alio loco ſcriptum eſt: *Placebo domino in regione viuentium.* Et rurſum: *Placebo domino in lumine viuentium.* Regio ergo ſanctorum ipſa eſt, quæ appellatur lux viuentium. *Non eſt* enim *Deus mortuorum, ſed viuorum.* Hoc autem eſt omne quod metuit, ne ſalutare Dei ductus ad inferos, nequaquam mereatur aſpicere. Sequitur: *Non aſpiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.* Quod nos olim propter verbi ambiguitatem ſequenti verſiculo iunxeramus: ſermo enim Hebraicus, ſi legatur, aut ſcribatur i חדל requiem: ſi k חדל, occidentem ſonat. Timet ergo ne cum ſanctis, & hominibus Dei non habitet in quiete: ne non videat dominum in terra viuentium, ne generatio illius inſtar tabernaculi diſſoluatur: ne in telæ ſimilitudinem in ipſo lucis exordio præcidatur: & nequaquam de ſemine eius Chriſtus oriatur. Quod autem corpus noſtrum appelletur tabernaculum, & Apoſtolus inſtruit dicens: *Nos qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus aggrauati. De mane*, ait, *vſque ad veſperum finies me, ſperabam vſque mane.* Quod

c michtab

d remi
e demi
f demi

Exod.22.a

Matt.16.c

Gen.25.a

Pſa.54.d

g ſa ra
h haſſelou
Ia

Pſal.114.b
Ibid.55.c
Matt.22.a

i hadel
k hadal

2.Cor.5.b

& Iob in angustia sua, atque in tormẽtis corporis sustinuisse se dicit, quando in die expectabat noctem, & lucem præstolabatur in tenebris, mutatione temporum putans mutari posse supplicia. Hoc verum esse nouit, qui magnis febribus æstuat, cuius ignis internus in similitudinem leonis omnia ossa consumit, nec se putat præ doloris magnitudine vltra esse victurum.

a ¶ *Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba, &c.*] Mors imminens & languori incumbens dolor, quasi leo, ita omnia corporis mei ossa frangebat: sed ego in similitudinem hirundinis, & columbæ, fletib. & gemitib. dies noctesque iungebã, & à Deo solo qui poterat subuenire, eleuatis in altum oculis auxiliũ præstolabar. Dicebamq; ad eum: plus patior quam mea poscunt merita, sed & si quid erraui, conuertar ad melius: tu responde pro me: *Non est* n. *volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei.*

Rursumque in se reuertimur: Quid dicam, quidve causabor contra te factorem meum? aut quid mihi respondebit qui fecit ipse quod voluit? Sustinenda ergo sunt quæcumq; decreuerit. Pro pullo hirundinis, siue hirũdine, vt Lxx. transtulerunt in Hebr. scriptũ est סוס quod interpretatus est Aquila, equus Agor, Theodotio סיס עגור: media n. vocalis litera ו: si ponatur inter duas o, ס, legitur סוס, & appellatur equus: si ע, legitur סיס, & hirundo dicitur. Symmachus autem ita transtulit: Sicut hirundo inclusa, sic cãtabo, quod verbũ ספה עגור & in Hieremia legitur, vbi scriptũ est: *Miluus in cælo cognouit tempus suum: turtur & hirũdo, & ciconia custodierunt tempora sua.*

b ¶ *Reputabo oẽs annos meos, &c. Domine si sic viuitur, & in talib. vita, &c.*] Nulla res longa mortaliũ est: omnisq; felicitas sæculi dum tenetur, amittitur. Cum n. tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritũ est, nihil adiuuat sustinentem. Vnde stulta Epicuri sententia est, qui asserit, recordatione præteritorum bonorum, mala præsentia mitigari. Ergo Ezechias reputare se dicit omnes annos regni sui, & præteritæ, vt putabat, beatitudinis in præsenti amaritudine. Et quia iam securus est, nec patitur quæ refert, de humano statu philosophatur, & dicit: Domine, si sic viuitur, & tali sumus conditione generati, corripuisti me, sed viuificasti me, pacemque tribuisti fugato Assyrio, sed pax mea omni mihi amaritudine fuit amarior, quia tranquillitate populis reddita, & vrbe secura, ego solus limina mortis intraui. Sed tu eruisti animam meam, vt non periret, vel præsenti vitæ, vel futuræ. *Proiecisti* enim *post tergum omnia peccata mea*, ne illa tristis aspicerem, sed tuam misericordiã contemplarer. Infernus enim & mors non confitebuntur, neque laudabunt te, iuxta illud quod scriptum est: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Confessioque in hoc loco, non pro pœnitentia, sed pro gloria & laude accipitur, sicut & in euangelio legimus: *Confitebor tibi Domine pater cæli & terræ.* Non expectabunt, inquit, qui descendunt in lacum, veritatem tuam, melius quam in Lxx. τὸν ἐλεημοσύνην, id est, misericordiam. Qui enim in inferno est, non expectat iudicij veritatem, sed misericordiam Dei, maximè cum Saluator ad inferna descẽderit, vt vinctos de inferis liberaret. Pro lacu manifestius iidem, inferos transtulerunt. *Viuens viuẽs ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.* Et hic confessio pro laudatione ponitur. Neque enim sua scelera confitetur: sed gratias agit Deo, & non est pulchra laudatio in ore peccatoris, Cumque infernus & mors non confiteantur, nec laudent Deũ, econtrario vita atque viuentes dominum glorificant. Quodque sequitur: *Pater filiis notam faciet veritatem tuam*: hoc significat, quod in Deuteronomio dicitur: *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos & dicẽt tibi*: vt per successiones & singulas generationes, Dei in posteros clementia prædicetur. Pro quo Lxx. posuerunt: ab hodie enim filios faciam, qui annũciabunt iustitiam tuam. Causalisq; coniunctio, sequẽtia cum superioribus copulat, quod videlicet in circo viuentes, & ipse viuens benedicant Deo: quia ab hac die facturus sit filios, qui annũcient veritatem eius: quod certe suæ non erat potestatis. Neque enim per prophetam illi liberi repromissi sunt: sed præsens vita concessa: præsertim cum impiissimum filium genuerit Manassen, qui repleuerit Hierusalem sanguine, à porta vsque ad portam, & non benedixit, sed maledixit Deo persequens sanctos eius. Possumus ergo iuxta Lxx. hoc dicere, quod non dixerit filios faciam: sed παιδία, quos vel paruulos, vel pueros, siue infantulos, & posteros intelligimus, vt ex eo quod ipse misericordiam consecutus est, omnis ventura posteritas hoc cognoscens, laudet eius incredibilem clementiam. Saluum ergo me fac domine, & omnes qui in te credimus, tuo que sumus auxilio liberati: & cunctis diebus vitæ nostræ te canemus in templo.

HEB.	SEPT.
mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea: de manevsque ad vesperum finies me. a Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba, attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum Domine vim patior: responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? b Reputabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei: corripies me, & viuificabis me: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie. Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini.	*sicut leo, sic contriuit omnia ossa mea. A die vsque ad noctem tradidit me. Quasi hirundo sic clamabo: quasi columba sic meditabor. Defecerunt enim oculi mei aspiciendo in excelsum cæli ad dominum: qui eruit me, & abstulit dolorem animæ meæ, & ipse fecit. Domine de ipsa annunciatum est tibi, & suscitasti spiritum meum: & consolatus viuificasti. Ecce in pace amaritudo mea: liberasti enim animam meam, vt non periret, & proiecisti post me omnia peccata mea. Neque enim in inferno laudabunt te, neque mortui benedicent tibi. Neque sperabunt qui apud inferos sunt misericordiam tuam: viuentes benedicent tibi sicut & ego. Ab hodie enim filios faciam: qui annunciabunt iustitiam tuam domine salutis meæ, & non requiescam benedicens tibi cum psalterio, omnibus diebus vitæ meæ in conspectu domus Dei.*

c Et iussit Esaias, vt sumeret massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur. Et dixit

c ¶ *Et iussit Esaias, vt sumerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, &c.*] Hoc prius legendum est, quã oratio Ezechiæ, siue scriptura, quam nunc interpretati sumus: ante enim cataplasma vulneri impositum est: & prius signum ab eo petitum futuræ sanitatis, quam gratias ageret domino: quod dicitur fecisse sanatus. Aiunt Hebræi verbum שחין, quod prætermisere Lxx. vlcus sanare, non vulnus. Nam & Aquila, Symmachusq; & Theodotio ἕλκος interpretati sunt, per quod morbum regiũ intelligi volunt: cui contraria putãtur vel sumpta in cibo, vel apposita corpori, quæcunque sunt dulcia: Ergo vt Dei potentia monstraretur, per res noxias & aduersas, sanitas restituta est. Alij שחין, non vlcus, sed apostema suspicantur: quando tumens corpus, cocto & putrescente pure completur. Et iuxta artẽ medicorum, omnis sanies ficcioribus ficis atq; contusis, in cutis superficiem prouocatur, ac per hoc non spernendam esse medici-

medicinam, quæ vsu constet & experimẽto: quia & hanc fecerit Deus. Oratio igitur ac gratiarum actio hucusq; conscripta est: Cæterum quod signum datum sit, superior historiæ ordo narrauit.

CAPVT XXXIX.

Sup 36.4 *In tẽpore illo misit Merodach, &c.*] Supra legimus quartodecimo anno regis Ezechiæ ascendisse Sennacherib regem Assyriorum super omnes ciuitates Iudæ munitas: & cepisse eas, & postea obsedisse Lachis, transisse Sobnam, misisse Hierusalem partem exercitus sui: eaque per angelum centum octoginta quinque millia exercitus eius, & ipsum fugisse Niniuen, interfectumque à filiis in phano Dei sui: & regnasse pro eo Asaraddon filium eius: ægrotasse Ezechiam, & recepisse prophetæ nuncio sospitatem: factum signum incredibile, vt sol decem horarum spaciis reuerteretur ad ortum suum, & pene duplex dies fieret: Nunc legimus quod in tẽpore illo, hoc est, eodem anno, quo hæc gesta sunt omnia, miserit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam, non Assaraddon, qui Sennacherib patri apud Assyrios in regnum successerit: de cuius, seu morte, seu vita scriptura conticuit. Ex quo perspicuum est aliud fuisse tunc regnum Assyriorum, & aliud Babyloniorum. Denique Samariam, id est, decem tribus cepere Assyrii Iudam autem, & Hierusalem postea legimus cepisse Chaldæos, quorum rex Nabuchodonosor fuit. Et quia apud eos astrorum obseruantia est, stellarumque cursus longo vsu, & exercitatione cognitus, quod & in domini natiuitate monstratur: intellexerunt solem reuersum, diei spacia duplicata, seruire ei quem solum Deũ putabant. Cumq; causas huius miraculi, rationẽq; perquirerent: fama per omnes gentes volitante, didicerũt propter ægrotationẽ regis Iudæ, etiã cursum signi clarissimi cõmutatum. Quã non esse opinationẽ meam, sed scripturæ sanctæ fidẽ, Dierum verba testãtur, quæ dixere post alia: *Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontẽ aquarum Gihõ, & auertit eas subter ad Occidẽtem urbis Dauid. In omnibus operib. suis fecit prospere quæ voluit: attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eũ, vt interrogarẽt de portẽto quod acciderat super terram, reliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius.* Idcirco autẽ tentationi relictus est, quia post tantam victoriam, & solis regressum, & congratulationẽ regis potentissimi, cor illius eleuatũ est. Denique in eodẽ volumine scribitur: *Multi deferebant hostias, & sacrificia domino in Hierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda, & exaltatus est coram cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit vsq; ad mortẽ, & orauit dominum, & exaudiuit eũ, & dedit ei signum: sed nõ iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia exaltatũ est cor eius, & factæ est contra eũ ira, & cõtra Iudam & Hierusalem.* Rursumque scriptura sancta elationem cordis eius dicit pœnitentia mitigatam, inferens: *Et humiliatus est postea, eo quod exaltatum esset cor eius, tam ipse quam habitatores Hierusalẽ: & idcirco non venit super eos ira domini in diebus Ezechiæ.* Lætatus est ergo in aduentu legatorum Merodach, quam patrem fuisse Nabuchodonosor Hebræi autumant, & in oblatione munerum, & congratulatione sanitatis suæ. Ostenditque eis iuxta Lxx. domum a בכתה, pro qua Symmachus transtulit aromatum suorum, & thesauros argenti & auri, & odoramentorum & vnguenti optimi, quod in Hebraico scribitur, olei boni, & omnes thesauros vasorum Gazæ, siue vt ibi legitur, vasorum suorum. Gazã autem lingua Persarum diuitiæ nuncupantur, nec est Hebræus sermo, sed barbarus. *Non fuit*, inquit, *verbum* (quod iuxta Hebraicam consuetudinem pro re frequenter accipitur) *quod non ostenderit eis in domo sua, & in omni potestate sua.* Vnde Dei ira iustissima: quoniam non solum thesauros suos atque palatij, sed & tẽpli ostenderit: quod certe fuit potestatis eius, de cuius valuis auri laminas ante iam tulerat.

b ¶ *Introiuit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam, &c.*] Tradunt Hebræi ideo ægrotasse Ezechiam, quoniam post inauditam victoriam Iudæorum, & Assyrij regis interitum, non cecinerit laudes domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso: & Debbora interfecto Sysara, & Anna genito Samuele: vnde commonitum esse fragilitatis suæ. Rursumque post corporis sanitatem, & tanti magnitudinem offerri aliam occasionem superbiæ, quam vt prudens & Dei cultor vitare debuerat, nec monstrare alienigenis diuitias suas, quas Deo tribuente possederat. Ex quo iuxta leges quoque tropologiæ discimus, non mittendas margaritas ante porcos, nec dandum sanctum canibus. Qui enim fidelis est, spiritus abscondit negotia: & quicumque hæc non fecerit, omnis virtus illius euenuatur: peritque posteritas, & amisso virili robore, in muliebrem redigitur mollitudinem. Ingreditur ergo Esaias ad regem, & quasi nescius scisciratur: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt: Duo interrogat: quid locuti sint, & vnde venerint. Ille ad vnum respondit altero prætermisso: quod cum ἔμφασιν & supercilio legendum est: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone: quod quanto terra longior sit vnde venerunt, tanto iste gloriosior, propter quem venerint. Et venerunt, inquit, ad me, qui debuerat dicere: venerunt ad glorificandum Deum pro signi magnitudine, de Babyloniæ, quæ vrbs in toto orbe potentissima est. Rursumque Esaias: *Quid*, inquit, *viderunt in domo tua?* Et ille respondit ex parte verum: quod omnia viderint in domo illius: nec fuerit res quam non ostenderit eis in thesauris suis: Sed alterum tacet, de quo verebatur offensam, quod ostenderit eis cuncta quæ haberet in potestate sua: haud dubium quin & templi suppellectilem: propter quæ Esaias Dei sermone profert sententiam: *Audi verbum domini exercituum*: Veniet tempus, quando omnia hæc quæ in domo tua sunt, & non tuo, sed patrum tuorum labore quæsita, in Babylonem transferantur: & de semine tuo fiant eunuchi in aula regia. Ex quo Hebræi volunt Danielem, Ananiam, Misael, & Azariam, qui fuere de regio semine, factos esse eunuchos, quos in ministerio regis Nabuchodonosor fuisse non dubium est. Dixit itaque Ezechias: *Bonum verbum domini, quod locutus est.* In quo ab Hebræis reprehenditur: cur non sit imitatus bonitatem Moysi, qui locutus ad Dominum est: *Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Vnde & Apostolus Paulus anathema vult esse à Christo pro fratribus suis, qui sunt Israëlitæ: & propterea Ezechiam Dei sermonibus non probatum, qui in consequentibus loquitur: *Consolamini, consolamini populi mei, dicit Deus vester*, vt pro qui-

bus ille non rogauerat, domini clementia consolentur.

CAPVT XL.

Consolamini, consolamini populo, &c.] Iuxta interpretes cæteros, iubentur alij, vt populum Dei, & Hierusalem pariter consolentur: Iuxta Hebraicum ipsi præcipitur populo, vt consoletur, & loquatur ad cor Hierusalem, & aduocet eam. Loqui autem ad cor Hierusalem: Idioma scripturarum est. Qui enim merenti loquitur, & blandiens consolator est, ad cor loqui dicitur. Doceat nos Sychen filius Hemor, qui corrupta Dina locutus est ad cor eius, & consolatus est eam. Et vbicumque simile quid inueneris, hûc sensum habet. Causaq; consolationis, remissio peccatorum est, & causa remissionis, quoniam suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. *Qui* enim *scit voluntatem domini sui, & peccat, vapulabit multis.* Omnisq; qui habet in se habitatorem Spiritũ sanctum, quem Saluator Apostolis promittebat, dicens: *Rogabo patrem meum, & alium consolatorem dabit vobis, vt sit vobiscum in sempiternum, spiritum veritatis.* Et iterum: *Cum autẽ venerit consolator Spiritus sãctus, quem mittet pater meus in nomine meo: ille vos docebit omnia.* Et rursũ: *cũ venerit consolator, quem ego mittã vobis à patre, spiritũ veritatis, qui à patre egreditur, ille testificabitur de me.* Et, *prodest vobis vt ego vadã: Nisi enim ego abiero, cõsolator non veniet ad vos.* Consolator est cui & nũc præcipitur, vt cõsoletur populum Dei. Vnde & Apostolus Paulus loquebatur ad credẽtes: *Benedictus Deꝰ & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ, & Deꝰ omnis consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus cõsolari eos, qui in omni tribulatione sunt, per consolationem qua ipsi consolamur à Deo: quoniam sicut superabundant passiones Christi in nobis, sic per Christum abundabit & consolatio nostra.* Et iterũ: *Et spes nostra firma est pro vobis: scientes quoniam participes estis passionum, sic & consolationis eritis.* Quis sit autem iste populus, qui per Apostolos & viros ecclesiasticos consolatur, non Israel, & Iacob, & Iuda, vt in aliis locis scriptura commemorat, sed populum Dei: Zacharias propheta testatur, dicens: *Gaude & lætare filia Sion, quia ego veniam, & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et cõfugient gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui & cognoscent, quoniam dominus omnipotens misit me ad te.* Quo testimonio perspicue demonstratur gentes plurimas in populum Dei esse vertendas. Et hæc dicit dominus missus à domino, cui nomen omnipotens est. Et hoc notandum, quod non soluantur peccata nostra, nisi de manu domini receperimus ea. Nec idem est solui peccata, atque dimitti. Cui enim dimittuntur, solutione non indiget, audiens in Euangelio: *Confide fili dimittuntur tibi peccata tua.* Cui autem soluuntur, propterea soluuntur, quia purgata sunt & soluta per pœnas. Iuxta historiam recepit Hierusalem de manu domini duplicia peccata sua: Semel à Babyloniis; secundo à Romanis. Quodque additur in Lxx. ἱερεῖς, id est, sacerdotes, obelo prænotandum est.

Gen.34.a

Luc.12.f

Ioan.14.b

Ibidem d

Ibid.15.a

Ibid.16.b

2.Cor.1.a

Zoph.2.c

Matth.9.a

b ¶ *Vox clamantis in deserto,* &c.] Huius vocis memores Scribæ, & Pharisæi, & principes Iudæorum, cum audissent Ioannem in solitudine prædicare baptismum pœnitentiæ, & docere populum, mittunt qui interrogent eum, vtrum ipse sit Christus, an Helias, an propheta: cumque respondisset nihil se horum esse: Rursus interrogant: *Die ergo nobis, quis es? vt responsũdemus his qui miserunt nos: Quid dicis de te?* Atq; ille respondit: *Ego sum vox clamantis in deserto: parate viã domini, sicut dixit Esaias prophẽta.* In quo animaduertendum, quod rectæ viæ dominj, & semitæ Dei nostri, impletio vallium, & montium, colliumq; humiliatio, & prauorum correctio, & asperorum rupiumque campestria, & gloria domini, & salutare Dei nostri, non prædicentur in Hierusalem, sed in solitudine ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine, de qua supra legimus: *Lætare deserta sitiens, exultet solitudo, & floreat quasi lilium:* Hæc enim deserta erat notitia Dei, & ab idolis tenebatur: humilis in confessione, erecta in superbia, aspera & intractabilis in feritate. Sed postquã apparuit gloria domini, & vidit omnis caro salutare Dei, cuncta repente mutata sunt, & via domini præparata: ita vt appareret in solitudine gloria Dei, quãdo baptizatus est dominus in Iordane, & aperti sunt cœli, & Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, & mansit in eo, voxque patris desuper intonantis audita est: *Hic est filius meus dilectꝰ, in quo mihi complacui: hûc audite.* Et omnis caro vidit salutare Dei. Quæ propterea appellabatur caro, quia prius sanctũ Spiritũ non habebat. De qua dicit & dominus: *Nõ permanebit spiritus meus in hominib. istis, quoniam carnes sunt.* Illa autem caro videbit salutare Dei, de qua per Ioël idem loquebatur: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt.* Quod non solum illo tempore clamabat Ioannes qui sermonis Dei præcursor & præuius, recte, Vox, appellatur: sed vsque hodie in deserto gentilium ecclesiarũ clamant magistri, vt rectas faciamus vias & semitas in cordib. nostris Deo, impleamurq; virtutibus, & inclinemur humilitate, prauamutemus in recta, aspera vertamꝰ in mollia: & sic gloriã dñi, & salutare Dei videre mereamur.

Ioan.1.c

Sup.35.a

Matth.3.d

Gen.6.b
Ioel.2.g
Matth.3.c

Sup.6.c

c ¶ *Vox dicentis, clama,* &c. *quia spiritus Dei,* &c.] Hoc quod asteriscis notatur, quia spiritus Dei flauit in eo: vere fœnum est populus: aruit fœnum, & cecidit flos: ex Hebraico & Theodotionis editione additum est. Ex quo manifestum est, vel à Lxx. prætermissum, vel paulatim scriptorum vitio abolitum: dum & prior & sequens versus finitur in flore. Supra legimus propheta dicente: *Et audiui vocem domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ecce ego, mitte me, & ait: Vade & dic populo isti: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis:* & reliqua: ad quam prædicationem dura perpessus nũc domini voce dicente clama, timens similia, quid clamare debeat scisciatur, & à generali incipiens: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni,* peruenit ad speciale: vt nihil ominus dicat de populo: *Vere fœnum est populus.* Et reuera si quis fragilitatem carnis aspiciat: & quod per horarum momenta cresci-

CAPVT XL.

HEB.

CONsolamini, consolamini populo meus dicit Deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius: dimissa est iniquitas illius. Susceptt de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. [b] Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prauа in directa, & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter quos os domini locutũ est. [c] Vox dicentis, clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fenũ, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, cecidit flos: quia spiritus domini flauit in eo: vere fœnum quod locutus est. Et ait: Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.

SEPT.

*Consolamini, consolamini populum meum dicit Deus [sacerdotes] loquimini ad cor Hierusalem: consolamini eam, quia repleta est humilitas eius. Solutum est peccatum illius: quia recepit de manu domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: parate viam domini rectè facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. & erunt prauа in directa & aspera in campos. Et apparebit gloria domini, et videbit omnis caro salutare Dei: quia dominus locutus est. Vox dicentis, clama, et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, et omnis gloria hominis quasi flos fœni. Aruit fœnum, et cecidit flos. * quia spiritus Dei flauit in eo: vere fœnum est populus.*

Col.3.b

1.Cor.15.f

B

a ¶ *Super montem excelsũ ascende tu,* &c.] Præcipitur Apostolorum choro, vt ad prædicationem omnis carnis, quæ visura sit salutare Dei, excelsa conscendat, de magnisque dicturi, in sublimibus commorentur. Porro Hebraicum, & cæteri interpretes ponunt genere feminino, vt dicant, quæ euangelizas Sion, & quæ euangelizas Hierusalem. Quod verbum iuxta Græcos ambiguum est: vt possimus accipere, vel eam quæ nunciat, vel eam cui nunciatur. Siue igitur nunciat verbum Dei, & dominj salutare, Sion & Hierusalem: *De Sion enim exiuit lex: & verbum domini de Hierusalem:* siue nunciatur eis per Apostolos, debent excelsa conscendere, & ad montana transire. Mirumque in modum cum ipsa Sion mons sit, dicente scriptura: *Mons Sion, in quo habitasti:* alium altiorem montem iubetur ascendere, à quo vulneratus est princeps Tyri. Et quia doctrinæ Apostolorum erant multa futura contraria: & statuti ante præsides, & tribunalia ducebantur: iungitur, exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iuda, synagogis videlicet & populus Iudæorum, de quibus dominus loquebatur: *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel.* Et Paulus Apostolus: *Vobis,* inquit, *oportebat annunciari primum verbum Dei.* Quid est autem illud quod iubentur dicere? *Ecce Deus vester,* quem semper expectabatis: *Ecce dominus Deus in fortitudine veniet:* quem contempsistis in humilitate venientem. Et fortitudo eius damnabitur, qui prius formam serui acceperat, factus patri obediens vsque ad mortem. *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo.* Iuxta quod ipse dicit in Euangelio: *Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis & reddet vnicuiq; secundum opus suum. Sicut pastor gregẽ suum pascet.* Iste qui postea in maiestate ueniturus est, priùs formam pastoris accipit, & dicit ipse de se: *Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ, & pono animam pro ouibus meis.* De quo in Zacharia pater loquitur: *Percutiam pastorem, & oues dispergentur. In brachio,* inquit, *suo congregabit agnos:* Non tauros, & arietes, & hircos, & grandes oues, quibus per Ezechielem cõminatur, quod lacte vescantur & operiantur lanis, & infirmũ conterant gregẽ, sed agnos adhuc tenellos, & rudis in Christo infantiæ, qui nuper in baptismo sunt renati, de quibus ipse dominus loquebatur ad Petrum: Pasce agnos meos. Vnde & in eodem Ezechiele scriptum est: *Suscitabo super eos pastorem vnũ, & pascet eos, seruum meum Dauid: & erit pastor eorum: & ego dominus ero eis in Deum: & Dauid in medio eorum principes. Ego dominus locutus sũ: & ponam cũ Dauid testamẽtũ pacis.* In quo cõsiderandum quod post multa tẽpora Dauid, gulosis pastoribus reprobatis, dominum nostrum, qui est de stirpe Dauid suscitaturum esse se dicat, qui congreget agnos, & foueat in sinu suo, & fetus ouium, siue fetas oues ipse portet in humero suo. Sicut in euangelio legimus: quod ouem erroneam, & à grege solito remanentem, suis ad caulas humeris reportarit. Possumus oues fetas, Apostolos & apostolicos viros, omnesque ecclesiæ doctores dicere, qui salutem parturiant plurimorum: & dicunt cum Apostol. *Filioli mei, quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis.* Hebræi asserunt, nec de hac re apud eos vlla dubitatio est, Spiritum sanctum lingua sua appellari generi feminino, id est, a רוח קדושה Illudque quod in sexagesimo septimo dicitur: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa:* Illi sic intelligunt: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa: his videlicet animabus, quæ Spiritũ sanctum consecutæ sunt. Necnon & illud: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ,* animam interpretantur ancillam, & dominam Spiritum sanctum. Sed & in euangelio quod iuxta Hebræos scriptum, Nazaræi lectitant, Dominus loquitur: modo me tulit mater mea, Spiritus sanctus. Nemo autem in hac parte scandalizari debet, quod dicatur apud Hebræos spiritus genere feminino, cum nostra lingua appelletur genere masculino, & Græco sermone neutro. In diuinitate enim nullus est sexus. Et ideo in tribus principalibus linguis: quibus titulus dominicæ scriptus est passionis, tribus generibus appellatur, vt sciamus nullius esse generis quod diuersum est.

b ¶ *Quis mensus est pugillo,* &c.] Ne quis putaret difficilem esse vocationem gentium, & quod omnis caro videret salutare Dei, super montem excelsum iubetur ascendere, qui

Gen.34.a

Luc.12.f

Ioan.14.b

Ibidem d

Ibid.15.a

Ibid.16.b

2.Cor.1.a

Zoph.2.c

Matth.9.a

Ioan.1.c

Sup.35.a

Matth.3.d

Gen.6.b
Ioel.2.g
Matth.3.c

Sup.6.c

Col.3.b

1.Cor.15.f

B

Matth.26.d

Ioan.10.

Zach.13.c

Ezech.34.d

Ioann.21.d
Ezech.34.f

Gal.4.c

Psalm.122.d

Luc.15.d

Ioann.19.d

A

momenta crescimus, atque decrescimus, nec in eodem manemus statu: ipsumque quod loquimur, dictamus, & scribimus, de vitæ nostræ parte præteruolat, non dubitabit carnem fenum dicere, & gloriam eius quasi florem feni, siue prata camporum. Qui dudum infans, subito puer, qui puer, repente iuuenis, & vsque ad senectutem per spacia mutatur incerta, & ante se fenem intelligit, quam iuuenem non esse se miretur. Pulchra mulier, quę adolescentulorum post se trahebat greges, arara fronte contrahitur: & quæ prius amori, postea fastidio est. Quod & egregius apud Græcos scribit Orator: speciem corporis, aut tempore deficere, aut languore consumi. Exiccata est igitur caro, & cecidit pulchritudo (quia spiritus furoris Dei, atq; sententiæ flauit in ea, vt à generali disputatione ad scripturæ ordinem reuertamur (eius qui portat imaginem terreni, & seruit vitiis atq; luxuriæ, fenumque est & flos prętereiens. Qui autẽ habet atque custodit imaginẽ cœlestis, illa caro est, quæ cernit salutare domini: quæ quotidie renouatur in cognitionem secundum imaginẽ creatoris, & incorruptibile atque immortale corpus accipiens, mutat gloriam non naturam. *Verbum autem domini nostri,* & hi qui verbo sociati sunt, *permanent in æternum.*

HEB.

fenũ est populus. Exiccatum est fenũ: cecidit flos: verbum autem domini nostri manet in æternum. [a] Super mõtem excelsum ascende tu quæ euangelizas Sion: Exalta in fortitudine vocem tuam quæ euangelizas Hierusalẽ: exalta, noli timere: dic ciuitatib. Iudæ: Ecce Deus vester: ecce dominus Deus in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos & in sinu suo leuabit fetas ipse portabit. [b] Quis mensus est pugillo aquas, & cœlum palmo põderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in põdere montes, & colles in statera? Quis audiuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit cõsilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ: & eruditum eum scientia, & viã prudentiæ ostendit illi? Ecce gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentum statera reputatæ

SEPT.

populus, exiccatum est fenum, cecidit flos, verbum autem Dei nostri manet in sempiternum. Super montem excelsum ascende qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem: exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester, ecce dominus Deus cum virtute veniet: & brachiũ cum dominatione: ecce merces eius cum eo, & opus in conspectu illius. Sicut pastor pascet populum suum, & in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo portabit, & prægnantes consolabitur. Quis mensus est manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo? Quis statuit montes pondere, & rupes statera? Quis cognouit mentem domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quis docuit eum: cuius accepit consilium, & instruxit illũ: Vel quis ostendit ei iudicium, & viam intelligentiæ quis ostendit illi: Si omnes gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentum statera

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa: his videlicet animabus, quæ Spiritũ sanctum consecutæ sunt. Necnon & illud: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ,* animam interpretantur ancillam, & dominam Spiritum sanctum. Sed & in euangelio quod iuxta Hebræos scriptum, Nazaræi lectitant, Dominus loquitur: modo me tulit mater mea, Spiritus sanctus. Nemo autem in hac parte scandalizari debet, quod dicatur apud Hebræos spiritus genere feminino, cum nostra lingua appelletur genere masculino, & Græco sermone neutro. In diuinitate enim nullus est sexus. Et ideo in tribus principalibus linguis: quibus titulus dominicæ scriptus est passionis, tribus generibus appellatur, vt sciamus nullius esse generis quod diuersum est.

Matt.15.e
Act.13.g

Philip.3.b

מבשרת

בשרה ευαγγελίζω.

Sup.2.a

Psal.71.a
Ezech.28.c
Ser.70.
Matt.10.a

a rouali xedosa

Psalm.122.d

A

euãgelizat Sion: & dicere quod ipse dominus veniret in fortitudine, & redderet vnicuique secundum opus suum instarque pastoris agnos foueret in sinu, & fetas ipse portaret: Nunc autem describitur illius magnitudo, quod nihil ei impossibile sit: & qui vniuersa condiderit, creatorque sit omnium, etiã hæc quæ comparatione eorum parua sunt, valeat perpetrare. Quod autẽ pugillũ vocat, & palmum humanę cõsuetudinis verbis vtitur atque mensuris: vt Dei potentiam per nostra verba discamus. In eo vbi Lxx transtulerunt πίς ἐμέτρησεν τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, id est *Quis mensus est manu aquam*: Siue vt nos vertimus. *Quis mensus est pugillo aquas*: Aquila transtulit: *Quis mensus est minimo digito aquas*? Hoc enim λιχανὸς sonat: vt scilicet non tota manu, sed paruo digito, quẽ vulgo gustatorem vocant, omnis aquarum vastitas ponderetur: σπιθαμὴ autẽ, hoc est palmus, extentam significat manum à pollice vsque ad extremum digitũ. Sin autem contrahamus manum, pugillus efficitur: vt per palmũ & pugillum, extentos cælos globum terræ nouerimus. Pro pugillo, quem in comprehensione terræ Lxx. transtulerũt, in Hebraico scriptum est, b שלישׁ, quem Symmachus τριτὸν, Aquila τρίσωμον interpretari sunt: & nos vt manifestius faceremus, in tres digitos vertimus: quod scilic. molem terræ, & excelsa montium, colliumque, quasi tribus digitulis, & stateræ paruo momento appenderit, per quę Dei maiestas & creatoris potentia demonstratur. *Quis*, inquit, *audiuit spiritũ domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi*, &c. Pro quib. Symmachus interpretatus est: *quis parauit spiritum domini, & virum consilij eius quis ostendit ei? cum quo iniit consilium, deditque ei intelligentiam, & docuit eum viam iudicii, & instruxit illum scientiæ, & iter prudentiæ monstrauit ei*? Per quod ostendit manifestius paratum spiritum, siue firmatum illum esse, de quo in Apostolo legitur: *Dominus autem spiritus est*: Et *super quem requieuit spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intelligentiæ*, & reliqua: Qui dicit consequẽtib. *Spiritus domini super me, propter quod vnxit me*. Ipse est n. spiritus domini, & vir consilij eius, *in quo habitabit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*: cum illo iniit consiliũ, de quo supra diximus: *Admirabilis consiliarius*. Et in Prouerb. scriptum est: *Deus sapientia fundauit terram: parauit autem cælos prudentia*. Porro Lxx. qui dixerunt τίς ἔγνω νοῦν κυρίου ἢ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, id est. *Quis nouit mentem domini, & quis consiliarius eius fuit*? hoc intelligi volũt, quod mens & ratio, & sensus Dei per quẽ facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil: ille sit, de quo in psalmis canitur: *Verbo domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Omnes gentes quæ non nouerunt creatorem suum, siue vniuersum mortalium genus, ad comparationem Dei quasi stilla situlæ sunt, & quasi momentum stateræ, quod leui pondere in partem alteram declinatur. Et quomodo si de situla stilla modica fluat, à portante negligitur, ita vniuersa gentium multitudo supernis ministeriis comparata, & angelorum multitudini, pro nihilo ducitur. Insulæ quoque quasi saliua

b filis. B

Iosue 4.d
Sup. 11. a
Infra 61.a
Col. 11. c
Sup. 9 a
Prou. 3. c
Psal. 23 b

HEB.	SEPT.
tatæ sunt: ecce insulæ quasi puluis exiguus. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficiẽt ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihili & inane reputatæ sunt ei.	*terræ reputatæ sunt: & quasi saliua reputatæ sunt: Libanus nõ sufficit ad comburendũ, & omnia quadrupedia nõ sufficiunt ad holocaustum: & cunctæ gentes quasi nihili sunt: & in nihili reputatæ sunt ei.*

a Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis illi? Numquid sculptile conflauit faber, aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argẽtarius? Forte lignũ & imputribile elegit artifex sapiens: quæret quomodo statuat simulacrum quod non moueatur.

HEB.	SEPT.
b Numquid non scietis? numquid non audietis? numquid non annunciatum est ab initio vobis? numquid non intellexistis fundamenta terræ? Qui sedet super gyrum terræ: & habitatores eius sunt quasi locustæ. Qui extendit velut nihilum cœlos: & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint: iudices terræ velut inane fecit. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus	*Nonne scitis? nonne audietis? nonne annunciatum est vobis à principio? Non cognouistis fundamenta terræ? Qui tenet gyrum terræ: & habitatores eius quasi locustas. Qui statuit quasi cameram cœlum: & extendit quasi tabernaculum ad habitandum. Qui dat principes regnare pro nihili terram autem quasi nihili fecit. Siquidem non plantabuntur, neque serentur, nec solidabitur in terra radix eorum. Flauit super eos,*

C cdax.

שמים

dax

D

f dax

d hamsuccaa

b ¶ *Numquid non scietis? numquid non audietis*, &c.] Ab initio, inquit, naturali lege vos docui, &. postea per Moysem scripta lege testatus sum, quod nihil essent idola, & quod creator mundi ipse esset Deus, qui tantam molem terræ fundasset super maria, & super flumina collocasset eam: vt elementum grauissimum super tenues aquas Dei penderet arbitrio, qui instar regis sedet super

Psal. 23. a

A

super gyrum terræ: ex quo nonnulli quasi punctum & globũ eam esse contendunt. Et habitatores illius quasi locustas: Si enim in toto orbe consideremus varias nationes, & ab oceano vsque ad oceanum, id est, ab Indico mari vsque ad Britãnicum: & ab Atlantico vsque ad Septentrionis rigorem, in quo congelascunt aquæ, & succina pulchra concrescunt: omne in medio hominum genus quasi locustas habitare cernimus. *Quid igitur superbit terra & cinis*? quia cœlum, imo, vt scripturarum vtar auctoritate, cœli, extenduntur quasi camera, siue vt in Hebraico continetur quasi c דק, de quo supra diximus: pro quo Lxx. ibi saliuam interpretati sunt: & vnum verbum, nunc spurum, nunc cameram, id est, fornicẽ, transtulerunt: & tantam eorum latitudinem quasi tabernaculum & papilionem extendit desuper, vt similitudine tecti operiret homines, & quasi in domo latissima habitare faceret: quid miremur si parua hominũ corpora quasi locustæ, & minuta reputẽtur animantia? Rursum & in hoc loco qui ἱμισφαιρίσαντα terris imminere cœlum, & in similitudinẽ sphæræ cœlum esse contẽdũt, abutuntur nomine fornicis, quod scilicet media pars sphæræ terras operiat: cum in Hebr. non fornicẽ, sed d רקיע, id est tenuissimum puluerẽ legerimus: Pro quo saliua, quæ proiicitur in terram, & pulueri cõmiscetur & deperit, ostendit vniuersam corporũ magnitudinẽ pro nihili reputandam. Qui autem extendit cœlos & expãdit eos, vt vel supra habitarent angelorũ multitudines, vel subter homines morarentur: & quasi magnam rationabilib. creaturis fecit domum: ipse pro qualitate temporum principes cõstituit, siue secretorum scrutatores, vt sint quasi non sint: *& iudices terræ velut inane fecit*: Pro quo Lxx. trãstulerunt καὶ ὡς οὐκ ὂν εἰς ἀθέτησιν, id est, *terram autem quasi nihil fecit*. Siquidem & in principio Geneseos, vbi scriptum est. *Terra autem erat inuisibilis, & incomposita*: cæteri trãstulerunt: *Terra autem erat inane & nihili*. Quantos reges & Græca, & Barbara, Romanaque narrat historia? Vbi est Xerxis innumerabilis ille exercitus: Vbi Israelitica in eremo multitudo? vbi regnum incredibilis potentiæ? Quid de veteribus loquor? præsentia exempla nos doceant, esse principes quasi nihili, & iudices terræ quasi inaniæ reputari. Qui principes & iudices terræ, siue vt alij suspicantur, cœli: nec sati sunt, nec plantati, nec firma radice solidati: & reperite fusione Dei ita auferuntur & pereunt, quasi stipulã quæ à turbine & tempestate trahitur, iuxta illud quod scriptum est: *Et transiui, & non erat; & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*: Cum ergo tanta sit potentia creatoris atque maiestas, cui Deũ similitudini comparatis? & non potius ex creaturarum magnitudine intelligitis conditorẽ? Si nõ creditis verbis, saltẽ oculis vestris credite, & ex cœlorum elementorumque omnium seruitute, potestatem domini cogitate. *Qui educit in numero militiam eorum*, id est, cœlorum, *& omnes ex nomine vocat*, sub auditur, stellas. De quibus & in psalmis canitur: *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnes eas ex nomine vocat*. Siue militiam cœli, angelos interpretemur, & omnes cælorũ exercitus, de quib. & Daniel loquitur: *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant illi*. Vnde & dominus sabaoth appellatur, qui nostra lingua dicitur dominus militiæ, atque exercituum, siue virtutum. Educit autem iuxta numerum cæloruin militiam: quod sol, & luna, & astra cætera, quæ Abraham numerare non potuit, illi numerata sint, & seruiant officio delegato: dum eundem cæli cursum sol vno anno, lucifer, vesperque biennio, luna singulis explet mensibus, omnesque stellę certis temporib. peragrãt: & quædam ex his vocantur errantes, atque inæquales earum motus, oculis non mente conspicimus, nec tam intelligimus, quã miramur: Magnitudo enim fortitudinis Dei suo facit ordine cuncta seruire. Siue iuxta Lxx. à multitudine gloriæ & potentiæ virtutis eius, nihil eum latere potest: sed omnium vias, rationesque & cursus, creatoris maiestate cognoscit.

HEB.	SEPT.
trũc[e] eorũ; repẽte flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulã auferet eos. Et cui assimilastis me, & adæquastis dicit sãct[s]? Leuate in excelsũ oculos vestros, & videte quis creauit hęc; qui educit in numero militiã eorũ; & oẽs ex nomine vocat, præ multitudine fortitudinis & roboris virtutisq; ei[9]; neq; vnum reliquũ fuit.	*eos, & arefacti sunt: & tempestas assumet illos quasi stipulam. Nunc ergo cui assimilastis me, & exæquabor eis dicit sanctus? Eleuate sursum oculos vestros: & videte quis ostendit hæc omnia. Qui educit iuxta numerum ornatum suum, omnes in nomine vocabit: à multa gloria, & in robore fortitudinis: nihil te latet.*

Psal. 1[e] f.

Psal. 146. d

Dan 7. c

צבאות

Gen 15. b

D

B

ועתה זברוך
Gen. 3. c

Commentarij Vndecimi in Esaiam Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN DVODECIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

NVllus tam imperitus scriptor est, qui lectorem non inueniat similem sui: multoque pars maior est, Milesias fabellas reuoluentium, quam Platonis libros. In altero enim ludus & oblectatio est: in altero difficultas & sudor mistus labori. Denique Timæũ, de mũdi harmonia, astrorũque cursu, & numeris disputantem, ipse qui interpretatus est Tullius, se non intelligere confitetur. Testamentum autem Grunij Corocottæ procelli decantãt in scholis puerorum agmina cachinnantium. Igitur & noster Lucius Lauinius, fruatur testibus, imo fautoribus suis: vincatque multitudine, quia forsitan vincit ingenio. Mihi sufficit paucorum testimonium, & amicorum, laude contentus sum: qui in expetendis opusculis meis, amore nostri labuntur, & studio scripturarum: ac nonnullos fore arbitror, qui hoc ipsum quod ad te Eustochium sermonem facio, obtrectationi patere contendant, non considerantes Holdam, & Annam, ac Debboram viros tacentibus prophetasse: & in seruitute Christi nequaquam differentiam sexuum valere, sed mentium. Duodecimus ergo in Esaiam explanationum liber hoc habebit exordium.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER DVODECIMVS.

CAPVT. XL.

VARE *dicis Iacob, & loqueris Israel, &c.*] Cum omnipotétis Dei tanta sit magnitudo, vt nihil eũ lateat, & omnia illius arbitrio gubernẽtur: quare dicis Iacob, id est, duæ tribus, quę appellabantur Iudæ, & loqueris Israel, decem aliæ tribus in Samaria, quæ iã captiuæ ductæ estis in Assyrios: Absconditа est via mea à domino, & à Deo meo iudiciũ meũ trãsibit? Et est sensus: Dicitis, ad Deũ terrena non pertinẽt, nec cõsiderat quid vnusquisque nostrũ gerat. Vnde & nos ab hostibus iniuste opprimimur, & in iumentorũ & pisciũ similitudinẽ, iuxta Habacuc absq; vllo rectore dispergimur. Quibus respõdit Deus: *Nũquid nescis*, nec præcedẽtiũ scripturarũ te verba docuerũt? siue iuxta Lxx ignoras, quia nõ audisti quod ætern⁹ Deus, & creator omnium dominus: omnia nouit, omnia continet, omnia sua maiestate dispẽsat? Nec aliquando deficit, nec laborat, vt tuũ iudiciũ non intelligat, & absconditæ sint ab eo viæ tuæ? *Nescest*, inquit, *inuestigatio sapientiæ eius*: de quo loco illud Apost. sumptũ reor: *Incomprehẽsibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius*: Siue vt Lxx. transtulerunt: non esuriet, & nõ laborabit. Vbi enim cibus, ibi frequenter esuries, si cibum detraxeris: & vbi esuries, ibi & labor. Cum autẽ in Deo hæc non sint: cur ei humanas iungitis passiones? quin potius ipse esurientib. & lassis dat fortitudinẽ: & qui videtur in sæculo esse quasi nihili, virtutẽ, roburque multiplicat: siue iuxta Lxx. qui tribuit non dolẽtib. mœrorẽ: est enim tristitia quę ducit ad mortẽ, & est tristitia quę ducit ad vitã: vnde his qui habẽt cor impœnitẽs, dat tristitiã, vt peccata sua intelligãt. Et quia multi gaudent in corporis sanitate, & adolescentiam, atque pueritiam putant esse perpetuam: iungit & dicit, quod florens ætas cito concidat, & corpora robusta marcescant. Qui autem non in suis viribus, sed in Deo habent fiduciam, & eius semper misericordiam præstolantur, mutent fortitudinem, & vadant de virtute in virtutem, & assumant pennas sicut aquilæ, & audiant: *Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua*: current ad dominum, & eius desiderio non laborent: ambulent, & nunquam deficiant: Crebro diximus aquilarum senectutem reuirescere mutatione pennarum, & solas esse quæ iubar solis aspiciant, & splendorem radiorum eius possint micantibus oculis intueri, pullosque suos an generosi sint, hoc experimento probent. Itaque & sanctos repuerascere: & assumpto immortali corpore laborem non sentire mortalium, sed rapi in nubibus obuiam Christo: & nequaquam iuxta Lxx. esurire, quia præsentem dominum habeant cibum.

Habac. 1. d

Rom. 11. d

B

Eccl. 4. e
2. Cor. 7. c

Psal. 110. a

CAPVT XLI.

TAceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: accedãt & tunc loquantur: simul ad iudiciũ propinquemus. Quis suscitauit ab oriẽte iustũ: vocauit eum vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes & reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui illius. Persequetur eos, transibit in pace: semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego dominus, primus & nouissimus ego sum.

CAPVT XLII.

INnouamini ad me insulæ: principes enim mutabunt virtutem: appropinquẽt & loquantur simul: tunc iudicium annunciẽt: *Quis suscitauit de oriente iustitiã: vocauit eã ad pedes suos, & vadet? Dabit in conspectu gentium, & reges in stuporem mittet, & dabit in terrã gladios eorũ, & sicut stipulã proiectã arcus eorum, & persequetur eos, transibit in pace via pedũ eius. Quis operat⁹ est, & fecit hæc? vocauit eam, qui vocat eam, à generationum principio. Ergo Deus primus, & in hæc quæ ventura sentiet, nec aliquam imbecillitatis humanę lassitudinem: sed de torrente bibet in via, & propterea leuabit caput.* Quis, inquit, *hæc operatus est, & fecit*: Quis suscitauit iustum, siue iustitiam? Quis ei gentes & reges tradidit? Quis gladio eius, & arcui vniuersa subiecit? vtique ille, qui ab initio mundi hæc futura prædixit, qui omnium conditor est. Et quia dixerat scisciturantis affectu, quis suscitauit ab oriente iustum, &c. Cunctis tacentibus sibi ipse respondit: *Ego sum dominus, primus, & nouissimus ego sum.* Ipse est, qui & in Apocalypsi Ioannis loquitur: *Ego sum α, & ω, principium & finis. Viderũt insulæ*, id est, gentes, siue ecclesiæ de gentibus congregatæ, quæ mundi huius sustinent tempestates, & timuerunt dominum: *Principium* enim *sapientiæ timor Domini.* Omnes terrarum

1. Thes. 4. d

Deut. 27. c
Sup. 40.

Rom. 5. d

1. Cor. 1. d

D

Psal. 39. b

Gen.

Ibid. 14. g

Psal. 109. c

Apoc. 1.

Prou. 9. c

E

terrarũ termini ad Apostolorũ verba tremuerũt, appropinquantes, & ad Christi Euãgelium pariter accedentes. Cumque seipsos cernerent esse saluatos, id quod supra audierant, accedãt, & tunc loquantur: opere cõpleuerunt: vt auxiliarẽtur proximis suis: & fratres suos vellent in domino confortare, & dicerent eis: Recedite ab idolis, simulcra dæmonum antiqua contẽnite, quę humana finxit man⁹, quę malleo cudẽte producta sunt: quę compacta glutino, quę stabilita clauis, vt non moueãtur, & cũ steterint ambulare non valeant. Quæ nos super persona Christi, & vocatione gentiũ, & prędicatione Euangelij atq; idolorũ condẽnatione interpretati sumus, quidã ad Cyrũ regem Persarum referunt, quod suscitauerit cum aduersũ Babylonios de oriente, & parere sibi fecerit iussioni, prosternẽs ei gẽtes plurimas: & gladio illius, & arcui cũcta subiiciens: & cætera qui sequũtur ad eius personam referunt: quod scilicet Babyloniis idola sua non profuerint, quæ humano facta sunt studio, & arte ærarij suscitata, Nõnulli Hebræorũ de Abrahã dictũ putant, qui vocatus sit iustus ab oriẽte, id est, de Chaldæis, eo, quod solus iustus inuentus est: & secutus est eũ, egrediens de patria sua in terram quã nesciebat, & tradiderit reges in manu eius, qui aduersum Sodomam, & Gomorrã venerãt, & ante gladiũ eius, & arcum fecerit eos esse quasi stipulã, & puluerẽ, persecutusque sit illos, & reuersus in pace, & longi itineris cursum non senserit, & hoc non suis viribus, sed domini fecerit misericordia, qui ab initio hæc futura cognouerit. *Viderunt*, ait, *insulæ*, id est, gentes in circuitu, & illius virtute perterritæ sunt: & extrema terræ: Sem videlicet filius Noe, qui tempore extremo terrarũ cum patre & cum fratribus de diluuio euaserat, & vsque ad tempus illud fuerat reseruatus: quem Melchisedec intelligi volunt, & venisse obuiam Abraham de prælio reuertenti, & accessisse, & benedixisse ei, & eum Dei benedictionibus corroborasse: ipsumque esse fabrum ærarium, qui Abraham conflauerit, & malleo suæ artis ad meliora produxerit: & dixisse ei: bonũ est, vt timore Domini glutineris & iungaris ei: Et confortauit eum, siue solidauit in clauis præceptorum solidorum Domini, vt non moueretur, sed in timore illius permaneret.

Gen. 12. a

H

2. Cor. 10. d

a ¶ *Et tu Israel serue me⁹ Iacob, &c.*] Iacob & Israel esse carnalem, & esse spiritualẽ, Paulus Apost. docet. Videte Israel secundum carnẽ. Ex quo intelligimus, esse & alterum iuxta spiritum, & ad carnalem dici Israel: Si filij essetis Abraham, opera Abrahã faceretis. Quibus & supra dicitur: *Quare dicis Iacob, & loqueris Israel: absconditа est via mea à Domino, & à Deo meo iudiciũ meum trãsiit?* Et contrario hunc ad spiritualem Deus loquitur Israel, qui dominii sui suscepit aduentum, quem primum seruum, deinde electum, ad extremum semẽ Abrahami vocat. Ante enim accepimus spiritũ seruitutis in timore, & postea electi in amicitiam Dei iũgimur. Post vocationẽ igitur gentiũ, quando viderũt insulæ, & timuerũt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt & accesserũt, vocantur reliquiæ iuxta electionẽ gratiæ, de quib scribit & Euangelium. Istos duodecim elegit Iesus: quos & Apostolos nominauit: qui post seruitutem pædagogæ legis, electi sunt in Euangelio, & semen Abrahã amici Dei esse meruerũt. In illo enim apprehẽdit eos ab extremo terræ, & à lõginquis eius finib. vocauit Israel de vniuersis nationib. congregãs primũ populũ Iudæorũ, de quibus, & Paulus Apost. dicit: *Vobis oportebat primũ prædicari sermonem: quoniam autẽ auertitis nos, imus ad gẽtes*, Tibi ergo, qui es seruus meus, & electus meus, quæ prædicaturus in gẽtib. es, & persecutiones plurimas perpessurus, dico, ne timeas, quia tecũ sum, cui loquor in Euãgelio: *Ecce ego vobiscũ sum oẽs dies, vsque ad consummationẽ seculi.* Non erres, neque à veritate declines, nec te falsa persuasione decipias: quod tuis viribus, imperitus & nudus, siluam gentium penetres, & ferocissimas nationes ad mansuetudinem voces. Ego sum qui *confortaui te, & auxiliatus tui sum, & suscepit te*, siue *protexit dextera iustitiæ mei*, id est, Domini Saluatoris, siue dextera mea, vt Lxx. transtulerunt. Ecce enim aduersarii tui, populus Iudæorũ, & oẽs qui pugnant aduersum, te, & persecutores tui, vertẽtur in nihili: quæresque aduersarios tuos, & non inuenies: Causaque redditur, quare non inueniat aduersarios suos. Quia erũt quasi nõ sint. Qui aduersarii insanire dicuntur contra Apostolos: vel iuxta Hebr. esse consũpti. Idcirco autem timere nõ debes, quia ego apprehẽdi manum tuam, qui dico tibi: ne timeas, ego audiui te, *noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel*, siue vt Lxx. *Paucissimi ex Israel.* Hoc quod posuimus, *ego adiuui te, noli timere vermis Iacob*, in Lxx. non habetur. Vermis autem qui Hebr. dicitur, [a] תולעת propter humilitatẽ, atque contemptum vocatur Apostolorum chorus, imitans Saluatorem, qui loquitur in psalmo: *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & ab-*

Ioan. 8. c
Sup. 40. g

Luc. 6. f

Act. 13. g

H

Matt. vlt.

a tolaath

Psal. 21. b

iectio plebis. Sicut enim vermis terrã penetrat, ita fermo Apostolicus penetrauit gentiũ ciuitates, & ingressus est prius corda durissima. Et recte pauci appellantur ex Israel, quia ad cõparationem totius orbis, gentis Iudaicæ paucissimi crediderunt: quib. in Euangelio dominus loquitur: *Noli timere grex paruule*: Siue iuxta Hebr. mortui ex Israel, qui cũ Apostolo dicunt: *Quotidie morior.* Et alibi: *Cũ Christo crucifixus sum. Viuo autem non ego, viuit vero in me Christus.* Quodque sequitur: *Ego posui te quasi plaustrũ triturãs nouum, habẽs rostra serrantia*, hoc significat, quod prædicatio Euangelica conterat aduersarias potestates & spiritualem nequitiam, eleuantem se contra scientiam Dei, quæ pro varietate superbiæ mõtes appellãtur, & colles. Illisque sublatis, & turbinis more dispersis, exultet Israel, atque lætetur in domino sancto Israel. Possumus quoque dicere, quod Ecclesiast. vir habẽs Euãgel. prædicationis rostra serrantia in plaustro nouo (quod nequaquã operatur in vetustate literę, sed in nouitate spiritus) cõterat incredulorũ corda durissima: separãs triticũ à paleis, & mõtes, collesq; cõminuens, id est oẽs hæreticorũ principes: qui cõminuti, atq; cõtriti, redigãtur in puluerẽ, & nihil esse doceantur: vt qui male fuerant congregati, diuidantur in bonum suum.

Luc. 12.g
נערי ישראל
1. Cor 15.d
Gal. 2.d

HEB.

comminues, & colles quasi puluerem pones. Vẽtilabis eos, & vẽtus tollet, & turbo dispergetcos. Et tu exultabis in domino, in sãcto Israel lætaberis. a Egeni & pauperes quærunt aquas, & nõ sunt, lingua eorũ siti aruit: ego dominꝰ exaudiã eos: Deꝰ Israel nõ derelinquam illos. Aperiã in supinis collibus flumina: & in medio cãporũ fontes. Ponã desertũ in stagnũ aquarũ: & terrã inuiam in riuos aquarũ. Dabo in solitudine cedrũ, & spinã, & myrtũ, & lignũ oliuæ. Ponam in deserto abietẽ, vlmũ, & buxum simul: vt videant & sciant, & recogitent, & intelligãt pariter: quia manus domini fecit hoc: & sanctus Israel creauit illud. b Prope facite iudiciũ vestrũ, dicit dominus: afferte si quid forte habetis, dixit rex Iacob. Accedãt & nũciẽt nobis quæcunq; ventura sũt: Priora quæ fuerũt, nunciate, & ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum. Aut quæ vẽtura sunt, indicate nobis: annunciate quæ

SEPT.

labis: & ventus auferet eos, & tempestas dispergetillos. Tu autem lætaberis in domino, & in sanctis Israel, & exultabunt pauperes, & inopes: quærent enim aquam, & non erit: lingua eorum præsiti exaruit. *Ego Dominus Deus, exaudiam ipsos, Deus Israel, & non derelinquam eos: sed aperiam in montibus flumina: & in medio camporum fontes: faciam desertum in paludes, & sitientem terram in aquæductus. Ponam in terram absque aqua, cedrum, & buxum, & myrtum, & cyparissum & populum: vt videant & sciant, & cogitent, & nouerint simul: quia manus domini fecit hæc, & sanctus Israel ostendit. Iuxta est iudicium vestrum, dicit dominus Deus: venerunt & appropinquauerunt consilia vestra, dicit rex Iacob. Appropinquent, & annuncient nobis quæ ventura sunt: aut priora quæ erant dicite: & apponemus sensum, & sciemus quæ sunt nouissima. Ventura quoque dicite nobis: & nunciate quæ futura sunt in nouissimo: & sciemus quoniam dij estis:* & buxus, & myrtus, & cyparissus, & populus: Iuxta Hebraicum, & cæteros interpretes, cedrus, setta, & myrtus, & lignum oliuæ, & abies, & vlmus, & buxus simul. Quæ varietates arborum diuersitatem significant gratiæ spiritualis. Et quia omnibus natura earum nota est, de setta tantum Hebraica edisseramus, quã spinam Theodotio transtulit. Est autem genus arboris nascentis in eremo, spinæ albæ habẽs similitudinẽ: vnde omnia ligna arcæ, & tabernaculi facta sunt instrumenta, quæ appellantur Sethim: quod lignum imputribile & leuissimum, omniũ, lignorum; tam in fortitudine, quam in nitore soliditatem superat, & pulchritudinem. Cedrus autẽ, & cyparissus, & myrtus, odoris optimi sunt, & imputribiles. Vlmus quoque, & populus, siue buxus, vel maritãdis vitibus iunguntur, vel ad diuersa opera aptissimæ sunt. Hæc autẽ omnia pariter ponuntur in solitudine, ne saltẽ vna chorda de cithara domini, & aliqua virtus gratiarum, Ecclesiæ deesse videatur: Vt omnes intelligãt, & pariter mente cognoscãt, quia manus domini hæc vniuersa perfecerit: vt in ariditate gentiũ inuenirentur fluenta virtutum, & in terra quondã deserta, plenaq; falsuginis, & cedrus, & cyparissus & aliæ arbores nascerentur, quarũ sublimitatem, & verticem ad cœlestia festinãtem, illuminaret lignum oliuæ, quod nutrimẽtum lucis est, & laborantium requies.

שטה

b ¶ *Probe facite*, &c.] Quomodo supra diximus, duplicẽ esse Iacob, & Israel, non credentiũ atq; credentiũ in dominũ Saluatorẽ: ita vocatis gentib. & in deserto quodã Ecclesiæ erumpẽtib. fluuiis, fontibusq; & mirum in modũ conante varietate arborũ, cunctis vbertate plenissimis, qui in Christum ex gẽtibus credere noluerunt, prouocantur ad iudicium: vt respondeant, cur videre, & scire, & recogitare, & intelligere noluerint: quia manus domini ista fecerit, & sanctus Israel creauerit vniuersa. Accedant, inquit, idola vestra, quæ putatis esse fortissima: Vel afferte, si quid forte habetis in vobis: & vestra aperite consilia, qua ratione, quo sensu noluerit is apertam suscipere veritatem. Simulque fit Apostropha ad ipsa idola, quæ insensibilia sunt, & nec audiendi, nec respondendi possident facultatem. Dicite, in quit, nobis vel præterita, vel futura: & ex rerum euentibus, vestram potentiam demonstrate. Hoc autem significat, quod post aduentum Christi omnia idola conticuerint: vbi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusque, & Clarius, & cætera idola, futurorum scientiam pollicentia, quæ reges potentissimos deceperunt? Cur de Christo nihil potuere prædicere nihil de Apostolis eius, nihil de ruinis & abolitione templorum? Si ergo suum interitum non potuere prædicere: quomodo aliena, vel mala, vel bona poterint nunciare? Quod si aliquis dixerit, multa ab idolis esse prædicta, hoc sciendum quod

Exod. 37.a

Luc. 8.f

Psal. 45.a 64.c

Hiere. 2.c
Sup. 12.a

Psalm. 67.f

Ioan. 4.b

Ioan. f

quod semper mẽdacium iunxerint veritati, & sic sententias temperarint: vt seu boni seu mali quid accidisset, vtrumque posset intelligi. Vt est illud Pyrrhi regis Epirotarum: Aio te Æacida Romanos vincere posse. Et Crœsi: Crœsus transgressus Halim maxima regna perdet. Aliud quoque signum est, idola Deos non esse, quod nec bene possint facere, nec male. Nõ quo idola vel dæmones assidẽtes idolis, mala sæpe nõ fecerint, sed quod nisi concessa eis fuerit potestas à domino, hoc facere nõ possint. Denique in Euangelio deprecantur, vt habeant potestatem in porcorũ gregẽ. Et in Iob legimus: Absque domini iussione, eum viri sancti, ne iumenta quidem & possessiones valuisse dispergere. Nec mirum hoc de Deo cum etiam Apostolus Paulus tradat quoddã Satanæ, *vt discãt non blasphemare.* Siue hoc dicẽdũ, quod muta simulacra, & insensibilia, nec bene possint facere, nec male, nec præterita nosse, nec futura: quia ex nihilo sint, & ex eo quod nõ est, & non tam ipsa, quam ille qui ea colat, abominatione condignus sit. *Idola enim gentium, argentum & aurum: opera manuũ hominum. Os habẽt & non loquentur*, &c. Quo modo ergo possunt scire & nunciare vẽtura, aut narrare præterita, & benefacere vel male, quæ nec hominum sensum habẽt, nec brutorum animantium? Nec interest, de qua materia facta videantur, cum vniuersa terrena sint.

Matt. 8.d

Exod. 37.a

I. b 1.c

1. Tim. 1.d

Psal. 113.b

F

a ¶ *Egeni & pauperes quærũt aquas, & non sunt lingua eorũ siti aruit: ego Dominus exaudiã eos, Deus Israel non derelinquã illos*, &c.] Gẽtiũ populus pauper & tenuis qui non habebat scientiam veritatis, quærit per diuersos magistros, & varia philosophorũ dogmata aquas salubres: & non inuenit, quia nõ sunt: lingua eorũ siti aruit, sine lege ac Prophetis. Omnẽ enim, iuxta Euãg. fidẽ, substãtiã suam in medicos consumpserat, & à cruore idololatrię & sanguine victimarũ nõ poterat liberari. Propterea dominus Deus Israel nõ eos penitus dereliquit, nec in æternũ perire passus est: sed aperuit in supinis collib. siue in mõtibus flumina, & in medio cãporũ fõtes. Quę flumina ex illo fluuio duxere principium, qui in psalmis legitur: *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.* Et in alio loco: *Fluuius Dei repletus est aquis*: Quæ aquæ, & fontes de illo fonte manarunt, qui per Hierem. loquitur: *Me dereliquerũt fontẽ aquæ viuæ.* Et supra in hoc eodẽ propheta dicitur: bibẽt aquas de fontib. Saluaris. De quibus, & in psalmis canitur: *Benedicite dominũ Deũ de fontib. Israel. Et posuit*, in quit, *desertũ in stagnũ aquarũ, & terram inuiã in riuos aquarũ.* De quib. aquis, & Saluator in Euang. mystico sermone dicebat: *Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Et iterũ: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui biberit de aquæ quã ego dabo ei, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ, hoc autẽ*, in quit Euãg, *dicebat de spiritu sanctο quẽ credẽtes in eo accepturi erant.* Quia igitur deserta quondam Ecclesiæ multitudo, aquis vitalibus fuerat irrigata: Propterea iuxta Lxx. nascuntur in ea cedrus,

Ecc. 8.f

Hiere. 2.c

Sup. 12.a

Psalm. 67.f

Ioan. 4.b

Ioan. f

HEB.

quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. Bene quoque aut male si potestis facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos. a Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab ortu solis: vocauit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut figulus conculcans humum. Quis annunciauit ab exordio vt sciamus, & à principio, vt dicamus, iustus es? Non est neque annuncians, neq; prædicens, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet: Ecce adsum: & Hierusalem Euangelistam dabo. Et vidi, & non erat, neque ex istis quisquam qui iniret consilium: & interrogatus respondet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulacra eorum.

SEPT.

estis: Bene facite & male, & admirabimur, & videbimus simul vnde sitis vos: & vnde sit opus vestrum: de terra abominationem elegerunt vos. Ego autem suscitaui eum qui ab Aquilone est, & qui ab ortu solis: vocabuntur nomine meo. Veniant principes, & sicut lutum figuli, & sicut figulus conculcans lutum, sic conculcabimini. Quis enim annunciabit vobis ea quæ à principio sunt, vt cognoscamus ea quæ in futuro, & dicemus quia verum sit? non est qui prædicat, neque qui audiat verba vestra. Principium Sion dabo: & Hierusalem consolabor in via nam de gentibus nullus est: & de simulacris ipsorum non erat qui annunciaret: & si interrogauero eos vnde estis, non respondebunt mihi: sunt enim factores vestri: & frustra seducunt vos.

Hier. 1.c

Ibid.

CAPVT XLII.

HEB.

ECce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima

SEPT.

ECce *Iacob puer meus, assumam eum: Israel electus meus, susceptt eum anima*

Sup. eod. a
Zachar. 6.c

Ioan. 5.g

Rom. 9.d

na Dei esset, humiliauit se, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. In quo cõplacuit sibi anima Dei, cernẽs in illo omnes esse virtutes, imo ipsum esse Dei virtutẽ atq; sapientiã. *Dedi*, inquit, *spiritum meum super eum*, qui descendit in specie columbæ. *Iudicium gentibus proferet*, quod antea nesciebãt. *Non clamabit*: erit enim mitis atq; mansuetus. Et non accipiet personã in iudicio, siue non leuabit, subaudiatur, in altũ vocem suam. Vel iuxta Symmachũ, non decipietur, omnes insidias diaboli intelligens, aut secundum Lxx. οὐδὲ ἀνὴρ σὺν, id est. non relinquet, populũ scilicet Iudæorũ, vocans eum ad pœnitentiã. *Nec audietur foris vox eius*: neq; enim extra Galilæam, atq; Iudæam in aliis gentibus Euãgelium prædicauit. Quod si legimus fuisse eum in terminis Tyri, & Sydonis, siue in confinio Cæsareæ Philippi, quæ nunc vocatur Pameas, tamen sciendum, non esse scriptum, quod ipsas ingressus sit ciuitates. *Calamum quassatũ* siue *confractum non conteret.* Cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens: *Confide fili, dimittuntur tibi peccata. Et linum fugiens*, siue vt cæteri transtule-

Matt. 12.b

Epist. 151. q. 2 tom. 3.

H

Sup. 41.d

Infrà eod. ex Lxx.

Gal 4.a
Philip. 2.a

Matt. 3.d

לא ישא

Matt. 15.b

רצוץ
Matth 9.a
כהה

rũt, *obscurum*, atque *tenebrosum, non extinguet*: quivicini erãt extinctioni, domini clementia seruabuntur: quæ super Iudæis, & nationibus in supradictis opusculis disseruimus: sed cum veritate omnia iudicabit: nequaquam metuens Scribas, & Pharisæos quos confidenter hypocritas appellabat. Quod autem sequitur:

Matt.23.

Splēdebit & non contereturylo nec ponat super terram iudiciũ, Matthæus Euangelista non posuit: siue inter iudicium & iudicium media, scriptoris errore sublata sunt: Significat autẽ quod resurgens ex mortuis, cũctos illuminauerit, nec morte contritus sit, donec poneret super terram iudicium, qui loquebatur in Euãgelio:

Matt.12.b

Ioan.9.c

In iudiciũ ego veni in mundum istũ, vt non vidẽtes videant, & vidẽtes cæci fiant. Pro quo nos interpretati sumus: *Non erit tristis, neq; turbulentus*, sed æqualitatẽ vultus omni tẽpore cõseruabit: quod falso de Socrate philosophi gloriãtur, nũquã eum plus solito, nec tristẽ fuisse, nec lætũ. Pro quo Aquila & Theodotio interpretati sunt: *Non obscurabit: & nõ curret, donec ponat in terra iudicium*: Et est sensus. Nullũ vultus tristitia deterrebit, nec festinabit ad pœnã, qui iudicij veritatem vltimo tempori reseruauit. Quodque sequitur:

F

Et legem illius insulæ expectabũt: manifestius posuere Lxx. ὑ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, id est, in nomine eius gentes sperabunt, quæ in scripturis appellãtur insulæ: quia ex omni parte persecutorum incursionib. patent. Legẽ autẽ eius, non quæ per Moysen data est, sed Euangelium sentianius. *De Sion enim egredietur lex & verbum domini de Hierusalem*. De qua lege & Hieremias vaticinatur: *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ponam testamentum nouum, non iuxta testamentum, quod olim pepigi cum patribus eorum*.

Sup.2.4

Hier.31.c

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus, &c.*] Incertũ erat quis ante dixisset: *Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritũ meum super eum: iudiciũ gentibus proferet*. Post condemnationẽ enim idolorum subitus sermo proruperat: *Ecce seruus meus*, & reliqua, quæ nos ex persona patris super Christo interpretati sumus. Itaque ne relinqueret ambiguum quis superiora dixisset, adiungit, & dicit: *Hæc dicit dominus Deus, creans cælos, & extendens eos*. Siue vt Lxx. transtulerũt: *Qui fecit cælum, & defixit illud*. Vniuersitatis igitur creator, & Dominus, ipse Christi sui promisit aduentum: qui non solum extendit cœlos, atque defixit, sed terram quoque alta mole firmauit, & omnia quæ nascuntur ex ea: vt inuisibilia eius ex his quæ facta sũt intellecta conspiciantur: sempiterna quoque virtus illius, & diuinitas. Qui spiramen omnibus dedit, qui versantur in terra, lege prima mortalium. *Insufflauit* enim Deus *in faciẽ Adam spiritum vitæ, & factus est in animam viuentem*. Spiritum autem his propriè qui calcant terram, & sapientiam carnis, suæ subiiciunt potestati. Ille igitur cuius tanta præconia sunt hæc ad eum loquutus est, cuius legem insulæ præstolantur, & gentes:

Gen.2.b

Rom.1.c

HEB.

ma mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox eius. Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt.

SEPT.

animam mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus educet: non clamabit, neque dimittet, nec audietur foris vox eius. Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non extinguet: sed in veritate educet iudicium: splendebit, & non conteretur, donec ponat super terram iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.

Ego dominus vocaui te in iustitia. De quo ipse loquitur Euangelio: Pater iuste, mundus te ignorat, vt esses nõ solum Iudæorum, sed & gẽtiũ Deus. *Et apprehendi manum tuam*: quia quidquid operatur filius, operatur & pater. *Et seruaui te*, qui omnia ipse conseruas. *Et dedi te in fœdus populi Israel*: cui te venturũ ante promiserã. *Et in lucẽ gentium*, qui sedebãt in tenebris, & in vmbra mortis: *vt aperires oculos cæcorũ*, qui Deũ antea non videbant. *Et educeres de conclusione vinctum. Funibus* enim *peccatorum suorum vnusquisque constringitur*: Et in Euangelio, quam Satanas vinxerat, soluit dominꝰ. De domo carceris sedentes in tenebris, qui in erroris nocte & caligine versabantur. Quodque infert: *Ego dominus, hoc est nomẽ meũ, gloriam meam alteri non dabo*: non excludit filium, cui dicenti in Euangelio: *Pater, glorifica me gloria quam apud te habui prius quam mundus esset*: Ipse respondit: *Et glorificaui, & glorificabo*. Neq; enim dixit: Gloriam meam nulli dabo, quod si dixisset, excluderet, & filiũ: sed *gloriam meam alteri non dabo*, præter te cui dedi, cui daturus sum. Vnde proprietatem sanctæ scripturæ vehementer admiror, quod verbum a אחר omnes interpretes voce consona transtulerunt, alterum, qui in multis aliis soliti sunt discrepare. Vt autem sciamus per hanc sententiam non excludi filiũ: sed idola, sequentia verba testantur: Et laudem meam sculptilibus. Pro quo: Lxx. δοὺξ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς, id est, nec virtutes meas simulacris. Cum enim Christus Dei virtus sit, Deique sapientia, omnes in se virtutes continet patris. Sequitur: *Quæ prima fuerunt, ecce venerunt*. Et est sensus: Quæ locutus sum, quæ per Moysen, Prophetasque pollicitus sum, vniuersa completa sunt: Nunc autem annuncio vobis Euangelium, vocationem gentium, passionem Christi, nouitatem fidei, vtquo modo priora certa nitis rebus expleta, sic & ea quæ nunc polliceor, credatis esse ventura.

C

Ioan.17.d

Prou.5.d

Io in.17.d

a alter

D

1.Cor.5.f

b ¶ *Canite Deo canticum nouum, &c.*] Qui prius dixerat, quæ prima fuerant, ecce venerunt. Noua quoque ego annuncio: antequam oriantur, audita faciam vobis:, & se promiserat quod ignorabant esse dicturum: quæ sint illa noua, sequenti sermone testatur, Apostolis præcipiens & Apostolicis viris, vt canant canticum nouum, nequaquam in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Nec solum in veteri instrumento, sed in nouo: & laus eius penetret vsque ad extrema terræ. *A summo enim cælo egressus eius, & vsq; ad summum illius, occursus eius. In omnẽ terram exiit* Apostolorum *sonus, & in terminos orbis verba eorum*. Siue iuxta Lxx. *Glorificate nomen eius in terminis terræ*, vt in vniuerso mũdo Christi nomen annuncietur in gentibus. Qui sint autem isti, qui canere debeant canticum nouum, sequentia verba testantur: *Qui descenditis*, inquit, *in mare, & nauigatis illud*, siue plenitudo maris. Apostolos enim videns Iesus in littore iuxta mare Genezaret reficientes retia sua, vocauit, & misit

Rom.7.b

Psal.18.b

Luc.5.b

E

Rom.15.c

& misit in magnũ mare, vt de piscatoribus pisciũ faceret hominum piscatores. Qui de Hierusalem vsq; ad Illyricum & Hispanias Euangelium prædicarunt, capientes in breui tẽpore ipsam quoque Romanæ vrbis potẽtiam. Vel certe descenderunt in mare, & nauigauerunt illud: tempestates & persecutiones istius sæculi sustinentes. Insulas quoq; & habitatores earũ, vel diuersitatẽ gentium intellige, vel Ecclesiarum multitudinem: *Leuet*, inquit, *desertũ & ciuitates eius* vocem suam: de qua & supra diximus: Siue lætetur desertum & vici eius, & Cedar, quæ quoniã inhabitabilis fuit regio trans Arabiam Sarracenorum. Et habitatores Petræ, quæ & ipsa vrbs Palestinæ est. Hoc autẽ significat, quod gẽtiũ populus desertus prius notitia Dei, & idololatriæ erroribus obligatus, ad laudes domini conuertatur. Siue quia Cedar interpretatur tenebræ, & iuxta Apostolũ, petra Christus, præcipitur cunctis credentibꝰ vt qui ante erãt in tenebris, & nũc credũt in dominũ Saluatorẽ, de vertice montiũ clamitent, & aperte prædicent Christũ, quibus & supra dictũ est: *In montem excelsum ascende, qui Euangelizas Sion. Eleua in fortitudinẽ vocẽ tuam, qui Euangelizas Hierusalẽ*. Et ponam gloriam eius in insulis, de quibus prius diximus: Describitque sermo propheticus gloriosum Saluatoris aduentum, de quo & Paulus Apostolus loquitur: Secundum illuminationem gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: & eum viro fortissimo comparat, qui pugnaturus sit contra aduersarios suos & susciturus zelum. De quo & in cantico Deuteronomij prophetatum est: ipsi me zelare fecerunt in eo qui nõ erat Deus & irritauerunt me in idolis suis. & ego zelare eos faciã in gente quæ nõ est, & in gẽte stultissima irritabo illos. Vociferabitur quoque & clamabit contra inimicos suos, aperte eorũ infidelitatem reprobãs, & cum clamore pronuncians: *Tacui, sẽper silui, patiens fui*. Siue vt Lxx. transtulerunt: *Tacui, numquid semper tacebo*? Vt impleatur illud quod per Salomonem dicitur: *Tempus tacendi, & tẽpus loquẽdi*. Et est sensus: Diu vos delinquentes sæpe portaui, sed quia ante tacuerã, nequaquam vltra tacebo. Et quo modo pariens in lucẽ profundit infantem, & apertũ facit esse quod prius clausum in visceribus tenebatur: Sic ego dolorem meum, & dissimulationem quam semper habui, super sceleribus vestris nunc proferam: & dissipabo vestra consilia. Vno quoque tempore absorbebo vniuersam gentẽ, & omnem superbiam montium, tumoremque collium vestrorũ. Et fenum, de quo supra dictũ est: *Vere fenum est populus*, id est, tam principes quam vulgus ignobile, in desertum redigam. Quod in Lxx. de Theodotionis editione additum est: qui hæc verba tacuerunt. Cumque vos à capite vsq; ad pedes exiccatũ eró atq; deleuero, tunc flumina doctrinæ meæ in insulis gentium currere faciã, & stagna vestra, siue paludes redigam in ariditatẽ: vt in gẽtibus sit scientia scripturarum, & in vobis doctrinæ ariditas. Ducũq; cæcos per viam quã ante nesciebant: de quib' & supra legimus: *Dedi te in fœdus populi, in lucẽ gẽtiũ, vt aperires oculos cæcorũ*. Hi ducentur per viam, de qua Christus loquitur: *Ego sum via*: siue via scientiæ Dei: & per setinitas prophetales ambulare eos faciam. Tunc tenebræ eorũ mutabuntur id lucẽ, & prauа verteintur in recta, vt intelligãt quæ legunt, & cordis oculis, clarum in veteri testamento, Christi lumen aspiciant. Simulq; infert: Hæc verba quæ feci, siue faciam eis, nequaquam vltra futura promittens, sed quæ ante promiserant reddens. Me autem ista dicente, conuersus est retrorsum populus Iudæorum, vt non crederet promittenti, & in suis confunderetur erroribus, & negligeret sponsionẽ Dei, qui idolis ante crediderat. Siue, cum intrauerit plenitudo gentium, tunc etiam Israel populus conterretur, & pœnitebit eum erroris sui, per quẽ idolis ante seruierat. Aut certe post vocationem gentium reuertetur ad principium, vt dicat omnes gentes quæ Euangelio credere noluerunt, in suis idolis confundendas:

יאשן מדבר

קדר

1.Cor.10.a

Sup.40.b

2.Cor.4.b

2.Tim.1.c

Deut.32.c

Esa.3.b

Sup.40.h

Rom.11.c

Sup.6.c

H

a ¶ *Surdi audite. & cæci, &c.*] Ne quis putaret hoc quod dicitur: Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum, ad gentium populum pertinere, qui prius surdus, & cæcus fuerat, vt Iudæi stulta interpretatione approbare contendunt: ipse propheticus sermo demonstrat, qui surdi, & cæci intelligi debeant. *Quis*, inquit, *cæcus, nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quẽ nuncios meos misi*: haud dubiũ quin Prophetas significet. *Quis cæcus, nisi qui vemndatus est peccatis suis*? Quis cæcus, nisi qui prius seruus fuit domini? Cui dicitur: O Israel qui vides multa, & habes prophetas plurimos, per quos Dei mandata cognoscas: nonne custodies quæ tibi præcepta sunt? Qui apertas habes aures, 'nõne audies quæ dicuntur: de quo & supra legimus: *Auditu audietis, & nõ intelligetis: & videntes aspicietis, & nõ videbitis: intrasiatũ est enim cor populi huius*. Dominꝰ, inquit, voluit vt sãctificaret eum: & magnificaret legẽ suã, & populũ iacentem extolleret ac leuaret. Sed ille Dei facere noluit voluntatẽ: & idcirco ab aduersarijs suis direptꝰ est atque vastatus, quos vel dæmones, vel hostes intelligere debemus. *Laqueus inuenũ omnes & in domib. carcerũ absconditi sunt*. Siue vt Lxx. transtulerunt: ὅτι παγὶς γὰρ ἐν τοῖς παιδίοις παγήσεται, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις ἁμαρτωλῶν ἐκρυβησαν αὐτοὺς, id est, *Laqueus in cubilibus vbique: & in domibus simul, in quibus absconderunt eos*: Scribas significans & Phariseos qui plebem miserabilem deceperunt, & vbique posuerunt insidias contra Dominum Saluatorem, & Aposto-

los eius habentes clauem scientiæ, nec ipsi intrantes, & alios volentes introire prohibentes. Pulchreq; pectore eorum in quibus habitabãt cogitationes pessimæ, carceres appellauit. Ideo facti sunt in rapinã & in direptionẽ, nec fuit qui liberaret eos, & pro eis sermonem faceret. Simulq; propheta cohortatur eos, vt si omnes audire nõ possint, saltẽ pauci futura cognoscant, & intelligãt à quo ista perpessi sint. Causasq; suæ vastitatis agnoscant, qui nec audire, nec facere voluerunt, quæ lege præcepta sunt. Ideo effudit dominꝰ super eos totã iram suã, & indignationẽ furoris plenam: vt qui prius tacuerat, nequaquã vltra reticeret, nec sermonib. eos, sed pœnis, tormentisq; corriperet: & cõprehenderet eos bellũ fortissimũ, quod nequaquã possint euadere: ostẽdens ferociam Romanorum. Cumque ex omni parte combustus sit, & nihil in se habeat sanitatis, tãmen non intelligit causam pœnæ suæ: quod idcirco punitus sit, quia Dei filium non receperit.

Rom. 11.c

CAP. XLIII.

ET nũc hæc dicit, &c.] Hebræi de secundo Saluatoris hæc interpretãtur aduẽtu, quãdo post plenitudinem gentium omnis saluandus sit Israel. Nos autẽ nequaquam putamꝰ ad eos fieri repromissionem, quib. supra dictũ est: *Quis cæcus, nisi pueri mei: & qui surdi, nisi qui dominantur eorũ?* Quis cæcus, nisi qui recepit? & excæcati sunt serui Dei. Et rursũ: *Factus est populus vastatus atq; direptus*, & his similia. Deniq; infert: *Effudit super eum indignationẽ furoris sui, & forte bellum: & combussit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & nõ intellexit.* Ergo quod supra diximus, duos esse Iacob, & duos Israel: vnũ carnalem, & alterum spiritualem: eorum qui in Saluatorẽ credere noluerunt, & eorũ qui receperunt filium Dei. Hoc etiã nũc intelligendũ, quod prouocetur Apostolorum chorus, & prima Christi Ecclesia de Iudæorum populo cõgregata: vt intelligat creatorẽ, & factorẽ suum, qui & animæ & corporis eius sit cõditor: Nec timeat persecutores: quia redemptus sit Christi sanguine, qui vocauerit eum nomine suo: & ob familiaritatem specialiter appellet populum suum: sed prædicet incũctanter, & nulla pericula reformidet. Quodque infert: Aquas, & flumina, & ignem, & flammas: persecutorum impetũ, furorẽq; describit: qui saluti gentium inuideant, & nolint sermonem Euangelicum prædicari. Quamquam Iudæi in aquis, Ægyptios, in fluminibus, Babylonios, in igne Macedonas, in flamma, Romanos intelligi velint. Idcirco autem præcipit eis, ne timeant, quia dominus Deus Saluator eorũ, & sanctus Israel sit cum eis, qui fecerit eos Ægypto, Æthiopiæ, & Syenes, extremis mũdi terminis prædicare. Pro גּוֹלָה, reliqui interpretes posuerunt a שבא: vnde fuit regina Austri, quæ venit sapientiam audire Salomonis. Quamobrem honorabilis factus est Apostolorum chorus in conspectu Dei, & dilectus ab eo: & cunctorum hominũ salus, atque populorum, qui per eos ad Euangelium sunt vocati: & reputabuntur in salutem animarum eorum. Vnde iungit & dicit: *Nolitimere, ego tecum sum*: qui vobis in Euangelio loquor: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Ab Oriente enim, & ab Occidente adducam filios tuos*, qui requiescant in sinu Abraham, & de cunctis mundi partibus filiorum meorum; & filiarum populus congregabitur: qui vel inuocent nomen meum, vel meo vocentur nomine: vt appellentur Christiani in gloriam conditoris sui. Quodque sequitur: *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt*: Multi putant dici de populo gentium, qui per Apostolorum doctrinam audire cœperunt, & videre. Sed nos etiam hæc de dispersõ intelligamus Israel, qui vocatus sit per Apostolos, primusque crediderit: quibus loquitur & Paulus: *Vobis primum oportuit prædicare sermonem Dei*. Et ipse Dominus in Euangelio: ite ad oues perditas domus Israel. Denique sequitur: *Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus*, id est, cum populo qui credidit ex Iudæis, vt duplex vocatio sit, circumcisionis, & præputij. Quod autem dicitur: *Educ*, ad filium sermo est, Siue iuxta Lxx. pater de filio loquitur, quod eduxerit populum suum cæcum, & surdum, & gentibus copularit, & fecerit ex eis multos Ecclesiæ principes. Miraturque Propheta, quod nullus in gentibus hæc præscire potuerit, nec DEI nosse consilia, sed tantum populus eius qui legem acceperit, & Prophetas habuerit: *Notus* enim *in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*. Siue ipse Deus, testis suorum sermonum sit, & patrator, & puer eius ac seruus, quem elegit, haud dubium quin Christum significet, cui

Sept.

vastatus, atque direptus. Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionem, & non est qui dicat, redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? Nonne dominus ipse cui peccauimus, & noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius? Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum: & combusit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit dominus: creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego Dominus DEVS *tuus, sanctus Israel Saluator tuus. Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiã, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quoniam tecum ego sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da: & Austro noli prohibere, adhuc filios meos de longinquo, & filias meas ab extremo terræ.*

Et

Heb.

vastatus, laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionem, & non est qui dicat, redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? Nonne dominus ipse cui peccauimus, & noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius? Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum: & combusit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit dominus: creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego Dominus DEVS tuus, sanctus Israel Saluator tuus. Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiã, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quoniam tecum ego sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da: & Austro noli prohibere, adhuc filios meos de longinquo, & filias meas ab extremo terræ.

Et

cet, cui & infra dicit: *Magnum tibi est vocari te puerum meum.* Et hæc omnia fient, vt veritas mundo prædicetur: & sciant, & credant, & intelligant, quorum mens prius bruta erat, & insensibilis, quod præter vnum Deum, nullus alius Deus sit, nec ante, nec postea. Neq; enim temporũ conditor habet aliquãdo principiũ, cum hoc ipsum aliquando sit temporis. Et quomodo nunc locutus est: Ego testis, dicit dominꝰ Deus, & puer quẽ elegi, dicente hoc ipsum domino in Euangelio: *Duorũ hominum testimonium verũ est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de me, & qui misit me pater.* Sic & de diuinitate illius sentiendũ est, quod nullus sit Deus. nisi ipse qui loquitur, & puer eius quẽ elegit. Pulchreque præter Deum patrem alter nullus est Deus: quia Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, qui loquitur in Euangelio: *Ego in patre & pater in me est.* Sicut enim vnꝰ Christus dominus non aufert patri, ne dominus sit: sic vnus Deus pater non aufert filio, ne Deus sit: qui in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deũ. Quodque sequitur: *Et non est absque me Saluator*: ostendit in patre filium cuncta saluare. De quo idẽ Propheta testatur: *Et mittet eis Dominus Saluatorem, qui Saluos eos faciet*: Neque enim Deus sapiens & fortis, sine sua potest esse sapientia atque virtute. Cum ergo ab initio ego hæc futura prædixerim, nullus erit qui meæ renuat voluntati, imo quæ ego fecero, possit irrita facere. Hæc dicitur quidem ad Iacob, & Israël, sed referuntur ad Apostolicum chorum, & omnes qui de populo Iudæorum in Christum voluerint credere.

a ¶ *Hæc dicit dominus redemptor, &c.*] Iuxta Hebraicum adhuc ad Israel propheticus sermo dirigitur: quod redemptor eorum dominus, & sanctus Israel, hæc ad eos locutus sit: Propter vos qui mecum Euangelium prædicatis, quibus supra dixi: *Noli timere, quoniam ego tecum sum*: qui estis testes voluntatis meæ, & puerum meum alterum testem mundo incredulo nunciatis: Misi filium meum in Babylonem, & confusionem huius sæculi. Et detraxi omnes vectes eius, qui Hebraice appellãtur ברידים, & quos Theodotio fortes interpretatus est. Et Chaldæos, inquit subauditur ἀπὸ κοινοῦ detraxi, qui in suis gloriabantur nauibus, in his videlicet, qui instar nauium inter idola fluctuabant. De Chaldæis nullus ambigit, quin dæmones sonent. Ego dominus hæc futura prædixi, qui sum creator vester, & rex Israel. Porro iuxta Lxx. multo alter est sensus: Ego dominus, qui te de periculis liberaui, & sanctus Israel: propter vos mittam in Babylonem regem Medorum atque Persarum, & habitatores eius fugere faciam, & Chaldæi, qui vos ceperant, vincti per mare Caspium ad gentes alias transferentur. Ego dominus hæc futura decreui, qui ostendi Israel regem credentium fore.

b ¶ *Hæc dicit dominus, &c.*] Dominus qui destruxit, & abiecit Babylonem, & fortissimos illius detraxit de potentia omnesq; Chaldæos, qui in fluctibꝰ huius sæculi feliciter nauigabant, fecit esse captiuos: Ipse in aquis torrentib. maris rubri reperit viam, vt transiret populus eius de Ægypto liberatus. Siue qui dedit in mari rubro viã, ipse & in aquis torrentib. Iordanis fluuij reperit semitam, vt & egressio ex Ægypto, & introitus in terrã repromissionis haberet miraculum. Ipse currus, & equos, & omnẽ exercitũ Pharaonis demersit in profundum, qui dormierũt somno perpetuo. Contriti sunt, & extincti quasi linum in breui tẽporis spatio, & in pũcto atq; momẽto. Linum enim necdum igne correptum pro leuitate substantiæ statim extinctum, in fauillã dissoluitur. Igitur hoc præcipio vobis vt inter signa mea, atque miracula, quibus Babylon vrbs potentissima diruta est, & quibus in mari rubro atq; Iordane, populo meo aperta est via nequaquã meminerit is veterũ: quoniam in Euangelio multo sum maiora facturus: quorum comparatione, præterita fileri debeãt. Nequaquã enim vltra in mari rubro, sed in deserto totius mundi reperiam viam. Nec vnus fluuius, siue fons erumpet de petra, sed multa flumina, quæ non corpora, vt prius, sed animas sitientes reficiãt, & impleatur illud quod supra legimus: *Bibetis aquas de fontibus Saluatoris.* Tũc quod nequaquã factũ est, fiet: vt omnes bestiæ, & dracones, & struthiones, qui in solitudine gentium morabantur, & idolatriæ sanguine, morũque feritate bestiarum similes erant glorificent me, atque collaudent. Pro draconibus, quos solus Theodotio, vt in Hebraico scriptum est, appellauit תנים: reliqui sirenas interpretati sunt, animalia portentosa, quæ dulci carmine atque mortifero, nauigantes Scyllæis canibus lacerandos

Inf. 49.b Sec. LXX.

Sup. 9 d

Ioan. 8.c

3. Reg. 10.a

1. Cor. 1.d. Ioan. 14.d

Matt. vlt.

Ioan. 1.a

Sup. eod.

b barihim

Sup. 42.f

Psal. 75.a

a Seba

Act. 13.g

Matth. 10.b

Exod. 14.f

Sup. 12.a

c tanni m

præcipitabãt. Hocq; significat, quod voluptati prius, & luxuriæ dediti, ad seruitutem domini conuertentur: licet melius sit dracones intelligi, quia iunguntur & struthiones: vt quia semel de bestiis solitudinis loquebatur, hæc animantia poneret, quæ deserto familiaria sunt. Laudabũt autem, inquit, me, & glorificabũt bestiæ agri & dracones, & struthiones:

HEB.

struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio: vt darẽ potum populo meo, electo meo. Populũ istum formaui mihi, laudẽ meam narrabunt. [a] Nõ me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Nõ te seruire feci in oblatione, nec laborẽ tibi præbui in thure. Non emisti mihi argento calamũ: & adipe victimarũ tuarũ non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. [b] Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorũ nõ recordabor: Reduc me in memoriam, vt iudicemur simul. Narra si quid habes, vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos: dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

SEPT.

filiæ struthionum: quia dedi in deserto aquam, & flumina in inaquoso: vt bibere faciam genus meum electum, populum meum quem acquisiui, vt virtutes meas narret. Non nunc vocaui te Iacob, neque laborare te feci Israel. Non attuliſti mihi oues holocausti tui, neque in victimis tuis magnificasti me: nec seruire te feci in hostiis, nec laborem tibi præbui in thure: nec emisti mihi argento thymiama, nec adipẽ hostiarum tuarum concupiui: sed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatib. tuis. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor. Tu vero memento, & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris. Patres vestri peccauerũt, & principes vestri iniquè egerunt in me, & contaminauerunt principes sancta mea. Et dedi, vt perderem Iacob, & Israel in opprobrium.

CAPVT XLIV.

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi. Hæc dicit DOMINVS faciens, & formans te: ab vtero auxiliator tuus. Noli timere serue meus

NVNC autem audi Iacob puer meus, & Israel, quem elegi. Ego DOMINVS DEVS, qui feci te, & plasmaui te de ventre, adhuc habebis auxiliũ. Noli tus est Israel, eiectus de sua prouincia, & totius orbis exul, atque peregrinus.

CAP. XLIV.

ET nunc audi Iacob, &c.] Vbi accusator populus Iudæorum ob incredulitatem, atque blasphemiam, absque vlla nominis dignitate, puris appellatur vocabulis: *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel*: Et iterum: *Dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.* Vbi autem ad Apostolorum chorum, qui ex Iudæis est, sermonem facit, iunguntur & nominum priuilegia: *Audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi*: vt prima sit seruitus, secũda electio. *Hæc dicit dominus, factor & formator tuus, qui ab vtero auxiliatus est tui*, vt adhuc in ventre matris plantã fratris arriperes. Siue qui in principio nascentis Ecclesiæ te de persecu-

Michea plenius legimus: *Populus meus quid feci tibi: & quid molestus fui tibi? respondẽ mihi: quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciẽ tuã Moysen, & Aaron, & Mariã.* Et in quinquagesimo psalmo Dauid loquitur ad Deũ: *Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cum iudicaris.* Narra ergo si quid habes, vt iustificeris. Et est sensus: Ego non loquar prior contra te, ne oppressum esse te dicas multiplicatione sermonum: sed tu si quid iusti habes ipse pro te loquere: vt videaris ista, quæ pateris immerito sustinere. Et vt scias me misereri tui, nõ ob meritum tuum, sed propter meam clementiam, à patrib⁹ tuis repetam, atq; maioribus: vt intelligas te à peccatorib. esse generatum. Pater tuus primus peccauit in solitudine, omnis videlicet populus Israel: Siue auctor generis tui Abraham, peccasse cõuincitur, quando domino terram repromissionis semini illius pollicente, respondit: In quo sciam, quia possidebo eam? Et interpretes, inquit, tui præuaricati sunt in me: Aaron, & Moyses ad aquam contradictionis, qui inter me, & te, medij loquebantur. Et vt intelligamus non esse violentam expositionem, sequitur: Et cõtaminaui principes sanctos: de quibus & in psalmo canitur: *Absorpti sunt iuxta petrã iudices eorũ.* Quos idcirco cõtaminasse se dicit, quod terrã repromissionis non intrauerint. Dediq; ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam: vt nullus, præter duos ex his, quæ de Ægypto egressi erant, intraret in Iudæam: sed cadauera eorum iacerent in solitudine. Iuxta Lxx. qui addiderunt de suo: *Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris*, ad pœnitẽtiam eos prouocat Deus, vt intelligant, scelera sua, atque peccata, & veniam consequãtur. Scriptum est enim, & in alio loco: *Iustus accusator sui est in principio sermonis.* Principesque eorum, & patres dicũtur domini sancta violasse: non seruientes legi Dei, sed traditiones, & manda hominum requirentes: propter quos periit Iacob, & in opprobriũ da-

persecutorum manibus conseruauit. Noli timere crudelitatem eorum *seruc meus Iacob, & rectissime, quem elegi.* Alio nomine Israelem vocat [a] ישרון enim verbum Hebraicum, cæteri εὐθῆ πάντων, siue εὐθῆ, id est rectissimum, & rectum interpretati sunt: soli Lxx. dilectissimum, iungentes de suo,

HEB.

meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam: & germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur.

[a] Hæc dicit dominus rex Israel, & redẽptor eius dominus exercituum. Ego primus & ego nouissimus, & absq; me nõ est Deus. Quis similis mei? vocet & annunciet, & ordinem exponat mihi: ex quo cõstitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuncient eis. Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annunciaui, vos estis testes mei. Numquid est Deus absq; me, & formator quem ego non nouerim? Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amatissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt cõfundantur. Quis formauit Deum, & sculptile cõflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundẽtur. Fabri enim sunt ex hominibus: cõuenient omnes: stabunt & pauebunt, & cõfundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est in prunis, & in malleis formauit illud, & operat⁹ est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet, & deficiet: nõ bibet aquam, & lassescet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularib. & circino tornauit illud, & fecit imaginem viri; quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem & quercum, quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum, quam pluuia nutriuit, & facta est hominib. in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: succẽdit, & coxit panes. De reliquo autem operatus est Deum, & adorauit,

SEPT.

Noli timere puer meus Iacob, & dilecte Israel, quem elegi: adhuc ego dabo aquam in siti, qui ambulant in inaquoso: ponam spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos. Et orientur vt in medio aquæ fœnum, & sicut salix iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, Dei sum: iste clamabit in nomine Iacob. Et alius scribet in manu sua, Dei sum ego, & in nomine Israel clamabit.

Lxx. in hoc capitulo, exceptis paucis verbis, non discrepant ab Hebraico, nostra editione cõrenti sumus: qua intellecta, noscentur & cæteræ. Est autem sermo contra illius temporis idololatras, quo Esaias propheta ventura populis nunciabat, & arguit eos qui Dei omnipotentis religione contempta, simulacris ligneis inclinentur, & adorãt opera manuum suarum. Curramus ergo per singula. Hæc dicit dominus rex Israel, qui in me credituros est, & redemptor eius, qui filij mei susceptet aduentum: Dominus exercituũ atque virtutũ, & omnipotẽs. Hoc enim in Hebraico sonat [b] צבאות *Ego sum primus, & ego nouissimus: ego α & ω, & absque me non est Deus*, quia puer quem elegi, in me Deus est. De quo supra dixi: *Ecce puer meus quem elegi: electus meus, quem suscepit anima mea: iudicium gentibus proferet, & in nomine eius gentes sperabunt.* Nec dicit se esse solum, sed præter virtutem suam, atq; sapientiam nullum esse externum Deum, Deorumq; multorum opinionem, & simulacra condemnans. Quis, inquit, si-milis mei est? Vocet ea quæ non sunt quasi sint, & exponat ordinem creaturæ meæ, qua cuncta ratione liberauerim, ex quo feci hominem super terram. Nec hoc solum volo, sed quæro etiam scientiam futurorum. Vnde tu Israel, cuius & rex & redemptor sum, noli timere simulacra, quæ esse nihil, in Sina monte didicisti. An forsitan creator est alius, quem ego non nouerim? Aut præter hunc alter est mundus, qui ignoti Dei monstret potentiã. Neq; vero ea solum quæ sunt, sed & illi qui faciunt, habebũtur pro nihili. Cumq; vindictæ tempus aduenerit, nequaquam poterũt eos manuum suarum opera liberare, quæ cæca & insensibilia confundũt artifices suos. Quis enim possit hoc credere, quod ascia, lima, & terebro, malleoque formetur Deus? Et vel in prunis simulacra fundantur, vel norma, runcina, & angularibus, circinoq; in Deos repente consurgant? Præsertim cum fame & siti artificis, artis vilitas demonstretur. Fit enim lignea statua, humanam exprimens speciem, & quanto pulchrior fuerit, tanto Deus putatur augustior. Ponitur in phano, & æterno clauditur carcere, quæ longo tempore creuit in saltibus: & pro varietate arborum, cedrus, & ilex, & quercus, vel pinus fuit. Mirumque in modum segmenta eius, atque rasuræ mittuntur in focum: vt caleficiant artificem Dei, & coquãt diuersa pulmenta. Pars autem altera formatur in Deum, vt opere cõpleto, adoret illam factor suus, & operis sui imprecetur auxilium: nec intelligit vel recogitat, imo nec carnis, nec mentis aspicit oculis, quod non possit esse Deus, cuius pars igne combusta est, nec hominis manu fieri diuina maiestas. Pleniusq; super irrisione idolorũ propheticus sermo contexitur, quæ faci-

lis intelligentiæ sunt, nec lacinioſam, imo ſuperfluam expoſitionem deſiderant. Super quo & Flaccus ſcribit in ſatyra, dicendens ſimulacra gentiũ. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum: Cum faber incertus ſcamnũ faceretne Priapum, Maluit eſſe Deũ: Deus inde ego, furum, auiumque maxima formido.* Quidquid autem de Idolis dictum eſt, poteſt referri, & ad hæreſeon principes, qui ſimulacra dogmatum ſuorum atq; mendacij, artifici corde componunt & venerantur ea, quæ à ſe ſciunt eſſe ſimulata. Nec ſufficit eis error proprius, niſi ſimplices quoſque eorũ adoratione deceperint. *Qui quæſtũ putant eſſe pietatẽ, & deuorant domos viduarum*, abutenteſque vulgi imperitia, ita arte dialectica quaſi aſcia, & terebro, lima, & runcina formant Deum ſuum, & cudunt malleo, atq; inaurant ſermonis Rhetorici venuſtate: *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum.*

a ¶ *Memento horũ Iacob & Iſrael, quoniam ſeruus, &c.*] Cum hæc ſe ita habeãt, & idola hominũ ſcias eſſe figmẽta, O Iacob, & puer meus Iſrael, ne obliuiſcaris creatoris tui, tibique ipſi iniuriam facias vt incurreris operi manũ tuarũ. Quæ quia in aduentu pueri mei, quem elegi, penitus deſtruenda ſunt, propterea tota mentis auiditate cognoſce, quod ſicut nubes & caligo, & nebula, vel ſolis calore diſſoluitur, vel vẽto raptãte tenuatur, ita iniquitates tuas, & vniuerſa peccata, quib. prius me offenderas, diſſolui faciam. Tu tantum reuertere ad me, & age pœnitentiam, quia redimendus es pretioſo ſanguine. Quod ſi feceris, ſcias in ſalute tua cœlos, terramq; lætati, & omnia elementa concinere. Siue angelos, qui morantur in cœlis, & alias poteſtates, quib' terræ fundamẽta portantur, vel certe Apoſtolos, & prophetas, de quib. loquebatur & Apoſtolus: *Ædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorũ & prophetarum.* Montes quoq;, & ſiluæ, ſiue colles, qui pro varietate virtutũ prima & media loca & vltima poſſederunt, iubentur iubilare, & tuba canere, ſcientes quod redemerit Dominus Iacob, & in Iſrael conuerſione lætetur, ſiue ipſe Iſrael ab errore conuerſus, inclytus fiat.

b ¶ *Hæc dicit Dominus redemptor, &c.*] Deſtructis idolis, & iniquitatib' Iſrael, peccatiſque deletis, quando omnis ſimul creatura gaudebit, & iuxta euangelij fidem, ſuper pœnitentia peccatorum angeli lætabuntur in cœlis, deſcribitur potentia Dei, quod nequaquã ei grande ſit redimere Iacob, & Iſrael inſtaurare cor rectum, quem formauit ex vtero. Etſi hoc alicui non paruum videatur, nõ ſit illi difficile, qui extenderit cœlos ſolus. Iuxta quod alibi legitur: *Qui extendit cœlum quaſi pellem.* Non quo filius excludatur ab extenſione cœlorum: *Omnia* enim *per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*: ſed quo, vt ſæpe diximus, per hanc ſententiam excludãtur idola. Nam & in Prouerbiis Salomonis ex perſona Chriſti Dei virtutis, Deique ſapientiæ dicitur: Quando parabat cœlum, ego eram cum eo. *Ipſe* enim *dixit, & facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt.* Et: *Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Hæc frequenter ingerimus, ne vlla blaſphemandi Chriſtum hæreticis occaſio relinquatur. In ſtabilitate quoque terræ, quando illius fundamenta ſolidabat, nullus erat cum Deo, præter eum qui erat in eo. Iſte igitur tantus ac talis, cum præfiniti myſterij tempus aduenerit (vt cuncta idola deſtruantur) & Dei ſolius notitia prædicetur in mũdo) omnia vaticinia diuinorum, & pythonum, & ariolorũ ſigna atque portenta, quibus humanum deceperũt genus, deſtruet atque ſubuertet, & ſapientiam philoſophorum (quæ & ipſa erroris pars maxima eſt) ſtultam eſſe monſtrabit, dũ nequaquã humanis cogitationibus, Dei probantur comprehendiſſe ſapientiam. Qui etiam verbum pueri ſui, ſiue ſerui ſui: de quo ſupra diximus, & conſilium nunciorum eius, rebus explebit, Apoſtolorum ſcilicet, omniumque doctorum, qui voluntatem magiſtri ſui gentibus nunciabunt. Ipſe ergo qui eſt tanta facturus, cuius potentiam breui ſermone deſcripſi, etiam ad Hieruſalẽ, quæ deſtruenda erit à Babyloniis, nũc dicit antequã deſtruatur, quod rurſũ habitetur à populis: Et ciuitatib' Iudææ quod inſtaurentur: qui & ſolitudines illius ſuſcitabit, vt omnia cultoribus impleantur. Qui igitur dicit Hieruſalẽ, & Iudææ, & deſertus eius, quod habitetur & ædificetur, & ſuſcitetur: hic dicit profundo, ſiue abyſſo, id eſt, Babyloni, deſolare, & flumina tua arefaciã omnem regum potentiã. Siue quia profundum & abyſſum dixerat, recte per tranſlationẽ, & flumina poſuit, de quibus & pſalmiſta decantat: *Super flumina Babylonis ibi ſedimus & fleuimus.* Et quia Hieruſalem inſtaurat, & Babylonem deſtruit. Dicit quoque Cyro regi Perſarum, qui primus deſtruxit Babylonem atque Chaldæos: paſtor meus es, ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, vt ſapiat. Cuius differentiæ cauſa manifeſta eſt. Verbum enim Hebraicum a רעי ſi per b ר literam legamus, intelligitur, paſtor meus. Si per c ע, ſciens vel intelligens meus, quarum ſimilitudo paruo apice diſtinguitur, ac per hoc ſæpe cõfunditur. Scriptum eſt in Eſdræ principio, quod ad edictũ Cyri regis Perſarũ, atq; Medorũ, populi Iſrael ſit laxata captiuitas, & remiſſi in Hieruſalẽ, qui redire voluerunt ſub Zorobabel filio Salathiel, & Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno. Huic enim Dominus inſpirauit, vt ſuam faceret voluntatem, & illius præcepta compleret. Signanterq; addidit, *qui dico Hieruſalem ædificaberis, & templo fundaberis.* Sub Cyro enim iuſſum eſt, vt ædificaretur Hieruſalem, & templũ, cuius tantum illo viuente

iacta ſunt fundamenta. Cæterum ſub Dario, anno illius ſecundo, prophetantibus Aggæo & Zacharia, templum ædificari cœptum eſt.

CAP. XLV.

HAEC dicit Dominus Chriſto meo Cyro, &c.] Scio in hoc capitulo non ſolum Latinorum, ſed & Græcorũ plurimos vehementer errare, exſtimantium ſcriptum eſſe. Sic dicit dominus Chriſto, meo domino: vt intelligatur, iuxta illud quod alibi legimus: *Dixit dominus à domino*: Et, *Dixit dominus domino meo.* Neq; enim κυρίῳ, quod dominum ſonat, ſed χύρῳ dicitur, qui Hebraice appellatur a כורש regi Perſarum, qui Babylonem, Chaldæoſque ſuperauit. Et iunctis Medis, agitator bigæ, id eſt, cameli & aſini, ſupra legitur. Iſte appellatus eſt Chriſtus, id eſt, vnctus domini, quod erat inſigne apud Hebræos regiæ poteſtatis: vt quomodo apud nos diadema, & purpura ſolis imperatoribus datur, ſic apud Hebræos regnaturi perfundebantur vnguento. Vnde & Saul Chriſtus domini dicitur. Et in pſalmis legimus: *Nolite tãgere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Huius dexterã apprehendit & tenuit, vt nullus fortitudini eius valeret reſiſtere: Legamus Xenophontis octo librorum Cyri maioris hiſtoriã, & prophetiam Eſaiæ cernemus expletam. Quæ enim ciuitas illi non patuit? quis non regum terga ſubiecit? Qui muri prius inexpugnabiles, nõ illius obſidione ſubuerſi ſunt. Vnde ad ipſum Cyrum Deus apoſtropham facit. Dedi tibi theſauros, & abſconditas opes cunctarum vrbium: vt qui prius colebas idola, beneficiis vnum ſentires Deum, præſertim cum ſcias, multo ante quam naſcereris tuum nomen eſſe prædictum. Quod quidem, & Ioſephus in vndecimo Iudaicæ antiquitatis volumine refert, legiſſe Cyrum ab Eſaia de ſe certo vaticinatum nomine: & idcirco Iudæos, quaſi Dei familiares plurimum dilexiſſe. Hæc autem, inquit, tribui tibi *propter Iacob ſeruum meum, & Iſrael electum meũ. Et vocaui te nomine tuo*, ſicut vocaui Abraham, Iſaac, & Iacob: & multo ante prædixi, vt Iſaac, & Ioſiam, ne putareris ille eſſe Chriſtus cui aſſimilatus es, & in cuius typum & imaginem præceſſiſti. *Tu autem non cognouiſti me*, id eſt, ſimulacra coluiſti, non Deum. *Accinxi te fortitudine*, multarum gentium feci eſſe victorem, & non cognouiſti auxiliatorem tuum. In quo loco ſatis mirari nequeo, quæ ſtultitia ſit legentium, vt hæc ad Chriſtum referant, per quem mundus reconciliatus eſt Deo. *Ego*, ait *dominus, & non eſt amplius: extra me nõ eſt Deus.* Præter ſermonem quippe atque rationem, virtutemq; meã, & ſapientiam, quæ in me eſt, nullus eſt alter Deus. Et hæc feci, vt ab Oriente & Occidente omnis orbis agnoſcat, nullum alium eſſe abſq; me Deum *Ego dominus, & non eſt alter.* Pater enim in filio, & filius in patre. Qui loquitur in Euangelio: *Ego & pater vnum ſumus.* Et in Ezdræ volumine poſitũ eſt, ſcripſiſſe Cyrum ad omnes gentes, nullum eſſe Deum, niſi ſolum Deum Iſrael. Siue ita intelligendum, quod captiuorum laxatio, & Dei in populũ ſuum clementia, cunctis gentibus Deum fecerit notiorem. Qui igitur tibi dedi fortitudinem, & ſolus Deus ſum: ipſe res inter ſe contrarias facio: lucem & tenebras, id eſt, diem & noctem: pacem & malum, hoc eſt, ocium, & bellum: per quæ ſignificat & iratum fuiſſe ſe populo ſuo, quãdo tenebras captiuitatis, malaque ſuſtinuit ſeruitutis: & rurſum miſertũ, quando remiſſi in patriam, pacem & gaudium receperunt. Quomodo enim luci contrariæ tenebræ ſunt, ita paci contrarium bellum eſt. Vnde confundatur hæreſis, quæ malorũ arbitratur conditorem Deum. Cum hic malum non contrarium bono, ſed pro afflictione ponatur & bello, ſecundum illud quod in Euangelio ſcriptũ eſt: *Sufficit diei malitia ſua.* poſſumus iuxta tropologiam hæc & de eccleſiaſtico viro dicere: cui Deus dedit ſermonem atque ſapientiam, vt omnes ſectas contrarias veritati, ſua diſputatione ſubuertat. Sicut & de Stephano ſancta ſcriptura commemorat, quod nullus potuerit reſiſtere ſapientiæ eius: & vt reges, id eſt, patriarchas ſingularum hæreſeon, ſuę ſubiiciat poteſtati: & aperiat atque confringat, quod prius videbatur dialectica arte concluſum, & in medium proferat arcana hæreticorum, ſuperans eos atque conuincens: vt Chriſti ſecreta cognoſcant, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Iſtiuſmodi virum vocat Deus ex nomine ſuo, quia defenſor eſt pueri eius Iacob, & electi illius Iſrael. Hunc ſuſcipit, & aſſimilat ſermoni ſuo: qui cauere debet, ne ſuum putet eſſe quod loquitur, ſed omnia ad datoris referat gloriam, ne & ipſe mereatur audire: *Accinxi te, & non cognouiſti me.* Cum enim inſtructus armatura Apoſtoli, omnes docuerit, non eſſe alium Deum, niſi vnum, qui ſit Iacob, & Iſrael Deus, confundetur Marcion, duos Deos intelligens, vnum bonum, & alium iuſtum, alterum inuiſibilium, alterum viſibilium conditorem. E quibus prior lucem faciat, ſecundus tenebras, ille pacem, hic malum: cum vtrumque pro diuerſitate meritorum vnus Deus idemque condiderit.

CAP. XLV.

HÆc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram: vt ſubiiciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertã, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudẽtur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos cõfringam: Et dabo tibi theſauros abſcõditos, & arcana ſecretorũ: vt ſcias quia ego dominus, qui voco nomẽ tuum Deus Iſrael. Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum: & vocaui te nomine tuo, aſſimilaui te, & non cognouiſti me. Ego dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus: accinxi te, & nõ cognouiſti me. Vt ſciant hi, qui ab ortu ſolis & qui ab occidente, quoniam abſq; me non eſt Deus. Ego dominus, & non eſt alter. Formãs lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego dominus faciens omnia hæc.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

MVLTI casus opprimunt nauigantes. Si vehementior flauerit ventus, tempestas formidini est. Si aura moderatior summa iacentis elementi terga crispauerit, piratarum insidias pertimescunt. Atque ita fit, vt fragili animæ ligno creditæ, aut metuant periculum, aut sustineant: quorum vtrumque altero grauius est, vel mortem timere perpetuo, vel quam timueris sustinere. Hoc mihi in Esaiæ pelago nauiganti accidere video. Dum enim inoffenso cursu vela tenduntur, & securis nautarum manibus, sulcans æquoris campos carina delabitur subito clangoris turbo consurgens, tantis vndarum molibus, & collisorum inter se fluctuum fragore resonante, pauida amicorum corda perterruit, vt dicere cogerentur: Magister, saluos nos fac perimus. Quamobrem Eustochium, in toto orbe terrarum vnicum nobilitatis & virginitatis exemplum, non fileat pupilla oculi tui: clamaque in corde: Abba pater. Et cum Psalmista loquere: Exurge, vt quid dormis Domine? vt iniunctũ in Esaiam opus, te orante, & Christo miserante perficiam. Iam enim tertius decimus explanationum liber cuditur: qui necdum peruenit ad calcem. Et interim donec misericors & miserator Dominus, patiens & multarum miserationum, *reddat pristinam sanitatem. Hanc præfatiunculam tumultuario sermone dictaui, vt quæ habentur in scedulis, describantur, & plena emendatio lectoris iudicio reseruetur.*

Matt. 8.a Thren. 3.f Rom. 8.c Psal. 43.d

Psal. 144

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER TERTIVSDECIMVS.

CAP. XLV.

RORATE cœli desuper & nubes, &c.] Duplex huius loci interpretatio est. quidam enim putant hærere superioribus quæ dicuntur, & Cyro rege laxate captiuos, cœlum, terramque ketari, αστοχουμένως, pro eo quod est, illos qui in cœlo morãtur & terra. Alij à superioribus separãt, & proprium capituli huius volunt esse principiũ, ac de aduentu Domini prophetari, quod imperetur nubibus, de quibus supra scriptum est: *Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrẽ*, id est, vineam Israel, & ad quas peruenit veritas Dei, vt pluant mũdo iustum, siue iustitiam, terraque aperiatur, & germinet Saluatorem. De qua in psalmis canitur: *Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* Siue iuxta Lxx. Terra misericordiam, & iustitiam pariter germinauit, vt & peccatores misericordiam, & iusti præmia consequantur: Quodque sequitur: *Ego Dominus creaui eum*: vel, *ego Dominus qui creaui te.* Non scandalizabitur ad nomen creaturæ, qui illum vermem, ac seruum, & germinatum legerit esse de terra.

Sup 5. b Psal 35. b

צדק Psal 84. b

b ¶ *Væ qui contradicit fictori, &c.*] Qui ad Cyri personã volunt referre quæ dicta sunt, sic locum istum interpretantur. Me ingentia pollicente, quod propter reuersionem populi mei in Iudæam, omnia Cyro regna substernam: Væ ei qui incredulus est, & non putat ventura quæ dico: quasi lutum, & testa confracta calumnietur figulum suum, quare facta, vel cur ita facta sit: & opus contra artificis loquatur manus: & parem ac matrem calumnietur filius, cur in terram naturæ lege profusus sit. Cum igitur ego dominus sanctus Israel plasmauerim Cyrum, & mea iussione generatus sit: superfluum facitis ambigere de futuris: quin potius nosse debetis, quod filiosmeos, populum Israel, & opus manuum mearum, non vestro arbitrio, sed mea voluntate dispensem: vt qui prius eis tenebras & malum creaui, nunc lucem & pacem tribuam. Ego enim sum Deus, qui non in vacuum creaui terram, vt esset deserta, & squalida: sed vt homines habitarent in ea. Ego extendi, siue firmaui cœlos, vt angelorum essent habitaculum. Stellarumque eos varietate distinxi, & imperaui singulis quo currerent ordine, & dierum ac mensium, annorumque diuersa spacia complerent. Qui igitur cœlum feci, & terram, quid magnum est, si vnum regem creauerim, qui mea mandata conseruet, & omnes vias illius dirigam? Ipse enim iussurus est vt ædificetur ciuitas mea Hierusalem & captiui redeant in Iudæam: Non ob precium, neque muneras: sed ob meam voluntatẽ, dicit dominus Deus exercituum. Qui autem cœptam ad Christum refert intelligentiam, sic explanationis suæ verba moderatur. Væ eis qui contradicunt Deo, & Christum non putant esse venturum, quasi lutum, & testa de testis contradicat figulo suo, Væ qui dicit omnipotenti patri, quare tu generas filium, & mulieri sanctæ Mariæ, quid parturis? De qua scribit & Apostolus: Quod Christus *factus* sit *de muliere factusque* sub lege. Hæc ergo dicit Dominus sanctus Israel, qui plasmauit in virginali vtero Saluatorem, dicens per Gabrielem: *Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrauit tibi, quod autem nascetur in te sanctum, vocabitur filius Dei.* Interroget me testa, & futurorum secreta perquirat: Et præcipiat mihi quomodo adoptiuos filios, qui in meum filium credituri sunt, debeam regere. Dicit & Euangelista Ioannes: *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Gal. 4.d

Luc. 1.d

Ioan 1.d

Sin autem

CAP. XLV.

HEB. ORATE cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui eum. b Væ qui contradicit fictori suo, testa de Samiis terræ. Numquid dicit lutum figulo suo quid facis, & opus tuũ absque manibus est? Væ qui dicit patri, quid generas: & mulieri, quid parturis? Hæc dicit dominus sanctus

SEPT. *LAETETUR cœlũ desuper, & nubes spargant iustitiã. Germinet terra, & oriatur misericordia, & iustitia germinet simul: ego dominus qui creaui te. Quid melius feci quã lutũ figulo? Nũquid arans arabit terrã? Nũquid dicet lutum figulo, quid facis, quoniam non operaris, nec habes manus? Væ qui dicit patri, quid generas, & matri quid parturis? Sic enim dicit dominus Deus* sanctus Israel plastes eus. Ventura interrogate me: super filios meos, & super opus manuũ mearũ mandate mihi. Ego feci terrã, & hominem super eã creaui ego: Manus meæ tetẽderunt cœlos, & omni militię eorũ mandaui. Ego suscitaui eũ ad iustitiam, & oẽs vias eius dirigã. Ipse ædificabit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ meam dimittet, non in pretio, neq; in munerib⁹, dicit Dominus Deus exercituũ. [a]Hæc dicit dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabũt vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Confusi sunt & erubuerunt omnes, simul abierũt in confusionem fabricatores errorũ. Israel saluatus est in Domino salute æterna: Non confundemini, & non eru-

SEPT. *ctus Israel qui fecit ventura. Interrogate me de filijs meis, & de operibus manuũ mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominem super eam: Ego manu mea firmaui cœlos: ego omnibus stellis mãdaui. Ego suscitaui eum cum iustitia regem: omnes viæ illius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei cõuertet, non cum precio, neque cum muneribus dixit dominus Deus sabaoth. Sic dicit dominus sabaoth: Laborauit Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim: Viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & te sequẽtur vincti manicis: & transibũt ad te, & adorabũt te, & in te orabunt, quoniam in te Deus est, & non est Deus absque te. Tu enim Deus es, & nesciebamus. Deus Israel saluator: Confundantur & erubescant omnes aduersarii eius, & ambulent in confusione. Innouamini ad me insulæ: Israel saluatur à Domino salute æterna, non confundentur, neque eru-*

A

1.Pet.2.d

Matt 16.c Ibid.3.b

Num 3. Sup. eod.

B

Rom 9.d

Hier. 18.

Zach.4.c

D

Matt 18.a

Supr 19.a

Matt 1.d

Ioan.10.f & 14.b

a ¶ *Hæc dicit dominus, Labor Ægypti, &c.*] Et in hoc loco qui sequuntur historiam, dicunt Ægyptum & Æthiopes, gentesque Sabaim, quæ trans Æthiopiam est, seruisse Cyro, & ei gentes vltimas fuisse subiectas, atque ex mirabili intellexisse victoria, quod in eo esset dominus, & non esset alius præter eum, qui in illo habitaret Deus. Sed hoc quod sequitur: Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator, quomodo possit Cyri personæ cõuenire, non intelligo: Nisi forte Theodotionis vtantur editione: qui transtulit, *in te est fortis, & non est alius præter eum Deus*: Propterea tu fortis absconditus, Deus Israel saluator. Quocunque se verterint, non valebunt laqueos veritatis effugere. Fac enim esse in Cyro Deum, & non esse alium præter eum qui sit in Cyro Deus, quomodo Cyri personæ dici conueniet: *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator*? Ergo Deus in quo est Deus: Dominus noster Iesus Christus rectius intelligitur, & verius: qui in euangelio loquitur: *Ego & pater vnum sumus: & ego in patre, & pater in me est.* Qui Deus appellatur absconditus propter assumpti corporis sacramẽtum, & Deus Israel saluator, quod interpretatur Iesus. Hic enim iuxta angelum Gabrielem, saluabit populum suum. *Confusi sunt, & erubuerunt omnes simul*, scribæ videlicet & pharisæi. *Et abierunt in confusionẽ fabricatores erroris*: qui in toto mundo disseminauere mendacium, vt cum dicerent ab Apostolis furto esse sublatum. Israel autem saluatus in domino salute eterna, Apostolorum intelligitur chorus, & hi qui per Apostolos crediderunt: Vnde dicitur ad eos: *Non confundemini, neque erubescetis*, non solum in præsenti sæculo, sed & in futuro. Seruisse autem ei Ægyptum, & Æthiopas, & Sabaim, excelsos viros, atque sublimes, nemo dubitat, cum ei mundum videat esse subiectum, & ex paucarum nomine nationum, quæ habitant in extremis finibus terræ, cunctos cœlorum cardines & omnia terræ fictora, ei creditura perspiciat. Vnde pulchre quasi laborantibus in errore idololatriæ, cessare labor Ægypti nominatur. Nulla enim gens ita idololatriæ dedita fuit, & tam innumerabilia portenta venerata est, quam Ægyptus, de quo supra legimus. *Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulacra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius.* Porro quod in Lxx. additum est: Innouamini ad me insulæ: sic exponere possumus, vt dicamus ecclesias de gentibus congregatas innouari in Christo, & appellari insulas, quod persecutorum rabiem, procellasque sustineant, & fundatæ supra petram, nulla turbinum mole quatiantur. Hebræi stulta contentione nituntur asserere, vsque ad eum locum vbi legitur: *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus*, vel ad Hierusalem, vel ad Cyrum dici. Hoc autem quod sequitur: *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator*: Subito ad omnipotentem Deum apostropham fieri: cum etiam stultis perspicuum sit, vnum contextum esse sermonis, nec

posse sensum diuidi, qui in ipso narrationis ordine, & ratione coniunctus est.

a ¶ *Quia hæc dicit dominus, creans cœlos, ipse Deus, &c.*] Vocatis Ægypto & Æthiopia, & Sabaim viris excelsis, per quę monstratur salus vniuersarum gentium barbararum, & totius mundi ad Deum conuersio, ostendit Deus iustitiã suam, quod non solũ Iudæorum sit dominus, sed & gentium. Ipse enim cœli factor & terræ, æqualiter omnium Deus est, & nõ ob aliã causã creauit terram, nisi vt hominum esset habitaculum: qui sũ adorarent, & intelligerẽt creatorem, & idola vniuersa contẽnerent. Nam & in mõte Sina, de excelso eius vertice hæc audientib. populis est locutus: *Nõ erũt tibi dij alieni absque me, nec facies tibi idolũ.* Sed melius vt hoc dictum de euangelica prædicatione credamus: Moyses enim in abscondita solitudine, vni tantũ locutus est populo. Apostolorum autẽ sonus, in vniuersum orbẽ exiit, & verba eorum vsque ad terræ terminos peruenerunt. Nõ dixi, inquit, semini Iacob, frustra quærite me. Cœlorũ enim illis regna promisit, & primũ ad eos locutus sum. *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel.* Et idcirco locutus sum iustitiã, & annunciaui recta, siue veritatẽ, vt imaginib. legis & cerimoniis derelictis, sequerẽtur euãgeliiveritatẽ. Sed quia illi credere noluerũt, & indignos se iudicauerunt salute: propterea dico gentib. *Cõgregamini de toto orbe: & venite & accedite ad me simul, qui saluati estis ex gẽtib.* Per quod ostẽdit, nõ statim omnes gẽtes esse crediturας, sed paulatim, & per partes. Deniq; corripit eos, qui in errore pristino permanserunt dicẽs: Nescierũt qui leuant lignũ sculpturæ suæ, & rogant Deũ nõ saluantẽ. Et est sensus: Nõ intellexerũt sermones meos, simulacrorũ suorũ onere prægrauati, & sperãtes in eis, quibus nulla est salus. Vnde Apostolis præcipitur, vt *oportune importune* annunciẽt veritatẽ, & ineant consiliũ salutis gentiũ. Hoc autẽ, id est, vt congregarentur & venirẽt ex gentib. plurimi qui saluarentur, ab initio locutus est Deº, & cunctorũ prophetarũ oracecinerunt, qui sermone domini loquebãtur, præter quẽ nullus est alius. Filius enim nõ absq; eo, sed in eo Deº est. Pulchreq; iungit, Deus iustº, nequaquam vnius gentis, sed vniuersi mundi: cui loquitur: *Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ.* Impleto illo quod pater filio repromisit: Postula à me, & *dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*: Iuratque per semetipsum, quoniam sententia oris sui, & verbum quod protulit semel super salute gentium, nequaquam irritum fiat, sed repromissio eius opere compleatur, dicentis supra: *Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ.* Iurat autem secundum Apostolum, vt per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, firmam cõsolationem habeamus: sed & hoc iurat, quod idolis derelictis omne genu ei flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis per illũ iuret lingua mortalium, in quo perspicue significatur populus Christianus. Moris est enim ecclesiastici, Christo genu flectere. Quod Iudæi mentis superbiam demonstrantes omnino non faciunt. Sed & omnis lingua cunctarum gentium barbararum, non in synagogis, sed in Christi ecclesiis confitetur Deum. Omnis autem lingua Christum confitens, in domino loquetur, & dicet: Meæ sunt iustitiæ, & meum est imperium, non populi Iudæorum. Ad eum cunctæ gentes venient & confundentur, qui prius illius euangelio repugnabant, & iustificabitur atque laudabitur omne semẽ Israel: quorum prædicatio, & sementis fertilissima, in toto orbe vberrimos attulit fructus. Siue iuxta Lxx. omnis lingua iurans & confitens Deum, dicet: quod iustitia & gloria totius orbis ad eum veniat, & confundantur Iudæi, qui se ab eo separant. Hi autem qui de stirpe filiorum Israel orti sunt, & qui de Apostolorum semine pullulauerunt, & crediderunt in Christo, habeant iustitiam, & gloriam sempiternam.

CAPVT XLVI.

Onfractus est Bel, contritus est Nabo, &c.] Cõsequẽter post vocationem gentium & electionem credentiũ ex Israel, idola corruisse testatur. Cecidit, cecidit, siue confractus est Bel. Quem Græci Belum, Latini Saturnum vocant. Cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias captiuorum ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Nabo autem & ipsum idolum est, quod interpretatur prophetia, & diuinatio, quã post euangelii veritatem in toto orbe conticuisse significat. Siue iuxta Lxx. *ἀμχώ*, qui tamen in Hebraico non habetur. Et est idolum Aschalonis, Gazæ, & reliquarum vrbium Philistiim. Et à speciali transit ad generale: *Facta sunt simulacra eorum bestiis & iumentis.* Non quo simulacra gẽtilium in prædam bestiarum & iumentorum exposita sint, sed quo religio nationum, simulacra sint bestiarum, & brutorum animantium, quæ maxime in Ægypto diuino cultui consecrata sunt. De quibus & Virgilius: *Omnigenumq; Deũ monstra, & latrator Anubis.* Nam & pleraque oppida eorum ex bestiis & iumẽtis habent nomina: *κυνῶν* à cane, *λέων* à leone, *θμεῖς* lingua Ægyptia ab hirco, *λύκων* à lupo: vt taceã de formidoloso, & horribili cepe, & crepitu vẽtris inflati, quę Peluſiaca religio est. Hæc, inquit, simulacra quæ non possunt saluare portantes, nihil sunt aliud, nisi onera facerdotũ, deprimentia eos vsque ad lassitudinem. Quę cum captiuitas venerit, pro pretio metallorũ, de quib. facta sunt, ducuntur prima captiua, & animã suã, siue portantiũ, liberare nõ possunt. Nõ quo muta simulacra habeant animam, & aliquẽ sensũ doloris, quæ insẽsibilia sunt, sed quo *κατ' ἀντίφρασιν* vocentur anima mẽbra earũ rerũ, quæ absq; sensu, & mẽbris sunt. Alioquin, & in Prouerbiis legitur: *Inmanu linguæ, mors & vita*, cum perspicue manũ lingua non habeat. Vel hoc dicendũ, quod grauissimũ onus in gentib. error fuerit idololatriæ: quæ cultores suos deprimebat ad terram, & saluare non poterat, animasq; eorum faciebat diabolo, & dæmonibus esse captiuas.

a ¶ *Audite me domus Iacob, & oẽs, &c.*] Nequaquã eum appellat Iacob, nec Israel, quod & ipsũ absq; coniunctione serui, & pueri, & electi in sugillationẽ populi dicisupra exposuimº: sed multo vilius, domũ Iacob, & reliquias Israel, ob propinquitatẽ carnis, & sãguinis, & quasi feces reliquarũ Israel. Docetq; eos instar puerorũ atq; lactẽtiũ, ita à Deo quasi matris vtero, & vulua prægnãtis ex ægypto esse portatos. Nõ quo ineffabilis Dei, incõprehẽsibiliq; maiestas, aut vterũ habeat, aut vultũ, pedesq;, & manus, & cętera corporis membra. Sed quo nos affectũ Dei per nostra verba discam. Alioquin, & in centesimonono psalmo ex persona Dei hoc idem canitur. In eo enim loco, vbi Lxx. trãstulerunt, ex vtero ante luciferũ genui te: in Hebræo scriptum habet, [a] מרחם, quod interpretatur de vulua. In præsentiarum vero non solum de vtero, & de vulua scriptum est, hæc est, [b] ממעי ומרחם, [c] sed מני, quæ præpositio significat ex meo vtero, siue ex mea vulua. Et est sensus: Qui vos genui ab infantia, & meo vtero, vuluaque gestaui: ipse vsque ad senectutem protegam, non meam, sed vestram, vt eos doceat diuina misericordia esse saluandos. Creator enim omnium parcit creaturæ suæ, & *pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis: Qui autem mercenarius est, cuius non sunt oues, cum viderit lupum fugit*: Quia igitur feci & genui liberos, ego ferã & ipse portabo, iuxta Lxx. qui dixerũt, *οἱ αἰρόμενοι ἐκ κοιλίας, καὶ παιδευόμενοι ἐκ παιδὸς ἕως γήρους*, id est. *Qui portamini ex vtero, & eruditmini ab infantia vsq; ad senectutẽ.* Hoc significat, quod frustra legẽ Deidie ac nocte meditentur: nõ habentes notitiã Dei sed hominũ ac bestiarũ simulacra venerantes: in tantũ vt correptione indigeant prophetali, per quam loquitur ad eos Deus: *Cui assimilastis me, & adæquastis? &* reliqua: Quod aurum, argentumq; contulerint, & cõducto statuario fecerint idola, & adorauerint opera manuum suarum, quæ portentur humeris, & confixa atque stabilita se non valeant commouere, nec prodesse his à quibus coluntur. Manifesta transcurrimus, vt Christi misericordia clausa reseremus.

b ¶ *Mementote istud & fudamini, &c.*] Quia vos ipse gentiũ, ipse portaui, & ab infantia vsque ad senectutem, non vestro merito, sed mea pietate saluamini: deserite idola quæ feciſtis, & ad vnius Dei cultum reuertimini. Agite pœnitentiam: ingemiscite pro errore, qui vos tenuit, imo fundamini, ne rursum subitus idololatriæ vos turbo subuertat: & redite ad cor, id est ad mentẽ vestram, qui simulacra venerantes velut furiosi in ligna impingebatis, & lapides. Ab initio considerate mundi, quod præter me nullus sit Deus, nec alius potuerit scire ventura, nisi ego qui per prophetas nuncio quæ facturus sum: vt cum prædicta compleuero, diuinatione probẽ diuinitatem. Ego enim mysterium quod retro cõctis generationibus fuerat ignoratum, imo consilium meum staturum esse nunc dico, vt cum illud videritis effectum, nullũ sciatis Deum, nisi eum qui hæc futura cognouit, imo, percepit fieri. Ego sum qui ab oriente voco aũem, vt putant Hebræi, Cyrum regem Persarum, siue Dariũ Medorum principem: & de terra longinqua virum voluntatis meæ: qui expleat omnem voluntatem meam contra Babylonem, atque Chaldeos: siue, vt nos verum esse conuincimus, dominum saluatorem. De quo & Balaam vaticinatur: *Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israel*: cuius nomen est Oriẽs: quẽ adorauerũt Magi de Oriẽte veniẽtes. Hic enim loquitur in psalmis: *Deus vt faciã voluntatẽ tuã volui*: de quo locutus est pater, & spõsionẽ suã opere cõprobauit. Lxx. pro eo quod nos de Hebr. expressimº, virũ volũtatis meæ, posuerũt, *περὶ οὗ βεβούλευμαι*, id est, de quib. cogitaui. Ergo iuxta eos vocatas de oriente aues, angelorũ possumus intelligere ministeria: quæ ad imperium domini in toto orbe discurrunt, qui *sunt administratorij spiritus*, & mittuntur ob salutem credentium. De quibus

& in psalmo canitur: *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.*

Psal.103. a ¶ *Audite me duro corde, &c.*] Quib. supra dixerat: *Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel.* Et iterũ: *Redite prævaricatores ad cor*: etiam nunc iuxta Hebraicum propter incredulitatem appellat eos duro corde, & iuxta Lxx. qui cor mentemque perdiderunt. Quod secutus vir eruditissimus, & dignus nomine suo Stephanus martyr in Iudæorum loquitur concione: *Dura ceruice, & incircumcisi cordibus auribusq; vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri.* Hi igitur longe sunt à iustitia Dei: quia non crediderunt in eam, quã pro sua clementia Deus fecit esse vicinã, & venire ad terras, & nequaquam vult tardare, nec procul fieri. Dedit enim Sion salutare suum, & Israel gloriã suam. Hoc de vaticinio dictũ sit futurorum, & de aduentu domini Saluatoris. Cæterum iuxta historiã, datur Sion salus, & Israel gloria: quoniam Deus prope fecit suam esse iustitiam: vt vocaret ab Oriente anem, & de terra longinqua virum voluntatis suæ: qui Israelis, & subuersæ Hierusalẽ vlcisceretur iniurias, & Medis, Persisque superantibus Babylonem, Chaldæosq; deceret, sicut sequentia prophetæ verba testantur.

Act.7.f

CAPVT XLII.

Ezec. 27.d DEscende, *sede in puluere virgo filia Babylonis*, &c.] Quomodo in Ezechiele sub figura nauis, & omnis instrumenti eius Tyri ornatus exponitur, quæ negotiationibus dedita est: & propter aquarũ abundãtiam rex Ægypti draco appellatur: & squamæ illius, iuncusque, ac papyrus, & pisciculi describuntur, & Hierusalẽ cum idolis fornicationem scortorum, ac lupanaris similitudo testatur, sic in præsenti loco sub persona captiuæ mulieris, quæ quondam regina fuerit, Babylonis seruitus indicatur: diciturque ei vt descẽdat de regni superbia, & in puluere sedeat. Virgo autem appellatur, & filia, vel quia omnes homines creatura Dei sumus, nec est Babylonis iuxta hæreticos natura damnabilis, vel ob luxuriam, & ornatum vrbis quondam potentissimæ: quæ cum senuisset, & vicina esset occasui, virgunculam ac puellam se esse iactabat: Licet ex eo quod iuxta Lxx. scriptum *est*, θύγατερ βαβυλωνί &, id est, filia Babylonis, non ipsam Babylonem quidam, sed Romanam vrbem interpretentur: quæ in Apocalypsi Ioannis, & in epistol. Petri, Babylon specialiter appellatur, & cuncta quæ nunc ad Babylonem dicuntur, illius ruinæ conuenire testentur: contra quam vocanda sit auis, Deique iustitia: vt postquam Sion, id est, ecclesia saluata fuerit, illa pateat in æternum. Dicitur ergo Babyloni reginæ, & filiæ Chaldæorum (à Chaldæis enim cõdita est) quod nequaquã vltra vocetur mollis, & tenera, & deliciis affluens, quæ cunctarum gentium manibus portabatur, ita vt terræ plantas vix imprimeret: præcipiturq; ei vt tollat molam, & molat farinam, quod est duræ captiuitatis, & extremæ seruitutis indicium: vt quæ quondam regina fuerat, postea molendæ farinæ operi seruiat. Sed quia sequitur: Denuda turpitudinem tuam: etiam

Apoc.14.b
1.Pet 5.d

Porro iuxta Hebr., ex persona populi propheta loquitur, quod hæc fecerit contra Babylonẽ dominus exercituum, cuius nomẽ sit sanctus Israel: Rursumque ad ipsam Babylonẽ sermo dirigitur. Sede tacẽs, siue cõpuncta, & tuorũ criminũ recordare. Ingredere tenebras, quia prę confusione & ignominia lucem ferre nõ sustinens, nequaquã vocaberis, non vnius regni, sed nec omniũ regnorum domina. Simulque quia occulta quæstio nascebatur, cur irasceretur Deus aduersum Chaldæos, quos ipse misit ad capiendum Israel, Respondit, iratum se contra populum suum, corripere eos voluisse, non perdere, verberare, non occidere. Illos autem abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarũ, quã Dei vltio flagitabat: magnũque Babyloniæ crudelitatis indicium est, ne senibus quidem pepercisse, quorum ætas etiam inter hostes venerabilis est. Sed & hoc signum superbiæ, quod præsenti felicitate decepta, futurorum non cogitarit ambigua. Ergo semper in prosperis debemus cauere ventura, nec traditos nobis opprimere, qui ad hoc eruditiuntur, vt meliores fiant.

Nam.24.c

Dan.a.

Matth 2.b

a ¶ *Et nunc audi hæc delicata, &c.*] Duo simul venient Babyloni, sterilitas, & viduitas: vt nec filios habeat, id est, subiectos sibi populos, nec virum, quem regem possumus intelligere, quę dum non sperat repente sustinuit. Neque enim poterat arbitrari, quod per se nullius ante fortitudinis eam Cyro regnante superarent, & suæ subiicerent potestati. Quæ perpessa es, inquit, non solũ propter superbiã & abundantiã cunctarum opũ atque delicias, sed & propter multitudinem maleficiorũ tuorum, & incantatorum tuorum, in quibus habuisti fiduciam. *Et veniet super te malum*, quod antea nesciebas, & cuius ignorabas ortum. Siue vt Lxx. trãstulerunt: *veniet super te perditio, & nescies: fouea, & incides in eam*: vt quæ cunctis gentibus parabas captiuitatis malum, ipsa incidas in foueam quam parasti. Quæ perspicua sunt, cito sermone transcurrimus.

b ¶ *Sta cum incantatoribus tuis, &c.*] Habuisse Babylonem, omnemque Chaldæam, incantatorum & augurum, & ariolorum & gazarenorum studium, quos nos aruspices appellamus, Danielis Prophetæ lectio probat: qui ad eorum consilium, cuncta reges Babylonios fecisse commemorat. Pro eo quoque quod nos iuxta Symmachũ & Theodotionem interpretati sumus, Srent, & saluent te augures cœli, Lxx. manifestius trãstulerunt, στήτωσαν δὴ οἱ οἰωνοσκοποῦντες τὸν οὐρανόν, id est, Stent & saluã te faciant astrologi cœli: qui vulgo appellantur mathematici, & ex astrorum cursu, lapsuq; siderum, res humanas regi arbitrantur. Vnde & Magi de Oriente venerunt, Domini stellam se vidisse dicentes: vel ex artis scientia, vel ex vaticinio Balaam prophetæ sui: qui in Numeris dixerat: *Orietur stella ex Iacob: & homo de Israel.* Isti igitur qui supputant mẽses annosq; dinumerãt, & horarũ momẽta librantes, futurorũ scientiã pollicẽtur: dicant tibi quid superte dominus cogitauerit. Illisq; tacentib. quid venturũ sit, propheta respondit: *Ecce facti sunt quasi stipula: ignis deuorauit eos*: vt qui salutem aliis promittebãt, sua ignorarent supplicia: nec dubiũ, quin ardẽte vrbe, habitatores eius vorax flãma consũpserit. Quodque sequitur: *Non sient prunæ quibus calefiant: nec focus vt sedeat ad eũ*: sic Hebræi edisserunt: Nullam habẽt caloris scientiam, nec illuminationem sensuum, qui eorũ tenebras possit discutere, & frigus erroris expellere. Pro quo nescio quid volẽtes Lxx. trãstulerunt: *Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium*: Nisi forte possumus hoc dicere, quod multo vtilior sit ignis & incẽdiũ Babyloni, quã fuerũt magi & Gazareni, astrologi & incantatores, hic enim eos per pœnas atq; supplicia ad pœnitentiã prouocat: illi per errorẽ ducunt ad superbiã. Omnis labor eius & negotiatores illius, (quos magos intelligimus) hoc profecit: vt vnusquisque sua erraret via, & ipse perditus salutẽ alteri nõ præberet. Interrogemus eos, qui diuersas asserũt esse naturas: vtrum Babylon malæ naturæ sit an bonæ. Si malæ dixerint (quod eos responsuros esse non dubiũ est) quo modo prouocatur ad pœnitẽtiam, & dicitur ei: Sede compũcta, intra in tenebras filia Chaldæorũ? Ac deinceps post enumerationẽ peccatorũ & criminũ: *Habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erũt tibi in adiutoriũ*? Et quid sibi velit quod infertur iuxta eosdẽ Lxx. Laborasti in cõmutatione ab adolescẽtia, Quę est ista commutatio? Vtique de bono in malũ. Ex quo perspicuũ est natura bonos, voluntate malos fieri. Deniq; infertur: Homo in semetipso errauit, non natura, sed mentis arbitrio.

CAPVT XLVIII.

Audite hæc domus Iacob: qui vocamini nomine Israel, &c.] Hæc Chaldæis & Babyloniis ventura prædixi, & necesse est quod per Prophetas meos locutus sum re-

HEB. sum, & adducam illud, creaui & faciam illud. a Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

SEPT. *& adduxi: creaui, & feci. Audite me qui perdidistis cor, qui longe estis à iustitia. Adduxi iustitiam meam, & salutem quæ à me est tardare non faciam. Dedi in Sion salutem, & Israeli gloriam.*

Iud.16.d

CAPVT XLVII.

DEscende, *sede super terram virgo filia Babylonis, sede in terra. Non est solium filiæ Chaldæorum: quoniã nequaquam vltra vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, mole farinam. Reuela operimentum tuum, denuda canos, discooperi tibias, trãsi flumina: Reuelabitur ignominia tua, & videtur opprobriũ tuũ: vltionem capiã, & non resistet mihi homo.* c Redẽptor noster, Dominus exercituum nomẽ illius sanctus Israel. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia nõ vocaberis vltra domina regnorum. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuũ valde, & dixisti. In sempiternum ero domina, non posuisti hæc super cor

a simlathech *b* sammatech

Cant.4.c

Sec. lxx. מבעך

לצמתך

D

tum de Babylone. Disputant Stoici, multa re turpia, praua hominum consuetudine, verbis honesta esse, vt parricidiũ, adulterium, homicidium, incestum, & cætera his similia. Rursumque re honesta, nominibus videri turpia: vt liberos procreare, inflationem ventris crepitu digerere, aluum releuare stercore, vesicam vrinæ effusione laxare: denique non posse nos, vt dicimus à ruta rutulam, sic ὑποκεφαλικὸν à mẽta facere. Ergo c צמתך, quod Aquila posuit, vt diximus, verenda mulieris appellentur. Cuius etymologia apud eos sonat, sitiens tuus, vt inexpletam Babylonis incidet voluptatem.

c samma-thech צמאך

c ¶ *Redemptor noster dominus, &c.*] Primus versus iuxta Lxx. cum superioribus copulatur, vt sit sensus: Et hæc faciet qui eruit te dominus sabaoth, nomen eius sanctus Israel, Porro

nebat tribus, & semen Dauid illo tempore regium seruabatur. Qui, inquit, iuratis in nomine domini, non vt Sion honoretis dominū, sed vt assumpto nomini faciatis iniuriā, dum eum testē vestri vultis esse mendacii: & requiescitis in sancta ciuitate, & super eum dominum Israel inimicimini, vt iacteris habitatores vos esse vrbis Hierusalē, & domini sabaoth habere priuilegiū, cum cassa Iacob, & Israel, & vrbis sanctæ, & Dei omnipotentis assumatis vocabula.

a ¶ *Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, &c.*] Prædicō tibi Babylonios à Medis, Persisq; superandos, & repēte facia quod minatus sum, ne cum venerint quæ prædicta sunt, vel deorum nutu, quos colis, vel fortuito ea existimes accidisse. Nec iacto scientiam futurorū, sed ob vtilitatē tuam loquor, cuius cor incredulum, & ceruicem ferreā, ac frontem æneā ab initio esse cognoui. Ecce audisti omnia quæ ventura sunt, & tamen celas silentio veritatem. Nec narro præterita, quibus sæpe mea potentia comprobata est (quomodo eduxerim populū de Ægypto, Ægyptios in mari submerserim rubro, terram repromissionis tradiderim, gentes vobis varias subiugarim:) Sed noua quæ contra Babylonem facturus sub nuncio, vt impudēs oris tui mendacium confutetur, qui te asseris scire quæ nescis. Ab initio enim meorū prævaricator es mādatorū, & de ventre transgressorem vocauit te Deus, quando de Ægypto liberatus quasi meo ventre conceptus es, & educatus & eruditus. Caput bouis Ægypti desiderasti, dicens: *bi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Nō igitur tuo merito, sed mea misericordia furorē meū distuli, ne penitus interires: & ob laudē nominis mei infrenabo te vt me quasi iumentum, & infrenis equus sequaris inuitus. *Ecce excoxi te,* id est, probaui, quo modo conflatur argentū. Siue non in diuitiis, sed in fornace paupertatis probare te volui. Ex quo ostenditur, & diuitiis, & paupertate plerosque tentari: si aut illis malè abutātur, aut penuriam nequaquam virtute sustineant. Propter me ergo faciam, ne blasphemetur nomen meum in gentibus & putent vos non mea ira, sed idolorum suorum auxilio esse superatos. Quodque infert, gloriam meam alteri non dabo: Hoc significat, ne idola putentur oppressisse populum Dei. Vel certè cum dicit, alteri non dabo, ostendit se alteri iam dedisse: alteri enim ad distinctionem prioris dicitur. Plerique nostrorum, vt iuxta Lxx. interpretes pauca perstringā, de Christi aduentu autumant prophetari: quod repēte veniat insperatus, & durissimo populo sui demonstret præsentiam, cui numquam Deus aures aperuerit, quia incrassatum fuerit cor eius, & auribus suis grauiter audierit: Statimque vt dominus de vtero virginali profusus est, transgressor & iniquus sit appellatus, quærens eum interficere. Quodq; iungit: *Propter nomen meum ostendā tibi furorē meū, & gloriosa mea inducā super te,* sensu abutitur Apostoli, siue Apostolus Paulus de hoc loco sumit testimoniū, vt reuelatur ira Dei ad terrendos eos qui peccant, & postea conuersis gloria prębeatur: Ecce, ait, vēdidi te nō in pecunia, sed vendidit te in peccatis tuis, & erui te de fornace paupertatis. Propter quod & Salomon diuitias, & paupertatem habere non vult, sed tātum necessaria postulat, ne aut illis eleuetur cor eius in superbiam, aut in ista compellatur facere quod non vult, & Deū pressus inopia blasphemare. Vnde & Apostolus: *Habentes,* inquit, *victum & vestimentū, his contenti simus.*

b ¶ *Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus &c.*] Quibus ante iam dixerat: Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis: nūmquid ad eosdem loquitur: *Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco? Multi* enim *vocati, & pauci electi.* Vnde non eos electos, quia necdum receperant Saluatorem, sed vocatos nuncupat. *Ego sum,* inquit, *a & ω, primus & nouissimus, qui viuo, & fui mortuus:* vt vitam ad principium referas, nouissimum ad eum, qui mortuus est. Quis *exinaniuit formam serui accipiens, & factus est obediens* patri, *humiliauit semetipsum vsque ad mortem, & mortē crucis.* Manus mea fundauit terram. Vnde & in Prouerbiis loquitur: *Deus sapientia sua fundauit terram: & dextera illius mensa est, siue firmauit cœlos,* vel cœlum, vt Lxx. transtulerunt. Vocat autem cœlos, vt eius pareant iussioni, & cnarrēt gloriam illius. Si autem cœli obediunt domini voluntati, & suo currunt ordine, quod gloriatur terra & cinis, & ignorat fragilitatem suam? Congregamini omnes vos, & audite, vel cœli, vel vniuersa creatura, vel omnis multitudo Israel. Quæ sunt quæ iubentur audire? Quod dominus dilexerit eum. Haud dubium quin Cyrum, Dariumque significet: qui fecit voluntatem Domini cōtra Babylonem, & brachium suū exercuit in Chaldæis. Et ipse locutus est, & vocauit eum nomine suo, & adduxit eum, & directa est via eius vt nullus viribus eius auderet resistere. Vnde prouocat eos, vt accedant, & audiant, & domino prædicente cognoscant, venturum esse regem Persarum, atque Medorum, qui subruat Babylonem, deleatque Chaldæos. Et vt hæc annunciet, dicit se Prophetā missum à domino, & à spiritu eius. Hoc iuxta Hebræos, & eorum opinionem. Cæterum iuxta Symmachum, qui interpretatus est: Quis eis annūciauit hæc? quem dominus

Deum Israel constabiliti sunt: dominus exercituum nomen eius.

Heb.	Sept.
Priora [a] ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repēte operatus sum, & venerūt. Sciui enim quia durus es tu, & neru[s] ferre[a] ceruix tua, & frōs tua ænea. Prędixi tibi ex tūc, antequā venirēt indicaui tibi, ne forte diceres, idola mea fecerūnt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mādauerunt ista: Quę audisti, vide omnia: vos autem non annūciastis. Audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata quæ nescis: modo creata sunt, & non ex tunc, & antediē, & nō audisti ea, ne forte dicas, ecce cognoui ea. Neq; audisti, neque cognouisti, neq; ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia prævaricās prævaricaberis, & transgressorem ex vētre vocaui te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed nō quasi argentū: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciā, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. [b] Audi me Iacob & Israel, quē ego voco: Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manº quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, est stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: quis ex eis annūciauit hęc? dominus dilexit eū, faciet volūtatē suā in Babylone, & brachiū suum in Chaldæis. Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eū, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscōdito locutº sum: ex tēpore antequā fieret, ibi iram: & nūc dominus Deus misit me, & spiritus eius.	*Priora adhuc annunciaui, & de ore meo egressa sunt, & auditum factum est: subito feci & venerunt: scio quia durus es, & nervus ferreus collū tuum, & frons tua ænea: & annunciaui tibi olim antequam veniret super te. Auditum tibi feci, ne forte diceres, quia idola mihi fecerunt, sculptilia, & conflatilia mandauerunt mihi. Audisti omnia, & vos non cognouisti: sed audita tibi feci noua à nunc quæ futura sunt. Et non dixisti: nunc fiunt, & non olim, & nō in prioribus diebus, ne dicas etiam noui ea: Neque nosti, neque scis, neque à principio aperti aures tuæ. Scio enim quoniam prævaricans prævaricaberis, & iniquus adhuc ex vtero vocaberis. Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum & gloriosa mea inferam super te, vt non te interficiam. Ecce vendidi te nō propter argentū: erui autem te de fornace paupertatis: propter me faciam, quia nomen meum polluitur, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel, quē ego voco. Ego sum primus, & ego in sempiternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea firmauit cœlum. Vocabo eos, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient: Quis eis nuntiauit hæc? Diligens te feci voluntatem tuam super Babylonem, vt auferrem semen Chaldæorum. Ego locutus sum, & ego vocaui. Adduxi eum, & prosperam feci viam eius. Adducite ad me, & audite hoc: Non à principio in abscōdito locutus sum: quando fiebat, ibi erā. Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius.*

[a] ¶ *Hæc dicit dominus redemptor tuus sanctus Israel, &c.*] Quia Israeli futura promisit reddit causas quare eos prius afflixerit, quas si vitauerit nequaquā similia patiatur. Si, inquit, attendisses mandata mea, vt Lxx. transtulerunt, vel certè optantis affectu, vt inam attendisses mandata mea: quæ si fecisses, fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris: Abundantiam omnium rerū, copiamque significans. Quodque sequitur, *& fuisset quasi arena semen tuū, & stirps vteri tui, vt lapilli eius*: Videtur quidem permanere in populo Iudæorum, qui vsq; in præsentem diem, instar vermiculorum pullulant filios, & nepotes. Sed quo modo hoc in repromissione accipiendū est, cum pacem, iustitiamque non habeant? aut enim iratus est eis, aut placatus. Si iratus, quo modo semen eius quotidie multiplicatur? Si placatus, quomodo seruiunt, & pacem, iustitiamq; non possident? Ex quo perspicuum est, de Apostolico dici nunc semine: de quo & supra legimus: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* Quod quia illo tēpore nequaquā videtur expletū, in Christi cōpletur aduētu, & ante faciē illius semē permanet Israelis.

[b] ¶ *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis in voce, &c.*] Qui supra in eo loco, vbi scriptū est: Ego locutus sū, & vocaui eum, adduxi eū, & directa est via eius: super Cyro, Darioq; intelligūt: etiam hæc ad illius referunt tempora, quando egressus est populus de Babylone, & fugit de Chaldæis, & redemptus est à domino Deo suo. Hoc quoq; quod dicitur: *Non sitierunt in deserto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis: & scidit petrā, & fluxerunt aquæ.* Licet secundū historiam expletū docere non valeant (neque enim sub Zorobabel & Ezdra venerunt per desertū, & scissa petra præbuit eis aquas, quod de Ægypto exeuntib. accidisse narratur) tamen Hyperbolicè in similitudinē prioris felicitatis impleta testantur, quando per desertum nationium venerunt in Iudæam, & de captiuitate sunt liberati. Et vt sciamus, inquiunt, non esse de Christo, sed de Cyro prophetatum iungitur: *Non est pax impijs, dicit dominus,* & esse sensum: Perfecta felicitas non erit nisi sub Christo, quod in vltimo tempore reseruatur. Porro qui & verius & rectius hæc referunt ad Saluatoris aduentum, de quo dicitur: *Annunciare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem:* cohortationem esse intelligunt eorum qui Euangelium annunciant ipsius domini Saluatoris: vt egrediamur de Babylone, id est, confusione istius mundi, & fugiamus Chaldæos, de quibus crebro dictum est. Redemit enim dominus seruum suum Iacob pretiosissimo sanguine suo, & adduxit per desertum sæculi, & aquam scidit de petra: Super qua & Apostolus loquitur: *Petra autem erat Christus.* Scinditur, autem sermo diuinus, & in multas partes diuiditur, vt quem totum suscipere non possumus, sumamus in partibus. Ac ne putaretur ista prædicatio dici omni semini Iacob, & non his tantum qui per Apostolos credituri sunt, infertur & iungitur: *Non est pax impijs, dicit dominus.* Illis videlicet, qui in errore pristino permanserunt, qui non meruerunt bibere de petra. Cuius (vt nōne loquar) latus lancea vulneratum, aquis fluxit & sanguine, baptismum nobis & martyrium dedicans.

Cap. xlix.

Heb.	Sept.
Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutum in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me, & dixit mihi: Seruº meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: in vacuum laboraui,	*Audite me insulæ, & attendite gentes. Post multum tempus stabit, dicit dominus. De ventre vocauit me, & ex vtero matris meæ vocauit nomen meum. Et posuit os meū quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam & in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, & in te gloriabor. Et ego dixi, sine causa laboraui*

[a] *Hæc dicit dominus redēptor tuus sanctus Israel. Ego dominº Deus tuus docēs te vtilia: gubernans te in via qua ambulas. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset sicut arena semen tuum, & stirps vteri tui, vt lapilli eius: non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.* [b] Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annūciate: auditū facite hoc, efferte illud vsque ad extremum terræ. Dicite, Redemit dominus seruum suum Iacob. Non sitierunt in deserto cum educeret eos: aquā de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. Non est pax impiis, dicit dominus.

Cap. xlix.

Heb.	Sept.
Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutum in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me, & dixit mihi: Seruº meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: in vacuum laboraui,	*Audite me insulæ, & attendite gentes. Post multum tempus stabit, dicit dominus. De ventre vocauit me, & ex vtero matris meæ vocauit nomen meum. Et posuit os meū quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam & in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, & in te gloriabor. Et ego dixi, sine causa laboraui*

[a] ¶ *Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, &c.*] Prædicō tibi Babylonios à Medis, Persisq; superandos, & repēte facia quod minatus sum, ne cum venerint quæ prædicta sunt, vel deorum nutu, quos colis, vel fortuito ea existimes accidisse. Nec iacto scientiam futurorū, sed ob vtilitatē tuam loquor, cuius cor incredulum, & ceruicem ferreā, ac frontem æneā ab initio esse cognoui. Ecce audisti omnia quæ ventura sunt, & tamen celas silentio veritatem. Nec narro præterita, quibus sæpe mea potentia comprobata est (quomodo eduxerim populū de Ægypto, Ægyptios in mari submerserim rubro, terram repromissionis tradiderim, gentes vobis varias subiugarim:) Sed noua quæ contra Babylonem facturus sub nuncio, vt impudēs oris tui mendacium confutetur, qui te asseris scire quæ nescis. Ab initio enim meorū prævaricator es mādatorū, & de ventre transgressorem vocauit te Deus, quando de Ægypto liberatus quasi meo ventre conceptus es, & educatus & eruditus. Caput bouis Ægypti desiderasti, dicens: *bi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Nō igitur tuo merito, sed mea misericordia furorē meū distuli, ne penitus interires: & ob laudē nominis mei infrenabo te vt me quasi iumentum, & infrenis equus sequaris inuitus. *Ecce excoxi te,* id est, probaui, quo modo conflatur argentū. Siue non in diuitiis, sed in fornace paupertatis probare te volui. Ex quo ostenditur, & diuitiis, & paupertate plerosque tentari: si aut illis malè abutātur, aut penuriam nequaquam virtute sustineant. Propter me ergo faciam, ne blasphemetur nomen meum in gentibus & putent vos non mea ira, sed idolorum suorum auxilio esse superatos. Quodque infert, gloriam meam alteri non dabo: Hoc significat, ne idola putentur oppressisse populum Dei. Vel certè cum dicit, alteri non dabo, ostendit se alteri iam dedisse: alteri enim ad distinctionem prioris dicitur. Plerique nostrorum, vt iuxta Lxx. interpretes pauca perstringā, de Christi aduentu autumant prophetari: quod repēte veniat insperatus, & durissimo populo sui demonstret præsentiam, cui numquam Deus aures aperuerit, quia incrassatum fuerit cor eius, & auribus suis grauiter audierit: Statimque vt dominus de vtero virginali profusus est, transgressor & iniquus sit appellatus, quærens eum interficere. Quodq; iungit: *Propter nomen meum ostendā tibi furorē meū, & gloriosa mea inducā super te,* sensu abutitur Apostoli, siue Apostolus Paulus de hoc loco sumit testimoniū, vt reuelatur ira Dei ad terrendos eos qui peccant, & postea conuersis gloria prębeatur: Ecce, ait, vēdidi te nō in pecunia, sed vendidit te in peccatis tuis, & erui te de fornace paupertatis. Propter quod & Salomon diuitias, & paupertatem habere non vult, sed tātum necessaria postulat, ne aut illis eleuetur cor eius in superbiam, aut in ista compellatur facere quod non vult, & Deū pressus inopia blasphemare. Vnde & Apostolus: *Habentes,* inquit, *victum & vestimentū, his contenti simus.*

[b] ¶ *Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus &c.*] Quibus ante iam dixerat: Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis: nūmquid ad eosdem loquitur: *Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco? Multi* enim *vocati, & pauci electi.* Vnde non eos electos, quia necdum receperant Saluatorem, sed vocatos nuncupat. *Ego sum,* inquit, *a & ω, primus & nouissimus, qui viuo, & fui mortuus:* vt vitam ad principium referas, nouissimum ad eum, qui mortuus est. Quis *exinaniuit formam serui accipiens, & factus est obediens* patri, *humiliauit semetipsum vsque ad mortem, & mortē crucis.* Manus mea fundauit terram. Vnde & in Prouerbiis loquitur: *Deus sapientia sua fundauit terram: & dextera illius mensa est, siue firmauit cœlos,* vel cœlum, vt Lxx. transtulerunt. Vocat autem cœlos, vt eius pareant iussioni, & cnarrēt gloriam illius. Si autem cœli obediunt domini voluntati, & suo currunt ordine, quod gloriatur terra & cinis, & ignorat fragilitatem suam? Congregamini omnes vos, & audite, vel cœli, vel vniuersa creatura, vel omnis multitudo Israel. Quæ sunt quæ iubentur audire? Quod dominus dilexerit eum. Haud dubium quin Cyrum, Dariumque significet: qui fecit voluntatem Domini cōtra Babylonem, & brachium suū exercuit in Chaldæis. Et ipse locutus est, & vocauit eum nomine suo, & adduxit eum, & directa est via eius vt nullus viribus eius auderet resistere. Vnde prouocat eos, vt accedant, & audiant, & domino prædicente cognoscant, venturum esse regem Persarum, atque Medorum, qui subruat Babylonem, deleatque Chaldæos. Et vt hæc annunciet, dicit se Prophetā missum à domino, & à spiritu eius. Hoc iuxta Hebræos, & eorum opinionem. Cæterum iuxta Symmachum, qui interpretatus est: Quis eis annūciauit hæc? quem dominus

Heb.	Sept.
Priora [a] ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repēte operatus sum, & venerūt. Sciui enim quia durus es tu, & neru[s] ferre[a] ceruix tua, & frōs tua ænea. Prędixi tibi ex tūc, antequā venirēt indicaui tibi, ne forte diceres, idola mea fecerūnt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mādauerunt ista: Quę audisti, vide omnia: vos autem non annūciastis. Audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata quæ nescis: modo creata sunt, & non ex tunc, & antediē, & nō audisti ea, ne forte dicas, ecce cognoui ea. Neq; audisti, neque cognouisti, neq; ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia prævaricās prævaricaberis, & transgressorem ex vētre vocaui te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed nō quasi argentū: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciā, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. [b] Audi me Iacob & Israel, quē ego voco: Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manº quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, est stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: quis ex eis annūciauit hęc? dominus dilexit eū, faciet volūtatē suā in Babylone, & brachiū suum in Chaldæis. Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eū, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscōdito locutº sum: ex tēpore antequā fieret, ibi iram: & nūc dominus Deus misit me, & spiritus eius.	*Priora adhuc annunciaui, & de ore meo egressa sunt, & auditum factum est: subito feci & venerunt: scio quia durus es, & nervus ferreus collū tuum, & frons tua ænea: & annunciaui tibi olim antequam veniret super te. Auditum tibi feci, ne forte diceres, quia idola mihi fecerunt, sculptilia, & conflatilia mandauerunt mihi. Audisti omnia, & vos non cognouisti: sed audita tibi feci noua à nunc quæ futura sunt. Et non dixisti: nunc fiunt, & non olim, & nō in prioribus diebus, ne dicas etiam noui ea: Neque nosti, neque scis, neque à principio aperti aures tuæ. Scio enim quoniam prævaricans prævaricaberis, & iniquus adhuc ex vtero vocaberis. Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum & gloriosa mea inferam super te, vt non te interficiam. Ecce vendidi te nō propter argentū: erui autem te de fornace paupertatis: propter me faciam, quia nomen meum polluitur, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel, quē ego voco. Ego sum primus, & ego in sempiternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea firmauit cœlum. Vocabo eos, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient: Quis eis nuntiauit hæc? Diligens te feci voluntatem tuam super Babylonem, vt auferrem semen Chaldæorum. Ego locutus sum, & ego vocaui. Adduxi eum, & prosperam feci viam eius. Adducite ad me, & audite hoc: Non à principio in abscōdito locutus sum: quando fiebat, ibi erā. Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius.*

[a] ¶ *Hæc dicit dominus redēptor tuus sanctus Israel, &c.*] Quia Israeli futura promisit reddit causas quare eos prius afflixerit, quas si vitauerit nequaquā similia patiatur. Si, inquit, attendisses mandata mea, vt Lxx. transtulerunt, vel certè optantis affectu, vtinam attendisses mandata mea: quæ si fecisses, fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris: Abundantiam omnium rerū, copiamque significans. Quodque sequitur, *& fuisset quasi arena semen tuū, & stirps vteri tui, vt lapilli eius*: Videtur quidem permanere in populo Iudæorum, qui vsq; in præsentem diem, instar vermiculorum pullulant filios, & nepotes. Sed quo modo hoc in repromissione accipiendū est, cum pacem, iustitiamque non habeant? aut enim iratus est eis, aut placatus. Si iratus, quo modo semen eius quotidie multiplicatur? Si placatus, quomodo seruiunt, & pacem, iustitiamq; non possident? Ex quo perspicuum est, de Apostolico dici nunc semine: de quo & supra legimus: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* Quod quia illo tēpore nequaquā videtur expletū, in Christi cōpletur aduētu, & ante faciē illius semē permanet Israelis.

[b] ¶ *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis in voce, &c.*] Qui supra in eo loco, vbi scriptū est: Ego locutus sū, & vocaui eum, adduxi eū, & directa est via eius: super Cyro, Darioq; intelligūt: etiam hæc ad illius referunt tempora, quando egressus est populus de Babylone, & fugit de Chaldæis, & redemptus est à domino Deo suo. Hoc quoq; quod dicitur: *Non sitierunt in deserto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis: & scidit petrā, & fluxerunt aquæ.* Licet secundū historiam expletū docere non valeant (neque enim sub Zorobabel & Ezdra venerunt per desertū, & scissa petra præbuit eis aquas, quod de Ægypto exeuntib. accidisse narratur) tamen Hyperbolicè in similitudinē prioris felicitatis impleta testantur, quando per desertum nationium venerunt in Iudæam, & de captiuitate sunt liberati. Et vt sciamus, inquiunt, non esse de Christo, sed de Cyro prophetatum iungitur: *Non est pax impijs, dicit dominus,* & esse sensum: Perfecta felicitas non erit nisi sub Christo, quod in vltimo tempore reseruatur. Porro qui & verius & rectius hæc referunt ad Saluatoris aduentum, de quo dicitur: *Annunciare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem:* cohortationem esse intelligunt eorum qui Euangelium annunciant ipsius domini Saluatoris: vt egrediamur de Babylone, id est, confusione istius mundi, & fugiamus Chaldæos, de quibus crebro dictum est. Redemit enim dominus seruum suum Iacob pretiosissimo sanguine suo, & adduxit per desertum sæculi, & aquam scidit de petra: Super qua & Apostolus loquitur: *Petra autem erat Christus.* Scinditur, autem sermo diuinus, & in multas partes diuiditur, vt quem totum suscipere non possumus, sumamus in partibus. Ac ne putaretur ista prædicatio dici omni semini Iacob, & non his tantum qui per Apostolos credituri sunt, infertur & iungitur: *Non est pax impijs, dicit dominus.* Illis videlicet, qui in errore pristino permanserunt, qui non meruerunt bibere de petra. Cuius (vt nōne loquar) latus lancea vulneratum, aquis fluxit & sanguine, baptismum nobis & martyrium dedicans.

Cap. xlix.

Heb.	Sept.
Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutum in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me, & dixit mihi: Seruº meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: in vacuum laboraui,	*Audite me insulæ, & attendite gentes. Post multum tempus stabit, dicit dominus. De ventre vocauit me, & ex vtero matris meæ vocauit nomen meum. Et posuit os meū quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam & in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, & in te gloriabor. Et ego dixi, sine causa laboraui*

[a] *Hæc dicit dominus redēptor tuus sanctus Israel. Ego dominº Deus tuus docēs te vtilia: gubernans te in via qua ambulas. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset sicut arena semen tuum, & stirps vteri tui, vt lapilli eius: non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.* [b] Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annūciate: auditū facite hoc, efferte illud vsque ad extremum terræ. Dicite, Redemit dominus seruum suum Iacob. Non sitierunt in deserto cum educeret eos: aquā de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. Non est pax impiis, dicit dominus.

Cap. xlix.

Heb.	Sept.
Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei. Et posuit os meū quasi gladium acutum in vmbra manus suæ protexit me. Et posuit me sicut sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me, & dixit mihi: Seruº meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: in vacuum laboraui,	*Audite me insulæ, & attendite gentes. Post multum tempus stabit, dicit dominus. De ventre vocauit me, & ex vtero matris meæ vocauit nomen meum. Et posuit os meū quasi gladium acutum, & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me quasi sagittam electam & in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, & in te gloriabor. Et ego dixi, sine causa laboraui*

sionem nostram, & non ad gentes pertinere quod dicitur, sed ad Synagogas populi Iudæorum, sequitur: *Et attendite populi*, siue *gẽtes de longe*, hoc est ab extremis finib. terrę. Vel vt Lxx. trãstulerunt, διὰ χρόνου πολλοῦ γενήσεται, id est, *post tempus multum stabit*: hoc est, non hoc tempore quo dicuntur, sed post multa fient tempora. Dominus, inquit, ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nominis mei: Quod nunc interim audientibus videtur obscurũ: postea autem cunctis gentib. notum fiet, quando Gabriel Ioseph de partu dixerit virginali: *Et vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim Saluum faciet populum suum.* Posuit quoq; os eius quasi gladium acutũ, vt spiritu oris sui interficiat impium. De quo gladio & ipse in Euangelio loquitur: *Non veni pacẽ mittere super terram, sed gladiũ*, Malos à bonis separans. *Veni enim diuidere hominẽ contra patrẽ suum, & filiã contra matrem suam, & nurũ contra socrum suã. Et in vmbra*, inquit, *manꝰ suæ protexit me*, vt carnis vilitas, diuinitatis potentia tegeretur, angelo ad virginem nunciante: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Posuit*, inquit, *me sicut sagittã* electã, in pharetra sua abscondit me. Quando dicit sagittã electam: ostendit habere Deum sagittas plurimas, sed non electas: quæ sagittæ, prophetæ sunt, & Apostoli, qui in toto orbe discurrunt. De quibus & in alio loco canitur: *Sagittæ tuæ acutæ potentissimæ: populi tui sub te cadent.* Et iterum: *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Christus autẽ de multis sagittis, & filiis plurimis, vna sagitta electa, & filius vnigenitus est: quam in pharetra sua absconditam, id est, in humano corpore: vt habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter: Raraque est credentium fides. Cui & supra dicitur: *Tu es Deus absconditus, & nesciebamus.* Qua sagitta & sponsa vulnus accipiens, loquitur in cantico canticorũ: *Vulnerata charitate ego sum.* Et dixit mihi: *Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor.* Seruus, quia cum in forma Dei esset, formam serui est dignatus assumere, & Israel, quia natus est de semine Iudæorum. Quodque de nullo alio seruorum intelligi potest, iungitur: *Quia in te glorificabor.* Dicit enim & ipse in Euangelio: *Pater glorifica nomen tuum.* Qui in psalmo loquitur ad filium: *Exurge gloria mea, exurge Psalterium, & cithara*, id est omnium virtutum chorus. Dicente autem mihi patre ista, quæ retuli, ego respõdi ei: Quo modo in me glorificatus es pater, quia in vacuum laborauí, & magnã partẽ populi Iudæorum ad te reuocare non potuí? Hæc autẽ vniuersa dicuntur, vt liberum hominis arbitrium mõstraretur. Dei enim vocare est, & nostrum credere, nec statim si nos non credimus, impossibilis Deus est: sed potentiã suam, nostro arbitrio derelinquit, vt iuste voluntas præmiũ consequatur. Quia ergo noluerunt per me in te credere, iudicium meum apud te est, quod omnia fecerim quæ eis facere debui, dicens in Euangelio: *Ego te glorificaui super terram, opere completo, quod dedisti mihi vt facerem.* Et iterum: *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Et opus meum, siue labor & dolor meus, hoc enim significat πόνος μου in conspectu tuo est. Fleuit enim & in Euangelio Hierusalem & in psalmo ob incredulorum multitudinem, quodammodo frustra passum se esse dicit: *Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?* Et iuxta Hebraicum pendens in cruce loquitur. *Longe à salute mea, verba lamentationum mearum.*

a ¶ *Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, &c.*] Dicente me: *In vacuum laborauí, sine causa & vane fortitudinem meam consumpsi*, quia Iudęi credere noluerunt, & iudicium meum, cum domino est, & opus meum, quod illo iuuante compleui, cum domino: Respondit mihi dominus, qui me formauit ex vtero seruum sibi. Ex quo ostendit eum appellari seruum, qui sit formatus ex vtero? Qui & in psalmo dicit: *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* Quid ergo dominus dixit ei? Vt reduceret Iacob ad eum qui aberrauerat, qui deserto creatore idolis seruiebat. Vnde & ipse loquitur ad discipulos: *In viam gentium ne ieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intretis: sed ite magis ad oues perditas domus Israel.* Et in alio loco: *Non veni, nisi ad oues perditas domus Israel.* Hæc igitur voluntas patris fuit, vt pessimi vinitores missum susciperent filium & fructus vineæ redderent, qui interfecerunt eum, dicentes: *Venite occidamus illum, & nostra erit hæreditas*: & hoc est quod nunc dicit: Israel non congregabitur, id est, non reuertetur ad dominum. Satisque miror quo modo vulgata editio, fortissimum contra Iudæorum perfidiam testimoniũ, alia interpretatione subuerterit, dicens: Congregabor & glorificabor coram domino: cum Theodotio & Symmachus nostræ interpretationi congruant. De Aquila autem non nostræ interpretationi congruant. De Aquila autem non miror, quod homo eruditissimꝰ linguæ Hebraicæ, & verbũ de verbo exprimens, in hoc loco, aut simularit imperitiam, aut Pharisæorum peruersa expositione deceptus sit, qui interpretari voluit, & Israel ei congregabitur, hoc est, Deo: Cum verbo Hebraicum [a] לא in hoc loco non scribatur per [b] ל & [c] ו, quod si esset, significaret, ei vel illi, sed per [d] ל & [e] א quod proprie, non, sonat. Quia igitur non est reductus Iacob ad Deum, & nec Israel congregatus: propterea filius loquitur illis non credentibus: Glorificatus sum in oculis domini: In me enim omnis mundus credidit, & Deus meus factus est fortitudo mea: qui & consolatus est me tristem super abiectione populi mei, & dixit mihi. *Parum est si seruias mihi ad suscitandas tribus Iacob*, quæ suo vitio corruerunt, & ad feces, siue reliquias Israel conuertendas: Hoc enim verbum Hebraicum [f] נצורי sonat. Pro illis enim *dedi te lucem* omnium *gentium*, vt illumines vniuersum mundum & salutem meam, per quam omnes saluí fiunt, vsque ad extrema terræ facias peruenire. Illud autem quod in Lxx. legitur, σωαχθήσομαι ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον κυρίου, id est, *congregabor & glorificabor coram domino*, sic intelligi potest, vt cõgregatus sit dominus cũ credẽtib. Quodq; sequitur, ἔσται μου, μέγα σοι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου, id est. *Dixit mihi: Magnum tibi est, vt voceris puer meus*: magnũ referamus ad hominem, & ad puerum, qui comparatione Dei parus est.

b ¶ *Hæc dicit dominus redemptor Israel sanctus, &c.*] Pro eo quod nos diximus: ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Theodotio transtulit, ei qui despicit animam, qui abominationi est genti, qui seruus est principum: quod manifestè Christi personæ conuenit. Ipse enim bonus pastor, posuit animam suam pro ouibus suis, & contempsit eam, qui abominationi est genti Iudæorum, cui ter per singulos dies sub nomine Nazarenorum maledicunt in synagogis suis. Qui seruus fuit principum: & tam humiliis, vt staret ante Annam, & Caipham, & crucifigendus Pilato, & Herodi mitteretur. Cui interpretationi Aquila consentit, & ex parte Septuaginta, licet in eo mutauerint sensum, & extenuauerint, quod pro gente gentes, &

res, & pro seruo seruos interpretati sunt. Alij vero hoc dici arbitrantur ad gentem Iudæorum, quæ contempsit animam suam, & abominationi est vniuerso mundo, & seruit principibus, de quib. scriptum est. *Qui deuorant plebem meã sicut cibũ panis.* Sed melior super Christo interpretatio. Quæ igitur pater, redemptor quondã & sanctus Israël, ad filium loquitur? *Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt*: quãdo venerit in gloria patris cum angelis suis, & sederit in throno glorię suæ, iudicans vivos & mortuos, tunc omnes adorabũt eum propter dominum patrem suum, qui elegit eum. Siue ita intelligendum: Reges quorũ cor in manu Dei est, & Ecclesiæ principes, adorabunt te quia fidelis est dominus sanctus Israel qui elegit te. Hæc dicit dominus: *in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sũ tui.* Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi: vt susciteres terram, & possideres hæreditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, exite, & his qui in tenebris, reuelamini. In viis pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Nõ esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarũ portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. [b] Et dixit Sion: Dereliquit me dominus, & Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Hi fontes in veteri testamento, & nouo sunt. Omniaque offendicula, quæ credentium poterãt impedire gressus, dominus eis vertet in planum, & excelsa humiliabit, atque humilia sublimabit, vt iter planum habeãt, atque campestre. Qui sint autem isti quibus præparatur via, ponit manifestius. Ecce isti de longe venient: & ecce illi ab Aquilone, & mari: & isti de terra Australi: Quatuor plagas orbis ostendẽs: Orientẽ, & Septẽtrionem, occidentẽ, & meridiem. Pro oriente lõge posuit: pro australi plaga in Hebræo legitur [g] סינים quod Sepruaginta Persarũ, interpretati sunt. Cæteri ita vt in Hebræo legitur, expresserunt, [h] סינים, quod nos interpretati sumus, ab australi: illud suspicãtes, quod mons Sinai in australi parte positus sit, iuxta Habacuc prophetã: Deus ab austro veniet, & sãctus de mõte Pharan, vmbroso & condẽso. Si autem [i] סינים vt Septuaginta transtulerunt. Persas intelligimus, qui ad Orientẽ siti sunt: illud quod supra dicitur: Ecce isti de lõge veniẽt, ad austrum referre poterimus. Præcipiturq; cœlis & terræ, vel his virtutibus, quæ in cœlo morãtur, & terra, vel angelis, & hominibus, vt Dei concinãt laudes. Et qui in excelso virtutum positi sunt, mentis lætitiã, iubilo, & exultatione testentur. Quia consolatus est dominus populum suum: eos qui ex Iudæis credere voluerũt. Et pauperum, humiliumq; suorũ misertus est, siue omnis populi sui, qui de oriente, & occidẽte, aquilone, & austro, ad eum vocatus est: Non habens legem, nec prophetas, nec diuitias spirituales, sed desertus pauper & humilis, cunctis dæmonibus subiacebat.

b ¶ *Et dixit Sion: dereliquit me dominus*, &c.] Hierusalem & Sion, quatuor modis in scripturis sanctis debere intelligi, sæpe memorauimus. Vno iuxta Iudæos, quam plangit Dominus in Euangelio: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.* Et in alio loco: *Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.* Secundo, sanctorum est congregatio, qui in pace domini, & in virtutum specula constituti, recte appellantur Sion, de qua dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.* Neque enim fundamenta Iudaicæ Sion, quam videmus esse destructam, à Domino sunt dilecta, aut quod à Domino dilectum est, destrui potuit. Tertio appellatur Hierusalem, multitudo angelorum, dominationum, & potestatum: & omne quod in Dei ministerio constitutum est. De qua Hierusalem & Apostolus loquebatur: *Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Et in alio loco: *Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem.* Quarto appellatur Hierusalem, quam

Heb.
raui, sine causa. & vanefortitudinem meã consumpsi: ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum Deo meo. [a] Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

Sept.
raui in vanum & in nihili dedi fortitudinẽ meã. Propterea iudicium meũ apud dominum, & labor meus coram Deo meo. Et nũc sic dicit dominus qui formauit me ex vtero seruum sibi, vt congregarem Iacob ad eum, & Israel: Congregabor & glorificabor coram domino, & Deus meus erit fortitudo mea. Et dixit mihi:

Heb.
Perfodierunt manus meas & pedes meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem considerauerunt & inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Sept.
Magnum tibi est vt voceris puer meus, & suscites tribus Iacob, & dispersionem Israel conuertas. Ecce posui te in testamentum generis, in lucem gentium, vt sis salus vsque ad extremum terræ. Sic dicit dominus qui eruit te Deus Israel

Heb.
Israel sanctus eius, ad cõtemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. [a] Hæc dicit dominus: in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sũ tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi: vt susciteres terram, & possideres hæreditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, exite, & his qui in tenebris, reuelamini. In viis pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Nõ esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarũ portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. [b] Et dixit Sion: Dereliquit me dominus, & Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui?

Sept.
Israel. Sanctificate eum qui despicit animã suã: qui abominationi est gẽtium, seruorũ principũ. Reges videbunt eũ, & consurgẽt principes, & adorabunt eum propter dominũ, quia fidelis est sanctus Israel, & elegit te. Sic dicit dominus, tẽpore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui, & plasmaui te, & dedi te in testamentum gentiũ, vt cõstitueres terrã, & possideres hæreditates desertas. Dicereque his qui in vinculis sunt, exite, & qui in tenebris, reuelamini: In omnibus viis pascentur, & in omnibus semitis pascua eorũ. Non esuriẽt, neque sitient, nec percutiet eos æstus, neq; sol: sed qui miseretur eorũ consolabitur eos, & per fontes aquarum ducet illos. Ponamque omnẽ montem in viã, & omnem semitam in pascua eis. Ecce isti de longe venient: isti ab Aquilone, & mari: alij autẽ de terra Persarum. Lætamini cœli, & exultet terra, erumpant montes lætitiam, quia misertus est Deus populi sui, & humiles populi sui consolatus est. Dixit autẽ Sion: dereliquit me dominus, & Deus oblitus est mei. Numquid obliuiscetur mulier paruuli sui, vt non misereatur partus vteri sui,

Heb.
mini, & in virtutum specula constituti, recte appellantur Sion, de qua dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.* Neque enim fundamenta Iudaicæ Sion, quam videmus esse destructam, à Domino sunt dilecta, aut quod à Domino dilectum est, destrui potuit. Tertio appellatur Hierusalem, multitudo angelorum, dominationum, & potestatum: & omne quod in Dei ministerio constitutum est. De qua Hierusalem & Apostolus loquebatur: *Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Et in alio loco: *Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem.* Quarto appellatur Hierusalem, quam

Iudæi, & nostri Iudaizantes iuxta Apocalypsim Ioannis, quã non intelligunt, putant aureã atq; gemmatam de cœlestibus ponendam. Cuius terminos & infinitã latitudinem, etiam in Ezechielis vltima parte descripsi. Quæ cũ ita se habeãt, nunc diligẽtius intuendũ est, quæ ex quatuor dixerit Sion: Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nec dubiũ est quin congregatio sanctorum, quæ prior fuerat in Iudæis, & à domino derelicta est, ista cõmemoret, & voce lacrymabili conqueratur se esse destertam, & domini auxilio destitutam. Cui respondit Deus, naturali vtens similitudine: Si potest fieri, vt mater sui obliuiscatur infantis, & ad partum viscerũ suorum non flectatur misericordia, & ego obliuiscar tui. Plus aliquid dicam: & si illa oblita fuerit, vincens mentis duritia iura naturæ: ego tamen non obliuiscar creaturæ meæ, & sanctorum animas semper in meo corde retinebo. Scito enim tu, quæ te penitus arbitraris derelictã, in meis descriptã esse manibus atq; depictã, & muros tuos coram oculis meis iugiter permanere. Ex quo discimus, nequaquã Hierusalem in Palæstinæ regione quærendã, quæ totius prouinciæ deterrima est, & saxosis montibus asperatur, & penuriam patitur sitis, ita vt cœlestibus vtatur pluuiis, & raritatem fontium, cisternarum extructione soletur, sed in Dei manibus, ad quã dicitur: *Festinauerũt structores tui.* Siue iuxta Lxx. *Cito ædificaberis à quibus destructa fueras.* A Iudæis enim destructa, à Iudæis ædificata est. Quæ ob culpam scribarum, pharisæorumque deserta, ad prædicationem Apostolorum Christi congregata est tam de Iudæis, quam de gentibus. Sequitur: *Et qui te destruxerant, & dissipauerant, egredientur ex te* doctores pessimi: vt nequaquam mandata & traditiones sequaris hominum, sed legem Dei: Dicitur que ad eam, vt eleuet oculos suos in circuitu, & videat filios qui ei fuerant congregati. De quibus & dominus loquebatur: *Leuate oculos vestros, & videte quia iam albæ sunt segetes ad metendum.* Et vt securos nos faciat: *Viuo ego*, inquit *dominus* (quod iuxta testamentum, iurandi dicitur consuetudine) *quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos, quasi sponsa circũdat monile sibi.* Felix qui tanti meriti est, tantæque virtutis, vt ornamentum dicatur Ecclesiæ. Puto autem diuersas significari gratias spirituales, per quas sponsæ ornatur ambitio: De qua & in quadragesimo quarto psalmo canitur: *Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate:* Quæ enim prius deserta fuerant, & dilapsa in solitudines & ruinas, adueniẽte Christi Euangelio instaurabuntur, & tantã habebunt habitatorum multitudinem, vt eos capere non possint. Ita duntaxat vt persecutores fugentur procul, vel hi, de quibus supra diximus: Qui destruebant te, & dissipabant, exibunt à te. Filiique sterilitatis tuæ, quos putabas te penitus perdidisse, & illis te esse viduatam, *dicent in auribus tuis: Angustus mihi est locus* in synagogis: *fac mihi spacium* in Ecclesiis, *vt habitem* latius: vt non comprimar blasphemiis Iudæorum, vt totum orbem, tua mecum capiat latitudo. Tu autem lætitiæ magnitudinem non valens ore proferre, in tuo corde tacita cogitabis, & dices *Quis mihi istos genuit?* Ego eram sterilis & vidua, desertа, atque captiua in populo Iudæorum, filios habere desierã: multo tempore non peperam: Post Aggæum & Zachariam & Malachiam, nullos alios Prophetas vsque ad Ioannem Baptistam videram, & quomodo quæ fueram sola, & viri auxilio destituta, tantos filios habere nunc cœpi? Vt autem sciamus super petram & fundamentum Christi ex vtroque populo ædificari Sion, ad credentes Paulus loquitur: *Ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo lapide angulari, qui est Iesus Christus.* Ex quo perspicuum est, vnum esse fundamentum Apostolorum & Prophetarum, dominum nostrum Iesum Christum.

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus,* &c.] Ad id quod Ecclesia dixerat: Ego sterilis atq; captiua istos quis genuit mihi? *Ego destituta & sola, & isti vbi erant?* Respondit dominus: Miraris cur ista sint facta? Nequaquam miraberis cum audieris, quod ego ad gentes leuauerim manum meam: De qua & sanctus loquitur: *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuã.* Et ipse Saluator: *Nemo potest rapere de manu patris mei.* Et Apostolus Petrus: *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.* Ista manus ad gẽtes leuata, ipsa est de qua hic idem Propheta loquitur: *Erit radix Iesse, qui exurget, vt princeps sit gentiũ: in ipsum gentes sperabunt.* Nec solum manum suam leuabit ad gentes: sed & signum suum exaltabit in populis. Haud dubiũ quin vexillũ crucis, vt implcatur illud quod scriptũ est: *Laudibus eius plena est terra.* Et iterũ: *In omni terra admirabile nomen eius.* Tunc afferẽt in vlnis siue in sinu filios Sion, & filias eius portabunt in humeris. Qualis fuit & Lazarus, omnesq; sancti qui requiescunt in sinu Ábrahæ, & animæ credentiũ, ad quas Paulus Apostolus loquebatur: *Lacte vos potaui.* Et alibi: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis,* Et in alio loco: *Quasi nutrix foueat filios suos, Sic desiderantes vos, cupimus impertire vobis, non solũ Euangelium Christi, sed & animas nostras:* alioquin ridiculũ est more Iudaico grandæuos filios & filias in vlnis humerisq; portari. Reges autẽ nutricij, & reginæ principesque nutrices, manifeste Apostolos & Apostolicos ostendunt viros: Qualis fuit & Abraham, ad quem dicitur: *Rex à Deo tuo in nobis es:* & quorũ cor in manu Dei est, qui dicunt credentibus: *Quasi modo nati*

HEB.

fui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui, & qui te destruxerant, & dissipauerant, exibunt à te. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus: Quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabũtur qui absorbebant te. Adhuc dicẽt in auribus tuis, filij sterilitatis tuæ: Angustus mihi est locus, fac spatium mihi, vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti vbi erant? a Hæc dicit dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & asserent filios tuos in vlnis: & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Vultu in terram de-

SEPT.

fui? Sin autem & horum oblita fuerit mulier sed ego non obliuiscar tui, dicit Dominus. Ecce super manus meas depinxi muros tuos, & coram me es semper. Citoque ædificaberis à quibus destructa fueras, & qui te dissipauerant, egredientur ex te. Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes isti congregati sunt, venerũt ad te. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his quasi ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi monile sponsæ: quoniam deserta tua, & quæ dissipata, & quæ corruerunt. Nunc angustaberis præ habitatoribus, & longe fient à te qui te humiliauerãt. Dicent enim in auribus tuis filij tui, quos perdidisti: Angustus mihi locus est, fac mihi locum vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego autem absque liberis & vidua: & istos quis enutriuit mihi? Ego derelicta sum sola: & isti vbi erãt? Sic dicit Dominus Deus: Ecce eleuo super gentes manũ meã, & super insulas leuabo signum meum & adducent filios tuos in sinu, & filias tuas in humeris portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & principes fœminæ nutrices tuæ: super faciem terræ ado-

nati pꝛuuli, rationabile, & absq; dolo lac desiderate. Princeps quoque, id est, ἀρχουσα, quod Saræ nomen sonat: Et reginæ liue regina, de qua in quadragesimoquarto psalmo canitur: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato*: quotidie Christi nutrit paruulos, & ad perfectam ducit ætatem. Omnisque ætas, sexus, & dignitas, adorabunt Sion, propter eum qui habitat in ea. Si enim caput Ecclesiæ Christus est, caput adoratur in corpore: & si ad quosdã dicitur: *Exaltate dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius* (non quo scabellum adorandum sit, sed quo maiestas pedum illius indicetur) cur non adoretur Ecclesia, quæ totum Christi corpus amplectitur, vt impleatur illud quod scriptum est in Sophonia: *Adorabunt eum singuli de loco suo, omnes insulæ gentium:* Vt nequaquam more Iudaico tribus per annum vicibus veniant in Hierusalem, sed in loco suo adorantes dominũ, possideant Hierusalem. Quodque sequitur: *Et puluerem pedum tuorum lingent:* Hoc significat, quod reges & principes, quicquid in pedibus Ecclesiæ, terreni operis adhæserit, suo sermone tergant atque delingant. Vnde & Apostolis præcipitur, vt excutiant puluerem pedum suorum. Et ad Petrum dicitur: Quod *qui semel locus sit, non habeat necesse, nisi pedes lauare.* Per quæ omnia dicit Ecclesia, non esse alium dominum præter eum: quem qui expectauerint æternam gloriam possidebunt.

a ¶ *Numquid tolletur à forti præda, aut quod captũ,* &c.] Dominus noster atque Saluator, qui prius locutus fuerat per Esaiam, ipse in Euangelio eundem sensum repetit: *Quomodo potest aliquis intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi primum ligauerit fortem, & tũc domũ eius diripiet?* Fortis & gigas, diabol⁹ est, qui omnes gẽtes, suo subiugarat imperio, audens dicere Saluatori: *Hæc omnia mihi tradita sunt, & dabo tibi ea, si procidens adoraueris me. Mundus* enim *in maligno positus est*: quẽ nullus iustorũ vincere potuit, nec iuxta Amos, prædã de ore leonis auferre. Proposita igitur quæstione, quod nullus possit fortẽ & gigantẽ vincere, nec saluare quod ab eo raptum erat: Respondit dominus suo aduentu omnia perpetranda: quod scilicet captæ prius gentes à gigante, tollantur, & omnis illius suppellex, vniuersaque spolia Apostolis diuidantur. Impleto illo quod scriptum est: *Rex virtutũ dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* Iste est enim qui ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus, eos videlicet qui prius capti erant in mortem, recepit in vitam. Vnde manifestius interpretatus est Symmachus: Sed & captiuitas fortis auferetur, & rapina horribilis salua erit: Fortem atque horribilem, diabolũ volens intelligi: qui domini virtute superatus est. Ergo dominus iudicãs eos, qui oppresserant Siõ: siue iudicans iudicium eius, liberabit filios illius qui capti fuerant à gigante, atq; saluabit, & aduersarias potestates cibabit carnibus suis, & inebriabit quasi musto, vt nequaquã

HEB.

demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingẽt. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. a Numquid tolletur à forti præda: aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos vero qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

CAPVT L.

HEB.

HÆc dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: Quia veni, & non erat

SEPT.

adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus, & non confundentur qui expectãt me. Numquid accipiet quis à gigante spolia? Et si captiuum duxerit quis iniquè, saluabitur? Sic dicit dominus: Si quis ceperit gigantem, accipiet spolia, & accipiens à forti saluabitur. Ego autem iudicium meum iudicabo. Et ego filios meos eruam: & comedent, qui tribulauerunt te carnes suas, & bibent quasi vinum nouum sãguinem suum, & inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego dominus, qui erui te, & adiutorium fortitudinis Iacob.

CAP. L.

SEPT.

Sic dicit Dominus: Qualis est liber repudij matris vestræ quo dimisi eam? Aut cui creditori & exactori meo vendidi vos? Ecce peccatis vestris venundati estis, & in iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat homo: vocaui,

dij ostendere non potestis, & aliquis creditor meus exigens pecuniam, me non habente quod redderem, vos in debiti compensationem suscepit. Non est ita, sed ego ostendam vobis, quamobrem matrem cum filiis dereliquerim. Scelera vestra atque peccata vos dæmonibus vendiderunt: vt præsentis sæculi voluptatibus irretiti, & vos parentem, & illa coniugem derelinqueret: Vnde adulteram matrem vestram vltra tenere non potui, sed volentem abire, permisi. Quod autem peccatis suis vnusquisque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti, nostra voluntate, vel ad bonum, vel ad malum ducimur, & Paulus Apostolus docet: *Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Qui* enim *facit peccatum, seruus est peccati.* Et quomodo auari atq; raptores serui sunt mammonæ: sic omne peccatum dominatur peccatorib. Quib. dicitur: *Non regnet peccatũ in mortali vestro corpore.* Vt autẽ sciatis non à me repudiatam matrem vestrã, sed voluntate propria recessisse: Post multa beneficia humanum corpus assumpsi, & nequaquam per prophetas, sed præsens locutus sum: *Veni & non erat vir* siue *homo.*

E

Omnes n. viri & hominis imaginem relinquentes, beſtiarum & ſerpentium ſumpſere imagines. Vnde & ad Herodem propter malitiam dicitur: *Ite, & dicite vulpi huic.* Et ad Phariſæos: *Genimina viperarum.* Et ad libidinoſos: *Equi inſanientes in feminas facti ſunt.* Et de voluptuoſis: *Nolite mittere margaritas veſtras ante porcos.* Et impudentibus: *Neque ſanctum detis canibus.* Et in cõmuni de omnibus: Viſio quadrupedum quæ erant in deſerto, Venit itaque dominus, & non inuenit hominem. *Homo* enim *cum in honore eſſet, nõ intellexit: comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt eis.* Vocaui, inquit, eos quaſi rationale animal, & dixi: *Inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei:* & non audiuit populus meus vocem meam. Clamaui & dixi: *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat.* Et in alio loco: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis:* & non erat qui audiret. Vnde eis in Euangelio ſum locutus: Neque ſpeciem Dei vidiſtis, neque vocem illius audiſtis: quia nõ habetis ſermonem eius manentem in vobis.

Luc. 13.g
Matt. 23.d
Hier. 5.c
Mat. 7.a
Eſa. 30.b
Pſal. 48.d
Pſal. 71.a
Ioan 7.f
Matth. 11.d
Ioan 5.f

HEB.

erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata eſt, & paruula facta eſt manus mea, vt non poſſit redimere? Aut non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea deſertum faciam mare: ponam flumina in ſiccum: computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.

SEPT.

*vocaui, & non erat qui obediret. Numquid non poteſt manus mea liberare, aut non præualet vt eruat? Ecce commi*natione *mea deſertum faciam mare, & ponam flumina deſerta, & arefient piſces eorum, eo quod non ſit aqua, & morientur in ſiti. Et induam cœlum tenebris, & quaſi cilicium ponam operimentum eius.*

a ¶ *Numquid abbreuiata eſt & paruula,* &c.] Aduerſum eos qui putabant dominum non potuiſſe liberare populum ſuum de captiuitate, ponit rationem & exempla pleniſſima: Quod qui mare rubrum fecit peruium populo ſuo: Iordanis fluenta ſiccauit: & areſcentibus in Ægypto fluuiis piſces vertit in putredinem: & qui tribus diebus in Ægypto tenebras fecit eſſe palpabiles, ita vt cœlum quaſi ſacco opertum videretur & tenebris: vtique potuerit & populum ſuum de periculo liberare. Siue quia ſupra dixerat: *Veni, & nõ erat homo: vocaui, & non erat qui audiret*: Illud poſſumus dicere: quod qui tantorum ſignorum patrator eſt, & cœlum terraſque & maria ſuo facit ſeruire nutui: etiam ipſe crucem cuadere potuerit, dicens in Euangelio. *An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhiberet mihi modo pluſquam duodecim legiones angelorum?* Iuxta Anagogen, ad increpationem domini deſertum fit mare, quando omnis huius ſæculi amaritudo ſiccatur, & flumina deſolantur; de quibus ſpiritualis draco dicebat in Ægypto: *Mea ſunt flumina, & ego feci ea.* Et de quibus in alio loco legimus: *Quid tibi eſt & viæ Aſſyriorũ, vt bibas aquas fluminum:* Piſces quoque, ſagena miſſa in mari, computreſcent, qui à bonis piſcib. fuerint ſeparati. Quodque ſequitur: Induam cœlum tenebris, & quaſi cilicium erit operimentum eius: Vel omne quod ſupra nos eſt, intelligamus cœlum: ſicut volatilia quæ in aëre ſunt, appellantur cœleſtia, & aduerſariæ poteſtates dicuntur eſſe cœleſtes, quæ inter cœlum terramque diſcurrunt. Vel certe induitur cœlũ tenebris, quãdo obtegitur nubibus, iuxta illud quod ſcriptũ eſt: *Qui operit cœlum nubibus, & dat terræ pluuiam.* Et in comminatione ſiccitatis loquitur Deus: *Ponam cœlũ æneum, & terram ferream:* Non quod elementorum natura mutetur, ſed quod per æs & ferrum, pœnarum magnitudo monſtrata ſit. Aiunt Philoſophi: nõ amplius decem ſtadiis à terra nubes in ſublime ſuſtolli, & ſolis ſplendorem abſcondere. Ergo non cœlum ſacco obuoluitur, ſed intercluſo cœli lumine, aër qui ſubter eſt, nubis tenebris obſcuratur. Poſſumus cœlos obuolutos tenebris & ſacco opertos, ſic interpretari, vt dicamus omnes eſſe ſub peccato, & ſanctos quoque indigere miſericordia Dei.

Hebr 2.d
Sec. LXX.
Eccl. 10.b
Pſal 8.b
Epheſ. 6.b
Pſal. 146.b
Deut. 28.b

Commentarij Decimitertij in Eſaiam Prophetam Finis.

E

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVMDECIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

Pſal 103.d
Deut 32.f
Gen 3.d

DOminus qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabunt: *Qui loquitur in Deuteronomij Cantico:* Ego occidam, & ego viuificabo; percutiam, & ego ſanabo: *frequentibus morbis meã quoque terram fecit contremiſcere; cui dictum eſt:* Terra es, & in terrã ibis. *Et oblitum conditionis humanæ, crebro admonet, vt hominem, & ſenem etiam, iamque moriturum eſſe me nouerim. De quo ſcribitur.* Quid gloriatur terra & cinis? *Vnde qui me ſubito lãguore percuſſerat, incredibili velocitate ſanauit: vt terreret potius, quam affligeret, & emendaret magis, quam verberaret. Itaque ſciens, cuius ſit omne quod viuo, & quod idcirco forſitan mea dormitio differatur, vt cœptum in prophetas opus expleam: totũ me huic trado ſtudio, & quaſi in quadam ſpecula conſtitutus, mundi huius turbines atque naufragia, non abſque gemitu & dolore contemplor: neque aquam præſentia cogitans, ſed futura, nec hominum famã atque rumuſculos, ſed De i iudicii pertremiſcens. Tuque virgo Chriſti Euſtochium, quæ agrotantem tuis orationibus adiuuiſti: ſanato quoque imprecare gratiam Chriſti: vt eodem ſpiritu quo prophetæ futura cecinerunt, poſſim in nubem eorum ingredi & caliginem & Dei noſſe ſermonem: qui nequaquam carnis auribus, ſed cordis auditur, & dicere cum propheta: Dominus dat mihi linguam diſciplinæ, vt ſciam quando oporteat me loqui. Quod teſtimonium quarti & decimi in Eſaiam Libri, quem nunc diſſerere cupio, principium eſt.*

Eccl. 10.b

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER QVARTVSDECIMVS.

DOminvs *dedit mihi linguã*, &c.] Iudæi hoc capitulum à ſuperioribus ſeparantes, volunt ad Eſaiæ referre perſonam: quod ſe dicat à domino acceppiſſe ſermonẽ: quomodo laſſum errantemq; populũ ſuſtẽtet, & reuocet ad ſalutẽ, & in morẽ paruulorũ, qui matutinis horis eruditur, à Spiritu ſãcto audiat quid loquatur: ſeq; non cõtradixiſſe eius imperio, ſed domino ſciſcitante: *Quẽ mittã, & quis ibit ad populum iſtum:* reſpondiſſe ei: *Ecce ego, mitte me.* Et quia dixerit: *Audite verbum domini principes Sodomorum: percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorræ:* intantũ dura perpeſſum vt non ſolum verborũ cõtumeliis, ſed & plagarũ dolorib. fuerit expoſitus. Attamen ſe cõſcientia iubẽtis Dei nequaquã eſſe perterritũ: ſed iuxta id quod Ezechieli dicitur: *Ecce dedi faciẽ tuã valẽtiorem facieb. eorum, & frontẽ tuam duriorẽ frontib. eorum, vt adamantẽ & ſilicem dedi faciẽ tuã:* vniuerſos eorum impetus contudiſſe. Hoc illi dixerint, qui omni ratione conantur de Chriſto euertere prophetias, & ad peruerſam intelligentiam, praua interpretatione torquere: quaſi & ſi hæc de Eſaia ſcripta ſint poſſint alia ſuper Chriſto auferre teſtimonia: quæ ita perſpicua ſunt, vt clarum ſui cunctorum oculis lumen infundant. Ad perſonam igitur domini, in qua & ſuperior finitus eſt Liber, etiam iſta referenda ſunt, quod iuxta diſpenſationem aſſumpti corporis eruditus ſit, & linguã acceperit diſciplinæ, vt ſciret quãdo deberet loqui, quando reticere. Denique qui in paſſione tacuit, per Apoſtolos & Apoſtolicos viros in cuncto orbe nunc loquitur. Magnæque ſcientiæ eſt, dare in tempore cõ-

Matt. 24.e
Act. 17.f

CAPVT L.

HEB.

DOmin⁹ dedit mihi linguã eruditã, vt ſciã ſuſtentare eum qui laſſus eſt, verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrũ. Dominus Deus aperuit mihi aurẽ: ego autẽ non cõtradico, retrorſum nõ abii. Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentib. Faciem meã nõ auerti ab increpãtib. & conſpuẽtib. Dominus Deus auxiliator meus, ideo nõ ſum cõfuſus: ideo poſui faciẽ meam vt petrã duriſſimã, & ſcio quia non confundar.

SEPT.

Dominus dat mihi linguã diſciplinæ: vt ſciam quando oporteat me loqui verbum. Poſuit me mane, addidit mihi aurem ad audiendum, & diſciplina Domini aperit aures meas. Ego autem nõ renuo neq; cõtradico. Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas. Faciem autem meam non auerti à confuſione ſputorum. Et dominus auxiliator meus factus eſt: propterea non ſum confuſus, ſed poſui faciem meã, ſicut fortiſſimã petrã: & ſciam quoniam non confundar.

Iuxta

Quia

ſeruis cibaria, & audientium cõſiderare perſonas. Vnde & Apoſt. Paulus his qui prophetarũ fidẽ non recipiebant, auctorũ ſuorum loquitur teſtimoniis: *Sicut quidam de veſtris poetis dixerunt:* Huius & genus ſumus: Aratũ ſignificãs. Rurſumque de Comico: *Corrumpunt mores bonos confabulationes malæ.* Et Epimenidis verſum hexametrum: *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Qui ſi metrorum ordinem atque menſuram in tranſlatione non ſeruant, ſciendum eſt in Græco eos pedibus currere. Hoc autem faciebat, quia acceperat linguam diſciplinæ, vt ſciret quando oporteret loqui verbum. Cui addita eſt auris per gratiam, quam per naturam non habebat: vt intelligamus nequaquam aures corporis accipi debere ſed mentis: De quibus & in euangelio dominus loquebatur: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quæ diſciplina & eruditio, aperuit aures eius, vt ſcientiam patris ad nos vſque tranſmitteret: qui non contradixit ei: ſed *factus eſt obediens vſque ad mortẽ, & mortem crucis:* Ita vt poneret corpus ſiue dorſum ſuum ad plagas, & pectus Dei capax, flagella conciderent genaſq; ſuas non auerteret ab alapis. Quod illum à miniſtro principis ſacerdotum ſuſtinuiſſe, non dubium eſt: ita vt certatim & Iudæorum populi illuderent. Qui percuſſus atque conſputus, non erubuit, ſed quaſi agnus ductus ad victimam eſt, & quaſi ouis coram tondente non aperuit os ſuum. Quod autem filius iuxta ſuſcepti corporis ſacramentum à patre audierit quid loquatur, in euangelio plenius diſcimus, in quo ipſe ait: *Et qui miſit me pater, mandatum mihi dedit, quid dicam & quid loquar.* Et iterum, *Sicut audio ſic iudico.*

Luc. 8.a
Philip. 2.b
Ioan. 12.d
Matt. 27.e
Iſa. 53.d

a ¶ *Iuxta est qui iustificat me, &c.*] Si quis, inquit, me putat iuste addictum cruci, & aliquod fecisse peccatum, resistat mihi. Quis est qui iudicetur mecum? vt non potentia maiestatis meæ, sed ratione superetur. Iudicatur autem quis cum domino; non auctoritate regnantis, sed comparatione virtutũ: quomodo & Apostoli iudicant duodecim tribus Israel, & Niniuitæ ac regina Saba populũ Iudæorũ: Iuxta quẽ sensum ad Hierusalem dicitur: *Iustificata est Sodoma ex te.* Quia igitur nullus potest iustificari præsente domino: omnes quasi vestimentũ veterascẽt. *Quod autẽ inueterascit, perditioni proximum est.* Et quasi tinea, ait, comedet eos: Conscientia videlicet peccatorum, & zelus gentium saluatarum. De quo & fine huius voluminis dicitur: *Vermis eorum non morietur.* Et in Michæa contra peruersos principes: *Auferam bona eorum quasi tineæ excomedens, & ambulans super regulã in die speculationis tuæ.* Et in Prouerbiis: *Tinea ossium cor intelligens.* Pro tinea in præsenti loco, Symmachus, rubiginem: Aquila, vermem, interpretati sunt,

b ¶ *Quis ex vobis, &c.*] Vos me flagellastis: vos meam faciẽ conspuistis, ego tamen ad pœnitentiam prouoco persecutores meos. *Nolo* enim *mortem* populi *peccatoris, sed tantum vt conuertatur & viuat.* Et dico: *Quis est inter vos qui timeat dominum, & audiat vocem serui* vel *pueri*, id est, filii eius? quorũ aliud assumptæ carnis est, aliud naturæ. Nec vero parum putemus esse timere dominũ, iuxta illud quod in Prouerbiis dicitur: *Principium sapientiæ timor domini. Perfecta* quippe *dilectio, foras mittit timorem: quia timor pœnam habet. Qui autem timet, nõ est perfectus in charitate.* Sed hic timor pro timiditate, & εὐλαβεια, ponitur, de quo & alibi legimus: Beatus qui omnia metuit, propter εὐλαβειαν, hoc est, propter timiditatẽ: quos vulgo appellant timoratos in religione Dei. *Protegit* enim *dominus iter eorum, & viam timoratorũ custodit.* De hoc timore scriptum est: *Timor domini omnia superat.* Et alibi: *Non est inopia timentibus eum.* Deniq; post multos virtutũ gradus, ad huiusce modi timorẽ domini peruenitur. Loquitur enim sermo diuinus sub persona magistri & patris, discipulum erudientis & filium. *Si inuocaueris sapientiã, & intelligentiæ dederis vocem tuã, & si quæsieris eã quasi pecuniã, & quasi thesauros inuestigaueris eã: tunc intelliges timorem domini, & scientiã Dei reperies.* Iste est timor, qui animas sanctorũ integras ac pudicas purasque conseruat, de quo dicitur: *Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi.* Ad quem nos diuina eloquia cohortantur: Timete dominum, & date ei gloriam. Qui igitur sic timet dominum, audiat vocem serui vel pueri eius; quia ambulauit in tenebris, & non erat ei lumen: qui non habuit speciem, nec gloriam: sed in similitudine carnis peccatricis suscepit formam serui, vt peccatum in carne superaret. De hoc dicitur, quod speret in nomine domini: & innitatur super Deum suum, vt quidquid humanæ fragilitatis est, diuina maiestate corroboret atque sustentet. Hoc iuxta Hebraicum. Cæterum secundum Lxx. de peccatoribus dicitur: qui noluerunt obedire voci filii eius, & in tenebris gradiuntur erroris, & idcirco non habent lucem. Neq; enim fieri poterat, vt in peruersam animam introiret sapientia. Qui *nescierunt nec intellexerunt, & ideo in tenebris ambulant*: Non enim fecerunt opera domini atq; mãdata, nec seminauerũt sibi iustitiã, neque vindemiauerunt vitã, vt accenderent sibi lumen scientiæ. Qui enim desiderat sapientiã, seruet mãdata, & dominus tribuet eam illi. Vnde & ad Deum dicitur: *Lux præcepta tua.* Et alibi: *mãdatum domini lucidum illuminans oculos.* Præcipiturq; impiis vt confidant in domino, & peccatis ruentes, illius initãtur, & sustentẽtur auxilio.

c ¶ *Ecce omnes vos accẽdentes ignem, &c.*] Nihil prodest exhortatio, nec post scelera spes salutis est. *Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt*: omnes sibi ignem succẽdunt, flãmamque corroborãt. Habent enim in se fenum, ligna, stipulam, spinas & tribulos, ac lolium, quæ æterno tradũtur incendio. Vnde & in Prouerbiis scriptũ est: In mulcis lignis viget ignis. Sin autem paruulus ignis, grandẽ materiã cõprehendit: grandis flamma quanta populabitur? Dicitur & in epistola, quæ fertur ad Hebræos, de terra, quod *proferens spinas & tribulos reproba sit, & maledictioni proxima*,, finisque illius in cõbustionẽ. Ergo qui accincti sunt flãmis atq; circundati, & sibi incẽdiũ roborauerũt: prouocantur ad salutem, & dicitur ad eos: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flãmis quas succẽdistis: vt in pœnis atque suppliciis discant Dei potentiam, & redeant ad salutem: Significat autem Iudaici populi vastitatem, qua Romanis traditi sunt, vt captiuitatis iugum hucusque sustineant. De manu enim Christi hæc facta sunt omnia, & in mœrore ac doloribus dormient: quia nec beneficiis, nec tormentis, Dei filium recipere voluerũt. Vnde loquetur ad eos: *Ite in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Hoc est quod Apostolus ait: *Peruenit enim super eos ira in finẽ.* Hoc capitulo discimus, pro qualitate peccati, ignem sibi vnumquemque succendere: Et quomodo in eodem manentes loco, & si dici potest lectulo, alii sani sunt, alii febrium succẽduntur ardoribus, ex diuersitate humorũ atque pituitæ diuersa supplicia sentiẽtes: sic & ignis qui à peccatoribus succenditur, materiam in peccatis habet, & in iniquitate de qua scriptum est: *Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen si cum vorabitur incendio.*

CAPVT XLVIII.

A *Vdite me qui persequimini quod iustum est, & cæt.*] Dormientibus in mœrore ac dolore perpetuo qui succenderunt sibi ignem, & flammas robustissimas esse fecerunt: vos qui persequimini iustitiam, & quæritis dominũ (significat autem Apostolorum, & per Apostolos credentium chorum) *respicite ad petram*, id est, Abrahã patrem vestrum; *de quo excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis*, id est, Saram, quæ peperit vos. Et hoc considerare, quod cum vnus centũ esset annorũ, & sterilem haberet vxorẽ, multiplicauerim filios eius, quasi stellas cæli, ita vt numerũ vincerent multitudo. Si ergo de vno homine tanta populorum nata sunt millia, quid mihi grãde est vt instaurem ruinas Sion; & deserta eius mutem in paradisum voluptatis, & in hortum domini, quem plantauit Deus in Eden contra Orientem, & inueniatur in ea pro diuersis arboribus gaudiũ atque lætitia, cõfessio, & vox laudis? Hoc Iudæi ad Zorobabel tempora referunt: quod post Babyloniæ vastitatem instaurata sit Sion, ædificatumq; templum, & antiqua religio reddita: Sed quomodo supra dicitur ad Sion: *Afferent filios tuos in vlnis; & filias tuas super humeros portabunt. Et erũt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ.* Et: *Ecce isti de longe venient, & illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi*: quando dicet Sion: *Angustus mihi est locus: fac mihi spatium vt habitem*: quæ mediocritatem excedunt illorum temporum, nec super terrena Hierusalem impleta noscuntur: Sic & hic loquitur dominus ad eos qui persequuntur quod iustum est: iuxta illud quod alibi dicitur: *Quære pacem, & persequere eam.* Et iterum: *Hospitalitatem sequentes*: Et quærunt dominum, vt ex prioribus coniiciant præsentia, & cum multo difficiliora iã facta sint, hæc quę promittuntur futura non dubitent. Porro iuxta Lxx. persecutoribus iustitiæ dicitur, vt aspiciant in robustissimam petram, quam exciderunt, & in foueam laci quam foderunt, id est, dominum saluatorem, de quo Apostolus loquitur: *Petra autem erat Christus.* Et alibi scriptum est: *Statuit super petram pedes mes.* Et iterum: *In petra exaltauit me.* Huius enim latus lancea perfoderunt, de quo exiuit sanguis & aqua: & huius foderunt manus & pedes: dicente ipso domino saluatore: *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Possumus excisam petram, sepulcrum dicere saluatoris, in quo conditus est, & resurgens à mortuis, innumerabiles filios genuit: Et appellatus est Abraham, id est, pater multarum gentium: sicut Sara prius sterilis, interpretatur ecclesia: quæ alio nomine appellatur Sion: quam dominus consolatus est, & posuit deserta eius quasi paradisum. *Plures* enim *filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum.* Quodq; dicitur: *Et ea quæ ad occidẽtem sunt, ponam in paradisum domini*, siue *in hortum Dei*: significat illud, quod sedentibus in tenebris & vmbra mortis, lux repẽtina surrexit. Pro paradiso, in cuius loco nos delicias veritinus, in Hebraico ponitur עדן, de quo in principio Geneseos scriptum est. Et hoc notandum, quod in Sion, quæ cõparatur paradiso Dei, aliud esse non debeat: nisi gaudium & lætitia, confessio, & vox laudis: vt quod in cœlis facturi sunt sancti cum Angelis Dei, hoc etiam in terra iugi in domini laude meditentur.

a ¶ *Attendite ad, &c.*] Semel in Hebraico dicitur: Attẽdite, secundo iuxta Lxx. audite me, audite me: vt doceat nos & auribus corporis, & sensu animæ audire debere: Prouocaturque gentium multitudo, quæ est populus Dei, vt diligenter audiat, quæ dicuntur: de quo Zacharias: *confugient*, inquit, *gentes multæ ad dominum, & erunt ei in populo.* Siue vt quidã volunt, populus appellatur reliquiæ ex Israel credentium, & tribus siue gentes, hi qui crediderunt ex multitudine nationum: dicente nationibus Moyse in Deuteronomii Cantico: *Lætamini gentes cum populo eius.* Pro tribu, quam nos interpretati sumus: Theodotio, genus: Symmachus, gẽtem. Lxx. φυλὰς, id est, reges, transtulerunt: Nos enim summus, & tribus, & gens, & genus domini regale, & sacerdotale: qualis fuit & Abraham, qui rex appellatus est, & cæteri sancti, de quibus scriptum est: *Nolite tangere Christos meos.* Quod est quod iubẽtur audire? *Quia lex*, inquit, *à me egredietur, & iudicium meum in lucẽ populorum* siue *gẽtium.* Hic lex euangelii ostenditur spiritualis, quę exiet in Sion, non Moysi, quæ olim de Sina data est. Iudiciumque meum in lucem gentium procedet: per quod statuit atque decreuit omnes gentes esse saluandas. Ne ne forsitan putaremus longo post tempore quod promisit esse venturum: infert, prope est iustus meus, siue iustitia. Christus enim à patre factus est nobis sapientia & redẽptio, sanctitas ac iustitia, & omnia quibus virtus nominibus appellatur. Pulchreque dicitur, iustitia processura, vt nequaquam vna gens, sed omnis saluetur orbis. Quod autem saluator siue salus, quod Hebr. dicitur יהושע appelletur filius Dei qui missus à patre est, Simeo tenẽs puerũ in vlnis suis loquitur: Nunc dimittis seruũ tuũ domine: quoniã viderũt oculi mei salutare tuũ: quod præparasti in cõspectu omniũ populorũ: lumen ad reuelationẽ gẽtiũ. Quodq; sequitur: *Et brachia mea populos iudicabunt*: Siue iuxta Lxx. καὶ εἰς τὸν βραχίονα μου ἔθνη ἐλπιοῦσιν, id est, *& in brachio meo gẽtes sperabunt*: Vel hoc significat, quod omnes virtute illius iudicẽtur: vel quod in Christum, qui est brachiũ & fortitudo Dei, omnes creditura sint nationes. Dicitur & in alio loco: *Tuum brachium cum potentia. Confortetur manus tua, & exaltetur dextera tua.* Et iterum: *Cantate domino canticum nouum, saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum illius.* Dextera enim & brachiũ dominũ, ipse est qui prius perditos saluauit sibi, vt nullus periret de his quos ei pater dederat. Quod autẽ insulæ, vel animæ sanctorũ, quæ in persecutionib. mundi istius firmã in Deũ solidatæ sunt fide, vel ecclesiarũ ex gentib. multitudo dicatur: crebro exposuimus. Et sicut brachiũ domini saluatorem, sic brachia eius quę populos iudicent, omnes sanctos possumus intelligere, in quibus Deus mundum iudicabit.

b ¶ *Leuate in cœlos oculos vestros, & videte, &c.*] Hoc est quod dominꝰ loquitur in Euãgel. *Cœlum & terra transibunt: verba autẽ mea nõ præteribunt.* Et Dauid in ps. canit: *A principio tu domine terrã fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autẽ permanes, & oẽs sicut vestimẽtũ veterascent: Et sicut palliũ involues eos, & mutabitur.* Ex quo ostenditur, perditionẽ cœlorũ, non interitũ sonare, sed mutationẽ in melius: De quib. dicitur: *Erit cælũ nouũ, & terra nouа*: quæ ego facia permanere in cõspectu meo. Si enim de sãctis scriptũ est: *Non oẽs quidem dormiemus, sed omnes immutabimur.* Et in quatuor psalmorum titulis legitur: *Pro his qui immutabuntur.* Quanto magis hoc de cœlo ac sole stellisque credendum est: quando luna solis lumen accipiet, & sol septulo fulgore rutilabit? Vnde & omnis creatura congemiscit & parturit, expectans reuelationem filiorum Dei, vt mutetur in melius. Et non solum animæ hominum, quæ immortales sunt, sed & corpora commutentur in glorificatam substantiam. *Oportet enim corruptiuum hoc induere incor-*

ruptionem,& mortale hoc induere immortalitatem. Cum autẽ cœlum veteraſcat & terra: conſequenter, & ea quæ cœli circulo continentur, & homines qui ſunt habitatores terræ, ſicut hæc morientur: non in interitum ſui, ſed in abolitionem vilitatis antiquæ, & innouationem futuræ gloriæ: quãdo fulgebunt iuſti ſicut ſol, & abeũtibus præteritis atq; antiquis, facta fuerint omnia noua. Quidã perire & veteraſcere, pro abolitione & morte accipiunt: Iuxta illud quod in catholica ep. legim⁹: *Cœli qui nũc*
2.Pet.3. b *ſunt & terra, eodẽ verbo reſeruata ſunt igni.* Et iterum: *Elementa ardentia ſoluentur.* Quæ quidem & philoſophorũ mũdi opinio eſt, omnia quæ cernimus igni peritura. Vnde &
1.Cor.7 f Apoſtolus: *Pertranſit*, ait, *figura mundi huius, contemplantibus nobis non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur.*
2.Cor.4.d *Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.* Tale quid & Ioãnes Apoſtolus ſcribit: *Mũdus*
1.Ioan.2.c *pertranſit, & deſiderium eius.* Et in Hebraico dicitur: *Cœli ſicut fumus liqueſcẽt.* Siue iuxta Aquilam & Symmachum: Comminuentur in nihili, & in ſalis modum conterẽtur & euaneſcent, quorum prior dixit: μεωθησονται, alter, ἁλισθησονται quod à comminutione & deliquio ſalis ἐπωμολοσίαν, trahere manifeſtum eſt. Pro quo miror quid dicere voluerint Lxx. ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐσκεδάθη, id eſt, cœlum ſicut fumus firmatum eſt. Si enim firmitas pro robore accipitur, quomodo fumo, quod firmũ eſt, comparatur? Niſi forſitan poſſumus hoc dicere, quod omnis cœlorum firmitas, & robur, & fortitudo, vento inaniſſimo, & fumo qui in auras
Eccle.1. a ſoluitur, cœquetur: iuxta Eccleſiaſten: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Illudque dicendum: quod ſi cœlũ & terra peribunt atque veteraſcent, qua conſequentia habitatores eius ſicut iſta moriantur atque diſpereant, cum animas eſſe perpetuas, & reſurrectura corpora nouerimus. Ex quo perſpicuum eſt, cœlum & terram non perire, & in nihili redigi, ſed in melius cõmutari.

HEB.

ſum: quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in ſẽpiternũ erit, & iuſtitia mea non deficiet. [a] Audite me qui ſcitis iuſtum populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobriũ hominũ, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentũ, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanã, ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternũ erit, & iuſtitia mea in generatione generationum.
[b] Conſurge, cõſurge, induere fortitudine brachiũ domini. Conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſæculorum. Nũquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis: qui poſuiſti profũdum maris viam, vt tranſirent liberati? Et nunc qui redempti ſunt à domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium & lætitiã tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

Ego

a ¶ *Audite me qui ſcitis iuſtum*, &c.] Qui ſupra dixerat: Lex à me egredietur, & iudiciũ meũ in lucem gentium: Nunc ad eoſdẽ loquitur, qui ſciunt iudicium eius, & legem illius habent in cordibus ſuis: vt omnia cũm iudicio faciant, & habeant legem quam per Hieremiam dominus pollicetur, di-
Ieriere.31.c cens: *Statuam teſtamentum nouum: non iuxta teſtamentũ quod diſpoſui patribus eorum, ſed ſtatuam teſtamentum, dans leges meas in mentibus eorum, & ſuper cor eorum ſcribam eas, & ero eorum Deus, & ipſi erunt populus meus*, vt nequaquã viuant iuxta litteram, ſed iuxta ſpiritum, inſtaurantes naturalem legem in cordibus ſuis, de qua ſcribit & Apoſtolus:
Rom.9 g *Cum enim gentes quæ non habent legem, naturaliter ea quæ legis ſunt faciũt, iſti legem habentes, ſibi ipſi ſunt lex: qui oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis.* De qua lege ſignificatur in Pſalmo: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde illius, & non ſupplantabitur greſſus eius.* Et quia ſciebat ſpiritus prophetalis, multas perſecutiones credentibus fore, exhortatur eos ad fortitudinẽ, imo ad contemptum eorum, qui eos perſecuturi ſunt. Quod & dominus in Euangelio loquebatur: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem*
Matt.10.c *nõ poſſunt occidere: ſed potius eũ timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.* Et in
Ibid.5.a alio loco: *Caudete, cũ omne malum dixerint aduerſum vos mẽtientes.* Sicut enim veſtimentũ conſumitur verme vel tẽpore, & ſicut lanæ à tinea deuoratur: ſic omne perſecutorum opprobrium cum perſecutoribus pertranſibit. Vnde & Apoſtoli gloriabantur, *quod digni eſſent*
Act.5.g *habiti pro* domino *pati contumelias.* Gloriabantur autem quod ſalus & iuſtitia domini, quæ eis victoriam & præmia repromiſerat, id eſt, dominus atque ſaluator, permaneat in æternum: ſiue in vtraque generatione prioris populi & poſterioris, qui aduentum illius receperunt: de quo & ſupra dicitur: *Prope eſt iuſtus meus: egreſſus eſt ſaluator meus.*
Sup.cap.46.b

b ¶ *Conſurge, conſurge*, &c.] Nomen Hieruſalem, quod hic à Lxx. additum eſt, nec in Hebræo habetur; nec vllus trium interpretum poſuit: vnde obelo prænotandum eſt, & ſic cum ſuperiori ſenſu ſequens capitulum copulandum. Dominus credentes in ſe fuerat cohortatus, dicens: Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Salutemque ſuam & iuſtitiam ſempiternam eis promiſerat in auxilium: quæ non eſt alia præter Chriſtum, brachium domini: de quo ſupra dixerat: *Et in brachio meo gentes ſperabũt.* Vnde populus loquitur ad brachium domini, & eius deprecatur aduentum: & promiſſum implorat auxilium dicens: *Conſurge, conſurge, induere fortitudine brachium domini.* Conſurge ſicut in diebus antiquis, & omnem tuã exercе fortitudinẽ; vt qui per multa ſæcula ſanctos tuos de periculis liberaſti, etiã nos tua fortitudine protegas. Tu es enim *qui percuſſiſti ſuperbum: vulneraſti draconem*, regem videlicet Ægypti Pharaonem, qui &
Ezec.29.a in Ezechiele draco magnus appellatur. Tu ſiccaſti mare rubrum, vt per aquas vehementiſſimas, & profunda maris, viam tuus populus reperiret, & Ægyptios fugeret perſequentes. Qui igitur iſta feciſti, nunc quoque redemptos & liberatos ſanguine tuo reduc in Sion, & in cœleſtẽ Hieruſalem, ſiue in eccleſiam, quam tibi tuo ſanguine præparaſti, in qua cum fuerint, gaudebunt lætitia ſempiterna, & dicent: *Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* Ha-
Pſal.5.f bebũt enim gaudiũ atque lætitiã, fugiente dolore & gemitu. Hoc iuxta Hebraicum. Cæterũ iuxta Lxx. Hieruſalẽ, id eſt, peccatrix anima, prouocatur vt induat fortitudinẽ brachii ſui, & priora aſſumat opera, ſicut fuerat antequam caderet, quando

quando in die verſabatur & luce. Tu es enim, inquit, quæ
Matt.7.b ſuperaſti latam & ſpatioſam viam quæ ducit ad mortem, &
Sup.25.a diſſipaſti draconem, colubrũ tortuoſum, de quo & in pſal-
Pſa.73.b mis legitur: *Tu contriuiſti capita draconum in aquis.* Memento prioris fortitudinis tuæ, quod ſæculi huius calcaueris mare, & illud feceris eſſe deſertũ, & viam repereris in mediis fluctibus. Vnde & Apoſtolus Petrus per mare huius ſæculi trãſiuit ad dominum, & qui fide ambulabat, cœpit infidelitate mergi: niſi quod dextera domini ſuſtentatus eſt. Sicut igitur prior victoria domino auxiliãte conceſſa eſt, ſic & reuerſus poſt pœnitentiam & audientibus, *Numquid qui cadet, non reſurget, dicit dominus.* Et: *Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego ſanabo contritiones veſtras.* Ipſe porriget manum, & reducet eos in Sion ſpeculam culmenque virtutum cum gaudio atque lætitia ſempiterna: & ponet in capite eorum laudem atque lætitiam. *Sapientis* enim *oculi in capite eius.* Et hãc habebunt coronam, iſtoq; diademate protegentur, vt ſemper gaudeant, & laudent dominum: quia pro dolore, mœrore: & gemitu ſucceſſerint gaudia.

a ¶ *Ego, ego ipſe conſolabor vos. Quis*, &c.] Credentium populus, brachium domini, qui ipſe eſt Dei virtus Deique ſapientia, fuerat deprecatus, vt conſurgeret & ſibi præberet auxilium: & illo pugnante pro ſanctis, gaudium atque lætitiam, fugato dolore, & gemitu poſſiderent. Itaque vel brachium domini, vel dominus ipſe reſpondit: *Ego ſum, ego ſum*, & nequaquam per prophetas, ſed ipſe vos conſolabor: *Deus miſericordiarũ, & pater totius conſolationis.* Mirorque quomodo me dicente ſupra: Nolite timere opprobrium hominum & blaſphemias eorum ne metuatis: timueritis perſecutorum rabiem, & neſcieritis eos eſſe mortales, qui inſtar feni arefcunt repente & pereunt. Et certe eo tempore quo illos metuebas, oblitus es domini factoris tui. Si enim mei ſemper memoria in tuo fuiſſet corde verſata, numquam timuiſſes homines qui in cinerem diſſoluendi ſunt. Et cuius oblita es? Dei qui cælos incredibili virtute ſuſpendit, & terram ſtabili mole fundauit. Et timuiſti aduerſarios tuos: non ad breue (quod poterat ibi aliqua ex parte concedi) ſed iugiter & tota die: vt cum haberes lumen fidei, tenebræ te formidinis poſſiderent, & eius qui te putabat eſſe periturum. Vbi eſt ergo nunc perſecutorum ſuperbia? vbi potentia ſecularis, qua in te ore rabido ſæuiebant? Cito
Ieri.31.c venient filius meus, gradiens & conculcans aduerſarios tuos, vt aperiat tibi viam victoriæ, ſiue vt inferos referet: qui non interficiat vſque ad internecionem, ſed velit ſaluare conuerſos. Denique panis illius, qui interpretatur euangelio probante, doctrina, numquam deficiet, ſed ſemper volentibus ad veſcendum patebit. Simulque Apoſtropham facit ad filium, quem cito promittit eſſe venturum, & cuius panem dicit eſſe perpetuum: quod ipſe ſit iuxta diſpenſationem carnis aſſumptæ Dominus Deus eius: qui conturbari faciat mare, & intumeſcere fluctus eius: vt aduerſum ſeruos ſuos perſecutorum inſletur ſuperbia: quæ iterũ
Matt.16.a auxiliante domino conquieſcat. Dicitque, quod poſuerit verba ſua in ore eius. Quidquid enim filius loquitur, verba patris ſunt, & in vmbra manus ſuæ protexerit eum. Et idcirco protectus ſit, vt plantet cœlos nouos, & fundet terram

HEB.

Ego, [a] ego ipſe conſolabor vos. Quis tu vt timueris ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fenũ arefcet? Et oblitus es Dei factoris tui, qui tetẽdit cœlos & fũdauit terrã, & formidaſti iugiter tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat & parauerat ad perdẽdũ. Vbi nũc eſt furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendũ, & non interficiet vſque ad internecionẽ, nec deficiet panis eius. Ego autem ſum dominus Deus tuus: qui cõturbo mare, & intumeſcũt fluctus eius, Dominus exercituũ nomẽ meũ. Poſui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos & fundes terram, & dicas ad Sion: Populus meus es tu.

SEPT.

Ego ſum, ego ſum ipſe qui conſolor te. Scito quæ fueris & timueris ab homine mortali, & à filio hominis. Quiquaſi fenum areſcẽti ſunt, & oblitus es Dei factoris tui: qui fecit cœlũ & fundauit terram, & timebas ſemper cunctis diebus faciem furoris tribulantis te, ſicut cogitauit auferre te, & nunc vbi eſt furor tribulantis te? Cum enim ſalua facta fueris, non ſtabit neque permanebit, & non occidet in corruptionem, & non deficiet panis eius: quia ego Deus tuus qui conturbo mare, & ſonare facio fluctus eius, dominus ſabaoth nomen mihi. Ponã verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protegãte, in qua ſtatui cælum & nouam, & dicat ad Sion, hoc eſt, ad eccleſiam: Populus meus es tu. Ergo; Sion non eſt alia, niſi populus Dei. Symmachus in eo loco vbi nos diximus: *Cito veniet gradiens ad aperiendũ, & non interficiet vſque ad internecionem*, ita interpretatus eſt: *Cito infernus aperietur, & non morietur in corruptionem*: ſubauditur Chriſtus, qui in quintodecimo pſalmo loquitur: *Nõ derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* In eo quoque loco, vbi nos iuxta Hebraicum & Aquilam vertimus: *poſui verba mea in ore tuo & in vmbra manus meæ protexi te*, vt plantes cœlos & fundes terram, & dicas ad Sion: *populus meus es tu*: Ille ſic tranſtulit *Ponam verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protegam te, in qua plantaui cælum & fundaui terram, & vt dicam* Sion, *populus meus es tu.* Iuxta Lxx. ad omnem credentium dicitur animam: quod creata ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ſuam ignorauerit dignitatem: ſed timuerit hominem & filium hominis, qui ſolum poteſt corpus occidere, & immortalem ſe eſſe neſcierit, nec dixerit cum Propheta:
Pſal.26.a *Dominus illuminatio mea, & ſaluator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à*
H *quo trepidabo?* Et iterum: *Dominus adiutor meus, non timebo quod faciat mihi homo. Dominus auxiliator meus, & ego de-*
Ibid.55.a *ſpiciam inimicos meos.* Quid ſit autem homo, alio verſiculo demonſtratur: *In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro.*
Eſai 48.b Vnde & nunc dicitur: *Timuiſti ab homine mortali, & à filio hominis, qui ſicut fenũ arefacti ſunt. Omnis* enim *caro fenum, & omnis gloria eius quaſi flos feni*: Et territa iudicis poteſtate, oblita es quod ipſe eſſet protector tuus, qui cœlum fecit & terram, & omnia elementa quæ cernimus: vel eos cœlos, qui portant imaginem ſupercœleſtis, & eam terram, quę ſemẽtem domini multiplicat. Illud autem quod ſupra dicitur: *Et non occidet in corruptionem, & non deficiet panis eius*: de Theodotionis editione ex Hebraico addirũm eſt. Ipſe conturbat mare, & ſonare facit fluctus eius: cui & in pſalmis canitur: *Tu dominaris fortitudini maris, & commotionẽ fluctuũ*
Pſal.88.b *eius tu mitigas.* In Hieremia quoque ſcriptum eſt: *Me non ti-*
Hier.5.c *mebitis, dicit dominus, & à facie mea non formidabitis: qui poſui arenas terminum mari, præceptum ſempiternum quod non*
Matt 13.f *præteribit.* Turbata ſunt maria, quãdo ſagena domini extraxit piſcium multitudinem. Et poſuit dominus verba ſua in ore credentis, & in vmbra manus ſuæ protexit eum. Qui & in euangelio loquitur: Quando tradiderint vos, *nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa*
Ibid.10.b *hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Et in alio loco dicit ad iuſtum: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Et iterum: *Aperi*
Pſal.80.b *os tuum verbo Dei. Dominus* enim *dabit verbum euangelizantibus*
Ibid.67.c *virtute multa.* Vnde ad interiorem Hieremiæ hominẽ
Hier.1.b loquitur Deus poſtquam tetigit os eius. *Ecce ego dedi ſermones meos in ore tuo.* Qui poterat cum Pſalmiſta canere: *Miſit*
Pſal.39.a *in ore meo canticum nouum, hymnum Deo noſtro.* Quis autem hęc operatus eſt omnia, niſi dominus atq; ſaluator, qui cœlum fecit & terram, & dicit Sion: Populus meus es tu? Quod proprie eccleſiæ conuenit de gentibus congregatæ. Et in Oſee, credentibus pollicetur, dicens: *Vocabo non*
Oſee 2.b *populum meum, populum meum, & ipſe dicet mihi Deus meus es tu.*

a ¶ *Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem, quæ, &c.*] Hierusalem & Sion esse δυσείνυμον, sæpe docui, quarum Sion, quæ interpretatur specula, eò quod in mõte sita sit, arx vocatur, reliqua autem vrbis pars, Hierusalem dicitur: quæ prius appellabatur Hiebus & Salem, quam nunc propheta cohortatur vt surgat (quæ prius negatione corruerat, dicens in domini passione: *Crucifige, crucifige talem, non habemus regem nisi Cæsarem*) & agat pœnitentiam, & captiuitatis sentiat malis cur suum offenderit creatorẽ. Solent medici amarissimam antidotum, quæ ex gustu nomen accepit, dare stomacho nauseanti, vt noxios humores euomat, & possit coctos cibos atque digestos in aluum transmittere, quos phlegmatum magnitudo digeri non finebat. Igitur & Hierusalem, quæ bibit de calice furoris domini, & de κόνδυ eius, quẽ Symmachus, craterem interpretatus est, & quẽ iuxta Geneseos librũ, Ioseph in sacculo fratris Beniamin iussit abscõdi, iubetur de ebrietate cõsurgere, eo quod biberit, & vacue fecerit & potauerit eum vsque ad feces, quod tres vno indicauere sermone, ἐξεσράπησες. Hic est calix, de quo in psalmis legimus: *Calix in manu domini vini meri plenus misto: Et inclinauit ex hoc in illud: verũtamẽ fex eius non est exinanita, bibẽt omnes peccatores terræ.* De quo & ad Hieremiã Deus loquitur: *Sume calicẽ vini meri de manu mea, & propinabis cũctis gentibus ad quas ego mittã te. Et bibent & vomент, & insanient à facie gladij, quem ego mittam in medio eorum.* Cumque aliis gentib. & Hierusalẽ vrbibusque Iudææ propinasse se dicat, infert: Sic dicit dominus omnipotens Deus Israel: *Bibite & inebriamini, & euomite, & cadite à facie gladij, quem ego mittam in medio vestri.* Et notandũ quod calix iste furoris domini gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorũ. In quo quæstio nascitur quomodo post potũ, ebrietatẽ, vomitumq; & ruinam, in Hieremia dicatur, Hierusalẽ non posse cõsurgere, & nunc per Esaiã loquatur ad eam. *Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem.* Quæ ita soluitur: Quãdiu quis bibit calicẽ, & inebriatur, & insanit, vomitq; & corruit, non eũ posse consurgere, necdũ enim epotauit calicẽ domini, nec peruenit ad feces, vt eũ vsq; ad fundũ biberit. Nunc autẽ ad Hierusalẽ de præterito dicit tẽpore, quæ bibisti de manu domini calicẽ furoris eius, &nõ quæ bibis. Simulq; considerandũ, quod non propheta, non Apostolus exinde fuerit in Iudæa, qui eam consolatus sit, & apprehenderit manum eius, & iacentem eleuauerit. Ex quo manifestum est, quod post vltimã captiuitatem ista dicantur: alioquin in Babylone & post Babylonem, Ezechielem, & cæteros prophetas habuisse eam narrat historia. Quod autem dicit: Duo sunt quæ occurrerunt tibi: siue duo hęc contraria tibi: quis contristabitur super te? & pro duobus, infert quatuor: vastitatem & contritionem, famem & gladium: illi simile est, quod in Psalterio canitur; in psalmo sexagesimoprimo: *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei, & tibi domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* Et ibi enim semel loquitur Deus, quod omnipotens sit, & duo audit propheta, quod omnipotentia illius in vtraque parte præualeat: vt & pœnitentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ mærentur. Iuxta quod & in alio loco duo occurrerũt Hierusalem, quæ singula bina habent. Ruinam etiam siue vastitatẽ sequitur contritio, & famẽ & gladiũ interitus. Possumus hæc iuxta anagogen, & super anima intelligere peccatrice, quæ nolens bibere calicẽ furoris domini, dicit in psalmo: *domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.* Si autem biberit: bonũ est ei sua sentire supplicia, & audire dominũ dicentẽ: Cum ira furoris mei trãsierit, rursum curabo. Et alibi: *Nunquid qui cadit non resurget*, dicit dominus.

b ¶ *Filij tui &c. sicut beta semicocta. &c.*] Pro beta semicocta, reliqui interpretes, orygẽ captum & illaqueatum, transtulerunt, qui Hebraice appellatur ת֣וֹא: quod genus bestiæ nascentis in eremo, inter mũda animalia in Leuittic. & Deut. ponitur. Pro quo Lxx. Syra lingua opinati sunt thoreth, quæ dicitur beta. Hoc de nomine: trãseamus ad sensum. Filii tui sicut oryx venatorum laqueis irretitus, dormierunt in compitis & plateis, & super nudam humum, nuda membra ponentes, indignationem domini, & increpationẽ Dei sui, propriis miseriis indicarunt. Porro iuxta Lxx. qui noluerint habere diuitias spirituales in omni verbo, scientia & operibus bonis, sed fuerint pauperes, qui non sustinent comminationem: nequaquam habitabunt in domibus quæ virtutibus extruuntur, sed in principiis viarum & in exitu, tangentes omnia, & omnia relinquentes. Qui recte dormire dicuntur illo somno, de quo scribitur: *Dormierunt somnum suum, & inuenerunt nihil.* Quo somno consopiuit eos rex Assyrius. Et comparantur bestæ semicoctæ, quod genus holeris est vilissimi & fragilissimi. De quibus holeribus, puto illud in psalmis dicit: *Ne zeleris in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatẽ. Quoniam sicut fenum velociter arescent, & sicut holera herbarum cito decident.* Est etiam ægrotantium cibus. Qui semel incredulus est, appellatur beta cruda: Qui autem simplici contentus fide, absq; ratione & dogmatum veritate facit opera iustitiæ, potest dici beta cocta. Porro qui inter vitia atq; virtutes medius fluctuat, & duplici corde accedit ad seruitutem Dei: iste rectissime vocatur beta semicocta, ad quẽ & in Apoc. Ioannis loquitur Deus: *Vtinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, euomam te.* Qui tepidi & dormientes, pleni sunt furoris domini, & dissoluti siue deficientes per dominum Deum: non quo dominus dissolutionis eorum causa sit, *qui mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuentium*: sed quo qui in lege peccauerint, per legem iudicentur: quæ operatur iram Dei his qui præuaricatores eius sunt.

c ¶ *Idcirco audi hæc pauperula, &c.*] O Hierusalẽ cui dixi: *Eleuare, eleuare, consurge*, & age pœnitentiã, quæ bibisti de manu domini calicem furoris eius, & epotasti eum vsque ad feces, & filii tui qui in toto orbe dispersi sunt, ductique captiui

Heb.

des terram, & dicas ad Siõ: Populus meus es tu.
a Eleuare, eleuare, cõsurge Hierusalẽ, quæ bibisti de manu domini calicẽ iræ eius: vsq; ad fũdũ calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad feces. Nõ est qui sustẽtet eã ex omnib. filiis quos genuit: & nõ est qui apprehẽdat manũ eius ex omnib. filiis quos enutriuit. Duo sunt quę occurrerũt tibi: quis contristabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius: quis cõsolabitur te? b Filii tui proiecti sunt: dormierũt in capite omniũ viarũ, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione domini, increpatione Dei tui. c Idcirco audi hoc paupercula & ebria nõ à vino. Hæc dicit dominator tuus dominus & Deus tuus, qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicẽ soporis, fundum calicis indignationis meæ, vt non adiicies vt bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum

Sept.

fundauit terram, & dicet Sion: populus meus es tu. Exurge, exurge, eleuare Hierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem furoris eius. Calicem enim ruinæ κόνδυ, furoris ebibisti & euacuasti. Et non erat qui consolaretur te, ex omnibus filiis tuis quos genuisti: & non erat qui apprehẽderet manum tuam, neq; ex omnibus filiis tuis quos exaltasti. Duo hæc contraria tibi: quis contristabitur tecum? ruina, & cõtritio, fames, & gladius: quis consolabitur te? Filij tui indigentes, & dormientes in capite omniũ viarum, sicut beta semicocta: pleni furoris domini, & deficientes à domino Deo. Propterea audi humiliata & ebria nõ à vino. Sic dicit dominus Deus, qui iudicat populum suum. Ecce tuli de manu tua calicẽ ruinæ κόνδυ furoris mei: & nõ adiicies bibere illũ vltra, & dabo eũn in manu eorum

captiui iacuerunt in plateis, & in capitibus viarum: Scito te esse pauperculam & humiliatam & ebriam, non à vino, sed furore domini. Idcirco si egeris pœnitentiam, & eleuata furrexeris, scies calicẽ soporis & ruinæ: Siue iuxta Symmachũ & Theodotionẽ, lacerationis & cõmotionis, de manu tua esse tollendum, & κόνδυ: (pro quo & in hoc loco Symmach. craterẽ interpretat⁹ est) te vltra non esse bibitutã, sed tradendũ aduersariis tuis, qui dixerunt animæ tuæ, incuruare, vt trãseamus: illisq; dicentibus volũtate propria incuruata es, & posuisti quasi terram corpus siue dorsũ: Vel iuxta Lxx. media, & ceruices tuas foris trãseuntibus. Hoc iuxta historiã dictũ sit, quod Hierusalẽ si eleuare se voluerit atq; consurgere, nequaquã bibat calicẽ furoris domini: nec patiatur vltra quę prius sustinuit. Cæterũ vt veniamus iuxta Lxx. ad intelligentiã spiritualẽ: animæ dicitur humiliatæ vitiis, & ebriæ perturbationibus vt sciat dominum habere se iudicẽ, & de omnib. redditurã se esse rationem. Quod si fuerit ad meliora cõuersa, auferendũ calicem ruinæ de manibus eius & craterem furoris domini, qui supplicia cõtinebat: de quo & Ezechiel dicit ad Hierusalem: *Calicẽ fororis tuæ Samariæ bibes profũdum & latum, vt inebrieris*: tradendũ in manib. eorum qui eam humiliauerãt. Haud dubiũ quin aduersarias significet potestates: quę dixerunt animæ illius, incuruare vt trans eamus. In quo pariter ad notandum, quod non eam incuruauerint, nec vim fecerint, vt prius erecta inclinaretur in terrã: sed proprio arbitrio dereliquerint. Illi autẽ voluntate sua posuerit ceruices vel dorsũ, siue totũ corpus suum, non intus sed foris, his qui eã cõculcauerint. Tale quid & in euãgelio legimus: quod decem & octo annis satanas incuruauerit mulierẽ, quã dominus ad statũ pristinũ erexit, vt posset dicere: *Leuauí oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Et *ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælo.*

Heb.

eorum qui te humiliarunt, & dixerũt animæ tuæ, incuruare vt trans eamus, & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam pertranseuntibus.

Sept.

rum qui te inique oppressерunt, & humiliauerũt: qui dixerunt animæ tuæ, inclinare, vt trãseamus, & posuisti æqualia terræ media tua & foris transeuntibus.

Caput LII.

EXurge exurge * Sion, induere fortitudine tua Sion: & induere gloria tua Hierusalem ciuitas sancta: nequaquam vltra adiiciet vt pertranseat per te incircumcisus & immũdus. Excute puluerẽ, & exurge, sede Hierusalẽ: Solue vinculũ colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit dominus: Gratias venunda-

incircumcisus & immundus λοῖσμὸς transeat. De quibus dictum est: *Ab occultis meis mũda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Omnia autem quæ promittũtur Sion & Hierusalẽ: non vt Iudæi somniãt, ad lapides illius & cineres fauillasque dicuntur, vt instauretur in pristinum statum, sed ad populum Hierusalem, qui occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad se missi erant, & ad extremum etiam in filium Dei misit manus. Qui corruens in passione Christi, in resurrectione illius suscitatus est, quando multa millia crediderunt de Iudæis, & reliquæ saluæ factæ sunt. Eadẽ & de ecclesia possumus dicere, quæ visio pacis & speculа, si in hæresim corruerit, iubetur exire, & pristinæ fidei ornamenta suscipere. Et si fuerit suscitata, sanctitatis ei & continentiæ præmia promittuntur, vt nequaquã per eam transeat incircumcisus & immundus. Quod non ad carnis concisionem atq; præputium, sed ad operum immunditiam, siue munditiam referri potest: vt incircumcisos & immundos vocemus, qui corporis voluptati & libidini seruiũt. Deniq; ad circumcisos carne, non spiritu, loquitur Hieremias. *Omnes gentes incircumcisæ carne sunt: filij autẽ Israel incircumcisi sunt cordibus suis.* Et beatus Apostolus de virginitate & cõtinentia ac nuptiis disputans, iecit in medio: *Circumcisus aliquis vocatus est, non adducat præputium. In præputio vocatus est, nõ circũcidatur.* Quod mihi videtur aliis verbis dicere: Absque vxore vocatus est, & credidit, non ducat vxorem. Vel e contrario habens vxorem in Christum credidit, nequaquam diuortium faciat. Quem sensum, non solum in circumcisione, & in præputio, sed in libertate ac seruitute custodit: vt liberos vocet virgines, & continentes seruos, qui vxori debitum reddant. Neque enim potestatis nostræ est præputiũ adducere post circumcisionem, iuxta eos qui in Machabæorum libro dicuntur sibi fecisse præputia: quod de nascentib. filiis, & nõ de patrib. dicitur. Aut qui liber vocatus est, magis seruus est Christi, cum in Christi baptismate nulla sit differẽtia Iudæi, Ethnici, Græci & barbari, viri & mulieris, liberi ac serui.

b ¶ *Excutere de puluere: consurge, sede Hierusalem, &c.*] Nequaquam ad Hierusalẽ, id est, ad ruinas lapidum illius, & cineres ac fauillas, prophetæ esse sermonem, sed ad populum qui habitet in ea, & quod propter effœminationem animi filia nominetur, sequens versus ostendit, in quo ait: Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Vere enim captiuus est populus Iudæorũ, qui vsq; hodie Nabuchodonosor portat iugum, & peccatorum ac blasphemiarum suarum strictus est funibus, qui gratis est venditus, & nihil fecit dignũ propter quod possit redimi. Cui & supra dicitur: *Ecce peccatis vestris venundati estis, & in iniquitatibus vestris dimisi matrẽ vestrã.* Causasq; reddidit, cur venundati sint, cur abiecti. *Quia*, inquit, *veni, & non erat homo, vocaui, & non erat qui audiret.* Ex quo manifestum est, ideo errori & dæmonibus eos traditos, quia non audierunt clamantem: *Venite ad me omnes qui laboratis & oneratiestis.* Redimẽtur autẽ qui voluerint credere, nequaquã argento & pecunia, sed pretioso Christi sanguine, vt audiant per Apostolos: *Gratia vobis: & pax.* Non enim ob merita, sed ob gratiam & fidem Christi Deo reconciliati sumus. Animæ quoque dicitur, quæ vitiorum polluta sordibus, candorem pristinæ conuersationis amiserat, vt excutiat puluerem cum Apostolis, qui adhæsit

pedibus eius. Neq; enim fieri poterat, vt quæ prostrata subiecerat ceruices suas foris transeuntibus, & media terræ sociauerat, dixeratque: *Humiliata est in puluere anima mea, adhæsit terræ venter meus*, non imaginem terreni acceperit. A qua nos reuocat Apostolus dicens: *sicut portauimus imaginẽ terreni, sic portemus & imaginem cœlestis.* Vnde qui in carne sunt placere Deo non possũt. Non quo carnis natura damnetur, cuius conditor Deus est, & in qua plurimi placuerũt Deo, regnantque cum Christo: Sed quo opera carnis repudientur: de quibus idem Apostolus loquitur: *Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.* Deniq; ad huiusce modi homines dicit: *Vbi autem zelus, & æmulatio in vobis est: Nonne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis.* Et econtrario ad sanctos: *Vos autem non estis in carne: si quidẽ spiritus Dei habitat in vobis.* Excutitur ergo puluis, de quo scriptum est: *Numquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Et soluantur vincula colli nostri. Et nequaquam audiamus: *Nervus ferreus collum tuum*, sed cum sponsa mereamur audire: *Quã pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* Et iterũ: *Circumdedi armillas manibus tuis, & monile collo tuo*: vt graui onere liberati, & recipientes ornamenta pristina, captiui esse cessemus, redẽpti ab eo qui venit prædicare captiuis remissionẽ. Et de quo scriptũ est: *Hic ædificabit ciuitatem meã, & captiuitatẽ populi mei reducet: nõ cum pretio, neq; cum munerib.* Cui sẽsui & Petrus Apostol. cõgruit: *sciẽtes quoniã non corruptibilibus argẽto & auro redempti estis de vana vestra cõuersatione patrib. tradita, sed sanguine agni immaculati.*

a ¶ *Quia hæc, &c. In Ægyptũ descendit populus meus, &c.*] Arguit populum Iudæorum, & ventura prædicit. Quod qui voluntate sua in Iacob descendit ad Ægyptios, & tempore necessitatis ac famis peregrinatus est in terra Gesseri, postea ab Assyriis, quos in nullo læserat, calumniam sustinuerit, & in Babylonem captiuitate transtatus sit. Vnde infert: *Et nunc quid mihi est hic, dicit dominus?* Et est sensus: Nihil habeo reliqui, propter quod in hac regione permanẽ, de qua populus meus ablatus est gratis, & vẽditus peccatis suis, & quasi oryx rete cõprehẽsus, vel viribus Romanorũ, vel diaboli laqueis, quibus vinctus hucusque retinetur. Vt autem ista pateretur, dominatores eorũ, ac magistri inique egerunt: qui iuxta Symmachum & Theodot. vlulabunt: iuxta Aquilã, flebũt, cum tormẽtis traditi fuerint: Ipsi enim sunt, qui aduersũ saluatorẽ populũ concitarũt, vt consona voce clamarent. *Crucifige, crucifige talẽ.* De quib. & ante iam dixerat: *Ipse dominus veniet cum seniorib. populi, & cum principib. eius. Vos autem quare succendistis vineam meam, & rapina pauperis in domib. vestris?* Quamobrem iuxta Lxx. loquitur ad eos: Propter vos sẽper nomẽ meũ blasphematur in gẽtibus. Et sciẽdum, quod in gentibus, non habeatur in Hebræo: sed absolute nomẽ meũ iugiter blasphematur: vt subaudiatur, in synagogis vestris, qui dieb. ac noctib. blasphemãt saluatorẽ. Et sub nomine, vt sæpe dixi; Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta. Illis itaque blasphemantibus & maledicentibus domino, populus eius, de quo crebro iam dictum est, id est, populus Christianus, sciet nomen illius qui venturus est in nomine patris. Et propterea sciet, quia ipse qui prius loquutus est per prophetas, præsens erudiet populos. Iuxta Lxx. loquitur ad Israel Deus, quod in Ægyptũ voluntate descenderit, dicente in Deuteronomio Moyse: *In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum,*

HEB.

nũdati estis, & sine argento redimemini. [a] Quia hæc dicit dominus Deus: In Ægyptũ descẽdit popul⁹ meus in principio, vt colon⁹ esset tibi, & Assur absq; vlla causa calũniat⁹ est eũ. Et nũc quid mihi est hic, dicit domin⁹? Quoniã ablat⁹ est populus meus gratis: dominatores eius iniquè agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter quod sciet populus me⁹ nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar adsum. [b] Quam pulchri super mõtes pedes annunciantis & prædicãtis pacẽ: annuntiantis bonũ, prædicantis salutem, dicẽtis Sion: Regnauit Deus tuus: vox speculatorũ tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. [a] Gaudete, & laudate simul deserta Hierusalẽ, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Hierusalẽ. Parauit Dominus brachiũ sanctũ suum in oculis omniũ gentiũ, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. [a] Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Non enim in festinatione egredimini, & cum fuga non ambulabitis: præcedet enim vos dominus, & congregans vos Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur nimis. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus eius, & gloria eius inter filios hominum. Sic admirabuntur gentes multæ super eum, continebunt reges os suum: quia quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplabuntur. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditum vultum eius & despectum, unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. In humilitate eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra uita eius: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dominus uoluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multis, & iniquitates eorum ipse portabit. Propterea dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradita sit in mortem anima eius, & cum sceleratis reputatus sit: ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Et rursum: Auferte portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Et rursum: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutum dilectus, dilecti autem speciei domus diuidere spolia. Dormistis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cælestis rex super eos, nix dealbabuntur in Selmon. Mons dei mons pinguis, mons coagulatus mons pinguis. Ut quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Etenim dominus habitabit in finem. Curru dei decem millia multiplicantium, millia lætantium: dominus in eis in Sina in sancto. Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.

SEPT.

nundati estis, & sine pecunia redimemini. Quia dicit dominus: In Ægyptũ descendit populus meus prius, vt peregrinaretur ibi, & in Assyrios violenter abducti sunt: & nũc quid erit hic, dicit Dominus? Quia ablatus est populus meus gratis: admiramini, & vlulate. Hæc dicit dominus, propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus. Propterea sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar adsum. Sicut ὡραῖα super montes, sic pedes euangelizantis auditum pacis, euangelizãtis bona: quia audiram facium salutem meam, dicens Sion: regnabit Dominus tuus. Vox custodientium te exaltauit, & voce simul lætabuntur, quia oculi ad oculos videbunt, quando misertus fuerit Dominus Sion. Erumpant lætitiam simul deserta Hierusalẽ, quia misertus est dominus eius, & eruit Hierusalem. Reuelabit dominus brachium sanctum suum in conspectu cũctarũ gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Non enim in festinatione egredimini, & cum fuga non ambulabitis: præcedet enim vos dominus, & congregans vos Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur nimis. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus eius, & gloria eius inter filios hominum. Sic admirabuntur gentes multæ super eum, continebunt reges os suum: quia quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplabuntur. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditum vultum eius & despectum, unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. In humilitate eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra uita eius: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dominus uoluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multis, & iniquitates eorum ipse portabit. Propterea dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradita sit in mortem anima eius, & cum sceleratis reputatus sit: ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Et rursum: Auferte portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Et rursum: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutum dilectus, dilecti autem speciei domus diuidere spolia. Dormistis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cælestis rex super eos, nix dealbabuntur in Selmon. Mons dei mons pinguis, mons coagulatus mons pinguis. Ut quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Etenim dominus habitabit in finem. Curru dei decem millia multiplicantium, millia lætantium: dominus in eis in Sina in sancto. Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.

annuntiabunt in conspectu eius omnes familiæ gẽtium: quoniam domini regnum est, & ipse dominabitur gentium. Vnde dicitur ad principes Iudæorum: Admiramini, & vlulate, quoniam vos causa estis ruinæ populi. Porro iuxta Anagogen hoc possumus dicere, quod descendat in Ægyptum huius sæculi populus Dei propria voluntate, quãdo amator magis voluptatũ quam Dei est, & non audit illud propheticum: *Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium.* Qui cum vitiis fuerit delinitus, & habitauerit in loco aquarũ & fluminũ, qui castitatis non habet ficcitatẽ: tũc violenter tradetur Assyriis, vt dominentur ei, qui eũm postea in peccato arguant, atq; cõuincant. Ipsi sunt enim & inimici & vindices, de quib. loquitur ad Israel: *Et nunc quid tibi est, & viæ Ægypti, vt bibas aquã Geon: & quid tibi est, & viæ Assyriorum vt bibas aquam fluminum?* Qui igitur descẽdit in Ægyptum, & de excelso Hierusalẽ ad humiliora delapsus est, vadensque Hiericho alterã Ægyptum, à latronib. vulnera plura susc epit: Dicitur ad eũ: *Et nũc quid vobis est hic?* quid in terra, & in ecclesia Dei vos esse simulatis, qui studio atq; omni desiderio descendistis in Ægyp. & ab Assyriis possidemini, captiq; estis, & vlulare magis ac lugere debetis, quia propter vitia vestra, atq; peccata, nomen Dei blasphematur in gentibus? quib. in Ezechiele dicitur: *Contaminastis nomen meum in gentibus.* Et quomodo in euangelio discipulis loquitur dominus: *Luceat lumen vestrũ coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrũ, qui est in cælis:* Sic econtrario, cum mala opera fecerimus, nomen Dei propter nos blasphematur in gentibus. Idcirco qui habet scientiã nominis Dei, & quod ad imaginem & similitudinem illius sit conditus non ignorat, in luce versabitur. Et erit in die, de qua exultauit Abraham, quod vidisset eam: de qua & sanctus loquitur Dauid: *Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea:* Qui enim illuminauerunt sibi lucem scientiæ, & habent lumen sempiternum, quod credentibus repromissum est. *Erit tibi dominus lux æterna:* in die honeste ambulant, & sunt filii lucis, & diei, & cognoscunt eum qui dicit ad Moysen: *Vade dic filiis Israel, qui est, misit me:* & quem in sanctis ante cognouerant, etiam sibi adesse cognoscent.

b ¶ *Quod pulchri super montes pedes, &c.*] Consequenter de eo qui supra dixerat: *Ego ipse qui loquebar, ecce adsum:* Nunc propheta testatur, quod ipse super montes Euangeliũ prædicarit, id est, super Apostolos: de quibus scriptum est: Appropinquare montibus æternis: & quorũ doctrina illuminatio Dei est. Vnde ad eum in psalmis dicitur: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Hic annunciauit, & prædicauit pacem his qui erant longè, id est gentibus, & prope, hoc est Iudæis, mundũ reconciliãs Deo, de quo sub nomine Salomonis in psalmo canitur: *Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, donec auferatur luna.* Et in hoc eodem Propheta de puero qui natus est, & de filio qui datus est nobis, cuius principatus in humero eius, & vocabitur magni consilii angelus, post reliquia dicitur: *Et pacis eius non erit terminus. Ipse est enim pax nostra*, qui pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ in cœlo & in terra. Qui locutus est Apostolis: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et annunciauit nobis bona, nõ quæ à Philosophis appellantur indifferentia, sed quæ vere bona sunt, quæ dat pater petẽtibus se, id est, omnes gratias Spiritus sancti. Deniq; alter Euangelista in eodem loco scribit: *Quanto magis pater vester, qui est in cælis, dabit Spiritũ sanctum petentibus se?* Hęc sunt bona quæ credentibus dominus pollicetur. *Audite me, & comedetis bona, & delectabitur in bonis anima vestra:* & nõ solum bona, sed salutem omnibus nũciauit, quam ipse præbuit, qui dicit Sion, id est, Ecclesiæ: *Regnauit Deus tuus.* Vnde & Apostolus, loquitur ad sanctos: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis desideriis ei⁹. Et de peccatoribus scribens: *Mors*, inquit, *regnauit ab Adam vsque ad Moysen*: Quodq; sequitur: *Vox speculatorum tuorum, siue custodum tuorum*, Apostolos significat: de quibus & in alio loco ad Ecclesiam loquitur Deus: *Super muros tuos constitui custodes, qui nunquã tacebunt, recordantes Domini*, qui exultabunt vocem de sublimibus differentes. Vnde dicitur ad eos: *Super montem excelsum ascende qui Euangelizas Sion: Exalta in fortitudine vocem tuam qui Euangelizas Hierusalem.* Isti pari Deum voce laudabunt, & oculis videbunt ad oculos. Quod aliis verbis Apostolus dicit: *Facie ad faciem*, quando sanctus canit: *Oculi mei semper ad dominum*: Et, *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo.* Et dominus respondebit ei: *oculi domini super iustos, & aures illius in precem eorum.* Hoc quod Lxx. transtulerunt, ὡς ὥρα, id est, sicut Hora super mõtes, sic pedes Euangelizantis auditum pacis, & reliqua. Paulus sequens sensum Hebraicæ veritatis, ponit in Epistola ad Romanos: *Quam speciosi pedes Euangelizantium bona, Euãgelizãtium pacem*: Apostolos intelligi volens, quorum Dominus lauit pedes, vt mundi & pulchri essent ad prædicandũ, & in toto orbe discurrerent, breuique doctrina Christi implerent mundum. ὡραῖα autem, ideſt, Hora, iuxta Lxx. & ambiguitatem sermonis Græci, aut tempus significat, aut pulchritudinem. Si tempus, illi aptabitur: *Tẽpore opportuno audiui te, & in die salutis adiutor tui fui.* Vnde infert Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*: Oportuno enim tempore pro cunctis sanguinem fudit, quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti erant: non erat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum: vt pro omnibus gustaret mortem, quia omnes peccauerant, & indigebant gloria Dei. Si autem pulchritudinem: ad illud referamus, quod in psalmo dicitur: *Speciosus forma præ filijs hominum.* Quid enim pulchrius, quam vt forma serui fieret forma Dei, & sederet & regnaret cum Christo in cœlestibus? Potest ὡραῖα secundum Græcæ linguæ latitudinem, cura dici, & solitudo, iuxta illud quod sanctus ait, *Multiplicabis me in*

HEB.

annũciantis bonũ, prædicantis salutem, dicẽtis Sion: Regnauit Deus tuus: vox speculatorũ tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. [a] Gaudete, & laudate simul deserta Hierusalẽ, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Hierusalẽ. Parauit Dominus brachiũ sanctũ suum in oculis omniũ gentiũ, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. [a] Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Non enim in festinatione egredimini, & cum fuga non ambulabitis: præcedet enim vos dominus, & congregans vos Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur nimis. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus eius, & gloria eius inter filios hominum. Sic admirabuntur gentes multæ super eum, continebunt reges os suum: quia quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplabuntur. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditum vultum eius & despectum, unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. In humilitate eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra uita eius: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dominus uoluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multis, & iniquitates eorum ipse portabit. Propterea dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradita sit in mortem anima eius, & cum sceleratis reputatus sit: ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Et rursum: Auferte portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Et rursum: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutum dilectus, dilecti autem speciei domus diuidere spolia. Dormistis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cælestis rex super eos, nix dealbabuntur in Selmon. Mons dei mons pinguis, mons coagulatus mons pinguis. Ut quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Etenim dominus habitabit in finem. Curru dei decem millia multiplicantium, millia lætantium: dominus in eis in Sina in sancto. Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.

SEPT.

euangelizãtis bona: quia audiram facium salutem meam, dicens Sion: regnabit Dominus tuus. Vox custodientium te exaltauit, & voce simul lætabuntur, quia oculi ad oculos videbunt, quando misertus fuerit Dominus Sion. Erumpant lætitiam simul deserta Hierusalẽ, quia misertus est dominus eius, & eruit Hierusalem. Reuelabit dominus brachium sanctum suum in conspectu cũctarũ gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Non enim in festinatione egredimini, & cum fuga non ambulabitis: præcedet enim vos dominus, & congregans vos Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur nimis. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus eius, & gloria eius inter filios hominum. Sic admirabuntur gentes multæ super eum, continebunt reges os suum: quia quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplabuntur. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditum vultum eius & despectum, unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. In humilitate eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra uita eius: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dominus uoluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multis, & iniquitates eorum ipse portabit. Propterea dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradita sit in mortem anima eius, & cum sceleratis reputatus sit: ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Et rursum: Auferte portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Et rursum: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutum dilectus, dilecti autem speciei domus diuidere spolia. Dormistis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cælestis rex super eos, nix dealbabuntur in Selmon. Mons dei mons pinguis, mons coagulatus mons pinguis. Ut quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Etenim dominus habitabit in finem. Curru dei decem millia multiplicantium, millia lætantium: dominus in eis in Sina in sancto. Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uisi sunt ingressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculæ tympanistriæ. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. Mane deus uirtutem tuam, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregationem taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt. Uenient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino psallite deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Date gloriam deo super Israel magnificentia eius et uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus tanquam consolati. Et post paululum: *Facti sumus lætantes.* Et vt sciamus nequaquam hæc dici de populo Iudæorum, sed de omnibus, qui per Apostolos in dominum crediturí sunt, ponit & dicit: Qui consolatus est eam, siue misertus est eius: & qui eruit, vel redemit eam, ipse parabit, siue reuelauit brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Ex quo perspicuum est, extructa per Apostolos spirituali Hierusalem, id est, Ecclesia, quæ à Iudæis fuerat derelicta, reuelari brachium domini cunctis gentibus, & videre salutare eius omnes fines terræ. Quod dupliciter intelligitur: Aut enim reuelat pater brachium suum cunctis gentibus, aut filius reuelat fortitudinem suam. De quo scriptum est: *Virtus enim ab eo egrediebatur, & sanabat omnes.* Et iterum: *Sensi virtutem exisse de me*, quæ sanauit hæmorrhousiam. Quod

4.Reg.25. a ¶ *Recedite, recedite, &c.*] Et hoc Iudæi sic disserere conantur: Exite de Babylone, & idola eorum derelinquite. Exite de medio illius, & vasa (quæ Nabuchodonosor capta Hierusalem tulerat, Cyro laxante captiuos sub Zorobabel & Ezdra) referte in templum: nec sicut prius de Ægypto cum tumultu & timore fugistis, ita egredimini de Babylone, sed cum pace & voluntate regis Persarum, atque Medorũ, in quo domini voluntas apparuit, quia protexit & congregauit vos. Alii quę de Babylone diximus, de Romano regno interpretãtur, quod in ad aduentu Christi, qui eos liberaturus sit, hæc omnia cõpleantur. Nos autem audiẽtes supra. *Quã pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem. Et, Reuelabit Dominus brachium suum in conspectu omnium gẽtium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*: nequaquam hoc de Iudæis, sed de Apostolorum, omniumque sanctorũ intelligimus choro. Quib. præcipitur, vt recedant de Hierusalem, & in toto mundo Euãgelium prædicent, dicente domino Saluatore: *Ite & docete omnes gentes, baptizãtes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: vt nequaquã cum Iudæis blasphemantibus maneant, in quorum necem. Romanus paretur exercitus: sed pollutos derelinquant, & seperentur ab eis, atq; mundentur qui portant vasa domini: Templum enim sunt Spiritus sancti, & magnæ domus vasa aurea, & argentea. Qualis fuit Apostolus Paulus, qui vas electionis dicitur: præparauerat enim se in vas preciosum, & aptum in ministerium Dei. Vel certe hoc dicendum, quod vasa domini, armatura Dei sit spiritualis. De qua & Paulus Apostolus loquebatur: *Induite vos armatura Dei*, & per singula enumerat: *Loricam iustitiæ, & clypeum fidei, & galeam salutis, & gladium spiritus, qui* interpretatur *verbum Dei*: Ad hæc addit, cingulum veritatis, *& calceatos pedes in præparatione Euangelij pacis*. Et in alio lõco. *Deponentes ergo opera tenebrarum, induamur arma lucis.* Sequitur: *Non in tumultus exibitis, nec in fuga properabitis*. Neque enim, vt victi de Hierusalem, sed vt victores recesserunt, vt qui quotidie prædicantes in templo Euangelium Dei, multa millia Iudæorum Christi fidei subiicerant, etiam mundum illius Euangelio subiugarent. Præuium enim habebant Dominum, qui congregaret eos, Deum Israel, hoc est, de orbe terrarum vnum gregem faceret, vt impleretur illud quod Dominus in Euangelio ad patrem loquitur: Da *vt sicut ego & tu vnum sumus: sic & isti in nobis vnum sint*: vt eodem sensu, & eadem sententia, repugnantia inter se vitia, atque contraria deserentes, vnam apprehenderent solamque virtutem. Neque enim vitia & perturbationes inuicem se sequũtur, quod de virtutibus dicitur, in quibus nec ὑπερβάσεις sunt, nec ἐλλείψεις, id est, nec plus, nec minus, sed omnia temperata. Porro in vitiis vniuersa contraria sunt, vt pauor audaciæ, impietati superstitio, luxuria parcitati.

Maiſt.28.d

B 2.Cor 3.c

Act.9.c

Ezd.1.c

Ephes.6.c

Rom 13.d

Act.2.4.

Ioan.17.d

b ¶ *Ecce intelliget ser. &c.* Nec vlla legentib. ambiguitas relinquatur, quis sit ille qui dicerit: *Ego qui loquebar, ecce adsum*. Et quod sit brachium sanctum domini, quod cunctis gentibus reuelatum est: Deus omnipotens pater perspicuè docet. Ecce intelliget seruus meus, siue puer meus, de cuius differentia supra diximus. Intelliget autem, non vt verbum Dei, atque sapientia, sed vt seruus & puer. *Qui cum in forma Dei esset*, formam serui dignatus est accipere, *factus obediens patri vsque ad mortem, & mortem crucis*. Quamobrem exaltauit eum, & donauit illi nomen super omne nomen: Qui loquitur in Psalmo: *Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum*: & de quo Dauid canit: *Qui fecit cœlos in intellectu*. Ipse est enim sapientia, atque intelligentia, qui proficiebat quasi puer ætate, atque sapientia, de quo loquitur & Petrus: *Deus patrũ nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, volentis eum dimittere. Vos autem sanctum, & iustum negastis*: de quo & supra scriptum ostendimus. *Ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi*: *super ipsum stupebunt plurimi*, cum illius signa perspexerint. Et hinc erit maius miraculum, quod inglorius erit inter homines aspectus eius, non quo formæ significet fœditatem, sed quo in humilitate venerit, & paupertate. Qui cum dives esset, pro nobis pauper factus est, & credentibus dixit. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: de quo & Clemens vir Apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptrum Dei dominus Iesus Christus, non venit in iactantia superbiæ, cum posset omnia, sed in humilitate, in tantum vt verberatus à ministro sacerdotis, responderit: *Si male locutus sum, argue de peccato: sin autem bene, quid me cædis?* habens duodecim angelorum milia, quæ illius nutibus obedirent. Iste asperget gentes multas, mundans eas sanguine suo, & in baptismate Dei consecrans seruituti. Super ipsum continebunt reges os suum, & principes sæculi: quorum omnis sapientia, crucis prædicatione subuersa est, & qui non habuerant legem & prophetas, & quibus de eo non fuerat nunciatum, ipsi videbunt & intelligent. De quibus loquitur & Saluator: *Beati qui non viderunt & crediderunt*. In quorum comparatione, Iudæorum duritia reprehenditur: qui videntes & audientes Esaię in se vaticinium compleuerunt, dicentis: *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes aspicietis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt.*

Sept.

te, recedite, egredimini inde, & immundum nolite tangere: exite de medio eius, separamini qui portatis vasa Domini: Quia non cum tumultu exibitis, neque cum fuga ibitis, sed præcedet vos dominus, & qui congregat vos Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde: Sicut stupebunt super te, multi, sic in gloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filiis hominum. Sic mirabuntur gentes multæ super eo, & continebunt reges os suum, quia quibus non est annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent.

C Phil.p 2.d

Psal.15.b

Ibid.115.a

Sup.11.a

Luc.2.g Act.3.b

Sup.43.b

Ioan.20.g

Esa.6.6

Sup.52.f

Heb.

a Recedite, recedite: exite inde, pollutũ nolite tãgere: exite de medio eius, mũdamini qui fertis vasa domini. Quoniã nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim vos dominus, & congregabit vos Deus Israel. b Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic in glorius erit inter viros aspectus ei⁹, & forma illius inter filios hominũ. Iste asperget gẽtes multas: super ipsũ cõtinebunt reges os suũ: quia quib. nõ est narratũ de eo viderũt, & qui non audierunt, contemplati sunt.

Capvt LIII.

Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini, cui reuelatum est? Annũciauimus quasi paruulum in conspectu eius, sicut radix in terra sitiẽtia, quæ illius nutibus obedirent. Iste asperget gentes multas, mundans eas sanguine suo, & in baptismate Dei consecrans seruituti. Super ipsum continebunt reges os suum, & principes sæculi: quorum omnis sapientia, crucis prædicatione subuersa est, & qui non habuerant legem & prophetas, & quibus de eo non fuerat nunciatum, ipsi videbunt & intelligent. De quibus loquitur & Saluator: *Beati qui non viderunt & crediderunt*. In quorum comparatione, Iudæorum duritia reprehenditur: qui videntes & audientes Esaię in se vaticinium compleuerunt, dicentis: *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes aspicietis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt.*

Capvt LIII.

Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini, cui reuelatũ est, &c.] Post verba patris, quibus filium suum mundo nunciauerat esse venturum, & ante scandalum crucis, de quo dicturus erat: Inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius præ filiis hominum, gloriam præmiserat resurrectionis: *Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde*, vt humilitate crucis, resurrectionis gloriam præueniret. Respondit, Prophetarum chorus se impleſſe officium, & quantum in se fuit, brachium illius, atque virtutem omnibus nunciasse. In eo autem quod dicit: *Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* Raritatem credentium significat ex Iudæis. Quodque sequitur: Ascendet sicut virgultũ coram eo, pro quo Lxx. transtulerunt, ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ, id est, Annunciauimus sicut paruulum coram eo. Pro virgulto, Symmachus ramum interpretatus est, vt assumptum ostenderet hominem, qui processit de vtero virginali. De quo infert: *Sicut radix de terra sitienti*. Pro sitiẽti, Aquila interpretatus est inuia, vt virginitatis priuilegium demõstraret, quod absque vllo humano semine de terra prius inuia sit creatus. Iste est de quo & supra legimus: *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*, vt natiuitatis eius ascensum significet in mundo. Sin autem non habebat speciẽ, neq; gloriam, sed forma ipsius erat ignobilis, & deficiens præ filiis hominũ, siue, vt habetur in Hebræo, despectus & nouissimus virorum, quomodo in Psalmis dicitur: *Accingere gladio tuo super fœmur tuũ potentissime, pulchritudine, & decore tuo?* Quod facile soluitur. Despectus erat & ignobilis, quando pendebat in cruce, & factus pro nobis maledictum, peccata nostra portabat: Et loquebatur Patri: *Deus Deus meus quare me dereliquisti?* Inclytus autem erat, & decorus aspectu, quando ad passionem eius terra contremuit, saxa dirupta sunt, & fugiente sole, æternam noctem elementa timuerunt: De quo & sponsa in Cantico canticorum: *Fratruelis meus candidus, & rubicundus, electus de millibus*. Candidus plenitudine, ac puritate virtutum: rubicundus in passione, de qua postea lecturi sumus: *Quis est iste qui ascendit de Edom, fulgida vestimenta eius, ex Bosor*, electus de millibus in resurrectionem: vt qui erat primogenitus omnis creaturæ, primogenitus fieret ex mortuis: Quod autem infert: *Homo in dolore, & sciens ferre infirmitatem*: Siue *virum dolorum, & scientem infirmitatem*: verum corpus hominis, & veram demonstrat animam, qui sciens ferre infirmitates, omnes eas diuinitate superauit. Et absconditus vultus illius, atque despectus, vt humano corpore, diuina potentia celaretur: De quo supra dictum est: *Tu es Deus absconditus, & nesciebamus*. Qui vere languores nostros, & peccata portauit, & pro nobis dolet, non putatiuè, id est, δοκήσει, vt vetus & noua hæresis suspicantur, sed vere crucifixus est, vere doluit, dicens in Euangelio: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Et, Anima mea turbata est. Et nos putauimus eum esse immundum, siue ἐν πόνῳ, id est, dolore, vt Lxx. transtulerunt: pro quo Aquila, & Symmachus, posuerunt, leprosum: Theodotio, flagellatum (quod aliis verbis Hebraico idiomate lepra. intelligitur:) iuxta illud quod in Psalmo scriptum est: *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*. Et est sensus: Putauimus eum pro peccatis suis à Deo esse percussum: qui humiliatus est propter nos, & cum latronibus crucifixus. Pro eo quod Symmachus transtulit ἐν ἀφῇ ἁπτου, hoc est, in lepra, Aquila posuit ἁφὴν, id est, leprosũ, quod multi non intelligentes, putant relictum, & alii legũt ἁφὴν, id est, sedentem. In principio capituli, in quo iuxta Lxx. dicitur: *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est*, quo testimonio, & Apostolus Paulus vtitur ad Romanos, ediſſerens illud super domini passione. Dominus, in Hebraico non habetur, sed pro intelligentia personæ, ad quam dicitur, additum est.

Sup.45.c

Matt.26.a Psal.6.a

Psal 90.b

Matt.27.f

Ibid.

Matt.11.

D

F Cant.5.c

Infra 36.a

Ioan.18.d

Sept.

Ascendet sicut virgultũ coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem, sed species eius inhonorata, & deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem: quia aduersa est facies eius, despectata & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & nos reputauimus eum esse in dolore & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius sanati sumus. Omnes quasi oues errauimus, homo in via sua errauit. Et dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, & ipse propter afflictionem non aperuit os suum. Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum. In humilitatem omnium nostrum, siue tradidit eum pro peccatis nostris: vt quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret, qui oblatus est, quia ipse voluit. Non enim necessitate crucẽ, sed voluntate sustinuit, dicens in Euangelio: *Calicem quem mihi dedit pater, non bibã illum?* Et ad Petrum, qui scandalizabatur ad crucis nomen, quia non nouit mysterium, & humano pauore trepidabat: *Vade retro me Satana, scandalum es mihi*, quia non sapis ea quę Dei sunt, sed quæ hominum. Alioquin si non propria voluntate esset oblatus, qui indicare & prædicere poterat proditorem, & Apostolis loquabatur: *Omnes vos in hac nocte in me scandalum sustinebitis*. Poterat eos qui ad se missi fuerant declinare, quibus occurrit intrepidus, & vltro se obtulit, dicens: *Quem quæritis?* Qui statim ceciderunt retrorsum. Vocem enim præsentis Dei ferre non poterant. Pulchreque addidit: *Et non aperuit os suum*. Qui dicenti Pilato, *Mihi non loqueris?* noluit respondere. Siue iuxta Lxx. *Afflictus non aperuit os*. Aut iuxta Symmachum, & Theodotionem, *audiens non aperuit os suum*.

Heb.

sitiẽti: Nõ est species ei, neq; decor: & vidimus eũ, & non erat aspectus, & desiderauimus eum. Despectũ & nouissimũ virorũ virũ dolorũ, & scientem infirmitatẽ, & quasi abscõditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit, & nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. a Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. b Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De

Sept.

b ¶ *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmu. &c.*] Hoc testimoniũ, cum in Actibus Apostol. reginæ Candacis Eunuchus reda veheretur, & legens non intelligeret, interpretante Philippo super passione & nomine Saluatoris, intellexit, & statim baptizatus in agni sanguine, quę legebat, vir meruit appellari, & Apostolus genti Æthiopum missus est. Qui igitur oblatus est Pilato, quia ipse vo-

G Rom.10.c

a ¶ *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.*] Nos, inquit, putauimus eum virum dolorum, Siue iuxta Lxx. esse in dolore, & percussum à Deo, & propria sustinere peccata. Ille autem vulneratus est propter iniquitates nostras, dicens in Psalmo: *Foderunt manus meas, & pedes*, vt suo vulnere, vulnera nostra curaret: *& attritus est*, siue *infirmatus propter scelera nostra* vt factus pro nobis maledictum, nos liberaret de maledicto. *Maledictus* enim *omnis homo qui pendet in ligno*: Vnde disciplina pacis nostræ super eũ est. Quod enim nos pro nostris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinem crucis suæ siue quæ in terra, siue quę in cœlis sunt. *Ipse est* enim *pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitiam in carne sua, & liuore eius sanati sumus*. Ex quo perspicuum est, sicut corpus flagellatum, atque laceratum, signa iniuriæ in vibicibus, ac liuore portabat, ita & animã vere doluisse pro nobis, ne ex parte veritas, & ex parte mendaciũ credatur in Christo: *Omnes*, inquit, *quasi oues errauimus*, & indiguimus misericordia Dei, dicẽtes in Psalmo: *Errraui sicut ouis perdita*: quæ in Euangelii parabola, pastoris, atque soliciti humeris reportata est. Quæ sint autem istæ oues, sequens versus ostendit. *Homo in via sua errauit*, siue *vnusquisque in viam suam declinauit*: vt proprium sequeretur errorem, & rectam viam deserens, de crucifixo diuersa sentiret. *Dominus autem posuit in eo iniquitatem omnium nostrum*, siue tradidit eum pro peccatis nostris: vt quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret, qui oblatus est, quia ipse voluit. Non enim necessitate crucẽ, sed voluntate sustinuit, dicens in Euangelio: *Calicem quem mihi dedit pater, non bibã illum?* Et ad Petrum, qui scandalizabatur ad crucis nomen, quia non nouit mysterium, & humano pauore trepidabat: *Vade retro me Satana, scandalum es mihi*, quia non sapis ea quę Dei sunt, sed quæ hominum. Alioquin si non propria voluntate esset oblatus, qui indicare & prædicere poterat proditorem, & Apostolis loquabatur: *Omnes vos in hac nocte in me scandalum sustinebitis*. Poterat eos qui ad se missi fuerant declinare, quibus occurrit intrepidus, & vltro se obtulit, dicens: *Quem quæritis?* Qui statim ceciderunt retrorsum. Vocem enim præsentis Dei ferre non poterant. Pulchreque addidit: *Et non aperuit os suum*. Qui dicenti Pilato, *Mihi non loqueris?* noluit respondere. Siue iuxta Lxx. *Afflictus non aperuit os*. Aut iuxta Symmachum, & Theodotionem, *audiens non aperuit os suum*.

H Psal 118.v Matt.18.b

Rom. 3.c

Ioan.18.b

Matt.16.d

Marci 14.c

Ioan.18.a

Ibid. 19.b

Ibidem.

Act 8.c

luit,& non reſpondit,vt patibulum pro nobis damnatus aſcenderet. Ipſe ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente obmutuit. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, quem Ioannes Baptiſta monſtrabat, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Qui & in Apocalypſi Ioannis Euangeliſtæ, agnus occiſus ſæpe memoratur. Qui de ſeipſo loquitur, in Hieremia: *Ego autem ſicut agnus innocẽs, & ductus ad victimam neſciebã.* Cum enim neſciret peccatum, pro nobis peccatum factus eſt. Et ſicut agnus cum ducitur ad victimã non repugnat, ſic ille paſſus eſt voluntate: *vt deſtrueret eum qui mortis habebat imperiũ, humilians ſe vſque ad mortem, & mortem crucis.* Hic agnus eſt, in cuius typo immolabatur agnus, cuius cruor linitus in poſtibus, exterminatorem fugabat Ægypti: qui non ſolum ſanguine ſuo nos redemit, ſed & lanis operuit, vt algentes infidelitate, ſua veſte calefaceret, & audiremus Apoſtolum nobis loquentem: *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.* Et in alio loco: *Induimini Chriſto Ieſu.* Quodque ſequitur: De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Siue vt Lxx. tranſtulerunt, ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, id eſt, in humilitate iudicium eius ablatum eſt, illud ſignificat, quod de tribulatione, atque iudicio ad patrem victor aſcenderit: ſiue quod iudex omnium, iudicij non repererit veritatem, ſed abſque vlla culpa, ſeditione Iudæorum, & Pilati voce damnatus ſit. Vnde admiratur Propheta quod omnium Deus ſe tradiderit paſſioni. De quo Paulus loquitur: *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Sequitur: *Generationem eius quis enarrabit?* Quod dupliciter intelligitur: Aut enim de diuinitate eius accipiendum eſt, quod impoſſibile ſit diuinæ natiuitatis noſſe myſteria. De qua ipſe loquitur in Prouerbiis: *Ante omnes colles generauit me.* Iuxta illud quod alibi legimus: *Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* id eſt, nullus. Aut de partu virginis, quod difficulter poſſit exponi. Denique cum Mariæ diceretur ab angelo: *Concipies & paries filium:* Illa reſpondit: Vnde mihi hoc, quia virum non cognoui? Cui rurſum angelus: *Spiritus,* inquit, *ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi:* vt vel ab angelo, vel ab Euangeliſta tantum, natiuitatis huius Sacramenta dicantur. Cuius narrator rariſſimus eſt, ſecundum illud: *Quis ſapiens & intelliget hæc, intelligẽs, & cognoſcet ea?* Sin autem prudens lector tacita cogitatione reſponderit: Et quomodo ſcriptum eſt: *Nemo nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare:* Et qui nouit patrem, & filium, vtique & generationis poteſt enarrare myſterium. Audiat aliud eſſe noſſe, aliud eloqui, quia frequenter quæ mente concipimus, ſermone explicare non poſſumus. Ergo & myſterium diuinæ natiuitatis in corpore, poſſunt ſancti, fide magis noſſe quam dicere. Alioquin & Apoſtolus raptus in tertium cœlum, & in paradiſum, audiuit verba, quæ nequaquam valet humana lingua proferre. Sed & ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Iſtius igitur, cuius generationem, aut nullus, aut rarus enarrare poteſt, ſublata eſt vita de terra, vt nequaquã in terra, ſed in cœlo viueret. Siue abſciſſus eſt de terra viuentiũ, vt impleretur de eo quod ſcriptũ eſt in Apocalypſi Ioãnis: *Ego ſum primus & nouiſſimus: qui viuebã, & ſum mortuus:* & ecce viuo in æternũ: vt poſt vitam, quam vixit in terra, mortuus terræ, cœlis viueret in æternum. Quodque iungitur: Propter ſcelus populi mei percuſſit eos: Siue iuxta Lxx. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον, id eſt, ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortẽ. Duplicem ſenſum habet. Aut enim perſecutores, & ſceleratos populi ſui, ſua morte percuſſit. Aut propter magnitudinem peccatorũ populi, quem ſemper peculiarem habuit, ductus ad mortem eſt: vt illos ad vitam ſua morte reuocaret. Ipſe dedit impios pro ſepultura ſua, & diuitem, pro morte ſua: Siue peſſimos pro ſepultura eius, & diuites, pro morte eius: vtrũque populum ſignificans: vt in malis & peſſimis, qui ante Dei notitiam non habebant, oſtẽdatur gentium multitudo: in diuitibus, quorum erat teſtamentum & legiſlatio, & Prophetæ, Iudaicus populus demonſtretur. Ergo idcirco paſſus eſt Dominus, & ſepultus, vt ex vtroque populo ſibi Eccleſiam congregaret: Siue hoc dicendum, quod ſcribas, & Phariſæos, ac Saducæos, ſacerdotes, & pontifices, qui in populo ante regnabant, & nimiis opibus affluebant, poſt Domini paſſionem Romanis tradiderit Deus, & æternę ſubiecerit ſeruituti. Iſte pro cuius ſepultura & morte, impii: diuiteſque ſunt traditi, iniquitatem non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quod de nullo penitus hominum intelligi poteſt: vt nec opere, nec ſermone peccauerit (dicente ſcriptura: *Nemo mundus à ſordibus, nec ſi vnius quidem diei fuerit vita eius:* & *omnes ſicut oues erauimus, vnuſquiſque in viam ſuã declinauit*) niſi de illo, qui peccata noſtra portauit, & pro nobis dolet, & vulneratus eſt pro iniquitatibus noſtris: & afflictus eſt propter ſcelera noſtra: *cuius liuore ſanati ſumus:* Super quo & princeps Apoſtolorum Petrus hoc teſtimonium ediſſerẽs, ait: *In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore ipſius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur.* Dominus autem voluit mundare eum à plaga, quam lancea militis percuſſus acceperat. Siue conterere eum in infirmitate, ac vulnere. De quo & ipſe dicebat, *quoniam quem tu percuſiſti, ipſi perſecuti ſunt:* Et per Zachariam loquitur Deus: *Percutiam paſtorem, & oues diſpergentur.* Ergo vt pateretur non fuit neceſſitatis, ſed voluntatis patris & ſuæ, ad quem ipſe dicebãt: *Deus, vt faceremvolũtatem tuam, voluit:* De quo & ſupra legimus: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.*

a ℣ *Si poſuerit pro peccato, &c.*] Iuxta Hebraicum hic ſenſus eſt: Si poſuerit pro peccato animam ſuam ille, quem dominus conterere voluit, ſiue mundare, videbit ſemen longeuum, quod ſeminauit in bona terra. De quo in Euangelio ſcriptum eſt: *Exiuit qui ſeminat ſeminare.* Et iterum: *Simile eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.* Et volũtas Domini in manu illius dirigetur: vt quicquid pater voluit, illius virtutibus impleatur, dicẽtis ad patrem: *Ego ſeruaui eos in nomine tuo, quos dediſti mihi. Cuſtodiui, & nemo ex his periit, niſi filius perditionis.* Semen autem videbit æternũ, & voluntas patris in manu illius dirigetur. Quia laborauit anima eius multo tempore, requieni non inueniens in Iudæis, & dicens in Euangelio: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli, nidos: filius autem hominis nõ habet vbi caput reclinet.* Et in hoc eodem propheta: *Laboraui ſuſtinens.* Quia igitur laborauit, videbit Eccleſias in toto orbe cõſurgere, & earũ ſaturabitur fide. Deniq; cum eſuriẽs & ſitiẽs ſederet ſuper puteũ Iacob, mediũ diem ſole torrente, emptis cibis vti noluit quia iam Samaritanæ, & exeuntis ad eum ciuitatis Sichem fide ſatiatus erat. Iuxta quem ſenſum dicit inter octo beatitudines: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã.* In ſcientia ſua, id eſt, in doctrina, ipſe iuſtus (qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius: & ſeruus patris, qui formam ſerui acceperat, & domini ſeruierat voluntati) multos iuſtificabit de toto orbe credentes. Et iniquitates eorum ipſe portabit: quas illi portare non poterant, & quarum pondere opprimebantur. Iuxta Lxx. hoc dicitur: O vos, propter quorum peccata filius Dei eſt ductus ad mortem: qui peſſimi, & in malo diuites, dati eſtis pro ſepultura, & morte eius, ſi volueritis agere pœnitentiam, & pro peccatis veſtris offerre *ſacrificium* placens *Deo, ſpiritum contribulatum*: videbit anima veſtra ſemen longi temporis, ipſum Dominum Saluatorem. De quo in octogeſimo octauo pſalmo canitur: *Semen eius in æternum permanet, & thronus illius ſicut ſol in conſpectu meo.* Et iterum: *Ponam in ſeculum ſæculi ſemen eius, & thronum illius ſicut dies cœli.* Quod aliis verbis ad virginem Gabrielem loquitur: *Ecce concipies in vtero, & paries, qui filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus thronum Dauid patris ſui, & regnabit ſuper domum Iacob in ſempiternum, & regni eius non erit finis.* Vult enim dominus auferre de dolore animam eius, qui dixerat: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem:* vt crucis cõtumelia, reſurrectionis gloria tẽperetur. Et oſtendere ei lucẽ, vt omnes per ſe videat illuminatos. Et formare intelligentia, ſubauditur eum, ſuper quẽ deſcẽderit ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: Et iuſtificare iuſtũ, qui bene multis ſeruierit. *Non enim venit, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret:* in Petri pedibus, cunctorũ Apoſtolorum peccata abluens: Qui *apparuit in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu.* De quo & Iudas proditor confiterur: *Peccaui, tradẽs ſanguinem iuſtum.* Et vxor Pilati: *Nihil tibi ſit, & iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter eum.* Et notandum quod non iuſtificatus ſit (vt de iniquo iuſtus fieret.) Sed iuſtus iuſtificatur, non vt inciperet eſſe quod non erat, ſed vt quod erat omnibus appareret. Iſte iuſtus pro iniquis paſſus eſt, vt omnes nos offerret Deo. De quo dicitur ad Iudæos: *Et negaſtis ſanctum & iuſtum, & petiſtis vt vir homicida donaretur vobis.* Et *peccata*, inquit, *eorum ipſe portauit*, quaſi medicus languores ægrotantium: quo ſani non indigent, ſed hi qui male ſe habent.

a ¶ *Ideo diſpertiam ei plurimos, &c.*] Cauſas reddit cur poſt paſſionem multa Chriſtus præmia conſequatur. Quia, inquit, paſſus eſt, & fecit omnia quæ præteritus ſermo deſcripſit, & iniquitates multorum ipſe portauit: Propterea diuidam ei plurimos, vt pro parte, domini Iacob, & funiculo hæreditatis illius Iſrael, credant in eum de Oriente, & Occidente venientes, & recũbant in regno Dei, cum Abraham, Iſaac, & Iacob, Impleto illo quod ſcriptũ eſt: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ.* De quo & in hoc eodem Propheta legitur. *Erit radix Ieſſe, & qui reſurget, vt principetur gentium, in ipſo gentes ſperabunt.* Iſti autem plurimi quondam à fortibus tenebantur, & ſub ſpecie aſinæ, & pulli, multos habebant dominos, quibus dixerunt Apoſtoli: *Dominus eos neceſſarios habet.* Qui fortes erant antequã Chriſtus humanum corpus aſſumeret, & forte ſuperato, diriperet domum eius. Prædam ergo fortium Apoſtolis ſuis tradidit, atque diuiſit, vt Petrus, Iacobus, & Ioannes circumciſi populi principes fierent, & Paulus, & Barnabas mitterentur ad gentes, locis non animo ſeparati, & ſub vno domino *in* diuerſa ſtarent acie, vt agminis vtriuſque victoria, triumphum erigerent Saluatori. Ex quo qui diſpenſatoriam inter Petrum, & Paulum contentionem, vere dicunt iurgium fuiſſe, atque certamen, vt blaſphemanti Porphyrio ſatisfaciant; & veteris legis cerimonias in Eccleſia Chriſti, à ſtirpe credentis Iſrael aſſerunt eſſe ſeruandas, debent & aureã in mille annis expectare Hieruſalem: vt victimas immolent, & circumcidantur: vt in ſabbatho ſedeant, dormiant, ſaturentur, inebrientur, & ſurgant ludere, qui ludus offendit Deum. Hoc diximus propter id quod nunc prophetatur. *Et fortium diuidet ſpolia.* Iuxta illud quod in alio loco ſcriptum eſt: *Cum diuideret cœleſtis reges in ea.* Et iterum: *Rex virtutum dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia.* Deniq; ſuper Paulo Apoſtolo, qui de tribu Bẽiamin erat, iuxta Hebraicum dicitur: *Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & ad veſperum diuidet ſpolia.* De quibus & ante iam diximus: *Lætabuntur in conſpectu tuo, ſicut qui lætantur in meſſe, & ſicut qui diuidunt ſpolia;* in toto orbe ſibi Chriſti Eccleſias diuidentes. Propterea autem accipiet gentes plurimas, qui venit prædicare captiuis remiſſionem, & captiuã prius à diabolo, atque dæmonibus duxit captiuitatem, & dedit eam dono hominibus, atque credẽtibus: quia *tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis ſiue iniquis reputatus eſt.* Si enim Apoſtolus eius his, qui erant ſine lege factus eſt quaſi ſine lege (cum non eſſet ſine lege, ſed eſſet in lege Chriſti) quare non & Chriſtus cum iniquis reputatus ſit, vt iniquos redimeret à peccato, & omnibus omnia fieret, vt omnes ſaluos faceret? Peccata enim noſtra portauit in corpore ſuo, ligno crucis affigẽs ea, vt deleret chirographum, quod diabolo & angelis illius feceramus, ſcriptum manibus animæ, id eſt, operibus eius. De quibus Paulus Apoſtolus loquitur: *Et vos cum eſſetis mortui in peccatis, & in deſideriis carnis, viuere fecit cum Chriſto, donans nobis omnia peccata, Et delens quod aduerſum nos erat chirographum, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, ſpolians principatus, & poteſtates debonеſtauit, cõfidenter triumphans de eis.* Iniquos autem, cum quibus reputatus eſt, Marcus Euangeliſta latrones intelligit, ſcribens: *Et crucifixerunt cum eo duos latrones, vnum à dexteris, & alterum à ſiniſtris. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit. Et cum iniquis reputatus eſt.* Quod & altius intelligi poteſt, dicente de ſemetipſo domino: *Reputatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.* Vere enim reputatus eſt inter peccatores & iniquos, vt deſcenderet ad infernum, qui in multis ſcripturarum locis vocatur lacus, & vinctos in carcere liberaret. *Qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Tantæque clementiæ fuit, vt pro tranſgreſſoribus, imo pro perſecutoribus ſuis rogaret in cruce, & diceret: *Pater ignoſce illis: quod enim faciunt, neſciunt.*

Commentarij Decimiquarti in Eſaiam Prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVMDECIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

CRebro Eustochium dixisse me noui, Apostolos & Euangelistas vbicunque de veteri instrumento ponunt testimonia, si inter Hebraicum, & Lxx. nulla diuersitas sit, vel suis, vel Lxx. interpretum verbis vti solitos. Sin autem, aliter in Hebraico, aliter in veteri editione sensus est: Hebraicum magis quam Lxx. interpretes sequi. Denique, vt nos multa ostendimus posuisse eos ex Hebræo, quæ in Lxx. non habentur, sic æmuli nostri doceant assumpta aliqua de Lxx. testimonia, quæ non sint in Hebræorum libris, & finita contentio est. Hoc diximus, quia præsens Capitulum cum in sensu vnum sit, in verbis discrepat. Acuius explanationeQuintus post Decimum in Esaiam Liber incipit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER QVINTVSDECIMVS.

CAP. LIV.

HEB. *LAuda sterilis quæ non paris, decãta laudẽ, & hinni quæ non parturiebas: quoniam plures filii dissertæ magis quam eius quæ habebat virum, dicit dominus.* [b] *Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas longos fac funiculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dexterã enim & ad leuã penetrabis, & semẽ tuum gẽtes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.* [a] *Noli timere, quia nõ cõfũderis, neq; erubescas: non enim te pudebit, quia confusionis adolescẽtiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, dominꝰ exercituũ nomẽ eius, & redẽptor tuus sanctus Israel, Deꝰ omnis terræ vocabitur.* [b] *Quia vt mulierem derelictam, & merentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescẽtia abiectã, dixit*

SEPT. *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia plures filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles aulæorũ tuorũ fige, ne parcas. Protẽde funiculos, & clauos tuos cõforta: adhuc in dextris, & in sinistris dilata de sapientia Dei dicitur, cui nihil pretiosum comparari potest, quod in dextera suauitæ habeat longitudinem, & annos plurimos: in sinistra autẽ diuitias, & gloriam: Vt diuitiæ illæ accipiãtur, quæ in præsenti scientia sunt, & bonis operibus: Et gloria, quam accipitis, per cuius opera Deus glorificatur in gentibus: Longitudo autem vitæ, & anni plurimi, æternam vitam significent: quæ præsentia negligens, ad futura festinat.*

a ¶ *Noli timere, quia non confunderis, &c.*] Oritur quæstio, quo modo si ad Ecclesiam dicitur de gẽtibus congregratã: *Lætare sterilis, quæ non paris: & plures filij desertæ magis quam eius quæ habet virũ* (quod scilicet virum non habuerit, quæ postea plures fecit filios, & illa in sterilitatem versa sit, quæ prius habebat virum) quo modo nũc dicatur ad eam quæ virum non habuit: Viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius, & confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris. Ex quo intelligi volunt Iudæi, omnia quæ dicuntur, dici ad Hierusalem, quæ deserta à Deo, rursum ab eo instauranda sit. Qui facile repellẽtur, cum admoniti fuerint dici ex persona domini in Zacharia? *Et assũpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem, & altera vocaui funiculum, & paui gregem.* De quo in suo loco plenius diximus, & nunc ex parte dicetur: Duas virgas, vtrumque esse populum, gentiũ & Iudæorum: quorum prior vocata sit turba gentilium, quę accepit naturalem legem fixam in cordibus suis: de qua Paulus scribens ad Romanos, fortissimè disputat: qua virga nihil pulchrius est: vt omnis creatura æqualiter vocetur ad cultum creatoris sui. Secunda autem, id est, populi Iudæorum appellata est funiculus, quæ post offensam gentium, vocatur pars domini, & funiculus hæreditatis eius Israel. Denique postquam in Abrahã vocatus est Israel, dicit Dominus: *Tuli virgam meã, quæ vocabatur decus, & abscidi eam, vt irritum facerẽ fœdus meũ, quod percussi cum omnibus gentibus.* Ergo in aduentum Christi dicitur ad virgam, quæ abscissa fuerat: Noli timere, nec erubescas, neque ora pudore suffundas. Nequaquam enim vltra confunderis, vt prius confusa fueras, nec confusionis adolescentiæ tuæ memor eris, & viduitatis tuæ non recordaberis, per quam relicta es à Deo: quia factor tuus ipse dominabitur tui, cuius nomen omnipotens est: qui regnat, non in vna gente Iudæa, sed in vniuerso orbe terrarum. Denique sequitur: Qui te fecerat, ipse te redemit sanguine suo, & Deus omnis terræ vocabitur: pro eo quod est omnium, qui morantur in terra. Ex quo perspicuè patet, nequaquam dici ad Hierusalem, quæ nunquam in toto orbe dominata est, sed ad Ecclesiam Christi, cuius hæreditas, mundi possessio est.

b ¶ *Quia vt mulierem derelictã, &c.*] Hi amici Iudæorum vilificant mulierem derelictam, & vxorem ab adolescentia abiectam, quam ad punctum, & ad modicum dereliquit dominus, Hierusalem esse, dicentes. Qui abscondens parũ per faciem suam, susceperit eam in misericordiis sempiternis, & dolorem præteritum, gaudio commutarit. Hoc iuxta Hebraicum. Porro iuxta Lxx. non eam dicit quasi derelictam mulierem, & pusillanimem vocatam à domino, neque sicut vxorem quæ ab adolescentia odio habita sit. Sed idcirco se eam ad modicum reliquisse, & auertisse faciam suam, vt misereatur illius in æternum. Si ergo Iudæi & nostri Iudaizantes, dicunt Israel ad modicum derelictum, vt in aduentu Christi eius misereatur Deus, & modicum, interpretantur ad comparationem totius æternitatis: cur & nobis non concedunt modicum dicere tempus, quo gentes sunt derelictæ: vt abiectæ in medio, quæ in sunt, iuxta Hebræi sermonis ambiguitatẽ, quo & Sabbathum significatur & plures. De quo in Hebraicum quæstionum libro, quem in Genesim scripsimus, plenius dictum est. Hæc ergo, quæ quamdiu virum habebat Deum, sermonemque diuinum, & legi iuncta erat, generabat Deo plurimos filios: quoniã autẽ accepit libellum repudii, & vocanti viro noluit respondere, audiuit: *Filia matris tuæ tues, quæ dereliquisti virũ tuũ.* Et iterũ: *Non vt dominum me vocasti, neque vt patrem & principem virginitatis tuæ.* Propterea in hoc eodẽ propheta plãgitur: *Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis Siõ plena iudicij: in qua iustitia dormiuit in ea, nunc autem latrones.* Sed & hoc notandum, quod quando dicit: *Plures filiæ desertæ, magis quam eius quæ habet virum*, non penitus synagoga excludatur à partu, sed multitudo ei gentium præferatur, & ipsa enim in Apostolis, & per Apostolos, primum populum genuit de Iudæis. Vnde duo Apostolorum principes, agmina sibi credentium in Christo, circumcisionis & gentium diuiserunt: vt ex vtroque populo desertam prius, atque pauperculam ædificarent Hierusalem. Quod autem Hebraicum pro lætitia, hinnitum posuit, gaudij significat magnitudinem, in similitudinem hinnientis equi ad victoriam. De quo in Iob plenius scribitur. Hunc locum, & cætera quæ sequuntur Iudæi, & nostri Iudaizantes ad Hierusalem referunt, quam dicunt in mille annorum regno instaurandam, & eandem esse quæ prius habuit virum, & postea habere desierit: multoq; plures habitura sit filios post repudiũ, quã prius habuit sub viro. Cum perspicue duarum mulierũ ponatur comparatio, eius quæ virum habuit, & dimissa est, & eius quæ semper deserta, & absque viro fuit. Nec mirandum de Iudæis, quorum oculi, auresque sunt clausæ, si apertam non videant veritatem. De Christianis quid loquar, nescio: qui dicente Apostolo, quæ sunt allegorica, & ad duo testamenta, vetus & nouum, Saram, Agarque referente, Iudæis tradunt manus, terrenarum in mille annis desiderio voluptatum.

b ¶ *Dilata locum tentorij, &c.*] Cui dixerat: *Lauda sterilis quæ non paris*: rumpe vincula, quib. prius tenebaris astricta, & clama

&clama in confessionem domini, quæ liberos non habebas. Nunc eidem præcipit in similitudinem tabernaculi Moysi, quod quondã habuit in deserto, vt dilatet tentorium suum, pellesque distentet, & funiculos faciat longiores, & clauos, quibus firmatur omne tentorium, in altum defigat, & roboret, ne ventorũ flatibus dissipetur. Ad dexterãque penetret, & sinistram, & nequaquã Iudaici tabernaculi imitetur angustias: quod centũ longitudinis cubitorum & quinquaginta latitudinis ambiebat: nec templi breuitate claudatur, quod sexaginta cubita habebat in lõgum, & viginti in latũ. Sed ad dexterã, & ad sinistrã locũ capere ne cesset. Ac ne putemꝰ hoc iuxta friuolã Hebr contentionẽ dici de Sion, quæ in antiquũ statum à domino restituenda sit, ponit manifestius quod latebat: Et semen tuum gentes hæreditabit. De quo & in Euangelio legimus: *Egressus est qui seminat seminare.* Et iterum: *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* Quod semen etiam ciuitates desertas faciat inhabitari, vt Ecclesiæ gentium in toto orbe cõsurgant. Vel certè semen dicendum est Apostolorum, & Iudaici populi reliquiæ. De quo in hoc eodem propheta dicitur: *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus.* Et Apostolus: *Reliquiæ*, ait, *saluæ factæ sunt.* Hoc de Ecclesiarũ magnitudine, quæ pro vno Iudææ loco, & ipso angustissimo, in toto orbe terrarum, suos terminos dilatabunt. Veniamus ad intelligentiã spiritualem. Qui in tabernaculo est, firmam atque perpetuam non possidet mansionẽ, sed semper mutat loca, & ad vlteriora festinat, dicens in psalmo: *Pertransibo in locũ tabernaculi admirabilis*: præteritorũ obliuiscens, & in futurũ se extendẽs, donec perueniat ad brauiũ supernæ vocationis. De hoc tabernaculo & in alio loco legimus: *Quã dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.* Postque infert: *Beati qui habitant in domo tua: in sæcula sæculorum laudabunt te.* Finis enim tabernaculorum, æternæ domus possessio est: quæ fundamenta non mutat, nec transfertur de alio in alium locum. Qui enim plãtati in domo sunt domini, prius in atriis illius effloruerunt: vt de floribus ad frugem veniant, possintque dicere: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei.* Denique vir sanctus tabernacula præterire festinans, & domum Dei videre desiderans, vnum votum habere se dicit, vt numquam de domo Dei exeat. *Vnum petiui à domino, hoc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.* Dilatandum est ergo tabernaculum, & aulea pellesque tendendæ, & funiculi multiplicium, variorumque sermonum longius producendi, & claui ratione firmandi, in dextris & sinistris: vt semen sermonis, id est, doctrinæ Dei, gentes valeat possidere, & ciuitates habitabiles facere, quas accepit qui minam duplicauerat. Dextera autem & sinistra in scripturis sanctis, tunc in bonam partẽ accipitur, quando eas, & iuxta spiritum intelligimus, & iuxta literam per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris: vt & humilior intelligentia, vitæ teneat institutionẽ, exemplaq; maiorum, & spiritualis, atque sublimis de præsentibus nos transferat ad futura. Hoc est, quod & Dominus Pharisæis interrogantibus loquebatur: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*: vt & potestatibus istius sæculi subiiciamur: quæ non iniuste tenent gladium in vindictam eorum, qui male egerunt (quæ sinistra intelligitur) & Deo reddamus quæ Dei sunt: vt nullum alium timeamus, nisi eum, qui & animæ habet & corporis potestatem, (quod in dextera accipitur.) Denique

HEB. *netrabis, & semẽ tuum gẽtes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.* [a] *Noli timere, quia nõ cõfũderis, neq; erubescas: non enim te pudebit, quia confusionis adolescẽtiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, dominꝰ exercituũ nomẽ eius, & redẽptor tuus sanctus Israel, Deꝰ omnis terræ vocabitur.* [b] *Quia vt mulierem derelictam, & merentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescẽtia abiectã, dixit*

SEPT. *dilata, & semen tuũ possidebit gentes, & ciuitates desertas habitare facies. Noli timere, quia confusa es, neq; confundaris, quia exprobratum tibi est: confusionem enim æternam obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ memor non eris: Quia dominus qui fecit te, dominus sabaoth nomen ei: & qui eruit te, Deus Israel, omnis terræ vocabitur. Non vt mulierem derelictam, & pusillanimem vocauit te dominus, neque vt mulierem quæ ab adolescentia odiosa est, dixit*

Exod.36.c
Ibid.v.7 b
3.Reg 6.a
Matt.13.d
Ibid.
Esai.1.a
Rom 9.sf 11.a
Psal.41.a
Ibid.83.a
Ibid.
Psal. 51.b
Ibid.19.b
Luc.19.b
2.Cor.6.b
Matt.22 b
Rom.13.a
Matt.10.d
Pron.3.b
Zacha.11.b
Deut 22.b
Zach.11.c
Rom.1 c
Sup.53.f
Gal 4.d
Ibidem.
Gen.21.b
Sup.36.a
Hier.15.b
Sec. Lxx.
3.Reg 2.a
Esai.122.a
Hier.3.b
Sec. lxx.
Esai.1.c
Gal.2. b
Iob.35.
Gal.4. b

A adolescentia sua Dei fuerant, postea in senectute æternam misericordiam consequantur. Præsertim cum in vocatione temporis Israel, nunquã exclusa sit turba gẽtilium, sed semper eis per proselytos ianua patuerit reuertendi: Vt sicut nos illorũ vocatione parumper videmur excluſi, ſic illorum exclusione perpetua, nobis ad Deum reditus cõcedatur. Perpetuã autẽ exclusionem diximus, ſi non egerint pœnitentiã. Alioquin Paulus Apostolus dicit: *Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnib. misereatur.* Quæ nos de Ecclesia ex vtroq; populo cõgregata, interpretati sumus, & Iudæi de Hierusalẽ accipiunt: Qui solã tropologiã sequuntur, & in locis difficillimis liberæ disputationis ex cursu, nascentes fugiũt quæstiones, adanimã referũt peccatricem, quę abiecta à Deo sit, non ob odium, sed ob dispensationem: vt malorum pressa pondere, reuertatur ad virum suum pristinũ, & perdita substãtia, de patris clemẽtia non desperet. An non est grandis misericordia occurrere filio reuertenti, anulum, & stolam, osculumq; porrigere: & inuidenti fratri, iuxta alterius parabolæ similitudinem dicere: Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam?

a ¶ *Sicut in diebus Noe, &c.*] Vt credat sanctorum congregatio misericordiam domini sempiternam, & ideo ad punctũ, & breue eos esse desertos vt in amicitiam Dei, æterno fœdere iungerentur, ponit exempla maiorum, dicens: Quomodo vniuerso orbe peccante, postquam corrupit omnis terra viam domini, inductum est diluuium, & cum auctoribus cunctis, peccatorum cuncta peccata deleta sunt, & in vno homine Noe humanũ seruatum est genus: Cui iurauit nequaquam terris inducendum esse diluuium: & sponsio mea hucusq; seruata est, nec vnquam irrita fiet. Sic iuro Ecclesiæ meæ, quam mihi redemi sanguine meo, nequaquã me iratum fore his, quorum misertus sum, nec meam clementiam vlla increpationis duritia cõmutandam. Facilius enim montes mouebuntur, & colles, quam mea sententia cõmutabitur. Iuxta quod & in Euangelio loquitur: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Hæc est autem, inquit, misericordia mea: vt fœdus pacis, quo mihi reconciliatus est mundus, non merito eorum, quibus datũ est, sed mea clementia conseruetur. Iuxta Lxx. confusus est sensus, & sic turbata sunt omnia, vt quid dicatur, difficile possit intelligi, non quo ignorem quid in hoc capitulo vir prudentissimus dixerit, sed quo non satisfaciat animo meo. Ponit enim tropologicum diluuium, quod interpretatur in baptismo Saluatoris, congerens exempla quamplurima, vt est illud: *Dominus diluuium inhabitare facit*: Et iterum: *Suauis Dominus expectantibus se in die tribulationis, & sciens timentes, & in diluuio itineris consummationem faciet*: quod scilicet vniuersa peccata in baptismo deleuerit, dicens in alio loco: *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti erant.* Non erat qui faceret misericordiam, nec veritatem, neque erat scientia Dei super terram. *Maledicllio, & mendacium, & homicidium, & adulterium, & furtum*, cuncta occupauerant, & sanguinem sanguini miscuerant. Vnde loquitur per Propheram: Heu mihi, quia periit reuertens à terra. Non est qui faciat rectum in hominibus, omnes in sanguine iudicantur. Vnusquisque proximum suum tribulat tribulatione, & ad malum manus suas præparant, & cætera his similia. E quibus illud est: *Nemo mundus à sorde, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius super terram.* Vnde dominum fecisse diluuium, qui iuxta Apostolum Petrum, occisus est carne, viuificatus spiritu, & prædicauit spiritibus in carcere constitutis, quando Dei patientia expectabat in diebus Noe, diluuiũ impiis inferens. In cuius exemplum aqua nos mundat, non sordes carnis abluens, sed bonæ cõscientiæ interrogatio in Deum. Montes autem & colles, qui non commoueantur, & in huiuscemodi diluuio permoti fuerant, sanctos vult intelligi, accepto fœdere sempiterno, qui in priore diluuio mori fuerant, & suam reliquerant firmitatem. Dicit mõtes, & dæmones, & aduersarias potestates, qui viderunt *filias hominum, quod essent bonæ*, & amoris iaculo vulnerati, sumpserũt sibi vxores ex omnibus, quas elegerunt, & perdiderũt fortitudinem pristinam, & nequaquam in hoc diluuio sunt futuri. Hoc ille dixerit, cuius explanationem lectoris arbitrio derelinquo.

b ¶ *Paupercula, &c.*] Vbi nos diximus: Sternam per ordinem lapides tuos, in Hebraico scriptũ est [a] בפוך אבניך: quod omnes præter Lxx. similiter transtulerunt: Sternam in stibio lapides tuos, in similitudinem comptæ mulieris, quæ oculos pingit stibio, vt pulchritudiné significet ciuitatis. Et vbi nos iaspidem, sequentes Lxx. diximus, in Hebraico scriptũ habet [b] כדכוד, quod solus Symmachus χαρχηδόνιον trãstulit. Pro crystallo quoque in cuius loco apud Hebræos [c] אקדח legitur, Symmachus, & Theodotio, γλυφὶς, id est, sculpturæ: Aquila πρυασπισμὸν posuit quod verbum foratarum, cælaturamque gemmarum sensum sonat. De diuersitate translationis diximus: Veniamus ad sensum. Adhuc loquitur ad Ecclesiam, humilem prius, atque pauperculam, quæ non habet legem, nec Prophetas, nec sermonem Dei, & tempestate conuulsam, siue instabilem: qui multos sæculi turbines sustinuerat, & inter varios idolorum fluctuabat errores: qui nullum habuit consolatorem, & frustra omnem substantiam suam in medicis perdidit: quod ipse veniat, ipse descendat, & ædificet in terris cœlestem Hierusalem: quæ in Apocalypsi Ioannis vocatur sponsa, & vxor agni, habens lumen simile lapidis pretiosi, sicut iaspidis, & crystalli, & murum magnum, & portas duodecim inscriptas nominibus tribuũ Israel: quarum tres erant ab Oriente, & tres ab Aquilone, & tres ab Austro, & tres ab occasu solis: murusque fultus duodecim fundamentis, cuius omnis ædificatio ex lapide iaspide, & singula fundamenta murorum habebant singulos lapides: primum, iaspidem: secundum, sapphirum: tertium, chalcedonium: quartum, smaragdum: quintum, sardonicem: sextum, sardium: septimum, chrysolitum: octauũ, berillum: nonum, topazium: decimum, Chrysopasum: vndecimum, hiacynthum duodecimum, amethistum: quod legentes, exclamamus illud, & dicimus: *O profundum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*? *Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit*? Et iterum: *Quis sapiens, & intelliget hæc intelligens, & cognoscet ea*? Respondeant amatores tantum occidentis literæ, & in mille annis exquisitos cibos gulæ, ac luxuriæ præparantes (*quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum*: Qui post secundum in gloria Saluatoris aduentum sperant, nuptias, & paruulos centum annorum, & circumcisionis iniuriam, & victimarum

Hebr.
dixit Deus tuus. Ad pũctũ in modico derelinqui te, & in miserationib. magnis cõgregabo te. In momẽto indignationis abscõdi faciem meã parũper à te, & in misericordia sẽpiterna miserebor tui, dixit redẽptor tuus dominus. [a] Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerẽ aquas Noe vltra super terrã, sic iuraui, vt non irascar tibi, & nõ increpẽ te. Mõtes enim cõmouebũtur, & colles cõtremiscẽt: misericordia autẽ mea nõ recedat à te, & fœdus pacis meæ nõ mouebitur, dixit miserator tuus dominus. [b] Paupercula, tempestate conuulsa absque cõsolatione. Ecce ego sternam per ordine lapides tuos & fundamenta

Sept.
dixit Deus tuus: Tempore modico reliqui te & cum misericordia magna miserebor tui. In furore paruo auerti faciem meã à te, & in misericordia sẽpiterna miserebor tui, dixit qui eruit te dominꝰ. Ab aqua quæ fuit sub Noe hoc mihi est, sicut iuraui ei in tempore illo, terrã nequaquam vltra irasci super te, neque increpare tui. In commutatione tua montes trãsferre, neque colles tui transferentur. Sic nec misericordia mea deficiet, nec testamentum pacis meæ auferetur, dixit propitius tui dominus. Humilis, & instabilis absque cõsolatione. Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta

Gal. 3. d
Rom. 11. d

Luc. 15. c

Matt. 20. b

Gen. 6. b

B

Gen. 8. d & 9. d

Matt. 24. c

Psal. 28. b
Nahum 1. b
Sec. lxx.

Sup. 43. a
Psal. 13. a
Osee 4. a

Mich. 7. a
Sec. lxx.

Gen. 6. d

C
Iob. 15. b
Sec. lxx.
1. Pet. 3. b

a Bap. pouce abannaich

b Cadcod

c ckda

D

טערה

Luc. 8. f

Apoc. 21.

Rom. 11. d
Osee 14. e

Phil. 3. b

E 1. Cor. 15. a rum sanguinem, & perpetuum sabbathum: qui dicunt cum Israel in peruersum modum: *Manducemus, & bibamus, cras enim regnabimus*:) quæ sit ista cœlestis Hierusalem, cui nunc dicitur: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.* Siue iuxta Lxx. ἰδοὺ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, id est, *Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum*: vt tota ciuitas sit plena carbunculis, & habeat fundamẽta sapphirina, & propugnacula, iaspidẽ, siue chalcedonium, & portas crystallinas, siue anaglyphas, & murũ in circuitu pretiosorum lapidum: omnesque filij eius non habeant magistros homines, sed Deum, & appellentur discipuli Dei: & sit in ea pax perpetua, & ædificatio iustitiæ: Ex quo perspicuum est sub occasione iustitiæ, quod virtutis est nomen, etiam cæteras virtutes in ædificationem ecclesiæ debere nos quærere, nec Iudaica deliramenta sectari: Exponant enim quid sit illud quod in Prouerbiis de sapientia dicitur: *pretiosior est cunctis lapidibus pretiosissimis.* Si enim Christus Dei virtus & Dei sapientia est, stultum est Christum insensibilibus lapidibus comparari. Rursumq; de iudiciis Dei legimus, Iudicia domini recta, iustificata in semetipsa: *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.* Ex quo palam est illum lapidem ceteris lapidibus comparari, de quo supra in hoc eodem propheta ex persona Dei dicitur: *Ecce imittam in fundamenta Sion lapidem angularem, lapidem electum, pretiosum, & qui crediderit in eo non confundetur.* Hunc lapidem reprobauerunt ædificantes, scribæ videlicet & pharisæi, & principes Iudæorum: qui *factus est in caput anguli.* De quo & Apostolus Petrus disputans ait: *Nobis ergo honor qui credimus*, angulari & pretioso electoque lapidi. Incredulis autem est *lapis offensionis & petra scandali.* Qui & in Actibus Apostolorum ad principes loquitur sacerdotum: Iste est lapis electus, pretiosus, quem vos despexistis reprobantes: qui factus est in caput anguli, & duos populos continet, gentium & Israel: Qui ædificauit ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus est: de qua & Apostolus scribit Corinthiis: *Dei ædificatio estis*: & quasi architectus sapiens fundamentum posui, alius superædificat. *Vnusquisque autem videat quomodo ædificet. Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter eum qui positus est, Iesum Christum.* Si quis autẽ super fũdamentum hoc ædificat aurum, argentum, & lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulã: vniuscuiusque opus manifestũ erit. De hoc fundamento & in epistola altera loquitur: *Ædificati super fundamẽtum Apostolorũ & Prophetarũ, ipso angulari lapide Iesu Christo.* Et iterũ: *In quib⁹ omnes ædificamini, lapides viuẽtes in sacerdotium sanctum, offerre spirituales victimas.* De his lapidibus mystice dicitur: Lapides sancti voluuntur super terram. E quibus ædificat Christus ecclesiam super petrã, dicens in euangelio: *Super hanc petram ædificabo ecclesiã meam.* Quã ciuitatem qui meruerit intrare, gaudens loquitur in domino: *Sicut audiuimus ita vidimꝰ in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.* Super conditore huius ciuitatis, & in alio loco dicitur: *Hic ædificabit ciuitatem meam, & reducet captiuitatem populi mei.* De natura autem duodecim lapidum atque gemmarum, non est huius temporis dicere, cum & Græcorum plurimi scripserint & Latinorum. E quibus duos tantum nominabo, virum sanctæ & venerabilis memoriæ Episcopum Epiphanium: qui insigne nobis ingenij & eruditionis suæ reliquit Volumen, quod inscripsit περὶ λίθων, Et Plinium Secundum, eundem apud Latinos oratorem & philosophum: qui in Opere pulcherrimo naturalis historiæ tricesimumseptimum librum, qui & extremus est, lapidum atque gemmarum disputatione compleuit. Hi duodecim lapides scribuntur per ordinem in Exodo & in Ezechiele, id est, ἐν τῷ λογείῳ pontificis, & in corona, atque diademate principis Tyri. Dicamus primum de Exodo:

Hebr.
fundabo te in sapphiris: & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios tuos doctos à domino, & multitudinem pacis filiis tuis,

Sept.
menta tua sapphirum: & ponam propugnacula tua iaspin, & portas tuas lapides crystalli, & muros tuos lapides electos, & omnes filios tuos discipulos Dei: & multa pax erit filiis tuis, & in iustitia ædificaberis. Recede ab iniquo, & non timebis, & tremor non appro-

Quatuor ordines intexti erant lapidum. Ordo primus habuit lapidem sardium, topazium, smaragdum. Ordo secundus, carbunculum, sapphirum, iaspidem. Ordo tertius, lyncurium, achatem, amethistum. Ordo quartus, chrysolitum, berillum, onychinum auro circundatos, & inscripti erant ex nominibus duodecim tribuum filiorum Israel. In quo notandum, quod secundus ordo lapidum etiam in præsenti scriptura sit positus, carbunculus, sapphyrus, & iaspis. Necdum enim perfecta retinemus, nec ad prima peruenimus: quia nunc per speculum videmus in ænigmate. Porro in Ezechiele sic scriptum reperimus: *Tu es signaculum similitudinis & corona decoris, in deliciis paradisi Dei fuisti. Omni lapide primo indutus es, sardio, topazio, & smaragdo: carbunculo & sapphiro & iaspide: argento quoque & auro, & lyncurio, & achate, & amethisto, & chrysolito, & berillo, & onychino: auoque repleti thesauros tuos, & apothecas tuas in te. A qua die conditus es, cum Cherubim posui te in monte sancto meo: fuisti in medio lapidum ignitorum, immæculatus in diebus tuis, ex quo conditus es, donec inuentæ sunt in te iniquitates tuæ.* Quis enim tam stultus & vecordis ingenij, vt in paradiso Dei, positum principem Tyri (quemcumque illum esse crediderit) & conditum inter Cherubim, & inter igneos lapides conuersatum (quos haud dubie angelos intelligimus, cœlestesque virtutes) putet fuisse eum qui terrenis lapidibus ornatus sit, & habuerit similitudinem & signaculum Dei? De natura igitur omnium lapidum, & per partes singulorum, non est huius temporis dicere: neque enim semper dicenda sunt omnia. Nunc tantum de carbunculo, sapphiro, & iaspide disseramus. Carbunculus qui paratur, siue per ordinem sternitur, videtur mihi ignitus sermo doctrinæ: qui fugato errore tenebrarum, illuminat corda credentium. Hic est, quem vnus de Seraphim tulit forcipe comprehensum, ad Esaiæ labia purganda: qui nascitur, iuxta Geneseos fidem, in terra Heuilat: vbi est aurum optimum, carbunculus & lapis prasinus. Porro sapphirus, qui ponitur in fundamentis, cœli habet similitudinem, & superioris aëris: qui talis est, vt possit Aristophanicum dicere cũ Socrate: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον: quod nos in Latinum sermonem verrere possumus: Scando aërem, solemque despicio. Siue cum Paulo Apostolo: *Nostra autem conuersatio in cœlis est.* Ezechielis quoque scriptura commemorat: quod locus in quo thronus Dei sit, sapphiri habeat similitudinem, & gloria domini in hoc colore consistat: qui portat imaginem supercœlestis. Sed & propugnacula vrbis dominicæ, hoc est, murorum septa iaspide roborantur, qui possunt omnem altitudinem eleuantem se contra scientiam Dei destruere atque conuincere, & mendacium subiicere veritati. Qui ergo in disputando fortissimus est, & sanctarum scripturarum testimoniis roboratus, iste propugnaculum ecclesiæ est. Iaspidum multa sunt genera: alius est enim smaragdi habens similitudinem: qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur gramatias, quo omnia phantasma ta fugari autumant. Alius viridior mari & tinctus quasi floribus: hunc in Phrygiæ monte Ida, & in profundissimis specubus eius nasci referunt. Alium vero iuxta Iberos, Hyrcanosque & mare Caspium reperiri, & præcipue iuxta lacum Neusin. Est & alius iaspis niui & spumæ marinorum fluctuum similis, & clementer quasi mixto cruore suffrutilans. Hoc diximus, vt vniuersas gratias spirituales in ecclesiæ propugnaculis cognoscamus: quas qui habuerit, vanos timores fugat, & potest cum sponsa dicere: Fratruelis meus candidus & rubicundus. Portæ autem istius ciuitatis de lapide sunt crystallo: qui scalpitur variis modis, quo lapide nihil purius est. Denique vehementissimis Alpium frigoribus, & inaccessis soli speluncis, concrescere aquæ dicuntur in crystallum,

G
Ezech. 28. c

1. Cor. 3. b

Ephes. 2. b
1. Pet. 2. d

Zach. 9. d
Sec. Lxx.

Matt. 16. c
Psal. 47. b
Sup 45. c

Exod. 28. b

H

Esai 6 b
Gen. 1. c
Sec. Lxx.

Phil. 2. d
Ezech. 1. g

1. Cor. 15. f

2 Cor. 10. h

Plin lib. 37. c. 8. & 9.

Cant. 5. c

A & tactu quidem lapidem, visu aquam esse. Per quæ ostenditur eos qui in foribus ecclesiæ sunt nulla debere sorde maculari, sed fidei esse purissimæ, & dicere cum propheta: A mandatis tuis intellexi. Et illud audire: *Beati mudo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Muri autem ciuitatis siue termini, Psal.118.n Matt.5.a & περίοδοι, lapidibus electis extruuntur, quos reliquos lapides intelligere possumus: & omnes filios eius esse doctos, siue discipulos Dei: quo testimonio dominus vtitur in euãgelio Ioannis, dicens: *Nemo potest ad me venire, nisi pater meus qui misit me traxerit eũ, & omnis qui audierit & didicerit à patre, venit ad me.* Et post paululum. Scriptum est in prophetis: *Erunt omnes docti à Deo.* Ioan 6.e Hier. 41.f Qui & per Hieremiam loquitur: *Dans leges meas in mentibus eorum, & super cor illorum scribam eas, & nequaquam vltra docebunt singuli proximos suos & fratres, dicentes: Cognosce dominum. Sed omnes scient me à minimo vsque ad maximũ.* Ioan.14.d *Propitius enim ero iniquitatum eorum, & peccatorum eorum non recordabor.* Doctrina autem discipulorum Dei, habet multitudinem pacis, quæ eis à domino derelicta est: ædificatioque vrbis pulcherrimæ completur iustitia: vt nequaquam vnius gentis, sed totius mundi Deus sit, vocantis ad fidem suam, seruos & liberos, Græcos & barbaros, diuites & pauperes, nobiles & ignobiles, viros & mulieres, paruulos & senes, & omnia quæ in mundo videntur esse cõtraria. Excessimus breuitatis modum, qui vtilis est in omnibus quæ dicenda sunt: nequaquam nos iuxta Hebræos & nostros semi-Iudæos in terra, sed in cœlis vrbem Dei quærendo, quæ in Christo mõte sita latere non potest.

a ¶ *Recede procul*, &c.] Ordo pulcherrimus. Pauperculam & humilẽ fuerat consolatus, promittẽs ei gratias spirituales. Nunc docet quid facere debeat, si nolit aduersariorum impetus formidare. Et est sensus: Non vis timere inimicos tuos, fac ista quæ dico: Recede procul à calumnia, siue ab iniquitate (quia omnis iniquitas & rapina de calumnia nascitur) & non timebis: tremorque & pauor non appropinquabunt tibi: vt nequaquam homines, sed Deum timeas, dicẽs cum Moyse: Tremens sum ego, & meticulosus. Et cum vno amicorum Iob: *Horror & tremor venerunt super me*: & multum mea ossa concussit. Et cum propheta: *A voce orationis meæ intrauit tremor in ossa mea.* Et, *super quem dominus requiescit, nisi super humilem & quietum, & trementem verba eius*: Porro alius est impiorum tremor, qui ex metu supplicij nascitur. De quo scriptum est: *Tremor apprehendit impios.*

b ¶ *Ecce accola veniet*, &c.] Et hæc Iudæi putant ad Hierusalem dici: quod multi de gentibus proselyti sint futuri, & legẽ Moysi ceremoniasque suscipiant. Quod nos iuxta cœptam interpretationem ad ecclesiam referimus: quæ per Apostolos ex vtroque populo congregata est: quæ non habet maculam, neque rugam: quæ libera est, & mater omnium credentium. Ad quos proselytos & aduenas congregandos, misit dominus discipulos suos, dicens: *Docete omnes gentes*: vt cõfugiant ad euangelium, & nouam legem suspiciant: vt habitatores quondam idololatriæ fiant coloni ecclesiæ. De quibus & in psalmis dicitur: *Dominus sapientes facit cæcos*: siue vt in Latinis codicibus legitur: *Dominus illuminat cæcos*: dominus diligit aduenas: vt postquam cæci lumen receperint veritatis, & stulti sapientiam dedicerint, tunc ad ecclesiam transeuntes diligantur à domino: Et audiant per prophetã: *Vocabo non populum meum, populum meum*: quo intrante tẽplum Dei, zelus apprehendit populum ineruditum. C Osee 2.d

c ¶ *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas*, &c.] Dicamus primum iuxta Hebraicum: Si vis non timere, & proculà te esse formidinem, fac quæ præteritus sermo narrabit: Ego enim sum per quem habitura es proselytos. Ego qui creaui fabrum sufflantem in igne prunas, hoc est diabolum omnium malorum artificem, non necessitate naturæ, sed mentis arbitrio. Qui suscitauit incendia, & proferet contra te vasa. Quales fuerunt Simon & Elimas magi, Petro & Paulo Apost. resistentes. Ego creaui interfectorem eorum, qui increduli sunt futuri. Non quo ego sim causa perditionis eorum, sed quo creatus aduersarius ad pugnãdũ, & victis perditio, & victoribus causa sit præmiorum. Omnesq; qui contra te à fabro sufflãte sunt fabricati, non dirigẽtur, sed & præsentes pœnas sẽtient, & futuras. Quodq; prius videbatur occultum, in consequentibus dicitur manifestius: Et omnem linguam resistentẽ tibi in iudicio iudicabis: perdens sapientiam sapientiũ, & prudentiam prudentiũ reprobãs. Cunctosque hæreticorũ principes, & Iudæorum magistros, & mundi philosophos, quos faber ille conflauerat, tuo iudicio condemnabis. Quomodo & regina Saba cõdemnauit incredulos & Ninuitas: & econtrario iustificabitur Sodoma cõparatione peioris Hierusalem. Post hæc infertur quæ sunt præmia futurorũ, ne casſum putent esse certamen, & præsenti morte finiri. *Hæc est hæreditas seruorũ domini*, id est, regna cœlorum, & vita perpetua, & retributio laborum: quę oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Si autem diligentibus ergo & seruientibus: qui nullum alium habent dñm, nisi Deum. Et hæc est iustitia eorum qui apud Deum sunt, dicit dñs: vt præsens tribulatio, futuro gaudio compẽsetur. Porro iuxta Lxx. Iste mihi sensus videtur. Ego creator tuus non te ita feci, quomodo diabolus faber pessimus immundo spiritu conflat vasa iniquitatis, & profert ea in perditionem: qui scire debet quod huiuscemodi vasa prosperum iter non habeant, sed in cursu medio confringantur. Quæ sint autem vasa, sequenti sermone demonstrat. Et omnis vox surget contra te in iudicium; omnes eos vinces. Vasa iniquitatis vocem habent, quæ vox surgit contra ecclesiam, quãdo ponunt hæretici in excelsum os suum, & lingua eorum pertransit ad terram. Quodq; sequitur: *Et obnoxij tui erunt in ea*, obelo prænotauimus: quod nõ tam à Lxx. quam à malis scriptoribus videtur additum. Cum autem omnem vocem surgentem aduersum se ecclesia vicerit, tunc seruientibus domino & obedientibus erit hæreditas, æterna possessio. De qua & in Hieremia aliis verbis dicitur: *Est merces operibus tuis.* Habitatoresq; ecclesiæ iusti erunt domino. *Omnis* enim *qui facit iustitiam, de Deo natus est.* Quibus loquitur dominus: *Estote sancti, quoniam ego sanctus sum.* Act.8.ij. 1.Cor.3.d Psal.72.b Hier.31.c 1.Ioan.2.d Leuit.20.b

CAPVT LV.

OMNES sitientes venite ad aquas & qui non habetis pecuniam properate, emite & comedite. Veni B

QVI sitis, ite ad aquam, & quot-quot non habetis pecuniam, euntes emite & comedite, & ambulate, D

HEB.

tuis, & in iustitia fundaberis. [a] Recede procul à calumnia, quia non timebis, & à pauore, quia non appropinquabit tibi. [b] Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. [c] Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum: & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi, in iudicio iudicabis. Hæc hæreditas seruorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

SEPT.

appropinquabit tibi. Ecce proselyti accedent ad te per me, & coloni erunt tui, & ad te confugient. Ecce ego creaui te, non vt ærarius sufflans in igne prunas, & proferans vas in opus. Ego autem creaui te non in perditionem interficere. Omne vas quod factum est contra te, non prosperabitur, & omnis vox surget contra te in iudicium: omnes eos vinces:† & obnoxij tui erunt in ea: Est hereditas seruientibus domino, & vos eritis mihi iusti, dicit dominus.

CAPVT LV.

Matth.5.b *מעשק* *Deut.9.c Sec.LXX. Iob.4.c Infra 66.a Psal.47.a* *Ephes.5.f Gal.4.d* *Matth.vlt.* *Psal.145.b σωμάτι*

QVI sitis, ite ad aquam, & quot-quot non habetis pecuniam, euntes emite & comedite, & ambulate, Matth.b Ezech.16.f

OMNES sitientes venite ad aquas, & qui non habetis pecuniam, properate, emite & comedite. Veni

HEB.

Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac. Quare appenditis argentum, non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? [a] Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra. Et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

[a] Ecce

SEPT.

bulate, & emite absque pecunia & absque pretio vinum & adipem. Quare emitis pecunia, non in panibus, & laborem vestrum non in saturitatem? Audite me & comedite bona, & delectabitur in bonis anima vestra. Attendite auribus vestris, & sequimini vias meas, & audite me, & viuet in bonis anima vestra. Et constituam vobis testamentum æternum, sancta Dauid fidelia. Ecce testimonium in genti-

E significaret: hic in principio capituli positum, nequaquam plangentis legitur, sed vocantis affectu. Quia ergo omne vas fictum contra ecclesiam dixerat conterendum: & omnem vocem linguamque quæ se armauerat contra scientiam Dei, esse superandam: prouocat credentes ad fluuium Dei, qui repletus est aquis, & cuius impetus lætificat ciuitatem Dei: vt bibant aquas de fontibus Saluatoris, qui loquitur ad Samaritanam: Si scires gratiam Dei, & quis est qui dicit tibi, dã mihi bibere: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam. *Aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* De his aquis clamabat in templo: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui biberit de aqua quam ego dedero ei, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ*: Significans Spiritum sanctum, quem credentes accepturi erant, & de quo prophęta mystico sermone resonabat: *Sitiuit anima meæ ad Deum viuentem.* Et iterum: *Apud te est fons vitæ.* Qui ipse de se loquebatur: *Me dereliquerũt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi lacus contritos, qui non possunt aquas continere.* Has aquas spargunt nubes, ad quas pertinet veritas Dei. Sicut scriptum est: *Et nubes spargunt iustitiam.* Præcipiturque sitientibus, vt nequaquam bibans aquas Sior turbidas, & tumentes gurgites Assyriorum: sed pergant ad *aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio*: nec timeant eloquij paupertatem, si argentum forte non habeant: sed audiant Apostolum dicentem: *Gratia salui facti estis.* Et dominum ad discipulos: *Gratis accepistis, gratis date.* Mirumq; in modum emant aquas absque pecunia, & non bibunt eas, sed comedunt. Ipse enim & aqua & panis est, qui de cœlo descendit. Ergo quod in quibusdam exemplaribus legitur: *Emite & bibite*, ab imperitis scriptoribus immutatum est, qui putauerunt esse consequentius, si biberentur potius aquæ quam comederentur. Est autem & pecunia pessima sive argentum, quod reprobat scriptura, dicens: *Pecunia quæ datur cum dolo, quasi testa reputabitur.* Et in alio loco: *Argentum vestrum reprobum.* Et est argentum quod Dei eloquiis comparatur: *Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Sprero igitur illo argento & pecuniis, quibus aquas domini emere non possumus, pergamus ad eum qui tenens calicem sacramenti discipulis loquebatur: *Accipite & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorũ.* Quod vinum miscuit & sapientia in cratere suo: omnes stultos sæculi mundique sapientiam non hãbentes, prouocans ad bibendum: & vt non solum vinum emamus, sed & lac: quod significat innocentiã paruulorum: qui mos ac typus in Occidentis ecclesiis hodie vsque seruatur: vt renatis in Christo, vinum lacque tribuatur. De quo lacte dicebat & Paulus: *Lac vobis potum dedi, non solidum cibũ.* Et Petrus: *Quasi modo nati paruuli, rationale lac desiderate.* Vnde & Moyses vinum & lac in Christi intelligens passione, mystico sermone testatur: *Gratiosi oculi eius à vino, & candidi dentes eius à lacte.* Pro lacte in præsenti loco Lxx. σίαρ, id est, adipem trãstulerunt. De quo sanctus Dauid dicit in Psalmo: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Et in alio loco: *Cibauit eos de adipe frumẽti, & de petra melle saturauit eos.* Qui adipes non aliud quã mysticã carnem sonant: Ad quam dominus discipulos hortabatur, dicens: *Nisi comederitis carnem meã, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.* Vnde & in b גיא שמנים traditus est, quod significat vallem adipeam, siue pinguissimam. Simulque increpat eos qui sequuntur sapientiam secularem, & peruersas hæreticorum, simulatasque doctrinas, & Pharisæorum traditiones, omnemque falsi nominis scientiam, quæ eleuatur contra Deum: & P.l. 64.e 45.a Esai.12.a Ioan.4.b Ioan.7.f.4.e Psal 41.a & 55.c Hier.2.e Ephes.4.d Hier.2.d Ephes.4.d Matt 10.a F Ioan.6.e Prou 26.d Sec.70. Eccl. 6.g Psal.11.b Matt.26.c Ptol.9.a 1.Cor.3.a 1 Pet.2.a Gen.49.b Psal.62.b Ibid. 80.c Leuit. 6.f Matt. 26.d q Gethsemani Ioan.19.d Psal.36.c Gen.13.b Luc.16.c H Iob 1.b Prou.30.a 1.Tim 9.b Psal 33.a χρίσατε σῦ-σον. Psal 16.d Psal.102.a Psalm 88.a

A trāſtulerint: τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστὰ, id eſt, *ſancta Dauid fidelia*: quod poteſt pro firmis accipi atq; robuſtis. Vt eſt illud. *Fidelia omnia mandata eius: confirmata in ſæculū ſæculi.* Et in alio loco: *Deus fidelis, & non eſt iniquitas in eo.* Et Apoſt. Paulus: *Si negauerimus*, inquit, *eum, ipſe fidelis manet: negare ſeipſum non poteſt.* Et in alio loco ſcribens ad Timotheū: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.* Hoc autem pactum quod dominus pollicetur, non erit breue & vnius tēporis, ſicut fuit populi Iudæorum: ſed manebit in æternū, vt veniat verus Dauid, & in euangelio compleantur, quæ ex Dei perſona ſunt repromiſſa: *Inueni Dauid ſeruum meū: in miſericordia ſācta vnxi eum.* Cuius manū poſuit in mari, & in fluminibus dexteram illius. Quem iuxta Ezechielem, per multa iam ſæcula dormiente Dauid, appellat ſeruum ſuum atque paſtorem dicens: *Suſcitabo vobis paſtorē vnum, ſeruum meū Dauid.* a ¶ *Ecce teſtē populis*, &c.] Prouocauerat ad credendum populum Iudæorum, vt inclinarent aurem ſuam, & pactum acciperēt ſempiternum: quod dominus Dauid repromiſerat, & Abraham ac ſemini eius, dicens: *In ſemini tuo benedicentur omnes gentes.* Quod Apoſtolus Paulus ediſſerens, *non dixit*, ait: *in ſeminibus, ſed, in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus.* Et quia ſciebat illis non credentibus crediturос eſſe populos nationum, tranſit ad gentes, & dicit miſiſſe ſe filium ſuum teſtem vel teſtimonium cunctarum gentium, qui præcepta illius atque mandata populis nunciaret, qui de ſeipſo loquitur: Oportet prædicari euangelium iſtud in omni orbe, in teſtimonium cunctis gentibus. Denique ſuperbientem Pilatum hoc ſermone confutat: *In hoc natus ſum, vt teſtimonium præbeam veritati.* De quo Apoſtolus Paulus ſcribit Timotheo: *Vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit ſe redemptionem pro omnibus, teſtimonium temporibus propriis: in quo ego poſitus ſum præco & Apoſtolus.* Omnia ergo quæ dicuntur, ad eum referenda ſunt. Qui quaſi ouis ad victimam ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum. De quo ſupra dicitur: *Vidimus eum & non habeat ſpeciem neque decorem. Et ipſe peccata noſtra portauit, & pro nobis dolet.* Ad hunc confugerunt ſiue cucurrerunt, qui eum antea neſciebant, dicentes: *Deus noſter refugium & virtus.* Et iterum: *Domine refugium factus es nobis in generatione & generatione.* De quorum fide & ſupra legimus: *Quibus non eſt prædicatum de eo, videbunt, & qui non audierant, intelligent.* Iſte teſtis eſt omnium quæ pater mundo ſpopondit & præſtitit: cuius myſterium breui Paulus ad Epheſios ſermone comprehendens: *Deus*, inquit, *domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ.* De quo & nunc ſcriptū eſt: *Propcer dominum Deum tuū, & ſanctum Iſrael, qui glorificauit te*, & ea gloria quā habuit prius quam mūdus fieret. De qua & propheta teſtatur: *Apparebit gloria Dei, qui eſt ſplendor gloriæ, & forma ſubſtantiæ eius*: quādo omnis lingua confitebitur, quod dominus Ieſus in gloria patris ſit. Qui reſpondit filio gloriam, quam prius habuerat, poſtulanti: *vt glorificaui, & glorificabo.* De quo & Ioannes Apoſtolus: *Vidimus*, ait, *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.* Ergo quādo de eo loquitur: Qui in principio apud Deum erat Deus verbum, appellatur *pater gloriæ*; quando autem de eo qui dicit in Euangelio: *Quid me perſequimini hominem, qui veritatem vobis loquor*, vocatur *Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Non quod alter ſit (qui multorum error eſt peſſimus) ſed quod vnus atque idem filius Dei, nunc diuinitatis ſuæ gloriæ, nunc noſtræ naturæ (quam ſuſcipere dignatus eſt) loquatur affectibus.

C

b ¶ *Quærite dominum dum inuenire poteſt*, &c.] Quia igitur, vt ante iam diximus, noluiſtis pactum recipere ſempiternum & *miſericordias Dauid fideles* (quas vobis nolentib. ſuſcipere, ſuſcepit turba gētiliū.) Moneo vos populares meos ego propheta, atque cōteſtor: Dum tempus eſt, agite pœnitentiam. Conuertimini ad eū qui vobis nunc loquitur per prophetas, qui poſtea locuturus eſt præſens. Querite eum dum inueniri poteſt: dū eſtis in corpore, dum datur locus pœnitentiæ, & quærite non loco, ſed fide. Quomodo autē quæratur Deus, in alio loco plenius dicitur: *Sapite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite eū: quia inuenitur ab his, qui non tentant eū, & apparet his, qui non ſunt ei increduli.* Vnde & nos ſcientes illud dictum de peccatoribus: Qui longe recedunt à te, peribunt: loquamur ad dominum: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si aſcendero in cœlū, tu ibi es: ſi deſcendero in infernum, ades.* Et inuocemus eum, dum prope eſt, ne noſtris vitiis atque peccatis procul recedat. Appropinquat enim appropinquantibus ſibi, & filio longo poſt tempore reuertenti, lætus occurrit. Quamobrem ſanctus in pſalmo canit: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Et Moyſes ſolus appropinquabit ad dominum. Et per Hieremiam loquitur Deus: *Ego Deus appropinquans, & non de longe*, Appropinquans eis, qui mihi appropinquant fide, & longe recedens ab his, qui à me procul infidelitate diſcedunt. Propter quæ dicitur ad credentes: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Ac ne putaremus poſſe ſufficere, ſtatim ſuperadiungit: *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* De quo & Petrus dixerat: *Aduerſarius veſter diabolus ſicut leo circumiens, quærite quem deuoret*: Aduerſum quem reſiſtite, confortati fide. Nec ſatis eſt quærere dominum, & dum pœnitentiæ tempus eſt inuenire, atque inuocare eum dum prope eſt, niſi reliquerit impius vias ſuas priſtinas, & cogitationes antiquas, quibus à domino declinauerat. Tunc enim reuertemur ad dominum qui miſerebitur noſtri, & ad clementiſſimum patrem, qui multus eſt in miſericordiis, & facilis ad ignoſcendum: cum cogitationes & vias priſtinas reliquerimus, vt poſtea mereamur audire: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.*

c ¶ *Non enim*, &c.] Ne putetis, inquit, difficile eſſe quod ſpondeo, & vobis incredibile videatur, impium & iniquum poſſe ſaluari: vel populum Iudæorum, vel omnes qui in gentibus neſciebant Deum: Hoc conſiderate, quod multa inter mea veſtraque conſilia ſit differentia, & quanta naturæ, tanta voluntatis diuerſitas. *Multæ* enim *cogitationes in corde viri: cōſilium autem domini in ſempiternum manet.* Vos vt homines ſæpe promiſſi pœnitentes, veterem voluntatem, nouella voluntate ſubuertitis. *Dominus* enim *diſſipat conſilia gentium, & reprobat cogitationes populorum, & irritas facit voluntates principum.* Cogitationes autem cordis eius à generatione & in generationem, & quicquid decreuerit, nō poteſt immutari. Vultis ſcire diuerſitatem mei veſtrique conſilij? Quantum cœlum loci diſtat à terra, & aliud angelorum, aliud hominum habitaculum eſt: tantum meæ cogitationes à veſtris conſiliis ſeparantur. De meis enim cogitationibus dicitur: *Inſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles*

D

E *gabiles viæ illius.* Porro de veſtris: *Cogitauerunt conſilium, quod non potuerunt ſtabilire.* Et in alio loco: *Quodcumque inieritis conſilium, diſſipabitur, & quicquid locuti fueritis, non permanebit in vobis.* Perſpicua interpretatione non indigent: idcirco ſtringuntur potius quam diſſeruntur.

a ¶ *Et quomodo*, &c.] Pendent ex ſuperioribus quæ dicūtur, & breuiter hic ſenſus eſt: Non ſit incredulus populus nationum, quod poſt tanta ſcelera impius repente ſaluetur. Non enim ſunt cogitationes meæ, vt cogitationes hominum, & quantum cœlum diſtat à terra, tantum meæ cogitationes à cogitationibus hominum ſeparatæ ſunt: Ego enim clementiſſimus ſum, & multus ad ignoſcendum. Vultis & aliam accipere ſimilitudinem: *Quomodo imber & nix deſcendit de cœlo, & illuc vltra non reuertetur: ſed inebriat terram, & infundit eam*, & varia ſemina pullulat: vt plenis ſegetib. panes in vſus hominum procreentur. Sic repromiſſionis meæ verbū, quod ſemel pollicitus ſū, & quod egreſſum eſt de ore meo, irritum non erit: ſed omnia opere complebuntur. Iuxta Anagogen duplex intelligentia eſt, quod verbū domini vel ille ſit, de quo ſcriptum eſt: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum*, Qui non reuertetur ad eum vacuus, niſi patris fecerit voluntatem: & vniuerſa compleuerit, propter quæ fuerat corporatus: & mundum recōciliauerit Deo. Qui de ore procedere dicitur & de vtero ac vulua: nō quod Deus hæc membra habeat, ſed quod nos naturam domini per noſtra verba diſcamus. Vel certe hoc dicendum, quod euangelicæ ſermo doctrinæ, imber appelletur, & pluuiæ quas fundunt ſuper terram bonam, nubes ſpirituales, ad quas peruenit veritas Dei. Quem imbrem, & quas pluuias Moyſes in Deuter. cantico pollicetur: *Audiat terra verba oris mei. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & deſcēdant ſicut ros verba mea*: vt qui ſeminauerint in lacrymis, in gaudio metāt. Et qui ſeminauerint in iuſtitia & ſpiritu, metant fructum vitæ ſempiternę, accipiantq; panem doctrinæ euangelicæ: de quo in Prouerb. & in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: *Aperi oculos tuos, & implere panibus.* Et iterū: *Mitte panem tuum ſuper aquā quia in multitudine dierum tuorum inuenies eum.* Neque enim credendum eſt, quod præcipiatur veſcētibus, vt ad comedendum hunc panem, quo corpora nutriuntur, oculos aperire debeant, & ſic ſaturari panibus: quos in Habacuc comedit pauper abſcondite. Sed ad panem doctrinæ cohortatur Dei: quem niſi aperuerimus oculos cordis noſtri, comedere non poſſumus. De quo ſæpe ſcribit & Paulus, his qui fidei & veritatis ſermonibus nutriuntur. Præcipiturque doctori, vt panem doctrinæ ſuæ mittat ſuper omnem aquam, & cunctis infundat gratiam ſpiritualem: & ſciat, quod ſi fecerit quæ præcepta ſunt, in nouiſſimo tempore ſit præmia recepturus. Satiſque videbitur iniuſtum, vt qui præbet eleemoſynam, de iniquo mammona faciat ſibi amicos, qui eum recipiant in æterna tabernacula: & qui ſpirituales largitur cibos, datque conſeruis cibaria in tempore ſuo, non inueniat eos poſt multa ſæcula: quæ Eccleſiaſtes appellat dierum multitudinem.

b ¶ *Quia in lætitia egrediemini*, &c.] *Verbum*, inquit, *meum non reuertetur vacuum*: ſed poſtquam compleuerit vniuerſa quæ volui, & meam in terris fecerit voluntatem, tunc ad me veniet, & implebitur illud quod ſcriptum eſt: *Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis*: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* In lætitia enim egrediemini de idololatriæ ſanguine, & deducemini in pace: vt audiatis ab Apoſtolo: *Gratia vobis & pax.* Siue in gaudio deducemini: vt poſt vmbram legis, diſcatis euangelij veritatem, Montes enim & colles, quos angelos intelligere poſſumus, & ſanctorum animas, quæ pro varietate virtutum, montes appellantur & colles, gaudebunt ſuper pœnitentibus, & mentis lætitiam ſaltibus indicabunt. Quod & dominus loquitur in euangelio: *Lætabuntur angeli in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Omnia quoque ligna agri plaudent manu, ſiue ramis, quæ plantata ſunt ſecus decurſus aquarum: quæ fructum ſuum dabunt in tempore ſuo, & folium eorum non defluet. De quibus vnum lignum loquebatur in pſalmo: *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo domini.* Interrogemus eos qui ſimplicem tantum ſequuntur hiſtoriam, & elixas carnes agni comedunt. Vt rūligna plaudāt ramis, & concrepent manu, & illud q̄ de fluminibus dicitur: *Flumina plaudent manu*, quo ſenſu accipiendum ſit. Nec ſolum montes & colles exilient atque cantabunt, & omnia ligna agri cui benedixit dominus, plaudent ramis, & manibus concrepabunt, ſed & σοῦσι quoque & κάνναι, ſiue ſaliuncula & vrtica in abietē vertentur, ac myrtum ac cypariſſum. Et pro σοῦσι iuxta Symmachum & Lxx. in Hebræo ſcribitur c נעצרץ: quem Aquila & Theodotio κονίζων interpretati ſunt. Eſt autem κάννα herba viliſſima & amara, odoriſque peſſimi. Vbi autem Lxx. tranſtulerunt κάννα, quæ in Hebraico dicitur d פרסה, Symmachus vertit, vrticam. Vtcumque ſe habeat nominum proprietas, hoc dicendum eſt, quod mala vertantur in bona, & pro vitiis naſcantur virtutes, id eſt, pro iniquitate, iuſtitia: pro temeritate, fortitudo: pro luxuria, temperantia: pro ſtultitia, prudentia. Demus exempla maiorum: Matthæus & Zacchæus publicani, ſaliuncula erant, & σοῦσι, & ſtirpes inutiles, & κονίζω amari ſaporis, & odoris teterrimi, dicentes: *Computruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.* Iſti in Apoſtolos repente mutati, facti ſunt cypariſſus, & abies, & myrtus, odoris optimi, & in varia opera neceſſarij. Paulus quoque perſecutor eccleſiæ, quādo audiebat à domino, *Saule, Saule, quid me perſequeris? durum tibi eſt contra ſtimulum calcitrare*: vrtica erat habens perſecutionis aculeos, Quando aūt in toto orbe euangeliū prędicabat, & dicere poterat: Chriſti bonus odor ſumus: rectē cypariſſus appellatur, & myrtus. Meretrices & publicani præueniunt phariſæos in regno Dei, & latro de cruce tranſit in paradiſum. Ergo illud quod in euangelio dicitur: *Nō poteſt arbor bona facere fructus malos*: nequaquam refertur ad naturæ proprietatem, vt hæretici volunt, ſed ad mentis arbitrium. Denique infertur: *Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos.* Ex quo perſpicuum eſt, vnumquemque propria voluntate facere animę ſuæ bonā vel malam arborē, cuius fructus varij ſunt. Sequitur: *Et erit dominus in nomen, & in ſignum ſempiternum, quod nō deficiet.* His qui de malo commutati fuerint in bonum, erit dominus in nomē & in ſignum æternum: vt ex ipſius ap-

G

H

HEB.

a Ecce teſtem populis dedi eum: ducē ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam neſciebas, vocabis, & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current: propter dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael, quia glorificauit tē. b Quærite dominum dum inueniri poteſt: inuocate eū dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad dominum, & miſerebitur eius, & ad Deū noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. c Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit

SEPT.

gentibus dedi eum: principem & præcipientem gentibus. Ecce gentes quæ neſciebant te, inuocabunt te, & populi qui ignorabant te, ad te confugient: propter dominū Deum tuum ſanctum Iſrael, quia glorificauit te. Quærite dominum, & cum inuenieritis eum, inuocate. Et poſtquam vobis appropinquauerit, relinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad domium, & miſericordiam conſequetur: quia multum dimittet peccata veſtra. Neque enim ſunt cogitationes meæ ſicut cogitationes veſtræ: nec ſicut viæ meæ, viæ

HEB.

dicit dominus. Sicut enim exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. a Et quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertetur: ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. b Quia in lætitia egrediemini & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Et erit dominus

SEPT.

viæ veſtræ, dicit dominus. Sed quantum diſtat cælum à terra, tantum diſtat viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes veſtræ, à cogitatione mea. Quomodo ſi deſcendat pluuia, aut nix de cœlo, & non reuertatur, donec inebriet terram, & generet & oriatur, & det ſemen ſeminanti, & panem ad comedendum. Sic erit verbum meum, quod exierit de ore meo non reuertetur, donec compleat quæ volui, & proſperas faciam vias eius, & præcepta mea. In lætitia egrediemini, & in gaudio deducemini. Montes & colles exilient, expectantes vos in gaudio, & omnia ligna agri applaudent ramis. Et pro Στæbe aſcendet cyparriſſus, & pro conyza aſcendet myrtus. Et erit

Sup. 7. a

Psal. 138. b

Luc. 15. d
Psal. 72. d
Exod. 24. b
Hier. 23. e
Iacob. 4. b

1. Pet. 5. b

Psal. 31. a

Rom 11. d

Psal. 35. a
Deut. 32. a
Psal. 115. e

Prou. 19. c

Psal. 32. g

Luc. 16 b

Ecc 11 a

Psal 20. e
sup. 8. e
Sec. Lxx.

Ioan. 1. a

Psal. 109.

Rom. 1. a

Luc. 15. b

Psal. 1. a

Psal. 51. b

Exod. 12. a

Psal. 97. b

c naaſſon
Dioſ. lib. 3.
Gal. lib. 7.
ſimp. m

d ſirpad

Psal. 37. b

Act. 9. a

2. Cor. 2. d
Matth 21. c
Luc. 23. f

Matth. 7. a

Ezech. 34. f

Gen 22. d & 26 a

Gal 3. b

Matth. 24. b

Ioan. 18 g
1. Tim. 2 b

Sap. 53 c
Psal. 45. a
Psal. 89 a
Sup. 44. b

Ephes. 1. c

Ioan. 17. a
Heb. 1. a
Philip. 2. b

Ioan. 17. d
Abid. 1. b

Ioan. 8 c

1. Tim. 1. c

Deut. 31. a
2. Tim. 2. b

Psal. 88. d
Ibidem.

pelletur nomine Christiani, & crucis eius inurantur cauterio. De quo signo Simeon tenens vlnis paruulum, loquebatur: *Hic erit in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur*: de quo & supradictum est: *Dabit vobis dominus signum.* Et sanctus cantat in psalmo: *Fac mecum domine signum in bonum.* Et ipse qui signū est. *Cum videritis*, ait *signum filij hominis*: quod non deficiet, nec vllo fine mutabitur: sed de præsenti conuersatione transiet in futurum.

Cap. LVI.

HÆc dicit dominus, &c.] Pro iustitia τὸ ἔλεος, id est, misericordiam, Lxx. transtulerunt: cætera similiter. Gentium vaticinio terminato, quæ in aduentu sermonis Dei, de saliuncula & vrtica in cyparissum myrtumque mutandæ sunt, Loquitur Esaias ad illius temporis auditores, vt faciant cuncta quæ recta sunt, & parent se aduentui saluatoris: quia ipse est iustitia & misericordia Dei. Si enim cogitationes sanctorum iudicia sunt, & exercitatos sensus ad discretionem boni ac mali habere debemus: cur non omni tempore custodiamus iudicium: ne despiciamus personam pauperis in iudicio: ne diuitis potentia terreamur: sed ita magnum iudicemus vt paruum: scientes iuxta Moysen, quod domini iudicium sit, qui iudicat iudicantes: iuxta quod in psalmo legitur: *Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem deos diiudicat.* Huic quod nūc dicitur: *Custodite iudicium, & facite iustitiam*: illud simile est: *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore*: vt iuste quod iustum est, persequantur. Quamquam in nomine iustitiæ, omnis mihi videatur significari locus: quod qui vnam iustitiam fecerit, cunctas virtutes impleſſe dicatur: quæ inuicem se sequuntur, & sibi hærent: ita vt qui vnam habuerit, omnes habeat, & qui vna caruerit, cūctis careat. Tale quid & quartusdecimus psalmus sonat: *Qui ambulat immaculatus, & operatur iustitiam.* Et alibi scriptum est: *Iustitiam discite qui habitatis super terram.* Quod autem saluator qui factus est nobis iustitia, & sanctitas, & redemptio, ipse sit misericordia Dei: sanctorum verba testantur: *Et misit Deus misericordiam suam & veritatem suam.*

b ¶ *Beatus vir qui facit*, &c.] Qui cum Apostolo Paulo potest dicere: *Quādo eram paruulus, loquebar vt paruulus: vt paruulus sapiebam, vt paruulus cogitabam: postquam factus sum vir, destruxi ea quæ paruuli sunt.* Iste præsentem consequitur beatitudinem, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens: donec perueniat in vnitatem fidei, & cognitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt ei psalmus ille valeat coaptari: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Iste igitur vir, & filius interioris hominis de quo in Leuitico crebrius dicitur: *Homo, homo*: in eo beatus est quod facit primum: & apprehendit hæc: iudicium scil. atque iustitiam & salutem domini, quæ prope est, & cunctis gentibus reuelanda: vt non solum faciat quod præceptum est, sed stricta teneat manu, & custodiat sabbathum, ne polluat illud. Quod sit autem sabbathum quod præcepit obseruandum, sequens versus ostendit: *Custodiens manus suas, ne faciat omne malum.* Neq; n. prodest sedere in sabbatho, siue dormire, & epulis inhiare. Sed si bona faciens quiescat in malis, & inge iniquitatis habeat sabbathum, id est, otium: eaque tantum faciat, quæ ad animæ salutem pertinent, & ad omne opus seruile non moueat. *Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Nos autem in libertatē vocati sumus, qua libertate donauit nos Christus*: vt nunc ad fidem euāgelij intelligimus prouocari: quod desperari non debeant, si adhæserint dominō, nec se putent à Dei populo separari. Omnis enim qui in Christo sunt baptizati, Christum induerunt. Non est Iudæus & ethnicus, circuncisio & præputium: quibus in Deuteronomij præcipitur cāntico: *Lætamini gentes cum populo eius*, id est, Dei, qui priorem habuit populum Iudæorum. Qui de Oriente & Occidente venientes, requiescent in sinu Abraham. Hoc est quod & Ioannes Baptista dicebat: *Et ne dicatis, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Et quomodo in proselytis non est vlla diuersitas, sed & viri & feminæ ad salutem pariter vocantur: sic & in eunuchis, qui se castrauerunt propter regna cœlorum, vterque sexus accipitur: qui mortificauerunt membra sua super terram: fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium malum: donec perueniant omnes in virum perfectum, & dicant cum Apostolo: *Nos neminem nouimus secūdum carnem. Et si cognouimus iuxta carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.* Ergo in eunuchis nequaquam illi intelligendi sunt, quos ardens Poëta describens, ait: *Nec non infelix ferro truncata iuuentus.* Atque execta virum. Sed illi de quibus dominus in euangelio loquitur: *Qui se castrauerunt propter regna cœlorum*: quales erant & Apostoli, quibus admirantibus, & pro rei difficultate dicentibus: *Quis ergo poterit saluus fieri?* Respondit saluator: *Qui potest capere capiat.* Vnde & Apostolus de huiusmodi eunuchis, id est de virginib⁹, præceptum domini se non habere testatur: sed dat cōsilium, quasi misericordiam consequutus à domino, volens omnes esse sicut seipsum. Tempus, ait, in collecto est: superest, vt & qui habent vxores, sic sint quasi non habeant. Qui enim liber vocatus est à seruitute & officio coniugali, iste vere seruus est Christi.

d ¶ *Quia hæc dicit dominus eunuchis*, &c.] Duo proposuerat, proselytos & eunuchos. Prius loquitur de eunuchis, datque eius præcepta viuendi: & futurorum præmia pollicetur. Et post eos venit ad proselytos, illis quoque similia repromittens. Loquitur ergo eunuchis, qui desperatione dixerunt: *Ecce ego lignum arens*: ne se putent subiacere maledicto, quod sterilibus dictum est: *Maledictus sterilis qui non facit semen in Israel.* Si, inquit, custodierint sabbatha mea, & de

Heb.
minus nominatus in signum æternum quod non auferetur.

Sept.
erit dominus in nomen, & in signum sempiternum, & non deficiet.

Caput LVI.

HÆc dicit dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur.

Heb.
b Beat⁹ vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet ista custodiēs sabbathum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum. c Et non dicit filius aduenæ, qui adhæret domino, dicens: Separatione diuidet me dominus à populo suo, & non dicat eunuchus. Ecce ego lignum aridū. d Quia hæc dicit dominus eunuchis. Qui cu-

Sept.
Beat⁹ vir qui facit hæc, & homo qui retinet ista, & custodit sabbatha vt non prophanet ea, & seruat manus suas, ne faciat iniquitatem. Ne dicat alienigena qui appositus est domino: Putes ne separat me dominus à populo suo? & ne dicat eunuchus: quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit dominus eunuchis. Qui custodie-

de meis præceptis elegerint ea quæ volui, & non ea quę pro audientiū imbecillitate cōcessi, & fœdus meum siue testamētū omni retinuerint fide: dabo eis in domo mea, & in templo meo, & in muris firmissimæ ciuitatis meæ locū, & nomen melius à filiis & filiabus, quod nulla obliuione delebitur. Qui sint eunuchi supra diximus: qui solliciti sunt ad ea quæ Dei sunt: de quibus loquitur & Sapientia, quæ titulo Salomonis inscribitur: *Beata sterilis immaculata, quæ non cognouit strātū in delicto, habebit fructū in visitatione animarū: Et eunuchus, qui nō est operatus manu iniquitatem, neq; cogitauit contra dominū mala: Dabitur n. fideicius electa gratia, & pars in templo domini delectabilis.* Hæc sterilis virginitate fecunda est: hic eunuchus regno cælorū vim facit, & violenter diripit illud. Iste custos est sabbathorum, vt nūnquam faciat opera nuptiarū. Iste elegit quæ dominus voluit, vt plus offerat, quā præceptū est: vt non indulgentiā Apostoli cius, sed voluntatē cōsideret. Iste tenet fœdus domini sempiternum, vt nō ad tempus vacet orationi & iterū ad ipsum reuertatur: sed acceptur⁹ esse se nouerit in domo domini, quæ est ecclesia eius, locum optimum. Multæ n. mansiones sunt apud patrē. Et qui eunuchus fuerit, ac fecerit vniuersa quæ scripta sunt, habebit in muris eius locum optimū: vt scil. turris domini efficiatur, & in sacerdotali consistat gradu, & pro carnis filiis, multos habeat filios spirituales. Talem fuisse eunuchū quē Iesus amauit plurimum, euāgelistam Ioannem, ecclesiasticæ tradunt historiæ: qui recubuit super pectus Iesu: qui Petro tardius ambulante, elatus virginitatis alis cucurrit ad dominum, quiin secreta diuinæ se natiuitatis immergens ausus est dicere, quod cuncta sæcula nesciebāt: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū*: hoc erat in principio apud Deum. Faceſſat igitur omnis cauillatio Iudæorum, & risui præbere se cesset, aperiens semiuiris regna cœlorum: cum pudicitia non in debilitate sit corporis, sed in animi voluntate.

a ¶ *Et filios aduenæ*, &c.] Post eunuchos trāsit ad alienigenas, quos prius nominauerat, & illis quoque præmia pollicetur: quod si seruierint ei, & de seruitute transierint ad nominis illius charitatem, sint ei serui: qualis fuit & Apost. Paul. scribens in principio epist. suarum: *Paulus seruus Iesu Christi*: & Moyses famulus Dei. Quod autē in Lxx. additum est, *& ancillas*, obelo prænotauimus: Neque n. fieri potest, vt spiritualibus donis sit sexus vlla diuersitas: Cum in Christo Iesu non sit vir & mulier: sed omnes in eo vnum simus. De sabbatho & fœdere sempiterno supra diximus. Qui ergo hæc fecerit, adducet eum Deus in montem sanctum suum, & lætitia afficiet in domo orationis suæ. Mons sanctus, aut dogmata veritatis sunt, trinitarisque confessio, aut ipse dominus ad quē vltimo tempore (iuxta hūc eundem Esaiam & Micheā prophetam) gentes plurimæ confluent. Domusque orationis ecclesia est: quæ in toto orbe diuiditur, & nō templum Iudæorum quod breuissimis Iudææ terræ artabatur angustiis.

b ¶ *Holocausta eorum & victimæ eorum*, &c.] differentiam hostiarum, & holocaustorum, in Leitico plenius discimus. Holocausta sunt, quæ super altare integra concremātur. Victimę & hostiæ, quarū pars offertur altari, pars sacerdotibus traditur. Non est ergo credendū, quod alienigenarū & eunuchorum hostiæ, rituIudaico requirantur. Sed hoc scire debemus, quod holocausta eunuchi offerant, qui totos se cōsecrāt Deo. Victimas autē alienigenæ, quiad tempus vocant oratiōni: de quib. loquitur Deus: *Hostia laudis glorificabit me.* Et in eodē loco: Immola Deo sacrificiū laudis. De his victimis & holocaustis, per Oseē dās loquitur: *Misericordiā volo, & non sacrificium*: sciētiā Dei magis quā holocausta, quæ offeruntur super altare dñi. Quod Ioannes in Apocal. in cœlo se vidisse testatur, sub quo erant animæ martyrū. Ex quo vnus de Seraphim carbone forcipe cōprehēsum, ad Esaiæ detulit labia purgāda. Hoc est altare, & hoc tabernaculū, ad cuius similitudinē omnia in Exodo facta referuntur, in quib. oblatæ sunt victimæ spirituales Deo. Alioquin de corporalib. hostiis, & holocaustis supra idē testatur Deus: *Vt quid mihi multitudinē victimarum vestrarū, dicit dominus: Plenus sū holocaustomate arietum, & adipe agnorum, & sāguinē taurorum & hircorum nolo. Domus n. mea domus orationis vocabitur cunctis gētibus.* Nō vni gētiIudeę, nec vnoHierosolymæ vrbis loco, sed in toto orbe terrarū. Ne quaquā taurorum & hircorum & arietum, sed orationis. Quo testimonio dominus abusus est, loquens cōtra eos, qui Spiritus sancti sub nomine colūbarum in templo dona vendebant, & sedebant in cathedris pestilētiæ, & habebant mēsas nummulariorū, omnia facientes turpis lucri gratia: nesciētes illud quod scriptum est: *Gratis accepistis, gratis date.* Hæc autē futura dñs repromisit, qui cōgregat dispersos Israel. Ad quos & Petrus Apost. scribit epistolā: de quibus euangelista loquitur: *Hoc autē à semetipso nō dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, quierant dispersi, congregaret in vnum.* Implcretur; quod dictū est: *Congregatio populorum circumdabit te: propter hāc in excelsum conuertere.* Congregatis autem per Apostolos reliquiis Israel, & in vnum redactis gregē his, qui fuerant ante dispersi, oēs bestiæ pronocantur vt veniāt & deuorēt Israel: eos videl. qui credere noluerunt: de quibus Apostolus ait. Etenim peruenit super eos finis. Et dñs in euāgelio: *Cū autē videritis circumdari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quod aduenerit eius cōsummatio.* Siue hoc dicēdū, quod bestiis ad deuorādū traditi sūt, quas dereſtatur propheta, dicēs: *Ne tradas bestiis animas confitētes tibi.* De his tropologice bestiis, q̄ partē quandam dñi deuorarunt, & supra legimus, Syriam ab ortu solis, & Græcos ab Occidēte, qui deuorant Israel toto ore. Et in Hieremia: *Ouis errans Israel: leones eiecerunt eā: primus deuorauit eā rex Assur: & nouissim⁹ cōfringet ossa illius rex Babylonis.* Potest & hoc dici, quod cū Israel populo rabidæ prius gentes prouocentur ad fidem: vt desertis saltib. qui de exercitu Abessalon plurimos occiderunt, veniant ad ecclesiam: & comedant cœlestem panem, agnique carne saturentur.

c ¶ *Speculatores*, &c.] Vt oēs, inquit, bestiæ saltus veniant, & deuorent congregatos (siue in locū Iudæorum, gentiū turbæ

succedant (speculatores eorum in causa sunt, scribæ videl. & pharisæi: quia omnes cæci, nescierũt dñm saluatorẽ, nec lucem voluerunt videre præsentem. Ad quos dñs loquebatur: *Stulti & cæci, quid est plus, aurum, an altare quod sanctificat aurũ.* Et iterũ: *Duces cæci, culicẽ liquantes, & camelũ glutientes.*

Et: *Cæcus cæcũ ducens, ambo in foueã cadunt.* quod aũt magistri speculatores vocẽtur, & supra legimus. In eo n. loco vbi iuxta Lxx. dicitur: *Vox custodũ tuorũ eleuata est.* In Hebr. scriptũ est: Vox speculatorum tuorũ. De quib. erat Ezechiel cui loquitur Deus: *Filij hominis speculatorẽ dedi te domui Israel.* Sed illi speculatores nõ erãt cæci. Deniq; appellabantur videntes. Isti aũt de quibus prophetanũc loquitur, nõ solũ speculatores cæci, sed & canes muti appellãtur, non valentes latrare. Qui enim gregẽ domini custodire debebãt, & lupos abigere, & latrare pro domino, diligunt somnia, & dæmoniacis visionib. delectãtur: Et est sensus: Non possunt loqui veritatẽ, sed vniuersa mẽdacia. Nec hoc fine contenti sunt, qui in custodia gregis dñi dormiebant, & latrare non poterãt, & amabãt cubile, per quæ voluptas corporis indicatur, sed apud suos impudẽtis animæ nescierũt saturitatẽ, qui nunquã suo saturantur errore: *Qui deuorãt plebẽ domini sicut escã panis*, & domos viduarũ, gulæq; ac libidini seruiũt. Non n. possunt dicere: *Mandatũ domini lucidũ illuminans oculos*, nec nosse quod scriptũ est: *Sapiẽtia hominis illuminat faciẽ eius.* Et canes muti aduersũ inimicos. De quib. scriptũ est: *Nolite sanctũ dare canib.* Et canes dormientes, qui nesciunt esse præceptũ: *Ne dederis sõnũ oculis tuis, & palpebris tuis dormitationẽ.* Et rursũ: *Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit:* Et idcirco dãres locũ diabolo, canes impudentissimi sunt, qui nũquã saturãtur: Vomunt n. quod comederunt, & reuertũtur ad vomitũ suũ. De quibus & Petrus Apost. loquitur: *Accidit illis verũ illud prouerbiũ: Canis reuersus ad vomitũ suum, & sus lota in volutabro luti.* Quos speculatores & canes, eosdẽ esse pastores, sequẽs sermo demõstrat: Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. Verbũ n. Heb. רעים quod quatuor literis scribitur a ר ע ה & b ם, si legatur c רעים, pastores: si d רעים, pessimos sonat. Hoc diximus, vt variæ interpretationis causas mõstraremus: Omnes n. suã quæ fecerunt, & non quæ Dei sunt: nec ambulauerunt per viã dñi, de qua scriptũ est: *Quærite quæ sit via bona, & ambulate in ea:* Sed iuxta quod in Iudic. volumine legitur: *Non erat rex Israel: vnusquisq; quod rectum sibi videbatur, hoc faciebat*, & proprios sequebatur errores. Quodq; sequitur: *Vnusquisq; ad auaritiam suam, à summo vsq; ad nouissimum: venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius*: In Lxx. interpretib. non habetur, sed ex Hebraico additũ, stellis illuminantibus prænotatur. Denique hos versiculos nullus ecclesiasticorum interpretum differuit, sed quasi patentem in medio foueam trãsiliunt atq; transmittunt. Quod autem dicit, hoc est: quoniam à via domini declinantes, proprias semitas sunt secuti, propterea ardent auaritia à summo vsque ad nouissimum, à principibus vsq; ad plebem: vt postquam cœperint percutere conseruos, & comedere ac bibere cũ ebriis, dicant: *Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.* Hoc est quod supra dixit: *Nescierũt saturitatẽ*, nec præterita voluptate satiati sunt: sed futuras delicias parant, multo maiores quam quibus prius fruiti fuerant. Si hoc de principibus dicitur Iudæorum, propter quos plebs dominiã

HEB.

nes muti non valẽtes latrare, videntes vana, dormientes, & amãtes somnia. Et canes impudẽtissimi nescierunt saturitatẽ: ipsi pastores ignorauerunt intelligẽtiã: omnes in viã suã declinauerunt: vnusquisque ad auaritiã suã, à summo vsq; ad nouissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & & multo amplius.

CAPVT LVII.

IVstus periit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malitiæ collectus est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulat in directione sua.

SEPT.

vniuersi: canes muti nõ poterunt latrare, somniantes lectulum, amãtes dormitationes. Et canes impudentis animæ ignorauerunt saturitatem. Et sunt mali nescientes intelligentiã: omnes vias suas secuti sunt. Vnusquisque simul à summitate eius Venite, & sumamus vinum, & inebriemur, & sit talis dies crastina, magna amplius nimis.

VIdete quomodo iustus periit, & nemo suscipit corde: & viri iusti tolluntur, & nemo considerat. A facie enim iniquitatis ablatus est iustus: erit in pace sepultura eius: ablata est de medio.

bestiis deuorata est: Videmus exempla peiorum; nec inebriemur *vino, in quo est luxuria*: nec voluptatibus obruamur: nec muti ad loquendum, cõtra aduersarios nostros rabidi canes simus, sed Dei potius quam nostras sequamur vias, & audiamus scripturã monentẽ: *Sapite de domino in bonitate.* Et iterũ: Intelligẽtia optima est his qui faciũt eam. Et si canes fuimus, non desperemus salutẽ, audiẽtes verba Chananææ dicẽtis ad dñm: *Etiã domine, nã & catelli comedunt de micis quæ cadũt de mensa dominorũ suorũ.* Ob quã causam misericordiãcõsecuta, audit à dño: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Poterat n. dicere cũ propheta: *Viã mãdatorũ tuorũ cucurri.* Et iterum: *Deduc me in viam rectã.*

CAP. LVII.

IVstus periit, &c.] Propter speculatores cæcos & canes mutos, qui ipsi pastores sunt, nesciẽtes intelligentiam: nec præsentib. saturãturvoluptatibus sed sẽper se præparant ad futuras; *iustus perit.* De quo dicit vxor Pilati: *Nihil tibi sit & iusto illi.* Qui lotis manib⁹: innocẽs sũ ego, inquit, à sanguine iusti huius. In quo cõsiderãdũ, quod verbũ perditionis, de quo sæpe hæretici calũniã faciunt, quod interitũ significet & abolitionẽ in perpetuũ, ponatur super Christo: cuius vtique perditio persecutionis magnitudinẽ, & nõ finẽ mondstrat substantiæ. *Et nemo est*, ait, *qui recogitet in corde suo*, siue *reponat*: Neque enim fieri poterat, vt cæci & muti videntes vana & amantes somnia, ignoranteque intelligentiam atq; sapientiam, cogitarent ea quæ Dei sunt. Quodque sequitur: *Et viri misericordiæ* siue *iusti colliguntur* atque tollũtur, Apostolos significat: qui interficiuntur ab impiis, & à domino congregantur. Causaque reddit cur interfectus sit iustus atque sublatus, dicens: *A facie enim malitiæ collectus est iustus*, vt mala sæculi non videret. Siue propter malitiam hominũ, quorum ipse peccata portabat, ad patrem victor ascendit. Quod autem iuxta Hebraicum dicitur: *Veniat pax, requiescant in cubili suo: ambulet in directione sua*: Sensus quidẽ perspicuus est: sed verborũ cõsequentia, quæ in suæ linguæ stat idiomate, apud nos videtur esse turbata. Quod autem dicit, h. e. Veniat pax iusti, quam ascendens ad patrem Apostolis dereliquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Cumque pax Christi, quæ exuperat omnem sensum venerit, requiescent Apostoli eius in cubilibus suis, & mors eorũ requiescet. Ex quo ostendit martyres non perire, sed vincere, & æterna sede requiescere. Ipse vero cuius pax est, & cuius Apostoli requiescunt in cubilibus suis, ambulat in directione sua, recto itinere ad patrem victor ascendẽs. Porro quod in Lxx. legitur: *A facie malitiæ ablatus est iustus*: erit in pace sepultura eius, ablata est de medio: Omnia referuntur ad Christum absque commistione personæ Apostolorum, cuius sepultura in pace est, & sublata de medio. *Neque enim caro eius vidit corruptionem*: nec permansit in sepulchro, qui est inter mortuos liber, dicente angelo ad mulieres: *Quem quæritis Iesum, non est hic: Venite & videte locum vbi positus fuit dominus.* Iudæi & hæc & cætera quæ sequuntur, vel generaliter de omnibus iustis arbitrantur intelligi, quorum Manasses fudit sanguinem, & implevit Hierusalem à porta vsque ad portam. Vel certe Esaiam de sua prophetare morte, quod serrandus sit à Manasse serra lignea, quæ apud eos certissima traditio est. Vnde & nostrorum plurimi illud quod de passione sanctorum in epistola ad Hebræos ponitur, Serrati sunt, ad Esaiæ referunt passionem.

Commentariorum XV. *in Esaiam Prophetam Finis.*

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVMDECIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

EGREGIA disertissimi oratoris sentẽtia est. Felices esse artes, si de illis soli artifices iudicarent. Ac ne à profanis tantum sumere videar exemplum: nimirum hoc illud est quod aliis verbis Propheta demonstrat: Beatus qui in aures loquitur audientium. Qua feli. itaque tu filia Eustochium me compotem esse fecisti. Nam cum anterioris libri præfatiunculam legeres, in qua asserui Apostolos & Euangelistas, ea tantum de Lxx. interpretibus, vel suis vel eorum verbis ponere testimonia, quæ cum Hebraico consonarent: si qua autem ab aliis addita sunt; omnino negligere: illico mihi non paruam quæstiunculam detulisti, quod scilicet octo versus qui leguntur in Ecclesiis, & in Hebraico non habentur, tertiidecimi psalmi, Apostolus vsurparit, scribẽs ad Romanos: Sepulcrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant: Venenũ aspidũ sub labiis eorum: *Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est*: Veloces pedes eorum ad effundendũ sanguinem: Cõtritio & infelicitas in viis eorũ: Et viã pacis non cognouerunt: Non est timor Dei ante oculos eorum. *Quod cum audissem*: quasi à fortissimo pugile percussus essem, cœpi tacitus æstuare & stuporem mẽtis, vultus pallore signare. Hebræus, inquam ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, eruditusque ad pedes Gamalielis, aut ignorauit hæc, aut eorum, qui lecturi erant, abusus est ignorantia. *Quorum alterum ineruditi, alterum callidi est admiratiã, nec eius qui dixerit*: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. *Et iterum*: In simplicitate & sinceritate annunciaui vobis verbum. *Tandem in memet reuersus, vnius diei spacium postulaui: vt responsio mea nequaquam augmentum humani esset ingenij, sed fructus assiduæ lectionis. Itaque omnem scripturam mente perlustrans, animaduerti, sicut omnis pene ad Romanos Epistola de veteri structa est instrumento, sic & hoc testimonium de psalmis, & de Esaia esse contextum. Nam duo primi versus*: Sepulcrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolose agebant: *quinti psalmi sunt. Illud autem quod sequitur*: Venenum aspidum sub labiis eorum: *centesimi tricesimi noni psalmi est. Rursumque quod dicitur*: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, *de nono psalmo sumptum est. Tres autem versiculos, qui sequuntur* (Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Contritio & infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognouerunt.) *In Esaia Propheta reperi; quos in decimo sexto explanationis eius libro, quem nunc dictare cupio, expositurus sum. Vltimus autẽ versus, id est, octauus*: Non est timor Dei ante oculos eorum: *in tricesimiquinti Psalmi principio est. Nec in hoc cuiquam videatur esse diuersum, si quod in suis locis numero dicitur singulari, ab Apostolo pluraliter dicatur: qui scribebat ad plurimos, & in vnum sensum multa cogebat exempla. Arbitror soluetam quæstionem tuam, & nostram regulã super translatione veteris instrumenti concussam magis esse quam motam: Et non tam Apostolum de psalmo tertiodecimo sumpsisse, quod in Hebraico non habetur, quam eos qui artem contexendarum inter se scripturarum Apostoli nesciebant quæsisse aptum locum, vbi assumptum ab eo ponerent testimonium, quod absque auctoritate scripturæ positum non putabant. Denique omnes Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis suæ in Psalmos commentarios reliquerunt: hos versiculos veru annotãt atque præterierunt: liquido confitentes, in Hebraico non haberi, nec esse in Lxx. interpretibus, sed in editione vulgata, quæ Græce κοινὴ dicitur, & in toto orbe diuersa est. Sed iam tempus est, vt cœpto incumbamus operi, & reliqua persequamur.*

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER SEXTVSDECIMVS.

CAP. LVII.

OS autem accedite huc filij auguratricis, &c.] Sublato iusto, cuius sepultura in pace est, imo sublato de medio: Vos qui estis filij iniquitatis: accedite ad me, & audite quæ dicam. Quomodo enim qui facit iniquitatẽ, seruus est iniquitatis: sic qui iuxta Iudam proditorem, filius est perditionis, appellari potest filius iniquitatis. Deniq; scriptũ est de domino Saluatore: *Et filiũ iniquitatis nõ apponet, vt affligat eum.* Pro iniquitate siue iniquorum, quod Lxx. transtulerunt, Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit a עננה, quod nos iuxta Symmachum, inauguratricem vertimus: quod scilicet semper Hierusalẽ, quæ est mater audientiũ, idololatriæ dedita fuerit. Quãobrẽ appellat eos semen adulteri siue adulterorum, de quibus dictũ est: *Et mæchabantur in lignũ & lapidẽ*: ac meretricis: haud dubiũ quin eandẽ significet, de qua supra leginus: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Siõ: Super quem*, inquit, *lusistis*, consequentes faciẽ eius, barbãque vellentes: & super quẽ dilatastis & apperuistis os vestrum, & linguam eiecistis, dicentes ei: *Samaritanus es, & dæmoniũ habes*? Et iterum: *Iste non eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe demoniorũ.* Et postea in passione: *Crucifige, crucifige talẽ.* Et rursum: *Sanguis eius super eos & super filios nostros.* Et alibi: *Vah, qui destruit tẽplũ, & in triduo instaurat illud*? *Alios saluos fecit: seipsũ saluum facere non potest*: Descendat nunc de cruce, & credimus ei.

CAP. LVII.

HEB.

MOS autẽ accedite huc filij auguratricis, semen adulteri & fornicariæ. Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Numquid non vos filij sceleſti, semen

SEPT.

OS autem accedite huc filij iniqui, semen adulterorum & meretricis. In quo lusistis? super quẽ aperuistis os vestrũ, & super quo eiecistis linguã vestrã? Nonne vos estis filij

b ¶ *Nunquid non vos filij sceleſti, semẽ mẽdax, &c.*] Vos, inquit, ista fecistis, quæ præteritus sermo narrauit. Qui estis filij scelerati, siue perditionis: qualis fuit & Iudas proditor

qui appellatus est filius perditionis, & semen iniquum, siue Mendax, atq; mendacij: qui delectamini in diis subter omni frondosa arbore, & immolatis filios vestros in torrentibus De quo & Regū, ac Paralipomenon narrat historia: Quod immolauerint diis filios suos, & in igne consecrauerint. Quod quidē & Achab regē Israel, & Manassen regē Iuda feciſſe, nō est dubium: qui à parricidio liberorū, ad prophetarū sanguinē peruenerunt, de quo & in Oſee: *Immolate*, ait, *homines: vituli enim defecerunt.* Siue vt in Hebræo ſcriptū est: *Immolate homines, vitulos adorantes.* Et in psalmis pleni? ſcribitur: *Commiſti ſunt in gētibus, & didicerunt opera eorum, & ſeruierūt ſculptilibus eorum, & factū est in eis ſcandalum. Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonibus, & effuderunt ſanguinē innocentē, vel innoxium, ſanguinem filiorum & filiarum ſuarum, & immolauerunt ſculptilibus Chanaan. Et infecta est terra ſanguinibus, & polluta est in operibus ſuis.* Cum ergo manifeſta ſit hiſtoria, quod filij ſint interfectores Chriſti iſta facietiū, occurrit quæſtio, quo modo filij dicantur filij perditionis, aduerſum eos qui volūt eſſe diuerſas naturas: aliā quæ perdita ſit, & mala, & ſaluari nequeat, & aliā bonam, quæ perire nō poſſit. Si enim, vt illi putāt, filij perditionis naturæ peſſimæ ſunt, quo modo inuentum eſt, quod prius perditū fuerat? Denique in parabolis pœnitentiū, & ouis perdita de centum ouibus & drachma, quem de decem perierat, reperiuntur, & perditus filius inuenitur, de quo ad maiorem natu dixerat pater: *Iſte frater tuus perierat, & inuentus eſt: mortuus erat, & reuixit.* Nunquā enim perit, niſi quod prius ſaluū fuit, nunquā moritur, niſi quod ante vixerat. Ergo iſti qui nunc appellātur filij perditionis, ſiue iniquitatis, ac ſceleris, proprio vitio dereliquerunt dominū. & de filiis dñi filij perditionis eſſe cœperunt, dicēte ad eos hoc eodē prophetа: *Dereliquiſtis dominū, & ad iracundiā, &c.* Poſſumus hæc ſecundū tropologiā, & ſuper hæreticis accipere, qui filij perditionis ſunt, & ſemen peſſimum, ſiue mendacij. Ab initio enim mendaces ſunt, ſicut diabolus qui eſt pater eius, qui eſt pater omnis mēdacij. Iſti vocant eos, quos deceperunt ad idola, ſiue ad ſimulacra dogmatum ſuorum ſubter frondoſas arbores, atq; nemoroſas, voluptates illis, & delitias pollicentes, ſiue cælantes impuritates ſuas. Vnde & Adam poſtquā peccauerat abſcondit ſe in paradiſo ſubter arborem, ne Dei pateret aſpectui. Nec dubium eſt quin iſtiuſmodi perditionis filij, & ſemen iniquum, habeant plurimos filios, quoſcunque deceperint, & occidant in profundis vallibus & in barathro impietatis ſubter imminentes petras, quæ ſemper minantur ruinas: quæ pro diuerſitate mendacij, & varietate dogmatum peruerſorum, plures appellantur petræ. Nos autem vnam habemus petram, quæ ſemper ſequitur populum Dei, de qua bibebat quondam populus Iſrael, quando familiaritate domini fruebatur.

a ¶ *In partib. torrentis, &c.*] Eſaiæ temporibus conueniunt quem dicuntur: Omnes enim mōtes, valles, atq; torrētes, pleni erāt cultu dæmonū, de quib. loquitur Hieremias: Quod patres, ac filij ligna cōportent, ignemque ſuccendant, vt faciant chauonas militiæ cœli, cōterentib. feminis, atque miſcentib. ſimilæ adipem, vt dominum ad iracundiam prouocarent. Nulliq; dubium quin placentas ſignificent, ſiue cruſtulas in manu artificis præparatas. Hoc enim lingua noſtra chauonas ſonat. De his ex domini perſona, prophetali ſpiritu, præcinebat Moyſes in cantico Deuteronomij: *Irritauerunt me in diis alienis, & in abominationib. ſuis ad iracundiā prouocauerunt: immolauerunt dæmoniis, & nō Deo:* & hoc fecerunt propria voluntate, quia in noſtro conſiſtit arbitrio bonum, malumve eligere. Denique his qui ſe Deo virtutib. obtulerunt, dicitur: *Elegit nobis hæreditatem ſuā, pulchritudinē Iacob quam dilexit.* Et in alio loco: *Facta eſt pars domini populus eius Iacob, funiculꝰ hæreditatis eius Iſrael.* Et in Actibus Apoſtolorū refertur: quod in parte, ſorteque Pauli, & Silæ plurimi ſe dederint. Qui ergo fuerint pars, & ſors domini, licut Leuitæ, habebūt partē domini, & dicere poterunt cum Dauid: *Pars mea dominus.* Que poſſumus & ſuper hæreticorū perſona accipere. Ipſi enim dimiſſo cultu Dei, errorū ſuorum ſimulacra venerantur, & illis offerunt victimas, ac libamina effundūt: facientes abſconditè, quem turpe eſt etiā dicere, & captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis: ſemper diſcentes, & nunquā ad ſcientiam veritatis peruenientes. Cum igitur iſta in vtraq; impietate faciant impij: nōne iuſtū eſt Dei contra eos iracundiam prouocari?

b ¶ *Super montem, &c.*] Quod in excelſis montibus, collibuſque, diis gentiū Iſrael hoſtias immolarit, & quaſi procaciſſima meretrix cunctis dæmonibus diuaricarit pedes ſuos ſacra narrat hiſtoria: nullusque fuerit locus, qui non idololatriæ ſordibus inquinatus ſit, intantum vt poſt fores domorum idola ponerent, quos domeſticos appellant lares, & tam publicæ quam priuatim animarum ſuarum ſanguinem funderent. Hoc errore & peſſima conſuetudine vetuſtatis, multarum prouinciarum vrbes laborāt. Ipſaq; Roma orbis domina in ſingulis, domibuſque, turelæ ſimulacrum cereis venerās, ac lucernis, quam ad tuitionē ædium iſto appellant nomine vt tā intrantes, quā exeuntes domus ſuas inoliti ſemper commoneantur erroris. Hæretici quoque quorum cor eleuatur in ſuperbiam, & qui Eccleſiaſtica humilitate contempta ſibi excelſa promittunt, aſcendunt dogmatum ſuorum montes ſublimiſſimos, & illic ſuum dæmonibus cubile proſtituunt. Et quia ſecundum prophetam, conuerſi ſunt retrorſum, imitantes vxorem Lot, mutantur in ſtatuam ſalis, habentes imaginem Eccleſiaſticæ condituræ, & ſaporem penitus non habētes: qui proiiciuntur foras, & in nihil vtiles ſunt, niſi vt cunctorum pedibus conculcentur. Quamobrem monet dominus in Euangelio, vt qui aratri ſtiuam tenet, poſt tergum non reſpiciat.

c ¶ *Quia iuxta, &c.*] Primū Hebraicum diſſeramus, quod in hoc loco multū diſtat à Lxx. Ad quam ſupra dixerat: *Super montē excelſum, & ſublimē poſuiſti cubile tuum,* & quaſi meretricem arguerat, in introitu domorum, & in locis tenebroſis, poſt oſtia proſtitutam, vt quicunque ædes vellet intrare, haberet ante oculos expoſitam voluptate: Eandem nunc quaſi vxorē adulterā arguit, atq; confutat, quod dormiens cum viro, clam adulterum ſuſceperit, & diſcooperuerit palliū, imo dilatauerit ſtratum ſuum, & fecerit pactū, quaſi dotis inſtrumēta conficiens cum adulteris. Hoc autem dicit, vt oſtēdat quod nō ſolū in agris, & domibus idola coluerint, ſed in tēplo quoq; poſuerint ſimulacrum Baal, quod Ezechiel, quoq; perfoſſo pariete vidiſſe ſe dicit. *Dilexiſti, inquit, ſtratū eorum manu aperta,* vt nō erubeſceres in peccato tuo, nec fornicationis cuperes abſcōdere turpitudinē, ſed tota libertate peccares. *Et ornaſti te regi vnguento, & multiplicaſti idola tua.* Et eſt ſenſus: Varia ornamenta quæſiſti, vt & viſu, & odore adulteros prouocares. Quod autē dicitur: ornaſti te regi vnguēto, dupliciter intelligitur, aut regi Deo, dum his ornaris, quē ille dederat, & idolis proſtitueris. Aut certe regi idolo Ammonitarum, qui appellatur Moloch, & in lingua noſtra regē ſonat. Quem iuxta Lxx. in aliis locis melchom legimus. *Et miſiſti legatos tuos procul,* vt nō ſolum in vicinarum gentium idolis, ſed & in longe poſitarum haberes ſtudium fornicandi. Significat autē Babylonios Deos, & Ægyptios. *Et humiliata es,* ait, *vſque ad inferos.* Nō ea humilitate, quæ in laude eſt, ſed qua Amnon ſororem ſuam Thamar humiliauerat. Et reuera grandis humilitas, imo vſque ad inferos præcipitatio, de luce & culmine caſtitatis in tenebras lupanatis, imo in barathrum libidinum præcipitari. Cui dicitur in alio loco: *Vſque ad inferos deduceris.* Iuxta Lxx in his quæ diſſonāt, hic mihi ſenſus videtur. Putaſti meretrix, quod ſi à me receſſiſſes, & iunxiſſes te amatoribus tuis, plus aliquid inuenires? Cui & per Ezechielem loquitur Deus: *Omnib. meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes, & in te peruerſum factum eſt iſtud.* Nō ſolum enim nihil accepiſti ab amatoribus tuis, ſed etiam ea quæ à viro acceperas, perdidiſti. Quodque ſequitur: Dilataſti cubile tuū, & pepigiſti cum eis, in Lxx. non habetur. Hæc dilexit dormientes ſecum ſpeculatores cæcos, & canes mutos, qui dormientes vident ſomnia vanitatis. Et multiplicauit fornicationem ſuam, vt non ſemel cum vno, ſed frequenter & cum plurimis miſceretur. Propter quod multos fecit à ſe longè recedere, vel Angelos qui in eius præſidiis erant, vel ſanctos viros, qui ab huiuſcemodi meretricis conſortio receſſerunt. Quod quidem, & de hæreticis poſſumus dicere, qui derelicto Deo ſuo, ſequuntur errores, & putant ſe aliquid plus habere: cum ſequentes mendacia perdiderint veritatem, & multiplicauerint fornicationem ſuam, non in vno dogmate, ſed in pluribus. Et fecerint à ſe Eccleſiarum præſides Angelos recedere: qui non contenti fornicatione vicina mittunt legatos vltra terminos ſuos ad gentilium dogmata, & errores gentium barbararum, vt nouitate ſermonum decipiant audientes.

a ¶ *In multitudine, &c.*] Qui ambulāt in via vna & regia, non laborāt, de qua per Moyſen præcepit Deus: *Via regia ambulabis, & non declinabis ad dexterā, neq; ad ſiniſtram:* Vna via eſt veritatis, quæ dicit in Euangelio: *Ego ſum via, veritas, & vita:* & multæ mendaciorum viæ, per quas nunc ambulaſſe arguitur Hieruſalem: quarum viarum Deus ſciens differentiam, ſupra loquitur ad errantes. *Nō ſicut viæ meæ, viæ veſtræ,* quæ dicunt domino confitentes: *Declinare feciſti vias noſtras à viis tuis.* Cognita igitur vna via regia, videamus quæ dexteræ viæ ſint, & ſiniſtræ, per quas prohibemur incedere. Via regia temperata eſt, nec plus in ſe habens, nec minus, Verbi gratia. Via recta, & regia, prudentia eſt. Declinamus ad dexteram, ſi plus ſapimus quam oportet ſapere, & pro prudentia calliditatem diligimus. Quia *ſerpens prudētior erat omnib. beſtiis* in paradiſo. Et *filij tenebrarum prudentiores ſunt filiis lucis.* Ad ſiniſtram q; diuertimus, quādo ſtulti ſumus, & minus ſapimus quam neceſſe eſt. De quibus dictum eſt: Dixit ſtultus in corde ſuo: non eſt Deus. Pietas quoque, & vera religio, via regia eſt. Declinat ad dexteram, qui ſuperſtitioſus eſt, & meretur audire. *Nē ſis multum iuſtus.* Ad ſiniſtram, qui negligit cultum Dei, & inter hædos, hircoſque numeratur. Liberalitas quoque, & diſpenſatio virtus maxima eſt: à qua declinat ad dexteram, qui parcus eſt, & non ſolū aliis, ſed ne ſibi quidem tribuit, quod neceſſe eſt. Ad ſiniſtram, qui comedit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, & dicit cum Iſrael: *Manducemus, & bibamus: cras enim moriemur.* Fortitudo etiam, atque conſtantia via regia eſt, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius & pertinax eſt, ad ſiniſtram, qui formidoloſus & pauidus. Vnde vir ſanctus per viam rectā gradi cupiens deprecatur: Deduc me domine in via recta. Et in alio loco: *Notam fac mihi domine viam, in qua ambulem, quoniam ad te leuaui oculos meos.* De iſtiuſmodi via, & alibi ſcriptura commemorat:

HEB.

men mendax, qui conſolamini in diis ſubter omne lignum frondoſum, immolātes paruulos in torrentibus ſubter imminentes petras?

SEPT.

perditionis, ſemen iniquum: qui vocatis idola ſubter frondoſas arbores, immolantes filios veſtros in vallibus in medio petræ? Hæc eſt pars tua, hæc eſt ſors tua, & illis effadiſti libamina, & his præparaſti hoſtias. Super his ergo non iraſcar.

HEB.

[a] Quia iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum

SEPT.

Putabas quoniam ſi receſſiſſes à me, plus aliquid haberes. Dilexiſti dormientes tecum, &

HEB.

cum eis: dilexiſti ſtratum eorum manu aperta, & ornaſti te regi vnguento, & multiplicaſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul & humiliata es vſq; ad inferos. [a] In multitudine viæ tuæ laboraſti, & non dixiſti, quieſcam: vitam manus tuæ inueniſti, propterea nō rogaſti. [b] Pro quo ſollicita timuiſti: quia mentita es, & mei non es recordata: neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es. [c] Ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris,

SEPT.

multiplicaſti fornicationem tuam cum eis, multoſque feciſti proculāre: & miſiſti legatos vltra terminos tuos, & humiliata es vſque ad inferos. Multis itineribus tuis laboraſti, & non dixiſti, deſinā: confortata feci ti hæc: propterea non rogaſti me. Quem timens perterruiſti, & mentita es mihi, nec recordata eſt mei. Neque poſuiſti me in mente tua, & in corde tuo. Et ego te videns deſpiciam, & non me timuiſti. Ego annunciabo iuſtitiam tuam, & mala tua, quæ non proderunt tibi. Cum clamaueris,

Quærite viam bonam, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animarum veſtrarum, Hieruſalem ergo propterea humiliata est vſque ad inferos, quia in multis viis laborauit, neque dixit: Emendabo errorem pœnitentia, ſed econtrario, confortabor in incœpto, nec curabo ſententiam cōmonentis, *Conuerte pedem tuū à via aſpera, & guttur tuum à ſiti.* Denique ſequitur: At illa reſpondit: ἀναπέφυκα id est, agam viriliter, quod nunc verbō alio dicitur: Confortabor. Et quia fecit hæc quæ præteritus ſermo narrauit, ideo non est dominum deprecata, in ſuis magis viribus quam in Deo habens fiduciam. Porro quod iuxta Hebraicum ponitur: *Vitam manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti*: hunc habet ſenſum & intellectum. Quia rebus omnibus abundaſti & affluxiſti diuitiis, ideo dominū neglexiſti: quas diuitias, & Salomon habere detrectat, ne obliuiſcatur Dei. Et ad Sodomam per Ezechielem dicitur: Quia ſaturata ſit panibus, propterea ſuperbiuiſſe. Non ſolum autem diuitiæ, ſed & paupertas probat hominem. Vnde ſupra ſcriptum est: *Probaui te in camino paupertatis*: in quo & Lazarus probatus est pauper: qui egeſtatem ſimul, debilitatemque ſuſtinuit.

b ¶ *Pro quo ſollicita timuiſti, &c.*] Quia plenis horreis habes fiduciam in diuitiis, rogare me noluiſti, idcirco timuiſti plurimos. Non enim poteras dicere: *Dominus auxiliator meus, & ego deſpiciam inimicos meos.* Et itetum: *Dominus illuminatio mea, & Saluator meus, quem timebo?* Quod & ſi contra mentis tuæ conſcientiam dicere aliquando voluiſti, mentita es. Quomodo enim me poteras inuocare, quæ me! non habebas memoriam, neque cogitaſtiv nquam præcepta, dicentis: *Honora dominum, & confortaberis*, & abſque illo nullum metuas? Ego enim ſum, qui iuxta Symmachum, & Aquilam, ſemper tacui peccata tua, & ſcelera quæcunque faciebas, quaſi non viderem, diſſimulatione neglexi, vt ſi nō timore mei, ſaltem patientia ad me redires. Qui non oculis, ſed palpebris interrogo filios hominum. At tu econtrario oblita es mei, & audire meruiſti: *Oblita es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum.* Et iterum: *Ipſi ambulauerunt contra me peruerſi & ego ambulabo contra eos in furore peruerſo.* Mens quæ in Lxx. cum ſorde ſociatur, non eſt ſcripta in Hebraico, ſed quaſi interpretatio addita, quid in ſcripturis cor intelligi debeat.

c ¶ *Ego annunciabo iuſtitiā tuam, &c.*] Qui ſemper tacui, & quaſi non viderem tua peccata, neglexi, nequaquā vltra tacebo, ſed dicam, quod ante iam dixi: Tacui, nunquid ſemper tacebo? Et annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua. Quod per Ironiam legendū eſt: velut ſi quis in ſceleribus deprehenſo dicat, vide bona opera tua. Propter quod ſi quando tibi tribulationis tempus aduenerit, & cœperis non ad idola quæ coluiſti, ſed ad cœlū manus tēdere, & Dei implorare auxilium, audiant te illi, & liberent te de periculo, quos ſecura coluiſti. Quod & per Hieremiam ad eandem loquitur Deus: *Vbi ſunt dij tui, quos feceras? Reſurgant, & ſaluent te faciant in tempore malorum tuorum.* Pro eo quod Lxx. tranſtulerunt: *Eruant te in tribulatione tua*, & nos diximus, *liberent te congregati tui*: Symmachus tranſtulit: *Eruant te ſynagogæ tuæ.* Ergo propriè ſequitur ad Iudæos

quod eos synagogarum suarum turba tempore obsidionis liberare non valeat.

a ¶ *Et omnes eos, &c.*] Iudæi de Babyloniis hæc asserunt propheratri, quod illis Dei virtute superatis, populus redeat in Iudæam, & possideat montem Sion, & omnia itineris impedimenta tollatur, nec vllius gentis patiatur insidias, quia dominus planam fecerit viam populo suo. Et sub Zorobabel, & Ezdra impleta contendunt. Nos autē iungentes superioribus quæ dicuntur, hoc asseruimus, quod omnia idola quæ eos nō poterant liberare, tollat vētus, atque tēpestas: & sint quasi puluis, quē proiicit ventus à facie terræ. Eos autē qui habuerint in domino fiduciam possessuros terrā. De qua in hoc eodē propheta lecturi sumus. Eleuabit te ad bona terræ. Ex quo perspicuum est, hāc terrā nō deorsum esse, sed sursum. Ad quā sanctus domino eleuāte conscender, de qua crebro diximus: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā.* Et, *Credo videre bona domini in terra viuentiū.* Mons autē sanctus Dei, ille intelligendus est, de quo ad Hebræos loquitur, qui scribit Epistolā: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatē Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & multa millia angelorum, & Ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis.* Possumus terram, & montem domini, quem sancti possessuri sunt, & scripturas sanctas intelligere, quas auferendas à Iudæis, dominus comminatur, dicens: *Auferetur à vobis regnū Dei, & tradetur gēti facienti fructus eius*: vt inueniant in eis illū mōtem, de quo in hoc eodem Propheta, & in Michea legimus: *Erit in nouissimis diebus manifestus mons domini.* Et ipse dominus præcepit Apostolis, cunctisque doctoribus Ecclesiæ, vt quicquid asperum videretur, atq; difficile, sua interpretatione dissoluant, & intelligentiæ viam præbeant, omniaque tollāt de medio scandala: vt populus domini absq; vllo impedimēto quod legit, intelligat: & in Dei timore proficiat. De his viis, & Ioannes Baptista dicebat. *Parate vias domini. &c.* Vbi nos posuimus ex persona Dei, & dicam: Lxx. posuerunt ὁδὸν, id est, & dicent: hi videlicet qui possidebunt terrā, & hæreditate consequentur montem sanctum Dei. Nec erunt propria salute contenti, sed etiam cæteros ad docendum populos prouocabunt. Symmachus hunc locum ita interpretatus est. *Qui autem confidit in me, possidebit terram, & hæreditate consequetur montem sanctum meum, & dicet: Rectam viam facite*, & reliqua. Eo quod ipse qui terram, montemque possederit, cæteros instruat vt viam domino parent.

b ¶ *Quia hæc dicit excelsus, &c.*] Cœperat sermo Propheticus contra populum Iudæorum: quorum magistros appellauit speculatores cæcos, & canes mutos, & pastores ignorantes intelligentiam, & filios iniquos, & semen adulterorum, atque meretricis: post quæ venit ad Hierusalem, cui exprobat fornicationem eius, eo quod dilatauerit cubile amatoribus suis, & susceperit eos manu aperta, & ornauerit se cunctis idolis, & miserit legatos procul, vt peregrinis quoque amatoribus frueretur. Qua increpatione finita, venit ad eos qui confidunt in domino: & quibus terram montemque promiserat possidendum, & quorum reuersioni iter iusserat præparari: Haud dubium quin Apostolis, ad quorum prædicationem de vtroque populo crediderunt. Vnde à laudibus Dei incipit, & quæ de reditu populi sui pollicitus sit, sequenti sermone testatur. Hæc enim dicit dominus excelsus, atque sublimis, qui habitat in excelsis, & sanctus in sanctis, non loco, sed merito eorum, in quibus habitat: quorum vnus dicit in Psalmo: *Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me.* Et iterū: *Exaltare domine qui iudicas terrā*: nō quo Deus humanis sermonibus eleuetur, sed iuxta illud quod alibi dicitur: Dominus mihi factus est in salutē, etiā humilib. excelsus fiat. Qui *superbis resistit, & humilibus dat gratiā*, vt eos eleuet, & habitet in excelsis. *Excelsus* enim *dominus & humilia prospicit.* Et in Euangelio angeli clamitant: *Gloria in excelsis Deo & super terram pax.* Et rursum in Psalmis: *Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.* Et non solum excelsus habitat in excelsis, sed & sanctus in sanctis. Qui dicit in alio loco: *Sācti estote, quoniā ego sanctus sum.* Et quo modo in peruersam animam non ingreditur sapientia, neq; habitat in corpore subdito peccatis: sic sanctus in sanctis habitat, & vbicunq; sordes fuerint, nō potest habitare munditia, dicente sancto ad dominum: *Tu autem in sancto habitas laus Israel.* Vnde & nos in oratione audemus dicere: *Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuū.* Et in secundo psalmo legimus: *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & dominus subsannabit eos*: Christus enim non in his habitat, qui terreni sunt: sed in his qui super cœlestes, qui enarrāt gloriam domini: de quib. dicitur: *Exaudiat eū de cœlo sancto suo.* Et iterum: *Cœlum cœli domino*: in quem sensum & Moyses famulus Dei pari voce consentit: Ecce domini Dei tui cœlum, & cœlum cœli: quod vtique non more Iudaico debemus accipere: vt Deus vllo claudatur loco, & in cœlo tantum habitet, qui vbique diffusus est, & à quo omnia continentur: Sed excelsa & cœlos, sanctos merito intelligamus, atq; virtutes. Iste est enim qui habitat in cœlo: de quo in Euangelio scriptū est: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Iste requiescit in sanctis, & habitat in humilib. & in his qui contriti sunt spiritu. De quibus dicitur: *Sacrificiū Deo, spiritus contribulatus: cor contritū & humiliatū Deus nō despicies.* Ipse pusillanimis dat patientiam, vt in angustiis constituti, spe futurorum, tribulationem sustineant. Ipse dat vitam, vtique his, qui peccato mortui erant. De quo dicitur: *Apud te est fons vitæ.* Qui loquitur in Euangelio: *Ego sum via veritas, & vita.*

c ¶ *Nō in sempiternū, &c.*] Dominus qui in excelsis habitat, & humilia respicit, cuius nomen est sanctū, & requiescit in sanctis, qui sustentat afflictos, & vitā tribuit oppressis, hæc locutus est: Non semper irascar, nec iugiter indignabor. Qui ad hoc percutio, vt emēdē, ideo occido, vt viuificē. Miserēor enim creaturæ meæ, & quos ipse cōdidi, in æternū perire nō patiar. Spiritus quoque meus, qui ex me egredietur, siue qui iuxta Hebraicū, Aquilā, Symmachū, & Theodotionē, cūcta circūdat: hoc enim significat περιελεύσεται, vegetator est omniū. Et flatum, siue Pluraliter flatus, hoc quippe b נשמות sonat, ego feci, de quo alibi scriptū est: Omnis flatus, siue omne quod spirat, laudat dominū. De quo spiritu, & flatu, in principio Geneseos scriptū est: Insufflauit Deus flatū vitæ, & factus est homo in animā viuentē. Tale quid & Iob loquitur: Spiritus domini, qui est in narib⁹ meis, & flatus omnipotētis qui docet me. Cum ergo à me egrediatur spiritus, & flatu, atque inspiratione mea cuncta vegetētur, & viuāt, non est iustū perire eos in æternū, qui meo flatu ac spiritu sustentantur. Quidā nostrorū hunc esse aiunt spiritū, quo omnis mundus inspiratur, & regitur, & cūcta habent notitiā Dei, quem iuxta Stoicos insignis poeta describens, ait: *Principio coelum, ac terras, cāposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,*

infusa per artus, Mens agitat molem, & magno se corpore miscet: & reliqua. Alij vero sanctum Spiritum intelligunt: qui in principio ferebatur super aquas, & viuificabat omnia, qui de patre egreditur, & propter societatem naturæ, à filio mittitur, dicente: *Expedit vobis, vt ego vadā.* Nisi enim ego iero, paracletus non veniet ad vos:

sin autem ego iero, mittā eum ad vos. De quo rursū ait: *Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui de patre egreditur.* Ne scandalizet quempiā, si spiritus egredi dicatur ex patre: cū etiā filius de se dixerit: *Ego de patre exiui & veni: neq; enim à me ipso exiui, sed ille me misit*: De hoc spiritu loquebatur: *Rogabo patrē, & alium paracletum dabit vobis: vt sit vobiscum semper. spiritū veritatis.* Hic est spiritus, de quo scribit & Moyses: *Quis det vt omnis populus domini sit in Prophetas, & det dominus spiritū suū super eos?* Et Ioel ex persona Dei: *Effundam de spiritu meo super ommem carnem. & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ*: Et Zacharias: *Veruntamē verba mea, & legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in spiritu meo, seruis meis prophetis.* Et iterum: *Effundam super Hierusalem spiritum gratiæ, & misericordiæ.* Multaque alia de vtroq; testamēto, quæ nūc lōgū est repetere. Hoc solū dicimus, quod idem Propheta de hoc spiritu, & flatu pariter sit locutus: *Hæc dicit dominꝰ Deus qui fecit cœlum.* Et post paulum: *Qui dat flatū populo suo, qui est super eam, & spiritum his qui calcant eam.*

a ¶ *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum & percussi eum: abscondi, & indignatus sum, &c.*] Post deiectionē populi Iudæorum, & eorum qui in Saluatorem credere noluerunt, pollicitus fuerat habentibus in se fiduciam, terram mitium, montemque sanctorū, & Apostolis præceperat: Viam facite populo reuertenti, & omnia de medio scandala tollite: Ac ne incredibile videretur, exponit potentiā suam, quod excelsus, & magnus facile possit pœnitentibus veniam tribuere, & iustum sit, vt creator misereatur creaturæ suæ. Propter quæ iungit: Quod iratus sit, & contristauerit populum suū, idcirco se fecisse, quia peccauerit, & iniquitatis auaritiā habuerit, nec vna fuerit iniquitate contentus, sed semper addiderit peccata peccatis. Et percussi, inquit, eum ad breue vt sanarem, & abscondi, subauditur, faciem meam, vt magis me desideraret, & diceret: *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Indignatusq; sum: Quod ille sentiens, tristis incessit, dicens: *Totadie tristis ingrediebar*: Et ambulauit mœrens, siue conuersus in via cordis sui: vt non ad faciem hominum, sed in corde ageret pœnitētiam. Propterea videns vias conuersionis eius, sanaui vulnera, quibus eum ante percusserā. Et reduxi eum ad me, quem prius eieceram, & reddidi ei consolationem verā. Multæ enim falsæ sunt consolationes, quibus genus decipitur humanum. Siue consolatus sum lugentes eius, dicens in Euangelio: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.* Quod q; sequitur: *Creaui fructum labiorū*, hūc habet sensum, impleui quod pollicitus eram, dicens: *Viuo ego, dicit Dominus*: malo pœnitentiam peccatoris quam mortem. Siue omnia tribui, quæ antea promiseram. Quæ est autem domini pollicitatio? *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et hoc est, quod nunc ait: *Pacem super pacem*, non vni tantum genti, sed omni mundo, his videlicet qui erant longe, & qui prope, id est, primum gentibus, & postea his qui ex Israel credere voluerunt. De quibus dicit & Apostolus. *Vobis quidem oportebat prædicari verbū Dei, sed quia indignos vos iudicatis salute, ecce conuertimur ad gentes.* Qui scribens ad Ephesios, & de populo circūcisionis, atq; gentilium plenissimè disputans, intulit: Nunc autem in Christo Iesu, *vos qui aliquando eratis lōge, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitiā in carne sua*, & reliqua. Et iterum: *Et veniens, annuntiauit pacem vobis qui longe, & pacē his qui propeerant.* Quoniam per ipsum habemus accessum vtrique in vno spiritu ad patrē, dans pacem super pacem his, qui fuerant longe, & qui prope, id est, qui non habuerant legem & prophetas, & qui ante susceperant, suscepit eos, atque sanauit. Impij autem, siue iniqui, fluctuabunt, quasi mare feruens, & quiescere nunquam poterunt. Quod licet de omni impio possit intelligi, tamen proprie refertur ad populū Iudæorū, qui consona voce clamauit, & perseuerauit in impietate sua, dicēs: *Crucifige, crucifige talem. Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Sicut igitur mare feruens quiescere nō potest, sed redundant fluctus eius, & reuoluuntur ad litora, atq; iterum reforbentur, & in se fracti, lutum efficiunt, quod pedibus conculcatur: Sic impij æternæ conculcationi subiacebunt, quorum nullum est gaudium, & qui nulla pace requiescunt in eo, quod impij perseuerant. Quidam hunc locum specialiter super Saluatore intelligunt, quod propter peccata mundi ad modicum contristatus sit, dicens: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et percusserit eum pater, qui loquitur per Zachariam: *Percutiam pastorem, & oues dispergentur*: qui & ipse de se in sexagesimo octauo Psalmo dixerit: *Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt*, & auerterit Deus faciem suam ab eo: vt formam serui paulisper acciperet, & ambularet tristis, & lugens peccata populi, deplorans, & plangēs Hierusalem. Et quia viderit pater vias eius, propterea sanauerit eum, qui fuit inter mortuos liber, & caro eius non vidit corruptionem: vt qui percussus est in cruce, sanaretur in resurrectione. Et consolatus sum, inquit, eum, dans ei pro vna gente Iudæorum, vniuersum mundū. Et lugentes eius, subauditur, consolatus sum. Nec dubium quin Apostolus significet. Et compleuit fructu labiorum suorum, qui dixerat ei: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*: pacem super pacem, mundum reconcilians Deo, vt vtrumque populum vocaret ad se, & sanaretur à patre. Impios autem, de quibus supra diximus, comparat mari, quod nunquam potest quiescere: sed etiam in summa tranquillitate, fractis ad litora voluitur fluctibus, finisque eius lutum est, & conculcatio.

CAP. LVIII.

Clama ne cesses, quasi tuba, &c.] Finito priori capitulo, in quo pax iustis, & nulla requies impiis nunciatur, præcipit Deus Esaiæ Prophetæ, vt clamet in fortitudine, & instar tubæ exaltet vocem suam, & peccata, ac scelera

HEB.

maueris, liberēt te congregati tui. a Et omnes eos auferet vētus, tollet aura. Qui autē fiduciam habet mei, hæreditabit terrā, & possidebit mōtē sanctū meum, & dicā viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. b Quia hæc dicit excelsus, & sublimis, habitator æternitatis, & sanctum nomen eius: in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. c Non in sempiternum litigabo, neque vsque in finem irascar: quia spiritus à facie mea egre-

SEPT.

ueris, eruant te in tribulatione tua. Istos enim omnes tollet ventus, & auferet tempestas. Qui autem sperant in me, possidebunt terram, & hæreditate consequentur montem sanctum meum, & dicent: Mūdas facite à facie eius vias, & auferte offendicula de via populi mei. Hæc dicit excelsus, & in excelsis habitans in æternū, sanctus in sanctis nomen illi. Excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam, & vitam his qui corde contriti sunt. Non in æternū vlciscar in vos, neque semper irascar vobis. Spiritus enim à me egredietur, & flatum omnem ego feci. Propter peccatum ad modicum quid contristaui eum: & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est: & ambulauit tristis in vias suis. Vias eius vidi, & sanaui eum, & consolatus sum illum: & dedi ei consolationem veram, pacem super pacem his qui longe, & qui prope sunt, & dicit Dominus, & sanabo eos. Qui autem iniqui sunt, fluctuabunt, & quiescere non poterunt. Non est gaudium impiis, dicit dominus Deus.

CAPVT LVIII.

Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui

Clama in fortitudine & ne parcas, quasi tuba exalta vocē tuam, & annūtia populo meo peccata eorum, & domui

populi Israel dicere non formidet: nequaquã mortem metuens, nec impiorum truculenta conuitia, sed magis consideret imperantem dominum. Et quia surdas aures habeant, & audire vix possint; iuxta Symmachum, & Aquilã, guttur suum vertat in buccinã, quæ Hebraicè dicitur שופר, quã a sophar Sup.40.b κερατίνην, id est corneam interpretari sunt. Et supra quidem, vbi Apostolis dicebatur: in montem excelsum ascende quod Euãgelizas Siõ: exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hierusalẽ: exalta, noli timere: nec buccina assumitur, nec tuba: sed montẽ iubentur ascẽdere, & voce propria personare. Hic autem quia peccatores erant, quibus nunciandum est, & morabantur deorsum, nõ iubetur propheta, vt ascendat in mõtem, sed tantũ vt exaltet sicut tuba vocem suam, & eis nunciet bella vẽtura. Alioquin in die iudicij, quãdo de resurrectione mortuorum, & nouissima 1. Cor. 15.g tuba dicitur. Scriptũ est: *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti*: Vt quomodo illi ad vocem tubæ sunt iudicandi, sic Israel peccato mortuus audiat scelera sua: simulque appellatur populus Dei, vt discat qualem patrem perdiderit, qui etiam peccatorem vocet populum suum.

a ¶ *Me etenim de die in diem, &c.*] Hoc propriè Iudæis conuenit, qui per singulos dies currunt ad synagogas, & Dei legem meditantur, scire cupientes, quid Abrahã, Isaac, & Iacob, quid & cæteri sanctorum fecerint: & libros Prophetarum, ac Moysi memoriter reuoluentes, decantant diuina mandata: quibus rectissime illud aptabitur: Quærent me mali, & non inuenient. Sic enim scriptum est: *Omnis qui quærit, inuenit*: quicunq; non inuenit, male quæsisse conuincitur. Dominus enim inuenitur ab his qui eum quærunt in bonitate, & ostenditur illis, qui non sunt ei increduli. Cum igitur iustitiam, iudiciumque reliquerint Dei, quibus nominibus Christus ostenditur, dicente Psalmographo: *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis*: Christus enim factus est nobis redemptio, sanctitas, & iustitia: frustra legis iactant scientiam cum sanctus non in notitia scripturarum, sed in operibus glorietur, dicens: *Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum.*

b ¶ *Rogant me iudicia iustitiæ, &c.*] Est alia temeritas Iudæorum, quasi fiducia bonæ conscientiæ, iudiciũ postulant iustum, & imitantur sanctorũ verba dicentium: *Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum.* Et iterũ: *Proba me domine, & tanta me: ure renes meos, & cor meũ.* Et in alio loco: *Iudica causam meam, & redime me.* Et appropinquare Deo desiderant: cum hoc non in loco sit, sed in affectu, nec mentis otiosæ, sed laboriosi operis. Denique quid sit appropinquare Deo, instruit scriptura dicens: *Quærite dominum.* Cum autem appropinquauerit vobis, *derelinquat impius vias suas & vir iniquus cogitationes suas.* Appropinquat enim Dominus appropinquãtibus sibi, & his qui iustè quod iustum est persequuntur, & possunt dicere: *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Si enim omnipotẽs Deus pater est veritatis, atque iustitiæ: quicunq; est mẽdax, & iniustus, appropinquare Deo non potest: de quo scriptum est: Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. *Quare ieiunauimus, inquiunt, & nõ aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti?* Iniuste arguunt dominum, quod bona opera non respiciat, solamque ventris esuriem, absque opere virtutum ingerunt Deo: non comedentes eos cibos, quos creauit Deus fidelibus, & his qui cognoscunt veritatem, vt sumant eos cum gratiarum actione: Sed illos, de quibus scriptum est in Prouerbiis: Hi n. alũtur cibis impietatis, & vino iniquitatis inebriantur. Huiuscemodi epulis saturatus Pharisæus, inter cæteraverba superbiæ, bis in sabbatho se ieiunare iactabat: quinõ biberat vinum de vinea Sorek, sed de vinea Sodomorum: cuius vinum furor draconum est, & furor aspidũ insanabilis, & *vua eorũ, vua fellis*: quos Deus arguit per Prophetã, dicẽs: *Peccata populi mei comedunt.* Et rursum: Quare tacuistis impietatem eorũ, & iniquitates vindemiastis, & comedistis fructũ mẽdacij? Quia igitur proposuerant quæstionem Deo, scire cupientes quare ieiunauerint, & humiliauerint animas suas, & Deus non respexerit: obliti veteris historiæ cur non respexerit ad munera Cain: qui recte quidem offerebat, sed non recte diuidebat cum fratre: Dei non videns charitatẽ, dicẽte scriptura: *Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & proximum tuũ sicut teipsũ*: Propterea respõdit Deus, quod non ieiunia reprobet: sed opera quæ in ieiuniis fiunt, dicens: In diebus ieiuniorum vestrorum inuenĩtur volũtates vestræ: vt nõ Dei, sed vestras faciatis voluntates, quas Paulus scribens Ephesiis reprobat: Iuxta *principem potestatis aeris, spiritũ qui nunc operatur in filiis incredulitatis, in quib⁹ & nos omnes cõuersati sumus aliquãdo, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatẽ, & cogitationum. Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.* Quodq; sequitur iuxta Septuaginta. *Et omnes subiectos vobis compungitis*, siue *affligitis*: melius Theodotio, & Symmachus trãstulerũt (quos nos in hoc loco secuti sumus) *& omnes debitores vestros repetitis.* Ex quo ostendit, non esse absq; periculo repetere pauperem qui soluendo non sit, & pallium quod pignoris loco tuleris, algenti non reddere debitori, ne clamor eius perueniat ad Deum. *Qui enim miseretur pauperis, Deo fœnerat.* Et econtrario: qui repetit non habentem, Deo facit violentiam. Atque vt sciamus hunc sensum esse in præsenti loco, etiam in consequentibus in hoc eodem capitulo lecturi sumus. *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes.* Haud dubium quin chirographa significet. Quid enim prodest ieiuniis ora pallere, & ad lites, & ad iurgia ieiunare, dicẽte scriptura: *Qui amat peccata, gaudet iurgiis. Serum autem domini non oportet litigare, sed esse mansuetum* & imitari eum qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: vt humilitas non sit affectata, sed cordis, nec gloriam quærens hominum, sed animæ conscientiam. Ieiunatis, inquit, & percutitis pugnis humilem, & alapis verberatis. Vnde Episcopus non debet esse percussor. Quo modo enim potest libidinem refrenare, qui nec manum valet cohibere, nec linguam? Huiuscemodi ieiunia, & in exordio huius Prophetæ dominus arguit, dicens: Ieiunium & otium, neomenias, & Sabbatha, & alias solemnitates vestras odit anima mea. Vnde præcipitur per Ioel: *Sãctificate ieiunium, prædicate curationem*: vt à vitiis ieiunemus, & bonis operibus, curatisque peccatis, fiant sancta ieiunia. Denique sequitur: *Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo*: vt tempore ieiunij vocemus orationi: ne interior homo noster, draconis vescatur carnibus, qui datus est in escam populis Æthiopũ. Et hæc dicimus, non quo ieiunia reprobemus, per quæ & Daniel vir desideriorum futura cognouit: & Niniuitæ iram placauerunt Dei: & Helias, ac Moyses, quadraginta dierum esurie, Dei familiaritate saturati sunt: & ipse dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis solemnes ieiuniorum dies relinqueret: sed quo non prosit vacuum portare ventrem, & alia facere, quæ Deo displicent, atque vt cætera prætermittam, exterminare facies suas, vt appareant hominibus ieiunare, qui in præsenti gloriam consequentes excludentur à regno Dei, quia receperunt mercedem suam. Vnde & Apostolus, si etiam corpus suum tradat martyrio, vt ardeat, siue glorietur (vtrumque enim fertur in exemplaribus) absque Dei charitate, quæ est in cordis conscientia, frustra se dicit sanguinem fundere.

a ¶ *Nolite ieiunare, sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester, &c.*] Ne videatur reprobare ieiuniũ, quod ipse præceperat, docet quo modo ieiunandum sit, imo antequam doceat quid sequatur, instruit quid debeant declinare: *Vt audiatur*, inquit, *in excelso clamor vester.* Ne ad orationem deferatis clamorẽ órãtes in synagogis, & angulis platearum, vt ab hominibus videamini, & eleuetis vocem in excelsum, & cũ Pharisæo, qui domini iudicio condemnatur, vestra ieiunia, & opera prædicetis. Propter quæ Dominus Pharisæorũ reprobans orationem, docet discipulos quo modo orare debeãt, clauso scilicet pectoris sui cubiculo vt sũli loquantur Deo, qui potest silentiũ cordis audire: vt clament in cordibus suis: *Abba pater*: & nõ exterminẽt facies suas, sed lauẽt aqua, & caput vngant oleo. De quo & Ioannes Euãgelista scribit: *Et vos vnguentum habetis à sancto*: quo cum vncti fuerint, etiam ipsi sancti fiant. Non enim quærit Deus afflictionem solam, & humiliationem animæ per iniuriam corporis: vt instar circuli torqueat corpus, & colla submittat, ac tristis incedat. Iuxta illu l quod in Psalmis dicitur: *Afflictus sum, & incuruatus vsque ad finem, tota die contristatus incedebam.* Nec vt sacco quis vestiatur, & in cinere dormiat: quod de Dauid, & Achab legimus: sed vt cũ istis hæc faciat, quæ sequuntur: Alioquin & Apostolus frequenter ieiunare se dicit, & dominus cum sponsus à discipulis suis fuerit ablatus, docet eos ieiunaturos: & in Psalmis pœnitens loquitur: *Manducaui sicut cinerem panem meum, & potum meum cum fletu miscebam.* Et *cum mihi molesti essent induebar cilicio.* Ex quo discimus hæc facienda primum esse, quæ vult dominus, & non alia prætereunda.

b ¶ *Nonne hoc est magis, &c.*] Postquam docuit quale ieiunium reprobet, ostendit quale libenter accipiat. *Dissolue*, inquit, *colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.* Siue vt Lxx. manifestius trãstulerunt obligationes violentarum cautionũ, quas nostri verbi ambiguitate decepti, id est, συναλλαγμάτων cõmutationes pro chirographis interpretati sunt. Significat autem chartarum fasciculos, in quibus fœneratorum calumniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno: quæ in cunctis vrbibus, seditionis causa vel maxima est. Vnde & Romanus populus vicinos occupat montes, & tabulæ nouæ, quas Græci appellant χρέων ἀποκοπὰς. Non ergo præcipit Propheta, ne exigat vnusquisque quod iuste dedit, & iuste repetit; alioquin Tribunitiæ esset seditionis assertor: Sed vbi iniqua est cautio, vbi opprimuntur pauperes calumnia: ibi fasciculi cautionum, & omnia iniquitatis vincula rumpenda sunt. Vel certe hoc dicendum, quia de ieiuniis sermo est, & ieiunium, afflictionẽ, atque humiliationem habet animæ: afflictio autem corporis peccatorum indulgentiam deprecatur: Docet scriptura diuina: vt dimittamus debitoribus nostris: vt & pater cœlestis dimittat nobis debita nostra. Vetus narrat historia, anno remissionis septimo, vel quinquagesimo, qui est verus iubileus, omnes possessiones redire ad dominos, & reddi seruis pristinam libertatẽ, cunctaque nomina, quæ vulgo appellãt cautiones, irrita fieri. Sin autem hoc veteri lege præcipitur, quanto magis in Euangelio, vbi omnia quæ bona sunt, duplicantur: & nequaquam oculum pro oculo, dentem pro dente iubemur eruere, sed verberanti præbere maxillam? Atque vt sciamus illud quod supra diximus: *Omnes debitores vestros repetitis*, de creditoribus scribi: de debitoribus iungitur manifestius: *Dimitte eos qui confracti sunt liberos*, hoc est, qui paupertate sunt fracti: quos afflixit inopia, ne liberos sinas mendicare. Et omne onus quo deprimuntur rumpe. Pro quo manifestius Septuaginta trãstulerunt, πᾶσαν συναγωγὴν ἀδίκου διάστασε, id est, *omnẽ scripturã iniquam conscinde*: quod Symmachus trãstulit: *Et omnem cautionẽ falsam disrumpe.* Sed poterat fieri, vt aliquis diceret: Nõ habeo debitores: quid facere debeo, vt suscipiatur ieiunium meum? Sequitur: Frange esurienti panem tuum. Nõ plures partes ne de paupertate causeris, sed vnum pane: Nec ipsum totum, sed partem panis, quam si non ieiunares comesturus erat: vt ieiunium tuum non sit lucrum marsupij, sed saturitas animæ. Pulchreque addidit tuum, ne de rapina facias eleemosynam: *Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ.* Et in alio loco: *Honora dominum de tuis iustis laboribus.* Certe si panem non habes, & esurientium plurima multitudo est, præbe de quo nullum damnũ pateris. In quo nulla dispendia sunt pauperes absque tecto induc in domum tuam. Siue vt in Hebraico habetur, in domum, vt si tuam non habes, inducas in hospitiolum, quod vel mercede conductum, vel beneficio possides. *Si videris nudum, operi.* Quod & dominius in Euangelio loquebatur. *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti.* Non enim vnam iussit scindi, & diuidi, quod multi popularis auræ causã faciunt: sed alteram non seruari, augens præcepta iustitiæ, vt etiam calicem quæ frigidæ porrectum habere præmia diceret. *Et carnem*, ait, *tuam ne despexeris.* Omnis enim homo caro nostra est. Et iuxta Euangelicam parabolam, eius qui de Hierusalem descendebat Hiericho, & à latronibus vulneratus est, ille proximus appellatur, qui beneficerit. Vel certe iuxta Septuaginta, qui dixerunt: *Et domesticos seminis tui ne despicias*: Domesticos seminis illos intelligamus, de quibus & Apostolus docet, omnibus faciendam esse eleemosynam, maximè autẽ domesticis fidei. Illi enim caro nostra sunt, & semen nostrum, qui de vno nobiscum parente generantur. Ad quos extẽdebat & Saluator manum, dicens: *Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui faciunt voluntatem patris mei.* Atque vt sciamus vnum esse dominum, & noui & veteris instrumenti: Eadem & dominus loquitur in Euangelio, de his qui in die iudicij à dextris stãturi sunt. *Venite benedicti patris mei, possidete regnũ præparatũ vobis à constitutione mũdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Infirmus eram, & in carcere, & venistis ad me. Peregrinus, & duxistis me in domũ vestram. Et nudus & vestistis me.* Illisq; humilitate dicentibus, se nihil fecisse domino Saluatori, respõdit: *Quamdiu fecistis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Iuxta tropologiam hæc possumus dicere: Qui ieiunat ab omnibus malis, & vult suum ieiunium respici, non solum declinet à malo, sed & faciat bonum: vt soluat omne vinculum iniquitatis, in quo simplices quique credentium hæreticorum fraudibus colligati sunt. Et σχοινία βιαίων συναλλαγμάτων, id est, obligationes violentorum tractatum: quas & in Psalmo Propheta demonstrat, dicens: *Declinantes autẽ in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem.* Omnes enim qui hæreticorum vinculis alligantur, declinant à domino, quasi bos ductus ad victimam, & eligunt, atque commutant pro veritate mendaciũ. Istiusmodi igitur homines, qui sunt fracti iudicio, dimittat vir Ecclesiasticus, atque dissoluat, & omnem scripturam hæreticorum: de quibus hic idem Propheta dicit: *Væ qui scribunt iniquitatẽ: scribentes enim scribunt malitiam: rapientes iudicium pauperum populi mei*, soluat, atque disrumpat: vt nequaquam laqueis suis simplices quosque teneant irretitos: Et cum hoc fecerit, frangat doctrinæ Ecclesiasticæ, esurientibus panem suum: quod fecit & Dominus,

Heb.
domui Iacob peccata eorum:
a Me etenim de die in diẽ quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit.
Heb.
b Rogant me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo volunt: Quare ieiunauimus, & non aspexisti: Humiliauimus animas nostras, & nescisti. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.
a Nolite ieiunare sicut vsq; ad hãc diẽ, vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiuniũ, quod elegi, per diem affligere hominem animam suã? Numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? b Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolbéros sinas mendicare. Et omne onus quo deprimuntur rumpe.

Sept.
Iacob iniquitates eorum.
Petunt me nunc iudicium iustum, & appropinquare Deo cupiunt dicentes: Quare ieiunauimus, & non vidisti: Humiliauimus animas nostras, & non cognouisti. In diebus enim ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestræ, & omnes subiectos vobis affligitis, ad pem potestatis aeris, spiritũ qui nunc operatur in filiis incredulitatis, in quib⁹ & nos omnes cõuersati sumus aliquãdo, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatẽ, & cogitationum. Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Quodq; sequitur iuxta Septuaginta. *Et omnes subiectos vobis compungitis*, siue *affligitis*: melius Theodotio, & Symmachus trãstulerũt (quos nos in hoc loco secuti sumus) *& omnes debitores vestros repetitis.* Ex quo ostendit, non esse absq; periculo repetere pauperem qui soluendo non sit, & pallium quod pignoris loco tuleris, algenti non reddere debitori, ne clamor eius perueniat ad Deum. *Qui enim miseretur pauperis, Deo fœnerat.* Et econtrario: qui repetit non habentem, Deo facit violentiam. Atque vt sciamus hunc sensum esse in præsenti loco, etiam in consequentibus in hoc eodem capitulo lecturi sumus. *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes.* Haud dubium quin chirographa significet. Quid enim prodest ieiuniis ora pallere, & ad lites, & ad iurgia ieiunare, dicẽte scriptura: *Qui amat peccata, gaudet iurgiis. Serum autem domini non oportet litigare, sed esse mansuetum* & imitari eum qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: vt humilitas non sit affectata, sed cordis, nec gloriam quærens hominum, sed animæ conscientiam. Ieiunatis, inquit, & percutitis pugnis humilem, & alapis verberatis. Vnde Episcopus non debet esse percussor. Quo modo enim potest libidinem refrenare, qui nec manum valet cohibere, nec linguam? Huiuscemodi ieiunia, & in exordio huius Prophetæ dominus arguit, dicens: Ieiunium & otium, neomenias, & Sabbatha, & alias solemnitates vestras odit anima mea. Vnde præcipitur per Ioel: *Sãctificate ieiunium, prædicate curationem*: vt à vitiis ieiunemus, & bonis operibus, curatisque peccatis, fiant sancta ieiunia. Denique sequitur: *Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo*: vt tempore ieiunij vocemus orationi: ne interior homo noster, draconis vescatur carnibus, qui datus est in escam populis Æthiopũ. Et hæc dicimus, non quo ieiunia reprobemus, per quæ & Daniel vir desideriorum futura cognouit: & Niniuitæ iram placauerunt Dei: & Helias, ac Moyses, quadragi nta dierum esurie, Dei familiaritate saturati sunt: & ipse dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis solemnes ieiuniorum dies relinqueret: sed quo non prosit vacuum portare ventrem, & alia facere, quæ Deo displicent, atque vt cætera prætermittam, exterminare facies suas, vt appareant hominibus ieiunare, qui in præsenti gloriam consequentes excludentur à regno Dei, quia receperunt mercedem suam. Vnde & Apostolus, si etiam corpus suum tradat martyrio, vt ardeat, siue glorietur (vtrumque enim fertur in exemplaribus) absque Dei charitate, quæ est in cordis conscientia, frustra se dicit sanguinem fundere.

Sept.
ad iudicia, & iurgia ieiunantes, & percutitis pugnis humilem. Quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in clamore vox vestra? Non tale ieiunium elegi in die humiliare hominem animam suam? Neque si incurualueris quasi circulum collum tuum, & cilicium, & cinerem substraueris, nec sic vocabis ieiunium, & diem acceptabilem? Nonne tale ieiunium elegi, dicit Dominus: sed

a ¶ *Nolite ieiunare, sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester, &c.*] Ne videatur reprobare ieiuniũ, quod ipse præceperat, docet quo modo ieiunandum sit, imo antequam doceat quid sequatur, instruit quid debeant declinare: *Vt audiatur*, inquit, *in excelso clamor vester.* Ne ad orationem deferatis clamorẽ órãtes in synagogis, & angulis platearum, vt ab hominibus videamini, & eleuetis vocem in excelsum, & cũ Pharisæo, qui domini iudicio condemnatur, vestra ieiunia, & opera prædicetis. Propter quæ Dominus Pharisæorũ reprobans orationem, docet discipulos quo modo orare debeãt, clauso scilicet pectoris sui cubiculo vt sũli loquantur Deo, qui potest silentiũ cordis audire: vt clament in cordibus suis: *Abba pater*: & nõ exterminẽt facies suas, sed lauẽt aqua, & caput vngant oleo. De quo & Ioannes Euãgelista scribit: *Et vos vnguentum habetis à sancto*: quo cum vncti fuerint, etiam ipsi sancti fiant. Non enim quærit Deus afflictionem solam, & humiliationem animæ per iniuriam corporis: vt instar circuli torqueat corpus, & colla submittat, ac tristis incedat. Iuxta illu l quod in Psalmis dicitur: *Afflictus sum, & incuruatus vsque ad finem, tota die contristatus incedebam.* Nec vt sacco quis vestiatur, & in cinere dormiat: quod de Dauid, & Achab legimus: sed vt cũ istis hæc faciat, quæ sequuntur: Alioquin & Apostolus frequenter ieiunare se dicit, & dominus cum sponsus à discipulis suis fuerit ablatus, docet eos ieiunaturos: & in Psalmis pœnitens loquitur: *Manducaui sicut cinerem panem meum, & potum meum cum fletu miscebam.* Et *cum mihi molesti essent induebar cilicio.* Ex quo discimus hæc facienda primum esse, quæ vult dominus, & non alia prætereunda.

b ¶ *Nonne hoc est magis, &c.*] Postquam docuit quale ieiunium reprobet, ostendit quale libenter accipiat. *Dissolue*, inquit, *colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.* Siue vt Lxx. manifestius trãstulerunt obligationes violentarum cautionũ, quas nostri verbi ambiguitate decepti, id est, συναλλαγμάτων cõmutationes pro chirographis interpretati sunt. Significat autem chartarum fasciculos, in quibus fœneratorum calumniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno: quæ in cunctis vrbibus, seditionis causa vel maxima est. Vnde & Romanus populus vicinos occupat montes, & tabulæ nouæ, quas Græci appellant χρέων ἀποκοπὰς. Non ergo præcipit Propheta, ne exigat vnusquisque quod iuste dedit, & iuste repetit; alioquin Tribunitiæ esset seditionis assertor: Sed vbi iniqua est cautio, vbi opprimuntur pauperes calumnia: ibi fasciculi cautionum, & omnia iniquitatis vincula rumpenda sunt. Vel certe hoc dicendum, quia de ieiuniis sermo est, & ieiunium, afflictionẽ, atque humiliationem habet animæ: afflictio autem corporis peccatorum indulgentiam deprecatur: Docet scriptura diuina: vt dimittamus debitoribus nostris: vt & pater cœlestis dimittat nobis debita nostra. Vetus narrat historia, anno remissionis septimo, vel quinquagesimo, qui est verus iubileus, omnes possessiones redire ad dominos, & reddi seruis pristinam libertatẽ, cunctaque nomina, quæ vulgo appellãt cautiones, irrita fieri. Sin autem hoc veteri lege præcipitur, quanto magis in Euangelio, vbi omnia quæ bona sunt, duplicantur: & nequaquam oculum pro oculo, dentem pro dente iubemur eruere, sed verberanti præbere maxillam? Atque vt sciamus illud quod supra diximus: *Omnes debitores vestros repetitis*, de creditoribus scribi: de debitoribus iungitur manifestius: *Dimitte eos qui confracti sunt liberos*, hoc est, qui paupertate sunt fracti: quos afflixit inopia, ne li-

Sept.
Nonne tale ieiunium elegi, dicit Dominus: sed
habeo debitores: quid facere debeo, vt suscipiatur ieiunium meum? Sequitur: Frange esurienti panem tuum. Nõ plures partes ne de paupertate causeris, sed vnum pane: Nec ipsum totum, sed partem panis, quam si non ieiunares comesturus erat: vt ieiunium tuum non sit lucrum marsupij, sed saturitas animæ. Pulchreque addidit tuum, ne de rapina facias eleemosynam: *Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ.* Et in alio loco: *Honora dominum de tuis iustis laboribus.* Certe si panem non habes, & esurientium plurima multitudo est, præbe de quo nullum damnũ pateris. In quo nulla dispendia sunt pauperes absque tecto induc in domum tuam. Siue vt in Hebraico habetur, in domum, vt si tuam non habes, inducas in hospitiolum, quod vel mercede conductum, vel beneficio possides. *Si videris nudum, operi.* Quod & dominius in Euangelio loquebatur. *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti.* Non enim vnam iussit scindi, & diuidi, quod multi popularis auræ causã faciunt: sed alteram non seruari, augens præcepta iustitiæ, vt etiam calicem quæ frigidæ porrectum habere præmia diceret. *Et carnem*, ait, *tuam ne despexeris.* Omnis enim homo caro nostra est. Et iuxta Euangelicam parabolam, eius qui de Hierusalem descendebat Hiericho, & à latronibus vulneratus est, ille proximus appellatur, qui beneficerit. Vel certe iuxta Septuaginta, qui dixerunt: *Et domesticos seminis tui ne despicias*: Domesticos seminis illos intelligamus, de quibus & Apostolus docet, omnibus faciendam esse eleemosynam, maximè autẽ domesticis fidei. Illi enim caro nostra sunt, & semen nostrum, qui de vno nobiscum parente generantur. Ad quos extẽdebat & Saluator manum, dicens: *Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui faciunt voluntatem patris mei.* Atque vt sciamus vnum esse dominum, & noui & veteris instrumenti: Eadem & dominus loquitur in Euangelio, de his qui in die iudicij à dextris stãturi sunt. *Venite benedicti patris mei, possidete regnũ præparatũ vobis à constitutione mũdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Infirmus eram, & in carcere, & venistis ad me. Peregrinus, & duxistis me in domũ vestram. Et nudus & vestistis me.* Illisq; humilitate dicentibus, se nihil fecisse domino Saluatori, respõdit: *Quamdiu fecistis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Iuxta tropologiam hæc possumus dicere: Qui ieiunat ab omnibus malis, & vult suum ieiunium respici, non solum declinet à malo, sed & faciat bonum: vt soluat omne vinculum iniquitatis, in quo simplices quique credentium hæreticorum fraudibus colligati sunt. Et σχοινία βιαίων συναλλαγμάτων, id est, obligationes violentorum tractatum: quas & in Psalmo Propheta demonstrat, dicens: *Declinantes autẽ in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem.* Omnes enim qui hæreticorum vinculis alligantur, declinant à domino, quasi bos ductus ad victimam, & eligunt, atque commutant pro veritate mendaciũ. Istiusmodi igitur homines, qui sunt fracti iudicio, dimittat vir Ecclesiasticus, atque dissoluat, & omnem scripturam hæreticorum: de quibus hic idem Propheta dicit: *Væ qui scribunt iniquitatẽ: scribentes enim scribunt malitiam: rapientes iudicium pauperum populi mei*, soluat, atque disrumpat: vt nequaquam laqueis suis simplices quosque teneant irretitos: Et cum hoc fecerit, frangat doctrinæ Ecclesiasticæ, esurientibus panem suum: quod fecit & Dominus,

B Hier.29.b Matt.7.a Sup.1.a
Psal.71.a 1.Cor 1.d
Psal.118.d
Psal.25.c 1 Ibid.118.
Psal.42.a
Sup.55.b Sec.70.
Psal.27.d
Ibid.5.a
Prou.23.
C Luc.18.b Hiero.ad Deut.32.e
O.Os.4.5 Ioel.10.d
Gen.4.d
Matt.22.d
Eph.1.a
υ'πουλόγουται. וכל עשיכם תנגשו
D
Prou.19.c
F 2.Reg.1.f 3 Reg.21.g 2.Cor.6.a & 11.f Matt.6.b Psal.101.b Psal.34.b
Matt.6. Luc.18.a Matt.6.a
Rom.8.e
1.Ioan.2.a
Psal.37.d
Mar.11.c Leuit.25.b & 27.c
Psal.37.e Dan.9.a
Ione 3.b 3 Reg.19.b Exod.32.d Matt.14.a
Exod 21.c Matt.5.f
Matt.6.b
1.Cor.13.b
E χαυλιόμενοι. κεκυλισμένοι.
G
Prou.13.b Ibid.3.b
Luc.3.b
Matt. 10.d
H Luc.10.c
Gal.6.c Marc 3.d
Matt.25.d
Sup.10.c
Psal.124.c

fractos panes Apostolis tribuē: quos eis in septem sportis, & duodecim cophinis, nequaquā integros sicut habebantur in lege, sed cōminutos, atque confractos in Euangelio dereliquit, vt haberent quod pauperib. largirētur. Quos videris nō habentes calorem fidei: sed extra Ecclesiam frigoribus infidelitatis algētes, inopes, atque peregrinos, induc, ait, in domum tuam, id est, in domū Ecclesiæ, & operi incorruptionis pallio: vt vestiti Christi tunica, nequaquā maneāt in sepulcris, quod de eo legimus, qui possessus à dæmonū legione, nudus habitabat in memoriis mortuorū. Cūque, inquit, hæc feceris, & liberalitas tua ad omnes expósita fuerit, specialiter ne despicias domesticos fidei.

Matt.15.d

Marc.5.a

a ¶ *Tunc erumpet quasi, &c.*] Quando illa non feceris quæ præteritus sermo narrauit, & ista feceris, de quib. nunc diximus: Tunc acceptabile erit ieiunium tuum, & erumpet matutinum lumen tuum: Sol videlicet iustitiæ: de quo Malachias propheta ex persona Dei patris loquitur: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Qui ibi sol, hic lux dicitur: Sicut enim matutina lux soluit tenebras, ita lumen scientię, & veritatis omnes errores fugat. Et sanitates, inquit, tuæ cito orientur. Pro quo Aquila, verbū de verbo exprimēs posuit: Et cicatrix vulneris tui cito obducetur: vt scilicet vulnera peccatorum nostrorum ad ortum solis iustitiæ, cito obducta cicatrice claudantur. Pro eo quod Lxx transtulerunt *ἱμάτια σὰ*, id est, sanitates tuæ, Latini interpretes ducti nominis similitudine: *iamata* id est, vestimenta posuerunt. Vnde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis comprobandam, hoc vtuntur testimonio: quo scilicet vestimentum animæ corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur. *Et antecedet*, inquit, *in conspectu tuo iustitia tua*: Secundum illud quod loquitur Iacob: *Exaudiet me cras iustitia mea*: & implebitur quod scriptum est: *Ecce homo, & opera eius.* Et gloria domini circumdabit te, quasi veste pulcherrima: vt glorificeris apud Deum, & apud homines. *Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum*, non voce, sed opere: non responsione, sed beneficiis: quod iuxta literam & in Euangelio comprobatur, quando dicente ad dominum leproso: *Si vis potes me mundare.* Respondit dominus, dicens: *Volo, mundare.*

Malac.4.a

Gen.20.c Sec.LXX.

Matt.8.a

Hier.28.c b mota

b ¶ *Si abstuleris de medio tui catenā, &c.*] Verbum Hebraicum b מוטה quod in Hieremia, torques ferrea interpretatur, in præsenti capitulo bis legitur. In eo enim loco, vbi supra, iuxta Lxx. diximus: Dissolue obligationes violentarum cautionum: pro vno verbo c מושה sciamus eos posuisse violentas cautiones: pro quibus Aquila, errorem: Symmachus, declinationem: Theodotio *κλοιόν*, id est, torquem, transtulerunt. Rursum in præsenti loco, vbi nos vertimus: Si abstuleris de medio tui catenā, & pro catena Septuaginta *σωσκεσμὸν* id est, colligationem, siue vinculum transtulerunt: Aquila, sicut supra, errorem, interpretatus est. Symmachus in Theodotionis scita cōcedens torquem posuit. Hoc de interpretationis varietate sit dictum. Alioquin sensus sic cum superioribus iungitur: *Orietur tibi matutina lux, & sanitates tuæ cito orientur, & præcedet te iustitia tua, & gloria domini coronabit te.*

c mota

HEB.

Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus distrumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domū tuā. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. a Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua cito orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis & dicet: ecce adsum. b Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest. Cū effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erūt sicut meridies.

a Et requi-

SEPT.

Deprecantemque statim exaudiet, & se ostēdet esse præsentē. Ita dūtaxat, si ad superiora opera hæc quoque addideris, vt tollas de te obligationē, & catenam, qua tua anima colligata est. De qua & Petrus loquebatur ad Simonem: *In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.* Et Paulus dolebat obligatā cernēs idololatriæ Athenien sīū ciuitatē. *Funibus* enim *peccatorum suorū vnusquisque constringitur.* De quibus animæ vinculis, & Dauid precabatur in Psalmo: *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Difficile reperitur qui his non stringatur catenis. Raro inuenitur anima quæ hanc grauissimam torquem non habeat suo collo circundatam, ad terrena se opera deprimētem: vt nequaquā cœlum, sed terrā aspiciat. Quod & de Euangelica refertur muliere, quam vinxerat satanas per annos decem & octo: vt incuruata, cœlestia nō videret. Si ergo, ait, tuleris de medio tui hanc catenā: & istiusmodi vincula dissipaueris, & χειροτονίαν, pro qua tres alij interpretes voce consona, extentum digitum, transtulerunt (vt non solum malum ipse non cogites & non facias: sed ne detrahas quidem proximo tuo, & singulos quasi digito notes, & loquaris quod non prodest animæ tuæ, non tua mala, sed aliorum errores cōsiderans) accipies quæ sequens sermo subnectit. Plerique nostrorū χειροτονίαν, id est, ordinationem clericorū, quæ non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manus, ne scilicet, vt in quibusdam risimus, vocis imprecatio clandestina, clericos ordinet nescientes, sic intelligunt, vt assumant testimonium Pauli, scribentis ad Timotheum: *Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis.* Non est enim peccatum leue, mittere margaritas ante porcos, & dare sanctum canibus, & ordinationem clericatus, nequaquam sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed asseclis suis tribuere, & vilium officiorum ministris, quodque his dedecorosius est, muliercularum precibus. In quo considerāda loquentis in se Christi Apostoli sapientia: qui vt ordinationis periculum demonstraret, iunxit tormenta peccantium: Neque communicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordinationibus malorum, particeps est peccatorum qui tales constituit, sic in ordinatione sanctorum, particeps est eorum iustitiæ, qui bonos elegit. Sequitur: *Et verbum murmurationis*, subauditur *ἀπὸ κοινοῦ*, si abstuleris à te. Verbum autem murmurationis est, quando contra nos loquitur Deus: *Desinat à me murmuratio populi huius, & nō morietur*: nostraq; peccata referimus ad Deum, *ad excusandas excusationes in peccatis, & dicimus.* Corporis me superauit ardor, adolescentiæ incentiua vicerunt, à Deo talis creatus sum, paupertas coēgit ad furtum. Itaque si non fecerimus ista qui dicta sunt, & fecerimus ea quæ dicenda sunt: vt esurienti, non sicut supra, demus panem nostrum, sed animam nostram: vt eum in quibuscunque possumus, adiuuemus, & *non quasi ex tristitia, & necessitate*, sed ex animo tribuamus, & accipientes magis quam dantes beneficiū: *Hilarem enim datorē diligit Deus*: vt animā esurientem, siue afflictam non refocillemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, lugeamusque cum lugentibus: *Tunc orietur in tenebris*

Deut.15.d

Prou.5.b

Psal.18.d

Luc.13.d

1.Tim.5.d Matt.7.d

2.Cor.9.d Rom.12.b

tenebris lux nostra, ille qui dicit: *Ego lux veni in mundū*: vt *omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habeat lucem vitæ. Lucerna enim corporis nostri est oculus*: *Si simplex fuerit, totum corpus nostrum erit lucidum.* Si autem qui lux esse deberet, versus fuerit in tenebras, tunc omne corpus tenebrosum erit, & dicetur nobis: *Si lux quæ in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Consideremus quantis virtutibus perueniamus ad lucem Dei, vt tenebræ nostræ vertantur in meridiem, dicamusque cum sponsa: *Vbi pascis, vbi cubas, in meridie?*

Joan.12.g Matt.6.c

Cant.1.b

HEB.

a Et requiem dabit tibi Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarū, cuius non deficient aquæ. b Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamēta generationis & generationis suscitabis, & vocabitur in te ædificator sepiū auertens semitas in quietem. c Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris

SEPT.

Et erit Deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, & ossa tua pinguescent. Et erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons cui non deficiet aqua. Et ædificabuntur tibi deserta à sæculo: & erunt fundamenta tua sēpiterna in generationes & generationes: & vocaberis ædificator maceriæ, & semitas in medio quiescere facies. Si auerteris in sabbathis pedem tuum, vt non facies voluntates tuas in die sancto. Et vocabis transtulisti eiecisti gentes, & plantasti eam. Et post paululum: *Quare destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui transeunt viam?* Et in hoc eodem Propheta: *Vinea facta est dilecto*: Quam pulchro sermone describens, intulit: *Aedificaui turrem, & maceria circumdedi.* Quam qui destruxerit, iuxta Ecclesiasten, mordebit eum coluber. Quæ ideo circumdara est, vt omnium bestiarum in vineam Dei prohibeatur accessus. Iste est autem coluber tortuosus, qui decepit Euam in paradiso: quæ quia Dei præcepta destruxerat, propterea morsibus eius patuit, & audiuit à domino: *Tu observabis caput eius, & ille observabit tibi calcaneum.* In eo loco vbi nos iuxta Septuaginta interpretati sumus, ne quid innouare videremur: quia vulgatum est testimonium: *καὶ κληθήσῃ οἰκοδόμος φραγμῶν*, id est, *& vocaberis ædificator sepium*: in Hebraico legitur, & vocabitur in te d גדר פרץ, quod Aquila interpretatus est *περιφραγμὰ χαλῶν*: quod nos possumus iuxta sensum dicere: qui se opponit Dei iracundiæ sæuienti. Denique Symmachus transtulit, murum opponens cedenti: qualis fuit Moyses, & Aaron, & Samuel, qui iræ Domini restiterunt, & quasi ædificato muro, indignationi eius posuerunt terminum. Quod & Hieremiæ dicitur, Ne occurrat domino, ne iræ eius velit resistere, & indignationem ita precibus quasi quodam muro intercludere: Et Moysi quasi teneretur ab eo dominus: *Dimitte me*, inquit, *& percutiam populum istum.* Istiusmodi ergo ædificator maceriarum, murorumque, & sepium, conuertet semitas in quietem: vt nequaquā Dei ira desæuiat, sed placatus sit eis Dominus, & omnes indignationis semitæ coniquiescant.

Psal.109.a

Mich.102.a

Psal.34.b Prou.15.d & 3.b Sec.70. Psal.33.d

Psal.140.c

Prou.15.

Gen.2.b

Psal.35.c

Sup.27.a

Eccl.10.b

Gen.3.c Sec.70.a

d goder peres *1.Reg.7.b Hier.7.d*

Exod.32.c וקראו לך

Ephes.2.b

Psal.86.b

Psal.77.b Sup.5.a

Exod.20.b & 35.a

b ¶ *Et ædificabuntur in te deserta sæculorum, fundamenta generationis, & generationis, &c.*] Non solum, inquit, ociatur in tenebris lumen tuum, & tenebræ tuæ erunt quasi meridies, & dabit tibi dominus requiē semper, & eris quasi hortus irriguus, & cætera: Sed ædificabuntur in te, quæ longo tēpore deserta fuerāt & in multis generationibus permansura, ædium tuarum fundamenta iacientur: ita vt, vel tu ipse voceris ædificator sepiū, atque maceriarum, vel oriatur in te quasi ædificator sepiū, & auertat semitas in quietem, siue iuxta Lxx. *τὰς τρίβους τὰς ἀναμέσον παύσεις*, id est, *calles in medio facies conquiescere.* Hæc Iudæi & amici tantum occidentis literæ, ad instaurationem referunt vrbium Palæstinorum. Et vel facta sub Zorobabel, & Ezdra, & Neemia, vel in vltimo tempore futura contendunt: Et ad instau-

Psal.101.b

Exod.32.c ויקרא לך

Ephes.2.b

Psal.86.b

Psal.77.b Sup.5.a

Exod.20.b & 35.a

rationem Hierusalem, & in circuitu ciuitatum altissima fundamenta iacienda: & tam excelsos muros ædificandos: vt nullus hostium possit intrare, & omnium in eas inimicorum prohibeatur ingressus. Nos autem sequentes cœptæ explanationis ordinem, quæ deserta fuerant in Iudæis, dicimus ædificari in Ecclesia, nō ad breue tempus, sed in perpetuum: Et fundamenta illius ex vtroque populo, id est, in duabus generationibus suscitanda. Vnde dicebat Apostolus: *Quasi sapiens architectus fundamentum posui, alius superædificat: vnusquisque autē videat quid superædificet.* Et in alio loco: *Dei agricultura, Dei ædificatio sumus.* Et iterum: *Ædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*: & vocandam eam, siue eum, qui natus est in ea, ædificatorem sepium. De quo in psalmo legimus: *Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.* Quas sepes, atque macerias, (hoc enim Græcus sermo significat, *φραγμοὺς*) agito & vineis circumdari scriptura cōmemorat: *Vineam de Aegypto*

1.Cor.3.b

Psal.77.b Sup.5.a

Exod.20.b & 35.a

c ¶ *Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris, &c.*] Cui supra dixerat: Nonne hoc est ieiunium magis quod elegi; dissolue colligationem impietatis, solue fasciculos deprimentes, & cætera. Etiam nunc præmia repromittit, si facere voluerit quæ sequuntur, vt hic scilicet cohibeat pedem suum in sabbathis, ne faciat voluntates suas, & diem sanctum Domini suis cōmaculet voluptatibus. Lege præceptum est, ne in sabbathis opus seruile faciamus, ne accendamus ignem, vt in vno sedeamus loco, vt illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutē pertinēt. Quod si iuxta literā accipiamus, penitus impleri non potest. Quis enim potest hoc facere, vt tota die ac nocte sedens in sabbatho de vno loco non recedat, imo ne leuiter quidem se commoueat, quod si fecerit transgressor legis sit? Ex vno igitur mandato, quod iuxta literam impossibile est, & cætera cogimur spiritualiter intelligere, ne faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatem. Qui

enim facit peccatum, seruus est peccati: Ne onus portemus in sabbatho, quale portabat ille qui dicit: *Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum: Quasi onus graue aggrauatæ sunt super me.* Ne iniquitas quæ sedet super talentum plúbi, in nobis habeat potestatem: Ne nos voluptas corporis, & libido succendãt. *Omnes enim adulterãtes quasi clibanus corda eorum*: & diaboli iacula ignita sunt, vt sagittent in obscuro rectos corde. Præcipitur quoq; nobis, vt arrepto nobis aratro non respicianus post tergum: vt rectorum altitudinem conscendentes, nequaquam ad tollendæ sæculi vestimenta velimus descendere: sed vt audiamus cum Moyse: *Tu vero hic sta mecũ* & sedeam⁹ cum Domino, lassi in via huius sæculi, super puteum Samaritanæ, & conuersionem errantiumque salutem sitientes: vt audiamus apostolum commonentem: *State firmi, & immobiles*: ne patiamur illud quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locum ministerij sui, & transgressor effectus est: illiusque semper sententiæ recordemur: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Qui sic quiescit in sabbatho, & lauat inter innocentes manus suas, nec mouet pedes, vt suas faciat voluntates: iste celebrat sabbatha domini delicata. Qui sabbathismus, iuxta epistolam, quæ ad Hebræos scribitur, repromittitur nobis in cælestibus, & gloria præparatur, dum non facimus vias nostras in sabbatho, nec inuenitur voluntas nostra, vt loquamur sermonẽ: quo scilicet nec opere, nec sermone peccemus: Alioquin si hæc tantum prohibentur in sabbatho, ergo in aliis sex diebus libertas nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultum est credere, superest vt sabbathum, quod interpretatur requies, omni tempore iustificandum sit à fidelibus dum non carnis, sed animæ faciunt voluntates. Quodque iũgitur iuxta Lxx. in ira ex ore tuo: in Hebraico non habetur. Ad hoc sabbathum, omni festiuitate celebrandum, Saluator nos prouocat in Euangelio, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vobis dabo requiem*: hoc enim significat ἀναπαύσω ὑμᾶς, vt scilicet peccatorum onera deponentes, sabbathizemus in Christo, & dicamus: *Statuit supra petram pedes meos*: illudque vitemus, quod sanctus penè sustinuisse se dicit: *Mei vero pene moti sunt pedes.*

a ¶ *Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines, &c.*] Postquam vocaueris sabbatha delicata, & non moueris in sabbatho pedem tuum ad opus seruile faciendum, neque verbum locutus fueris, id est, semper tacueris, & impleueris quod præceptum est: *Cohibe linguam tuam à malo & labia tua ne loquantur dolum*: Tunc delectaberis in Domino, & videbis in te esse completum: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Siue fiduciam habebis in Domino, iuxta illud quod scriptum est: *Qui confidit in Domino, beatus est.* Et in Hieremia: *Benedictus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus spes eius.* Et alibi: *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.* Et eleuabit te Dominus, atque sustollet super altitudines, ac bona terræ. Terra enim mitium, terraque viuentium, non est deorsum, sed sursum est. Denique ad Lot de Sodomæ, & Gomorræ valle fugientem dicitur: *In monte saluum te fac.* Ad quem postquam peruenit, *ortus est ei sol in Segor.* De hac terra dicebat Dominus: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*: & multa alia quæ crebro vsurpauimus, quorum illud est: *Honora patrem tuum, & matrem tuã, & eris longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.* Quod iuxta literam penitus stare non potest. Multi enim honorant parentes, & cito moriuntur, & alij parricidæ longo viuunt tempore. Vt autem certius nouerimus hanc terrã esse in sublimibus, tricesimũ sexti psalmi breuiter recordemur, in quo scriptum est, Mites possidebunt terram, & epulabuntur in multitudine pacis. Post quæ infertur, *Expecta Dominum & custodi vias eius, & eleuabit te, vt possideas terram, & habitabunt in sæculum sæculi super eam.* Quod & ipsum impossibile est. Si enim terra pertransibit, hæc vtique quam incolimus, quo modo in sæculum sæculi iusti habitabunt super eam? Ex quo discimus esse terram quæ in sublimibus sita est. Post quæ infertur, Et cibabo, siue cibabit te Dominus hæreditate Iacob patris tui. Sicut enim qui fidem habuerit Abraham, appellatur filius Abraham: sic qui supplantat vitia, atque peccata, vocatur filius Iacob: Et cuius quis virtutis imitator est, illius appellatur & filius. Bona autem terræ, quæ in excelsis sita est, quibus saturatur filius Iacob, illa accipienda sunt. Quæ *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderũt.* De quibus in Epistola scriptum est ad Hebræos: *Qui enim hæc dicunt, ostendunt quod patriam quærant, & siquidem illam quærerent, de qua egressi erant, habebant tempus, vt reuerterentur ad eam. Nunc autem meliorem desiderant patriam, hoc est, cælestem Hierusalem.* Ex quo discimus mille annorum fabulam, in qua rursum nuptiæ promittuntur, & cibi, & terrenæ vitæ conuersatio, abiiciẽdam. Si enim *in resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt similes angelorum*, quia sunt filij resurrectionis: Et de ventre, ac cibis Apostolus loquitur: *Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & illam destruet.* Quo modo rursum incorrupto, & spirituali, immortalique corpore, carnis pristinæ mortalis, atque corruptæ vitia quæremus? Et hæc dicimus, non quo substantiam glorificati corporis denegemus: sed quo opera pristina in his qui angelorum sunt similes, penitus auferamus. Alioquin & in isto adhuc corpore per ieiunia, & continentiam, & perpetuam castitatem, & charitatem, imitamur virtutes angelicas: & tamen substantiam corporum amittimus. Quæ vt omnia futura credamus, sciamus à Deo esse promissa, cuius os locutum est: vt quo modo in manibus opus, & in pedibus incessum, & in ventre generationem, & in auribus, oculisque auditum, atque intuitum, sic in ore sermonem Dei intelligamus.

CAP. LIX.

Ecce non est abbreuiata manus Domini, &c.] Poteram quæ nunc facturum esse me dixi (Eris confidens in domino, & eleuabit te ad bona terræ, & cibabit te hæreditate Iacob patris tui) & ante complere. Neque enim abbreuiata est manus mea, atque contracta, vt eam ad liberandum populum meum extendere nequeam, aut surdas aures habeo, vt exaudire non possim. Ex quo ostenditur aures domini, quæ iustos audiunt, & non audiunt peccatores, nequaquam esse nostrarum aurium similes, quæ emissam vocem

vocem siue iustitiæ, siue iniustitiæ, æqualiter audiunt, sed peccata, inquit, vestra, quasi quidam in medio murus oppositus, vos & Deum diuidunt. Vnde & Saluator in passione sua fecit vtrumque vnum, & medium parietẽ maceriæ soluens, inimicitiam in sua carne destruxit, vt quos paries diuiserat peccatorum, Christi sanguis coniungeret. Qui aperuit paradisi ianuam, quæ multo tempore clausa fuerat, & igneum gladium suo cruore restinxit, vt audiret latro: *Hodie mecum eris in paradiso.* Quodque sequitur: Et propter peccata vestra auertit faciem à vobis: vt non audiret, siue vt non misereretur, hoc ostẽdit, quod fœtorem peccatorum & iniquitates eorum ferre non poterit, sed auerterit faciem suam, ne eorum turpitudinem cerneret, & statim percutere cogeretur. Vnde peccator domini vultum videre desiderãs, dicit in psalmo: *Vsquequo Domine obliuisceris me in finẽ: vsquequo auertis faciem tuam à me?* Et alibi: *Ostende faciem tuam, & salui erimus.*

a ¶ *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, &c.*] Quæ supra generaliter nominauit, nunc exponit in partibus. Et considerandum: quod nequaquam eis obiiciat idololatriam, qua Esaiæ temporibus tenebantur, sed effusionem sanguinis: de quo ante iam dixerat: *Iustus periit, & nemo suscipit corde. Et viri iusti tolluntur, & nemo intelligit. A facie enim iniquitatis sublatus est iustus: erit in pace sepultura eius, ablata est de medio.* Et quamquam ipsi manus non miserint in dominum Saluatorem, tamen consona impietatis voce clamantes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*: mortis eius rei sunt, & habent pollutas manus. De quibus idem propheta testatur, dicens: *Si leuaueritis manus vestras ad me non exaudiam. Manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Labia quoque eorum & lingua loquuntur iniquitatem, atque mendaciũ: cum pro Christo sibi antichristum repromittant: nec sit vllus in populo, qui inuocet iustitiam, & iudicet veritatem. Siue vt in Hebræo habetur, fidem, quod scilicet credat in Christo: sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: Vnde apostolus præcipit, ne attendamus Iudaicas fabulas, & mandata hominum auersantium se à veritate. Verè enim confidunt in nihili, & sequuntur vanitates: in quo impletur domini vaticinium: *Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum suscipietis.*

b ¶ *Conceperunt laborẽ & pepererũt iniquitatem, &c.*] Qui Antichristi præstolantur aduentum, nec possunt dicere: *A timore tuo Domine concepimus, & parturimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram*: rectè concipiunt dolorem, & parturiunt iniquitatem: vt quem multo labore perquirunt, in iniquitate suscipiant, de quorum scriptum est patre: *Concepit dolorem & peperit iniquitatem.* Isti frangunt atque disrumpunt ouа aspidum, vt earum venena in sua mente suscipiant: quibus in Euangelio dicitur: *Serpentes, genimina viperarum.* Pulchreque ouа posuit aspidum atque serpentum, quæ ouа prius generare dicuntur. Et quia non solum malitiæ venena in cordibus suis retinent, sed in lege domini die ac nocte meditantur, aniles fabulas mussitantes, propterea dicitur: Et telas araneæ texunt, quibus nec exaudiret. a Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere, sed confidunt in nihili & loquũtur vanitates. b Conceperũt laborem, & pepererunt iniquitatem: ouа aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorũ morietur, & quod confotum est, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. c Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum, cogitationes inutiles, vastitas & contritio & non proficiat. Labor, inquit, eorum omnisque doctrina non Christi efficit vestimentum, nec pallium, quo nuditas animæ protegatur, sed casso labore desudant, dicente hoc eodem propheta: *Populus hic labiis me honorat: cor vero eorum longe est à me. Frustra autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominũ*, quæ sequentes, negligunt legem Dei. Et vt sciamus in tela opera demonstrari, intulit: Neq; operiẽtur operibus suis. Quidam locum istum sic ediſſe runt. *Ouа aspidum sciderunt*, siue *ruperunt*, id est, mordentes prophetarum reliquere sermones omnes, & blandi sibi pseudoprophetarum eloquia texuerunt: De quibus qui comederit, à serpẽte ferietur, & intelliget nihil sibi verba profuisse mendacij.

c ¶ *Opera eorum opera inutilia, &c.*] Ideo non operiuntur operibus suis, quia opera eorum opera iniquitatis sunt. Quæ Apostolus infructuosa cognominat: id est, fructus non habentia. *Et pedes eorum currunt ad malum, & festinant ad effundendum sanguinem innoxium.* Hanc enim & in prophetarum occisione habuerunt consuetudinem. Ad quos Stephanus loquebatur: *Quem enim prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* Et Dominus in Euangelio: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.* Et iterum: *Veniet super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram: à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ: quem occidistis inter templum & altare.* Vnde & supra ad eos dicitur: *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine: & lingua vestra loquitur iniquitatem.* Et per hanc meditationem crudelitatis atque blasphemiæ, ad necem Domini peruenerunt. Quo modo & Iudas per auaritiæ viam venit ad homicidium,

imo sacrilegium auaritiæ copulatum. Quodque sequitur: *Cogitationes eorum cogitationes stultorũ, cõtritio & infelicitas in viis eorum, & viã pacis non cognouerunt.* Et supra: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*: Apostolus posuit ad Romanos: Quod multi ignorantes, de tertiodecimo psalmo sumptum putant, qui versus in editione vulgata additi sunt, & in Hebraico non habentur. De quo plenius in exordio huius voluminis diximus. Rectè autem viam pacis ignorauerunt: quia auctorem eius suscipere noluerunt. Ipse est enim pax nostra, qui loquitur ad Apostolos: *Pacem meã do vobis: pacem meam relinquo vobis.* Et ad Hierusalem: *Si scires quæ ad pacem sunt tibi: quoniã venient dies super te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & obsidebunt te, & filios tuos allident ad terram.* Qui autem pacem non susceperint, consequenter nec iudicium habent in viis suis. Illum de quo supra dictum est: *Ecce puer meus quẽ elegi, dilectus meus, quem dilexit anima mea, iudicium gẽtib⁹ proferet.* Sequitur: *Viæ eorũ peruersæ*, nõ natura, sed propria voluntate. Quicquid enim peruertitur atque curuatur, de recto torquetur in prauum. Omnis doctrina phariſæorum subuersio veritatis est: per quam qui ambulauerit, non solum non inuenit pacem, sed nec cognoscit quidem eam, vt sciat quid quærere debeat.

HEB.

contritio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis, ignorat pacẽ.

a Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris: in caligosis quasi mortui. Rugiemus, quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectabimus iudicium, & non erit: salutem, & elongata est à nobis. b Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te: & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus. Peccare & mentiri contra Dominum, & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe sterit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est

SEPT.

tio & miseria in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, & non est iudicium in viis eorum. Semitæ enim eorũ peruersæ, quas transeunt & nesciunt pacẽ. Propterea recessit iudicium ab eis, & non apprehendit eos iustitia. Cum expectarent lucem, facta sũt eis tenebræ. Præstolantes eam in tenebris ambulabunt: palpabunt sicut cæci parietem, & quasi non habentes oculos attrectabunt. Cadent in meridie, quasi in nocte media: quasi morientes gement: quasi vrsus, & quasi columba pariter ambulabũt. Expectauimus iudicium, & non est: salus longè recessit à nobis. Multa est enim iniquitas nostra in conspectu tuo, & peccata nostra restiterunt nobis. Iniquitates enim nostræ in nobis sunt, & iniustitias nostras cognouimus. Impiè egimus, & mentiti sumus, & recessimus à Deo nostro. Locuti sumus iniqua, & inobedientes fuimus. Parturiuimus & meditati sumus de cordibus nostris verba iniqua. Et recessimus à iudicio, & iustitia longe stetit: quia consumpta est in viis eorum veritas, & per rectum iter transire non poterant. Et veritas sublata est, & tranſtulerunt

de verba mendacij, contemnentes legem Dei, & sequentes traditiones hominum: quas illi δευτερώσεις vocant, & quas in nostro corde simulauimus. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe sterit. *Quæ enim pars iustitiæ & iniquitati? qui consensus Christi & Belial*: Stetit iustitia in gentibus, & recessit à nobis, quia corruit in platea veritas. *Lata* enim *& spatiosa via, quæ ducit ad mortẽ*: quia angustam viam, in qua veritas commoratur, intrare nolebant. *Et facta est veritas in obliuionem*: de qua scriptum est: *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* In quo animaduertendum, quod crebro veritas nominata sit, vt Christi persona monstraretur: quam deferentes, secuti sunt mendacium. *Et qui recessit à malo, prædæ patuit.* Quod quãquam videatur obscurum, sic edisseri potest: nobis mendacium de nostro corde fingentibus, & deserentibus legem Dei, iustitia longe sterit, & veritas corruit in plateis & æquitas ad nos intrare non potuit, & filius Dei, qui est veritas, factus est in obliuionem: intantum vt quicumque à traditionibus Iudæorum cupierit recedere, statim pateret insidiis & persecutionibus: ita vt cæcum à natiuitate, qui oculos receperat, expulerint de synagogis. Et post resurrectionem domini Saluatoris, omnes qui in eo credebant, quibus de toto orbe gentium ecclesiæ ministeria dirigebant, quæ per manus Apostolorum distribuerentur.

HEB.

est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit.a Et vidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius: quia non est iudicium. Et vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat. Et saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis: & vicissitudinem inimicis suis: Insulis vicem reddet. b Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam eius: cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit & venerit

SEPT.

stulerunt mentem vt non intelligerent. Vidit Dominus & nõ placuit ei: quoniam non erat iudicium. Et vidit, & non erat vir. Et considerauit, & non erat qui defenderet. Et vltus est eos brachio suo, & misericordia sustinuit. Et indutus est iustitiam quasi loricã, & posuit galeam salutis in capite. Et circumdatus est vestimento vindictæ & pallio: quasi retribuens vltionem, opprobrium aduersariis. Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis, nomen inclytum. Veniet enim quasi fluuius violentus ira Domini, veniet cum furore. Et veniet de Sion qui liberet, & auertat impietates à Iacob, & hoc erit eis à me testamentum, dicit Dominus

Vnde & nos dicimus. *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Et in Ezechiele, virorum gementium frontes thau, literæ Hebraicæ, quæ apud eos vltima est impressione signantur. Sin autem scire volumus, quo modo Spiritus sanctus fluuius violentus sit, Apostolorum acta relegamus: in quibus scriptum est: *Cùm autem congregati essent pariter, factus est subito de cælo sonus, quasi spiritus violentus, & impleuit domum vbi erant sedentes.* Apparueruntque linguæ dispertitæ sicut ignis, & sedit super singulos eorum: *Repletique sunt omnes Spiritu sancto.* Sequitur: *Veniet redemptor Sion, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus.* Pro quo Lxx. transtulerunt: *Veniet ex Sion qui liberet, & auertet impietates à Iacob.* Si ergo de Sion veniet qui auertat impietates à Iacob. Hoc intelligimus, quod homo natus sit in Sion, & fundauerit eam altissimus, qui auertit scelera à Iacob. Sin autem veniet Sion redemptor: & his qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus: Hic sensus est: Veniet Christus qui redimet Sion sanguine suo. Siue iuxta Hebraicam proprietatem, qui propinquus est Sion: & de Israel stirpe generatus sit: hoc enim b גואל ἀγχιστεύς, sonat. Ac ne putemus omnem redimi Sion: & eam de sceleribus liberari, quæ Domini sanguine cruentata est, significantur adiunxit, His qui redeunt ab iniquitate, si voluerint agere pœnitentiam, in quibus oratio Domini compleatur: *Pater, ignosce eis, quod enim faciunt, nescimt.* Eorum igitur in Sion redemptio est & propinquus, qui eum susceperint ex Iacob, & illis pollicetur dicens: *Hoc fœdus meum cum eis siue pactum*, vt omnes alij transtulerunt, aut διαθήκη, id est, testamentum, vt posuere Lxx. Quod si autem fœdus pactum, & testamẽtum, sequens versus ostendit: Spiritus, inquit, meus, qui est in te,

&verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui amodo & vsque in sempiternũ. Quod vel ad Esaiam dicitur, vt mihi videtur: vel ad Dominum, vt plerique existimant. Igitur ad Esaiam sic ordo connectitur: Hoc est pactum Euangelij sempiternum, vt spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, per quæ ventura prædices: non de tuo ore discedant, nec de filiorum tuorum ac nepotum, & seminis seminis tui: vt omnis per seriẽ generatio demonstretur: quod scilicet gratia prophetarum in Apostolos veniat, & in eos qui de Israel per Apostolos credituri sunt. Quod autem infert: *Amodo & vsque in sempiternum*, illi congruit: *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Hunc locum diligenter Paulus edisserens, scribit ad Romanos: quod *non sit distinctio Iudæi & Græci*: *sed ipse Dominus omnium, dives in omnibus qui inuocant illum*: & quod non sic crediderint gentes, vt Israel penitus pelleretur. *Nam & ego, ait, Israelites sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit.* Et post paululum, cum Heliæ posuisset exemplum, quærentis ad Dominum quod solus esset relictus; & audientis ab eo quod reliquisset sibi dominus septem millia virorum, qui non curuassent genua ante Baal, intulit: *Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt.* Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo est quod quærebat Israel, hoc non est cõsecutus: electio autẽ consecuta est: cæteri verò excæcati sunt. Qui si non permanserint in incredulitate, inferẽtur. *Potens est enim*, inquit, *Deus iterum inserere illos*: non contra naturam ex oleastro, sicut gentium inserta est multitudo: sed secundum naturam in bonam, id est, in suam oliuam. Et ad extremum posuit, vt ad præsens capitulum peruenirent. *Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis apud vosmetipsos sapientes. Quia cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui liberet & auertat impietates à Iacob, & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum.* Hæc idcirco latius prosecuti sumus: vt quicquid repromissionum & legimus & lecturi sumus ad Sion & ad Hierusalem: non generaliter ad omnes Iudæos, sed specialiter ad eos dici intelligamus, qui in apostolis & per apostolos electi sunt ex Israel.

B 3.Reg 19.b

Rom.11.a

Sap.cod.

HEB.

venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit dominus. Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicis dominus: Amodo & vsque in sempiternum.

SEPT.

minus. Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ dedi in ore tuo, non deficient de ore tuo, & ex ore seminis tui: ait dominus ex nunc & in æternum.

Luc.21.g

Rom.10.c

Ibid 12.a

Commentarij Decimisexti in Esaiam Prophetam Finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMSEPTIMVM COMMENTARIORVM ESAIÆ AD EVSTOCHIVM VIRGINEM, PROOEMIVM.

QVANTA *mysteria septimus post decimum numerus, ad quem nunc explanationum in Esaiam peruenit liber, in scripturis sanctis contineat: vellem virgo Christi Eustochium breui sermone percurrere.* Sed quia non possum omnia in omnibus locis dicere, hoc strictim admoneo: quod psalmus qui huius numeri titulo prænotatur, sit pueri Domini Dauid, & *cecinerit verba cantici, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixerit*: Diligam te Domine fortitudo mea, *& reliqua. Puer autem Domini ille est, cui pater loquitur in Esaia*: Magnum tibi est vocari puerum meum. *Et in alio loco*: Ecce puer meus quem elegi, & dilectus meus in quo complacuit sibi anima mea. *Iste puer qui interpretatur, sortis manu, in die qua liberauit eum Dominus de manu Saul, qui in lingua nostra, expetitum, vel infernum sonat, & ab omnibus inimicis suis, qui clamauerunt contra eum*: Crucifige, crucifige talem: *quando ad patrem victor ascendit fuluis vestibus de Bosra, inter cæteratriumphantis locutus est verba*: Eripe me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. *Rursumque de populo Iudæorum*: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueteranerunt & claudicauerunt à semitis suis: *quibus & Helias dixerat*: Vsquequo claudicatis vtroque pede? *Denique quod difficile in aliis reperitur, hic psalmus etiam in Samuelis seu Regum historia cõtinetur. Qui de vno numero ad hebdomadem per incrementa proficiens, venit ad vicesimumoctauum psalmum: qui & ipse inscribitur Dauid, in consummationem tabernaculi, quando angelis imperatur*: Afferte domino filij Dei, afferte domino filios arietum. *Et omnia baptismi salutaris, & ecclesiæ mysteria concinuntur*: Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas: vox domini in virtute. *Et post paululum*: Vox domini præparãtis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam. *Atque vt multitudinem credentium demonstraret intulit: Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit dominus rex in æternum. Rursumque octaui additosacramento, triceſimum sextum psalmum efficit literatum, cuius principiũ est: Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Cuius expositio, nõ præfationis, sed proprij voluminis est. Et ne multa nũc replicemus, vsque ad quintumdecimum numerũ per augumenta succrescens, in quo psalmi graduum sunt & vas electionis apud Petrũ Hierosolymis commoratur, centesimum vicesimum efficit numerum: qui primi in Christum fuere credentes, & cum apostolis cænaculum fidei conscenderent. Descenditque super eos Spiritus sanctus: postque vsque ad septimumdecimum numerum ordine gradiens, & euangelicam possidens dignitatem, præcipiente domino de dextris partibus, centum quinquaginta tres pisces magnos capit, & in ecclesia collocat. Cui & nunc Esaias propheta loquitur.*

Pſal.17.

Isaie 49.b 41.b דדר שאול Luc.23.c Isa.63.a Pſal.17.g

F 3.Reg.18.d

2.Reg.22.

Pſal.18.

Gal.3.d Act 1.2.

Ioan.21.c

H

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

CAPVT LX.

SVRGE *illumina re, &c.*] Quid nobis videretur de instauratione Sion & Hierusalem, & cunctis quæ ei prophetali vaticinio promittuntur, in fine superioris libri plenius diximus, vbi interpretati sumus, quid significaret ille versiculus: *Veniet Sion redẽptor, & his qui redeunt ab iniquitate in Iacob.* Nũc breuiter perstringendum est, quid plurimi de hoc loco sentiant: vt errore perspecto, facilius possimus suscipere veritatem. Iudæi & nostri semi-Iudæi, qui auream atque gemmatam de cælo expectant Hierusalem: hæc in mille annorum regno futura contendunt: quando omnes gentes seruituræ sunt Israel, & cameli Madiam & Epha de Saba venientes, aurum deferent & thus: & omnes oues Cedar congregentur, arietesque Nabaioth veniant, vt immolentur super altare templi, quod fuerit extructum: De insulis quoque & maximè nauibus Tharsis volare filias illius vt columbas, auri & argenti diuitias conferentes, & ædificari muros in Hierusalem ab alienigenis, quibus præsint reges gentium: semperque apertas fore portas ciuitatis, vt

HEB.

SVRGE illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos:

SEPT.

Illumina re, illumina re: Hierusalem. Venit enim lumẽ tuũ, & gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient

diebus ac noctibus diuitiæ Hierusalem & victimæ deferantur: Et omnia quæ deferta sunt, cypariſſo, & pino, & cedro, sectis in Libano, construenda: præcipuè templum Domini, in quo sit lætitia sempiterna: ita vt sugat lac nationum, & regum diuitias comedat: tantamque abundantiam rerum omnium fore: vt pro ære aurum habeant, pro ferro argentum, pro lignis æs, pro lapidibus, ferrum. Principes quoque illius æterna pace fruituros, & episcopos præfuturos populis in iustitia: sed & portas futuras anaglyphas. Et quod his maius est, pro sole & luna, ipsum dominum æterna luce fulsurum: & pro vno homine habituram eam mille fortissimos viros, & pro paruulis, gentes robustissimas possessuram. Hæc illi dicunt, qui terrenas desiderant voluptates, & vxorum quærunt pulchritudinem, ac numerum liberorum: *quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum*: quorum qui sequitur errorem, sub nomine Christiano Iudæorum se similem cõfitetur. Alij autem asserunt hæc omnia Iudæis carnaliter repromissa, si recepissent eum, qui dicit in Euangelio: *Ego sum lux mundi,*

Phil.3.d

Ioan.8.b

quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Vt quo modo victimæ concessæ sunt populo Israel (non quo per se bonæ essent, sed ne dæmonibus offerrentur) Ita & gulosis Iudæis, nihilque aliud quærentibus nisi corporum voluptates, ista Dominus pollicetur: vt saltem pro carnalibus desideriis, & opum abundantia, filium Dei susciperent: quem quia non susceperunt, repromissiones quoque irritas fieri. Denique Chananææ pro filia deprecanti: *Non veni*, inquit, *nisi ad oues perditas domus Israel* Et discipulis suis: *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ite magis ad oues perditas domus Israel.* Quam ob causam & Apostoli primum in synagogis Dominum nunciabant: quibus non recipientibus Euangelium, dicunt ad eos: *Vobis quidem oportuerat prædicare verbum: sed quia non recepistis salutem, ecce conuertimur ad gentes.* Lux enim venit in mundum, & magis Iudæi dilexerunt tenebras. Vnde & Dominus cum Hierusalem fleuisset, adiecit: Si scires etiam tu *quæ ad pacem tibi sunt tibi*: Quam quia non suscepit, intulit: Nūc autem *venient dies super te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coarctabunt te*: ad teramque deducent cum filiis tuis. Nos autem iuxta priorem sensum, ad Ecclesiā dici vniuersa credamus: quæ primum de Iudaico populo congregata est, & lumen quod super eam ortum fuerat, per Apostolos transmisit ad gentes. Cui dicitur: *Surge, illuminare*: vt quæ cecidit in incredulis, surgat in fidelibus: quæ cecidit in synagogis, surgat in Ecclesiis, & postquam surrexerit, illuminetur: vt nequaquam habeant erroris tenebras. *Venit enim*, inquit, *lumen tuum*, quod omnes prophetæ pollicebantur: quod iugiter expectabas. *Et gloria Domini*, quæ quondam fuit super tabernaculum & templum eius, *orta est super te.* De qua dictum est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ecce enim tenebræ operient terram*, eos qui terrena sapiunt: *Et caligo populos*: siue vt in Hebraico legitur, tribus: quod propriè refertur ad Iudæos: de quibus in alio psalmo scriptum est: *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel. Super te autem orietur Dominus* sol iustitiæ, *& gloria eius in te videbitur.* De qua scriptum est: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Et ambulabunt gentes in lumine tuo.* Nos autem ambulauimus in apostolorū luce, quæ lucet in mundo, & tenebræ eam non comprehenderunt. *Et reges*, inquit, *in splendore ortus tui*: quando primum in Christo nata es: Quod & spiritualiter impletur, & carnaliter: Vt reges, quorum cor in manu Domini est, & quibus non regnat peccatum in mortali corpore, ambulent in splendore nascentis Ecclesiæ: siue in eo qui ortus est in Ecclesia, & veri regis Christi, fidei colla submittant. Quod quotidie videmus expleri: quando idololatriæ errore sublato, & persecutionis rabie, ad fidem ac tranquillitatem Christi, Romani principes transeunt. Sunt qui hæc omnia quæ nos post primum Saluatoris aduentum vsque ad consummationem mundi, & exparte completa, & penitus explenda memoramus, futuro tempore præstolentur: quando subintrante plenitudine gentium, saluandus sit omnis Israel. Quorum nequaquam sententia reprobanda est: dummodo spiritualiter hæc complenda, & non carnaliter nouerimus. Porrò nomen, Hierusalem & gentium, quod hic à Lxx. ponitur, in Hebraico non habetur, & obelo prænotandum est, aduersum eos, qui asserunt, omnia quæ dicuntur, dici ad Hierusalem.

a ¶ *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, &c.*] Dicitur hoc ad Ecclesiam, quæ primum per Apostolos congregata est in Sion: De quibus & in actibus Apostolorum legimus: quod de vniuerso orbe terrarum viri religiosi fuerint in Hierusalem, qui susceperint sermonem Dei, & linguis suarum, alienarumque gentium, vel audirent loquentes alios, vel ipsi loquerentur ad cæteros: Et præcipitur vt leuent oculos suos in circuitu. Quod & Dominus præcipit Apostolis, dicens: *Leuate oculos vestros, & videte: quia iam albæ sunt segetes ad metendum.* De Sion enim, & nequaquam de monte Sina egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Præciputurque vt eleuatis oculis videat suos filios congregatos, qui de longe veniant. Cui & in alio loco dicitur: *Gaude nimis filia Sion, prædica filio Hierusalem: Ecce ego venio & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et venient gentes multæ ad Dominum, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.* Nos autem sumus filij, qui de longè venimus ad Dominum, peregrini quondam à testamento Dei, & repromissionibus eius spem non habentes, & absque Deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus? *Vos qui eratis aliquando longe, nunc facti estis prope.* Quodque sequitur: Et filiæ tuæ lac sugent; illud significat, quod animæ in Christo lactentes, & in baptismate paruulorum: de quibus & Petrus apostolus: loquitur: *Quasi modo nati paruuli, rationabile, & absque dolo lac desiderate:* sugant lac Apostolorum. Quibus paruulis atque lactentibus loquebatur & Paulus: *Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis.* Et in alio loco: *Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes vos, cupimus impertiri*: non solum Euangelium Christi, sed & animas nostras. Quod autem pro hoc in Lxx. dicitur: *αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὠμου ἀρθήσονται*: id est, Filiæ tuæ super humeros portabuntur: diligentius attendendum est. Filij enim qui robusti sunt, ipsi per se de longe veniunt, & ad fidem Domini congregantur. Filiæ autem quæ imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in virum venere perfectum, Apostolorum portantur humeris, vt deferantur in sinus Abraham, Isaac, & Iacob.

b ¶ *Tunc videbis & afflues, &c.*] Cum eleuaueris oculos tuos, & filios tuos filiasque prospexeris, vel per se venire velociter, vel sanctorum humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modum fluuiorum, aquis subitis inundaberis, & mirabitur ac stupebit, imo dilatabitur cor tuum, audientis Apostolū: *Os meum patet ad vos o Corinthij.* Et iterum: *Dilatamini & vos*: ne angustia pectoris non possitis habere hospitem Christum: Qui dicit in Euangelio: *Ego & pater veniemus, & mansionem faciemus apud eum.* Quod autem additur in Lxx. *καὶ φοβηθήσῃ*: id est, & timebis: in Hebraico non habetur. Nisi forte post gaudij magnitudinem subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudium, cernere diuitias & multitudinem maris ad se transferri, atque conuerti, & fortitudinem gentium venire sibi: vt quidquid in sæculo & orbe terrarum est, suum sit, & roborata side gentium dicat: *Omnia possum in eo qui confortat me*, Iesu Christo.

c ¶ *Inundatio, &c.*] Post diuitias maris & fortitudinē gentium tium: greges quoque camelorum, & dromades Madiā & Epha promittuntur Hierusalem: qui omnes venient de Saba, portantes aurum & thus, & quod his maius est, annunciantes domini salutare, vniuersæ quoque oues Cedar congregabuntur ecclesiæ, & arietes Nabaioth venient, siue vt in Hebraico scriptum est, ministrabunt & offerentur siue offerēt victimas supes altare domini vt domus eius inclyta fiat. Madian & Epha, regiones sūt trans Arabiam, fertiles camelorum, omnisque prouincia appellatur Saba. Vnde fuit & Saba regina, quæ venit sapientiam audire Salomonis: Et ipsa deferens aurum & thus, pacifico regi multa deportans, & ab eo maiora suscipiens. Cedar autem regio Sarracenorū est, qui in scriptura vocantur Ismaëlitæ. Et Nabaioth, vnus est filiorum Isnaël, ex quorū nominibus solitudo appellatur, quæ frugum inops plena est pecorū. Per familiaria ergo nomina gentium Barbararum, quæ vicinæ sunt Israeli, totius mundi conuersio prædicatur. Madian quippe in hoc loco interpretatur iniquitas. Epha, resolutus, siue effundens: Saba, cōuersio vel captiuitas: Cedar, tenebræ: Nabaioth, prophetiæ. Greges igitur camelorum, iniquitatis vinculis resoluti, & animas suas effundentes Deo, operient Hierusalem muneribus, & omnes de captiuitate venient, & conuersione sua, aurum fidei deferentes, & thus sacrificij. Et per hæc munera nequaquam propria salute cōtenti proficient, vt etiam cæteris prædicent salutare Dei. Diues ille qui instar cameli portabat in euangelio diuitiarum pondera, & camelus erat, noluit audire consilia, nec exonerari: vt abiecta sarcina, alis columbæ volaret ad cœlum, propterea tristis abiit. Et de istiusmodi camelo Saluator loquitur: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regna cœlorum.* Difficultatem rei proposuit, non impossibilitatem. Denique sanctæ memoriæ mater tua Paula, Fraterque Pammachius, per foramen acus, hoc est, per arctam & angustam viam quæ ducit ad vitam, transierunt ad regna cœlorum: laram viam cum sarcinis relinquentes, quæ ducit ad Tartarum. Imo quidquid habebant, in domini dona portarunt, implentes illud quod scriptum est: *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ.* Quæ enim apud homines impossibilia apud Deum possibilia sunt: Habentes iii muneribus principalia, aurum sensuum, & thus odoris optimi, atque dicentes: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo & Christi bonus odor sumus in omni loco*: exemplo virtutis suæ quotidie nunciant salutare Domini: vt omnes oues Cedar congregentur in ecclesia, & de erroris tenebris ad lucem transeant, Arietesque prophetarum, de quibus in vicesimooctauo psalmo canitur: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum*: veniant & offerantur: siue (iuxta Theodotionem.) Offerant se sacrificium Domino, & placabiles hostiæ fiant: vt Christi glorificetur ecclesia. De huiusce modi oribus Saluator discipulis loquebatur: *Ite ad oues perditas domus Israel.* Et iterum: *Meæ oues, meam vocem audiunt.* Et in Ezechiele plenius: *Ecce ego quæram oues meas, & visitabo illas: sicut quærit pastor gregem suum. Hæc dicit dominus: Perditam quæram, & errantem reducam, & fractam alligabo, & infirmam confortabo, fortemque custodiā: & pascā eas cū iudicio.* Et vt nossem quæ essent oues, ponit manifesti: *Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum, & isti populus meus Dominus Israel, dicit Dominus Deus: & vos oues meæ, & oues gregis mei omnes estis, & ego Dominus Deus vester.* Si quis ergo in gentibus diues est, saluetur vt camelus: non absque donis, atque muneribus, quo possit verbum Domini prædicare. Si quis simplicitatis ouium, & auctoritatis arietum: ascendat vel offeratur in altare Domini, ab his qui præualent, vt domus eius glorificetur. Quod autem in Hebraico scriptum notauimus: *Arietes Nabaioth ministrabunt tibi, & offerent super placabili altari meo*: proprie super his intelligitur, qui de gentibus electi in sacerdotium, ministri sūt Saluatoris. Si quis autem contentiosus est, & carnaliter hæc promissa contendit. Respondeamus ei: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.* Illudque dicamus quod etiam si carnaliter sunt promissa Iudæis tamen sub conditione sunt promissa: vt si suscepissent lumen suum quod ad eos missum fuerat: tunc etiam ista sequerentur: quo videlicet per desiderium auri, & opum abundantiam, rerumque carnalium, quarum semper ista gens capiebatur illecebris, susciperent ad se missum filium Dei: quem quia non susceperunt, vniuersa sublata sunt, & suscipiētibus spiritualiter reddita hereditas.

a ¶ *Qui sunt isti qui vt nubes, &c.*] Quia Dominus ingressus est Ægyptum super nubem leuem, & nubibus prophetarum mandauit, ne pluerent super Israel imbrem, ad quos peruenit veritas Dei: Miratur ecclesia de circuncisionis primum populo congregata, volare ad se gentium turbam toto orbe terrarum: Et assumptis alis Spiritus sancti, festinare iuxta Symmachum & Theodotionem, ad fenestras suas, iuxta Aquilam, ad catharactas suas, vt ingrediantur ecclesias: Siue doctores cum discipulis: id est, columbas cum pullis suis volare ad ecclesiam de insulis gentium: quæ iuxta Vaticinia prophetarum expectabant dominum. Naues quoque a תרשיש, id est, maris: de quibus in visione Tyri plenius diximus, adducent filios ecclesiæ in principio fidei aurum argentumque portantes. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* De quo auro & argento in sexagesimo septimo psalmo scriptum est, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora eius in fulgore auri. Et septuagesimo primo psalmo. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Quæ omnia deferuntur nomini domini Dei, & sancto Israel, qui glorificauit eum.

b ¶ *Et ædificabunt filij peregrinorum muros, &c.*] Inter cætera quibus ædificatur ecclesia, & vrbs Saluatoris extruitur: Alienigenæ quoque & filij peregrinorum ædificant muros eius, ne hostis possit intrare, ne locum inuenire perfidia. Alienigenæ autem & peregrini, proprie significant populum nationum, qui vere extruxerunt ecclesiam Christi: intantum vt reges eorum & principes ministrent, siue assistant ei. Quod vel carnaliter accipiunt, vel spiritualiter: Si carnaliter, videmus Cæsares Romanos Christi iugo colla submittere, ædificare ecclesias expensis publicis, & aduersus persecutiones gentium, atque insidias hæreticorum legum scita pendere. Si spiritualiter: quicumque

HEB.

pulos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. a Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ lac sugent. b Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. c Inundatio camelorum operiet te, drome-

SEPT.

rient terram, & caligo super gentes: super te autem apparebit Dominus, & gloria illius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes congregatos filios tuos. Venerunt omnes filij tui de longè, & filiæ tuæ super humeros portabuntur. Tunc videbis & gaudebis, & timebis, & stupebis corde: quoniam transferentur in te diuitiæ maris, & gentiū, & populorum Et venient tibi greges camelorum & ope-

HEB.

dromedarij Madian & Epha. Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes: Omne pecus Cedar cōgregabitur tibi, & arietes Nabaioth ministrabunt tibi offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ, glorificabo. a Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te. b Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussi te, & in re-

SEPT.

& operient te cameli Madian & Gephar, omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & salutare domini annunciabunt. Omnes oues Cedar congregabuntur tibi, arietes Nabaioth, venient, & offerentur placabiles super altare meum, & domus orationis meæ glorificabitur. Qui sunt hi qui vt nubes volant, & sicut columbæ cum pullis ad me? Me insulæ expectarūt, & naues Tharsis in primis, vt adducant filios tuos de longe, & argentum suum & aurum cum eis, propter nomen domini sanctum, & quia sanctus Israel glorificatus est. Et ædificabunt alienigenæ muros tuos, & reges eorum assistent tibi. Propter iram enim meam percussi te, & propter misericordiam

Ibid. 1.a
Matt.15.c
Mar.7.10.a
Act 13.g
Ioan.3.c
Luc.19.f
Psal.86.a
לאמים
Psal.121.a
Ioan.1.c
Prou.21.2
Rom.6.b
Act 2.a
ישרתונך יעלו
3.Reg.10.a
Gal.4.c
1.Thes.2.c
Matt.19.c
Prou.13.b
Mat.19.b
Psal 140.a
2.Cor.2.d
Matt.10.a
Ioan.10.c
Eze.b.34.c
Ibid. Sep.70.
Phil.4.c
מדין עיפה
קדר נביות
Ioan 4.c
Sup.2.a
Soph 3.e
Zach.2.c
Eph.2.c
וכנסוך על צור תאוכמה
1.Pet.2.a
2.Cor.6.c
Ibid.
Ioan.14.c
Sup.19.a'25.b
Psal.35.b
אורבתיהם
a tharsis
Sup.23.
Rom.10.
1.Cor.11.g

in eis continentia, eloquentia, sanctitate. principes sunt, & animæ imperio carnis subiugant seruitutem. Ipsi administrant, & assistunt vel auxiliantur ei: quam Deus sæpe propter negligentiam deserit, vel persecutorum percutit virga, vt rursum propter sui misericordiam diligat. Vel certe hoc dicendum: quod ecclesiam afflictam quondam & captiuitati traditam in populo Iudæorũ, in vocatione gentiũ reconciliet sibi, ita vt portæ eius sẽper apertæ sint, & nec die nec nocte claudantur, & saluari cupientibus, iugiter pateant: id est, vt ei in gaudio, & in tribulatione volentibus credere, introitus non negetur. Et afferatur ad eam fortitudo, siue diuitiæ gentium, & reges earum ministrent siue adducantur ei quasi captiui tunc intelliges, cum videris eloquentissimos adduci ad fidem Christi, & stultam fieri sapientium, ac prudentiam prudentium reprobari, vt fatuum Dei sapientius sit hominibus. Gentes autem & reges earum, qui seruire ecclesiæ noluerint bonam & vtilem seruitutem, vtin apostolicam transferantur dignitatem peribunt ea perditione, quæ impiis præparata est, & quicquid in eis fuerit, redigetur in solitudinem, qui habere noluerunt hospitem Deum.

a ¶ *Gloria Libani ad te veniet*, &c.] Multa desunt in Lxx. quæ ex Hebræo sub asteriscis posui: & quod addiderũt, obelo prænotaui. Libanus mons Phœnices est, excellis arboribus consitus. Quas psalmista describens ait: *vidi impiũ superexaltatum, & eleuatũ quasi Cedros Libani.* Et in alio loco: *Conteret dominus Cedros Libani.* Multaque alia quæ studio breuitatis prætereo. De hoc quondam Hyrã rex Tyri, Salomoni loppẽ ligna mittebat ad ædificãdũ templum Dei. De quo etiam nunc scriptura promittit, abietẽ & buxũ & pinum, siue iuxta Lxx. cyparissum, & pinũ & cedrũ, aut iuxta Aquilã, abietem. Thadaar & Thassur, vel iuxta Theodotionẽ, prati Thadaar, & Theassur, Simul esse cædendas, vt ædificetur templũ Sion. Quod si ita est, vbi erit aurea & gemmata Hierusalem? Vbi vxor agni? Vbi portæ duodecim gemmarum varietate distinctæ? Nisi forte muros habebit & fundamenta gemmata, & templum quod ornatius esse deberet, lignis ædificabitur. Qua ratione compellimur omnia spiritualiter accipere: quod abies, cyparissus, pinus, & cedrus, excelsæ quondam Libani arbores, glorificauerint templum Dei, & locum pedum illius, & inclytum fecerint. Ac ne longo sermone sensum trahamus: vir sanctus & eloquentissimus martyr Cyprian. & nostri temporis cõfessor Hilarius, nõne tibi videntur excelsæ quondam in seculo arbores ædificasse ecclesiam Dei? Quodque sequitur: *Et venient ad te curui* siue *reuertentes filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum*, de his debemus intelligere, qui non voluntate, sed necessitate sunt Christiani, & metu offensæ regnantium timentibus animis inclinantur. Vel certe quod prius persecutores, postea crediderint. Qualis fuit & Apostolus Paulus, qui persequebatur ecclesiam Dei, & postea vas electionis est appellatus. Cum hæc ita fuerint expleta, vt intret gentium plenitudo, tunc omnis Israel saluus fiet. Et vocabitur vere ciuitas Domini Sion sancti Israel, quæ consistit in specula, & devtroque populo congregata est.

b ¶ *Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita*, &c.] Quæ prius fueras derelicta, & odio habita, fractis in te ramis, quia fructum non attulerat. Qui idcirco fracti sunt, quia nullus erat qui pertransiret, & tibi præberet auxilium: De quibus in psalmis dicitur: *Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos*: Propterea ponam te in superbiam sempiternam, siue in exultationem & gaudium duarum generationum: pro pristinis ramis, aliis insertis de oleastro nationum, qui contra naturam exempli afferent fructus: non prioris amaritudinis, sed dulcedinis, quam de radice sumpserunt. Suges quoque lac gentium, & mammilla regum lactaberis: Qui locus quem sensum habeat, supra plenius exposuimus, differentes illum versiculum: *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ lac sugẽt.* Siue iuxta Lxx. θηλοῦν τὸν γάλακτὸν ἔθνεσιν ἀφέξεται, id est diuitias regum comedes. Quæ diuitiæ secundum Hebraicam veritatem, vbera sunt regum atque doctorum: quibus nascentium in Christo eruditur & nutritur infantia. Quæ cum suxeris & peruenieris ad solidum cibum (vt diuitias quoque huiuscemodi regum comedas.) Tunc scies quod ego sum saluator tuus, qui redemi te sanguine meo: siue Deus fortis Iacob.

c ¶ *Pro ære afferam aurum*, &c.] Eadem res pro locorum qualitate, alteri genus, alteri species est. Et ne de artibus, Rhetorica, ac Dialectica dicere quippiam videar, ponam exempla communia, quæ possint simplicem lectorem instruere Filius meus, qui ad me

HEB.

reconciliatione mea mi-
fertus sum tui. Et aperientur portæ tuæ iugiter die ac nocte nõ claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducãtur. Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur.[a] Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & odorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem domini, Sion sancti Israël. Pro [b] eo quod fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui pertransiret: ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generatione & generatione, & suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis. Et scies quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. [c] Pro ære afferam aurum, pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Non au-

SEPT.

diam dilexi te. Et aperientur portæ tuæ semper, die ac nocte nõ claudentur, vt introducant ad te fortitudinem gentium, & reges earum qui adducendi sunt. Gentes enim & reges qui non seruierint tibi, peribunt, gentes solitudine desolabuntur. Gloria Libani ad te venient in Cypariſſo & Pino, & Cedro simul, vt glorificetur locus sanctus meus, & locum pedum meorum glorificabo. Et ibunt ad te timentes filij eorum qui te humiliauerunt, & irritauerunt te & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui irritauerunt te & vocaberis ciuitas domini Sion sancti Israel. Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui auxiliaretur: ponam te exultationem æternam, gaudium generationum in generationes. Et fuges lac gentium, & diuitias regum comedes. Et scies quia ego dominus qui saluam te feci, & qui eruit te Deus Iacob. Pro ære afferam tibi aurum, & pro ferro dabo tibi argentũ, & pro ligni tribuam tibi æs, & pro lapidibus ferrum. Et dabo principe tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia: &

risitationem tuam pacem, & præpositos tuos in iustitiam. In quo scripturæ sanctæ admiranda maiestas, quod principes futuros ecclesiæ, episcopos nominauit: quorum omnis visitatio in pace est, & vocabulum dignitatis in iustitia: vt nequaquam accipiant personam in iudicio, nec audiatur quippiam iniquum in terra ecclesiæ, neque contritio & infelicitas in terminis eius. Vbicunque enim iniquitas est, & iustitia nõ seruatur, & pax perditur hæc omnia consequentur. Sed pro his, ait, omnibus occupabit salus muros tuos, siue Saluator: qui in Hebraico legitur [b] ישועה quod proprie nomẽ domini sonat. Ipse est enim fortitudo murorum ecclesiæ, quæ habet portas in laude domini: vt qui ingrediuntur eam, primum discant laudare dominũ & nomẽ illius confiteri. Quod autem Lxx. pro laude interpretati sunt γλύμμα, id est, sculpturam: hoc possumus dicere, quod portæ ecclesiæ cũctis debeant cælatæ esse virtutibus, per quas ingrediamur ad eam.

a ¶ *Non erit tibi amplius sol ad lucendum*, &c.] Ex hoc capitulo coguntur omnia quæ dicta sunt & dicenda, ad vltimũ referte tempus: quando cælo terraque transeuntibus, solis ac lunæ cessabit officium. Et erit dominus ipse lumen perpetuum: vt quæ χιλιαστῶς carnaliter asserunt esse complenda, nos spiritualiter futura credamus: in qualitate promissionum, non in tempore discrepantes. Quibus breuiter respondendũ est: quod pseudoprophetis & peccatoribus sol occidat meridie, & econtrario timentibus dominum semper oriatur sol iustitiæ, ille qui dicit: *Ego sum lux mundi*: qui lucet in tenebris & tenebræ eum non comprehenderunt: *Per diem quippe sol non vret nos, neque luna per noctem.* Quia habemus dominum lucem perpetuam, & dies luctus nostri cõplebuntur, nequaquam plangentibus in subuersione Hierusalem, sed lætantibus in exstructione ecclesiæ. *Beati quippe lugentes: quoniam ipsi consolabuntur. Beati flentes, quoniam ipsi ridebunt. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Vt postquam domini fuerint carne saturati, eructent sermonẽ domini, & dicant opera sua regi.

b ¶ *Populus autem tuus omnes iusti*, &c.] Finitis diebus luctus atque completis, quando tristitia vertetur in gaudiũ: populus Sion erit omnis iustus: non ad breue tempus, sed in perpetuum, & quia iustus est, terram mitium possidebit. Nec mirandum si ad recipienda promissionis bona, terram mansuetorum teneat, atque viuentium: quam propheta suspirat, dicens: *Credo videre bona Domini in terra viuentium*, cum germen plantationis domini sit, & opus manuum eius ad glorificandũ Deũ. *Omnis enim*, inquit, *plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.* Siue iuxta Lxx. populus custodiẽs plantationem Dei, & opera manuũ domini in gloria seruabitur creatoris. De bona plãtatione per Hieremiã loquitur Deus: *Ego plantaui te vineam, bonã, totam, verã:* quæ in Esaia appellatur vinea Sorek. Et quia Paulus conscientia virtutum loquentis in se Christi dicere poterat, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*: Ideo ad Corinth. loquebatur: *Ego plantaui, Apollo rigauit, dominus autem incrementũ dedit.* Plantati enim in domo domini, in atriis eius efflorescent. Tunc qui paruulus fuit erit in millia, audieris à domino: Esto habens potestatẽ supervquinq; vel decem ciuitates: ita vt appelletur χιλίαρχος: Et qui cum Apostolo dixerat: *Mihi minimo omnium sanctorũ data est gratia hæc*: Princeps erit magnæ gentis in cœlestibus: Quando tẽpore constituto miserit dominus angelos suos, & cõgregauerint ad eum omnes sanctos, à summitate cæli vsq; ad summum eius: nõ solum de Israel, & sed de gentiũ populo: quẽ significans loquebatur: *Et alias oues habeo, quæ non sunt de grege isto & illas oportet me congregare: vt fiat vnus grex & vnus pastor.* Hoc autem subitò faciet, vt quando omnia fuerint desperata, tunc in gentem fortissimam congregentur. Quæ licet ex parte in ecclesia quotidie videamus expleri, tamen in mundi cõsummatione plenius cõplebuntur & in secũdo Saluatoris aduẽtu.

HEB.

audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & cõtritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius sol ad lucendũ per diem, nec splendor lunæ illuminabit te. sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. [b] Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

SEPT.

& non audietur vltra iniquitas in terra tua, neque contritio & miseria in finibus tuis: sed vocabitur saluare muri tui, & portæ tuæ sculptura. Et non erit tibi sol vltra in lucem diei, neque ortus lunæ lumen præbebit tibi nocte: sed erit tibi dominus lux æterna, & Deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi & luna tibi non deficiet. Eritque dominus lux sempiterna, & complebuntur dies luctus tui. Populus tuus omnes iusti semper possidebunt terram: custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam. Qui paruus est, erit in millibus, & qui minimus, in gentem magnam. Ego dominus in tempore congregabo eos.

CAPVT LXI.

SPiritus dominis Dei super me, eo quod vnxerit me Dominus ad annunciandum mãsuetis mĩsit me: vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt annunciarem annum placabilem domino, & diem vltionis Deo nostro:

CAPVT LXI.

SPiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem & cæcis visum: dimittere fractos in libertatem, vocare m annum acceptabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: con-

Cuius vnctio illo expleta est tẽpore quando baptizatus est in Iordane, & Spiritus sanctus in specie columbæ descendit super eum, & mãsit in illo. De quo & hic idem propheta dicebat. *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiesceet super eũ spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus sciẽtiæ & pietatis.* Vnde & Saluator cum venisset in Nazareth in qua nutritus erat, postquã baptizatus est in Iordane, ingressus est iuxta consuetudinem in die sabbathi synagogã eorum. Cumq; surrexisset ad legendum, datus ei liber Esaiæ prophetæ, quo aperto, inuenit scriptum, *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere fractos in libertatem, prædicare annum Domini acceptum.* Quando conuolutum librum reddidit ministro, & sedit, & omnium oculi qui erant in synagoga,

Esai 5 d
1. Cor. 11. a
Ibid. 3. b
Psal. 91. c
Luc 19. c

Eph. 3. b

Matt. 24. b

Ioan. 10. c

Sup. 60. in fin.

Psal. 44. b

Luc. 4. c

Esai 3 c
1. Tim. 1. c
Act 9. c

Rom. 11. a

Psal. 128. c

Sup. eod.

1. Cor. 1. c

Psal 39 g

Ibid. 28. a

3. Reg. 5 c
2. Par. 2. b

ברוש
הדור
והאשור

שוחרת

Ioan. 8 b. x.

Psal. 120. b

Matt 5. a

Psal. 44. a

Psal. 26. d

Matt. 15. b

Hier. 2. d

פקדתך
visitatio-

attendebant eum, cœpitque ad eos dicere: *Hodie completa est scriptura hæc in auribus vestris*: & omnes testimonium præbebant ei, & mirabantur super sermonibus gratiæ, qui egrediebantur de ore eius. Si ergo illo completa est tempore prophetiæ: quo modo quidam ad consummationis referunt tempora quæ dicuntur: nisi forte possumus hoc dicere, quod tunc ex parte completum sit, plenius esse complendum, quando omnis populus Dei fuerit iustus? *Nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: Cum autem venerit quod perfectum est, ea quæ ex parte sunt, destruentur.* Vnctus est igitur Spiritu sancto, vt annunciaret pauperibus siue mansuetis: dicens eis in euangelio. Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cœlorum. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Et missus est ad sanandos eos, qui corde contriti sunt, & dicunt: *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Siue iuxta Symmachum & Theodotionem, ad alliganda vulnera peccatorum, prædicare captiuis remissionem, cæcis vt videant, vel clausis apertionē quod manifestius interpretatus est Symmachus, vinctis solutionem. De quo, imo ad quē supra dicitur: *Ecce posui te in lucem gentium: aperire oculos cæcorum: educere de vinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris.* Annum autem acceptabilem, & diem retributionis, omne prædicationis eius quo in carne versatus est, tempus intellige: Quod & Apostolus Paulus in primo Saluatoris interpretatur aduentu, dicens: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* De quo supra plenius diximus. Sin autem retributio non in meritis bonorum, sed in pœnis accipitur peccatorum iuxta quod dies dicitur vltionis: de Iudaico populo sentiendum est: in quem post passionem eius, statim ira Dei peruenit. Consolatusque est omnes lugentes, dicens: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur*: vt poneret lugentibus Sion, & daret eis gloriam coronamque pro cinere: De quibus fuit & Apostolus Paulus, qui lugebat Sion atque dicebat: *Tristitia enim est mihi, & dolor continuus.* Et iterum. *Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, & propinquis iuxta carnem, qui sunt Israelitæ.* Et propterea lugentes atque plangentes, pro cinere oleum gaudij susceperunt videntes de Iudæis plurimos credidisse, & stolam accipere mundissimam, pro lugubri vestimento.

a ¶ *Et vocabuntur*, &c.] Postquam & Apostoli & apostolici viri pro cinere & mœroris spiritu, oleum gaudij, & pallium, siue iuxta Lxx. κατ᾽στολὴν δόξης: id est, stolam gloriæ laudisque susceperint: *Tunc vocabuntur generationes iustitiæ, Plantatio domini gloriosa*: Vel iuxta Hebraicum, a יהוה per extensam vtramque syllabam, fortes Deique iustitiæ, aut plantatio domini ad glorificandum: vt cum glorificati fuerint vel ipsi glorificauerint dominum, ædificent deinceps à sæculo ciuitates, & ruinas antiquas suscitent, tam populi Iudæorum, quam cunctarum gentium: qui non solum ædificandi, & instaurandi vrbes, habebunt scientiam, sed & pastores erunt optimi, vt repulsis antiquis pastoribus, quibus per Ezechielem dixerat Deus: *O pastores Israel, numquid pascunt semetipsos pastores, & non magis oues*, audiant cum Apostolo Petro: *Pascite oues meas.* Mirumque in modum de cementariis, atque pastoribus transibunt in agricolas, id est, in aratores, & vinitores: vt possint cum Apostolo dicere: Dei ædificatio, Dei agricultura sumus. Denique scribas, & pharisæos, vinitores, & agricolas Iudæorum, Saluator interrogat: quid faciat vinitoribus malis, & agricolis: Illisque respondentibus: *Malos male perdet, & vineam suam dabit aliis agricolis*, intulit, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quæres interpretatione nō indiget. Quotus enim quisque ecclesiarum princeps est de Iudæis, & non de alienigenis, atque externarum gentium hominibus? qui ante idolis seruientes, & alieni à testamento Dei, ac peregrini à promissionibus illius, spem non habentes, & sine Deo in sæculo, nunc præsunt ecclesiis, & dura corda gentilium, priusque indomita, ad fructus ferendos aratro fidei edomant: vt sementem doctrinæ domini bonorum operum vbertate multiplicent.

b ¶ *Vos autem sacerdotes domini*, &c.] Ædificatores vrbium desertarum, & pastores gregum, qui ipsi sunt aratores, & vinitores, hoc est, filij peregrinorum, ipsi quoque sunt sacerdotes Dei, ad quos propheta nunc dicit: Vos autem vocabimini sacerdotes domini, & ministri Dei nostri, dicetur vobis: Haud dubium quin ecclesiarum principes significet. Vel certe de Apostolis intelligendum est, vt sit ordo: Cum cementarij, pastores, aratores, & vinitores de gentibus fuerint ecclesiis præpositi: Vos de quibus dictum est: *Reliquiæ saluæ fient.* Et, *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus*: vocabimini sacerdotes, & ministri Dei, quales erant & filij Dauid: De quibus scriptura dicit: *Filij autem Dauid erant sacerdotes Dei.* Isti fortitudinem gentium comedant, & in diuitiis earum admirabiles erunt. Corona enim patrum, gloria liberorum, & profectus populi, epulæ sacerdotum. De istiusmodi diuitiis Paulus scribebat ad Corinthios. *Gratias ago Deo meo per Iesum Christum, quoniam in omnibus diuites facti estis in eo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, vt in nullo indigeatis in vlla gratia.* Fortitudo autem gentium, triumphus est martyrum, & nos in eorum gloria superbi sumus, non ea superbia quæ in vitio est, cui Deus resistit, vt humilibus det gratiam, sed ea quæ pro potentia, & gloria accipitur. Vnde & Moysi cornuta facies erat, qui dicere poterat. *In te inimicos nostros cornu ventilabimus.* Et pro superbia gloriæ, interpretatus est Aquila: ᾗ ἐν δόξᾳ αὐτῶν παρῄρες ὑψώσατε, id est, purpura vesticimini: vt insigne regij decoris ostenderet. Quodque sequitur: *Pro confusione duplici, & pro rubore laudabunt partem suam*, quod in Lxx. non habetur, sic mihi explanandum videtur. Pro eo quod duplicem habebatis confusionem (tam super populo Iudæorum, qui à Deo recesserat, quam super nationibus, quæ idolis seruiebant:) Videbitis eos conuersos ad timorem Dei, laudare partem suam: Haud dubium quin dominum, de quo loquebatur & sanctus: *Pars mea Dominus.* Hoc autem nemo potest dicere, nisi qui aliam partem non habet. Quia igitur vos super eis duplicem habuistis confusionem, & rubore peccati eorum, super quo ipsi non erubescebant: propterea in terra sua, id est, in terra mitium, atque vicentium, duplicia possidebunt, cum & in præsentibus crediderint,

diderint, & futuris. Et habebunt lætitiam sempiternam. Pro quo in Septuaginta legitur: ὕμνος ἐν δευτέρᾳ τῷ γῆν κληρονομήσουσι, id est, sic terram secundo possidebunt. Et gaudium sempiternum erit super caput eorum, vt qui possederant terram in Iudææ angustissimis finibus, postea vniuersum orbem possideant. De qua terra pater loquitur Saluatori: *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & possessionem tuam terminos terræ.* Hoc autem præstitit dominus, qui diligit iudicij veritatem, & odio habet rapinā in holocausto. Pro quo Septuaginta transtulerunt rapinā de iniquitate: quasi aliqua sit rapina, quæ nō ex iniquitate consistat. Ergo quod dicit, hoc est: magis Deus iustorum diligit paupertatem, quam diuitum munera, quæ de rapinis sunt, & iniquitate.

a ¶ *Et dabo opus eorum*, &c.] Deus qui diligit iustitiam, atq; iudicij, & detestatur holocausta violenta (quicquid enim de rapinis est, quasi mercedem scorti reputat, & pretium carnis) ipse eorū qui secundo possederint terrā, & quos duplici lætitia coronarit, laborē dabit iustis, siue (vt melius habetur in Hebraico) in veritate, vt nequaquam sicut in lege vmbra veritatis, sed ipsa sit veritas. Et pactum feriet sempiternū, nō quale Moysi dederat, quod præteriit, sed pactum euangelij: de quo loquitur Christus: *Cœlum & terra pertransibunt: verba autē mea non præteribūt.* Et tunc scietur in gentibus semen apostolicum & omnes futuræ generationes suscipient sementem doctrinæ Dei, nequaquam illud dicentes: in quo populus prius circumcisionis errabat, dicens: Quid enim aliud, nisi semen quærit Deus? Omnis qui viderit eos prima fronte cognoscet quia semen sit, cui benedixerit dominus. Quis enim ex ordine vitæ, mānsuetudine, continentia, hospitalitate, cunctisque virtutibus non intelligat populum Dei: Et quis non econtrario detestetur cruentas Israēlis manus aduersū quos imprecatur propheta, dicens: *Imple domine facies eorum ignominia.*

b ¶ *Gaudens gaudebo in domino*, &c.] Principium capituli iuxta Lxx. qui dixerunt: *Gaudio lætabuntur in domino*, fini superioris capituli copulatur: Iuxta Hebræos vero alterius capitis exordium est, in quo introducitur ecclesia, Christi respondere sermonibus: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo.* Nequaquam in patribus, sicut Iudæi gloriabantur dicentes: *Semen Abrahæ sumus, & nemini vnquam seruiuimus*, sed in Deo scriptura dicente: multitudinis autē credētium erat cor vnum, & anima vna. Reddituque causas lætitiæ: *Quia induit me vestimēto salutis, & indumento, siue tunica iustitiæ* atque lætitiæ, quæ hebraice dicitur בתנים, ornauit atq; circūdedit. Quotquot enim in Christo baptizati sumus, induimur Christo, & habemus tunicam iustitiæ, qui factus est nobis sanctitas, iustitia, & redemptio. Ponitque similitudinem duorum in ecclesia agminum perfectorum, atque incipientium. Perfectos sponsi comparat pulchritudini, incipientes, sponsæ assimilat ornatui. Perfectus erat Paulus, quia quasi sponsus decoratus corona, atque coronādus, siue vt Aquila transtulit, ἱερατεύοντος στεφάνου quod in lingua nostra dicitur, sacerdotij portans coronā, loquentis in se Christi auctoritate dicebat: *Certamen bonū certaui, cursū consummaui fidē seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ.* Et in alio loco: *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus.* Incipiens autem erat, cōparatione plenitudinis, quā do ex persona incipientium loquebatur: *Cum essem paruulus, sicut paruulus loquebar, sicut paruulus sapiebam, sicut paruulus cogitabam.* Et iterū. *Ex parte videmus, & ex parte cognoscimus: donec veniat quod perfectum est.* Et ideo sponsæ assimulatur ornatui, quæ ornatur mundo muliebri, siue vt cæteri transtulerunt: vasis vel monilibus suis. Ponitque alterius cōparationis exempla, quorum prius ad sponsum, sequens refertur ad sponsam. Sicut terra profert germen suum, & cælestibus pluuiis irrigatur, & sicut hortus semen suum germinat (qui fontium, atq; fluuiorum aquas desiderat) sic inquit, dominus germinabit iustitiam atque lætitiam, coram cunctis gentibus: Nequaquā coram Israel vt superciliū decutiat Iudeorum, sed cunctis gentibus, quæ in ecclesia congregantur.

CAPVT LXII.

PRopter Sion, &c.] Dixerat Dominus, atque Saluator spiritū domini super me, propter quod vnxit me, vsque ad eum locum vbi scriptū est: Omnes qui viderint eos, cognoscent: quia isti sunt semen, cui benedixit dominus. Post quam repromissionem respōdit ecclesia: *Gaudens gaudebo in domino*, qui in tertio graduum psalmo, ex persona populi pœnitentis læta cantauit. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domū domini ibimus.* Nūc prophetæ introducitur persona, dicentis: *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam.* Diebus inquit, ac noctibus ora non claudam, nec mea vnquam reticebit oratio: sed tādiu clamabo, & precibus iungam preces, donec veniat qui promissus est, & splendore suo cunctum orbem illuminet. Quis est iste quem quærit, quem venire desiderat, ponit manifestius: Donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lāpas accendatur. Siue iuxta Lxx. Donec exeat sicut lux iustitia eius, & salutare illius sicut lampas ardeat. Quæ dicebat in euangelio. *Ego sum lux mundi.* Quæ cum in Sion, & in Hierusalem fuerit accensa, nequaquam in sola splendebit Iudæa, sed dicetur ad eam: Lumen quod in te est, accensum est: quod egressum ex parte: in tuis cœpit ardere finibus, omnes

HEB.

laudabuntpartem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. a Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. b Gaudēs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circūdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

CAPVT LXII.

PRopter Sion non tacebo, & propter Hierusalem nō quiescā, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lāpas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi

SEPT.

gaudium sempiternum erit super caput eorum. Ego enim sum dominus, qui diligo iustitiam, & odi rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorum iustis, & testamentum æternum pangam cum eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & nepotes eorum in medio populorum. Omnis qui viderit eos, cognoscet illos, quia isti sunt semen benedictum à Deo. Gaudio lætabuntur in domino, exultet anima mea in domino. Induit enim me vestimento salutis, & tunicam lætitiæ circumdedit mihi. Sicut sponsum mitra, & sicut sponsam ornauit me mundo muliebri, & sicut terram efferentem florem suum, & sicut hortus semina sua germinat, sic Dominus Deus profert iustitiam, & laudem in conspectu omnium gentium.

LXII.

PRopter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non relinquam, donec egrediatur sicut lumen iustitia eius, & salutare illius sicut lampas ardeat. Et videbunt gentes iustitiam tuam, & omnes reges gloriam tuam: & voca-

gentes illuminabit. Et cuncti reges videbunt inclytum tuum ô Hierusalem, & Sion: qui de tua stirpe generatus est, qui in te exaltatus patibulo, omnes traxit ad se, ita vt gentes videãt iustitiam eius qua cunctorum creator misertus est gentibus: Et reges gloriam illius, qua glorificatus in cruce est, & omnia suo imperio regna subiecit. Denique nequaquam vocabitur Hierusalem, & Sion sed nomen nouum accipiet, quod ei dominus imposuerit dicens ad Apostolum Petrum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduersus eam.* Quod vocabulum à nomine domini deriuauit, vt dicatur dominicum: Et populus illius nequaquam veteri nomine appelletur Israel, sed nouo, id est, Christianus. *Eritque* quasi *corona decoris in manu Domini, & quasi diadema regni in manu Dei sui*, quando eam coronauerit turba credentium: & diadema imperij, quod martyres gemmarum suarum varietate distinxerit, fuerit in manu Dei, vt filium suum eorum coronet victoriis Vnde & Apostolus Paulus loquebatur ad sanctos: *Gaudium & corona mea.*

a ¶ *Nõ vocaberis vltra de relicta*, &c.] Pro Sion & Hierusalem, vocaberis ecclesia, & domini, cum pro Iudæis appellabuntur Christiani. Nec hoc eris vocabulorum fine cõtenta, sed quæ prius vocabaris relicta, quod Hebraice dicitur a עזובה vocaberis b חפצי בה quod interpretatur voluntas mea in ea: & terra tua, quæ prius vocabatur c שממה, desolata, siue deserta, postea vocabitur d בעולה, quod Aquila interpretatus est ἐσχημένη: Symmachus & Theodotio σωωκισμένη. Lxx. οἰκουμένη, quæ omnia habitatam, possessamque significant. Hoc est autem Hebraicæ consuetudinis, vt ex euentu rebus vocabula semper imponat, sicut Abram, qui prius dicebatur, pater excelsus, quando audiuit repromissionem: *Et in semine tuo benedicentur omnes gentes*, appellatus est pater multarum gentium, id est, Abraham. Et domino Saluatori supra nomen imponitur: Cito spolia detrahe, Velociter prædare. Filij quoque Zebedæi, quorum vnus vocem tonitrui emittere poterat: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, appellati sunt e בני רעם, quod interpretatur, filij tonitrui. Quod autem sequitur: *Quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur*: à Lxx. prætermissum est, causasque reddidit, quare appellatur f חפצי בה: & quare appellatur g בעולה: quoniam complacuerit sibi dominus in Sion, & terram ipsius habitabilem fecerit, quæ prius Iudaico fuerat errore deserta. Siue hoc ipsum referamus ad ecclesiam, quæ possessa prius ab idolis, deserta fuerat à Deo.

b ¶ *Habitabit* enim *iuuenis cum virgine*, &c.] Dicit & Apostolus: *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiam.* Cumque posuisset exemplum: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna, intulit: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in ecclesia.* Si ergo propter breuitatem temporis, quod in arcto est, sic debent viri habere vxores suas, quasi non habeant: Quanto magis intersponsum & sponsam erit sancta coniunctio? Iste est sponsus, de quo in duodeuicesimo psalmo canitur: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Et ista sponsa, quæ crebrius in Cantico scribitur canticorum, quæ non habet rugam, nec maculam: Quam Paulus desiderat, offerre vni viro virginem castam, *vt sit sancta corpore & spiritu.* De qua & sub nomine charissimi & quadragesimo quartus psalmus canit: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.* Sicut igitur sponsus gaudet in sponsa, iuuenisq; cum virgine, in quibus exemplis sancta coniunctio est: Sic dominus lætabitur in ea, cuius nomina fuerint immutata.

c ¶ *Super muros tuos Hierusalem*, &c.] Propheta dixerat: *Propter Sion tacebo, & propter Hierusalem non quiescam*, &cætera vsque ad eum locum, vbi nunc capitulum terminatum est. Gaudebit sponsus super sponsa, gaudebit super te Deus tuus. Seque promiserat diebus ac noctibus rogaturum, vt Saluator & iustus, qui promissus fuerat, adueniret, & instar lampadis, totum illustraret orbem. Post quæ introducitur persona Dei loquentis ad Hierusalem, id est ecclesiam primitiuorũ, & eam quæ in apostolis ac per apostolos ædificata est. *Super muros tuos constitui custodes*, quos vel angelos, vel apostolos, & omnes principes eius, atque doctores accipere possumus. Qui custodiũt muros ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens circuit, & quærit quo modo possit intrare, occasionem accipiat ad gregem dominideuorandum. Qui custodes, nec diebus debent nec noctibus tacere, nec in lætis, nec in tristibus, sed semper domini clementiam deprecari, vt grex illius & muri Hierusalem custodiantur & vallentur eius auxilio. Vnde & ad eosdem custodes, atque doctores sermo dirigitur. O vos qui recordamini domini, eiusque clementiam die, ac nocte precibus fatigatis: cauere, ne vnquam in ore vestro sileat oratio: Ne detis silentium ei, subauditur, domino: sed semper molesti sitis, opportune, importune: & imitemini interpellatricem duri iudicis. Si enim ille mentis ferociam assidua interpretatione deposuit: quanto magis pater cælestis bona dabit petentibus se? Tamdiu autem rogare debetis, donec Hierusalem, quæ in Iudæis concidit, & in exemplum est, atque maledictum, in totius orbis terrarum laude versetur. Miroreque quid voluerint Lxx. pro eo quod habetur in Hebræo, ne detis silentium ei, donec stabiliat, & ponat Hierusalem laudem in terra, dicere (cuius sensus in superioribus non cohæret.) Non est enim vobis similis, si corrigat, & faciat Hierusalem gaudium super terram. Nisi forte hoc artificieloquio coaptemus, vt dicatur ad custodes ecclesiæ nullum eorum similem fore, qui prædicatione sua fecerint, vt corrigatur, & fiat Hierusalem gaudium omnis terræ.

d ¶ *Iurauit Dominus in dextera*, &c.] Omnipotens Deus, qui dixerat ad ecclesiam: *Super muros tuos constitui custodes*, qui perpetuo non tacebunt, quibusque præcipiam, vt numquam orare desistant, nisi impetrauerint quod precantur: Nunc iurat per dexteram suam, & brachium fortitudinis suæ. De quo crebro diximus, quod sit dominus noster, atque Saluator, qui iuxta Apostolum, *Dei virtus, Deique sapientia.* Iurat autem quod triticum, & vinum Hierusalem nequaquam cedat in hostium cibos, nec alienigenæ labore illius perfruantur, sed quicunque in lachrymis seminauerint, in gaudio metant: & qui messuerint, abiectisque paleis, purum frumentum in horrea congregauerint, ipsi comedant labores manuum suarum, & dominum æterna laude sustollant, & bibant vinum in atriis sanctis eius. Quod vel multas apud patrem intelligimus mansiones, si de futura in regno cælorum accipimus beatitudine: vel certe ecclesias in toto orbe diuisas, in quibus plantati, postea in domo domini florebimus. Quando autem dicit: Nequaquam vltra dabo triticum tuum inimicis tuis, & vinum tuum alienigenæ nõ bibent, quo laborasti: ostendit laborem antea Iudæorum, & omnia opera eorum à dæmonibus fuisse possessa: quando inter Deum & idola fluctuabant, quando eis dicebat Helias: *vsque quo claudicatis vtroque pede? si dominus est Deus, sequimini illum.* Et iuxta typicam historiam, quæ in Iudicum libro narratur: *Veniebant Madianitæ, & vsque ad Gazan fructus eius deuastabant*, ita vt cibus hominum in escas brutorum animantium verteretur. Hoc est autem triticum, & hoc vinum quod non comedent, nisi laudantes dominum, & non bibent, nisi in atriis sanctis eius, de quo dominus in passione dicebat: *Amen amen dico vobis: Non bibam de genimine vitis huius, donec illud bibam nouum in regno patris mei.* Quæ ex parte complentur in ecclesia, quãdo dicit dominus discipulis suis: *Bibite amici mei, & inebriamini fratres: quod vinum lætificat cor hominis.* Et in plena luce, atque meridie bibitur à Ioseph cum fratribus suis. Et complebitur plenius quando inebriabitur terra benedictionibus domini. Triticum quoque, de quo panis cælestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus: *Caro mea verè est cibus.* Rursumque de vino, *& sanguis meus verè est potus.*

b ¶ *Transite, transite per portas*, &c.] Præcepit custodibus murorum Hierusalem, quibus ante præceperat ne tacerent ne aliquando orare desisterent, vt transeant per portas Hierusalem, & viam faciant populo. Quod semi Iudæi in vltimo tempore, quando post plenitudinem gentium saluãdus est Israel, & ad dominum rediturus, futurum esse contendũt. Alij vero in regno cælorum explendum putant: quando erit vera lætitia, & vnusquisque recipiet secundum meritum suum, ac nequaquam dominum in humilitate conspiciant, sed in habitu sentiant iudicantis: quando veniet super nubes cum angelorum multitudine, vt reddat vnicuique secundum opus suum. Nos autem secundum cœptam explanationem, possumus hæc, & in primo aduentu intelligere, vt dicamus præcipi apostolis & apostolicis viris, vt ingrediantur & transeant per portas quibus infernus non præualet, & omnia tollant impedimenta de via, vt absque aliquo scãdalo populus ecclesiam Saluatoris introeat. Vnde & Ioannes clamabat in eremo: *Ego sum vox clamantis in deserto, sicut Esaias dixit: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius: Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* Aliisque verbis nunc idem sensus dicitur: Eligit lapides vir ecclesiasticus, qui omnem emollit de credentium corde duritiam. De quibus idem Baptista dicebat: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Vel iuxta Lxx. Proiicit de via lapides, qui infideles à credentibus separat. Quod ne putarent Iudæi de se dici, iungitur: *Leuate signum in gentes*, & ad populos nationum, vt nequaquam vnius terræ Iudæ ad salutem prouocentur angustiæ, sed auditum fiat in extremis terræ vt passionem omnium creatoris totus mundus exaudiat. Dicite, inquit, filiæ Sion. Quæ vel ideo appellatur filia Sion, quia primum orta est ex Iudæis. De qua dicit in Cantico canticorum. *Filij matris meæ pugnauerunt aduersum me.* Vel certe propterea filia, quia à Deo adoptionis nomen accepit. *Quotquot enim susceperunt eum, dedit eis potestatem, vt filij Dei fierent.* Quid est autem quod iubentur magistri, atq; doctores Sion filiæ nunciare? Ecce Saluator tuus venit, qui in Hebraico dicitur Iesus. Vnde & Gabriel ad Ioseph: *Et vocabis*, inquit, *nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Qui Saluator credentium iudex est omnium, *vt reddat vnicuique secundum opera sua.* Iustis, præmia: peccatoribus, æterna supplicia. Et vocabit, inquit, eos ipse dominus, atq; Saluator: siue iuxta Hebraicum: Vocabunt eos, apostoli & apostolici viri, populum sanctum & redemptum à domino, qui redempti sunt Christi sanguine. Ipsa quoque ciuitas nequaquam appellabitur derelicta, vt prius vocata fuerat, vel in Iudæis, propter negationem, vel in gentibus, propter idololatriam: sed requisita, vt Hebraice dicitur h דרושה, vt pro augmentis, & varietate virtutum; noua semper accipiant nomina.

CAPVT LXIII.

Quis estiste quiuenit de Edõ tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, propugnator ad saluandum.

Quis est iste qui venit de Edom fuluis vestibus de Bosor? Hic formosus in stola sua, vio-

Quis est iste qui venit de Edom,] Omnem hunc locum ab eo loco, vbi iuxta Lxx. dicitur: *Illuminare, illuminare, Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est*, vsque ad præsens capitulum, vbi dicitur: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* multi nostrorum referunt ad finem mundi, in quo siue carnaliter, siue spiritualiter (diuersa enim sententia plurimorum est) explenda contendunt. Nos autem, quia & supra in hoc eodem capitulo legimus: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me annunciare pauperibus misit me.* quod dominus, atque Saluator lecto Esaiæ Volumine in synagoga Iudæorum super se expletum esse monstrauit, dicens: *Hodie completa est hæc scriptura in auribus vestris*: Et nunc de eodem dicitur, quod post passionem ad patrem cruentus ascenderit: necessitate compellimur, omnia quæ dicuntur, in primo accipere Saluatoris aduentu. Neque enim fieri potest (quod plerique nostrorum facere nituntur) vt varientur tempore, quæ operibus copulata sunt: nec negamus sudoris esse maximi, hæc omnia sibi coniungere, & sic spiritualiter explenda in consummatione monstrare, vt Christo, iuxta carnem, & iuxta spiritum, iam completa doceamus. Quia igitur venit filiæ Sion Saluator (cuius merces cum eo est, & opes illius coram illo) & egressus est iustus, vt splendor, & Saluator accensus est vt lampas: gauisusque

sponsus super sponsa sua ecclesia, imo exultauit super eam Deus suus, qui ipse & sponsus, & dominus est: Propterea secundum assumptionem carnis, & passionem crucis dicitur ad eum: *Vt intingatur pes tuus in sanguine.* Et sub Iudæ vocabulo in Genesi prophetatur: *Iuda, te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui: Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti, vt leo, & quasi leæna: quis suscitabit eum?* Et iterum: *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ò fili mi, asinam suam, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum:* Iste est, quem angelicæ potestates videntes ad patrem ascendere cruentum, imperant cæteris angelis, & ab eis audiunt: *Leuate portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus fortis in prælio.* Et iterum: *Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.* Hæc præmisimus, vt cum aliis testimoniis, etiam præsens capitulum congruere doceamus. Vnde & in Cantico dicitur Canticorum: *Frater meus rubicundus, & candidus:* rubicundus in passione, candidus in resurrectione. Interrogant igitur angeli, rei nouitate perterriti. (Mysterium enim passionis, & resurrectionis Christi secundum Apostolum Paulum, cunctis retro generationibus fuerat ignoratum.) Quis est iste qui de terra cruentus aduenit? a אדום quippe in linguam nostram & terrenus & cruentus exprimitur. *Tinctis vestibus de Bosra*: Quod multi pio errore lapsi, putant de carne domini intelligi: id est, b בשר quod verbum, si carnem significaret, scriberetur per mediam literam c ש nunc autem per d ץ scribitur, & interpretatur firma, atque munita: Quod vel de Hierusalem accipimus, quæ firmissimis muris fuit ante circũdata, in qua passus est dominꝰ. Vel de inferno. De quo in quinquagesimonono. & cẽtesimo septimo psalmo scriptum est: *Quis deducet me in ciuitatẽ munitam?* in qua clausæ sunt animæ mortuorum, & circundata est firmissimis custodiis. Sciendum quoque quod iuxta historiam, e בצרה non sit in Edom, sed in Moab. Sequitur: Hic formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. De quo & quadragesimus quartus psalmus canit: Formosus decore præ filiis hominum. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere, procede & regna.* Pro quo Lxx. transtulerunt, βίᾳ μετὰ ἰσχύος: id est, violentia cum fortitudine. Quod quem sensum habeat, prudens lector inquirat.

Ps.67.c
Gen.49.b
Ps.23.b
Cant.5.c Sec.70.
1 Cor.2.b
a Edom
B
b Bosra בצרה
c ichim.
d sade.
c Bosra
Ioan.5.d
Ps.71.a
i adom

a ¶ *Ego qui loquor iust.* &c.] Respondit dominus interrogãtibus angelis. Quæritis, qui sim, qui ad cælos cruentus ascendam, & sanguis quo aspersus sum, non mihi deformitatem tribuerit, sed decorem. Ego sum, cui pater tradidit omne iudicium. De quo & psalmista dicebat: *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Qui loquor iustitiam vt malis mala, & bonis retribuam bona: qui veni pugnare cõtra aduersarias potestates, & captiuis prædicare remissionẽ, & vinctos de carcere liberare: vt & aduersarij pœnas, & captiui sentiant libertatem.

b ¶ *Quare ergo rubrum est indu.* &c.] Vbi nunc dicitur, rubrum: in Hebræo legitur f אדום. Ergo & supra vbi scribitur Edom, non loci vocabulum est, sed nomen sanguinis. Rursum autem angeli scisciтãtur & dicunt. Didicimus quod tu sis qui loqueris iustitiam, & salus omnium tuo sit iudicio constituta: Nunc scire volumus, quare vestimẽta tua sint velut musto tincta: aut quid causę extiterit, vt tunicã quæ desuper texta est, & scindi non potest, & de vtero virginali tantum candorem habuit, quantum nullus fullonum possit facere super terram, sanguine cruentares: Magis enim tibi clementia conuenit, quam crudelitas: magis candor, quã cruor. Quibus respondit dominus: non vno versiculo, vt prius, sed multis verbis, vt omnia doceat ignorantes, ne rursum quærere compellantur.

HEB.

gradiens in multitudine fortitudinis suæ. a Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. b Quare ergo rubrũ est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari. c Torcular calcaui solus & de gentibus nõ est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum supervestimenta mea, & omnia indumenta mea pollui. Dies enim vltionis in corde meo: annus redemptionis meæ venit.

SEPT.

violentia cum fortitudine. Ego qui loquor iustitiam, & iudicium salutaris. Quare rubra sunt vestimenta tua, & indumenta tua sicut calcantium torcular, plenum conculcatum: Et de gentibus non est vir mecum: & conculcaui eos in furore meo, & confregi eos quasi terram: & deduxi sanguinem eorum in terram, & omnia vestimenta mea inquinaui. Dies enim retributionis venit eis, & annus redemptionis adest.

Circun-

Aspe-

c ¶ *Torcular calcaui sol.* &c.] Lxx. pro eo quod nos diximus torcular calcaui solus: interpretati sunt, *plenum conculcatum*, quod magis cum superiori capitulo legendum est, quam vt sit sequentis principium. Pro torculari quod Hebraice dicitur g גת: Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit h פורה. Sed melius in hoc loco Symmachus, quem & nos secuti sumus. Verbum enim i פורה ambiguum est, & tam torcular quam lagunculam plerumque significat. Dicendum est itaque de torculari, quod iuxta scripturæ sanctæ consuetudinem, interdum pro vltione atque supplicii ponitur peccatorum: Interdum in congregatione hominum fructuum. Pro pœnis ponitur atque tormentis, quãdo Hieremias in lamentationibus plangens euersionem Hierusalem loquitur: *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iudæ*, ideo ego ploro. In bonam partem scribuntur psalmi pro torcularibus, octauus, & octogesimus tertius: De quibus in suis locis, si vita comes fuerit Domino præbente dicetur. Hoc torcular, in quo & malis supplicia, & bonis præmia à saluatore calcantur, solus ipse calcauit, nullumque habuit adiutorem. Neque enim Angelus, aut Archangelus, throni, dominationes, aut vlla cœlestium potestatum, humanum corpus assumpsit, & pro nobis passus est, & conculcauit aduersarias fortitudines, atque contriuit, nisi ille qui loquitur in psalmo: *Saluum me fac Domine: quoniam defecit sanctus:* In tantum, vt etiam confidentissimus, & in fidei veritate firmissimus Apostolus Petrus, timore territus fugerit, imo Dominum negarit. Quodque sequitur: *Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea pollui.* Nequaquam sic intelligendum, vt dæmones & aduersarias potestates, sanguinem habere credamus. Sed tropologice accipienda sunt omnia: quando clementissimus Deus ad erudiendum populum suum, & captiuitatis vinculis liberandum, hostes ferire compellitur. *Dies enim*, inquit, *vltionis in corde meo: annus redemptionis meæ venit.* De quo & supra legimus, in bonam partem prædicare annum Domini acceptum: Et diem retributionis Deo nostro, & nunc tam in malam quam in bonam. In malam: *Dies enim vltionis in corde meo.* In bonãm. *Annus redemptionis meæ venit*: vt eo tempore quo puniuntur aduersarij, Dei populus liberetur, imo redimatur pretioso sanguine agni, qui in Ioãnis Apocalypsi dicitur trucidatus. De hac retributionis die, & Moyses sancto Spiritu plenus prophetabat: *Et retribuet vindictam inimicis, & odientibus sit restituet. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui & nõ erat qui adiuuaret.* Qui & in psalmo dixerat: *Et expectaui qui contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & nõ inueni.* Ipse n. cum esset in forma Dei: *non est rapinam arbitratus æqualem se esse Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, & factus obediens patri vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis,* & propterea *donauit ei nomen super omne nomen*: vt saluaret sibi credẽtes dextera sua, & indignatio eius quæ erat contra aduersarios, Dei populum liberaret. Siue eruit credentes in brachio suo, & furorem suum vltra non distulit: deduxitque sanguinem eorum in terram, vel dæmonum τροπικῶς vel certe sanguinem Iudæorum: pro quo cæteri interpretes, contentionem

g gath:
h pour.
i pours
Thren.1.c
Rom.9.e
Ps.118.a
D
Hier.16.d
Sup.42.b sec 70. τὸν ἐρε-τὸν. Ibid. c Sec.70.
Ps.21.d Matt.27.g
2 Tim.4.b
צחם

nem transtulerunt: Qui omni studio nitebantur, vt vinctum populum non dimitterent.

a ¶ *Miserationum Domini recordabor*, &c.] Finito, vt nos arbitramur primo, vt plerique existimant, secundo Saluatoris aduentu: in quo, sub habitu iudicantis imo pugnantis, suosque & populi sui aduersarios trucidantis cruentus victorq; describitur: Incipit alia μετάνοιαν, in qua ex persona populi propheta loquitur: enarrans beneficia in se Dei, & sui cordis duritiam, ob quam & Hierusalẽ incendio, & Israel captiuitati traditus sit. Quod Iudęi ad Babylonica referunt tempora. Nos autem ordine & ratione monstrauimus, de præsenti dici tempore, in quo Romani seruiunt, & excluso Israele, gentium turba succesit. Curramus igitur per singula orationis membra, & ea, ne laciniosa sit expositio, breuiter disseramus: Pressus ponderemalorum, in nullo alio nisi in Dei misericordia spem habeo: qui facit misericordiam in millia diligentibus se, & extendit misericordiam suam his qui cognoscunt eum. Ex quo ostenditur, diligentibus & cognoscentibus Deum, misericordiam Domini subuenire. *Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Et: *Nisi Dominus ædificauerit domum, & custodierit ciuitatem: in vanum vigilat qui ædificat & custodit eam.* Ipse enim virtutem tribuet vt faciamus fortitudinem, & possimus dicere. Fortitudo mea, & auxilium, & refugium meum in die malorum meorum. Quæ in præsenti loco, non pro vitiis atque peccatis, sed pro angustiis debemus accipere. Quod autem iuxta Lxx. sequitur: *Virtutes domini recordabor in omnibus quæ retribuit mihi*: Pro quo in Hebraico, laudes domini continentur: signa intelligamus atq; miracula, pro quib. ponũtur sæpe virtutes, vt ibi: *Gloriam meam alteri non dabo: nec virtutes meas sculptilib.* Et ibidẽ: *Virtutes eius in insulis nunciabũt*: vel gentib. totius mundi, vel ecclesiis quæ firma mole fundatæ sunt, & feriuntur potius quã subuertuntur. Interdum virtus nequaquã pro fortitudine accipitur atque miraculis, sed pro cõuersatione bona, vt illud est apostolorum Petri: *Minístrate in scientia vestra virtutem.* Et Pauli: *Si qua virtus, & si qua laus.* Iuxta quod & in alio loco dicitur: *Melior est sterilitas cum virtute.* Prior virtutis intelligentia, Deo: secunda hominib. cõuenit. Pro eo autẽ quod nos interpretati sumus: Super omnib. quæ credidit nobis Dominus, quod potest & in bonã & in malam partẽ accipi: Symmachus manifestius, in bonorũ posuit retributione, dicẽs: pro omnibus in quibus benefecit nobis, & pro multitudine bonitatis, quam super domum Israel exercuit: Pro quo Septuaginta transtulerũt: κατὰ τὰ οἰκτιρμὰ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, id est, *Dominus iudex bonus domui Israel, retribuit nobis secundũ misericordiã suam, & secundum multitudinem iustitiæ suæ.* Hoc autem non potest dicere, nisi ille qui intelligit iuste sustinere quæ patitur. Denique in septuagesimosecundo psalmo, cuius exordium est: *Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde*: loquitur propheta ex persona eorum qui Dei iudiciis perturbantur: *Mei autem penè moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei*, pacem peccatorum videns, & cætera vsque ad finem psalmi. Vnde Apostolus Paulus, qui Dominum iudicẽ bonum iustumque cognouerat, loquitur confidenter: *Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex? Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum.* Domini & Saluatoris nostri. Nec est inter bonum & iustum, vt hæretici volunt, vlla distantia, eodem scribente: Ergo *lex sancta est, & mandatum sanctum, & iustum & bonum*: vt videlicet bonitas in genere, & iustitia intelligatur in specie. Quamobrem scribit ad Romanos: *Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitã quis audeat mori?*

E
Rom.7.c
Rom.5.c

b ¶ *Et dixit: Veruntamen populus meus est*, &c.] Vbi nos interpretati sumus: In omni tribulatione eorum non est tribulatus, quod Hebraicè dicitur לא צר ׀ מכל צרתם לא צר, est negãtis aduerbium, & pro non, legi potest, m לו id est, ipse: vt sit sensus. In omni tribulatione eorum ipse est tribulatus: id est, Deus: vt non solum peccata, sed & tribulationes nostras ipse portaret. Ipse enim infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet, Porro Lxx. posuerunt aliud, quod in Hebræo non habetur, οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ἔσωσεν αὐτούς, id est, *non legatus neque angelus, sed ipse saluauit eos*, de quo in suo dicemus loco. Dixit igitur Deus qui iustus est iudex, domui Israel, & austeritatem iustitiæ clementia mitigat iudicantis. Genui quidem filios & exaltaui, & ipsi spreuerunt. Veruntamen quia populus meus est, & semel filij nominati: non peribunt in perpetuum. Si me spernere & negare desierint, sentient Saluatorem, qui in omni tribulatione eorum ipse tribulatus est. Siue non est tribulatus: vt parumper eos desereret, & nudatos auxilio suo cogeret ad rogandum. Vel certè nequaquam tribulauit eos, sed econtrario cæteris persequentibus adiutor fuit, misitque angelum suum, qui eos de periculo liberaret. Aut iuxta Lxx. non per angelos & prophetas & alios sanctos viros saluauit eos: voluit populum suum: verum ipse descendit ad oues perditas domus Israel, vt ouem morbidam suis humeris reportaret, & drachmam, quæ perierat, inueniret, & luxurioso filio reuertenti, lætus occurreret, propter quod sponsa dicit in Cantico canticorum: *Osculetur me osculis oris sui.* Nequaquam per patriarchas, Moysen, & prophetas: sed meum corpus assumat, in mea carne versetur, verbum caro fiat, & sic osculetur me, habitans in me, vt sit Emmanuel. Nequaquam igitur vt legatus, nec vt angelus, sed ipse saluabit eos: qui receperunt salutem, non operum merito, sed charitate Dei. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quod si prudens lector tacita cogitatione responderit: quare multi non sunt saluati, si ipse saluauit eos, & dilexit, & pepercit filiis suis, & redemit eos sanguine suo: suscepitque & exaltauit assumptos? Infertur causa perspicua. Iph autem non crediderint, & exacerbauerunt Spiritum sanctum eius, siue sancti illius, quod Hebraicè dicitur n קדשו. Voluit itaque Deus saluare cupientes, & prouocauit ad salutem vt voluntas haberet præmium, sed illi credere noluerunt. Alioquin & de Ioanne scriptum est: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit vt præberet testimonium luci, vt omnes crederent per eum.* Nec statim in culpa est, si plures credere noluerunt, sed voluntas venientis hæc fuit, vt omnes crederent & saluarentur. Sin autem quis exasperauerit & afflixerit Spiritum sanctum, vel sancti eius: id est, Christi, Deum exasperat: Eiusdem enim Spiritus sanctus cum patre filioque naturæ est,

Luc.15.d
Cant.1. Sec. 70.
Ioan.3.b
n kodso
Ioan.1.

Quamobrem Apostolus præcipit: *Nolite contristare spiritū sanctum, in quo signati estis.* Qui spiritus sanctus recedit à corpore subdito peccatis: Et in peruersam animam non ingreditur sapientia. Vnde & Dauid conscientia peccatorum, ne Spiritum sanctum perderet, precabatur dicens: Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Vt autem sciamus omnē qui exasperat Spiritum sanctū, Deum offendere, & de amico inimicum & hostem fieri, Petrus Apostolus significantius in apostolorum Actib. loquitur: *Quare conuenit vobis mentiri Spiritui sancto? non estis hominibus mētiti, sed Deo.* Iste Spiritus sanctus de quo in Euangelio dominus dicebat: *Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego petam patrem, & alium paracletum dabit vobis: vt sit vobiscum in sempiternum spiritum veritatis.* De quo & in Sapientia reperimus, quæ nomine Salomonis scribitur: *Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet dolum*, & recedet à cogitationibus stultis.

a ¶ *Et recordatus est dierum, &c.*] Dominus qui de protectore factus est aduersarius populi Iudæorum: qui de iracundiam prouocauerunt Spiritum sanctum eius, & debellauit eos: Ipse recordatus est antiquorum dierum: quando pro eis Moyses in eremo deprecatus est, dicens: *Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Veteris igitur Esaias recordatus historiæ dicit: Vbi est ille Moyses, qui eduxit eos de rubro marī? vbi est pastor ouium? Vbi ille qui cum cæteris pastoribus gregis domini laborauit? qui impetrauit, & posuit spiritum Dei oratione & precibus suis in grege domini? Aut certè ita intelligendū: Vbi est illa clemētia domini? qua quondā misertus est populo suo: vt spiritus quoque sancti eis gratiam tribueret? Qui eduxit in dexteram partē, non in sinistram, Moysen seruum suum brachio maiestatis suæ: Qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum: vt vsque in præsentem diem illius potētia narraretur? Duxit enim populū suum per immensas aquarum abyssos, quasi equum per solitudinem, & iumenta per planum, & spiritus domini ductor eius fuit: id est, gregis domini. Spiritum autem hic angelum debemus intelligere, qui ductor fuit populi Israel, iuxta illud quod scriptum est: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* Et in Epistola ad Hebræos: *Isti sunt administratorij spiritus, qui mittuntur in ministerium, propter eos qui possessuri sunt salutem.* Consideremus illud quod in Actibus Apostolorum scribitur: *Spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit eum vltra eunuchus*, an super angelo debeamus accipere. Sunt qui Angelum in Spiritu sancto hæc fecisse testentur. Manifesta percurrimus, vt in obscurioribus immoremur.

b ¶ *Attende de cælo, & vide, &c.*] Qui tanta populo tuo

A
Eph.4 & Sup.1.a Psal.50.
Act.5.a
Ioan.14.b
Sap.1.b
B
Exod.32.g
Exod.14.c
Ibid
Psal.103.a Heb.1.d
Act.8.g.

HEB.

tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: In dilectione sua, & in indulgētia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cūctis diebus sæculi. Ipsi autē ad iracundiā prouocauerunt, & afflixerūt Spiritū sancti eius, & conuersus est eis in inimicū, & ipse debellauit eos. a Et recordatus est dierum sæculi Moysi populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cū pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius Spiritū sācti sui? Qui eduxit ad dexterā Moysen brachio maiestatis suę: qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomē sempiternum: qui duxit eos per abyssos, quasi equū in deserto nō impingentē. Quasi animal in cāpo descēdens, spiritus domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuū vt faceres tibi nomen gloriæ. b Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua: multitudo viscerū tuorū. & miserationū tuarū super me continuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nescīuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster, redēptor noster, à sæculo

SEPT.

legatus, neque angelus: sed ipse saluauit eos, quod diligeret illos, & parceret eis, ipse redemit eos, & suscepit illos, & exaltauit omnibus diebus sæculi. Ipsi autem non crediderūt, & exacerbauerunt Spiritum sanctum eius: conuersus est eis in inimicum, ipse pugnauit contra eos. Et recordatus est dierum antiquorum, qui eduxit de terra pastorem ouium. Vbi est qui posuit in eis Spiritum sanctum: qui eduxit dextera Moysen brachium gloriæ suæ. Sic eduxit populum suum per validam aquam in conspectu eius, vt faceret sibi nomen sempiternū. Adduxit eos per abyssum sicut equum per solitudinē, & non laborauerunt. Et sicut iumenta per campū descendit spiritus à domino, & dux eorum fuit: sic adduxisti populum tuū vt faceres tibi nomen gloriæ. Conuertere de cælo & vide de domo sancta tua, & gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus & fortitudo tua: vbi est multitudo misericordiarum tuarum, & miserationum tuarum, qua sustinuisti nos: Tu enim es pater noster: qui Abraham non cognouit nos, & Israel non cognouit nos. Sed tu Domine pater noster libera nos, à principio nomen

C
Psal.41.d Infra 66.
Psal.2.a Psal.111.a
a.Par.1.b Matt.6.b
Exech.16.c
D
Zach.1.c
Ibid.]
Gen.17.a Ibid. 32.a

præstitisti, quæ superior sermo narrauit, vt spiritus quoque tui dignos nos consortio duceres: Nunc quoque attende de cælo & vide opera nostra, si tamen te digna sunt. *Quare auertis faciem tuam à nobis?* Cælum autem dicitur habitaculum sanctum, & domus gloriæ eius: iuxta illud: *Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum.* Et in alio loco: *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* Et: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo.* Non quo omnipotēs Deus qui tenet cælum palmo, & terram pugillo, vllo claudatur loco: sed quo quæ sanctiora sunt, illius locus & habitaculum esse dicantur. Denique Salomon qui ædificauit domum Dei, ad eum precans loquitur: Cæli cælorum & terra non sufficiūt tibi. Et in oratione dominica dicitur: *Fiat volūtas tua, sicut in cælo, ita & in terra.* Vbicumq; ergo fit volūtas Dei, illud est habitaculū eius & domus Dei. Quod autē sequitur: *Vbi est zelus tuus & fortitudo tua?* Illo testimonio differamus, quod per Ezechielem ad Hierusalē dicit Deus, quæ secuta fuerat amatores suos: *Iam nō irascar tibi, & zelus meus recessit à te.* Et est sensus: Quia peccauimus, & nos odisse cœpit: recessit à nobis zelus tuus, qui non recedit, quando loquitur per Zachariam: *Zelatus sum Sion & Hierusalem zelo magno.* Vnde & in consequentibus ait: *Et irascar super gentes, quæ congregatæ sunt aduersum eam in circuitu.* Recedente autem zelo, recedit & fortitudo Dei, & paternorum viscerum superatur affectus, dum magnitudine peccatorum, incredibilis Dei clementia vincitur: vt contineat se super auxilio meo, qui me oppressum videre non poterat. Tu enim, inquit, es pater noster, qui creator es omnium. Nescit nos Abraham, & ignorat Israel, quia te offendimus: nec cognoscunt filios, quos à Deo suo intelligunt non amari. Subita nascitur quæstio: quare Abraham & Israel, hoc est, Iacob posuerit, & Isaac nomen tacitum sit? Ad quod respondebimus: principio & fine posito etiam media nominari. Siue ita: Abraham de gentibus vocatus ad fidem est, & pro qualitate prioris & consequentis conditionis, mutationem fortitus est nominis. Iacob quoque vt appellaretur Israel, multo ad id labore peruenit. Vnde & Abraham tres habuit vxores, & Iacob quatuor: Isaac vero ab initio vsque an finem nomen possedit antiquum: & ecclesiæ indicans castitatem, vna fuit vxore contentus. Isti igitur qui precantur de peioribus commutationem in meliorem statum, eorum assumunt similitudinem, quibus læta post tristitia successerunt. Hoc autem est omne quod postulant, vt quia pater eorum est, & hoc eos dignatus est nomine, non obliuiscatur filiorum suorum, ne per ipsos nomen Dei blasphemetur in gentibus.

a ¶ *Quare*

E
Osee 4.c
F
Heb.12.b
Psal 88.c
2.Cor.7.c
Psal.43.c Num.32.c
Osee 2. a
Exod.4. c
Ioan.1.b
Sup.2.a Hier.20.b
Osee 2.s

a ¶ *Quare errare nos fecisti, &c.*] Epistola quam scribit Paulus ad Corinthios: cum ad vnius scribatur populum ciuitatis, pro varietate habitantium, id est, sanctorum & peccatorum, nunc laudat eos, nunc corripit, nunc docet, nunc reprehendit: prouocat ad continentiam, nuptias non recusat, retrahit ab idololatria, instruit de resurrectione, digamiæ porrigit manum: ne locū tribuat fornicationi. Hoc diximus, vt præsens quoq; capitulum, quod omne ex populi Deū deprecātis oratione cōtexitur, vel iustorum intelligamus esse, vel peccatorū: Et nunc laudare dominū nunc mouere domino quæstionē, & suā culpā referre in Deū, Vnde & post cætera etiā hoc loquuntur: Quare errare nos fecisti domine de viis tuis: vel seduxisti nos de via tua: indurasti cor nostrum ne timeremus te. Nō quo Deus erroris causa sit & duritiæ, sed quo illius patientia, nostram expectātis salutem, dum non corripit delinquentes, causa erroris duritiæq; videatur. Vnde quibusdam vehemēter iratus, à percutiendo manum suspendit, & loquitur: *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint. Flagellat* enim *omnem filium quem recipit*, & ad hoc percutit, vt emendet. Deniq; qui nequaquā quam filiorum vocabulum perdiderunt, sed per pœnas retrahūtur ad pœnitentiam, dicit de eis: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum: misericordiam autem meam, non auferam ab eis.* Est enim tristitia quæ ducit ad vitam, & est tristitia quæ ducit ad mortem. Vnde & peccator loquitur in psalmo: *Declinare fecisti semitas nostras à via tua, & humiliastinos in loco afflictionis:* Et per quadraginta annos errat populus in deserto: vt priorem viam non inueniat, nec ad Ægyptios reuertatur. In Osee quoque sequuntur semitæ Hierusalem, & clauduntur spinis: ne sequatur amatores suos, & necessitate compulsa, reuertatur ad virum suum pristinum. Et Pharaonis dicitur Deus indurasse cor, ne dimitteret populum eius, & vt decē plagis affligeretur. Quam quæstionem diligentissimè Paulus disseruit ad Romanos. Et nos in quodam opere perstrinximus. Conuertere, ait, domine, siue conuerte nos propter seruos tuos Abraham, & Israel: qui non cognouerunt nos: vel quos esse in populo credimus. Quasi ad nihil enim, & absque vllo labore populum tuum sanctum possederunt aduersarij nostri. Siue conuerte nos, vt iuxta Lxx. paululū possideamus montis sancti tui: quia totum montem tuum possidere non possumus: vt cum partem habuerimus, veniamus ad plenitudinem eius, & contemplemur gloriam vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. De quo in hoc eodē propheta dicitur. *In nouissimis diebus manifestus erit mōs domini.* De eo autem quod supra positū est: *Quare errare nos fecisti?* quo sensu accipiendum sit, plenissimè docet Hieremias: *Seduxisti me domine, & seductus sum* tenuisti & potuisti. Dū enim mihi clementiam polliceris, & quasi misericors pater dissimulas duritiam, & artifex medicus abscondis ferrū acutissimum, ne ægrotantem terreas antequam cures: fecisti me negligentem, propter quod & de Hierusalē dicit Deus: Ecce ego seducam eam, & ponam eam quasi desertum, (id est, statuam eam sicut terram absq; aquis) & loquar ad cor eius, & dabo ei possessiones eius inde, & vallem Achor ad aperiendam intelligentiam. Consideremus ordinem singulorum: seducit eam & facit esse desertam, & absque aqua: vt virtutum patiatur sitim. Quæ postquam dixerit: *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea:* tunc loquetur ad cor eius, & lugentem consolabitur. Et dabit ei possessiones inde: hoc est, de pœnitentia & de mœrore, qui operatur salutem. Et humilitas conturbati cordis eius (hoc enim interpretatur vallis achor) aperit intelligentiam, ne ignoret creatorem suum. Hostes, ait, nostri conculcauerunt sanctuarium tuum. Haud dubium quin templum significet; quod victores calcauere Romani. Et facti sumus sicut in principio antequā vocaremur in Ábraham, & dum essemus in Ægypto, non habentes Deum, nec reges, nec principes, nec prophetas, nec legem mandatorum Dei: quæ omnia post passionem completa sunt domini, hodieque complentur. Dicentibus enim illis: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*: manet maledictio sempiterna: Et non dominatur eorum Deus, neque inuocatur nomen illius super eos, dum nequaquam Dei populus nuncupatur.

HEB.

sæculo nomen tuum. a Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis, induraſti cor nostrū ne timeremus te: cōuertere propter seruos tuos, trib. hereditatis tuæ. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri: conculcauerunt sanctificationem tuam: Facti sumus quasi in principio: cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

CAPVT LXIIII.

VTinam disrumperes cælos, & descenderes, à facie tua montes defluerent. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni: vt notum fieret nomen tuū inimicis tuis: à facie tua

SEPT.

nomen tuum super nos est. Quare seduxisti nos domine de via tua, indurasti corda nostra vt non timeremus te: cōuertere propter seruos tuos: propter tribus hereditatis tuæ, vt modicū possideamus montis sancti tui: Aduersarij nostri conculcauerunt sanctuariū tuum, facti sumus quasi à principio cum non dominareris nostri, neque inuocatum est nomen tuum super nos.

LXIV.

SI aperueris cælum, tremor apprehendet ex te montes, & liquescent, sicut cera à facie ignis liquescit, & cōburet ignis aduersarios, & manifestū erit nomen tuum in aduersariis: à facie tua

G
Psal. 41.e
עזרי
H
1.Cor.15.f
דרים גזלו
Exe. 11.a
Deut.28.a
Matt.3.d
Cant.4.d
Psal.67.a
דרגו

CAPVT LXIIII.

VTinam disrumperes cælos & descenderes, &c.] Quoniam hostes nostri conculcauerunt sanctuarium tuum, & facti sumus quasi in principio, quando non inuocabatur nomen tuum super nos: Propterea deprecamur & dicimus: Vtinā disrumperes cælos, & descenderes, vt qui semper promitteris, tu aliquando promissa compleres. Hoc autem eo tempore dicebatur, quando necdum saluator aduenerat: nec de vtero virginali naturæ nostræ atque substantiæ assumpserat hominem quem saluaret: vt *sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem supercælestis.* Quod si faceres, inquiunt, & aperientur cæli siue cælum, ad aduentum maiestatis tuæ: montes defluerent, vel tremor apprehenderet montes, & consumerentur, sicut cera à facie ignis consumitur. Et Ezechiel aperti sunt cæli, & vidit visionem magnam. Sed & Moyses in Deuteronomij benedictionibus imprecatur: *Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonum cælum, & det tibi benedictionem.* Et in Euangelio Baptista Ioannes vidisse testatur cælos apertos, & Spiritum sanctum super Dominum in specie columbæ descendentem. Montes autem qui in aduentum Domini, de quo scriptum est, Deus ignis consumens, instar ceræ consumentur & liquefient: aduersariæ potestates sunt, & omnes qui se erigunt aduersum scientiam Dei. De quibus & in nonagesimo sexto psalmo canitur: *Vidit & commota est terra. Montes liquefacti sunt sicut cera à facie Domini, à facie Dei vniuersæ terræ.* Si enim tu descenderes, & tua promissa compleres, tabescerent (iuxta Symmachum) aquæ maris, & omnem salsuginem earum ignis ille consumeret, de quo & in alio psalmo scriptum est: *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut consumitur cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Et hoc notandum, quod cum aquæ maris diuino fuerint igne consumptæ, tunc notum fiat nomen domini saluatoris inimicis eius. De quibus in sexagesimo septimo psalmo dicitur: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso:* vt quem beneficiis non senserant, verbis suæ subuersione, & propria captiuitate cognoscant. *Et à facie illius gentes turbabuntur:* siue vt significantius in Hebræo dicitur, mouebūtur: vt quæ prius immobiles erant, veniant ad salutem. Cumque mirabilia fecerit, &

ostenderit signa in Euangelio, quæ quondam ostendit in Ægypto & in solitudine, confitebuntur se gloriam aduentus eius ferre non posse, siue quod tremor apprehenderit montes. Pulchreque iuxta Hebraicum, quasi exauditi essent qui supra fuerant deprecati: *Vtinam disrumperes cælos & descenderes, à facie tua mentes defluerent* Loan.x. b

ירדת

עמנואל

posteà inferunt: Descendisti, verbum caro factum es, & habitasti in nobis: vere Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Et ideo à facie tua omnes montes defluxerunt: de quibus supra diximus. Hebræi hunc locum ita ediſſerunt: Sic comburet ignis iniquos, quo modo atq; ferunt ignis ardore. a חמסים enim non consumptionem & tabem, vt cæteri interpretati sunt, sed iniquos intelligi volunt.

a hamasim

a ¶ *A sæculo non, &c.*] Paraphrasin huius testimonij, quasi Hebræus ex Hebræis, assumit Apostolus Paulus de authenticis libris in epistola quã scribit ad Corinthios: non verbũ ex verbo reddens, quod facere omnino contemnit: sed sensuum exprimens veritatẽ, quibus vtitur ad id quod voluerit roborandum. Vnde apocryphorũ deliramenta conticeant, quæ ex occasione huius testimonij ingeruntur ecclesiis Christi. De quibus verè dici potest, quod sedeat diabolus *in insidijs cum diuitibus in apocryphis, vt interficiat innocentem.* Et iterum: *Insidiatur in apocrypho quasi leo in spelunca sua: insidiatur, vt rapiat pauperem.* Ascensio enim Esaiæ, & Apocalypsis Heliæ, hoc habent testimonium. Et per hanc occasionem, multaque huiusmodi, Hispaniarum, & Lusitaniæ deceptæ sunt mulierculæ, oneratæ peccatis, quæ ducuntur desideriis variis, semper discẽtes, & nunquã ad scientiã veritatis peruenientes: vt Basilidis, Balsami atque Thesauri, Barbelonis, quoque & Leusporæ, ac reliquorum nominum portenta susciperent. De quibus diligentissimè vir Apostolicus scribit Hireneus, Episcopus Lugdunensis & martyr, multarum origines explicans hæreseon, & maxime Gnosticorum, qui per Marcum Ægyptium, Galliarum primũ circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles feminas deceperunt, misscentes fabulis voluptatem, & imperitiæ suæ nomen scientiæ suæ vendicantes. Quod autem dicit populus in præsenti, hoc est, Numquam se nec auribus nec oculis cognouisse, quæ Deus sanctis suis præparet in futurũ, quod occurrat his qui faciunt iustitiam, & viarum illius recordãtur, Porrò iuxta Lxx. dicunt se numquam Deum alium cognouisse, præter eum qui verè Deus est, nec alterius talia opera tantaque vidisse, quæ facturus sit his qui expectent misericordiam eius, faciantque iustitiam, & viarum illius recordentur. Et quomodo scriptum est: *Deum nemo vidit vnquam.* Et iterum: *Nemo videt faciem meam & viuet?* Ergo Deus nequaquam sermonibus explicatur, nec oculis contemplabilis est: sed ab his videtur, de quibus scriptum est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

x.Cor.2.b

Psal.9.c ἐν ἀποκρύφοις. B ἐν ἀποκρύφῳ.

1.Tim.3.b

Ioan.1.b Exod.33.d

Matt.5.a

b ¶ *Ecce tu iratus es, &c.*] Ordo præposterus: Non quia tu iratus es, nõ peccauimus, sed quia nos peccauimus, tu iratus es. Et quia peccauimus, nobis iratus es domine: propterea errauimus, & rectam reliquimus viam. Siue iuxta Hebraicum: qui semper fuimus in peccatis, tua tantum saluabimur misericordia, qui per nos immũdi sumus, & quicquid videmur habere iustitiæ, panno sedentis, siue mẽstruatæ mulieris comparatur. Pro quo Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit a עדים: quod Symmachus interpretatus est κυοῦσων, id est parientium. Aquila μαρτυρίων, hoc est, testimoniorum, quando sanguis in primo coitu maritali virginis approbatur. *Et defluximus,* inquit, *quasi folia de arboribus*: quæ propter iniquitates nostras, ventorum flatibus disperguntur. In quo considerandum, quod iustitia quæ in lege est, ad comparationem euangelicæ puritatis immunditia nominetur. Etenim non est glorificatum quod prius glorificatum fuit, propter excellentem gloriam. Vnde & Apostolus Paulus, qui secundum iustitiam, quæ in lege est, vniuersa compleuerat: dicit se omnia duxisse pro damno vt Christum lucrificaret, & propter eminentem scientiam Domini nostri Iesu Christi: propter quem cuncta arbitratur quasi stercora, vt Christum lucrifaciat, & inueniatur in eo non habens suam iustitiam, quæ ex lege est, sed per fidem Christi, quæ est ex Deo iustitia. *Est* enim *iustus qui perit in iustitia sua*: si post Euangelij veritatem vmbras velit exercere legales, & non iuste quod iustum est persequi. Vnde iuxta sapientissimum Salomonem: *Omnis vir videtur sibi iustus*, cum in lege versatur: ad quos Dominus loquitur in Euangelio: *Vos estis qui vosmetipsos iustificatis coram hominibus*, Quod Paulus fugiens ait: *Nihil mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum*: Ex peccato autem Dei iustitia. De qua idem Salomon loquitur: Intelligite iustitiam veram. Ergo est alia iustitia quæ non habet veritatem: & hæc est vera iustitia, de qua rursum in Euangelio dicitur. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Quam multi prophetæ & iusti desiderauerunt videre, & non viderunt. Abraham autem vidit istam iustitiam, & lætatus est: nequaquam sequens Occidentem literam, sed spiritum viuificantem. Nec mirum hæc de hominibus dicere, cum astra quoque Dei iustitiæ comparata, non sint munda, & aduersum Angelos suos, peruersum quid excogitauerit. Si quis igitur post euangelium Christi & aduentum filij Dei, pædagogæ legis obseruat ceremonias, audiat populum confitentem, quod omnis illa iustitia panno sordidissimo comparetur: cui & Hester diadema suum, quod erat regiæ potestatis insigne, comparat: quod nequaquam voluntate, sed necessitate portabat dicens: *Tu scis necessitatem meã: quoniam detestor signum superbiæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostensionis meæ*: abominor illud sicut pãnum menstruum: nec porto in diebus quietis meæ.

C

b iddim

2.Cor.3.c Phil.3.b

Eccl.9.c

Prou.21. Sec.70.

Luc.16.d

D

1.Cor.4.d Prou.1.a Sec.70.

Matt.5.g Ioan.8.g

Iob.15.b Ibid.4.b

Hest.14.d

c ¶ *Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat & teneat te. Abscondisti faciem tuam à nobis, & alliſisti nos in manu iniquitatis nostræ.*] Quia instar foliorum de arboribus fluximus, quæ ventus arefacta dispergit: propterea nullus inuentus est qui inuocaret nomen tuum, & consurgens de ruina iniquitatum suarum, apprehenderet vel teneret te, diceretque cum sponsa: *Inueni quem quæsiuit anima mea: tenebo eum, & non dimittam illum.* Ventus in scripturis tripliciter ponitur: aut in tentationum magnitudine: aut in peruersitate doctrinæ: aut simpliciter ventus, quo nubila congregantur, & aër in nubes cogitur. De tentationibus, illud est euangelicum: Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non potuerunt subuertere eam, quia super petram stabili erat mole fundata. De peruersitate

Cant.3.b

Matt.7.b

E

Eph.4.c Marc.6.f

tate doctrinæ, vt: *Non circumferamur omni vento doctrinæ in malitia hominum.* De vento simpliciter: *Et non poterant nauigare: erat enim ventus contrarius*: non quo & hoc non possit sentiri tropologicè, sed quo præsenti sensui tantum similitudinem præbeat: Auertente enim domino faciem suam à nobis allidimur in manu iniquitatis nostræ: siue tradimur tentationibus propter peccata nostra. Ex quo discimus, quod & iniquitas manus habeat, & omnia peccata: quæ nos fortiter strictos tenere desiderant. Vnde & *in manu linguæ mors & vitæ est*, & sanctus precatur: *Non veniat mihi pes superbiæ.* Nos autem, quia auertit dominus faciem suam à nobis, scientes illud quod scriptũ est: *Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit*: Inuocemus nomen eius atque dicamus: *Peccatum meum notũ fecitibi, & iniquitatem meam non operui. Dixi, pronunciabo aduersum me iniquitatem meã domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei.* Et statim habebimus dominum respondentem. *Deleui sicut nebulam iniquitates tuas, & sicut nubem peccata tua*: ad quem dicemus: *Ostende faciem tuam, & salui erimus*: nequaquam simus serui peccati, sed serui tui. *Omnis* enim *qui facit peccatum, seruus eius est.*

Prou.18.d

2.Cor.3.c Phil.3.b

Psal.35.d

Iobel.2.g

Psal.50.

Psal.31.b

Sup.44.d

Psal.79.b

Ioan.8.d

F

a ¶ *Et nunc Domine pater, &c.*] Si nostra consideremus meritã, desperandum est. Si tuam autem clementiam, qui flagellas omnem filium quem recipis, audemus preces fundere. *Tu enim pater noster es*, qui dignatus es dicere: *Filius primogenitus meus Israel.* Et quamquam lutum simus & opera manũ tuarum: *& fictor noster sis*: nec vas figulo valeat respondere, quare sic vel sic factum sit, tamen scientes esse nos filios audemus dicere: *Ne irascaris domine satis.* Non iram vitamus, nec vltra patientiam tuã quærimus, per quam thesaurizauimus nobis iram in die iræ. Sed hoc quæsumus ne irascaris nobis satis: ne tempore vltionis atq; vindictæ memineris iniquitatis nostræ, sed magis respicias populum tuum, qui quondam tuus appellatus est populus. Et ciuitatis sanctuarij tui miserearis, in qua inuocatum est nomen tuum. Quæ ciuitas appellatur Sion & Hierusalem, quam fluminis impetus lætificat, & in qua quondam fuit specula

Heb.12.b

Exod.4.f

Isa.45.e

Psal.54.a

HEB.

in manu iniquitatis nostræ. a Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manũ tuarũ oẽs nos. Ne irascaris domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis. Ecce, respice, populus tuus oẽs nos. Ciuitas sãcti tui facta est deserta. Siõ deserta facta est, Hierusalẽ desolata. Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerũt te patres nostri, facta est in exustionẽ ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinã. Numquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer?

SEPT.

nunc domine pater noster es tu, nos autem lutum, opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris nobis domine nimis: & ne in tempore memineris peccatorum nostrorum. Et nunc respice quoniam populꝰ tuus omnes, nos, ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion quasi solitudo, Hierusalẽ in maledictionem. Domus sanctuarij nostri, & gloriæ, cui benedixerunt patres nostri, facta est igne combusta, & omnia gloriosa nostra conciderunt. Et super omnibus his sustinuisti domine, & tacuisti & humiliasti nos valde.

virtutum & pacis contemplatio. Domus quoque tua, id est, templum sanctificationis nostræ & gloriæ, in qua laudauerunt te patres nostri, in ruinas & cineres concidit, & incendio vastante deleta est: ita vt nequaquam in ea offerantur victimæ, non pascha celebretur: non quicquã fiat de cerimoniis, quas tu fieri præcepisti: sed omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Cum hæc igitur ita se habeant, numquid domine super his continebis misericordiam tuã, & tacebis aduersariis blasphemantibus: & affliges nos atque humiliabis, nõ more solito, sed nimis? Quæ omnia Iudæi Assyriorũ & Babyloniorum temporibus putant esse completa. Nos autem iuxta ea, quæ ex persona Saluatoris sequuntur: *Apparui his qui non interrogabãt: Inuentus sum ab his qui me non quærebant*: ad tẽpus Romanæ victoriæ vniuersa referimus, quæ Iosephus Iudaicæ scriptor historiæ septem explicat voluminibus: quibus imposuit titulũ captiuitatis Iudaicæ, id est, περὶ ἁλώσεως: & superfluum est ea sermone differere, quæ oculis pateant, cum omnia desiderabilia eorum versa sint in ruinas, & templum toto orbe celebratum, in Sterquilinium vrbis nouæ, quæ à conditore appellabatur Helia, & in habitaculum transierit noctuarum, frustraque quotidie dicunt in synagogis suis: Super his omnibus Domine sustinebis & affliges nos, atque humiliabis vehementer. Possumus hæc referre, ad Ecclesiã, vel ad sancti viri animam, quæ rectè appellari potest specula & visio pacis, quando Pater & Filius & Spiritus sanctus habitauerint in ea. Sin verò vitio vel nostro vel populi, huiusce modi Sion à Domino fuerit derelicta, statim patebit incendio ignitarum diaboli sagittarum. *Omnes* enim *adulteratores quasi clibanus corda eorum.* Et expulso pudicitiæ frigore, libidinis in templo Dei flamma grassabitur, vt quidquid in nobis gloriosum prius & in inclytum fuit, corruat, deleatur & pereat: Et impleatur illud quod in psalmis dicitur: *Combusserunt igni sanctuarium tuum: prophanauerunt in terra tabernaculum nominis tui.* Quod solus potest ille restinguere, de cuius veritre fluunt aquæ viuentis flumina.

G

H

Isa.64.a

Osee.7.a

Psal.73.b Ioan.7.f

Commentarij decimiseptimi in Esaiam Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN DECIM VM OCTAVVM COMMENTARIORVM AD EVSTOCHIVM VIRGINEM
PROOEMIVM.

Vodeviceſimus in Esaiam imo extremus Liber, tuo ô filia Eustochium, & sanctæ matris tuæ Paulæ nomini dedicatur: vt quas pari honore suspexi, æqua commemoratione nunc recolam: præsertim cum & illa dum viueret, hoc opus tecum crebrius postularit, & vir eruditissimus frater tuus Pammachius, & tunc & postea frequentibus scriptis cogere non destiterit: mihique & præsentium amicorum & absentium, virorumque ac feminarum in Christo dormientium, eadem religio sit: id est, animorum charitas, non corporum. Nec ignoro quanta inter homines sententiarum diuersitas sit. Non dico de mysterio Trinitatis, cuius recta confessio est ignoratio scientiæ: sed de aliis ecclesiasticis dogmatibus: de resurrectione scilicet, & de animarum & humanæ carnis statu, de repromissionibus futurorum, quo modo debeant accipi, & qua ratione intelligendæ sit Apocalypsis Ioannis: quam si iuxta litteram accipimus, Iudaizandum est, si spiritualiter, vt scripta est, differimus, multorum veterum videbimur opinionibus contraire: Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactan-

tij: Græcorum, vt cæteros prætermittam, Hirenæi tantum Lugdunensis Episcopi faciam mentionem: aduersum quē vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ pontifex, elegantem scribit Librum, irridens mille annorum fabulā, & auream atque gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem otium sabbathi, circumcisionis inuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium seruitutē: rursusque bella, exercitus ac triumphos, & superatorum neces, mortemque centenarij peccatoris. Cui duobus Volumini bus respondit Apollinarius: quem non solum suæ sectæ homines, sed & nostrorum, in hac parte duntaxat, plurima sequitur multitudo: vt præsaga mente, iam cernam quantorum in merabies concitanda sit. Quib. non inuideo, si tantū amant terram, vt in regno Christi terrena desiderent, & post ciborū abundantiam gulæque ac ventris ingluiem, eā quæ sub ventre sunt, quærant. De quib. Apostolus Paulus: Esca, inquit, ventri & venter escis: Deus autem & hunc & illas destruet. Et: Non est regnum Dei cib. & potus. Et dominus atq; saluator: Erratis, inquit, nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neq; nubent neque nubentur: sed erunt similes angelorum. Nec hæc dicens aufero corporum veritatem: quæ incorrupta & immortalia resurrecturā confiteor: vt mutent gloriam non substantiam. Sicque recto incedēdum est tramite, vt nec ad sinistram nec ad dexteram declinemus: id est, nec Iudaicum, nec hæreticum sequamur errorem. Quorū alij quia carnales sunt, solas diligunt carnes: alij ingrati beneficiorum Dei, habere detrectant, quod Christus & natus habuit & resurgens. Cum enim Apostoli eum putarēt spiritum, vel iuxta euangelium, quod Hebræorum lectitant Nazaræi, incorporale dæmonium, dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes quia ipse ego sum. Palpate & cernite, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Rursumque Thomæ loquutus est ambigenti. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & extende manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Denique ad probandam corporis veritatem, sumpsisse scribitur cibos: quos & archisynagogi filiæ iusserat tribui, quam à mortuis suscitauit. Et Lazarus, ne resurrectio eius phantasma putaretur, cum Saluatore narraturinisse conuiuium. Non quo post resurrectionem manducemus & bibamus (vt Millenarij nostri volunt) & immortalia atque incorrupta corpora alimoniis sustentanda terrenis sint: alioquin vbi cibus, sequuntur & morbi: vbi morbi, adhibendus est medicus: vbi medici, frequentes interitus: rursumque resurrectio, & noua ex integro conuersatio: sed vt resurrectionis fidem ciborum assumptio comprobaret. Hæc magnopere præcauemus, & pressius loquimur: scientes inter serpētes nobis & scorpiones ambulandum, qui mordent & feriunt in abscondito. De quib. & Ecclesiastes: Si momorderit, inquit, serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Et huius pater Dauid: Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalū. Hæc feci sti, & tacui: Existimasti inique quod ero tui similis, arguam te & ponam contra faciem tuam: vt quæ in aliis criminaris, ipse habere doceatris. Si cui autē explanationum in prophetas displicet longitudo: audiat liberè, multo me pauciora dixisse, quam rei obscuritas flagitat: & posse vnumquemque de nostra latitudine breues sibi commentariolos facere: qui tamen pleno intellectui non sufficient. Neque enim simplex à prophetis historia, & gestorum ordo narratur: sed ænigmatum plena sunt omnia, aliudque in verbis sonant, aliud tenetur in sensibus vt quæ æstimaueris plana & inoffensa currere lectione, sequentium rursum obscuritatibus inuoluantur. Verum tempus est, vt finem imponam Volumini prophetali, in cuius expositione si prolixior solito fuero, extremis partibus concedendum est: quas diuidere nolui, ne Librorum numerus augeretur.

Rom.14.c
Matt.22.c
Luc.24.f
Ioan.20.f
Luc 24 f
Mar.5. c
Ioan.12.a
Eccl.10. c
Psal.49.d
Matt.5. d
Luc.7. a
Ezech. 33.c
Ioan.1.f
Sup.52.d

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

CAPVT LXV.

Sup.63.b

QVæsierunt me qui ante non interrogabant, &c.] Ad orationem populi mistā quærimoniis, in qua dixerat: Quare nos errare fecisti Domine de via tua: induraſti corda nostra, vt non timeremus te. Respondit, vt Iudæi volunt, Deus pater: vt nos probamus, dominus atq; Saluator: in tantū non sum rigidus & crudelis, qui malo pœnitentiam peccatoris quam mortem: nec repello filios pœnitentes, qui tamen sui nominis seruauerint dignitatem: vt etiam alienos saluare velim. Qui enim me non quærebant, nec dicere poterant: quem scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum: ipsis apparui, de quibus & alibi propheta testatus est: *Quib. non est annunciatum de eo, audient, & qui non audierunt, intelligent.* Vos autem qui legem Dei die ac nocte meditamini, frustra iactatis pœnitentiam, cuius opera non facitis. Vnde Euangelistæ & Apostoli, semper aduentum domini, veteris testamenti cupientes testimoniis roborare, dicebant: vt impleretur quod dictum est per Prophetam. Centurio dominum non quærebat, & audiuit à domino; Neq; in Israel tantā fidē inueni. Syrophœnissa mulier prophetarū eloquia nesciebat, & domini voce laudatur: *O mulier, magna est fides tua.* Regulus, qui Græcè dicitur βασιλικὸς, quē nos de aula regia rectius interpretari possumus palatinū: nori solū filij, sed vniuersę domus suæ reperit sanitatem. Quod autem iuxta Hebr. dicitur: Quæsierūt me qui ante non interrogabant: ad eundem sensum refertur: vt prius Dei notitiam non habentes, postea quærāt dominū, & eum reuelatione cognoscāt: qui & Paulo dum ecclesiam credentium persequitur, reuelatus est: Et Apostolo Petro ait: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauerunt tibi, sed pater meus qui est in cælis.* Hunc quærebat & Moyses loquens Deo: *Si inueni gratiam apud te, ostende te mihi manifestè, vt videam te.* Maiores diuitias thesauris Ægypti oprobrium præstolās: dum retributionem desiderāt futurorum, & inuisibilem Deum quasi videret, animo contemplabatur. De quo & in psalmis legitur: *Spes omnium finium terræ, & in mari longe.* Et in Genesi: *Ipse erit expectatio gentium.* Quodque sequitur: *Dixi: ecce ego sum: ad gentem quæ non inuocabat nomen meū:* illi sensui conuenit. *Qui est, misit me ad vos. Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus aqualem se esse Deo, &c.* sed totius mundi prouocans gentes, vnam fecit sui nominis

Marc.7.e
Matt15.c
Ioan.4.f
βασιλικὸς

Act.9.b
Matt.16.c
Exod.33.c
Sec.70.
Heb. 11.f
Psal.64.b
Gen.49.b
Exod.3.d
Phil.2.a

minis gentem Christianorum.

a ¶ *Expandi manus meas, &c.*] Hoc quod supra dictum est: Apparui his qui me non interrogabant: inuētus sum ab his qui me non quærebant: Apostolus Paulus scribens ad Romanos, cum super gentium persona exposuisset, adiecit: Ad Israel autem dicit: *Expādi manus meas ad populum incredulū & contradicentem*: qui cum beneficiis domini vinceretur, & vltra hominem signa conspiceret, loquebatur: *Iste non eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Et iterum: *Samaritanus es tu, & dæmoniū habes.* Et rursum: *Cum si homo facis te Deum.* Et alibi: *Iste homo non est à Deo, qui sabbathum nō custodit.* Et multa alia, quæ longum est texere. Deniq; cum ille in cruce extenderet manus ad populum non credentem, & diceret: *Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nescient.* Illi è regione dicebāt: *Vah qui destruit templum, & in tribus diebus ædificat illud: descendat nunc de cruce, & credimus ei. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest.* De hoc & Simeon in vlnis tenens paruulum prophetabat: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionē multorum, & in signum cui contradicetur.* Romæ Iudæi loquūtur ad Paulum: *de Secta hac notum est nobis, quod vbiq; ei contradicatur.* Possumus expansas manus & in largitate donantis accipere, quod nihil eis petentibus denegarit: sed statim roganti leproso reddiderit sanitatem: Et cæcus à natiuitate acceperit oculos: Et esurientia in deserto, exceptis pueris ac mulieribus, populorum saturata sint millia. Significant expansæ manus, & parentis clementiam, suos filios in sinum recipere gestientis. Qui econtrario ambulauerunt in via nō bona, & secuti sunt cogitationes suas. Quibus dominus loquitur per prophetam: *Auerte pedē tuum à via aspera.* Dilexerant enim alienos, & instar meretricis dixerant: *Vadā post amatores meos.* Et relinquentes viam bonam, quæ dicit in Euangelio: *Ego sum via*, ambulauerunt per latam & spaciosam viam, quæ ducit ad mortem, & secuti sunt cogitationes suas, quas propheta deuitans, dominum deprecatur: *Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Et Apostolus eos qui non habuerunt notitiam Dei, tradi docet reprobo sensui, & operibus malis: vt faciant ea quæ non cōueniunt. Nos autem psalmistæ voce dicamus: *Deduc me in via recta.*

b ¶ *Populus qui ad iracundiam, &c.*] Dicēte Domino: *Non facies tibi idolum, neq; similitudinem omnium quæ in cælo sūt, & quæ super terram.* Et per Moysen increpante: *Facientes irritauerunt me in diis alienis, & in abominationibus suis me ad amaritudinem prouocauerunt. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo.* Illi studio delinquendi quasi irritarent & prouocarent Deum: non solum fecerunt quod non licebat, sed iugiter semperque fecerunt: peccantes in conspectu domini, cuius oculis cuncta patent, vel in tēplo eius idolis hostias immolantes. Ac ne quid vero deesset sacrilegio, immolabāt in hortis, & adolebant thura super lateres: iungētes idololatriæ luxuriā, & sacrificiis voluptatem, & pro vno altari quod impolitis lapidibus Dei erat lege constructum, coctos lateres & agrorum cespites, hostiarum sanguine cruentabant. Hoc dictum sit iuxta literam, alioquin secundum intelligentiam spiritualem, omnis hæreticus ad iracundiam prouocat Dominum, & in falsitate dogmatum suorum offert immunda sacrificia, nequaquam firma & mansura perpetuò, sed instar hortorum ad breue virentia, carnis, deliciis prouidens. Cui dicitur: *Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit: verbum autem Domini*, quod in ecclesiis prædicatur, *permanet in æternum.* Hos hortos ex vinea sua nolens fieri Naboth, Achab impiissimo rege sanguinem fundit. Neque enim congruum erat vt paterna periret hereditas. Et excisis vineis, quæ afferūt fructum, qui lætificat cor hominis: in loco virtutum, deliciarum atq; vitiorum holera nascerentur. Fertur sapientissimi apud Græcos merito celebrata & laudata sententia: Qui omnes sæculi voluptates, & pompam mūdi atq; luxuriā celeriter transeūtem, hortos Adonidis vocat. Sacrificāt quoq; hæretici super lapides, quando errores suos & exquisita mendacia, dialectica nituntur arte firmare, & in quadrum extruere & ἑξαγώνοις, vt aiunt, γράμμασι id est, secti in latere pulueris atq; descripti lineis roborare. Quod autem in Septuaginta legitur: *Dæmonib. qui non sunt*, & in Hebraico non habetur, illo sensu accipiendum est: quod iuxta literam & iuxta spiritum, nec dæmonia subsistant: quia iam à Deo qui verè est, exciderunt: nec sectæ hæreticorū quæ nullam retinent veritatem, sed in vmbrarum similitudinem transeunt atq; intereunt. Vnde & Hester loquitur ad dominum: *Ne tradas hæreditatem tuam his qui non sunt.* Et sanctus precatur in psalmo: *Ignosce mihi vt refrigerer, priusquam abeam, & vltra non subsistam.* Qui enim dum in hoc viuit corpore, veniam peccatorum non fuerit consequutus, & sic de vita excesserit, Deo perit, & esse desistit, licet sibi subsistat in pœnis.

c ¶ *Qui habitāt in sepulchris, &c.*] Nihil fuit sacrilegij quod Israel populus prætermitteret, non solum in hortis immolās & super lateres thura succendens, sed sedens quoq; vel habitans in sepulchris, & in delubris idolorum dormiens: vbi stratis pellibus hostiarū incubare soliti erant, vt somniis futura cognoscerēt. Quod in phano Æsculapii vsq; hodie error celebrat ethnicorum multorumque aliorum: quæ non sunt aliud, nisi tumuli mortuorum. Nec hoc erāt impietatis fine contenti, sed porcorum quoque carnibus vescebantur, quod lege prohibitum erat, & ius hesternū quod Græci vocant ἔωλον auidis faucibus deuorabant. Vnde tam ipsi quam vasa eorum immunda erant, & in tantum procacitatis ac superbiæ augmenta capiebant, vt quicunq; non simili ducerentur errore, eum arbitrarentur immundum, cōtactūque eius fugerent: quemadmodum Samaritani & Iudæi nobis faciūt, omnesque hæretici: quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularunt: qui Basilicas martyrum declinantes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciūt, quam habitātes in eis dæmones: fortitudinem & flagella sancti cineris non ferentes. Qui autem hæreticorum non requiescit in memoriis: non dormit in specubus magistrorum? Qualis fuit Marcion & Valentinus, & nuper Eunomius, mētis immunditiam leprosa carne cōtestans, qui lumen sancti Spiritus relinquētes, & cænaculū in quo apostoli versabantur, in diaboli tenebris commorātur, & spheluncas diligunt, quas Hieremias mystico sermone condēnat: *Facta est hæreditas mea mihi quasi spelūca volucris*, quam nostri hyænam vocant, quod animal semper cadauera persequitur, & viuit succo ac sanie corporū mortuorum. Aduersum hos qui habitant in spheluncis, & Habacuc lamentabili voce dicebat: *Væ qui potum dat proximo suo subuersionis turbidæ, & inebriat eum*, vt respiciat ad spheluncas suas. De his spheluncis & dominus loquebatur: *Scriptum est: domus patris mei domus orationis vocabitur: vos autē fecistis eam spheluncam latronum*, in quibus animas interficitis deceptorum, vt non videatis in eis visiones, de quibus iden

Ioan.8.f
Ibid. 10.f
Ibid.9.c
Marc.15.
Matt.27.c
Luc.2. c
Deut.27 d
Sup 40.b
Psal 138.d
Exod.10. d
Deut.32.c
Lamit. 11.d
Hier.12.b
Habac.2.a
Sec.70.
Matt.21.b

A
Osee 11.c
Psal. 88.c

saluator ait, *Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ assimilatus sum.* Et aliùs ad eum: *Loquutus es*, inquit, *in visione filiis tuis* : Sed somniis creditis & phantasmatibus, quibus præcepit dominus non esse credendum. Isti porcorũ carne vescuntur, de quibus dicitur : *Ne miseritis margaritas vestras ante porcos.* Et ius

Matth. 7.a

prophanum comedunt, quod in libris eorum hæretica arte conditum est: Quorum vasa immunda sunt omnia, tam scilicet corpora quam doctrinæ, & in tantam dementiam veniunt, vt quicunque eorum nõ fuerit similis, cum quasi perditum detestentur.

d ¶ *Isti fumus erunt*, &c.] Propter opera vestra & incredibilem mentis arrogantiam: vt immundi, mundos putaretis immundos: eritis fumus, & ignis ardens, qui de meo furore succensus est. Furorem autem, obliuionem, iram, pœnitudinem, ita in Deo debemus accipere: quo modo pedes, manus, oculos aures, & cætera membra quæ habere dicitur incorporalis & inuisibilis Deus. Non quo his pateat perturbationibus, qui eas dono gratiæ suæ extinguit in nobis: sed quo per nostra verba, Dei erga nos intelligamus affectum. Neque enim ira, quæ est vltionis libido, ita definitur in Deo, vt in hominibus: quæ materiam habet in nostris vitiis non in domini voluntate, qui thesaurizamus nobis *iræ in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei*: vt tribulos nostros & spinas, & zizania, quæ pro semine Dei attulimus, ligna quoq; fœnum & stipulam, quæ super fundamentũ Pauli ædificauimus, sapiens flamma consumat. De hoc igne perpetuo, &

B
Rom. 2. a
1. Cor. 3. c
Deut. 32. c

in Moysi Cãtico legimus: *Ignis accensus est de furore meo, & ardebit vsque ad infernum deorsum. Deuorabit terram & germina eius: comburet fundamentum montium, congregabo in eos mala, & sagittæ meæ consument eos.* Cuius testimonii sensus est, quod ignis Dei atque vindicta, semper ardeat peccatoribus, & eos vsque ad inferos persequatur. Qualis erat & diues ille in Euangelio purpuratus, qui requiescente Lazaro in sinu Abrahæ, æternis torquebatur ardoribus. Terram quoque, id est, carnem nostram, & genimina eius, id est, cãrnis desideria, eadem flamma comburet, & fundamenta mõtium quæ se eleuant contra scientiam Dei. Ipsos quoque montes Dei iacula disperdent: vt humiliati in pœnis montes esse desistant. *Ecce*, inquit, *scriptum est coram me*, Omnia enim nostra peccata Dei patent oculis, & in his scripta sunt libris, de quibus in Daniele legimus: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, De quibus in alio loco dicitur: Super terram scribantur, & nequaquam vltra reticebit. Qui prius dixerat:

Isai. 16. c

Dan. 7. c
Sup. 42. c

tacui, numquid semper tacebo, dicit dominus? sed reddet vnicuique quod operatus est in sinu eius, hoc est, in cordis arcano: vt eos propria torqueat conscientia. De qua & Osee propheta vaticinatur: *Cadent in gladio principes eorum* propter indisciplinationem linguæ eorũ. Hæc est detractio ipsorum in sinu eorum, quæ de vniuscuiusq; corde procedit. Simile quid & in Prouerbiis scribitur: *In sinu reddentur suo iniquis omnia.* Qui sinus propter animæ principale, alio nomine appellatur caput: *Vias eorum dedi in capita eorũ.* Et alibi: *Conuertetur dolor eius in caput eius, & super verticẽ illius iniquitas eius descendet.* Est autem & bonus sinus qui sanctitate fruitur conscientiæ: de quo psalmista dicebat: *Et oratio mea in sinum meum conuertetur.* Intelligitur sinus in quemlibet, & affectus atque dilectio, quando ad maritum sermo dirigitur. *Vxoris, quæ in sinu tuo*: & ad parentem: *adducent filios tuos in sinu.* Vnde & omnes qui patrem habent Abraham, & virtutum eius similes esse meruerunt, requiescunt in sinu eius. Neque enim patres, quorum nunc iniquitates nobis & peccata redduntur, eos debemus accipere, de

Osee 7. d
Prou. 5. d
Exec. 9. b
Psal. 7. d
Psal. 34. d
Eccl. 9. a
Luc. 15. c

quorum semine nostra nata sunt corpora. Alioquin & ipse Moyses qui dixerat: Peccata patrum filiis esse reddenda in tertiam & quartam generationem his qui oderunt Deum, interpretatur sententiam suam, dicens: *Non morientur filij propter peccata patrũ, sed vnusquisque in suo peccato morietur.*

C
Exod 20. a
Deut. 24. c

Eadem Ezechiele approbante sententiã, quod nequaquã dicatur illa parabola: *Patres vuam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt.* Sed eius tantum dentes obstupescere, qui comederit, & perire animam peccatricem, nec externa luere peccata. Ex quo intelligimus vel in bonam partem vel in contrariam, eos accipiendos patres, quibus vnusquisque apponitur, cùm de hac vita excesserit. Sacrificauit autem super montes & colles Israel, quando in Bethel & Dan aureos vitulos posuit. Et exprobrauit Deo super præceptis suis, dum eius neglexit cerimonias, & cultum Dei dæmonibus tribuit, quorum opera reddenda sunt in sinu eorum. Omnisque hæreticus contemnens ecclesiasticã simplicitatem, sacrificat in montibus, & exprobrat Deo, dum

Ezec. 18. a

Osee 4. c

eius præcepta contemnit.

a ¶ *Hæc dicit Dominus: quo modo si inueniatur granum in botro, & dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est, &c.*] Dixerat dominus Israel esse perituram, & omnia peccata illius, suis patere conspectibus, & redditurum se opera singulorũ in sinu eorum. Post hæc infert similitudinem, & comparationis exemplum, quo doceat vnumquemq; suo perire peccato, & etiam si peccantium sit plurima multitudo, vnum iustum cunctorum vitio non perire. Si quis ait, in botro & vua, quæ ad maturitatem peruenire non potuit, & arescentes attulit fructus; vel aliquo aëris ac terræ corrupta est vitio, vnum granum reperit illæsum, quod spem habeat adhuc maius fieri, & ad maturitatem solitam peruenire, dicat alteri: ne tangas illud, sed dimitte vt crescat, quia benedictio domini est: vt in tanta acinorum multitudine solum euaderet siccitatem: Sic, inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, si paucos iustos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorum. Et hoc faciam propter seruos meos, Abraham, Isaac, & Iacob, ad quos facta est repromissio: siue propter eos, qui inter plurimos peccatores seruiunt mihi. Tale quid & in Genesi legimus, quando de quinquaginta vsque ad decem paulatim quærũtur iusti, qui de peccato liberent ciuitatẽ: & Loth de Sodomis cum filiabus suis solus iustus eripitur. De quo in catholica epistola scribitur, quod cruciaretur anima ipsius videntis nefanda committi, & animæ iudicium, corporis habitudine demonstraret. Enoch quoque inter peccantium plurimam multitudinem solus raptus ad Deum est. Et Noe cum liberis suis propter declinantem omnem carnem à domini seruitute, diluuium delere non potuit. Sed & Abraham de igne Chaldæorum, fidei integritate seruatus est. In quem sensum & Hieremiæ verba ex persona domini dicentis consentiunt: *Quasi calidum in deserto, inueni Israel cum occisis gladio.* Cum enim, inquit, omnis mundus idololatriæ gladiis vulneratus iaceret exanimis, inueni Israel in Abraham habere calorem fidei: quasi medicus qui post prælium, inter cadauera mortuorum, vbi quem senserit pulsantibus venis aliquid habere virale, adhibet curam vulneribus, vt restituat sanitatem. Pro eo quo quod scriptum est ὁ’s θερμὸν, hoc est quasi calidũ: Latinus interpres verbi ambiguitate deceptus, lupinum interpretatus est: in quo & Græcorum plerique errant, & tamen sciendum in Hebraico pro calore scriptum esse חם, quod interpretatur gratia: quod scilicet gratia Dei, & non merito operum suorum saluatus sit Israel.

Gen. 18. d
Ibid. 19. f
2. Pet. 2. d
Gen. 5. b
Iob. 7. a
Ibid. 11. d
Hier. 51. a
S. c. 70.
a hen.

a ¶ Et

E
Sup 65. b

a ¶ *Et educam de Iacob semen*, &c.] Quem supra vocauit granum botri siue acinum, aut (vt multi volunt) racemum: hunc nunc appellat semen Iacob & Iuda, qui possideat mõtes siue montem eius. Semen Iacob & Iuda, plerique Christum intelligunt: de quo in Genesi dicitur: *Iuda te laudabunt*

Gen. 49.

fratres tui, &c.] Nulli enim dubium quin Saluator de Iudæ stirpe generatus sit. Alij autem apostolos intelligi volunt, de quibus sæpe diximus: *Reliquiæ saluæ erunt.* Et:

Sup. 10. c
Rom 9. f
Sup. 1. c

Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus. Isti possederunt montem Domini conscientia habitantis in se Christi, loquentes: *Accessimus ad*

Heb. 12. f

Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem. Siue montes eius, de quibus in psalmis canitur: *Montes in circuitu eius, & Dominus in*

Psal. 124. a

circuitu populi sui. Et: *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Possidebunt autem Sion electi Domini, & inhabitabũt in ea serui eius. De quibus in eodem Volumine scribitur: *Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius*, Quicunque ergo adhuc semen est,

Psal. 86. a

Psal. 104. a

nec formatus in filium: iste seruus est domini, cui dicit in euangelio: Scio quia semen Abrahæ estis, sed necdum filij. Si enim semen essent Abrahæ, opera vtique Abraham facerent. Qui autem filius, iste & electus est domini. Vnde electus possidet Hierusalem, & serui habitant in ea, & de filiorum ac seruorum differentia dicitur: *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed spiritum adoptionis.* Et erunt inquit, campestria siue saltus in caulas gregum. Pro campestribus in Hebræo b שרון ponitur. Omnis regio circa Lyddam, Ioppem & Iamniam, apta est pascendis gregib. De quo & in Actibus Apostolorum scriptum est. Saltus autem vertentur in ouilia: iuxta illud quod in psalmo canitur:

Iean. 8. e
F
Rom 8. c
b saron
Act. 9. f
Psal 28. b
δρυμὸς.

Vox domini præparãtis ceruos, & reuelabit saltus siue condẽsa siluarum vt latrones ibi latitare desistant, & bestiæ venenatæque animalia, & loca quondam insidiarum & sanguinis, in ecclesias domini transeant, & pascantur ibi greges ab eo, qui posuit animam pro ouibus suis. De quo scriptum est:

Exec. 34.

Ipse pascet nos in sæcula. Ista vox domini præparãs ceruos, & reuelans condensa siluarum, per Ioannem clamabat in eremo: Iam securis ad radicem arborum posita est. *Omnis arbor*

Matt. 3. c
Luc. 3. a

quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et iterum: *Omnis vallis implebitur: de qua & nunc dicitur*: Et vallis Achor in cubile armentorum, & in requiem populo meo qui requisierunt me. De qua in libro Iesu filij Naue legimus, quod ibi interfectus sit Achan, qui furatus est de anathemate, & de spoliis Hiericho, & cum omni domo sua interfectus: atque ex eo quod turbauerit populum, locus ipse in quo hoc accidit, Achor, id est, turbationis ac tumultus nomen accepit. Vallis igitur Achor, in qua quondam maledictio fuit atque supplicium, erit in armentorum requiem. Quæ Paulus edisserens, ait: *Numquid de bobus cura est Deo? an vtique de nobis dicit? Quia debet in spe qui arat, arare, & qui terit aream, terere eam in spe vt participetur.* De hac valle & in Osee mystice scriptum est: *Loquar ad cor eius* (haud dubium quin Hierusalem) *& dabo possessores illius inde, & vallem Achor, vt aperiam intelligentiam illius.* Idcirco enim vallis Achor in possessionem traditur armentorum populi Dei, & saltus vertuntur in caulas gregum, vt aperiatur intelligentia, & domini veritas cognoscatur.

Iosue 7. d
עכור
1. Cor. 9. b
Osee 2. c

b ¶ *Et vos qui dereliquistis dominum*, &c.] In locis quondam siluestribus atque turbatum, in locis gentilium erunt caulæ ouium: id est, ecclesiæ de toto orbe credentium. Vos

F
Gen. 49.

autem ô populæ Israel, qui dereliquistis dominum, & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel: qui obliti estis montem sanctum eius (de quo crebro diximus, vel dominum Saluatorem, qui mõtium mons est, & sanctorum omnium sanctus: vel montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem) qui hæc & hæc facitis, tradam gladio: vt omnes interfecti, pariter corruatis. Quis sit gladius, dicemus postea. *Ponitis*, inquit, *fortunæ mensam, & libatis super eam.* Siue iuxta Lxx. *Paratis fortunæ mensam & impletis dæmoni poculum*, aut κέρασμα, quod omnes similiter transtulerunt, id est, mistam potionem. Est autem in cunctis vrbibus, & maxime in Ægypto, & in Alexandria idololatriæ vetus consuetudo: vt vltimo die anni & mensis eorum qui extremus est, ponant mensam refertam varij generis epulis, & poculum mulso mistum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auspicantes. Hoc autem faciebant & Israelitæ, omnium simulacrorum portenta venerantes, & nequaquam altari victimas, sed huiuscemodi mensæ liba fundebant. Quodque Lxx. transtulerunt, τῷ δαιμονίῳ, id est, dæmoni: in Hebraicos habet c מני, quod Symmachus interpretatus est, absque me: vt sit sensus: Qui paratis fortunæ mensam, & impletis absque me potione, vt doceat non sibi fieri, sed dæmoni. Gladius autem quo interficiuntur, pro supplicio accipitur. Neque enim omnis populus Israel gladio traditus est: quorum videmus quãta millia in toto orbe dispersa sint: sed pœnis atque cruciatibus, captiuitati & vltimæ seruituti: iuxta illud quod alibi dicitur: *In gladio morientur omnes peccatores populi mei*: & in Deuteronomij Cantico. *Inebriabo sagittas meas in sanguine, & gladius meus comedet carnes vulneratorum.* Haud credibile esse potest, sagittas domini inebriari sanguine, & gladium illius vulneratorum saturari carnibus. De his sagittis quæ Iob per singula horarum momenta pungebant, loquitur: *Sagittæ domini in corpore meo sunt: quarum furor ebibit spiritum meum*: cum enim cœpero loqui, stimulant me. Iuxta tropologiam autem hoc dicendum est, quod omnes qui ecclesiam deserunt, & obliuiscuntur montem sanctum Dei, & se tradunt spiritib. erroris, & doctrinis dæmoniorum: isti parant fortunæ mẽsam, nihil ad Deum pertinere credentes, sed vel stellarum cursu vel varietate fortunæ omnia gubernari: quos Paulus increpat, dicens: *Non potestis mensæ Domini participari, & mensæ dæmoniorum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum*: Qui æternis tradentur suppliciis, ita vt nullus eorum cædem & ruinam possit euadere.

Deut. 32. f
Iob. 6. a
Sec. 70.
c menni
1. Cor. 10. b

c ¶ *Pro eo quod vocaui*, &c.] Gladio ait, estis traditi: quia non solum reliquistis me, & obliti estis mei, & fortunæ poculum miscuistis, sed cum essem Emmanuel, id est, nobiscum Deus (de quo & Ioannes scribit: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*) præsens vos vocaui: *Reuertimini ad me filij reuertentes.* Et: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis*: & respondere noluistis. Loquutus sum in parabolis, & omnia feci quæ facere debui, & non audistis me, imo & contẽpsistis. Ego enim sum qui & supra dixi: *Veni & non erat homo, vocaui, & non erat qui obediret.* Nec vobis hæc sufficit impietas, vt me præsentem contemneretis, & missum ad vos occideretis heredem: sed fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegistis, & blasphemastis filium Dei: vt peteretis vobis Barrabam latronem, homicidij & seditionis auctorem, & adhuc audetis dicere: *Quare nos errare fecisti à via tua?* Si enim qui me nesciebant inuenerunt me, & qui me non inuocabant,

Ioan. 1.
Hier. 3. c
Matt. 11. d
Marc. 14.
Sup. 50. a
Sup. 63. a
Sup. 65. a

O v

susceperunt me quibus vos digni estis cruciatibus, qui missum ad vos atque dicentem: *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel*, suscipere noluistis, sed insuper affixistis cruci? Considerandum quid significet quod ait: Et quæ nolebam elegistis, aut quæ sit voluntas filii Dei, qui loquitur in euangelio: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, ingredietur in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui est in cælis.* De qua & ipse dicit Deus: *Vt facerem voluntatem tuam volui.* Hęc est voluntas, de qua & ipse dominus loquebatur: *Inueni Dauid filium Iesse, virũ iuxta cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* Vnde & sanctus precatur & dicit: *Doce me vt faciam voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Omnia enim licent, sed non omnia expediunt.* Et de virginibus narrat Apostolus se domini non habere præceptum: vult tamen nos esse sicut seipsum. Ex quo ostendit nequaquam indulgẽtiam magistri sectandam esse, sed voluntatem, & ea nos debere eligere quæ expediunt, non quæ licent: vt illud est de digamia. *Volo adolescentulas nubere, filios procreare, matres familias esse.* Ponitque causas, cur ista concedat: *Iam enim quidam abierunt retro post Satanã.* Ergo non est volũtas pura secũdi matrimonii, quę fornicationis cõparatione vilescit.

HEB.

loquutus sum, & non audistis: sed feci tis malũ in oculis meis, & quæ nolui elegistis. [a] Propter hoc hæc dicit dominus Deus: Ecce serui mei comedẽt, & vos esurietis. Ecce serui mei bibẽt, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabũtur, & vos cõfũdemini. Ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spiritus vlulabitis. [b] Et dimittetis nomen vestrum in iuramentũ electis meis, & interficiet te dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio: in quo qui benedictus est super terrã benedicetur in Deo

SEPT.

loquutus sum & contempsistis, & fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegistis. Propterea hæc dicit dominus: Ecce serui mei comedent, vos autem esurietis. Ecce serui mei bibent, vos autem sitietis. Ecce serui mei gaudebũt vos autem confundemini: Ecce serui mei exultabunt in gaudio, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri, & propter contritionem spiritus vestri vlulabitis. Relinquetis enim nomẽ vestrum in saturitatẽ electis meis. Vos autẽ interficiet dominus, seruientibus autẽ mihi vocabitur nomen nouũ, cui benedicetur super terram benedicent enim Deum

a ¶ *Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, &c.*] Non solum gladio corruetis vos qui dereliquistis dominum, & fecistis malum in conspectu eius, & præsentem noluistis audire, sed multam inter vos & gentium multitudinem cernetis differentiam. Illi enim qui seruierunt mihi, comedent & bibent, lætabuntur & laudabuntur præ exultatione cordis: Vos autem e contrario, esurietis atque sitietis, confundemini, & præ dolore cordis & contritione spiritus, vlulabitis. Quæ omnia χιλιαστὰ in mille annis putant esse complenda, cibũ & potum, regnum Dei esse credentes: nec intelligentes illud quod scriptum est. *Operamini, non cibum qui perit*, sed panem vitæ & veritatis: nec carnem Christi, & fructum ligni vitæ comedere cupientes. De quo Saluator loquitur: *Ego sum panis qui de cælo descendi.* Et Ecclesiastes. *Aperi oculos tuos & satiare panibus.* Et Psalmista: *Iuuenis, inquit, fui & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius quærens panem. Tota die misereitur & fœnerat, & semen eius in benedictionem erit.* De isto pane & conuiuio spirituali, discipulos instruebat: *Vos qui perseueraslis mecum in tentationibus meis, edetis in mensa patris mei in regno cælorum.* Quod si de simplici pane accipiamus, quo modo illud explanare poterimus: *Non interficiet fame Dominus animam iustam.* Et iterum: *Cognoscit Dominus vias immaculatorum & hæreditas eorum erit in sempiternum. Non confundentur in tempore pessimo, & in diebus famis saturabuntur.* Quanti enim sancti in persecutione moriuntur fame & egestate confecti, quanti iusti esuriunt, & impii cruditatibus distenduntur? Potus autem ille accipiendus est, qui hauritur de fontibus Israel: quem qui biberit, habebit in se fontem aquæ salientis in vitam æternam. Quem & Saluator in regno patris se bibiturum cum apostolis pollicetur, qui lætificat cor hominis, ita vt bibentes possint dicere: *Dedisti lætitiam in corde meo.* De hoc cibo & potu inter octo beatitudines dicitur: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Et mater domini plena sancto Spiritu prophetabat: *Esurientes impleuit bonis*, qui prius cibum domini non habebant, & diuites dimisit inanes, qui dati sunt pro sepultura eius, & quem prophetæ promiserant, respuerunt. De quibus & in alio loco psalmista decãtat: *Diuites eguerunt & esurierunt*, id est, populus Iudæorum. Qui autem quærunt Dominum, hoc est, turba gentilium, non egebunt omni bono. Cumque seruientes Christo, & credentes ei lætati fuerint, & laudauerint Deum præ exultatione cordis & gaudio, tunc illi confundentur, videntes in suũ locum alios successisse, & clamabunt præ dolore cordis, implẽtes illud quod scriptum est: *Ibi erit fletus & stridor dentiũ*, quando steterint agni gentiũ atque iustorum ad dexteram, & hœdi Iudæorum atque impiorum à sinistris, aliis recipiẽtibus æterna præmia, aliis æterna supplicia, Contritio autem spiritus præ dolore cordis, intelligenda in cõscientia peccatorum, iuxta illud quod scriptum est: *Cognoscent errantes spiritu intelligentiam.* Et: *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Conteritur spiritus quando fuerit eleuatus: quod de rege inimico Israel scribitur: Induruit Dominus spiritum eius. Et de Babyloniorum principe: quando eleuatum est cor eius, & induratus spiritus, vt superbiens diceret: *Hæc est Babylon, & ego feci eam.*

b ¶ *Et dimittetis nomen vestrũ in iuramẽtum, &c.*] Pro θλησμονὴς, id est, saturitate: quæ Hebraice dicitur [d] שבועה, cæteri iuramentum interpretati sunt, quod verbum multas habet intelligentias, & pro diuersitate accentuum variatur. Intelligitur enim & iuramentũ, & saturitas, & satietas, & plures, & septem. De quo in libro Geneseos diximus, & in hoc Volumine, vbi septẽ mulieres apprehenderunt vnum virũ. Rursum pro eo quod Lxx. transtulerũt: τὸν ἀληθινὸν, id est, verum & in Hebraico dicitur, [e] אמן. Aquila vertit πεπωμένους, id est fideliter. Quod autẽ dicit, hoc est, aliis in vestrũ succedẽtibus locũ, nomen vestrum erit in iuramentũ electis meis, vt pro malorum exemplo vos habeant, & detestentur talia sustinere, & iurent sic: non hæc patiar quæ passus est populus Iudæorum. Siue nomẽ vestrum erit in satietatẽ, quod in his dici solet, quorũ odiosa est recordatio & memoria, & qui vsque ad saturitatẽ nauseamq; venerunt, Vel certe hoc dicendũ, quod nomẽ suũ derelinquant electis domini, vt pro illis gentium turba succedat, & ipsi appellentur filii Abrahã & Israel, De quibus Paulus loquitur: *Pax super eos, & super Israel Dei. Neque enim qui ex Israelitis sunt, Israel, nec qui semẽ Abrahã, omnes filij*, ad quos dicitur: *Si filij essetis Abraham, opera Abrahã faceretis.* Et quia semẽ sunt Abrahã, & non filii (de quorũ differentia supra diximus) propterea eos increpat Baptista Ioannes, dicens: *Et ne velitis dicere, patrẽ habemus Abraham: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Quo modo enim possũt huius esse filii qui dixerunt ligno & lapidi: tu genuisti me: Cum cõtrario qui ex fide sunt, hi appellẽtur filii Abrahæ. Vos autẽ, inquit, interficiet dominus, vt nequaquã appellemini circũcisio, sed cõcisio, vt vita careatis æterna, vt non habeatis eũ qui dicit: *Ego sum vita: Seruos autẽ, ait, suos vocabit nomine alio*, siue nouo, quod in toto orbe celebrabitur. Et erit benedictũ: in tantũ, vt qui illo nomine fuerit appellatus, benedicatur in domino, & signũ veræ circũcisionis accipiat, Amen. Quo sæpe in approbationẽ eorũ quæ dicta sunt, dominꝰ vtitur in euãgelio: *Amen amẽ, dico vobis.* Nomẽ autẽ nouũ siue aliud, nullũ est, nisi quod ex Christi nomine deriuatur, vt nequaquã vocetur populus Dei Iacob, & Iudas, & Israel, & Ephraim, & Ioseph, sed Christianus. Quicunq; enim iurauerit in terra, nequaquã iurauerit in idolis & falsis diis, sed in Deo, quæ sententia rursũ, Amẽ signaculo cõprobatur. Porro iuxta Lxx. qui pro Amen

Amen, verum Deum interpretati sunt, vt benedicatur Deus verus, & qui iurant super terram, iurent Deum verum: non secundum errorem Arianorum referimus ad personam tantum Dei patris de quo scriptum est: *Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*: sed ad filium, qui & ipse verus Deus est, dicente euangelista Ioanne: Venit filius Dei & dedit nobis mentem, vt cognoscamus verũ, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Iste est verus Deus & vita æterna. Si enim Saluator de se loquitur: *Ego sum veritas*, consequenter verus Deus à veritate nomẽ accepit: vt nequaquam secundũ fassos Deos appelletur Deus, sed secũdũ verũ Deum Patrẽ, & ipse sit verus Deus: alioquin si nõ est verus erit idolo similis, quod redũdat in capita eorũ qui Christũ verũ Deum negant. Hoc est autẽ nomen nouum, quod ei in Apocalypsi super calculo scribitur, cui in toto orbe benedicitur.

a ¶ *Quia obliuioni trad. &c.*] Causæ lætitiæ & confessionis Dei veri est, quia æterna angustiarum priorum succedet obliuio, vt nequaquã idolorũ meminerint & erroris pristini, sed ad lucẽ de tenebris trãseãt, vt æterna beatitudine perfruantur. Obliuiscentur enim pristina mala: non oblitione memoriæ, sed bonorũ successione, iuxta illud quod scriptũ est: In die bona, obliuio malorum. Et alibi. Afflictio horæ, oblitionem facit deliciarũ: eo quod in angustiis constituti, nequaquã voluptatib. pristinis iuxta errorem Epicuri animo perfruantur. Licet possit & hoc dici, quod in cælo nouo & in terra noua, omnis conuersationis pristinæ memoria deleatur: ne hoc ipsum pars malorum sit, prioris angustiæ recordari. Cælum autem nouum & terram nouam qui putant omnia interire quæ cernimus, euangelij interpretantur testimonio: *Cælum & terra transibunt.* Et Pauli Apostoli: *Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna.* Porro qui nouitatem, commutationẽ in melius, & non elementorum arbitrantur interitum, illo vtuntur exemplo: *A principio terram tu fundasti domine, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & quasi amictum inuolues eos, & mutabuntur.* In quo perspicue demonstratur perditionem & interitum, non abolitionem in nihili, sed commutationem sonare in melius. Neque enim illud quod in alio loco scriptum est: *Luna fulgebit vt sol, & sol septulum lumen accipiet*, interitum significat pristinorum, sed commutationem in melius: Quod vt possit intelligi, nostræ cõditionis ponamus exẽpla: Infãs cũ in puerũ creuerit, & puer in iuuenẽ, & iuuenis in virum, & vir in senẽ nequaquã per singulas ætates perit. Idem enim est qui prius fuit, sed paulatim immutatur, & ætati pristinæ perisse dicitur. Quod intelligens & Paulus Apostol. loquebatur: *Præterit enim figura huius mundi.* Consideremus quid dixerit: Figura præterit non substantia. Hoc idem significat & Petrus: *Latet eos hoc volentes, quoniam cælierant ab initio, & terra de aqua, & per aquã Dei sermone subsistit, per quæ prior mũdus inundatus diluuio periit. Cæli autẽ qui nũc sunt & terra, eadẽ ratione seruãtur igni*, quod quo sensu accipiendũ sit, postmodum docet. *Nouos autem cælos, & nouã terram videbimus & repromissionem eius*, nõ dixit, alios cælos & aliam terram videbimus, sed veteres & antiquos in melius cõmutatos. Possumus & hoc dicere, quod cõuersi ab idololatria, & pristino errore deserto, nouos cælos & nouam terram videant: Neque enim congruum erit vt in ciuitate Hierusalẽ & populo Dei, qui exultationis & gaudij æternã susciet creaturã, audiatur vltra vox fletus & clamoris, quando abierint dolor, mœror, & gemitus. Cõtraria quippe simul esse nõ possũt. Et vbi exultatio est & gaudiũ (qui fructus est Spiritus sãcti) ibi fletus & plãctus non potest cõmorari, qui aptus est lamentãtib. atq; lugẽtib. & præcipue clamor quẽ de ecclesia credẽtiũ Paulus expellit, ne in similitudinẽ Iudæorũ, pro iudicio faciamus clamorẽ. In tali vrbe diuersæ ætates nõ erũt infãs & senex, paruus & magnus qui nõ impleat dies suos: sed quasi filij resurrectionis, oẽs peruenient *in virũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi*: vt nec desint alicui annotũ spatia, nec superfint, & alio necdum solidas habẽte vires, aliis desinat esse quod fuerit, & decrepita ætate marcescat. Peruenietq; oẽs ad cẽtenariũ numerũ: qualis fuit Abrahã, qui promissionẽ filij Isaac, hac ætate susc pit. De cuius numeri laudib. nõ necesse est plurima memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tantũ dicimus, quod decẽ decadis æqualia habeat latera, & quadræ formæ possideat firmitatẽ. In repromissionib. quoq; pro his quæ cõtẽpsimus, multiplicata nobis cẽtuplũ dominus pollicetur, & in bona terrã semẽris cadens, primũ habet vberrimię frugis numerũ cẽtenariũ. Deniq; & Isaac vnã sementẽ iaciẽs fidei, hoc numero laboris sui opera multiplicata suscepit. In illo igitur tẽpore, quãdo ætas fuerit vna cũctorũ, & sanctus & peccator erũt similiresurrectione perfecti, nec inter se variabũt tẽpore, sed alius ad præmia alꝰ ad supplicia pertrahetur. Et in eo peccator maledictꝰ erit, quod incorrupto corpore pœnas patietur æternas. Illud quoq; quod in Apocal. Ioannis leginus, post resurrectionẽ exhiberi præsẽtię iudicis paruos & magnos: nõ ætatũ, sed meritorũ significat differẽtias. Qui enim paruus est, iuxta sententiã Salomonis, dignꝰ est misericordia: *Potẽtes autem potẽter tormẽta patientur.* In quẽ sensũ & domini verba cõsentiũt. *Seruus qui scit voluntatẽ domini sui, & non facit eã, vapulabit multis. Qui vero nescit, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis.* Beatus Apostolus Paulus Christo in se loquente, scripturam veterem edisserens, Abraham patriarchã non solum circũcisionis,

HEB.

Deo Amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo Amẽ. [a] Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia abscõditæ sunt ab oculis meis. Ecce enim ego creo cælos nouos, & terrã nouã, & nõ erũt in memoria priora & nõ ascẽdet super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsq; in sempiternũ in his quæ ego creo. [b] Quia ecce ego creo Hierusalẽ exultationẽ, & populũ eius gaudiũ, & exultabo in Hierusalẽ, & gaudebo in populo meo. [c] Et nõ audietur in ea vltra vox fletꝰ & vox clamoris. nõ erit ibi amplꝰ infãs dierũ, & senex qui nõ impleat dies suos. Quoniã puer centũ annorũ morietur, & peccator centum

SEPT.

Deum verum, & qui iurant super terram, iurabunt Deum verum. Obliuiscentur enim tribulationis prioris, & non ascendet super cor eorũ. Erit enim cælum nouum & terra noua, & non recordabuntur priorum, & non veniet super cor eorum, sed gaudiũ & exultationẽ inuenient in ea. Quia ecce ego facio Hierusalẽ exultationem, & populum meum lætitiam, & exultabo super Hierusalem, & lætabor super populo meo. Et non audietur vltra in ea vox fletus, & vox clamoris neque fiet ibi vltra immaturus, & senex, qui non impleat tempus suum. Erit enim infans centum annorum, & qui moritur peccator centẽ-

Deo, qui exultationis & gaudij æternã susciet creaturã, audiatur vltra vox fletus & clamoris, quando abierint dolor, mœror, & gemitus. Cõtraria quippe simul esse nõ possũt. Et vbi exultatio est & gaudiũ (qui fructus est Spiritus sãcti) ibi fletus & plãctus non potest cõmorari, qui aptus est lamentãtib. atq; lugẽtib. & præcipue clamor quẽ de ecclesia credẽtiũ Paulus expellit, ne in similitudinẽ Iudæorũ, pro iudicio faciamus clamorẽ. In tali vrbe diuersæ ætates nõ erũt infãs & senex, paruus & magnus qui nõ impleat dies suos: sed quasi filij resurrectionis, oẽs peruenient *in virũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi*: vt nec desint alicui annotũ spatia, nec superfint, & alio necdum solidas habẽte vires, aliis desinat esse quod fuerit, & decrepita ætate marcescat. Peruenietq; oẽs ad cẽtenariũ numerũ: qualis fuit Abrahã, qui promissionẽ filij Isaac, hac ætate susc pit. De cuius numeri laudib. nõ necesse est plurima memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tantũ dicimus, quod decẽ decadis æqualia habeat latera, & quadræ formæ possideat firmitatẽ. In repromissionib. quoq; pro his quæ cõtẽpsimus, multiplicata nobis cẽtuplũ dominus pollicetur, & in bona terrã semẽris cadens, primũ habet vberrimię frugis numerũ cẽtenariũ. Deniq; & Isaac vnã sementẽ iaciẽs fidei, hoc numero laboris sui opera multiplicata suscepit. In illo igitur tẽpore, quãdo ætas fuerit vna cũctorũ, & sanctus & peccator erũt similiresurrectione perfecti, nec inter se variabũt tẽpore, sed alius ad præmia alꝰ ad supplicia pertrahetur. Et in eo peccator maledictꝰ erit, quod incorrupto corpore pœnas patietur æternas. Illud quoq; quod in Apocal. Ioannis leginus, post resurrectionẽ exhiberi præsẽtię iudicis paruos & magnos: nõ ætatũ, sed meritorũ significat differẽtias. Qui enim paruus est, iuxta sententiã Salomonis, dignꝰ est misericordia: *Potẽtes autem potẽter tormẽta patientur.* In quẽ sensũ & domini verba cõsentiũt. *Seruus qui scit voluntatẽ domini sui, & non facit eã, vapulabit multis. Qui vero nescit, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis.* Beatus Apostolus Paulus Christo in se loquente, scripturam veterem edisserens, Abraham patriarchã non solum circũcisionis,

sed præputij asserit patrem: hoc est, duos ex eo populos esse generatos, & eum quæ iuxta carnem natus fuerat, centenarius propter Christū, qui de Abraham stirpe generatus est, in quem ille miserit manus, maledictioni perpetuę subiacere. Hanc figuram docent euangelia, in quib. fertur tunc hæmorrousam ægrotare cœpisse, quādo nata est filia archisynagogi, & quando ista sanata sit, statim illā esse mortuā: vno atq; eodē annorū spatio nouum populum in iuuentute persistere, & veterem in infidelitate mori, & esse maledictum. Hoc iuxta Lxx. interpretes diximus: quorū editio toto orbe vulgata est, ne in loco famosissimo videremur ad Hebręæ linguæ arcem cōfugere. Quod siue post resurrectionē intellexeris in secundo Saluatoris aduētu: siue post baptismum in prima resurrectione credendum, non abhorret ab ecclesiæ fide. Hebræi hæc ante resurrectionē in mille annorū regno super terram futura cōtendunt, & tam longa futuræ vitæ spatia repromitti, vt centum anni reputentur infantię, peccatoré autē centesimo ætatis suæ anno, esse moriturum, ne videlicet paratis opibus perfruatur, sed ob peccatum, maledictum esse se nouerit. Quod si ita est, vbi erit beatitudo perfecta, quæ peccato violatur atq; corrūpitur, & peccatū immatura morte punitur?

a ¶ *Et ædificabunt domos & habit. &c.*] De his omnibus, & in sexagesimo octauo psalmo sermo propheticus pollicetur, dicens: Quia *Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ: & habitabunt ibi, & hæreditate acquirent illam & semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.* Quæ omnia Iudæi accipiunt carnaliter, vt Hierusalem vrbesque Iudææ restituantur in pristinum statum. Quod si eis dederimus: audiant non solum hoc Hierusalem, sed & Sodomæ repromitti, dicente Ezechiele: *Restituetur Sodoma in antiquum.* Ergo domus, in quibus habitaturi sunt qui ædificant eas, vel virtutes intelligendæ sunt, vel diuersæ mansiones apud patrem, quas iugiter possidebit, qui eas ædificauerit: Quales sibi ædificasse & obstetrices dicuntur in Exodo, quæ timebant Deum, licet scriptum sit in Hebraico, à Deo eis ædificatas domos: quia timuerunt eum. Et Iacob quia simplex erat, siue vt Græce dicitur ἄπλαστος, id est, nequaquam fictus, nec talis quales in Petri epistola condemnantur, de quibus ait: *In auaritia fictis sermonibus de vobis negotiantur.* Idcirco habitabat in domo, quam Esau qui feris delectabatur & siluis possidere nō potuit. Talem domū & saluatoris in euangelio verba describunt: *Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, similis erit viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram,* & reliqua. Alioquin iuxta litteram, multi sancti ædificant domos, & non habitant in eis, vel peregrinatione, vel alteri⁹ rapina, vel morte subtracti. Qualis fuit Iob, qui diues carne & spiritu in tantam deductus est paupertatē, vt in sterquilinio sederet extra portā ciuitatis. Ecōtrario diues ille in euāgelio purpuratus, ædificauit domū & habitauit in ea, cui rectissime dici poterat, *Stulte hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem præparasti, cuius erūt?* Non solū autē ait, ædificabunt domos & habitabūt in eis, sed plantabūt quoq; vineas, & ipsi comedēt fructū earū. Iuxta illud quod in Michea dicitur: *Requiescet vnusquisque sub vinea suā, & sub ficu sua, & nō erit qui exterreat.* Hæc est vinea, quæ in euāgelio loquebatur. *Ego sum vitis, & vos palmites, & pater meus agricola. Omnis qui non facit fructum, excidetur & in ignē mittetur.* Huius fructus comeduntur & bibuntur, & lætificāt cor hominis, & inebriāt amicos spōsi, & in regno Dei bibūtur quotidie. Sub ficu autem requiescit, & nullius insidias reformidat, qui dulcedine sancti Spiritus fruitur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace, fide, continentia, patientia. De huiusce modi dicitur plantatore: *Qui plantauerit ficum, comedet fructus eius.* Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit vineas, de quibus & Apostolus gloriatur: *Ego plantaui, Appollo rigauit, Deus incrementum dedit:* comedet labores manuū suarum, & seminans in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: nec diaboli & satellitum eius fraudibus supplantabitur.

HEB. cētum annorum maledictus erit.

SEPT. *centenarius, maledictus erit.*

a ¶ Et ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas & comedent fructus earū. Non ædificabunt & alius habitabit, non plantabunt & alius comedet.

HEB. b Secūdum enim dies ligni erūt dies populi mei & opera manuū eorum veterascent electis meis. Nō laborabunt frustra, neque generabunt in cōturbatione, quia semen benedictorum domini est, & nepotes eorū cum eis. Eritq; antequam clament, ego exaudiam.

SEPT. *Etenim secundum dies ligni vitæ, dies populi mei, opera laborum suorum inueterascere facient electi mei: non laborabunt in vacuum, neque filios generabunt in maledictionem, quia semen benedictum à domino est, & nepotes eorum cum eis. Et erit antequam clament, ego exaudiam.*

b ¶ *Secundum dies enim ligni, &c.*] Æterna erit habitatio, atque plantatio iustorum, vt dies vitæ populi mei, diebus vitæ ligni comparentur, de quo in psalmis dicitur: *Iustus vt palma florebit:* quotidie triūphans de aduersariis, & insigne victoriæ præferens. Sin autem iuxta Lxx. legimus dies ligni vitæ, (qui magis sensum ex Hebræo vertere quam verba:) Lignum vitæ intelligimus, quod in paradiso situm est. Ad quod ne extenderet Adam manum suā vt viueret, eiectus est de paradiso. In cuius custodiam Cherubim, id est, scientiæ multitudo, & ignita framea posita est, vt seruarent viā ligni vitæ ne in peccato positus Adā, & necdum sua delicta cognoscens, concederet ex eo, & impœnitentiæ desperationisq; ac superbiæ morte moreretur. Quod sit hoc lignū vitę, Salomō exponit manifestius, qui de sapiētia Dei disputās ait: *Lignū vitæ est omnib. qui accedūt ad eā,* & qui inniturtur super illam, quasi super dominū firmitas. Nec dubiū quin verbū Dei significet, qui ipse est vita atq; sapiētia & de se loquitur: *Ego sum vita.* Et de quo propheta decātat: *Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra creatione tua.* Et Apostol. Paulus, Christus *Dei virtus, & Dei sapientia.* Opera quoque populi Dei non veterascēt, sed innouabūtur quotidie, vt non ambulēt *in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus*: Vt quo modo per inobedientiā vnius hominis, peccatores cōstituti sunt plurimi, sic per obedientiā vnius hominis, iusti cōstituātur multi. Vel certe hoc dicendū, quod opera eorū veterascant, quorū domus fūdata super petrā, permanet in æternū, & qui ædificauerūt super fundamentum Christi, aurum, argentum, lapides pretiosos: Et econtrario eorum opera dispereant, quorū domus fundata super arenam, subita tēpestate subuertitur, & qui ædificauerunt super fundamentum Christi, ligna, fenū, stipulam. An non tibi videtur quotidie inueterare opera sua, qui præteritorum oblitus, in futurum extenditur? Vnde & vetus & nouum dicitur testamentum, non quo vetus pereat, sed quo nouo aliud non succedat. Hoc quoq; iuxta Hebraicum dici potest quod opera populi & in Christo credētiū fructus sint apostolorum, id est, electorum Dei, & in thesauris eorum recondantur. *Multi enim vocati, & pauci electi.* Isti non habebunt frustra, vt quondam laborauere Iudęi, sed labores manuum suarū manducabunt, neq; generabunt in conturbatione, siue in maledictione, & vt in Hebraico expressius ponitur *eis αὐτοπάξιαν*, quod lingua eorum dicitur לבוהלה, hoc est, vt esse desistāt, & finem substantiæ suæ habeant, pro quo Aquila, Symmachus, & Theodotio, festinationē interpretati sunt, vt nequaquā festinēt absque ratione credere, sed imitētur Nathanael, qui domini voce laudatus est: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est?* qui Christū auctoritate scripturū quærebat, & de prophetis cupiebat agnoscere dicens: De Nazareth potest aliquid boni esse? Et est sensus: Quo modo mihi Melliam adducitis de Galilæa, & Nazareth, quem ego de Bethleem Iuda scio esse promissum? Apostoli igitur & Apostolici viri, ita filios generabunt, vt de scripturis sanctis instruant, vt non imitentur maledictionem Iudæorū, sed cum propheta dicant: *A timore tuo Domine in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus,* De his

his enim dictum erat: Benedicta progenies vteri tui. Tales sunt filij Abraham, qui faciunt opera eius, & in veteri historia appellātur filij prophetarum: quales & in nouo instrumento apostoli genuerunt: Paulus, Timotheum, Lucam, & Titum, multosque alios: Petrus, Marcum Euangelistam & cæteri cæteros: quorum benedictum semen est, & hucusque benedicitur, & permanent filij filiorum. De quibus propheta dicit: *Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.* Et alibi: *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Econtrario de Iuda dicitur proditore, & omnibus qui similes eius sunt: Fiant filij eius pupilli & vxor eius vidua. *Commoueantur & transferantur filij eius, & mendicent: eiiciantur de domibus suis.* Generationis enim malæ finis est pessimus. Qui concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. De quorum scriptum est principe: *Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Si autem hoc de impiis dicitur, quo modo Samuel vir beatus & iustus, filios pessimos genuit, qui non ambulauerunt per viam patris: Et Dauid, de cuius Christus natus est semine duos genuit filios, Amnon & Abessalon: quorum alter fratres, alter patris extitit parricida? Ex quibus omnibus discimus, filios & nepotes secundum id intelligi debere quod diximus. Iuxta quod & Paulus filios parturit, donec Christus formetur in eis, & Onesimum in vinculis generat. Qui cum clamauerint, statim exaudientur, & illis loquentibus, dicet Dominus adsū. Quæ omnia etiam iuxta literam in Actibus Apostolorū cernimus esse completa. Neque enim potuissent omnes gentes in tam breui tempore credere, nisi signorum miraculis fides eorum quodammodo esset extorta. Loquentibus enim & clamantibus Apostolis & apostolicis viris, dominus signorum magnitudine respondebat, vt Dorcas ad preces Petri surgeret: vt Publij pater in insula Melite febribus & dysenteria, qui morbi inter se contrarij sunt, Pauli precibus sanaretur, & vt eos totus orbis Deos inter homines diceret ambulare. Tunc lupus & agnus pascebantur simul, persecutor Paulus, & Ananias discipulus. Ille lupus de quo scriptū est: *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & ad vesperam dabit escas,* siue vt in Hebraico dicitur: diuidet spolia. Cuius doctrina cibus fuit credentium, & qui in toto orbe de superatis aduersariis triumphauit. Agni autem credēdi sunt omnes, qui in vestibus candidis sequuntur, agnum quocunque vadit: Quos dominus Petro tradidit ad pascendum dicens: *Pasce agnos meos.* Leo quoque vt bos comedet paleas, quādo viri disertissimi, & quondā apud sæculum potentes, scripturarū se tradunt rusticitati: vt nequaquam seculari pascātur eloquentia, quæ instar mellis stillat de labiis meretricis, sed vilitatem & paleas sequantur historiæ, donec multo labore atque industria mereantur ad frumentum sensuū peruenire. De quib. paleis & frumēto Hieremias loquitur: *Quid paleis ad triticum dicit dominus?* Et considerandum, quod nō bos vertatur in rabiem, sed leo mutetur in mansuetudinem. Serpens eriā qui obseruabat hominis calcaneum, & cuius ab homine obseruabatur caput, nequaquam aliorum nutrietur interitu, sed terram siue puluerem quasi panem comedet. Aut certe sic intelligēdum, quod diabolus qui prius hominū mortib. pascebatur, eos tantū comedat, qui puluis ac terra sunt: Per quę omnia demōstratur malorū in bonū commutatio, qui innoxij erunt antiqua feritate deposita: non foris, sed in monte sancto domini, hoc est, in ecclesia & in confessione eius montis, à quo vulneratus est princeps Tyri, & qui *excisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum,* & impleuit orbem. Interrogemus in hoc loco Iudæos, & omnes qui sub nomine Christiano adhuc paleas comedunt scripturarum, quæ ventilabro domini à tritico separatæ, vento tradentur & flamis, quæ beatitudo sit æstimanda, vt in mille annorum regno in Sion monte ciuitate Christi præsentis Hierusalem, & in tēplo augustissimo, lupi, & agni, leones & boues, serpentes & homines simul comedant, patiterque commorentur & hi tantum innoxij sint, qui in monte sancto domini habitauerint. Ex quo intelligimus omnes qui extra montem fuerint, occidendos. Nudabitur ergo lupis, leonibus, vrsis, pardis, atque serpentibus, & cæteris bestiis vniuersus orbis, & immensi saltus, & Ægyptiæ vastitas solitudinis, quæ venenatorum animantium fertilis est: & pro summa felicitate ciuitas sancta, non solum hominum, sed & bestiarum ac serpentium erit habitaculum: vt iuxta superiorem Propheriam, habitet lupus cū agno, & pardus cum hœdo, vitulus & leo, & oues cum vrsis simul morentur, & puer paruulus regat eos, & infans ab vbere mittat manum in foramen aspidis & in cauerna sua interficiat regulum. Causaque sit tantæ felicitatis, quia repleta est omnis terra scientia domini.

HEB. exaudiā: adhuc illis loquētibus, ego audiam. Lupus & agnus pascentur simul, & leo & bos comedēt paleas, & serpenti puluis panis eius. Non nocebunt, neque occident in omni mōte sancto meo, dicit dominus.

SEPT. *exaudiam eos: adhuc loquentibus illis dicam quid est? Tunc lupi & agni pascentur simul, leo autem quasi bos comedet paleas, & serpens terram quasi panem. Non nocebunt neque corrumpent in monte sancto meo, dicit dominus.*

CAPVT LXVI.

HÆc dicit Dominus: Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum: Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, & quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: & facta sunt vniuersa ista dicit Dominus.

a Ad quem

CAPVT LXVI.

HÆc dicit dominus: *Cælum sedes mea, &c.*] Ne montem sanctum intelligeremus Sion, & Iudaico caperemur errore; qui putant extruendam Hierusalem, & omnia quæ Dominus pollicetur ibi explenda carnaliter: aufert nobis hanc suspicionem, & ponit testimonium, quo vsus est Stephanus primus martyr in Christo aduersum Iudaicam contentionem. Salomon ędificauit ei domum (haud dubiū quin Deo) sed non in manu factis excelsus habitat sicut propheta ait: Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Et Paulus in eodem volumine: *Deus qui fecit mūdum & quæ in eo sunt, nequaquam in templis manufactis habitat.* Si enim instar sedentis in solio atque regnantis, cælum thronus eius est, & terra scabellum pedum illius: Quo modo paruo claudatur loco, qui complet omnia, & in quo sunt omnia? Vnde & Moyses: *Ne dicas,* inquit, *in corde tuo, longe est: Deus enim in cælo sursum, & super terram deorsum, & non est alius, præter eum Deus.* Et Psalmista: *Quo ibo à Spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum, illic es? si ad inferna descendero, ades.* Cui & Hieremias ex persona Dei congruit, dicens: *Deus appropinquans ego, & non de longe Deus.* Numquid latere quis poterit in absconditis, & ego non videbo eum? *Nonne cælum & terram ego impleo?* In ipso enim omnes sumus, & mouemur. Hoc autem dicit, vt Iudaicum conuincat errorem, qui putant inuisibilem & incorporalem, & incomprehensibilem Deum, templo Hierusalem posse concludi. Quod quidem & ipse Salomon extructor templi, in oratione sua ad dominum prolixius confitetur. Ac ne arbitremur cælo quoque & terra Dei magnitudinem metiendam: in alio loco de eo legimus: *Qui tenet cælum palmo, & terram pugillo.* Per quæ ostenditur Deus & forinsecus, & intrinsecus, & infusus & circunfusus, & folio ambiente non concluditur, & pugillo concludit ac palmo. Qui non solum cæli & terræ, sed & inuisibilium creator est Angelorum, & Archangelorum, dominationum, potestatum, & cunctorum hominum,

Ex.16 g

Ex.d.1.d Gen.25.d Sec.70.

2.Pet.2.a

Matt.7.d

Iob.2. c

Mich. 4.b

Ioan.15.a Matt.3.

Act.16.a

Psal.111.a

Ibid.127.a

Ibid.108.a

Psal.91.c

Gen.3.

Psal.7.d 2.Reg.8.a

2.Reg.13.a & 15.d.16.c

Prou. 3.f

Ioann.1.c Psal.103.a κτίσματα σου.

1.Cor.1.d Rom.7.b Ibid.5.d

Act.9.g Ibid. 28.b

1.Cor.3.c

Ibid.9. c Gen.49.d Apoc.14.a

Ioan.21.d

Matt. 20.b

Prou.5.a

Hier 23.f

Gen. 3. c

Gal.4.d Matt. 9.c Marc.5.c Psal. 127. Luc.8 f

Gal.4.c Phil.1.d

Ioann.1.c

f Iabbchila.

Ioann.g

Sup.26. c Luc.1.c

Act.16.f

Psal.138.b Hier.23.c

Act. 17.f

3.Reg.c

Sup. 40. c

Deut. 4 f

Sup.11 b:

Hzec. 28.d Dan.2.g

Act.7.f

Act.17. f

de quibus Apostolus loquitur: Quæ omnia Dei manus operata est. De qua & Iob & psalmista commemorant: *Manus tuæ fecit me & plasmauit me. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* De quo sursum Ioannes: *In mundo, ait, erat & mundus per ipsum factus est. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Et quod scriptura Geneseos mystico sermone demonstrat: Dixit Deus, & fecit Deus *Verbo* enim *domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Nullusque locus est requietionis domini, nisi iste quem propheta subnectit.

a ¶ *Ad quem autem respiciã, &c.*] Sublato altari temploq; terreno, quod humana construxerat manus, recte auferũtur & victimæ Iudæorum, ne forsitã dicerẽt: Non tam stulti sumus, vt Deum putemus loco posse concludi, sed in separato ad sacrificandũ loco, Deo victimas immolamus, quæ lege præcepta sunt. Habitator igitur cæli, imo creator omnium, qui in terris templum habere se denegat, humilem & quietum, & tremẽtem sermones suos hominem libenter assumit in templum. Iuxta illud Apostoli: Vos autem estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. *Si quis violat templum Dei, violabit illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Quicunque ergo humilis est & quietus, & tremens sermones Dei, ipsum respicit dominus, & de ipso dictum intelligi potest, quod sub terræ nomine prophetatur: *Terra tremuit & quieuit, cum resurgeret ad iudicium Deus*: Habitatores enim eius (pro quibus μετωνυμικῶς terra dicitur) considerantes iudicium Dei, quietem agũt à malis operibus, & sedentes in domo, æterno requiescunt sabbato, ne moueant se ad opus seruile peccati: sicut ædificatores turris mouerunt quondam de Oriente pedes suos, & ortum veri luminis relinquerunt: Nec audierunt illud quod ad Cain dicitur: *Peccasti, quiesce.* Sed iuxta prouerbia Salomonis: *Qui audit Deum, habitabit confidens, & quiescet absque timore ab omni malo.* Iste est humilis atque pauperculus, & contritus spiritu, tremensque sermones domini, de quo scriptum est in Euangelio: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et alibi: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Et rursum. *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me.* Quodque sequitur in editione vulgata: Iniquus autẽ in Hebraico non habetur, sed simpliciter iungit & dicit: *Qui immolat bouem, quasi interficiat hominem.* Quod & in alio scriptum est loco: *Misericordiam volo, & non sacrificium: scientiam magis Dei, quam holocaustum.* Et per Malachiam: *Omnia quæ oderam, faciebatis, operientes lachrymis altare meum: numquid dignum est vt respiciam ad sacrificium vestrum, & suscipiam placabile quid de manibus vestris?* Audiant Iudæi quod Deus non quærat sacrificia, sed offerentium animum. *Et qui mactat,* inquit, *pecus, quasi qui excerebret canem.* Vnde & per Moysen scriptum est: Non offeres mercedem meretricis neque pretium canis in domo Dei tui. Pulchreque canis & meretrix copulantur, quia vtrumque animal pronum est ad libidinem. Simulque consideremus quod non dixerit: *Qui immolat arietem, quasi qui* immolat canem: sed *occidat,* inquit, *canẽ.* Quod verbum non ponitur in sacrificiis, sed in his quæ trucidantur illicite. Qui offert oblationem & sacrificium, quasi qui sanguinem suillum offerat. Quod & ipsum lege prohibetur: tales sunt ceremoniæ Iudæorum. Qui thus tribuit quasi blasphemus, imo quasi benedicens idolo. Potest autem hic esse sensus: Post filium meum qui venit mãsuetus & pauper, sedens super pullum asinæ, nolo carnes, victimas detestor: sacrificia iudæorũ, & vmbras legis reprobo, quia delectabilis mihi est veritas euãgelij: Sin autem hoc dicitur, quod post fulgur euangelii, vetus religio cesset in nube. Quid respondebunt, qui credentes ex Iudæis arbitrantur absque noxa sui posse carnaliter offerre sacrificia?

b *Hæc omnia elegerunt, &c.*] Immolare bouem, mactare arietem, offerre sacrificium, thura succendere: quæ ita habet Deus quasi homicidium, & oblationem canis: & suillum sanguinẽ, atque blasphemiam ipsi elegerunt, & vt talia colerent, eorum arbitrij fuit. Iuxta quod dicit per Ezechielem: *Dedi eis iustificationes non bonas, & præcepta non bonas,* & in viis, inquit, suis ambulauerũt, non in via domini: Et abominationes suas anima eorum voluit: vt amatores magis essent sui, quam amatores Dei. Quam ob causam illis eligentibus vias suas, & non eum qui dicit: *Ego sum via,* & dominus elegit illusiones siue illusores eorum, quæ Hebraice dicuntur [a] תעלוליהם, id est, ἐμπαίγματα, vt constituat principes pessimos, & omnia mala eorum, siue quæ timebant, patiter adducat. Causasque reddit, cur traditi sint scribis & pharisæis illusoribus suis, de quibus primus psalmus iuxta Hebræos canit: Et in cathedra illusorum non sedit: quos appellant Lxx. pestilentes: quales fuerunt filij Heli filij pestilentiæ, pro quo in Hebraico scriptum est [b] בליעל, hoc est, diaboli. *Quia,* inquit, *vocaui, & non erat qui responderet, locutus sum & non audierunt: fecerunt que malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt.* Quos versus secundo ponit in præsenti loco & supra, vbi dicitur: *Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, Quia vocaui, & non respondistis,* & cætera similiter. Quod testimonium, quo sensu accipi debeat, ibi dictum est.

c ¶ *Audite verbum domini, &c.*] De quibus ante iam dixerat: Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos: ipsis præcipit vt contemptis victimis Iudæorum, & omni scribarum ac pharisæorum tumore despecto, transeant ad eius cultum, quem vocantem illi audire noluerunt, atque contemserunt, & fecerunt malum in conspectu eius: Nec hoc præceptorum fine contentus est, sed imperat eis mandatum euangelij, vt diligant inimicos suos, benefaciant his qui oderunt se, & orent pro persecutoribus suis, & imitentur clementiam patris, *qui oriri facit solem suum super iustos & iniustos, vt videntes,* inquit, *opera vestra, glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* Quod post generalem intelligentiam spiritualiter apostolis præcipitur & apostolicis viris, vt diligãt Iudæos persecutores suos & eos qui se abominantur, in loco fratrum habeãt, dicentes cum Petro: *Viri fratres & patres audite:* Et cum Apostolo: *Tristitia mihi est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis qui sunt Israelitæ.* Glorificatur autem nomen domini

domini quãdo viderint homines persecutorum ferociam nostra fr ingi patiẽtia, & verberantem manum, alterius malæ obuersione confundi. Quibus in euangelio præcipitur: *Luceat lumen vestrum coram hominibus: vt videntes bona opera vestra, glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* Et in Apocalypsi Ioannis: *Timete Deum, & date ei gloriam.* Paulus quoque scribit ad Corinthios, prouocãs eos ad continentiam: *Vt glorificetis Deũ in corpore vestro.* Et rursum: *Siue comeditis, siue bibitis, omnia in gloriã Dei facite.* Vnde & Dominus maledicẽtibus non remaledicebat: Et pro persecutoribus precabatur. Quod autẽ præcipit: Dicite fratrib. vestris non simpliciter accipiendum est: alioquin multi fratres vocant, & in corde non retinẽt charitatẽ, de quib. scribit apostolus *Deum confitentur se scire, operib. autẽ negant.* De quib. & Dominus loquebatur: *Nõ omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est.* Sicque stare potest illa sententia: *nemo dicit, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* Nam cum hæretici dicãt Dominum Iesum, & multi in resurrectione dicturi sunt: *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus?* Respondebit eis dominus: *Recedite à me, nescio vos, operarij iniquitatis.* Ergo dicere, non sermone, qui facilis est, sed affectu & operibus comprobatur. Ex quib. discimus, eundem esse vtriusque testamenti dominum, qui præcipit, vt si viderimus iumentum inimici nostri cadere sub onere suo, non transeamus, sed leuemus cum eo, & si bouem aut asinum inuenerimus errantem, reddamus ei. Hæc iuxta Lxx. Porro iuxta Hebraicum, hic mihi sensus videtur: Audite apostoli, audite discipuli mei qui tremitis verbum domini, narrabo quid dixerint fratres vestri, qui oderunt, & separant vos, & arbitrantur alienos, non propter mala vestra, sed propter nomen meum: qui immundos existimant cunctos de sua in me gente credentes, & dicunt: Recede à me, quia immundus es. Quid ergo est quod eos dixisse commemorat? *Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia vestra.* Cuius versiculi hic sensus est: Quid nobis humilem introducitis Deum? quid crucifixum & virum dolorum, & scientem ferre infirmitates? volumus eum in sua (vt dicitis) maiestate conspicere regnantem: suspiciemus & in sua gloria triumphantem humilem atque deiectum videre non possumus. Statimque infert: *Ipsi autem confundentur,* subauditur, qui loquũtur talia, qui non intelligũt mysteria scripturarum, malisque suis sentient eius potentiam, quem pro humilitate contempserant.

a ¶ *Vox fremitus de ciuitate, &c.*] Lxx. pro fremitu, clamorem posuerunt, & cætera similiter. Volumus scire quæ sit confusio Iudæorum, qui dixerunt: Glorificetur dominus vt vestram lætitiam videamus, & triumphos regis vestri, nequaquam cassis promissionibus, sed oculis contemplemur. *Vox* (inquit) *clamoris de ciuitate*: Et idem Esaias quem nunc edisserimus: *Erit radix Iesse, & qui surget, vt princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt:* Implentibus apostolis quod præceptum est: Docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt nascatur nouus populus, de quo & vicesimus primus psalmus canit: *Annũciabũt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit Dominus.* Et iterum: *Populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Hic autem populus vno creatus est die, quem illustrat sol iustitiæ, dicente scriptura: *Erit tibi*

sertæ: Et illam prophetiam Dereliqui domum meam, quando præsides templi consona angeli voce dixerunt: Transeamus ex his sedibus. De quibus non solum Iosephus Iudaicę scriptor historiæ, sed multis prius sæculis psalmista testatur, dicens: Vidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate: quæ circũdedit muros eius tota die, & tota nocte, ita vt subuerteretur ciuitas, & impleretur aliud vaticinium: *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi casula in cumerario relinquetur.*

b ¶ *Antequam parturiret, peperit, &c.*] Clamore resonante de Hierusalem & templo eius, quando obsessa atque subuersa est, & inimicis Christi, qui eum regem suscipere noluerunt, recipientibus pro impietate sua atque blasphemiis æterna supplicia: Ecclesia in nomine Domini congregata, de qua in psalmo dicitur. *Homo natus in ea, & ipse fundauit eam altissimus, antequam parturiret, peperit, antequam veniret partus eius, genuit masculum.* Non enim multo tempore, vt populus Iudæorum per Abraham, & Isaac, & Iacob, & duodecim patriarchas, & rursum per liberos eorum ac nepotes creuit in manus: sed ad euangelicam prædicationem, statim omnis mundus concepit, & parturiuit, & peperit masculum, quem Pharao & Herodes conabantur occidere, qui in Moyse & in Christo Saluatus in Ægypto est. Denique Abraham & Isaac masculos habuere liberos, & Iacob multorum filiorum pater, vnam genuit filiam, pro qua dura perpessus est. Quod si filiæ Salphaad Dei sententia recipiunt hæreditatem patris: Hoc considerandum est, quod pater earum in peccato suo mortuus sit, qui nullum filium genuit, & Moyses nihil super eis ausus fuerit iudicare, sed retulit ad dominum, qui eas ne inopes permanerent, iussit fratribus copulari. Geneseos quoq; narrat liber, quod postquam cœperunt homines multi fieri (qui numerus semper in vitio est) & filiæ eis natæ sunt, acceperunt eas, non angeli, sed filij Dei: de quibus orti sunt gigantes: Siue vt in Hebræo scriptum est, [c] נפילים, id est, ἐκπεπτωκότες, id est, irruentes. Econtrario ad sanctum dicitur: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.* Et iterum. *Videas filios filiorum tuorum.* Peperit igitur Sion, hoc est, reliquiæ ex Israel & apostolorum credentium fides, masculum dominum Saluatorem, qui in toto simul orbe generatus est quod nullus audiuit, quod nulla narrat historia, vt alicuius doctrina, omnes in breui tempore crederent nationes, & de vniuersis gentibus, vna gens fieret Christianorum, de qua & Paulus loquitur. *Si quain Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Iuxta illud quod alibi scriptum est: *Et adorabunt in conspectu eius omnes familiæ gentium, quia Domini est regnum, & ipse dominabitur gentiũ. Omnes* enim (ait) *gentes quas fecisti, venient & adorabunt coram te & glorificabunt nomen tuũ,* de quo dicit Iacob: *Ipse est expectatio gentium.* Et psalmista: *Spes omnium finium terræ:* Et idem Esaias quem nunc edisserimus: *Erit radix Iesse, & qui surget, vt princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt:* Implentibus apostolis quod præceptum est: Docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt nascatur nouus populus, de quo & vicesimus primus psalmus canit: *Annũciabũt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit Dominus.* Et iterum: *Populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Hic autem populus vno creatus est die, quem illustrat sol iustitiæ, dicente scriptura: *Erit tibi*

dominus lux sempiterna. Possumus hoc quod dicitur: Orietur gens simul: quia parturiuit & peperit Sion filios suos: Et ad illud tempus referre, quando vna die tria millia & quinque millia de Iudaico populo crediderũt. Dicitur quoque in eodem Actuum apostolorum libro: quod de vniuersis gentibus quæ sub cœlo sunt fuerint in Hierusalem: qui audiebant variis linguis loquentes magnalia Dei. Quodque sequitur iuxta Lxx. *Ego autem dedi expectationem hanc, & non recordata es mei, dixit Dominus:* Nonne ego parientem & sterilem feci, dixit Deus tuus: Manifestius in Hebraico ponitur: cui & reliqui interpretes congruunt: *Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?* secundum illud quod alibi dicitur: *Qui plantauit aurem, non audiet: qui finxit oculum, non considerat:* quod scilicet qui omnes homines creauit ex nihili, possit de vniuersis gentibus vnam partem in se credẽtium ecclesiam facere. Denique in vicesimo octauo psalmo, vbi nos legimus: *Vox domini concutientis desertum,* in Hebræo scriptum est: *Vox domini parere faciens desertum,* vt deserta prius ecclesia generet, & perficiantur cerui apertis saltibus atque contritus. Porro iuxta Lxx. hic sensus est, quod vno tẽpore ad prædicationem euangeliorũ, vna gens totius orbis oriatur. Per multos prophetas sæpe promissi, & non meministi promissionis meæ. O vrbs quæ clamoribus es plena. O templum quod à domino derelictum est. O populе cui reddidi vicissitudinem suã: Nonne ego inquit, feci parturientem & sterilem, id est quæ prius fuerat sterilis, postea parturiuit & peperit? De qua in psalmo scribitur: *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Vel certe rerum ordo conuersus est: Pariens facta est sterilis, & quondam sterilis peperit plurimos, quia domini ista sententia est.

a ¶ *Lætamini cum Hierusalem,* &c.] Apostolis præcipitur & apostolicis viris: qui diligunt vtrãque Hierusalem & eam quæ corruit, plangentibus atque lugentibus, & illam quæ surrectura est, omni desiderio præstolantibus, vt gaudeant cum ea, & in ea quæ ædificata sit viuis lapidibus, qui volutãtur super terram, & in rotarum Cherubim similitudinem, sequuntur spiritum præcidentem: non in his qui in æternos cineres dissoluti sunt. De quibus Dominus loquebatur: *Amen, amen dico vobis: non permanebit lapis super lapidem, donec compleantur omnia hæc.* Gaudete (inquit) cum ea gaudio, vniuersi qui lugetis eam. Quales supra Petrum & Paulum apostolos docuimus, & omnes qui expectabant redemptionem Israel, vt sugant & repleantur vberibus consolationis eius. Neq; enim poterat fieri, vt que genuit masculũ, & erat puerpera, careret lactis abundantia in educationem eius gentis & partuulorum, qui simul nati fuerant: vt præberet eis duo vbera, nequaquam, vt prius in Ægypto fracta & iacentia, sed integra & virginali decore stantia, veteris ac noui instrumenti ad præbendum rationale lac. De quibus sponsus ad eam loquitur: *Bona vbera tua super vinũ.* Isti erant, de quibus specialiter dicebatur: *Beati lugẽtes quoniam ipsi consolabuntur.* Et hoc notandum, quod qui paruuli sunt, consolationis indigent lacte, & adhuc in mortali versantur loco. Qui vero post lac cõsolationis ad solidum profecerit cibum, deliciis affluent veritatis, & scientia omnimodæ gloriæ, quæ Hebraice dicitur [d] עדי: Pro qua Lxx. introitũ, Symmachus pinguedinẽ, Theodotio multitudinẽ interpretati sunt. Hoc diximus, vt psalmi septuagesimino ni verbum panderemus ambiguum, in quo scriptum est: Vastauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam. Pro eo enim, vbi in nostris Græcis codibus legitur μονὸς ἄγριος, id est, singularis ferus, in Hebraico scriptum est [e] זיז שדי: Quod Aquila transtulit πανπόσιμον χώρας, hoc est, omnimodum regionis: vt significaret non solum à Romanis, sed à cunctis gentibus Israelem esse vastatã. Introitus autem gloriosus ecclesiæ, ille intelligendus est, de quo scribit Ioannes Apostolus: *Et in duodecim portis erant duodecim margaritæ, & plateæ ciuitatis auro mundo, sicut vitrum perspicuum.* Istas margaritas prohibet dominus mitti ante porcos, quas negotiator bonus cum in prophetis inuenerit & apostolis, pergit ad vnũ pretiosissimũ margaritum, non priores abiiciens, sed per illas quærẽs pretiosi[o].

b ¶ *Quia hæc dicit dominus,* &c.] Extructa per apostolos Hierusalem, & instaurata in priorẽ statum: postquam filii & habitatores eius vberibus fuerint consolati, & lactis abundantia ad delicias peruenerint veritatis: per quas introitur ad gloriam Dei: Tũc dominus declinabit super eã fluuium pacis, de quo crebro diximus, *Flumen Dei repletum est aquis:* Et: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:* vt pace omnia possidente, & nationum cessantibus bellis: de quibus scriptura dicit: *Dissipa gẽtes quæ bella volunt:* torrẽs doctrinarum Dei irriget arua credentium. Tunc filij eius siue paruuli (vt Lxx. transtulerunt) in humeris portabuntur, & super genua consolationem accipient. In humeris, de quibus & in priori prophetia dictum est: Et quos Iacob interpretatur filio suo Isachar: *Quia supposuit humerum suum ad laborandum & vocatus est vir agricola.* Sudore enim & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus. Vnde & ad Siõ per Hieremiam dicitur: Da cor tuum in humeros tuos: vt à mandatis intelligat dominum, imitans eum de qua scriptũ est: *Iesus cœpit facere & docere:* vt non otiosa sit fides, sed per opera currat ad præmium. Genua autem & sinus quid significent & supra breuiter exposui, & nunc Abraham exemplũ docere nos poterit: in cuius sinu Lazarus requiescit, & omnes de Oriente & Occidente venientes, *qui accumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob.*

c ¶ *Quo modo si cui mater blandiatur, &c.*] *Et cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis*) Lxx. pro seruis posuerunt timentes, pro inimicis, incredulos: cætera similiter. Misericordiam creatoris in creaturas suas, exemplo matrum discimus: quæ liberos amore in sinu nutrientes, omnem superant charitatem. Denique volens Deus ostendere, quo modo diligat quos creauit: *Numquid obliuiscetur, ait, mulier, vt non misereatur fobolis vteri sui? sed etsi illa fuerit oblita, ego tamen non obliuiscar tui.* Quem sensum & illud habet euangelicum, in quo Dominus loquitur ad Hierusalem: *Quotiens volui congregare filios tuos, sicut, gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Et Deuteronomium in quo tale quid resonat: *Sicut Aquila proteget nidum suum, & pullos suos desiderauit: expandẽs alas suas suscepit eos, & portauit in humeris suis.* Aiunt qui de animantium scripsere naturis, omnium quidem bestiarum, & iumentorum, & pecudum auiumque ingenitum esse in filios pullosque suos affectum: sed maximum esse amorem Aquilarũ, quæ in excelsis & inaccessis locis nidos collocant ne coluber fetus violet: Amethystum quoque inter pullos eius

Heb.
[a] Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eã. Gaudete cũ ea gaudio vniuersi qui lugetis super eã: vt sugatis & repleamini ab vbere cõsolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis, & ab omnimoda gloria eius. [b] Quia hæc dicit dominus: Ecce ego declino super eã quasi fluuiũ pacis, & quasi torrentẽ inundãtem gloriã gẽtiũ, quã sugetis, ad vbera portabimini, & super genua blãdiẽtur vobis. [c] Quo modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba germinabunt: Et cognescetur manus

Sept.
Lætare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam Gaudete gaudio omnes qui lugetis super eam, vt sugatis, & impleamini ab vbere consolationis eius, vt postquam suxeritis, delectemini ab introitu gloriæ eius. Quia hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo ad eos quasi fluuius pacis, & quasi torrens inundans gloriam gentium. Paruuli eorum in humeris portabuntur, & super gemua consolabuntur.

eius lapidem reperiri, quo omnia venena superentur. Si hoc verum est, rectè affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus, diabolus & satanas, obrepat nouellis fætibus, vt ad nomen lapidis qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduersariorum frangãtur insidiæ. Hæc autem Hierusalem (in qua consolabuntur à matre filij, & in genibus palpabuntur) illa est de qua scribit Apostolus: *Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum:* Cuius consolationis lacte saturatus, consolabatur cæteros, qui eius sermonibus indigebant, dicens: *Benedictus Deus pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt & nos possimus consolari eos qui in omni sunt tribulatione, per consolationem qua ipsi consolamur à Deo:* qui postquam fuerint consolati dicetur ad eos: *Et videbitis, & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabunt* siue *orientur:* aut iuxta Symmachum *florebunt.* Videbunt autem haud dubium quin Deum, quæ vera lætitia est. De quibus Dominus loquebatur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cuius visio perfectum est gaudium, quod in plenæ fidei corde versatur, & ossium germinatio subsequitur. De quibus ante iam diximus. Quorum si lector oblitus est, recurrat ad explanationem pristinam: Melius est enim illum scripta relegere, quam nos dicta replicare. Et nota, inquit, erit manus Domini seruis eius, vel timentibus eum, & comminabitur inimicis siue incredulis suis. Manus autem vel pro potentia accipitur, quod possit Deus omnia facere quæ promittit, iuxta illud quod ex persona Dei Moyses loquitur ad Pharaonem: *Nunc mittam manum & percutiam te, & populum tuum interficiam, & deleberis de terra.* Et rursum ipse ad eundem tyrannum: *Ecce manus Domini erit super iumenta tua:* de qua ad Deum psalmista dicebat: *Manus tua gentes interfecit, & plantasti eos.* Aut certè manus domini Christus intelligendus est, de quo & supra legimus: *Manus mea fecit hæc omnia.* Quam notam faciet dominus seruis suis & timẽtibus se, & comminabitur incredulis & inimicis suis: vt aliis promittat præmia, aliis supplicia comminetur. In quo consideranda verborum proprietas, quod non dixerit: Inferet inimicis suis, sed comminabitur, vt per comminationẽ deterriti, & ipsi ad domini transeant seruitutem.

a ¶ *Quia ecce dominus,* &c.] Manus domini quæ nota fiet seruis eius & timentibus eum, ipsa comminatur incredulis siue inimicis eius: vt si non egerint pœnitentiam, sustineant quæ sequuntur: *Ecce* enim, inquit, *dominus in igne veniet, & quasi turbo* siue *tempestas currus eius:* Quas debemus intelligere angelicas potestates, quando venturus est dominus in gloria patris cum angelis suis, iudicare viuos & mortuos, non quo dominus ignis sit, sed quo sustinentibus pœnas esse ignis videatur. Et licet Moyses dixerit idipsum Apostolo confirmante: *Deus ignis consumens est.* Attamen Saluator exprimens diuinitatis substantiam, ait: *Spiritus est Deus.* Inter spiritum autem & ignem secundum intelligentiam corporalẽ, multa diuersitas est. Quod si ignis, aut spiritus est, quo modo oculos, & aures, & manus, & pedes, & ventrẽ, & cætera corporis membra habere dicitur, cum hæc spiritus igniſque non habeant? Ignis ergo consumens appellatur Deus: vt quicquid in nobis vitiorũ est, fenum, ligna, stipulamque consumat, & spinas, id est, sollicitudines sæculi huius, quas pro bono semine terra attulit infecunda: de qua ad Hebræos dicitur: *Quæ autem affert spinas & tribulos, reproba est, & maledictio proxima: cuius finis cõsũptio est.* De hoc igne & in Euangelio Dominus loquebatur: Ignẽ veni mittere super terrã. Et supra legimus: *Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen aridum consumetur igni,* & omnia zizania quę inimicus homo superseminauit, dormiẽte patrefamilias. De quo & in Epistola Iacobi scribitur. *Paruus ignis quam grandem succendit materiam.* Et in Prouerbiis: *In multis lignis viget ignis.* Quamquã in eo quod prouerbium est, aliud possit intelligi. Hunc puto ignem sedisse super linguas Apostolorum omniumque credentium, quando linguis variis loquebantur & omnes errores fugabat tenebras, & illuminabat corda eorum, qui recipiebant sermonem domini. Quod autem sequitur: Quasi tempestas currus, siue quadrigæ eius, psalmorum edisseremus exemplis: in quibus scriptum est: *Deus manifestè veniat, Deus noster, & non tacebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu eius tempestas valida.* Et alibi: *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium.* His curribus & equis Helisæus erat circundatus, quos puer eius videre non poterat. Vnde ait: *Domine, aperi oculos pueri huius, vt videat. Et apertis,* inquit, *oculis vidit currus, & quadrigas, & equos per circuitum.* Hoc curru igneo & Helias raptus ad cælum est, quando clamabat Helisæus: *Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.* Hæc autem vniuersa narrantur: non quo Deus aut currus habeat, aut quadrigas, aut equorum velocitate portetur, de quo alibi scriptum est: *Qui ambulabat super pennas ventorum:* Sed quo modo in solio sedere dicitur, quando assumit habitum iudicantis: sic quando ad vindictam venit, vt debellet aduersarios suos, in habitu victoris & triumphantis ostenditur. De furore Domini, crebro diximus: quod sic accipi debeat, quomodo obliuio eius, & pœnitentia, & contristatio, & affectus cæteri, qui Dei non conueniunt maiestati. Et in hoc igitur igne & furore, in his curribus, & in flamma ignis iudicabitur omnis caro, siue ipse dominus cum creaturis suis: vt non potentia, sed iudicij veritate videatur ferre sententiam: iuxta illud quod in Michæa prolixius, & in quinquagesimo psalmo breuius dicitur: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Gladius autem quo omnis caro est iudicanda, ille accipiendus est, de quo & prius diximus, & nunc dicemus ex parte: *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* Hunc gladium punitorem carnis peccatricis omniumque vitiorum, Istæ litæ in manus Pharaonis datum quæruntur: Dicuntque Moysi & Aaron: *Videat Deus vos & iudicet, quia abominabilem fecistis odorem nostrum coram Pharaone: vt daretur gladius in manu eius & interficeret nos.* De gladio & in Amos scriptum est: *Gladio interibunt omnes peccatores populi:* cum vtique & alia sint genera pœnarum. Quidquid ergo pungit, & percutit, & torquet, & cruciat, in scripturis sanctis, gladius appellatur: quo gladio vulnerabuntur siue interficientur, qui Dei non fecerint voluntatem, & omisso lumine veritatis, tenebris se erroris inuoluerint. De quibus scriptum est in Hieremia: *Si mutauit Æthiops pellem suam.* Et in Sophonia: *Et vos Æthiopes vulnerati* siue *interfecti gladio meo eritis.* Omnem loci istius continentiam, quo sensu accipienda sit, Apostolus prolixius edisserit, scribens ad Romanos. *Iuxta duritiam autem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei: qui reddet vnicuique secundum opera sua. Iis quidem qui iuxta pătientiam operis boni, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus, vitam æternam. Qui autem ex contentione & increduli sunt veritati, acquiescunt autem iniquitati, ira, & furor, tribulatio, & angustia, super omnes homines qui operantur malum, Iudæi primum & ethnici.*

b ¶ *Qui sanctificabantur,* &c.] Symmachus & Theodotio hunc locum ita interpretati sunt: Qui sanctificamini & lustramini in hortis, alter post alterum, inter eos qui comedũt carnem suillam, & abominationem & murem, simul defi-

cient, dicit dominus: volentes ostendere, non ipsos comedere carnem suillam, & abominationem & murem, qui sanctificantur in hortis alter post alterum: sed eos qui lustrantur, versari cum eis qui comedunt quæ prohibita sunt. Arguit autem sermo diuinus populos Iudæorum, imo scribas & pharisæos: quos & dominus arguebat, dicens: *Vos estis qui iustificatis vosmetipsos coram hominibus: Deus autem scit corda vestra: quoniam quod in hominibus excelsum est, abominatio est apud Deum.* Vnde increpabat eos atque dicebat: *Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ: qui mundatis quod foris est calicis & paropsidis, & intus pleni estis immunditia.* Et iterum: *Qui estis sepulchra dealbata: intus autem pleni estis ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Qui *ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*: qui domino loquebantur pacifica, & molliebãt verba sua super oleũ, ipsi autem erant iacula: de quibus rectissimè dicebatur: *Populus hic labiis me honorat, cor vero eius longe est à me.* Præceperat autem per Moysen Deus, vt si quis præuentus fuisset in peccato vaccæ rufæ aspersus cinere, & aliis expiationis modis, per sacrificia & victimas rediret ad templum, quod illi negligentes, in locis deliciarum & voluptatum, hoc est in hortis amœnissimis, vel baptisteria extruebant, vel piscinas ad areolas irrigandas, adulteria & omnem libidinum turpitudinem, simplicibus aquis abluere se putantes, quibus rectissime illud aptabitur: Et noctem flumine purgant. Nec alicui videatur incongruum, si quæ geruntur turpiter, manifestius explicentur, in correctionem eorum, qui talia committere non erubescunt, quæ turpe est & dicere, dum scortis adhærent in modum canum, & masculi in masculos exercent turpitudinem, retributionem peccati in semetipsos recipientes. Qui hæc opera faciunt, voluntate & sceleribus cum his sunt qui carnem suillam comedunt, & omnia quæ lege prohibentur, & murem, quem nos glirem vocamus, vel iuxta orientis prouincias μυοξοις. Et illi igitur qui hæc comedunt, & hi qui exercentes omnem turpitudinem, talia agunt quæ & ethnici forte non faciunt, pariter consumentur secundum tropologiam possimus dicere: Omnes voluptatis magis amatores, quam amatores Dei, sanctificari in hortis & in liminibus, quia mysteria veritatis non valent introire, & comedere cibos impietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu, nec comedunt carnem Iesu, neque bibũt sanguinem eius. De quo ipso loquitur: *Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.* Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Qui non foris, sed in domo vna & intus comeditur.

a ¶ *Ego autem opera eorum & cogitationes eorũ*, &c.] Priusquam exponam quid significet enumeratio gentium plurimarum, breuiter de interpretationis varietate dicendum est: Tharsis lingua Hebræa mare appellatur, & (vt aiunt) Indiæ regio est, licet Iosephus litera commutata, Tharsum putet nuncupari pro Tharsis, vrbem Ciliciæ, ad quam Ionas de Ioppe fugiens, ire cupiebat. Phud autem siue Phul, Libyes, omnisq; Aphrica vsque ad mare Mauritaniæ, in qua fluuius hodie qui Phud dicitur, & cuncta circa eum regio Phuthensis appellatur. Lud autem Lydos vocant, quorum coloni Hetrusci qui nunc Thusci appellantur, quondã mittendarum sagittarum peritissimi, & nunc dicuntur tendentes sagittam. Pro quo in Hebraico legitur f משכי קשת, quod absque Lxx. omnes similiter transtulerunt, tendentes arcum: Et Lxx. posuerunt μουσοχ, nomen pro verbo interpretantes: Quod si accipiatur, Cappadocas significat, quorum Metropolis Mazaca, quæ postea à Cæsare Augusto, Cæsarea nomẽ accepit. Qui nescio quid volentes, etiam in Genesi vltimum filium Aram, id est, Syrorum Damasci, qui appellatur Mes,

HEB.

se putabat in hortis, post ianuã intrinsecus: qui comedebant carnẽ suillam, & abominationem & murem, simul consumentur, dicit Dominus. a Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in

interpretati sunt μουσ: pro quo nos rectius Mœonas transferimus. Thubal autem siue Thobel aut Italia interpretatur, aut Iberia, hoc est, Hispania, ab Ibero flumine: vnde & hodie Hispaniarum regio appellatur Celtiberia. De quibus pulchrè Lucanus: Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi: quos nos possumus Gallo Hispanos dicere. Græco autem qui sermone Hebraico appellatur Iauan, Ionas significant: vnde & Græci Iones, & mare Ionium. Et hoc considerandum, quod maximè orientales de Iapheth posuerit nationes, vno filiorũ Noë: licet in Tharsis & Phud, Sem quoque & Cham, id est Indię & Aphricæ nominum fuerit recordatus, vt totum orbem ostenderet. Venit ergo dominus, vt opera & cogitationes congreget singulorum. Ex quo discimus non solum opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas. *Qui* enim *viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo.* De quibus dicitur: *Nunc circundederunt eos cogitationes*

SEPT.

ficantur in hortis & liminibus: comedentes carnem porcinam, & abominationes & murem, simul consumentur, dicit Dominus. Et ego opera eorum & cogitationes eorum noui, & venio congregare omnes gentes & omnes linguas: & venient & videbunt gloriam meam: & dimittam super eos signum, & emittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in Tharsis & Phud, &

suæ, quando iudicabit Dominus abscondita hominum secundum Euangelium Iesu Christi: vt illud quod Apostolus scribit, veritate iudicij comprobetur: *inuicem cogitationibus accusantibus & satisfacientibus, in die quã iudicabit Deus abscondita hominum.* Vt cogitationes nostræ omnes vno tempore congregatæ, iustum iudicem probent: dum aut accusat nos nostra conscientia, aut satisfacit pro delicto, vtrum plurima sint peccata, an bona opera, & vtrum vetera an noua: & vtrum deleta pœnitentia, an nouis sceleribus instaurata, quando dicit dominus: *Vias eorum dedi in capita eorum, & cogitationes eorum reddam eis. Qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum.* De quibus & in alio loco legimus: Tu cognoscis corda hominum solus. *Nemo enim scit quæ sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo.* Vnde & per Hieremiam loquitur Deus: *Ego Deus appropinquans, & non de longe, dicit Dominus: Nunquid abscondet se in absconditis homo, & ego ignorabo?* Denique ad scribas dicitur & ad pharisæos: *Vos estis qui iustificatis vosmetipsos coram hominibus: Deus autem cognoscit corda vestra.* In quo considerandum, quod non dixerit, pater, iuxta hæreticorum blasphemias, ne filium videretur excludere, sed Deus, quod patri filioque commune est. *In principio enim erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum.* De quo idẽ Ioănes scribit: Ipse autem Iesus non credebat se eis, quia sciebat omnes, & non habebat necesse, vt aliquis testimonium daret ei de homine: Ipse enim nouerat quid esset in homine. Cui & illud congruit: *Sciens autem Iesus cogitationes eorum:* Et in alio loco: *Sciens autem Iesus malitiam eorum.* Ac ne aliqua sit dubitatio hæreticis, calumniam facientibus de verbo Dei, quod nouerit omnia: in epistola quæ scribitur ad Hebræos, prolixius dicitur: *Viuens enim sermo Dei, & cuidens & acutus super omnem gladium bicipitem, & diuidens vsque ad partitionem animæ & spiritus, artuum quoque & medullarum, & iudex cogitationum & sensuum cordis.* Nullaque est creatura inuisibilis in conspectu eius. *Omnia autem nuda & aperta sunt oculis illius, de quo nobis sermo est.* Postquam autem omnes cogitationes in vnum fuerint congregatę, accusantes nos vel defendentes: tunc omnes gentes & linguæ cum cogitationibus suis pariter adducentur in medium. Linguas autem iuxta apostolum Paulum, non solum hominum legimus, sed & Angelorum. Ex quo intelligi datur, omnes creaturas à domino iudicandas, non solum super terram, sed in aëre & in cœlestibus, iuxta quod ipse in superioribus dixerat: *Inebriatus est gladius meus in cœlo, ad terrãque descendet.* Venient autem omnes, vt videant gloriam Dei: & ponet in eis signum quod in Ezechiele, principio sub

sub g n literæ Hebraicæ interpretatione monstratur. Quo signo qui fuerit impressus, manus percutientis effugiet. Hoc & postes domorum in Ægypto signabantur, quando pereunte Ægypto solus Israel mãsit illæsus. De hoc signo, quod Achaz rex Iuda nolebat accipere, Esaias propheta testatur: *Propterea dabit Dominus vobis signũ: Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariet.* Vnde & prophęta quod promissum fuerat deprecatur: *Fac mecum signum in bonum.* Et in alio loco: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugerent à facie arcus.* Hoc nobis ad patrem ascendẽs dominus dereliquit, siue in nostris frontibus posuit, vt liberè diceremus: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Quod autem sequitur: *Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes*, & singulas enumerat: videtur expositioni nostræ esse contrarium. Si enim de die iudicij dicitur, quo modo rursum ad primum recurrit saluatoris aduentum, quando Apostoli diriguntur ad gentes, & audiunt à Domino. *Ite docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti?* Quod ita soluitur: Iudicij prædicatur dies, imo comminatur: vt metu futuræ pœnæ, recipiant Saluatoris aduentum, & Apostolorum Euangelium: qui ante mittendi sunt. Pulchrè autem dixit: *Et mittam ex eis qui saluati fuerint.* Nisi enim dominus nobis reliquisset semen quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus. Et Apostolus: *Reliquiæ*, inquit, *saluæ factæ sunt.* Isti mittũtur ad gentes Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & Thobel, & Græciam, & insulas plurimas, quæ longe sunt, & quæ non audierunt nomen domini, neque viderunt gloriam eius. De quibus iuxta historiam supra diximus: Nunc stringenda est anagoge. Tharsis interpretatur, exploratio gaudij, vt consideremus non ea quæ in præsenti sunt, sed quæ in futuro, & audire mereamur: Quia in paucis fuistis fideles, ingredimini in gaudium domini vestri. De quo & Petrus Apostolus scribit: *Exultabitis gaudio ineffabili & glorioso*: vt laudemus Deum dicentes: *Impletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Quodque sequitur: Phud, interpretatur, oris exclusio, vt omnem excludentes blasphemiam, ea loquamur, quæ bona sunt, atque dicamus: *Os meum annunciabit iustitiam tuã domine: tota die salutare tuum.* Et rursum: *Non abscondi in corde meo veritatem tuam, & salutare tuum dixi.* Lud quoque in lingua nostra, vtilitas vertitur, & Mosoch, extensio, & Thubal siue Thobel, ductus ad luctum, vel conuersus ad vniuersa, quæ omnia vocationi gentium congruunt, vt vtilitatem sequantur per confessionem animæ suæ, & præteritorum obliti, ad futura extendantur. Lugeantque antiqua peccata, & trahantur ad luctum atque tristitiam, quæ ducit ad vitam. *Beati* quippe *lugentes, quoniam ipsi ridebunt.* Et conuertantur omnes ad dominum, vt postea transeant ad gratiam, & sciant dictum ab Apostolo: *Gloria & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco*: quoniam *non solum Iudæorum Deus, sed & gentium.* Porro illud quod dicitur: Et insulis procul, quæ non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meam: Illis conuenit, de quibus supra legimus: *Quibus non est nunciatum de eo, videbunt, & qui non audierunt, intelligent.* Et iterum: *Apparui his qui me non interrogabant: inuentus sum ab his qui me non quærebant. Dixi: Ecce adsum, his qui non innocabant nomen meum.* Insulas autem significari, vel totius orbis gentes, vel ecclesias in toto orbe dispersas, crebro diximus.

a ¶ *Et annunciabunt gloriam meam gentibus*, &c.] Hi qui salui fuerint & missi ad varias nationes, & ad eos qui non audierant primum, neq; viderant gloriam domini: Annunciabunt eam cunctis gentibus, & adducent fratres populi Iudaici (quorum reliquiæ saluæ factæ sunt) munus Domino de vniuersis gentibus: vel ipsos qui idololatriæ errore con-

HEB.

in Aphricam, in Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meã. a Et annunciabunt gloriam meam in gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino: in equis, & in quadrigis, & in lectichis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctũ meum

SEPT.

& Lud, & Mosoch, & Thobel, & in Græciam & in insulas longe, qui non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meã. Et annunciabunt gloriam meam in gentibus, & adducent fratres vestros de cunctis nationibus donum domino, cum equis & rhedis, in lampenis mulorum, cum vmbraculis in sanctam ciuitatem

tempto, veri Dei notitiã sunt secuti: vel qui de toto orbe ex Israel populo crediderunt: Ad quos scribit & Apostolus Petrus: Adducent autem eos in equis, & in quadrigis, & in lectichis, & in mulis, & in carrucis. Pro carrucis, quas solus interpretatus est Symmachus, quem nos in hoc loco secuti sumus: Aquila, Lxx. & Theodotio, mulos trãstulerunt. Et vbi posuere Lxx. cum vmbraculis (quæ nos dormitoria interpretări possumus, vel basternas.) Alij voce consona transtulerunt φορεια, quæ nos varij generis interpretamur vehicula: vbi autem Lxx. & Theodotio dixerunt, lamperias, pro quibus Symmachus, lectticas interpretatus est: Aquila, σκεπασματα posuit: quod & ipsum lectticas opertas pellibus significat. Hoc de varietate translationum dictum sit. Equos autem, & quadrigas, & lectticas, & mulos atque carrucas, & diuersi generis vehicula, angelica possumus intelligere ministeria: de quibus alibi ad Deum dicitur: *Ascende super equos tuos, & equitatio tua salus.* His equis, curribus, & quadrigis, Helias raptus ad cælũ est; & Heliseus circundari se atque seruari, nescienti puero demonstrauit. Et Zacharias vidit in nocte: *Ecce vir ascendens super equum rufum, & iste stabat in medio duorũ montium vmbrosorum, & post eũ equi rufi, & sturnini, & varij, & albi, & dixi*: inquit: *Quid sunt isti Domine*: *Et ait ad me angelus qui loquebatur in me*: *Ego ostendam tibi quid sint isti. Et respondit vir qui stabat in medio montium, & ait ad me: Isti sunt quos misit Dominus, vt perambulent omnem terram.* Ioannes quoque in Apocalypsi hæc se vidisse testatur: *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus, & cum iustitia iudicans, & bellator. Oculi autem eius quasi flamma ignis, & super caput eius diademata plurima: habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse: & amictus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei: & exercitus in cælo sequebatur eum in equis albis, vestitus bysso albo atque mundissimo: & de ore eius egrediebatur gladius acutus, vt in ipso percuteret gentes.* Equo rufo sedebat dominus atque Saluator, humanum corpus assumens, qui dicitur: *Quare rubra sunt vestimenta tua?* Et: *Quis est iste qui ascendit de Edom, fulua vestimenta eius de Bosra?* Et sequebantur eum variorum colorum equi: vel in martyrio rubri, vel sturnini in volatu, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate. Equo autem sedebat albo, quando post resurrectionem, immortale & incorruptum corpus assumpsit: Et quicumque eum sequebantur, candidis vtebantur equis: incorruptis videlicet immortalibusque corporibus. Longum est, si velimus vtrumque explanare testimonium: hoc solum dicam, quod diuersa vehicula, quibus homines adducuntur ad fidem, angeli sint, vel sancti viri, qui de hominibus in angelos profecerunt. Quod autem vnusquisque nostrum habeat angelos, multæ scripturæ docent: è quibus illud: *Nolite contemnere vnum de minimis istis: quia angeli eorum vident quotidie faciem patris, qui est in cælis.* Et puella Rode Petrum Apostolum nunciante alij angelum ipsius esse credebant. Sin autem hoc de minimis dicitur, & de vno homine: quanto magis de omnibus sanctis, & præcipuè de Apostolis sentiendum est? quorum angeli quotidie vident faciem Patris: iuxta illud quod scriptum est: *Circundat angelus Domini in circuitu timentium eum.* Et Iacob de se loquitur: *Angelus qui liberauit me.* Isti sunt qui ascendunt & descendunt super filium hominis. Qui veloces sunt in fide, equis vehuntur: qui multiplices in gratia, quadrigis, qui consolatione indigent, tectis lectticis & vmbraculis, vt audire mereantur: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Mulos autem in scripturis Sanctis dupliciter accipimus: Vel in sterilitate & continentia: qualibus sedit Dauid & Salomon: quorum alter interpretatur, fortis manu: alter pa-

cificus. Vel in mala parte, de quibus dicitur: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Quibus præpositus erat Dohec. Carruca autem pro quibus (vt supra diximus) Lxx. tecta vehicula, cæteri vehicula simpliciter transtulerũt, illi intelligendi, de quibus apostolus loquitur: *Inuicem onera vestra portate.* Porrò lampenæ, splendentia sanctorum intelligenda sunt corpora, & animæ fide domini illuminatæ: quibus dici potest: *Vos estis lux mundi.* Hic autẽ omnis apparatus illo proficit, vt ingrediamur sanctam ciuitatem Dei, siue sanctum montem domini Hierusalem, non illam quæ occidit prophetas, & quæ lapidat missos ad se, sed Hierusalem cælestem: De qua crebro diximus: *Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Et iterum: *Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalẽ cælestem.* Quod vel de præsenti Ecclesia possumus intelligere, quæ toto orbe per Apostolos congregata est, vel de futura, vt impleatur illud quod Apostolus sancto spiritu prophetauit: *Rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus.* Iudæi & Iudaici erroris heredes Hebionitæ, qui pro humilitate sensus nomen pauperum susceperunt, omnesq; mille annorum delicias præstolantes, equos & quadrigas, & rhedas & lecticas, siue basternas, & dormitoria, mulosq; & mulas, & carrucas, & diuersi generis vehicula, sic intelligunt, vt scripta sunt: Quod videlicet in consummatione mundi, quando Christus Hierusalem regnaturus aduenerit, & templum fuerit instauratum, & immolatę Iudaicæ victimę, de toto orbe reducantur filij Israel, nequaquam assumptis aliis, sed Sarraco Gallico, conuiniscq; bellicis, & equis Cappadociæ atq; Hispaniæ, ac rhedis Italiæ, & matronæ eorum lecticis referantur atq; basternis, nequaquam super equos, sed super mulos Numidiæ. Qui autem senatoriæ fuerint dignitatis, & locum principum obtinuerint, de Britannis, Hispanis, Gallisque extremis hominum Morinis, & vbi bicornis finditur Rhenus, in carrucis veniant, occurrentibus sibi cunctis gentibus, quæ eorum seruituti fuerint præparatæ.

a ¶ *Quomodo si inferant filij Israel munus in,* &c.] Qui ad gentes, ait, directi fuerint, & annunciauerint eis gloriam meã: Sic adducent fratres vestros de vniuersis nationibus munus domino, cum equis, & quadrigis, & lecticis, & mulis, & carrucis, & diuersis vehiculis in montem sanctum Hierusalem, quo modo solebant filij Israel, dum eorum staret religio, & templi ceremoniæ seruarentur, offerre victimas cum psalmis in domo domini. Siue vt habetur in Hebræo, & omnes voce consona transtulerunt, in vase mundo, quod & vsque hodie offerunt in domo Dei, quæ est ecclesia, filij Israel qui mente conspiciunt Deum, hostias spirituales cum fructibus atque virtutibus animæ suæ in vasis mundis, hoc est in sanctis corporibus, De quibus Apostolus scribit: *An ignoratis quia templũ Dei estis, & spiritus Sanctus habitat in vobis? Et sumam,* inquit, *ex eis sacerdotes & leuitas, dicit Dominus:* vt qui saluati fuerint, gentibus prædicarent. De quibus vnus loquebatur: *Sic nos reputet homo quasi ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* Et Lucas Euangelista: *Sicut tradiderunt,* inquit, *nobis, qui à principio viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* De quibus & supra legimus: *Vos eritis mihi sacerdotes Domini.* Quo modo enim in abscondito Iudæus est, qui spiritu circunciditur, de quo scriptum est: Nos sumus circuncisio, qui spiritu Deo seruimus, & offerimus spirituales victimas placentes Deo: psallimusque spiritu & sensu: Sic & sacerdotes & leuitæ in abscondito sunt, qui non seriem generis sequuntur, sed ordinem fidei. Vel certè non dicit de Apostolis & Apostolicis viris, qui principes fuerunt Ecclesiæ ex populo Iudæorum, sed de enumeratis supra gentibus, de mari, de Aphrica, de Lybia, de Cappadocia, de Italia, de Græcia, de cunctis insulis, quarũ habitatores primum non audierant dominum, nec viderãt gloriam eius, & postea vertentur in sacerdotes, vt qui fuerant cauda, sint caput, & qui caput, vertantur in caudam.

b ¶ *Quia sicut cæli noui & terra noua,* &c.] Quando dicit: Assumam ex eis in sacerdotes & leuitas, ostendit verus sacerdõtium prætermissum, quod tribui leuiticæ debebatur, vbi non est electio, sed ordo naturæ, & series est familiæ per posteros descendens. *Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis trãslatio fiat,* & electio ad eos pertineat, quibus nequaquam iuxta sanguinẽ, sed iuxta merita atque virtutes sacerdotium defertur, qui venient de insulis gentium, & gloriam domini nunciabunt: Et adducentur in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. Quo modo autem cœlum nouum, & terra noua erit, & noua Hierusalem, vt nequaquam dicatur: *Cælum & terra pertransibunt.* Et iterum: *Inuoluetur cælum quasi liber, & corruptione dissipabitur terra.* Sic in omnibus nouis, nouus fiet & populus Dei, dicente scriptura: *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Et in eodem loco: *Si qua in Christo noua creatura,* eritque & populus nouus, *Primitiæ* enim *Christus, deinde qui sunt Christi in aduentu eius.* Cælumque & terra noua, de quibus inter octo beatitudines dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram.* Si quidem *omnis creatura* nunc *subiecta est vanitati in spe, propter eum qui subiecit eam. Liberabuntur autem à seruitute corruptionis in gloriam filiorum Dei.* Qui fient de hominibus filij eius, & stabunt in conspectu illius semper, & nomen eorum iugiter permanebit: vt nequaquã illis gens succedat alia, quod factum est de Iudæis: sed maneant in æternum. *Et erit,* inquit, *mensis ex mense, & sabbathum ex sabbatho:* vt de carnalibus sabbathis mensibusque fiant spiritualia sabbatha delicata, qui sabbathismus Dei populo reseruatur, & mensis spiritualis, quando à puncto vsque ad punctum luna complebitur, & suo curret ordine, vt efficiat mensem, id est, Kalendas, quæ Græcè appellantur νεομηνίαι, hoc est, mensis noui exordium, apud quos initium kalendarum, non iuxta solis cursum, & diuersa mensium spacia, sex iuxta lunæ circuitum incipit & finitur. Hæc est luna, de qua in laude veri Salomonis dicitur: *Et permanebit cum sole & ante lunam, in generationes generationum.* Quæ in Cantico Canticorum appellatur electa: *Quæ est hæc quæ processit quasi diluculum, pulchra vt luna, & electa, vt sol admirabilis?* Aiunt Physici, & quorum curæ est de cælestibus disputare, lunam non habere proprium lumen, sed solis radiis illustrari. Ab ea enim semper orbis parte completur & fulget, à qua soli vicinior est, nec vmbræ terræ obscuratur: quod & Poëta vno versiculo demonstrauit: Nec fratris radiis obnoxia surgere luna. Si hoc verum est, & nos tropologicè possumus dicere: Ecclesiam quæ pace & persecutionibus crescit atque decrescit, & oppressa tentationum tenebris rursum pristinum lumen assumit, habere splendorem à sole iustitiæ, & hoc esse quod dicitur: Splendebit luna quasi sol, habitatoresque eius iustos fulgere quasi solem in regno patris sui. Et per hos menses semen Domini, quod instauratum est in æternum, venire ad solemnitates suas: quas sanctus mystico ore resonabat, dicens: *Annos æternos in mente habui, & meditatus sum.* De sabbatho autem quod significat requiem, pleno sermone tractauimus, in eunuchorum & aduenarum prophetia: Et nunc breuiter est dicendum, eos venire in neomeniis & in sabbathis: qui sex diebus, in quibus factus est mundus, transcensis atque præteritis, festinant ad septimum diem, id est sabbathum, in quo vera est requies. De his solemnitatibus, credentes Paulus Apostolus instruebat, dicens: *Verbum enim habens*

HEB.

meum Hierusalem, dicit Dominus. a Quo modo si inferant filij Israel munus in vase mũdo in domum domini. Et assumam ex eis in sacerdotes, & leuitas, dicit dominus. b Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen

SEPT.

uitatem *Hierusalem, dicit Dominus. Quo modo si offerant filij Israel victimas suas mihi cum psalmis in domo domini, & ex eis sumam sacerdotes & leuitas, dicit dominus. Sicut enim cælum nouum & terra noua, quæ ego facio permanere in conspectu meo, dicit dominus: sic stabit semen vestrum & nomen*

bens lex futurorum bonorum. Et iterum: *Ne quis ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorũ, quæ sunt vmbræ futurorum.* Si autẽ hæc in vmbra futurorum bonorum, & in imagine præcesserunt: omnis lex spiritualiter intelligenda est: de qua idem dicebat Apostolus: *Scimus quia lex spiritualis est:* cuius mysteria & Dauid nosse cupiebat: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. De quibus omnia celeri disputatione percurrere, non est huius temporis. Si enim *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se,* quo modo nos totius legis quasi vniuersi orbis descriptionem in breui tabella conamur ostendere? Quodque sequitur: Veniet omnis caro, vt adoret in conspectu meo in Hierusalem: Sciendum quod in Hebraico non sit scriptũ, Hierusalem, vt decutiamus supercilium Iudæorum: sed tantum, in conspectu meo, vt sermo Domini compleatur, dicentis in Euangelio: *Amen, amen dico vobis, quoniam veniet hora quando neque in monte isto, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.* Et iterum: *Spiritus est Deus: Et eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Et illud Apostoli: *Leuantes sanctas manus in omni loco.* Omnis autem caro non populum Iudæorum, sed omne hominum significat genus, iuxta illud quod supra dictum est: *Videbit omnis caro salutare tuum.* Et in Ioele: *Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ:* Et in Zacharia: *Timeat omnis caro à facie Domini.* Et in psalmis: *Adte omnis caro veniet.* Quod aliis verbis in alio psalmo dicitur: *Omnes gentes quas fecisti, venient & adorabunt in conspectu tuo, & glorificabunt nomen tuum Domine.* Mensem ex mense, & sabbathum ex sabbatho: in quibus veniet omnis caro, vt adoret Deum, ridiculè interpretantur χιλιάσται, quod nos dicere possumus milliarios, vt qui in vicino sunt, omni sabbatho veniant in Hierusalem, qui longius, per menses, id est, Kalendarum orbe completo: qui valde procul, per annos singulos, hoc est, diebus paschæ siue tabernaculorum: Iuxta illud quod in Zacharia dicitur: *Ascendent ab anno in annum, vt adorent Dominum regem exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum.* Et vt maiorem risum præbeant audientibus, quod in vltimo eiusdem prophetæ Volumine scribitur: *Et non erit mercator vltra in domo Domini exercituum in die illo:* Sic interpretantur: vt negotiatores in mille annis esse desistant, quia omnia nascantur in omnibus locis, quo nec scilicet nos indigeamus folio, amomo, & pipere, nec Indi à nobis pulegium desiderent.

a ¶ *Et egredientur & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me.*] Omnis caro quæ adoratura est in conspectu Domini, vel in Hierusalem cœlesti vel in omni loco in quo leuantur mundæ manus, egredietur, vt videat cadauera hominum mortuorum, qui præuaricati fuerint in Deum. Quod vel de Iudæis intelligi potest, de quibus dictum est: *Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt.* Vel de omnibus qui habentes notitiam Dei in cordibus suis, aduersi sunt in vanitatem: vt adorent creaturam potius quã creatorem. Egredientur autem non loco, sed intelligentia. Neque enim cadauera mortuorum possunt intus esse cum Domino. Quod si omnis caro adoratura est Dominum, & ecõtrario cadauera virorum, qui præuaricati sunt in domino, æternis tradentur ardoribus, in vtramque partem, veræ carnis erit resurrectio. Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in suppliciis constitutos, quare vitio suo atque peccato carucrint electorum bono: iuxta illud quod dicitur: *Versatus sum in miseria, dum infigitur mihi spina.* Et in Prouerbiis: *Tinea ossium cor intelligens.* Et iterum sub obelo: *Sicut tinea, vestimẽtum, & vermis, lignum: sic mœror excruciat cor viri:* Ita duntaxat, vt non negent præuaricatorum, & dominum negantium, æterna supplicia: Dicente domino in Euãgelio: *Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Et in alio loco: *Ligate manus eius & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* Si manus audiuimus & pedes, & tenebras exteriores quæ oculorum pœna est lumen Dei non videntiũ, & fletũ, qui vtique & ipse ad oculos pertinet, & stridorem dentium: Miror quosdam æreum corpus, & paulatim in auras tenues dissoluẽdũ, post resurrectionem introducere: quia dominus potentia maiestatis suæ, ad apostolos clausis ingressus est ianuis. Qui certè & ante resurrectionem pendulo super mare ambulauit incessu, & hoc ipsũ apostolo præbuit Petro, vt qui fide ambulabat, infidelitate postea mergeretur, cui dictũ est: Quare dubitasti modicæ fidei? Ignis quoq; iuxta id accipiendus, quod & vermis: qui tãdiu succenditur, quam diu habet materiã, qua vorax flãma pascatur. Si quis igitur habeat in conscientia sua zizania, quæ inimicus homo dormiẽte patrefamilias superseminauit, hæc ignis exuret, hæc vorabit incendiũ. Et omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur: qui pro auro, & argento, & lapide pretioso, ædificauerunt super fundamentũ domini, fenum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni. Porrò qui volunt supplicia aliquando finiri, & licet post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his vtuntur testimoniis. *Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.* Et iterum: *Conclusit Deus omnia sub peccata, vt omnibus misereatur.* Et in alio loco sanctus loquitur: *Iram Domini sustinebo, quia peccaui ei: donec iustificet causam meam, & auferat iudicium meum, & educat me in lucem.* Et rursum: *Benedicam te Domine, quoniam iratus es mihi. Auertisti faciem tuã à me, & misertus es mei.* Dominus quoque loquitur ad peccatorem: Cum ira furoris mei transierit rursum sanabo. Et hoc est quod in alio loco dicitur: *Quam grandis multitudo bonitatis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Quæ omnia replicant, asseuerare cupientes, post cruciatus atque tormẽta, futura refrigeria, quæ nunc absconденda sunt ab his quibus timor vtilis est, vt dum supplicia reformidant, peccare desistant. Quod nos Dei solius debemus scientiæ derelinquere, cuius non solum misericordiæ, sed & tormenta in pondere sunt, & nouit, quem, quomodo, aut quamdiu debeat iudicare. Solumque dicamus, quod humanæ conuenit fragilitati: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Et sicut diaboli & omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt in corde suo: *Non est Deus,* credimus æterna tormenta: Sic peccatorum atque impiorum & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mistam clementiæ sententiam iudicis.

Commentarioru Sancti Hieronymi in Esaiam Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

POST explanationes duodecim Prophetarum, & Esaiæ, Danielis, & Ezechielis, ad extremum in Hieremiam manum mittimus: tibi frater Eusebi eiusdem Commentariolos dedicantes, vt euangelicum virum Matthæo euangelistæ copules, quem ante annos plurimos strictus sensibus te hortante c. serui. Et quia volumen longissimum est, & in plerisque manifesta historia texitur: illud prudentiam tuam admoneo, ne quæras in hoc latam explanationem, super his maximè, quæ iam & in prophetis aliis dicta sunt, & per se patent intelligentiæ. Sicque conabor notariorum manu scribere, vt nihil desit in sensibus, cum multum desit in verbis. Stamina tibi atque subtegmina & licia præparabo: tu pulcherrimam vestem ipse conficito, vt non solum nos audire, sed etiam docere possis & alios. Libellum autem Baruch, qui vulgo editioni Lxx. copulatur, nec habetur apud Hebræos, & Ἰουδαϊκὸν ψεῦδος Epistolam Hieremiæ, nequaquam censui disserendam: sed magis Hieremiæ ordinem, librariorum errore confusum, multaque quæ desunt, ex Hebraïs fontibus digerere, ac complere, vt nouum ex veteri, verumque pro corrupto atque falsato prophetæ teneas, parumpendens obtrectatorum rabiem, qui non solum verba, sed syllabas quoque nostrorum verborum calumniantur: in eo se scire aliquid arbitrantes, si de alienis operibus detrahant, vt nuper indoctus calumniator erupit, qui Commentarios meos in Epistolam Pauli ad Ephesios reprehendendos putat. Nec intelligit, nimia stertens vecordia, leges Commentariorum, quibus multæ diuersorum ponuntur opiniones, vel tacitis, vel expressis auctorum nominibus, vt lectoris arbitrium sit quid potissimum eligere debeat, decernere: quamquam & in primo eiusdem operis libro præfatus sim, vel me propria vel aliena dicturum, & ipsos Commentarios, tam veterum scriptorum esse, quam nostros. Quod non videns præcursor eius Grunnius, olim nisus est carpere. Cui duobus respondi libris, quæ iste quasi sua profert, & alioiam calumniante purgata sunt, vt præteream contra Iouinianum volumina, in quibus dolet virginitatem nuptiis, & nuptias digamiæ, & digamiã polygamiæ esse prælatam. Nec recordatur stolidissimus & scortorum pultibus prægrauatus, nos in ipso dixisse opere: Non damno digamos, imo nec trigamos, & si fieri potest, octogamos: plus aliquid inferam, etiam scortatorem recipio pœnitentem, quidquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est. Legat eiusdem operis Apologiam, quam ante annos plurimos aduersus magistrum eius, gaudens Roma suscepit: & tunc animaduertet alienis se vocibus blasphemare, & in tantum esse imperitum, vt ne maledicta quidem habeat propria: sed inimicorum etiam olim sepultorum contra nos vtatur rabie. Sed iam propositum opus aggrediendum est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Verba Hieremiæ filij Helkiæ de sacerdotibus, &c.] Cæteri Prophetæ, vt Esaias, Osee, Ioel, fuerũt ante captiuitatẽ decẽ tribuũ Israel, siue duarum tribuum, Iudæ & Beniamin. Alij post captiuitatem: vt Daniel, Aggeus, & Zacharias. Hieremias autem & Ezechiel imminente captiuitate vaticinium texuerunt: sed alter eorũ in terra Iuda, alter in Babylone. Hieremias cum esset adhuc puer, prophetare cæpit anno tertiodecimo Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Prophetauitque in imperio eius annis decem & nouem, & postea sub Ioachim filio eius annis vndecim, & sub Sedechia, qui vltimus fuit regum Iuda, annis vndecim, vsq; ad quinti mensem, quando à Babyloniis capta est Hierusalem. Ioachaz vero & Iechoniæ terni menses (quorũ alter in Ægyptum, alter cum matre ductus est in Babylonem) in supradictis annis computãtur, ac per hoc ab exordio prophetiæ suæ vsq; ad captiuitatem Hierusalem, in qua & ipse captus est, prophetauit annis quadraginta & vno: præter illud tẽpus quando ductus est in Ægyptum. Ibiq; prophetauit in Taphnis, vt hoc ipso volumine continetur. Proverbis Hieremiæ: Lxx. posuerunt, verbum Dei quod factum est ad Hieremiam: hoc videlicet sensu, quod verba Hieremiæ verbum sit domini. Fuit autẽ de genere sacerdorum qui habitabant contra septentrionẽ Hierusalẽ in tertio milliario in viculo Anathot. Simulque admirabilis clemẽtia domini, quod iã captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallante Hierusalẽ, nihilominus populum ad pœnitentiã prouocat, malens saluare conuersos, quã perdere delinquentes. Pro transmigratione, quod omnes alij voce cõsona trãstulerũt, Lxx. posuère, captiuitatem. Post exordium autẽ vaticinationis Hieremiæ, tricesimo quinto prophetiæ eius anno, Ezechiel in Babylone his qui cum eo capti fuerant exorsus est prophetare.

Verba Hieremiæ filij Helkiæ de sacerdotibus, qui fuerũt in Anathot in terra Beniamin. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechiæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Hierusalem, in mense quinto.

[b] *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te: prophetam gentibus dedi te.*

b ¶ *Et factum est verbũ domini ad me dicens: Priusquã te formarem,* &c.] Non quod ante cõceptionẽ, vt hæresis suspicatur, fuerit Hieremias: sed quo præscierit eum futurum dominus: cui nec dum facta, iam facta sunt, secundum illud quod Apostolus loquitur: *Qui vocauit ea quæ non erant, quasi ea quæ essent.* Quod autem sanctificatur in vtero, iuxta illud Apostoli debemus accipere: *Postquam autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suã, vt reuelaret filium suum in me: vt euangelizarem illum in gentibus.* Ioannes quoque Baptista sanctificatur in vtero, & sanctũ spiritũ accipit, & mouetur in vulua, & per os matris loquitur. Quod autem dixit: propheram gentibus dedit te, illud vult intelligi, quod in ipso postea propheta lecturi sumꝰ, quod

quod non solum Hierusalem, sed & multis in circuitu gẽtibus prophetarit. Quidã hunc locũ super saluatore intelligũt, qui propriè propheta gentium fuit, & per apostolos vocauit omnes nationes. Iste enim verè priusquam in vtero virginali formaretur, & antequã exiret de vulua matris, sanctificatus in vtero est, & notus patri, quippe qui semper in patre, & in quo semper est pater.

a ¶ *Et dixi ah, ah, ah, domine Deꝰ, ecce nescio loqui,* &c.] Detestatur officium quod pro ætate nõ potest sustinere: eadem verecũdia qua & Moyses tenuis & gracilis vocis esse se dicit. Sed ille quasi magnæ robustæque ætatis corripitur, huic pueritię datur venia, quæ verecundia & pudore decoratur.

b ¶ *Et dixit dominus ad me: Noli dicere,* &c.] Ne ætatem, inquit, consideres: alio enim prophęta loquente didicisti: *Caui hominis sunt sapientia eius:* tuæ sit tantum voluntatis vt pergas, me habetis comitem: quo cuncta adiuuante complebis: *aperi os tuum, & implebo illud.* Nec consideres multitudinem eorũ ad quos & contra quos locuturus es: sed me qui tecũ sum, vt eruam te, dicit dominus. Liberat autem dominus, non quo propheta persecutionibus careat & angustiis: quippe cum legamus eum multa perpessum, sed vt patiens omnia superet, ne cedat angustiæ.

c ¶ *Et misit dominus manũ suam, & tetigit os meum,* &c.] Notandũ quod hic manus mittatur Dei quæ tangat os prophętæ, & dicatur ei: *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* In Esaia autem scriptũ sit: *Et missus est ad me vnus de Seraphim & in manu habeat carbonem quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ & dixit: Ecce tetigit iste labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua mũdabit.* Ibi enim quia solidæ & perfectæ ætatis erat, & ipse simpliciter confitetur quod immunda labia habeat, & habiret in medio populi polluta labia habentis, mittitur vnus de Seraphim, qui nõ manu, sed forcipe & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat & mundat peccata. Hic autẽ ipsius Dei manus mittitur, per quã cuncta operatus est, & quæ in alio loco brachiũ dicitur: non vt peccata auferat quæ per pueritiam multa non fecerat: sed vt loquẽdi gratiam tribuat. Porro Ezechiel librũ deuorat & intus & foris scriptum: tam sacramenta diuina, quam simplicem historiam continentem. Hieremiæ os tangitur, & domini verba tribuuntur, vt confidentiam accipiat prædicandi. Pulchreq; iuxta litteram manus mittitur, vt humanorum artuum videns similitudinem, tactum manus non reformidet.

d ¶ *Ecce ego constitui te hodie super gentes: vt euellas & destruas, & dispergas, & dissipes,* &c.] Hoc quod nos de Hebraico addidimus, dissipes siue deponas: in Lxx. nõ habetur. Et considerandũ, quod quatuor tristibus duo læta succedãt. Neque enim ædificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicarentur pessima. *Omnis* enim *plantatio, quam non plantauit cælestis pater, eradicabitur*: & ædificatio quæ supra petram non habet fundamentum, sed in æterna extructa est, sermone Dei suffoditur atq; destruitur. Illam autem quam consumet Iesus spiritu oris sui, & destruet aduentu præsentiæ suæ, omnem scilicet sacrilegam peruersamque doctrinam, disperdet in perpetuum. Porrò ea quæ eleuantur contra scientiam Dei, & in sua confidunt sapientia, quæ apud Deum stultitia est, dissipabit atq; deponet, vt ædificentur pro his humilia, & in locũ superiorũ, quæ destructa sunt & euulsa, extruantur atque plantẽtur quæ ecclesiasticæ cõueniunt veritati, & impleatur illud quod dicit Apostolus: *Dei ædificatio, Dei agricultura estis*: Multi hunc locum super persona Christi intelligunt: Hieremias enim, interpretatur excelsus domini, qui destruxit regna diaboli, quæ sibi in montis ostenderat excelso, aduersarias perdidit potestates, delens chirographum errorum in cruce. De quibus & in psalmo post historiæ veritatem προφητικῶς loquitur: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Pro his enulsis, destructis, & perditis, & in inferiora detractis, ædificatur, atque plantatur ecclesia Dei. Super Hieremiæ autem persona nulla dubitatio est. Legimus enim in consequentibus, quod in manu accipiat calicem meri plenum, & propinare iubeatur cunctis in circuitu nationibus:

e ¶ *Et factum est verbum domini ad me, dicens: Quid tu vides Hieremia? Et dixi, virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me,* &c.] Provirga vigilante: Lxx. baculũ nucetm transtulerunt. Laborandũ igitur nobis est, vt breuiter Hebręã etymologiã Latinus lector intelligat. a שקד nux dicitur, vigilia autẽ vel vigil, siue vigilare, appellatur b שקד: vide & in posterioribus, pardus vigilans hoc nomine appellatur. Ab eo igitur quod dicitur nux, propter verbi similitudinem ad vigilis intelligentiam nomen allusit,

Hebr.

Sept.

Et dixi, O Domine Deus, nescio loqui, quia iuuenis sum.

Et dixit dominus ad me: Noli dicere, puer sum; quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis; & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam & tetigit os meum, & dixit dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore meo. Ecce ego constitui te hodie super gentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et factum est verbũ domini ad me, dicens: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: virgã vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbum meum vt faciam illud. Et factum est verbum domini secundo ad me dicens: quid tu vides? & dixi, ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit dominus ad me: ab Aquilone aperiẽtur (siue exardescent) mala

quod quidem & in Daniele iuxta Theodotionẽ scriptum est, vt arboribus σχίνου & φοίνικος, ilice videlicet & lentisco, scisso atque sertatio adulteris presbyteris decernatur. Alioquin & in principio Geneseos à viro qui dicitur c אישׁ, mulier appellatur d אשׁה, quasi quædam virago, eo quod de viro sumpta sit. Pro baculo nuceo, virgam vigilantem, Aquila & Symmachus: Theodotio verò amygdalinam trãstulerunt. Vigilat autem virga, cuncta populi peccata considerans, vt percutiat & corripiat delinquentes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Ista est virga vel baculus de qua Dauid loquitur: *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sũt.* Pulchreque posuit, consolata sunt. Ad hoc enim dominus corripit, vt emendet. Et quo modo nux siue amygdalus amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis austerioribus & duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, & labor cõtinentiæ, amara quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est: Literarum radices amaræ, fructus dulces. Quidam virgam vigilantem atque nuceam, intelligũt dominum de quo dicit Esaias: *Exiet virga de radice Iesse.* Vnde & virga Aaron quæ putabatur emortua, in resurrectione domini floruisse narratur.

f ¶ *Et factum est verbum Domini secundo ad me dicens: quid tu vides? & dixi, ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me, ab Aquilone aperientur, siue exardescent,* &c.] Quibusdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, vt paulatim veniant ad salutẽ. Qui noluerint percutiente virga emendari, mittuntur in ollam æneam, atq; succẽsam, de qua plenius scribit Ezechiel, quæ à facie Aquilonis accenditur, Babyloniorũ regem significans, & vrbẽ Hierusalem. Pulchreque infertur: *Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ,* vel certè vniuersæ terræ, de quib. in Apocalypsi scriptũ est: *Væ super omnes habitatores terræ.* Sãcti enim non sunt habitatores terræ, sed aduenę atq; peregrini, quorum vnus dicit: *Aduena ego sum super terrã, & peregrinus sicut omnes patres mei.* Et alius: *Parui sunt & pessimi dies mei, quibus ego peregrinor in terra.* Vnde & Petrus Catholicam Epistolam scribit aduenis atque

peregrinis, Ponti, Galatiæ, & Cappadociæ. Et iuxta mysticos intelle-
tus Salomon loquitur: *Aquilo durus ventus*, nomine autem dexter vocatur, ab his videlicet qui eius obriguere frigore, & calorem fidei perdiderunt.

a ¶ *Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis*, &c.] Nulli dubium, multas gẽtes & singularum gentiũ reges, Babylonio regi fuisse subiectos, qui obsessa Hierusalẽ posuerunt in circuitu, & maximè in exitibus portarũ thronũ suũ atq; tẽtoria, ne quis eorum qui clausi erãt posset erumpere, & nõ solum Hierusalem, sed & omnes vrbes Iudææ simili obsidione vallatas. Cumq; ait, capta fuerit ciuitas, tunc loquar ad eos recta fuisse iudicia mea, & recepisse singulos quæ merebãtur, non pro cæteris vitiis quibus subiacet humana conditio, sed maximè pro idololatria, per quam deserentes me, adorauerunt opera manuum suarum. Quidam hunc locum in bonam partẽ accipiunt, quod videlicet hi qui in olla ænea excocti fuerint per cruciatus, atque purgati, postea principes sint Hierusalem: & postquam misertus eorũ fuerit dominus tunc exprobret eis, quia se deserto, simulchra venerati sunt. Sed hæc violenta & prauа interpretatio est, nec calumniam faciat tractator indoctus.

B b ¶ *Tu ergo accinge lumbos tuos*, &c.] Et Iob præcipitur, vt accingat lumbos suos, & apostolis, vt accinctis lumbis (quos Helias & Ioannes Baptista zonis mortificauere pelliceis) lucernas teneãt in manibus suis, prædicationis videlicet euãgelicæ. Quicũq; igitur sermones locuturus est Dei, debet accingere lũbos suos, sciens quod diaboli omnis virtus in lumbis sit, & iustus dicat in psalmis: *Lumbi mei impleti sunt illusionib⁹*. Cúq; accinxerit lũbos, audiat illud quod scriptum est: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus, vt sẽper vigilãs & de sõno cõsurgẽs, loquatur quæ sibi præceperit Deꝰ.

c ¶ *Ne timeas à facie eorum*, &c.] Siue vt Lxx. & cæteri habẽt interpreres, ne forte timere te faciã. Et est sensus iuxta translationẽ nostrã. Noli timere à facie corũ, me enim adiutore, eos timere nõ poteris. Iuxta Lxx. Noli timere à facie eorum, habeto meæ confidẽtiã iussionis. Si enim nõ obtuleris quod habes, vt timere desinas, derelinquam te, & tradã timori, & quãmodo videbor timere te facere, dũ relinquo formidini. Hoc autẽ significat, quod semper amanda sit veritas, nec timenda hominum multitudo, qui increpiti correptionẽ non sustinẽt, sed insidias tendunt ei à quo corripiuntur. Quodq; iuxta Lxx. sequitur: *quia tecum sum vt liberẽ te, dicit dominus*, in Hebraico nõ habetur. Et est sensus: Eruã te nõ in eo, vt tibi nullus insidietur, sed in eo vt patiẽs insidias nõ delinquas.

d ¶ *Ego quippe dedi te hodie* (siue *ecce posui te in hac die*) *in ciuitatem munitã, & in columnam*, &c.] Describit sermo diuinus, cur propheta timere non debeat. Ego, inquit, posui, siue dedi te hodie, hoc est, in præsenti vita, donec vocatur hodie, quasi ciuitatem firmissimã, non vt vnã domum, nec turrem aut aliqua mœnia, sed omnem ciuitatem, quæ sita super montem latere non potest: De qua scriptum est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*. Et, ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Et in columnam, inquit, ferream, de qua scribit Apostolus: *Columna & firmamentum veritatis*. Vnde *Petrus & Ioannes qui putabantur colũnæ ecclesiæ, dextras dederunt Paulo & Barnabæ cõmunionis*. Nec hoc sufficit, sed in murũ, ait, æneum, qui nulla violatur rubigine, nec cæsus imbribus deperit, sed vetustate fit fortior. Eris autem talis contra reges & principes, & populum, non cuiuslibet loci, sed terræ: id est, eorum qui terrena sapiunt, & cælestia non nouerunt, qui habent imaginẽ χοϊκοῦ & non cælestis. Hi, inquit, bellabunt aduersum te, & non prævalebunt. Cur quæso? Quæ est tantæ fortitudinis causa, vt vt nec reges nec principes, nec sacerdotes, nec populi aduersus vnum prævaleant? Sequitur: Quia tecum ego sum, ait dominus, vt liberem te. Si quãdo reges Iuda, quæ interpretatur confessio, & principes eius, & sacerdotes, & populi, episcopi videlicet, & presbyteri, & diaconi, & vulgus vile atque ignobile, contra sanctum virum consurgere voluerint, habeat fidei firmitatem, & timere desistat, quia domino auxiliante superabit.

C *Gal.4.b*

Iob.4.a Luc.12.d 4.Reg.1.b

Matt.3.a

Iob.40.b Psal.37.b Ephe.5.d

Matt.5.b Psal.86.a Esa.27.a Sed.70. 2.Tim.3.d

mala super omnes habitatores terræ. [a] Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, ait dominus. Et venient & ponent vnusquisq; solium suum in introitu portarũ Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iudæ. Et loquar iudicia mea cum eis super omni malitia eorũ, qui dereliquerunt me, & libauerũt diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. [b] Tu ergo accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. [c] Ne timeas à facie eorũ: nec enim timere te faciam vultum eorum (quia tecum sum vt liberem te, dicit dominus.) [d] Ego quippe dedi te hodie (siue ecce posui te in hac die) in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terrã regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait, dominus, vt liberem te.

CAPVT II.

ET [e] factum est verbum domini ad me, dicens: Vade & clama in auribus Hierusalẽ, dicens.

HEB.	SEPT.
[f] Hæc dicit dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta me es in deserto, in terra quæ non seminatur. [g] Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum delinquẽt, mala venient super eos, dicit Dominus. [h] Audite verbum domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel. Hæc dicit dominus: Quid	*Hæc dicit Dominus. Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ.*

inuenerunt patres vestri in me iniquitatis: quia elõgauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem & vani facti sunt. [a] Et non dixerunt, vbi est dominus qui ascẽdere nos fecit de terra Aegypti qui transduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam per terram sitis & imaginẽ mortis, per terrã in qua nõ ambulauit vir neq; habitauit homo. [b] Et induxi vos in terrã Carmeli, vt comederetis fructũ eius, & bona illius & ingressi cõtaminastis terrã meã, & hæreditatem meã posuistis in abominationẽ. [c] Sacerdotes nõ dixerũt vbi est dominus? & tenẽtes legẽ nescierunt me, & pastores prævaricati sũt in me, & prophetæ prophetauerũt in Baal, & idola secuti sunt. [d] Propterea adhuc iudicio contendam vobiscũ, ait dominus, & cum filiis vestris disceptabo. [e] Trãsite ad insulas Cethim & videte, & in Cedar mittite, & cõsideratevehemẽter, & videte si factũ est huiuscemodi, si mutauit gens deos (siue deos suos) Et certe ipsi nõ sunt dij: populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum (siue de quo ei nihil proderit.)

HEB.	SEPT.
[f] Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ & foderũt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ cõtinere nõ valent aquas. [g] Nunquid seruus est Israel aut vernaculus? [h] Quare ergo factus est in prædã, super eum rugierunt leones, & dederũt vocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem, ciuita-	*Obstupuit cælum super hoc, & inhorruit extra modũ & vehementer.*

Gen.32.g

Psal.113.c

b Carmel

Ephe.4.c

Psal.133.a

Psal.13.b

Psal.50. Rom.3.a

D *a Katatha*

Ezech.16.b

Psal.73.a Num.5.b

Psal.26.a

Matt.18.a

Mi.b.9.a

E

F

G

H

Isa.49.f Psal.119.b

Exod.20.a

c samaim

Ioan.8.d Ibid.

Rom.6.d

Deut.32.a Esa.1.a

Gen.9.d

e ¶ *Transite ad insulas Cethim*, &c.] Cõparationẽ facit eius rei quæ incõparabilis est, & verum Deum confert mendacibus. Ite, inquit, ad insulas Cethim: quas vel Italiæ, vel Occidentalium partiũ debemus accipere, ab eo quod terræ Iudææ Cyprꝰ insula, in qua vrbs hoc vocabulo nũcupatur, vicina sit: De qua & Zeno princeps Stoicorũ fuit. Cedar autẽ regio est solitudinis & Ismaëlitarum quos nunc Saracenos vocant, cõra quã hui⁹ipsius prophetæ in extremis partib. texiturvaticiniũ. Et cuius meminit Dauid dicens: *Habitaui cũ habitãtibus Cedar: multũ peregrinata est anima mea*. Et est sensus: Vel ad Occidẽtẽ pergite, vel in solitudinem mittite, & videte si quages hoc fecerit quod vos fecistis: nulla enim earũ spreuit deos suos: nec ligneos & lapideos aureorũ cõparatione mutauit: sed antiquũ errorẽ secuta, tenuit quod à maioribꝰ acceperat. Et certe hoc, cũ nullus eorũ Deus sit, sed simulachra hominũ ficta manu. Populꝰ vero meꝰ mutauit mẽdacio veritatẽ & idolum mihi prætulit, quod eis necessitatis tempore prodesse nõ poterit. Possumus hoc, & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur vitia quam virtutes: quos monet Apostolus dicens humanũ loquor propter infirmitatẽ carnis vestræ. *Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruientia immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vestra seruientia iustitiæ in sanctificationẽ.*

f ¶ *Obstupescite*, &c.] Cælum cui dictum est: *Attende cælum, & loquar*, Et *audi cælum, & auribus percipe terra*: videns Dei præcepta calcata, inhorrescit & stuporem dissimulare non potest. *Omnis* enim *creatura congemiscit & condolet* super peccatis hominum. Duo autem populus Dei fecit aduersa. Primum, vt relinquerent Deum qui est fons vitæ, & præceptum dedit dicens: *Ego dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti*. Secũdũ quod in eodẽ loco scriptũ est: *Nõ sint tibi dij in cõspectu meo*: pro quo secutus est dæmones quos dissipatas cisternas vocat, eo quod Dei mandata seruare non valeant. Et hoc attendendũ, quod fons perpetuus est, & vitales haber aquas, Cisternæ autẽ & lacus, vel de torrentib. vel ex aquis turbidis terra complentur & pluuiis. Portas autẽ cælorũ illas vocat, de quib & in vigesimotertio psalmo scriptũ est: *Leuate portæ capita vestra, & introibit rex gloriæ*. Pro quo Lxx. transtulerunt: *Leuate portas principes vestras*, de quibus plenius suo dicetur loco. Quodq; Aquila & Symmachus, cælos, Lxx. vero & Theodotio cælum, interpretati sunt, nullum moueat. Hebraicum enim [c] שמים communis est numeri, & tam cæli quam cælum eodem appellantur nomine, vt Thebæ, Athenæ, & Salonæ.

g ¶ *Nunquid seruus*, &c.] Puto ex hoc loco in superbiã elatos, saluatori dixisse Iudæos: *Semẽ Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã*, quo modo tu dicis, liberi eritis: Ne scientes quod omnis qui facit peccatum, seruus peccati sit, & seruiat vnusquisq; ei à quo vincitur. Nati ergo de amico Dei Abraham, vitio suo facti sunt quasi filij Cham: cui dictum est: *Maledictus Chanaan, seruus erit fratribus suis*.

h ¶ *Quare ergo factus est in prædam? super eum rugierunt Leones, & dederunt vocẽ*, &c.] Interrogat sermo diuinus vt ipse respondeat. Leones autem vocat principes Babalonis: qui terram eius posuerunt in solitudinem, & ciuitates illius

incendio deleuerunt. Vel certè iuxta Anagogen: Leones intelligamus aduersarias potestates, aut hæreticorũ principes, qui terrã ecclesiæ desolantes, omnes illius vrbes hæretico incendio vastauerũt: & illo igne de quo scriptum est, omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. Illi enim vere dãt vocem suam, & in hoc eodem propheta sub perdicis persona clamãt: Cógregãt quæ nõ pepererunt, faciuntq; diuitias non cũ iudicio. Propterea autẽ vrbes illius vastatæ sunt & deletæ: quia nõ habẽt habitatorẽ Deũ dicente scriptura: *Et non est qui habitet in eis.*

a ¶ *Filij quoque, &c.*] Hoc quod nos diximus eo tempore quod ducebat te per viam: in Lxx. non habetur. Duas autem vrbes maximas Ægypti, Memphim & Taphnim nominat, earumq; dicit filios cõstupratos Israel vsq; ad verticem, illo sensu quo Esaias posuit: *A planta pedis vsq; ad verticẽ non est in eo sanitas.* Tanta enim fuit libido Ægyptiorum qui sunt magnis carnibus, vt nulli parcerent membro, sed omnia cõstuprarent. Iuxta literam refertur ad idola Ægyptiorum, iuxta intelligentiam spiritualẽ ad magistros peruersi dogmatis, qui ecclesiæ puritatem, sua polluũt turpitudine. Hæc autem idcirco eueniunt ei, quia dereliquit dominum Deum suum & illo maxime tempore quo ipsum ductorem sequi debuit.

b ¶ *Et nunc quid tibi vis in via, &c.*] Pro Sihor nos turbidam interpretati sumus, quod verbum Hebraicum significat pro quo communis editio habet, Gehon. Quia ergo supra filios Memphis & Taphnis posuerat, qui constuprauerunt Israel vsque ad verticem, nunc manifestius ipsam Ægyptũ nominat. Nullique dubium quin Nilus aquas turbidas habeat, & quod fluuium Assyriorum Euphraten significet, dicẽte scriptura, quod repromissionis terra sit à torrente Ægypti, vsq; ad fluuium magnum Euphraten. Qui autem Christum reliquerint fontem vitæ, & hæreticorũ sibi foderint lacus, qui aquas doctrinarum continere non possiunt, necesse est vt Leonibus subiaceant: qui redigant terrã eorum in solitudinem, & vniuersas ecclesias destruant, & vsque ad verticem polluantur, & bibant aquas turbidas, & fluenta Assyrij fluminis & aquilonis, vnde exardescunt mala super terram.

c ¶ *Arguet te malitia tua, &c.*] Notandum quod malitia siue præuaricatio, postquam saturauerit præuaricantem, & instar coturnicum vsque ad nauseam venerit, eruditat agentẽ pœnitentiam, cui imperatur vt videat quid reliquerit, & quid secutus sit, & quo modo spernens bona & dulcia mala, & amara elegerit. Hoc autem totum factum est: quia dereliquit dominum Deum suum, & timor illius non est apud eum. *Principium* enim *sapientiæ timor domini*: quem quia non habuit, malo & amaritudini traditur.

d ¶ *A sæculo confregisti iugum, &c.*] Quasi ad meretricem loquitur Israel, quod cõiugalia fœdera ruperit, & dixerit, nõ seruiam, subauditur domino, vel marito: sed in omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso postrata fuerit idolatriæ. Amæna enim semper & excelsa loca idolis dedicantur. Potest hoc ad eum dici, qui ab initio Christianus, & ex parte sacris literis eruditus, postea desiderio sæcularis literaturæ, quæ significatur in collib. & amœnæ eloquentiæ, quæ in frondosis mõstratur arboribus prosternat se dæmonibus, qui sub occasione eruditionis, & sublimis scientię polluũt creditũ animas, & diuaricare faciũt pedes suos omni trãseũti.

e ¶ *Ego autem plantaui te vineam, &c.*] Pro vinea frugifera siue electa, in Hebræo d שׂרק habetur, quæ in Esaiæ Cãtico ponitur. Est autem genus vitis optimæ, quo furculo & Israel dominus plantasse se dicit, & miratur quo modo semen verum electaq; vinea cõuersa sit in amaritudinẽ, & ideo facta sit vinea aliena: nullusq; securus sit, si & plantatio domini & semen verum, & vinea sorek, in tãtũ suo vitio commutatur, vt per amaritudinẽ recedat à domino, & fiat vitis aliena. Et in hoc cõsideranda clemẽtia saluatoris, quod qui in euãgelio dixit: *Ego sum vitis vera*, discipulis quoque suis dederit, & credẽti in se populo, vt vitis electa vel vera sit, si voluerit in eo quod plantata est, permanere.

f ¶ *Si laueris te nitro, & multiplicaueris, &c.*] Pro herba e בורית quam nos vt in Hebræo posita est vertimus. Lxx. transtulerunt πάαν, vt significarent herbam fullonum, quæ iuxta ritũ prouinciæ Palestinæ in viridibus & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandẽ vim habet quam & nitrũ. Nitrũ autẽ nostrum, & herba fullonis pœnitentia est. Ecclesiastic⁹ quoq; sermo, qui arripuit & increpat, & corripit delinquentes, mordacioris nitri habet similitudinẽ. Qui vero leui peccatorũ sorde maculatus est, leuioribus purgatur monitis. Porro peccata grauia quæ ad mortẽ trahunt, nec nitro nec herba borit dilui possunt: sed grauioribus tormẽtis indigẽt. *Vniuscuiusque* enim *opus quale sit, ignis probabit, & igne reuelabitur.* Pulchreque addidit: Maculata es iniquitate tua in cõspectu meo: quod etiãsi hominib. mũda videaris, mihi mũda nõ es, qui noui cõsciẽtias singulorũ. Vnde & in alio loco dicitur: *Nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs.*

g ¶ *Quo modo dicis, &c. in cõualle.*] Siue valle, quæ Hebraice dicitur f גיא & à Lxx. interpretatur πολυάνδριον, quod sermone nostro dici potest, sepulcrum multitudinis. Frustra, inquit, non vis confiteri scelera tua, & iactas mũditiam, quæ idololatriæ polluta est sordib. & impudẽter negas te coluisse idolũ Baalim. Respice conuallẽ filij Ennõ, quæ Siloe fontibus irrigatur: & ibi cernes delubrũ Baal, quem relicto Deo venerata es. Quodque additur, scito quid feceris, clausos oculos operit denegantis, vt cernat quod erubescit aspicere. Iuxta tropologiam, impudentiam frontis eorum qui nolunt sua vitia confiteri, operibus arguamus. Huiuscemodi enim homines, non ambulant in arta & in angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in lata & spaciosa, per quam ingrediuntur plurimi quæ ducit ad mortem. Vnde & significãter πολυάνδριον nominata est, siue iuxta historiam, quod ibi interfecta, & perdita sit idololatriæ malo, populi multitudo.

h ¶ *Cursor leuis explicans vias suas, &c.*] Multũ in hoc loco Lxx. editio ab Hebraica veritate discordat, tamen vtraque habet sensum suum. Quia supra dixit, non sum polluta, & quasi ad mulierem, quæ turpiter se gesserat loquebatur, describit fornicationem eius. Quo modo inquit, caprea leuis quam nos genere cõmuni, cursorẽ diximus, significantiusq; Aquila, Symmachus, & Theodotio vertere ἀρομεὺς κούφη, explicat vias suas, & velox fertur ad pabula, & sicuti onager assuetus in solitudine trahit in desiderio animæ suæ ventum vel spiritum amoris sui. Vno enim apud Hebræos nomine g רוח & ventus appellatur & spiritus: Sic & Israel siue

HEB.	SEPT.
Ego autem plantaui te vineam electã omne semen verũ quo modo cõuersa es mihi in prauum vinea aliena?	*Ego autem plantaui te vineam frugiferam omnem veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena?*
Ad vesperam vox eius vlulauit: vias suas dilatauit super aquas solitudinis, in desiderio animæ suæ spiritum ventum	*Ad vesperam vox eius vlulauit: vias suas dilatauit super aquas solitudinis, in desiderio animæ suæ attraxit*

siue Hierusalem toto impetu ad desiderium libidinis ferebatur, & omni idolorum amore feruebat: nullusque est qui eam suis monitis posset ab hoc impetu auertere: non quo impossibilitas hoc fecerit prophetarum, sed malitia peruersa cupientis. Quicunque ait, eam quæsierint, non magnopere laborabunt. In menstruis & in immunditia eius inuenient eã. Pro quo Aquila *νεουενίαν*, hoc est, Kalendas, Symmachus, mensem. Lxx. & Theodotio; humilitatem interpretati sunt. Porro iuxta Lxx. hic sensus est: Meretrix Hierusalem, iuxta illam mulierem quæ in prouerbiis describitur: Ad vesperam vlulabat voce sua, & amatores ad libidinem prouocabat, aperiebat vias turpitudinis suæ, & diuaricabat pedes omni trãseunti. Erat autem locus amœnitatem habens aquarum fluẽtium, qui delectabilior fit, quãdo in circuitu solitudo est, vt nullus videat fornicantem. In desiderio, inquit, animæ suæ *πνευματοφορείτο* siue peruerso spiritu ducebatur, siue trahebat amoris refrigerium, vel certè canebat turpitudinis suæ carmina. Tradita est, inquit, vitiis suis & libidini, nullus eam cõuertere poterit, omnes qui voluerint eam inuenire in turpitudinis humilitate reperient, vt numquam possit voluptatis amore satiari.

a ¶ *Prohibe pedẽ tuũ, &c.*] Pascha facturi, calciamenta iubẽtur habere in pedibus. Et Apostolus, calciatos prædicat pedes eorum qui euãgelio præparantur, ne dũ per sæculi huius solitudinem gradiuntur, venenatis patent animantib. quæ debent euangelico pede calcari & conteri. Guttur prohibemus à siti quando saluatoris præcepta implemus, dicentis: qui sitit veniat ad me & bibat: Quæ desperatione meliorum negauit se facturam quod dominus imperauit, causamq; exposuit dicẽs: Adamaui alienos & illos sequar, impudenti confessione putans se crimina deuitare. Porro iuxta Lxx. via peccatorum aspera est, quæ à domino conuertitur in viam planam. Quicunque hæreticos sequitur, horum versuum noterur elogio, quod dixerit, desperaui, siue in malo proposito agam viriliter, & in meo cõfortabor errore. Necesse autem est, vt qui alienam ab ecclesiastico doctrinã sequitur alienos diligat, & eorum sequatur vestigia, vel dæmones, vel hæreticorum principes, qui à Deo alieni sunt.

b ¶ *Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, &c.*] Quamuis sit impudens & procax vultus furantium, tamen erubescit cum in furto fuerit deprehensus. Et Israel ergo dicens ligno, *pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti*, vt eos vocaret parentes, quos ipse fabricatus est, confunditur cum in sua, idololatria fuerit deprehensus. Et ne putemus hoc de plebe eum dicere: reges ponit, & principes, & sacerdotes, & prophetas eorum. Vtamur hoc testimonio contra principes nostros, & contra hos qui in ecclesia putantur duces, cum in peccatis turpibus fuerint deprehensi.

c ¶ *Verterunt ad me tergũ & non faciem, &c.*] Qui proiiciũt sermones Dei retrorsum, ipsi vertunt contra eũ tergum & non faciem: Quando enim magister præcipit, obedientis indicium est, si demisso contra audiat capite. Sin autem vertat tergum, signũm est contemnentis. vt in alio loco scriptũ est: *Et verterunt ad me scapulam recedentem.* In tãtum, inquit Deus, mea contemsere præcepta, vt ne audire quidem voluerint, sed tumorem animi, gestu corporis indicarint.

HEB.	SEPT.
Deuorabit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator, generatio vestra, Videte verbum domini: Nũquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina: Quare ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus vltra ad te.	*Deuorauit gladius prophetas vestros: Quasi leo vastator, & non timuistis. Audite verbũ domini: hæc dicit dominus: Nunquid solitudo factus sum Israeli: aut terra plena sentiũ: quia dixit populꝰ meus, non seruiemus nec veniemus ad te.*

a Numquid

d ¶ *Et in tempore afflictionis suæ dicent, &c.*] Qui per beneficia non senserunt, per tormenta sentient Deum.

e ¶ *Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi &c.*] Impudens postulatio, tempore necessitatis & angustiæ ab eo quærere auxiliũ, quem in pace contempserint: Legendumque increpantis affectu, liberent te dij tui, quos fecisti tibi, vt cum Deus creator sit hominum, homo fecerit Deum, probet necessitas quid possint quos securus ante coluisti.

f ¶ *Secundum numerum quippe. &c.*] Vel eosdem, vel singulos, atque diuersos singulæ ciuitates colebant deos, vt nec in impietate viderẽtur habere consensum: sed pugnans contra superstitio, diuersũ sequeretur errorem. Quodq; sequitur & iuxta numerum viarum Hierusalem immolabant Baal, à Lxx. additum est.

g ¶ *Quid vultis mecũ, &c.*] Prona est ad excusationem sui humana peruersitas, vt quidquid merito sustinent, iniuste sustinere videantur, & propriam culpam referant ad iudicium Dei. Frustra igitur, ait, obtenditis querimonias; & iniquam causam in iudicem; cum impietatis vestræ sit, quod patimini Quodque sequitur: *Et omnes iniquegistis in me*, similiter: à Lxx. additum est.

h ¶ *Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non receperunt, &c.*] Pro quo posuere Lxx. non recepistis. Sensusque est in Hebraico: Ipsi qui percussi sunt, disciplinam recipere noluerũt. In Lxx. vero: ideo percussi filios vestros, vt illorum nece vos eruditemini. Et ne forte diceretis: peccantes corripere noluisti: plagis discite filiorum vestrorum, quod austeriori vos cupierim curare medicamine.

i ¶ *Deuorauit gladius vester prophetas, &c.*] Non meos, sed vestros prophetas: nequaquam meus, sed vester gladius deuorauit: quem sustinuistis pro peccatis vestris. Porro Lxx. non habent *vester*: sed simpliciter interpretati sunt, deuorauit gladius, prophetas vestros: vt ostendatur vel hostilis gladius, vel gladius meus, per quem peccata vestra confodi.

k ¶ *Quasi leo vastator, &c.*] Gladius, inquit, qui deuorauit prophetas vestros, haud dubium quin Baal & idolorum ariolos significet, instar leonis vniuersa vastauit, & tamen vestra generatio, quæ paucorum interfectione debuerat emendari, omnis perseuerauit in scelere. Iuxta Lxx. vero hic sensus est. Sic gladius domini in aduersariorum gladio demonstratus, deuorauit, atque lacerauit pseudo prophetas vestros, quasi leo, qui auidissimus repertam prædam lacerat, & tamen ne prophetarum vestrorum supplicio potuistis ad meliora conuerti.

l ¶ *Videte verbum domini, &c.*] Et Moyses videbat vocem

Dei, & Ioannes apostolus verbum Dei vidisse & attrectasse se dicit. Miratur autem quo modo populus Israel Deum habuerit quasi solitudinem, cum idola quasi celebritatem vrbium sit secutus. Terra serotina est, quæ imbres non recipit doctrinarum, nec euangelij disciplinam: plenaque sentium, quia exculta non fuerat. Populus igitur quondam Dei, in eo est sceleratior, quod recessit à domino, & non vult vltra reuerti ad dominum suum. Grádis offensa nolle placare quem offenderis.

a ¶ *Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, &c.*] Per hæc discimus Christum esse sponsum virginis ecclesiæ, quæ non habet maculam neque rugam. Si autem ipse est spōsus: ipsius verba sunt, de quo loquitur Ioannes Baptista: *Qui habet sponsam, sponsus est.* Ornamentum ergo suum perdit, qui recedit à domino, & amittit intelligētiam doctrinarum, quæ significatur in pectore. Vnde & Ioannes euangelista recumbit super pectus domini, & sacerdotibus inter cætera separatur pectusculum victimarum. Quanto autem maior est numerus temporum quibus obliuiscimur domini, tanto maior pœna peccati: quod nec longitudine sæculorum potuerit edomari.

b ¶ *Quid niteris ostēdere, &c.*] Frustra, inquit, te cupis verborum arte defendere, & quasi bona ostendere opera tua, vt merearis dilectionem: quæ insuper etiam alios docuisti vias tuas & exemplum fuisti omnibus malorum operum, & in alis quippe siue in manib⁹ tuis inuentus est sanguis innocentium: quos idolis immolasti, siue quorum animas perdidisti sacrificiorum similitudine. Pauperes, de Hebraico posuimus, qui in Lxx. non habentur. Hos autem, inquit, pauperes & innocentes, non inuenit in foueis interfectos: quod solet plerunque accidere latronum insidiis: sed in omnibus quæ supra memoraui: siue sub quercu, quæ Hebraice dicitur h אלה: quæ quidem & ista significat, vt sit sensus. In omnibus istis, siue sub quercu atque terebintho, sub cuius vmbra & frondibus quasi in amœnis locis idololatriæ sceleribus fruebaris.

c ¶ *Et dixisti absque peccato, &c.*] His vtendum est aduersus eos qui nolunt sua peccata cognoscere: sed in tempore afflictionis & angustiæ dicunt se iniuste sustinere quæ sustinēt: magisq; prouocant iram Dei, dum alterū maiusque peccatum sit, non lugere quod fecerint, sed vanas excusationes obtendere peccatorum. Iudicio, inquit, contendam tecum pro eo quod dixeris, non peccaui: quasi maius quippiam sit hoc peccatum, aliud habere in conscientia, aliud sermone proferre. Audiat noua ex veteri hæresis, iram Dei esse vel maximam nolle peccatum confiteri humiliter, sed impudenter iactare iustitiam.

d ¶ *Et ab Ægypto confunderis, &c.*] Vt Ægyptiorum impetum declinarent, confugiebant ad Assyrios, quorum casum fuit præsidium: victos enim eos ab Ægyptiis legimus. Rursum vt iram Assyrij fugerent, Ægyptiorum adiutorio vtebātur, quos ab Assyriis superatos, narrat historia. Increpantur ergo quod omissa spe in dominum, hominum vtantur auxilio: quod omne contritum est & ita subuersum, vt nihili in eo vtilitatis valeāt reperire. Vnde ait. Et ab ista egredieris: hoc est, ab Ægypto, sicut egressa es ab Assyriis, & manus tuæ erunt super caput tuum, lugebisque te frustra ab Ægyptiis expectasse præsidium. Recordemur historiæ quādo ab Amnon fratre sceleratissimo corrupta Thamar & violata, supra caput sparsum cinere manus posuerit, & ita reuersa sit in domum suam.

CAP. III.

V e *Vlgo dicitur* (pro quo Lxx tantum, dicitur, trāstulerunt.) *Si dimiserit vir vxorem, &c. Et tu fornicata es cum amatoribus multis* siue *pastoribus*:] Verbum enim רעים quod quatuor literis scribitur a רעים & amatores & pastores vtrūq; significat. Et si legamus b רעים amatores significat: sic c רעים pastores.

a res, ain, iod, mem.
b reim.
c roim.

f ¶ *Tamen reuertere ad me, dicit Dominus, &c.*] In Hebræo etiam post fornicationem suscipit pœnitentem, & hortatur vt reuertatur ad se. In Lxx. vero, non prouocat ad pœnitentiam, sed arguit impudentiam meretricis, quod post adulterium reuerti audeat ad maritum. Quodque ait: *Et contaminata erit mulier illa*: pro quo in Hebraico legimus, terram, relinquit exemplum, & manifestius de terra loquitur Israel, quæ adulteræ mulieri comparatur. Vtamur hoc testimonio aduersus eos qui fidem domini relinquentes, & hæreticorum erroribus præpediti, post multas fornicationes & deceptiones animarum simulāt se reuerti ad pristinam veritatem, non vt deponant venena pectoris, sed vt cæteris insinuent.

g ¶ *Leua oculos tuos in directum, &c.*] Quasi latro in solitudine siue quasi cornix deserta. Pro latrone siue cornice, in Hebræo scriptum est d ערבי: quod potest & Arabas significare, quæ gens latrociniis dedita, vsque hodie incursat terminos Palestinæ, & descendentibus de Hierusalem in Hiericho obsidet vias, cuius rei & dominus in euangelio recordatur. Eleua igitur oculos tuos ô Hieruſalem, & huc illucque circūspice, & vide vbi non fornicatione prostrata sis, Quo modo enim latrones solent ad vesperam, & in desertis locis viatoribus insidias tendere: sic tu iuxta fornicariā Prouerbiorū sedebas in viis ad vesperam, vt concubitu tuo animas interficeres fornicantium, propter quod vniuersa terra polluta est in fornicationibus tuis. Significanterque iuxta anagogen his qui hæreticos errores deserere se promittunt, præcipitur vt leuent oculos in directum. Nisi enim recta videre cœperint, prauitatem pristinam damnare non possunt.

d arabi

h ¶ *Et polluisti* (siue *interfecisti*) *terram fornicationibus tuis, &c.*] Interfecta est terra siue polluta, propter interfectionem eorum qui idololatriæ fornicatione perierunt. Vnde ablata est omnium benedictio rerum, vt parerentur sicitatem sermonis Dei. Siue habuit pastores, per quos offenderet Deum, vt qui magistri esse debuerant, vt alios ab errore prohiberent, auctores impietatis extiterint.

a ¶ *Frons mulieris meretricis, &c.*] Quia supra dixerat: non peccaui, & magis peccauerat sua scelera denegando: idcirco nunc arguit quasi mulierē procacē, & nimiæ impudentiæ: vt non ad vnum & alterum procaci vultu feratur, sed nullū erubescat. Vtamur hoc sermone aduersum hæreticorum conciliabulum, qui in suis erroribus gloriantur.

b ¶ *Ergo saltem amodo vocat, &c.*] Erubescant hæretici qui nolunt ad meliora cōuerti, nec regredi ad patrem creatorem suum, & audiant: saltem amodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ es tu. Ipse despondit animam vestram amplexib⁹ suis, & docet quo modo orare debeat, & agere pœnitentiam. Quanto autem ille clemētior, qui salutis post fornicationem ostendit viam: tāto miserior meretrix: quæ non vult post vulnera recipere sanitatem.

c ¶ *Ecce locuta es, &c.*] Pro verbis pœnitentiæ, verbis superbiæ blasphemasti, & implesti cogitationem tuam malam, & ostendisti cōtra virum fortitudinem tuam: vt possis facere quod sermone tractasti.

d ¶ *Et dixit dominus ad me in diebus Iosiæ regis: Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix, &c.*] Aliorū torméta, aliorum remedia sunt. Cumque punitur homicida, recipit quidem ipse quod fecit, sed alij deterrentur à scelere. Decem igitur tribubus quæ appellabantur Israel captis ab Assyriis, Mediamque translati, duæ tribus, Iuda & Beniamin, quæ debuerant similia formidare, & tota ad Deum mente cōuerti, vicerunt decem tribuum scelera, & intantum idola sunt secutæ, vt in templo Dei statuam Baal ponerent: quæ in Ezechiele vocatur idolum, ad zelū & æmulationē domini collocatū. Loquitur autē sub figura duarum sororū, quia de vna sunt Abraham, Isaac, & Iacob stirpe generatæ, & priorem auersatricem, sequentem præuaricatricem vocat. Illa enim Deum penitus auersata est, statim adoratis in Dan & Bethel vitulis aureis. Ista autem apud quā erat templum, & veri Dei religio, imitatione Germanæ paulatim recessit à domino. Et idcirco præuaricatrix dicitur. Secundum anagogen autem de hæreticis prophetia est, qui falsi nominis scientiam, dum se arbitrantur hæretica subtilitate sectari, ascenderunt montem superbiæ, & carnis hui⁹ voluptatibus deliniti, sub omni ligno frondoso, & amœno exponunt fornicationem suam. Qui cum tradantur diabolo in interitum carnis, frequenter euenit, vt domus Iuda, id est, confessionis & veræ fidei, nequaquam terreatur exemplo sed multo maiora committat, & facilitate fornicationis suæ contaminet terrā ecclesiæ, & mœchetur cum lapidē & ligno, ea sequēs dogmata, quæ aduersaria Deo sunt. Sin autē ecclesiasticus vir corrigere voluerit errātem, & putridas resecare carnes, & ad pœnitentiā retrahere eos, qui secuti fuerint falsitatē: ac nihilominus illi sub specie ecclesiasticæ veritatis antiquum sequantur errorē: dici potest de his. In omnib. his nō est reuersa ad me præuaricatrix Iuda in toto corde suo, sed in mēdacio. Fit autē hæc prophetia Iosiæ tēporibus regis iusti sub quo & Hieremias exorsus est prophetare.

e ¶ *Et dixit dominus ad me, &c.*] Iustior, inquit, est Israel cōparatione Iudæ: quia illa statim in principio periit: hæc illius cruciatibus potuit emēdari. Attendat noua ex veteri hæresis, quod Israel comparatione Iudæ iustificata dicatur. Nec mirum hoc de vnius gentis sororibus, cum Sodoma quoq; collatione Hierusalem, iustitiæ nomen accipiat: dicēte domino per Ezechielem: *Iustificata est Sodoma ex te*, & publican⁹ pharisæi cōparatione fit iust⁹.

Ezec.16.f
Luc.18.b

f ¶ *Vade & clama siue, &c.*] Verbum Hebraicum e קרא, & voca, & clama, & lege significat. Vnde Aquila & Symmachus, clamita, Lxx. & Theodotio, lege, interpretati sunt. Adaquilonē autem & contra Babylonem atq; Assyrios sermo dirigitur, ad decem & duas tribus, & earum reuersio prædicatur. *Et non auertam faciem meam*, inquit, *à vobis*: siue *non firmabo faciem meā cōtra vos*: vt nequaquam vos austeritate iudicis, sed vultu misericordię suscipiam. Sanctus enim & misericors sum: vt non recordervltra iniquitatis vestrę, nec meminerim quod à Domino recessistis, & pro illo vos idola delectarint, & fornicatæ sitis sub omni ligno vmbroso atq; frondoso: Quod quidem ad hæreticos & in ecclesia negligentes dici potest, qui quotidie per ecclesiasticos viros ad pœnitētiam prouocantur, & quibus proprie aptari potest: *Et vocem meā nō audistis*. Omnis autem hæreticus habitat in Aquilone, & calorem fidei perdidit: nec audire potest illud Apostoli: *Spiritu feruentes*. Et quia se voluptatibus tradidit, recessit à domino, & dispersit vias suas alienis dogmatibus, & voluptatem secutus est. Nulla enim hæresis nisi propter gulam vētremque constituitur, vt seducat *mulierculas oneratas peccatis, semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*, de quibus vere dicitur. *Qui deuorant populum meum velut escam panis*, & quos Christus notat, deuorantes domus viduarum. Cumque, inquit, misertus tui fuero, ne iustum esse te putes: sed memento iniquitatis tuæ semper, & scito quia in dominum fornicatus sis, & superba colla demitte vt qui offendisti dominū per arrogantiā, places per humilitatē. Illi autē quod supra diximus: *Et non firmabo faciem meam super vos*, illud propheticum conuenit: *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

e karatha
Rom.12.a
1.Tim.3.b
Pſal.50.b

g ¶ *Conuertimini filij reuertentes, &c.*] Iudæi impletum hoc putant post reuersionem ex Babylone sub Cyro rege Persarum, & Zorobabel filio Salathiel, etiamsi non omnes reuersi sint, hoc significari, assumam vnum de ciuitate, & duos de cognatione: Sed melius in aduentu Christi, quando reliquiæ saluæ factæ sunt, dicente & exponente Apostolo: *Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus*: Tunc introducti sunt in Sion, de qua scriptum est: *Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.* Et dati sunt pastores iuxta cor eius, Apostoli & apostolici viri, & pauerunt credentium multitudinem, non in Iudaicis ceremoniis, sed in scientia Christi atque doctrina. Et in toto orbe prædicatione Euangelij

Esa.1.c
Rom.9.f
Pſal.86.a

seminat, nequaquam in arca domini, quæ custos fuit legis Mosaicæ, habebunt fiduciam, sed ipsi erunt templum Dei: Nec iuxta errantes Nazaræos, abolitis sacrificiis inseruient, sed spiritualem cultum sectabuntur. Alij vero in hoc in fine temporum intelligunt: quando subintrante plenitudine gentium, *omnis Israel saluus fiet.*

a ¶ *In tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam, &c.*] Nequaquam Dominus sedebit super arcam testamenti & Cherubim, cui prius ab illo populo dicebatur: *Qui sedes super Cherubim, manifestare:* sed omnes perfecta mente credentes, erunt Thronus Dei. Vel certe melius totum de ecclesia intelligendum: quando congregantur omnes gentes in nomine domini in Hierusalem, in qua est visio pacis: & nequaquam ambulant post prauitatem cordis sui pessimi, vt faciant quæ desiderant: nec suos sequuntur errores, sed dicunt cum propheta: *Adhæsit enima mea post te: me suscepit dextera tua.*

b ¶ *In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis, &c.*] Hoc proprie in Christi completur aduentu, quando de duodecim simul tribubus euangelio crediderunt, relinquentes terram Aquilonis durissimi frigoris, & à diaboli imperio recedentes: tunc receperunt terram repromissionis, quam pollicitus fuerat patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob. Edidi nuper libellum paruum de terra repromissionis.

c ¶ *Ego autem dixi, quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? & dixi: patrem vocabis, &c.*] Pro hæreditate præclara exercituum gentium: (quam Lxx. transtulerunt hereditatem nominatam Dei omnipotentis gẽtium) Theodotio significantius transtulit, hereditatem inclytam fortitudinis robustissimi gentium: Christum significans, qui ductor & Dominus est vniuersarum gentium, suo nomini passionique credentium. Ipse dixit ad Israel: *Patrem vocabis me.* Et: *Qui credit in me credit in patrem.* Ipse pollicitus est: ponam te in filios: in numero scilicet filiorum meorum: qui mihi de gentium populo crediderunt, & quibus dedi terram desiderabilem *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem vt filij Dei fiant.*

d ¶ *Sed quo modo si contemnat, &c.*] Christi vox est iuxta populum Iudæorum cui dixerat: ponam te in filios, & dabo tibi terram desiderabilem, & patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Quo modo, inquit, mulier contemnit non virum sed amatorem, si semel commixta fuerit, cernẽs eum suæ libidini seruientem, & in se mutatam esse legem naturæ, per quam viro quondam subiecta fuerat, dicente domino: Et ad te conuersio eius: Sic domus Israel, id est, populus Iudæorum contempsit dominum saluatorem in perniciem suam.

e ¶ *Vox in viis (siue in labiis) audita est, ploratus, &c. & sanabo auersiones* siue *contritiones eorum.*) Pro quo Symmachus transtulit, conuersiones. Libenter Deus suscipit pœnitentes, & occurrit filio inopia & squalore confecto, statimque induit pristinis vestibus, & reddit gloriam reuertenti: ita duntaxat, vt reuertatur in ploratu & vlulatu. Suo enim vitio fecit iniquam viam suam, & oblitus est domini Dei & patris sui: ad quos prophetali sermone loquitur: Conuertimini filij reuertẽtes. Quos idcirco filios voco, quia intellectis peccatis vestris, in ploratu atque vlulatu reuertemini ad parentem. Cumque vos, ait, reuersi fueritis ad dominum sanabit omnes contritiones vestras siue auersiones, quibus à domino recesseratis, vel certe conuersiones. Quãuis enim propria voluntate ad dominum reuertamur, tamen nisi ille nos traxerit, & cupiditatem nostram suo roborauerit præsidio, salui esse non poterimus. Intelligamus hoc & de Iudæorum populo ad dominum reuertente, & de hæreticis qui dominum dereliquerunt.

f ¶ *Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster, &c.*] Dicat hoc pœnitentis, & omnem superbiam derelinquens, & multitudinem siue montium & collium, per quã superbiebat contra Deum, & humilitate prostratus loquatur. Vere in domino Deo nostro salus Israel.

g ¶ *Confusio comedit laborem patrum nostrorũ ab adolescentia nostra, greges eorum, &c.*] Omnes hæreticorum labores de quibus scriptum est: *Defecerunt scrutantes scrutinio*: ab adolescentia eorum quos deceperant, filios & filias eorum: qui in hæresi profecerant, & velut armenta luxuria tenebantur: operiuntur confusione. Vnde inferunt:

h ¶ *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia, &c.*] Hoc loquatur Israel qui suum dominum non audiuit: hoc omnis hæreticus qui agit pœnitentiam, & tamen pars salutis est, sua confiteri, & nosse peccata. Dic inquit, tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Vere enim Israel dimisit Christum Dominum Deum suum, & in eum peccauit non solum eo tempore quando visus est in carne, sed & ante aduentum illius. Vnde dicunt, nos & patres nostri ab adolescentia nostra vsque ad hanc diem, & non audiuimus vocem Dei nostri, qui nostris patribus loquebatur: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit.

CAP. IV.

SI reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere.

a Si ab-

CAP. IV.

SI conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me conuertetur.

CAPVT IV.

SI reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere.] pro quo Lxx. transtulerunt: Si conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me conuertetur. Et est sensus, si ad me fuerit reuersus, reuertetur de captiuitate. Siue aliter: cum obtulerit quod habet, qui enim habet, dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere auferetur ab eo. Porro iuxta Hebraicum hic sensus est: Si reuerteris ad me Israel, & semel salutem desiderans, peccasse te dicis, & vocem domini Dei tui non audisse: plene conuertere, & crede quem negasti, & tunc erit plena conuersio.

a ¶ *Si ab*

a ¶ *Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non, &c.*] Quãdo mouemur & dicimus: mei autem pene moti sunt pedes: non imbecillitate naturæ hoc patimur, sed quia ponimus offendicula, & idola nostra contra dominum.

b ¶ *Et iurabis, viuit dominus in veritate, &c.*] Et quomodo euangelium iurare nos prohibet? Sed hic iurabis, pro confessione dicitur, & ad cõdemnationem idolorum, per quæ iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula, & iurat per dominum. Quodque dicitur: *Viuit Dominus*: in testamento veteri iusiurandum est, ad condemnationem mortuorũ, per quos iurat omnis idololatra. Simulq; animaduertẽdũ quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium atque iustitiam: si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium. Cumque ait, hoc fecerit Israel, & per apostolos magister fuerit gẽtium, tunc benedicent siue benedicentur in eo omnes gentes, & ipsum laudabunt, quod saluus processerit ex Israel.

c ¶ *Hæc enim dicit Dominus viro Iuda & Hierusalem, &c. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordiũ vestrorũ, &c.*] Pro eo quod nos diximꝰ, circuncidimini domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum: Symmachus posuit, purificamini domino, & auferte malitias cordium vestrorum. Circuncisionem, emundationem, & præputia vitium intelligens. Hoc autem præcipitur viris Iuda & Hierusalem qui veram sectantur fidem, & habitant in ecclesia: vt non seminent super spinas, quas euangelicus sermo significat, quæ suffocent sementem Dei, sed prius nouale faciant, & omnes suffodiant vepres sentesque auferant, vt munda semina, munda arua susципiant: hoc est quod in alio loco dicitur: *Ne miseritis margaritas vestras ante porcos, & ne detis sanctum canibus.* Quomodo enim potest Dei audire sermonem, & concipere semina, & fructum facere, cuius animus ærumnis mundi plenus est? Quodque sequitur: Circuncidimini domino, & auferte præputia cordium vestrorum, nulli alij præcipitur, nisi viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem, vt deserant occidentem literam, & sequantur spiritum viuificantem. Si enim hoc, inquit, non feceritis, egredietur vt ignis indignatio mea, & succendetur, & non erit qui extinguat. Ideo autem monet, & ante prædicit, ne facere compellatur: quod & in Niniuitis probamus, quibus prædicta sententia est vt imminentem furorem pœnitentia declinarent. Omnia autem hæc mala venient propter malitiam cogitationum, siue adinuentionum vestrarum. Vbi sunt qui in cogitationibus dicunt, non esse peccatum, cum omnia vitia, iuxta euangelicam veritatem, de corde procedant?

d ¶ *Annunciate in Iuda, &c.*] Hoc audiat Iuda, hoc Hierusalem in qua confessio fidei est, & in qua pax Christi habitat, & cui per Esaiam dictum est: *in montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.* Eleua vocem tuam qui euangelizas Hierusalem: vt clamet fortiter & ita præcipiat. Ingrediamur ciuitates munitas, hæreticorum bella consurgunt, Christi munimenta nos teneant. Leuate crucis signũ in specula, id est, in sublimitate ecclesiæ. Confortamini qui timetis nolite stare, sed ad Christi auxilium currite. *Quia malum*, inquit, *ego adduco ab aquilone, & contritionẽ magnam* verum Nabuchodonosor, qui idcirco in mundo isto à me esse permittitur, vt vestra fortitudo, & victoria cõprobetur.

e ¶ *Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit, &c.*] Iste est vt diximus verus Nabuchodonosor, de quo & beatus Petrus Apostolus loquitur: *Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Ascendit autem de abyssis, in quas religandus est, & ne mittatur exorat: & prædo siue vastator gentium se eleuauit: de quo dictum est, *Omnium inimicorum suorum dominabitur:* Et qui gloriatur in conspectu Domini: *Circuiui omnem terram, & conculcaui eam.* Quis est enim quem diaboli veneno non tangant, nisi ille solus qui potest dicere: *Ecce venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil?* Iste crebro ponit omnem terram ecclesiæ in solitudinem, vt egressi de ecclesia, pugnent contra ecclesiam. De quibus loquitur Ioãnes euangelista: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum.* Ciuitates vastantur terræ Iudææ, & hæreticorum florent conciliabula. Si quis ergo fautor & auctor est peruersorum dogmatum, de hoc dici potest: *Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit,* & reliqua.

f ¶ *Super hoc accingite vos ciliciis, &c.*] quia non est auersa ira furoris domini à nobis.) Siue vt Lxx. transtulerũt, à vobis. Aliter Ieoné & sæuissimam bestiam vitare non possumus, nisi agamus pœnitentiam, & ad dominum conuertamur, nõ solum mente, sed & opere. Quamdiu enim ille vastat ecclesiam & terram Iuda, & Hierusalem quoque populatur, Dei ira perspicua est.

g ¶ *Et erit, &c.*] Vastante prædone ecclesiam domini, & ira contra nos domini permanente, omne auxilium inutile erit. Peribit cor regis, cuius cor debet esse in manu Dei, & cor principum qui putabantur esse sapiẽtes. Stultam enim fecit Deus sapientiam mundi, quia per illam non cognouerunt Deum. Ipsi quoque sacerdotes, qui legẽ domini docere deberent, & subiectos sibi populos à leonis furore defendere, quodam stupore infatuati, vertentur in amentiam. Sic enim Lxx. transtulerunt, pro stupore, excessum mentis exprimẽtes. Et Prophetæ consternabuntur, siue vt Aquila transtulit verbum Hebraicũ a תמה, amentes erũt. Quis enim non insaniat, non perdat cor, quando principes & reges & sacerdotes & prophetas quondam suos sub leone conspexerit?

h ¶ *Et dixi: heu, heu, heu, &c.*] Pro quo Lxx. transtulerunt: *O domine Deus, &c.* Quia supra dixerat: in illo tẽpore vocabũt Hierusalẽ solium Dei, & congregabũtur ad eam omnes gẽtes in mõte domini in Hierusalẽ, & nũc dicit, peribit cor regis & cor principũ, & obstupescẽt sacerdotes, & prophetæ consternabuntur, turbatur propheta, & in se Deum putat esse mentium: nec intelligit illud multa post tempora repromissum, hoc autem vicino futurum tempore, iuxta quod & Apostolus loquitur: *Numquid repulit Deus populum suum? Absit.* Peruenit autem vsque ad animam gladius, quando nihil vitale in anima reseruatur. Simulque hoc ostendit, quod nisi gladius præcesserit, qui desecet & purget animæ vitia, pax & promissio non sequatur.

i ¶ *In tempore illo dicetur populo, &c.*] Quando peruenerit gladius vsque ad animam, & fuerit area consummata: tunc ventus vrens veniet de deserto, quæ non eam purget & ventilet, vt paleis huc illucque dispersis, frumentum in

horrea recondatur: sed ſpiritus plenus, nequaquam populo, ſed mihi veniet, vt meum triticum diſſipetur. Ventus & ſpiritus, eodem apud Hebræos appellantur nomine a רוח, & pro locorum qualitate, vel ventum vel ſpiritu mdebemus accipere. Alij hunc locum ſic ediſſerunt, vt poſtquam purgata fuerit area, reliquiæ ſaluæ fiant. Vnde & ſcriptum ſit ſpiritus plenitudinis veniet, mihi dicente euangeliſta: *Omnes ex plenitudine eius accepimus*, & Spiritus ſancti gratiam ſortiemur. Ventum autem vrentem iuxta hiſtoriam accipe Nabuchodonoſor, quiviuerſa conſumat. Iuxta tropologiam, aduerſariam poteſtatem: quæ veniens de deſerto, & de ſolitudine, vbi nullum hoſpitium Dei eſt, eccleſiam eius conetur euertere.

a ¶ *Et nunc ego loquar iudicia mea, &c.*] Ἀποσιώπησις eſt, iuxta illud Virgilianum: *Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.* Dicturus itaque proſpera retinet ſe, & triſtibus iungit triſtia. Hæc enim ſunt iudicia, quæ cum populo ſuo quondam loquitur Deus, vt ſciant ſe iuſte ſuſtinere quæ ſuſtinent.

b ¶ *Ecce quaſi nubes aſcendet, quaſi tempeſtas currus eius, &c.*] Ventura cernit præſentia & Babylonium deſcribit exercitum: cuius curruum rotarumque ſtrepitus, tempeſtati ſæuiſſimæ comparatur, & equorum velocitas Aquilis iũgitur. Quod cum propheta dixiſſet, & quaſi venientes hoſtes, digito demonſtraſſet, populus ingemiſcit, & nequaquam futura, ſed facta iam ſentit dicẽs: Væ nobis, quoniam vaſtati ſumus. Hoc idem refertur ad eccleſiam, quod quotidie veri Nabuchodonoſor nos impugnet exercitus, & currus Pharaonis omniſque eius equitatus, aquilarum impetum ſuperet. Quod ſi intelligat vir eccleſiaſticus, credẽs illi ſententiæ: *Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris*, dicet: *væ nobis quoniam vaſtati ſumus.*

c ¶ *Laua à malitia cor tuum Hieruſalem, &c.*] Dicenti populo, væ nobis quoniam vaſtati ſumus. Reſponder propheta, imo per prophetã Deus, *Laua à malitia cor tuum* Hieruſalem, illa aqua de qua & Eſaias loquitur: *Lauamini mũdi eſtote*, aquabaptiſmi ſalutaris, aqua pœnitentiæ. Ad metropolim autem loquitur Iudæorum, vt per vrbem intelligantur populi. Vſquequo iniquis cogitationibus ſubiaces, quæ procedunt de corde tuo? Cor autem in ſcripturis ſanctis pro ſenſu & anima debemus accipere.

d ¶ *Vox enim annunciantis à Dan, &c.*] Iuxta ſitum terræ Iudææ, diuinus ſermo nunc loquitur. Dan enim tribus iuxta montem Libanum & vrbem quæ nunc dicitur Paneas, Aquilonem reſpicit, vnde venturus eſt Nabuchodonoſor. Idolum autem, Bel, vel dolorem vel iniquitatem de monte Ephraim venire deſcribit. Poſt tribum quippe Dan ſuccedit terra Ephraim, per quam venitur Hieruſalem. Dan interpretatur iudicium, Ephraim, vbertas. Veniet igitur iudicium domini in terram delinquentem domino, cum omni vberitate ſupplicij.

e ¶ *Dicite gentibus, ecce auditum eſt in Hieruſalem, &c.*] Vult omnes in circuitu nationes Dei noſſe ſententiam, & flagellata Hieruſalem, cunctos recipere diſciplinam. Celebri, inquit, in Hieruſalem ſermone narratur, aduerſarios venire de terra longinqua, & fremitum contra eam ſurgere vlulãtis exercitus: qui tam diligenter obſideãt ciuitatem, & claudant vrbem munitionibus vt non tam aduerſarios putes eſſe, quam agrorum vinearumque cuſtodes. Hoc autem totum factum eſt, non hoſtium viribus, ſed culpa Hieruſalem quia Deum ad iracundiã prouocauit. Si enim in porcos non habent poteſtatem aduerſariæ fortitudines, quanto magis in homines & homines quondam ciuitatis Dei?

f ¶ *Viæ & cogitationes, &c.*] Facit Apoſtropham ad vrbem Hieruſalem, quod viæ illius, & cogitationes, quibus & opere & ſermone peccauit, fecerint ei venire omnia quæ euenerunt, malitiamque illius, quæ per ſe amara ſit, tetigiſſe cor illius, & animæ interna penetraſſe. Quidquid ergo nobis accidit, noſtro accidit vitio, qui dulcem dominum in amaritudinem vertimus, & cogimus fœuire nolentem.

g ¶ *Ventrem, &c.*] Vbi nos iuxta Symmachum poſuimus, turbati ſunt, in Hebræo ſcriptũ eſt: המה, Lxx. & Theodotio poſuerunt μαιμάσσει, quod verbũ vſque in præſentiarum quid ſignificet ignoro. Aquila autem poſuit ὀχλάζει, quod & ipſum tumultum ſonat. Hoc de verbo dictum ſit, ſuper quo ſcio apud pleroſque magnum eſſe certamen. Vox autem prophetæ, & per prophetam Dei loquentis inducitur, quod doleat ſuper contritione populi ſui, & inſtar hominis viſcera eius interna lacerentur. Quomodo & ſaluator ſuper Lazari morte doluit, & planxit Hieruſalem, ne celaret dolorem ſilentio: omniſque clangor buccinæ, & fremitus præliorũ illi⁹ turbat affectũ & vniuerſa duarũ tribuũ terra vaſtatur. Dum non putabam, inquit, tabernacula quondã & pelles meæ Babylonio exercitu furente populata ſunt: & in prædam hoſtium, mea quondam ceſſere hoſpitia. Loquitur autem hoc idem Deus, quando ſeditionis turbas atque diſcordias cernit in eccleſia, & in conuenticulis ſuis clamare perdicem, & Dei requiem in bella conuerti. Vnde ſequitur.

h ¶ *Vſquequo, videbo, &c.*] Vel fugientes regem Babylonium, vel fugientes me, & à meo ſeruitio recedentes.

i ¶ *Quia ſtultus, &c.*] Cauſa contritionis, vaſtitatis, fugæque & buccinæ: quia ſtultus factus eſt populus, non natura, ſed ſtudio voluntatis. Ipſaque ſtultitia hinc probatur: quia non cognouerunt Deum, & pro filiis ſapientibus, ſtulti filij facti ſunt, & vecordes. Quæ enim maior poteſt eſſe ſtultitia, quam cognoſcente boue poſſeſſorem ſuum, & aſino præſepe domini ſui, Iſrael dominum non cognoſcere, & præſentẽ contemnere quem ſemper videre cupiebat? Quodque infertur: *Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autẽ facere neſcierunt:* Hic ſapientia pro malitia accipienda eſt, iuxta quod, & filij ſæculi huius ſapientiores ſunt filiis lucis. Et villicus iniquitatis quædam ſapienter feciſſe narratur: Et ſerpens in paradiſo, prudentior cunctis beſtiis legitur. Illa eſt ergo vera ſapiẽtia, quæ Dei timori iungitur. Alioquin vbi inſidiæ ſunt, & tergiuerſatio, non ſapientia, ſed verſutia, & calliditas appellanda eſt. Pro eo quod nos diximus, quia ſtultus populus meus me non cognouit, Lxx. tranſtulerunt, quia principes populi mei non cognouerunt, vt magiſtrorum. ſit magis culpa quam populi, Dei ſcientiam non habentis.

k ¶ *Aſpexi terram & ecce vacua, &c.*] Prophera cernit in ſpiritu quæ ventura ſunt, vt audiens populus terreatur, & acta pœnitentia nequaquã ſuſtineat quæ formidat. Vacua terra eſt habitatore deleto. Cœli nõ habent lumen, terroris magnitudine, populo non vidente. Ipſi montes & colles in tuta habent latibula, & per ὑπερβολήν, moueri videntur atque turbari. Intuitus eſt, & huc illuc oculos circunſpexit, & neauis quidem potuit inueniri. Iram enim Dei & muta ſentiũt elementa, & irrationalia pertimeſcunt animantia. Hoc verũ eſſe, nunc totus orbis demonſtrat, vt cæſa hominum multitudine, volatilia quoque quæ ſolent habitatores ſequi, abierint, & perierint. Ipſe quoque Carmelus, qui mari imminet magno, oleis conſitus, & arbuſtis, vineiſque condenſus, ad tantam veniet ſolitudinem, vt eremi habeat vaſtitatem. Omnes quoque vrbes deſertæ fient. Et vniuerſorum malorum hæc cauſa eſt, quod vitio populi delinquentis iram domini concitata ſit. Quidquid iuxta hiſtoriam de Hieruſalem diximus & Iudæa, referamus ad eccleſiam Dei cum offenderit Deum, & vel vitiis fuerit, vel perſecutione vaſtata, vt vbi quondam erat virtutum chorus, atque lætitia, ibi peccatorum & mœrorum multitudo verſetur.

a *Hæc enim dicit dominus: Deſerta erit omnis terra, &c.*] Miſta iræ miſericordia Dei, omnis terra deſeritur, ſed non fit conſummatio, vt ſint qui intelligant clementiã eius. Cælum quoque triſte videbitur deſuper, & ipſa terra lugebit, eo quod domini ſententia ad finem vſque peruenerit, nec pœnituerit eum ſuper his, quæ cogitauerit & locutus ſit. Pœnitentia autem Dei dicitur, quando aufertur prædicta ſententia, & ira fœuiens ad finem vſque non peruenit. Minatus eſt per Ionam, & impendentem gladium, lacrymarum & gemituum multitudo ſuperauit.

b ¶ *A voce equitis & mittentis ſagittam, &c.*] Quodque ſequitur: *Et ingreſſi ſunt ſaltus ſiue ſpeluncas*, à Lxx. additum eſt. Deſcribit autem ſermo diuinus Babylonij furentis exercitum, quod à tremore eius cunctus populus dereliquerit ciuitatem, & ardua quæque conſcenderit, & tamen iram domini non potuerit declinare. Quidquid autem, vt ſupra diximus in hiſtoria, intelligitur contra Hieruſalem, refertur ad eccleſiam, cum offenderit Deum, & tradita fuerit aduerſariis, vel perſecutionis tempore, vel certe vitiis atque peccatis.

c ¶ *Tu autem vaſtata, quid facies, &c.*] Pro vaſtata, quod Hebraice dicitur a שדוד, quod ſolus interpretatus eſt Aquila: alij tranſtulerunt, miſeram atque miſerabilem culpa ſui, quæ clementem offenderit Deum, & tradita fuerit aduerſariis. Denique ſequitur.

d ¶ *Cũ veſtieris te coccino, & orna. fuer. mon. aureo. &c.*) Sub figura mulieris adulteræ loquitur, cum ſemel offenderis Deum, & quaſi virum tuum reliqueris creatorem, fruſtra ornamenta perquiris. Contẽpſerunt te dæmones amatores tui & nequaquam ſtupri immũditiam, ſed animæ tuæ quærent interitum. Hoc idem intelligendũ ſpiritualiter contra eos, qui coniugales affectus, & veræ fidei pudicitiam perdiderunt. *Site*, inquit, *veſtieris coccino*. id eſt, ſanguinis Chriſti aſſumpſeris fidem: Si monili ornauerisaureo, id eſt, meditationem habueris ſenſus, & intelligentiæ ſpiritualis: & pinxeris oculos tuos ſtibio, id eſt, habueris ſtudium myſteriorum, & Dei ſecreta noſcendi: fruſtra componeris. Hæc enim etiam tuis amatoribus præparatas, & idcirco lectus anguſtus vtrumque capere non poteſt: nec recipit ornamenta Deus, quibus amatoribus tuis ante placuiſti.

c ¶ *Vocem enim quaſi parturientis audiui, anguſtias, &c.*] Ad ſimilitudinem mulieris puerperæ, id eſt, quæ primos parit fœtus, deſcribit vrbem Hieruſalem eiulantem, atque clamantem. Quo modo enim mulier pariens, & necdum dolorem parturitionis experta, pene moritur, & anguſtias ſuſtinens, vix poteſt reſpirare, ſparſiſque manibus collabitur. Sic & filia Sion, cum ſuos viderit liberos interfectos, in hæc verba prorumpet, & dicet: Væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos. Duo autẽ exempla in vno capitulo comparata ſunt, parturientis filios, & lugentis, vt quidquid mulier patitur in fœtu vel mortibus filiorum, Hieruſalem patiãtur in populis.

Caput V.

f *Circuite vias Hieruſalem, &c.*] Grandis amor iuſtitiæ, vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahæ, & reſponſionem Dei, pro decem viris iuſtis Deus liberauerit ciuitatem: ſed ſi vnum inuenerit, iamiamque peritura Hieruſalem, qui faciat iudicium, & quærat fidem, ſiue vt Symmachus tranſtulit, veritatem, tamen Deus miſereatur Hieruſalem. Et quia poterat fieri vt aliqui inuenirentur in populo, qui ſimularent cultum Dei, & iurarent per Deum, hoc præuenit, quod nequaquam Deus vanis ſermonibus, ſed veritate fidei delectetur, & dicit: Non eos diligo qui iurant per me, & iurant in mendacio, ſed quorum labia cordaque conſentiunt.

g ¶ *Domine oculi tui reſpiciunt fidem, &c.*] Poſt verba domini quibus imperauerat dicens: Circuite vias Hieruſalem, & cætera, propheta loquitur ad dominum: Domine, oculi tui reſpiciunt fidem, quæ Hebraice dicitur a אמונה non opera Iudæorum, in quibus iuxta legis ceremonias exultabant, ſed fidem Chriſtianorum, per quam gratia ſalui facti ſumus. Hoc autem capitulo diſcimus, idcirco inferri ſupplicia, vt vitia corrigantur. Denique ait, *percuſſiſti eos, & non doluerunt, & attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.* Per omnia enim tormenta atque flagella emendatur Hieruſalem: & ſuper hæc vniuerſa ne verecundiam quidem ſuorum habuere vitiorum, ſed inſtar petræ indurantes frontes impudentia, noluerunt ad meliora conuerti.

h ¶ *Ego autem dixi: forſitan pauperes, &c.*] Pauperes hic & optimates, non inopia dicit & diuitiis, ſed populum principibus cõparat. Et eſt ſenſus: Cernens infidelis populi pertinaciam, & quod indurata facie noluerit recipere diſciplinã, hoc mecum ratione tractabam. Forſitan vulgus ignobile, Dei non poteſt noſſe doctrinam, & idcirco excuſabile eſt, quia propter imperitiam, Dei non valet ſcire, mandata.

A Pergam igitur ad sacerdotes, & ad eos qui præsunt populo, & loquar eis: Ipsi enim voluntatem domini cognouerunt, & sciunt iudiciũ Dei sui. Hoc autem dicit sermone dubitantis, iuxta illud euangelicum: *Mittam filiũ meum, forsitan ipsum*
Matt.21.d *reuerebuntur*: vt ex ambiguitate sententiæ, & suspensione verborum, liberum hominis monstraretur arbitrium.

a ¶ *Et ecce magis hi simul, &c.*] Quos magistros putabam inuenti sunt peiores esse discipulis, & quãto in diuitibus maior auctoritas, tanto maior insolentia peccatorum. Confregerunt enim iugum legis, dicente apostolo: *Nunc ergo*
Act.15.c *quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi*: Ruperuntque vincula præceptorum Dei, & non pharisæorum, de quibus in secundo psalmo dicitur: Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Quia igitur ista fecerunt, percussit eos leo de silua: regnum videlicet Babylonium: Lupus ad vesperam vastauit eos, Medos, Persasque significans: pro quo in visione
Dan.7.b Danielis, vrsa ponitur, cuius in ore tres erant ordines: Pardus
B vigilans super ciuitates eorum, Alexandri impetum præfigurans, & velocem de occidente vsque ad Indiam percussionem. Pardum autem vocat ob varietatem, & quia plurimis sibi subiectis gentibus contra Medos dimicauit, & Persas. Et quatuor, inquit, erant capita in bestia, & potestas data est ei. Et quia nõ de futuro vaticinatur, sed de præterito, & velut iamiam venturis texit historiam, idcirco de Romano tacet imperio, de quo forsitã dicitur: *Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur.* Caussasq; reddit cur ista perpessi sint: Quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, & perseuerauerunt in transgressionibus. Vnde dicitur: *Et confortatæ sunt auersiones eorum.* Illud quod posuimus in principio, verbum Hebraicum פקד sonare vigiliam, in præsenti loco ostenditur: Vbi enim nos diximus, *pardus vigilans*, in Hebraico scriptum est נמר שקד Iuxta tropologiam, qui magni putantur in ecclesia, quia confringunt iugum, & rumpunt vincula, idcirco traduntur in ignominiam passionum, *vt faciant quæ non conueniunt.*

quar eis: ipsi enim cognouerunt viam domini, iudicium Dei sui.[a] Et ecce magis hi simul confregerunt iugũ, ruperunt vincula, idcirco percussit eos leo de silua: lupus ad vesperam vastauit eos: pardus vigilans super ciuitates eorum, omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur. Quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorũ, confortatæ sunt auersiones eorũ.[b] Super quo propitius tibi esse potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Et qui amatores, & emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, & in gente tali non vlciscetur anima mea?[c] Ascendite muros eius (siue propugnacula) & dissipate: consummationem autẽ nolite facere. Auferte propagines, eius (siue sustentacula) quia nõ sunt domini. Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, dicit dominus.[d] Negauerunt dominum, & dixerunt, non est ipse (siue non sunt hæc) nec superueniet super nos malum: gladium & famem non videbimus. Prophetæ fuerunt in ventum locuti: & responsum (siue sermo) non fuit in eis. Hæc ergo euenient illis.[e] Hæc dicit dominus Deus exercituũ, quia locuti estis verbum istud, ecce ego do verba mea in ore tuo, in ignem, & populum istum ligna, & deuorabit eos.[f] Ecce ego adducã super vos gentem de longinquo domus Israel, dicit dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gẽtem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulcrum patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas, comedet gregem tuum & armenta tua, comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu fiduciam habes, gladio. Veruntamen in diebus illis, ait dominus: Non faciam vos in consummationem.[a] Quod si dixeritis, quare fecit dominus Deus noster nobis hæc omnia? Dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno (vel diis alienis) in terra vestra: sic seruietis alienis in terra non vestra.

& seruet equorum furentium ad libidinem metapheram. Cum hæc, inquit, feceris, numquid non visitatione condigna es? Et nota quod hic visitatio pro pœna ponatur atque suppliciis, iuxta illud quod scriptum est: *Visitabo in virga iniquitates eorum.* Et in gente tali non vlciscetur anima mea? Postquam peccatis obligata est, nequaquam vocatur populus Dei, sed gens à qua recessit anima Dei, secundum illud quod scriptum est: Neomenias vestras, & sabbatha, & dies festos odit anima mea. Quod autẽ in veteri testamento dicitur, pro affectu, in nouo scriptũ est, pro veritate, Saluatore dicente: *Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi illam.*

Pſal.22.
Eſa.1.d
Ioan.10.d

c ¶ *Ascẽdite muros eius, &c.*] Imperat gentibus, de quibus supra dixerat: Percussit eos leo de silua, lupus vastauit eos, & pardus in ciuitatibus eorum: vt ascendant muros Hierusalem, siue propugnacula, & dissipent eam, consummationem autem non faciant: vt saluentur reliquiæ, & sit qui annunciet in gentibus gloriã Dei, seueritatiq; miscet clementiã. Quodque intulit: *Auferte propagines eius*, siue sustentacula, omnia tolli auxilia iubet, quæ suovitio perdidit, eo quod præuaricata sit in Deum domus Israel, & domus Iuda: decem tribus, & duas significans. Audiat hoc ecclesia, quod cito muri & propugnacula dissipentur eorum, qui non habent spem in domino, & præuaricantur in eum: sed tamen non fiat consummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium.

חסירין נעשורתיה

d ¶ *Negauerunt dominũ, & dixerunt, &c.*] Quia negauerũt dominum, siue mentiti sunt domino, & dixerunt: non est ipse, cuius iudicio fiunt omnia, sed fortuito hæc omnia acciderunt: neque euenient quæ nobis prophetarum voces minantur: nec videbimus gladiũ, nec famem sustinebimus obsidionis, & quidquid locuti sunt prophetæ, in ventum locuti sunt, & irrita omnia transierunt: nec habuerunt responsum, hoc est, oraculum, siue sermo Dei non fuit in eis, ideo sustinebunt quæ sequens sermo describit. Audiat hoc ecclesia negligens, & prouidentiam Dei refutans, quod & gladium & famem sustineat, nisi futura crediderit quæ dicuntur.

כחשו ביהוה

e ¶ *Hæc dicit dominus Deus exercituum, &c.*] Dixistis: Prophetæ fuerunt locuti in ventum nec ventura sunt, quæ minantur: propterea ô propheta, do verba mea in ore tuo, quæ ignis habeant potestatem, & populum istum in ligna conuertam, vt sermone tuo & prophetia increduli concrementur. Sic Deus ignis consumens dicitur, vt consumat in nobis, si super fundamentum Christi ædificauerimus, ligna, fœnum, stipulam.

Deut.4.d
1.Cor.3.b

f ¶ *Ecce ego adducam, &c.*] Nequaquã multo post tẽpore nec, vt falso ereditis, prophetæ vobis loquentur in ventum, sed iam nunc adducam super vos gentem Babyloniorum, quæ veniet de longinquo: gentem robustam, pro quo in Hebræo scriptum est איתן *gentem antiquam*, cuius quondam dominatus est Nemrod gigas. *Cuius ignorabis linguam*, sicut in Hebræo scriptum est, *nec intelliges quid loquatur:*

e etban
Gen.10.b

b ¶ *Super quo propitius tibi esse potero, &c.*] κατὰλογ@, peccatorum Hierusalem, dum dicit se ignorare Deus qua possit eius occasione misereri. Filij, inquit, tui dereliquerũt me: nequaquam mei, sed tui, quia iurant in his qui non sunt dij. Saturaui eos, & mœchati sunt. Audiant hoc qui acceptis à domino diuitiis, incubantes luxuriæ seruiunt. Equi amatores, & emissarij facti sunt. Pro emissariis in Hebraico scriptum est d משכים quod omnes voce consona ἑλκοντες, id est, trahentes, transtulerunt: vt ostendatur magnitudo genitalium, iuxta illud Ezechielis: quasi asinorum carnes, eorum carnes. Hoc est quod in alio loco scriptum est: *Assimilati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.* Simulque tantam ostendit insaniam libidinis, vt non solum appetitum voluptatis, sed χρεμασμὸν, id est, hinnitũ vocet,

d Moſecim *nunc* Maſcim.
Ezech.23.e
Pſal.48.c

I. saxad *Sup.1.b* enamer seked *Rom.1.c*

quatur, est enim malorum solatium, si illos habeas hostes, quos possis rogare, & qui tuas intelligant preces. Quodque sequitur: *Pharetra eius quasi sepulchrũ patens*, & in LXX. editione non dicitur, Babyloniam significat armaturam. Nec dubium quin regnum Assyriorum, Babyloniorum, Medorum atq; Persarum, sagitandi peritissimum sit Simulque describit vastitatem terræ Iudææ, interfectionemque multorũ, abactionem pecorum subuersionem vrbium atque murorum, quod gladio hostili cuncta capiantur, & tamen in tãtis malis non eos perdat vsque ad internecionem, sed reliquias saluas faciat, vel eorum qui in Babylonem ducti sunt, dimissique ad agriculturam terræ Iudææ, vel eorum qui post persecutionis ardorem, vel fugã, vel confessionem fidem domini seruauerunt.

a ¶ *Quod si dixeritis, quare fecit dominus Deus noster nobis hæc, &c.*] Grandis stultitia nescire cur passi sint, cum tanta peccauerint, breuisque ad ambigentes responsio, sicut seruiuistis Deo alieno, id est, Baal, vel diis alienis cunctarum gentium in terra Iudæa, sic seruietis diis alienis in terra non vestra. Haud dubium quin Babylonis atque Chaldææ. Si enim vos peregrina religio delectat, quid necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, imo seruite his quorum Deos colitis. Potest hoc & super hæreticis accipi, de quibus scriptum est: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum*: quod proiiciat de ecclesia hæreticos dominus, qui multo tempore sub nomine eius mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, vt foris colant, quod intus prius venerabantur, & paleæ separentur à tritico.

1.Ioan.2.c

Commentarij primi in Hieremiam Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

SEcundum, frater Eusebi, in Hieremiã librũ celeri sermone dictamus, auertentes parumper aures, ne audiamus iudicii sanguinis, & interfectorum animas deploremus, qui opinione virtutis quotidie corruunt in superbiam, & Deo se similes arbitrantur: vt æqualitatẽ, quam impia Arianorũ hæresis in Filio negat, cunctis hominibus tribuãt: & ponant in cœlum os suum, & nihil futuræ sanctorum beatitudini amplius derelinquãt. Quorũ furori respondimus, vt potuimus: & si dominus vitam dederit, plenius responsuri sumus: Nunc cepta carpenda est via, & dictandi commentarioli, nec nimia longitudine extẽdentes opus, nec immoderata breuitate auferentes intelligentiam: quorum alterum onerat sensus legentium, alterum præpedit studiosorum desiderium.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER SECVNDVS.

CAPVT V.

[a] Nnũciate hoc, *&c.*] Multis modis peccãtes retrahit ad salutẽ, & stultum vocat populũ, qui sapientiæ reliquit auctorẽ, cõparatq; eos simulacris, de quib⁹ scriptũ est: *Oculos habent & non videbunt, aures habent & nõ audiẽt. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Proprie autẽ ad Iudam loquitur, & ad domum Iacob: Israel enim multo iam tempore in Assyriis exulabat: simulque dat intelligentiam, quod etiã absq; præcepto, naturali sẽsu debeatus intelligere quæ recta sunt.

Pſal.113.b

b ¶ *Me ergo non timebitis, &c.*] Narrat beneficia vt ingratos arguat. Me, inquit, non timebitis qui tanta vobis præstiti? Non dilectionem desidero perfectorum, sed timorem incipientium, qui posui arenam terminum mari, qui tam potens elementum, & immensas gurgitum moles, meo præcepto litoribus refrænaui, iuxta illud quod scriptum est: *Præceptum posuit, & non præteribit.* Audiunt me, & sentiũt, quæ sensum non habent audiendi, & populus quondam man⁹ domini, vt ista non faciat: sed peccata vestra

Pſal.184.b

[a] Nnũciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicẽtes: Audi populе stulte qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis: & aures, & nõ auditis.[b] Me ergo nõ timebitis, ait dominus, & à facie mea nõ dolebitis (siue timebitis.) Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Et commouebuntur, & non poterunt, (siue turbabitur, & non poterit) & intumescent (siue sonabunt) fluctus eius, & non transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo: Metuamus dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo: plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.[c] Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra

a sebuoth

meus suo vitio stultus effectus, non solum contemnit, sed & dulcem exasperat Deum. *Recesserunt*, ait, *à me*, & mihi terga verterunt, & concito abierunt gradu: nec tacita eos retraxit conscientia, vt dicerent in cordibus suis: metuamus eum qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam. Per quæ omnia ostendit bonam plenitudinem annuæ messis, pro quo Aquilæ prima editio, & Symmachus, hebdomadas interpretati sunt. In Hebræo enim scriptum est a שבעות quod pro ambiguitate verbi, & septimanas significat, & plenitudinem.

c ¶ *Iniquitates, &c.*] Ergo si quando & mare transcendit terminos suos, & pluuia retrahitur, nequaquã abbreuiata est manus domini, vt ista non faciat: sed peccata nostra hęc ad nos veniẽtia declinarũt, vt ad alios pergerent, qui nõ peccauerũt. Et prohibuerũt, inquit iã venientes ad nos bonũ, iuxta illud quod secundum literam scriptum est: *Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem.* Possumus autem imbrem temporaneum, & serotinum, legem accipere & euangelium, &

Eſa 5.g
Matt.20.d

uersas vocationes à prima hora vsq; ad vndecimã: in quibus operariis vineæ, vnum æternæ vitæ præmium pollicetur.

a ¶ *Quia inuenti, &c.*] Cur declinaret ab eis imber temporaneus & serotinus, & bona omnia non venirent, causæ subiiciuntur: quia inuenti sunt in populo eius impij. Non dixit, iniquos & peccatores, vt noua vult hæresis, sed impios. Impietas aperte negat Deum: iniquitas atque peccatũ, si cõfiteatur errorem, facile ad misericordiã flectit Deũ. Quodque nos diximus: Insidiantes quasi aucupes, & in Lxx. non habetur. Aquila & Symmachꝰ transtulerunt verbum b ישור quasi rete aucupis: quod etiam qui bonus inter eos videtur & rectus, instar aucupis tendat insidias, dum inuicem se venantur ad mortem, & aliorum damnis atque dispendiis, suas complent domos, vt impleatur philosophorum illa sententia: Omnis diues atque iniquus, aut hæres iniqui. Atque vtinã ab his tantum fiant qui videntur foris esse, & quos dominus iudicat: & non in nostris conuenticulis impleantur, quos possidet radix omnium malorum auaritia ita vt venientium ad nos non ora contemplemur, sed manus.

b ¶ *Ideo magnificati, &c.*] Si voluero annotare per singula quæ in Lxx. editione prætermissa sunt, longum fier. Qui tendunt, ait, insidias, & aliorũ nuditate lætãtur, ideo magnificati sunt & ditati, quia superiora fecerunt. Incrassati sunt & impinguati, iuxta illud quod scriptum est: *Incrassatus & impinguatꝰ est, & recalcitrauit dilectus.* Et prætereriũt sermones meos, quia diuitiarũ conscientia illud dixerunt de euãgelio: *Anima habes multa bona posita in annos multos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Prætereriunt autem in malum sui, cũctosque homines despicientes, non posuerunt Dei iudicium ante oculos suos. *Pupillum & pauperes contempserunt.* Pro quo Lxx. dixerunt, *viduas*, quod in Hebraico non habetur, c אביונים quippe proprie pauperes, non viduas sonat. Quod autem sequitur: *Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, aut super gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea?* iam supra dissertum est.

c ¶ *Stupor & mirabilia, &c.*] Supra dixerat: ibo ad optimates, & loquar eis, forsitan ipsi cognouerunt viam domini: & ecce hi magis pariter confregerunt iugum, ruperunt vincula: nunc describit qui sint optimates, prophetæ videlicet & sacerdotes, quorum alij futura prædicunt, alij ex lege facienda decernunt. Et ecce, inquit, illis mendacium prophetantibus, sacerdotes manibus applauserunt. Et vt ostendatur nec populus esse sine culpa, quia talibus abducatur, scriptum est: *Et populus meus dilexit talia*: quondam meus: sed postquam dilexit talia, meus esse desinit. Quid igitur facient cum nouissimum iudicij tempus aduenerit siue captiuitatis necessitas? Vnde stupor & mirabilia sunt, quod nec in principibus, nec in populo inuentus sit qui recta sentiret.

CAP. VI.

d *Onfortamini filij Beniamin in medio Hierusalem, &c.*] Hierusalem in tribu Beniamin sitam, nullus ignorat. Thecuã quoq; viculũ esse in monte situ, & duodecim millibus ab Hierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus est, qui lingua Syra, & Hebraica a בית הכרם nominatur: & ipse in monte positus. Quod ergo dicit, hoc est, quia ab Aquilone iã iamq; vẽturus est Nabuchodonosor, & imminet vicina captiuitas, ô habitatores Hierusalẽ arma corripite, & in Thecua buccina cõcrepate, & in Bethacerem leuate vexillũ, vt contra hostes valeatis resistere. Beniamin interpretatur filius dexteræ: Thecua, tuba: Bethacerẽ, villa vinææ. Hæc omnia referamus ad ecclesiam, vt si deliquerit, & persecutionis impetus fuerit, separet ad resistendum.

a *Beth lia. cerem.*

e ¶ *Speciosæ, & delicatæ assimilaui, &c.*] Describitur pulchritudo Hierusalem, quæ est ipsa Sion, vt aliud totam vrbẽ, aliud arcem vrbis insinuet esse: Sion enim arx, specula interpretatur, & speciosæ mulieri comparatur: & quo modo ad illam amatores, sic ad istam pastores conuenire dicuntur. Satisque eleganter in Hebræo verbum quod quatuor literis scribitur b רעים si legatur c רעים amatores: si d רעים pastores significat: vt vel iuxta metaphoram, pulchræ mulieris amatores: vel iuxta euersionem vrbis, pastores intelligãtur, quorum alij scortum polluere festinant, alij obsidere & subuertere ciuitatẽ. In pastoribus & gregib. ebrũ, principes sentiamus, & exercitus Chaldæorũ. Figent autẽ tentoria sua in obsidione vrbis in circuitu: & pascet vnusquisq; eos qui sub manu sua sunt, suas videlicet turmas & numeros. Qui principes siue pastores, dicent gregibus suis: Sanctificate super Hierusalem bellum: domini enim imperium est. Cõsurgite, & ascendamus in meridie: non per noctem & insidias, sed plena luce pugnemus: nullus enim nobis potest resistere.

b res, ain, iod, mem. c reim d roim.

f ¶ *Væ nobis, &c. Surgite & ascendamus in nocte, &c.*] Illi dicunt: *Surgite & ascendamus in meridie*, & clara luce pugnemus. Isti respõdẽt: *Væ nobis quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.* Secundum illud Virgilianum: *Et iam summa procul villarum culmina fumant: Maioresque cadunt altis de mõtibus vmbræ.* Et est sensus: Si per diẽ hæc patimur, quid patiemur in nocte? Rursumq; qui supra dixerant: *Sanctificate super eam bellum*, atque consurgite: nunc ipsi se prouocant ad bellandum, dicentes: *Surgite, & ascendamus in nocte*: vt sciãt aduersarij non temporis victoriam esse, sed virium: & dissipemus domos, quæ frustra murorum firmitate vallantur.

g ¶ *Quia hæc dicit dominus, &c.*] Idcirco, inquiunt, de victoria secúri sumus, quia præceptum domini est imperantis Chaldæis: ligna succidite, & futuris munitionibus aggerem comportate. Per quæ ostenditur antequam veniat corona, non statim esse vrbem capiendam: sed longa obsidione, vt postea legimus.

h ¶ *Hæc est ciuitas visitationis, &c.*] Præcepit dominus vt arbores succidantur, & fundantur per circuitum aggeres: quia tempus visitationis eius aduenerit, vt recipiat pro peccatis suis, quorum maximum est συναρπαγία, vt innocentem opprimat per calumniã. Quo modo ergo cisterna vel lacus frigidam facit aquam suam, sic in medio Hierusalem, malitia quæ in ea est, omnẽ calorẽ perditi vitæ. Et hoc notandũ quod sancto spiritu accensi, feruentes appellentur, mala autẽ frigida sint. Vnde & illud scriptum est, quod in nouissimis diebus, quãdo multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Quod puto & illud sonare: *Assimilatus sum descendentib. in lacum.* Hoc autẽ Latin' lector intelligat, vt semel dixisse sufficiat: lacum non stagnũ sonare, iuxta Græcos, sed cisternã: quæ sermone Syro & Hebraico e גבא appellatur. In præsenti autẽ lacu, quẽ omnes similiter transtulerunt, in Hebraico dicitur f בור.

Matt. 24. b

Psal. 27. a

a ¶ *Iniquitas, &c.*] Per hæc discimus quod flagellat dominus omnem filium quem recipit. Et idcirco plagis atque tormentis eruditur Hierusalem, vt corrigatur & non recedat anima Dei ab ea, & redigatur in solitudinem. Si quando igitur crebris angustiis subiacemus, recordemur in consolationem nostri istius versiculi: Per omne flagellum & dolorem eruderis Hierusalem.

b ¶ *Hæc dicit, &c.*] Alij in bonam partem, alij in malam hæc dicta suscipiunt. In bonã partẽ, cum vastata fuerit Hierusalem, reliquiæ saluæ fiant. In malam sic, ne vnus quidem racemus, & paruus botrus remaneat in vinea: omnia colligantur: & quodcunque inueneris, instar vindemiatoris in cartallũ colligito, vt quo modo ille racemos ad torcular, sic tu captiuos pertrahas in Babylonem.

c ¶ *Cui loquar, &c.*] Non possunt audire, quia aures circumcidere noluerunt: nec tamen vacat impossibilitas supplicio, quæ de contemptu & infidelitate descendit. Si quis ergo Dei verba non suscipit, nec habet præceptorum eius intelligentiam, incircuncisis auribus est. Simulque notandum quod circuncisio tribus generibus in scripturis appellatur, in præputio, in corde & in auribus. Vnde dicit dominus: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Voluntate ergo nostra verbum Dei non suscipimus: & idcirco fit nobis in opprobrium, vt quod datum fuerat nobis ad salutem, nostro vitio vertatur in pœnam.

Matt. 11. b

d ¶ *Idcirco, &c.*] Iuxta Hebraicum, ex persona prophetæ dicitur: quod venientem iram Dei ante prospiciat, & plenus sit furoris domini, & iracundiæ, & vltra sustinere non possit, nec pro peccatoribus audeat dominum deprecari. Iuxta Lxx. autem nouus sensus ponitur, quod ipse dominus loquatur & dicat: Furorem meum compleui feriendo populum peccatorem: & tamen retinuerit illum, & non totum effuderit, vt reliquiæ saluæ fiant, quod mihi videtur sibi esse contrarium. Si enim compleuit furorem suum, quo modo sustinuit ne compleret?

e ¶ *Effunde super paruulum, &c.*] Vel Propheta præcipit in spiritu venienti Chaldæo, vt effundat furorem domini super paruulos, & innoxiæ quoque nõ parcat ætati: vel certe narrat quid factum sit super concilium iuuenum simul qui ad repugnãdũ arma corripuerant. *Vir enim cũ vxore ceperit*, dulcissima inter se nomina pariter sentient captiuitatem, *senex cum pleno die rum.* Ergo senectus non est ætas vltima, sed eorũ qui pleni sunt diebus: quos nostro sermone appellamus depositos, siue decrepitos. Sequitur: *Et transibũt domos eorũ ad alteros*, captiuitatis malo, *agri & vxores simul*: vt & coniux ad hostes transeat & possessio. Quicquid iuxta literam intelligimus super Hierusalẽ, iuxta intelligẽtiam spiritualem referamus ad ecclesiam, si offenderit Deum.

f ¶ *Quia extẽdam, &c.*] Quod in Hebraico dicitur: Extendam manum meam super peccatores siue habitatores terræ: apud Lxx. semper, eleuabo, scribitur, qui vterque percutientis est habitus. Iuxta illud quod scriptum est: *Et adhuc manus domini extenta* siue *excelsa.* Habitatores autem terræ semper in vitio sunt. Vnde & in Apocalypsi frequentius dicitur: *Væ habitatorib. terræ. A minore vsq; ad maiorem omnes studẽt auaritiæ*, secundum illud apostolicũ: *Radix omnium malorum est auaritia. Et à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciũt dolũ.* Alij in prophetando mendacium, alij peruerse interpretãdo legem Dei. Dicit enim & in alio loco Propheta. *Quærite legem à sacerdotibus.* Et cum, inquit, tanta facerent, prospera quæque meo populo nunciabant: & quasi curare cupiebãt vulnus, & ignominiam filiæ meæ *dicentes: Pax, pax*: cum pax omnino non esset. Hoc proprie de sacerdotibus, & doctoribus intelligendum est: qui diuitibus & eis, quos videnti in honore maximo constitutos, repromittunt prospera, & clementem prædicant Deum: magis illos supplicio & iracundiæ præparantes.

Esa. 5. f

Apoc. 8. d

9. & 22

g ¶ *Confusi, &c.*] Prestius hoc legendum est iuxta Hebraicum. Et cum inquit, tanta fecerint, nunquid cõfusi sunt? nunquid erubuerunt in scelere suis? quin potius peccatum auxere contemptu, & erubescere nescierunt. Nescierunt autem, hic posuit pro noluerunt: siue nimio contemptu & vitio inoliti mali ne intelligere quidem potuerunt.

h ¶ *Quamobrem, &c.*] Quoniam ait, erubescere nescierunt, & non solum opus, sed ne scientiam, quidem habuere, & sensum pœnitentiæ: propterea cadent qui prius stabant inter eos, qui virtis suis corruent: & cum visitationis, & pœnæ eorum tempus aduenerit, cunctis ruentibus sociabuntur. Grandis autem impietas, non solum non cauere, sed nec intelligere vele peccata, & nullam habere distantiam bonorum malorumque operum.

i ¶ *Hæc dicit dominus: State super, &c.*] Euangelica parabola si fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam: in qua negotiator bonus, omnes vendere dicitur margaritas vt de pretio earum vnam emat pretiosissimam margaritam: quod scil. per patriarchas, & prophetas veniamus ad eum qui dicit: *Ego sum via.* Stãdum est igitur in prophetis, & diligentissime contemplandum: & interrogandum de semitis antiquis siue sempiternis, quæ multorum sanctorum sunt

Matt. 13. f

Ioan. 14. a

HEB. SEPT.

a Iniquitas, & vastitas audietur in ea: coram me semper infirmitas & plaga. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te, ponam te desertam, terram inhabitabilem. b Hæc dicit dominus exercituum: vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel. Cõuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

Impietas & miseria audietur in ea contra faciẽ eius. Per omnẽ dolorem & flagellum eruditeris Hierusalẽ, ne forte recedat anima mea à te: ne faciam te inuiã terram, quæ non habitetur. Quia hæc dicit dominus virtutũ: Racemate, racemate quasi in vinea reliquias Israel. Reuertimini quasi vindemiator in cartallum suum.

c Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncisæ aures eorum (siue vestræ) & audire non possunt. Ecce verbum domini factũ est eis in opprobriũ, & non suscipiẽt illud.

HEB. SEPT.

d Idcirco furore domini plenus sum, laboraui sustinens.

Et furorem meum impleui & sustinui: & nõ consumpsi eum.

e Effunde (siue effundit) super paruulum foris, & super concilium iuuenum simul, vir enim cũ vxore capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter. f Quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit dominus. A minore quippe vsque ad maiorẽ omnes auaritiæ student: & à propheta vsque ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non erat pax. g Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. h Quamobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus. i Hæc dicit dominus: State super vias: & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium

tritæ veſtigiis:quæ ſignificati⁹ Græce appellãtur τρίβοι, quæ ſit via bona in euangelio, & ambulandũ in ea:quæ via cum inuenta fuerit,præbet refrigeriũ, ſiue purificationẽ animabus credentiũ. At illi econtrario reſpõderunt, non ambulabimus per viam euangelij, proprie hoc propheta dicente de perfidia Iudæorũ. Statimq; infert:Et cõſtitui ſuper vos ſpeculatores:Haud dubium quin apoſtolorum indicetur chor⁹, iuxta Ezechielẽ: *Filij hominis ſpeculatorẽ te dedi domui Iſrael:* & præcepit vt audiretis vocem tubæ vel mãdata euãgelij, vel doctrinam apoſtolorum,iuxta illud Eſaiæ: *In montẽ excelſum aſcende, qui euãgeliζas Siõ:exalta ſicut tuba vocẽ tuã,qui annuncias Hieruſalẽ.* Qui dixerũt: Non audiemus. Et inuitati ad cænam,noluerunt venire:propterea dicitur:.*Audite gentes.* Quod ſequuti ſunt & apoſtoli quãdo loquuntur in Lycaonia: *Vobis quidẽ oportebat primũ loqui verbũ Dei,ſed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ,ecce cõuertimur ad gẽtes.* Et cognoſce cõgregatio, nequaquã Iudaica, ſed omnium nationũ. Siue qui paſcitis greges,epiſcopi&presbyteri, & omnis ordo eccleſiaſticus. Vel cognoſcite teſtimoniũ quod in eis eſt: *Teſtimoniũ* enim *Dei fidele ſapiẽtiã præſtãs paruulis.* Quib. loquitur& dominus: Noli timere grex paruule.Et, *Ecce ego, & pueri mei. quos mihi dedit Deus.* Cognoſcite ergo quanta faciam populo non credenti. Quodque infertur: Audi terra,totus orbis ad audiendũ vocatur,ſicut &in principio Eſaiæ legimus:.*Audi cælum, & auribus percipe terra:* quæ ſcilicet dominus facturus ſit populo Iudæorum.

a ¶ *Ecce ego adducam, &c.*] Mala appellat ſupplicia pœnaſque peccantium:non ſuper gentes quæ vocantur ad euangelij veritatẽ. ſed ſuper populũ qui reſpondit: *Non audiemus.* Et recepturus eſt fructum cogitationum, ſiue auerſionis ſuæ, dicente Dauid: labores manuum tuarum manducabis. Cauſaque perſpicua, quia verbo domini non audierint, & legem eius abiecerint.

b ¶ *Vt quid &c.*] Quod thura de Saba veniant nemo dubitat:vnde & illud Virgilianũ:Centumq; Sabæo thure calẽt aræ. Calamum autem quod Hebraice dicitur g קנה pro quo Lxx. & Theodotio,cinamomum tranſtulerunt,de terra venire longinqua, prophetico ſermo teſtatur,vt intelligamus Indiã,de qua per mare rubrum plura veniunt aromata. Hoc gen⁹ pigmenti,medici, κασσίαν σύριγγα appellãt Et eſt ſenſus:Fruſtra mihi in vnguẽta conficienda,quæ lege præcepta ſunt,ſuauiſſimi odoris pigmẽta cõfertis, & holocauſta ſuccenditis,qui meam in lege nõ facitis voluntatẽ: iuxta quod ſupra dictũ eſt:*Verba mea non audierunt, & legẽ meã proiecerunt.* Hoc autem proprie conuenit his,qui de rapinis & nudatione miſerorum offerunt ſacrificia: de eleemoſynis ex iniquitate ſe putant redimere poſſe peccata,dicente ſcriptura:*Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ:* quæ non de iniquitate,ſed de labore,& iuſtitia congregantur.

c ¶ *Propterea hæc dicit dominus:Ecce ego, &c.*] Impleta videnus omnia quæ dominus illi populo comminatus eſt: quotidie enim ruunt in blaſphemiis ſuis:nihilq;in ſe habent forte,ſed omnis apud eos infirmitas eſt. Filij patrum ſequũtur blaſphemias, & quotidie recipiunt illam imprecationem:*Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros:* & nõ ſolũ ipſi,ſed & vicini & proximi eorum,omnes qui legẽ & prophetas ſequuntur iuxta occidentem literam, & non iuxta ſpiritum viuificantem: & omnes pariter peribunt:quia omnes pariter peccauerunt.

d ¶ *Hæc dicit, &c.*] Proprie hoc de Babyloniis prophetatur, qui venturi ſunt contra populum Hieruſalem: & omnis armaturæ ordo deſcribitur, & impetus præliantium, vt vocis terrore concuſſi, agãt pœnitentiã, & clementiſſimũ placent Deum. Denique dat occaſionem rogandi, dum dicit,aduerſum te filia Sion.Poſſumus hoc teſtimonio abuti perfectionis tempore:quando omnis aduerſus nos diaboli rabies concitatur, nullaque miſericordia eſt: & quaſi vehementiſſimi maris fluctus,ita opprimunt reſiſtentes.

e ¶ *Audiuimus, &c.*] Reſpondit populus,cui propheta,imo per prophetã domin⁹ Babylonios cõminatus eſt: quod antequã veniant,timore ſuperati ſint: nec poſſint eleuare manus: & anguſtia eos comprehenderit,quaſi dolor parturiẽtem:quo dolore nihil affirmãt grauius quæ ſenſerunt.

f ¶ *Nolite exire, &c.*] Docet euangelium non eſſe excundũ in agrum, nec de tectorum altitudine deſcendendum, ſed audiendum illud:*in monte ſalutem te fac.* Ad quem in Eſaia, & Michea, iubemur currere, atque conſcendere. Præcipitur autem iuxta literam, ne foras exeant, nec deſerant muros: ſed vt tueantur ſe firmiſſimis munitionibus.

g ¶ *Filia populi, &c.*] Quia ſupra dixerat: *Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis:* *quoniam gladius inimici, pauor in circuitu:* & fugã quoq; prohibuerat: docet quid facere debeant:vt conuertantur,ſcilicet ad pœnitentiam, & hanc firmiſſimam& ſecuram habeant armaturam. Vbi nos diximus, *luctum vnigeniti fac tibi*: Pro vnigenito, in Hebraico ſcribitur h יחיד quod magis ſolitarium, quam vnigenitum ſonat. Si enim eſſet dilectus ſiue amabilis,vt Lxx. tráſtulerunt i ידיד poneretur:quod & Salomoni Deus nomen impoſuit. Nihil autem dolentius, quam vnum vel ſolum perdere filium. Illud quoque quod nos interpretati ſumus, quia repente veniet vaſtator ſiue miſeria ſuper nos: Septuaginta, ſuper vos, poſuerunt,cum multo Deus miſericordius dixerit: vt quidquid ſuper ſuum venturum eſt populum, ſuper ſe quoque venire teſtetur: Vaſtatorem autem proprie vel Nabuchonoſor,vel diabolum ſignificat.

h ¶ *Probatorem dedi te in populo meo, &c.*] Datur propheta populo incredulo probator robuſtus, quod Hebraice dicitur מבצר, quod vel munitum,iuxta Aquilam, vel clauſum atque circundatum,iuxta Symmachum, & Lxx. ſonat, inſtar vrbis firmiſſimæ: vt nullas populi pertimeſcat inſidias:& cum probaueris, ait,& ſcieris viam populi delinquẽtis, tunc intelligas argentum commiſtum ære nulla ratione poſſe

poſſe purgari. Quo modo enim plũbũ miſcetur metallis,quæ adulterata ſunt atq; violata, vt materia ſeparetur aliena: & ſi forſitan purgata nõ fuerit, plumbum omne cõſumitur,& in nihilum redigitur: ita omne eloquiũ doctrinarũ, & ſermo prophetic⁹ perit in his qui audire contemnunt. Dicamus & ſuper his,qui *ſicut aſpides ſurdæ obturant aures ſuas, ne audiant voces incantantium.* Fruſtra enim conflauit argentarius ſiue cõflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Vnde nequaquam argentum, ſed argẽtum reprobum ſunt vocati: quia domin⁹ abiecit eos. Principes autem ſunt à domino recedentes ſiue in obedientes qui peruerſe ambulant & fraudulenter.

Cap. VII.

Va *Erbũ, &c.*] Hoc in editione Lxx. non habetur, ſed de Theodotione ex Hebraico additum eſt. Imperatur autem prophetæ vt ſtet in porta domus domini, per quam ad adorandũ dominum ingreditur populi multitudo: vt per hanc occaſionẽ poſſint audire quæ dominus præcipit. Per quod intelligimus duritiam populi Iudæorum, quod quaſi mendaces atq; veſanos habuerint prophetas,dum per occaſionem & celebritatem loci audire cogunt verba domini & non propter hoc, quod verba ſint domini.

b ¶ *Hæc dicit, &c.*] Clementiſſimus medicus omni vulneratos cupit ſanare medicamine. Quando autem dicit:*Bonas facite* ſiue *corrigite vias veſtras*, oſtendit eas eſſe peruerſas, & nihil in ſe habere boni. Et quia naturale eſt, vt vnuſquiſq; naturale diligat ſolum,& nihil dulcius habeat patria, pollicetur præmia obedientib. Habitabo, inquit,vobiſcum, vt ſecuros de habitatione vos faciam: ſiue vos ipſos, iuxta Symmachum, firma habitatione fundabo, qui ait.*Et confirmabo vos in loco iſto.*

c ¶ *Nolite confidere in verbis, &c.*] Hoc quod Lxx. in huius capituli addidere principio: In verbis mendacij, quæ vobis omnino nõ proderũt:in Hebraico nõ habetur. Præcipit autẽ & tunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui videmur in eccleſia cõſtituti, ne fiduciã habeamus in ædificiorum ſplẽdore,auratiſq;laqueatibus & veſtitis parietibus marmorum cruſtis. Et dicamus:*Templũ domini,templũ domini,templũ domini eſt.* Illud enim tẽplũ domini eſt,in quo habitat vera fides ſancta cõuerſatio,omniumq; virtutum chorus. Denique infert: Si rectas feceritis vias veſtras, & cogitatio veſtra non abierit poſt erroré, & ſequuti fueritis iuſtitiã, & malum non feceritis, neq; effuderitis ſanguinem innocentem, ſimplices quoſq;nõ ſcandalizantes,& poſt Deos alienos non ambulaueritis,peruerſa adorantes dogmata,quæ de veſtro corde ſimulaſtis in malum vobiſmetipſis. Vel habitabo vobiſcum in loco iſto, quẽ vocatis tẽplũ Dei.& in terram quã dedi patrib. veſtris, apoſtolis ſc. & apoſtolicis viris. Vel certe firma ſtatione habitare vos faciã à principio vſq;ad finem. Poteſt hoc & illis virginib. cõuenire, quæ iactant pudicitiã, & impudenti vultu præferunt caſtitatem, cum aliud habeat conſcientia,&neſciunt illam definitionem apoſtoli virginalem: *Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Quid enim prodeſt corporis pudicitia animo conſtuprato, ſi cæteras virtutes quas pro-

phæticus ſermo deſcripſit,non habuerit?

d ¶ *Ecce vos, &c.*] Fruſtra eos in templo habere fiduciam ſequentia peccata demõſtrant. Quid, enim prodeſt audacter ingredi limẽ dom⁹ Dei,erecta ſtare ceruice,& non ſolũ cor, ſed man⁹ habere pollutas,furto,homicidio,adulterio,periurio, ſacrilegio, & cultu eorum Deorũ, quos neſcias? Hæc ſpiritualiter accidere in eccleſia nemo dubitat, quãdo præſentis tẽporis cõſiderãtes felicitatem, ſua peccata non reputant:&latere arbitrãtur Deũ, quia ſtatim vindicta nõ ſequitur:quin potius in tantã prorumpunt amentiam,vt liberatos ſe putẽt, quia poſt mala opera eriam à cultu domini receſſerunt.

e ¶ *Nũquid ergo, &c.*] De hoc loco in euangelio aſſumptum puto:Scriptum eſt: *Domus patris mei,domus orationis vocabitur: vos autẽ feciſtis illã ſpeluncam latronũ.* Siue vt in alio euangelio ſcriptum eſt,*domum negotiationis.* Eccleſia Dei vertitur in ſpeluncam latronum, quando furta, homicidia, adulteria, ſacrilegia, periuria, hæreſeos adinuentio, & omnia in ea ſcelera verſantur, quãdo auaritiæ facib. principes inardeſcũt, & regum quondam opes, vile aut cerre non vile palliolũ poſſident. Vnde infert:*Ego,ego ſum, ego vidi, dicit dominus.* Oculi mei contẽplati ſunt, quod vos putatis occultum: tenebræ theſaurorum, meam non fugiunt conſcientiã. Qui cum dies eſſet, pauper pro nobis factus eſt: nunc in noſtris diuitiis erubeſcit, & dicit:*Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.*

f ¶ *Ite ad locũ, &c.*] Ex præteritis docet præſentia,& dicẽtib. Templum domini,templũ domini, templum domini eſt: & pretioſæ domus fulgore gaudentibus Silo vbi primum fuit tabernaculum Dei,recordatur hiſtoriæ, de qua in pſalmo ſcriptum eſt: *Et repulit tabernaculum Silo.* Vt quo modo ille locus in ruinas cinereſque collapſus eſt: ita & templum corruat, cum ſimilium habitatio fuerit peccatorum. Sicut igitur Silo,templi exemplum eſt, ita templum nobis, quando tempus aduenerit illius teſtimonij: *Putas veniens filius hominis,inueniet fidem ſuper terram?*

g ¶ *Et nunc, &c.*] Hoc quod poſuimus mane conſurgens & loquens:in Lxx.non habetur. Mane autẽ cõſurgẽs Deus, non quo aliquod ei tẽpus abſq;diluculo ſit, ſed quo poſt noctis quietem viribus corporis inſtauratis anima hominum vegetior ſit:& nequaquam voluptatib. occupata,cibiq;deſiderio audire, & facere valeat quæ dicuntur. Vnde & illud in Pſalmo legimus:*Mane exaudies vocem meã:mane aſtabo tibi & videbo.* Et in Eſaia:*De nocte* ſiue *diluculo conſurgit ſpiritus meus ad te Deus:* quoniã lux præcepta tua ſuper terrã. Vnde, & filios lucis Paulus glorioſus apoſtolus appellat,&non noctis neq; tenebrarum, nec dormientes: ſicut & cæteri dormiunt, qui Dei mandata nõ ſentiunt. Quia igitur Deus vocauit eos, de nocte conſurgens, vt & eos de tenebris liberaret,cõminatur eis ſimilia ſe eſſe facturum templo in Hieroſolymis,quæ fecit loco Silo,vbi primũ fuit tabernaculum,vt peccata ſimilia pari ſentẽtia feriantur. Et quo modo proiecit dominus ſemen Ephraim,id eſt decem tribus, quæ vocabãtur Iſrael,& habebant principes,propter Hieroboam filium

Nabath de tribu Ephraim (quæ eadē appellabatur trib. Ioseph:) sic etiā Hierusalē & tribū Iuda cū Beniamin se abiecturū esse testatur. Abiecit igitur Silo, abiecturus & tēplū: abiecit decem tribus, abiecturus & duas. Quidquid illi populo dicitur, intelligamus & de nobis, si similia fecerimus,

a ¶ *Tu ergo*,] Ne videatur rogās propheta non impetrare quod postulat, præcipit Deus, ne pro populo peccatore, & nullā agēte pœnitētiā deprecetur. Quod autē dicit: Et nō resistas mihi: illud ostendit quod sanctorū preces, Dei iræ possint resistere. Vnde & dominus loquitur ad Moysen: *Dimitte me, vt percutiā populū istū, & faciā te in gentē magnam.* Et in psalmis legitur: *Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio, & reputatū est ei ad iustitiā.* Aarō quoque arrepto thuribulo, inter ignē arsurū q; populū medi⁹ steterit, & Dei ira cessauit. Ac ne putemus crudelitatem Dei, qui ne rogari quidem se permittat, reddit causas, cur non exaudiat, dicens.

b ¶ *Nonne*, &c.] Vis, inquit, audire propheta cur tibi dixerim: *Noli orare pro populo hoc*? Hæc faciūt quæ sequūtur: Et intus & foris, & in plateis, & in exitib. Hierusalē, filij ligna cōportant, & patres succēdūt ignē, & mulieres conspergūt adipē cū farina, vt faciāt *καυσάνας*, quas nos placentas interpretati sum⁹, siue præparationes: vt omne gen⁹ ostendat sacrificij reginæ cæli, quā lunā debemus accipere. Vel certe militiæ cæli, vt omnes stellas intelligamus. Et post hęc libēter diis alienis: nō quo sint, sed quo sub nominibus eorum dæmonib. thura succendant: & me ad iracūdiam prouocent ista facientes: nec intelligūt miseri quod ista cōrentio nō me lædat, quē nūquā ira cōmutat, sed semet ipsos in cōfusionem vultus sui, & ignominiam sempiternam. Quidquid igitur facimus, non Deum lædimus, qui lædi nūquam potest, sed nobis interitum præparamus, thesaurizātes irā in die iræ. Ideo autē diuersa officia filiorum patrumque & matrum posuit vel vxorum: vt nulla ætas sit, quæ ab impietate dissēserit.

c ¶ *Ideo*, &c.] Qui supra dixerat: Nūquid me ad iracundiam prouocant: quo modo nūc dicit: *Ecce furor meus, & indignatio mea stillauit super locū istum*? Et est sēsus: Ego quidē naturaliter nō irascor, sed illi ita agūt me ad iracūdiā prouocēt, & meā videar mutare naturā. Sētiāt igitur iratū, quod quātū in se est, facere conātur. Pulchreq; nō ait, effusus est furor meus super locū istū, sed stillauit, vt moderatā pœnam significet. Si autē in stilla furoris tāta duritia est, quid fiet si omnis imber fuerit effusus? Sed & cōflata indignatio sic intelligi potest, vt quod diu facere noluit, peccatorum multitudine facere cōpellatur. Cum autem Deus iratus fuerit: & homines & ea quæ hominum sunt similē interitum sustinebunt. Et succēdetur, inquit, haud dubium quin furor domini, & non extinguetur: quia non agit populus, per quæ possit extingui.

d ¶ *Hæc dicit dominus exercituum*, &c.] Quorum reprobauit tēplum consequenter reprobat & sacrificia: & obliquе arguit eos, quod nō veneratione sui, sed epularum desiderio immolēt victimas. Quod autē ait: Nō sum loquutus cum principib, vestris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, super verbo holocausti, & victimarū: manifeste intelligitur, quod primū decalogum dederit in tabulis lapideis, scriptū digito Dei: & post offensam idolatriæ caputq; vituli, postea iusserit, sibi magis fieri quam dæmonibus: auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedens sanguinem victimarum, carniumque desiderium.

e ¶ *Et nō audierūt*, &c.] Me dicente: *Audite vocē meā, & ero vobis Deus*, & reliqua: nō audierūt, nec inclinauerūt aurem suā, sed sui cordis fecere desideria: & cōtra Apostoli sententiā, qui præteritorū obliuiscebatur, & in priora se extendebat, fecere cōtraria: vt præterita cuperēt, & futura cōtenerent. Quodque dicit: A die qua egressi sunt patres eōrū de terra Ægypti vsque ad diem hāc: omne tempus in medio dicit eos per offensam domini trāsegisse. Vnde, & necessaria fuit euangelij gratia, quæ illos non suo merito, sed domini misericordia conseruauit.

f ¶ *Et misi*, &c.] Iusta ergo ira domini, quæ cōflata est, & stillauit super populū contēptorē duræque ceruicis, & verba Dei audire nolentem. Quo modo autem Deus, vel de nocte, vel diluculo, & in die mittat prophetas supra diximus.

g ¶ *Et loqueris*, &c.] Ne dubites, inquit, eos indurasse ceruicē, & peiora patrib. suis operatos. Ecce do locū pœnitentiæ: nec ideo loquor, vt fiant, sed quia futura sunt, idcirco prædico. Saltem nunc loquere eis verbis meis, & tamē nō audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Tātæ enim erunt superbiæ, vt cū vocaueris eos ad audiendū, nullus respōdere dignetur. Et dices ad eos: Hæc est gēs quæ nō audiuit vocē domini Dei sui, nec recepit disciplinā. Periit fides, & ablata est de ore earum. h Tonde capillum tuum, & proiicie, & sume in directum (siue super labia) planctum: quia proiecit dominus, reliquit lum suū sed gentē vocat. Quod licet, & in tēpore prophetarū ex parte sit factum, & in vmbra præcesserit, & in imagine: tamen plenius cōpletur in Christo, quando noluerunt recipere disciplinam, & vocem sui domini contempserunt. Vnde eleganter infertur: Periit fides, quæ proprie Christianorum est: & ablata est de ore eorum: omnis videlicet filij Dei, fideique confessio.

h ¶ *Tonde*, &c.] Et Iob audita filiorum & filiarū morte, capillos legimus totondisse: & apud veteres hæc erat omnium consuetudo lugentium, tondere cæsariem. At nunc econtrario comam dimittere, luctus indicium est. Omnis autem planctus & lamentatio prophetalis idcirco assumitur, quia proiecit dominus, & reliquit generationem furoris sui. Haud dubium quin populum significet Iudæorum. Et proprie hoc ad Christi tempora referendū: quando periit fides, & ablata est de ore populi dominum blasphemantis.

a ¶ *Quia*

a ¶ *Quia fecerūt filij Iuda malū in conspectu meo, dicit dominus. Posuerūt offendicula sua in domo*, &c.] Quod in tēplo Dei filij Iuda statuā Baal posuerint, in Ezechielis principio discimus, excelsa autē quæ Hebraice appellantur במות siue Arā Tophet, quæ est in valle filij Ennō, illū locū significat, qui Siloe fontib. irrigatur, & est amœnus atq; nemorosus, hodieque hortorum præbet delicias. Hic a gentilitatis error oēs prouincias occupauit, vt ad capita fontiū lucosque amœnissimos, victimas immolarēt: & omnis prauæ superstitionis religio seruaretur: Tophet lingua Hebræa interpretatur, latitudo: scriptumque fertur in libro Iosue filij Nun, de hoc loco qui est in valle filij Ennō, & Hebraice dicitur גיא בן הנם quippe *γέεννα*, h. e. vallē & דם vel hominis nomē vel gratiam sonat. Traduntque Hebræi ex hoc loco appellatam gehennā: quod sc. omnis populus Iudęorū ibi perierit, offendens Deū.

In quo loco etiam filios suos in igne idolis consecrarint, siue holocaustum obtulerint, quæ nō præceperit eis, nec vlla legis iusserit sanctione. Quod si Iepte obtulit filiā suam virginem Deo nō sacrificium placet, sed animus offerētis. Neq; n. si canis, aut asin⁹, aut imūdū quodlibet animal primū occurrisset patri à cæde hostiū reuertenti, Deo illud offerre debuerat.

b ¶ *Ideo ecce dies veniēt dicit dominus*, &c.] Tēpus obsidionis significat, quod ab anno nono Sedechiæ regis, vsq; ad annum vndecimum perpessi sunt, & quod nequaquam vocetur vallis ipsa gehennom, hoc est, vallis Ennom, siue filij Ennom: sed ob interfectionem plurimorū, vallis occisionis. Tanta autem cædes erit, vt in loco prius religionis, sepulchra sint innumerabilia: & quos sepelire non potuerint, lacerentur ab auibus, & à bestiis deuorentur. Nullusque sit qui abigat, similia metuens, & humandi victus officiis. Manifesta transcurrimus, vt sicubi locus fuerit, in obscuris moremur. Ipsius enim libri magnitudo, fastidium potest facere legentibus & quanto magis si à nobis latius differatur?

c ¶ *Et quiescere facia de vrbib. Iuda*, &c.] Cū locus idololatriæ versus fuerit in sepulcra: vt vbi Deū offenderāt, ibi corū inhumata iaceant cadauera: de vrbe quondā Hierusalem, & de cæteris vrbib., quæ sub illius ditione erāt, auferetur omnis lætitia: & mœrore gemituq; & desolatione omnia complebuntur.

CAPVT VIII.

In d tēpore illo ait dominꝰ, &c.] Omnia quę prophetalis sermo describit, nostro tēpore cernimꝰ accidisse, nō vni Hierusalem, quæ ista perpessa est à Chaldæis atq; Romanis, sed vniuerso orbi: ita vt lacrymæ aruerint, & vniuersa completa sint ossibus mortuorum. Et quia solebant iuxta antiquum morem, aurum, & quædam ornamenta vel mulierum vel virorum, in sepulcris condere: hæc quoque frangebat & effodiebat auaritia, vt cœli & luci proderentur. Et ideo primum regum Iuda, & principum eius, sacerdotum quoque & prophetarum, & vniuersi populi, qui fuerāt in Hierusalē, ossa de tumulis proferebātur, patiētia soli & lunæ, & omnium stellarū aspectui: vt quib. seruierāt derelicto Deo, eorū paterēt aspectib. & consūpti, in sterquiliniū & cineres soluerētur. Si quis a. de multitudine potuisset effugere; ad quæcūq; loca venisset, mortem præferret vitæ, & remedium infelicis animæ putaret interitum.

e ¶ *Et dices ad eos*, &c.] Post tāta mala ad pœnitentiā prouocat eos qui potuerint remanere: siue priusq; veniant quæ minatꝰ est, hortatur ad conuersionem, & dat locū pœnitentiæ. Quod autē iuxta Hebraicum scriptū est: Et qui auersus est, nō auertetur: illud significat, quod qui à Deo auersatus est, si voluerit ad meliora conuerti, possit & Dei furorem ad meliora conuertere, & venienti obsistere, & plagas precibus euitare.

f ¶ *Quare ergo*, &c.] Quanto, inquit, magis ego ad pœnitentiā prouocaui, tanto illi plus recesserunt à me, nō tam peccandi, studio quā me superandi. Apprehenderunt. n. fortiter mēdacium, vel idola, vel prauā quæque, veritati iustitiæq; contraria, & noluerūt reuerti. Nō dixit: non potuerunt, sed omni studio iniqua sectari sunt.

g ¶ *Attēdi & auscultaui*, &c.] Reuocati ad pœnitentiā, audire contemnunt: nec sufficit eis cōtra dominū deliquisse, & loquutos esse blasphemiam: sed omnes instar equorū & feruido cursu ad prælium ruentiū, non recogitant super peccato suo, nec dicunt, quid feci? Per quæ intelligimus, vel de omni genere humano ista dici, quod pronum sit ad vitia: vel de tempore Saluatoris, qū *oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non fuit qui faceret bonū, nō fuit vsque ad vnum*. Vnde & ipse mystice clamat: *Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus*. Sin autem hæc ita se habent, vbi sunt qui in nostra dicunt positum esse voluntate, omni carere peccato? Nemo, inquit, quod bonū est, loquitur: quia etiam pro otioso verbo reddituri sum⁹ rationē in die iudicij.

a Con-

h ¶ *Miluus in cælo*, &c.] Pro miluo, quē interpretatus est Symmachus, Lxx. & Theodotio, ipsum verbum Hebraicū posuere a חסידה: Aquila herodiana. Rursum pro hirundine, Symmachus, cicadam transtulit: quæ Hebraice dicitur b סוס Pro eo a. quod nos posuimus ciconiam, & Aquila & Symmachus ita vt in Hebræo scriptum est: עגור transtulerunt, pro quo Lxx. agri passeres interpretati sunt. Vnus a. atq; idē sensus est, qui & in Esaiæ principio ponitur: *Agnouit bos possessorem suum asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit*. Quod etiam paruæ aues sua norint tempora, & sciant quando ad calida festinantes loca, rigorem hyemis debeant declinare, & rursus veris principio, ad solitas venire regiones. Cœlum autem hic pro aëre qui supra est debemus accipere.

i ¶ *Quomodo dicitis*, &c.] Ad scribas loquitur & pharisæos qui legis iactant notitiam, & scribentes scribunt iniquitatem. Quodque ait.

A a ¶ *Confusi sunt sapientes*, &c.] Nõ quo sapientes sint qui ista faciunt: sed sapientes vocat, vt suo iudicio cõdemnentur, & econtrario sapientia eorũ cõuincatur stultitia, dicẽte Paulo apostolo: *Qui doces aliũ, te ipsum non doces?* Et quia verbum dñi proiecerunt, ideo nulla sapientia est in eis. Frustra igitur iactant legis scientiam, qui doctrinam operibus destruunt.

Rom. 2. c

b ¶ *Propterea dabo*, &c.] Receperunt mercedẽ operum suorum, vt qui verbum dñi proiecerunt, ipsi abiicerentur ab eo. Vxores, inquit, eorũ, & possessiones tradam hostibus. Et ne mea crudelis putetur esse sẽtẽtia, causas auditor agnoscat: A minimo vsq; ad maximũ, omnes auaritiæ student. *Radix est n. omnium malorum auaritia. A* propheta vsq; ad sacerdotẽ, qui alios peccantes prohibere deberẽt, primi scelerib. subiacẽt, & cũcti vel iniqua faciũt, dum aliena diripiunt, vel certe mendacium, vt nõ sit veritas in ore eorum. Et post ista quasi boni medici, aliena vulnera verbis sanare cupiebant, qui ipsi erant omniũ flagitiorũ confessi vulnerib. Hæc quotidie in nostro quoq; populo cernimus, dicẽte beato Paulo Apostolo: *Qui prædicas nõ furandũ, furaris*, &

1. Tim. 6. b

Rom 2. c

reliqua. Qui cum peccatores & diuites viderint, sanare cupiunt cõtritionem filiæ populi Dei, h. e. ecclesiæ: ad ignominiã vel eorum qui decipiũtur, vel eorum qui alios decipiunt: vt dicãt omni facinore coopertis: pax, pax, cũ nulla sit pax & bellũ eis immineat peccatorũ.

B c ¶ *Confusi sunt*, &c.] ἐμπαικτικῶς hoc est legendũ, vt sit sensus: Erubuerunt in sceleribus suis: intellexerunt abominationes, quas operati sunt? Nequaquã: sed in tantã erupere amẽtiam, vt nec confusione cuperent emendare vitia, nec spe veniæ sua scelera confiteri.

d ¶ *Idcirco ca.* &c.] Hæc sũt præmia eorum qui erubescere nescierunt: vt quorum dignitas erat excelsior populis, ruinis populi miscerentur. *A minimo n. vsque ad maximum, omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt mendacium.* Visitationis autem tempus, propinqua captiuitas est.

e ¶ *Cõgregans*, &c.] Quod si tẽpus visitationis in quo corruẽt delinquentes, manifestius docet, dicens: Congregans congregabo eos. Haud dubium quin in Hierusalem, vt obsidẽtur à Chaldæis longo tempore, & famis sustineant mala. Cũ inquit tẽpora prætereãt, & æstati succedat autũnus, & hyeme arborum cadant folia, videbitis cuncta de longe, & ex his non capietis cibos. Non est. n. vua in vitibus vobis qui fructus vitium non sumitis, & non sunt ficus in ficulnea obsesso populo, qui suarũ arborũ poma cernit ab hostibus denotari. Folia, inquit, defluent æstate autumnoque transactis. Dedi n. eis quæ præterire cernerent: vt maiori dolore amitterent rerum omnium abundantiam, quam eis tãgere non licebat.

f ¶ *Quare sedemus*, &c.] Vox populi respondentis inducitur, & sua vitia confitentis, & cohortantis se mutuo, vt ciuitates ingrediãtur munitas, siue vnã ciuitatem Hierusalem: iã enim ceteræ captæ fuerant. Et sileamus, inquit ibi, quia dominus noster silere nos fecit: non enim habemus fiduciam deprecandi: siue abiiciamur ibi, siue proiiciamur instar stercoris, Ipse potauit nos aqua fellis, quia dulcem in amaritudinem conuertimus Deum. Et vt tales biberemus aquas, causa perspicua est. Peccauimus enim domino, & expectauimus pacem, qui nihil boni operis feceramus, putat amũsque nobis tempus adesse medicinæ, cum formidinẽ atque terrore omnia complerentur. Personarũ mutatio, & maximè in prophetis, difficilem intellectum facit, quæ si suis locis & causis temporibusque reddantur, plana fient quæ videbantur obscura.

C

a Cõfusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. Verbum enim domini proiecerũt, & sapientia nulla est in eis. b Propterea dabo mulieres (siue vxores) eorũ externis, agros eorũ hæredibus quia à minimo vsq; ad maximũ, omnes auaritiæ student à propheta vsq. ad sacerdotẽ, cuncti faciunt mendaciũ (siue iniquitatem. Et sanabã contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax, cùm non esset pax. c Confusi sunt, quia abominationẽ fecerunt: quinimo cõfusione nõ sunt confusi, & erubescere nescierunt. d Idcirco cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit dñs. e Cõgregãs congregabo eos dicit dñs: Non est vua in vitibus, & nõ sunt ficus in ficulnea: folium defluxit, & dedi eis quæ prætergressa sunt. f Quare sedemus? Cõuenite, & ingrediamur ciuitatẽ munitã (siue ciuitates munitas) & fileamus ibi (siue proiiciamur ibi:) quia dominus Deus noster silere nos fecit, & potũ dedit nobis aquam fellis. Peccauimus. n. domino: expectauimus pacem, & nõ erat bonũ, tempus medelæ, & ecce formido. g A Dan auditus est fremitus equorum eius: à voce hinnituum pugnatorum eius (siue equitatus) cõmota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt (siue & venient & deuorabunt) terram, & plenitudinẽ eius, vrbem, & habitatores eius. h Quia ecce ego mittam vobis serpẽtes regulos (siue pesimos:) aut (vt Lxx. transtulerunt, mortiferos) quibus non est incantatio.

HEB.	SEPT.
Et mordebunt vos, ait Dominus. i Dolor meus super dolorem: in me cor meum mœrens.	*Et mordebunt vos ait, Dominus insanabiliter, cum dolore cordis vestri deficientis.*

k Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra lõginqua. l Nunquid dominus non est in Sion, aut rex eius non est in ea? m Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? n Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus. o Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus: stupor obtinuit me. a Nũquid resina nõ est in Galaad: aut medicus non est ibi? Quare igitur nõ est obducta cicatrix filiæ populi mei?

Græce dicitur ὠδύνη, quam μελαγχολίαν: quod nos interpretari possumus, rictum oris dolore contracti, & habentem risus similitudinem, ἐμφατικῶς autem hæc ex persona Dei legenda sunt, plangentis euersionem Hierusalem, & eius miserias non ferentis.

k ¶ *Ecce vox*, &c.] Fletum describit & vlulatum vrbis Hierusalem ingressis hostibus.

l ¶ *Nunquid dominus*, &c.] Siue, dñs ipse est rex. Aut certe dñs ad patrem, rex refertur ad filiũ: iuxta illud quod sub nomine Salomonis scribitur: *Deus iudiciũ tuũ regi da & iustitiã tuam filio regis.* Vt autẽ vox clamoris sit in Hierusalẽ, & clamor ipse veniat de terra lõginqua, causa manifesta est, quod dominus non sit in ea, & rex illius recesserit ab illa,

Psal 71.

m ¶ *Quare ergo*, &c.] Recessit autem, inquit, ab eis dominus, quia me, qui dominus & rex illorum eram, idolorum cultu ad iracundiam prouocarunt.

n ¶ *Transiit messis*, &c.] Rursum populus loquitur, qui in Hierusalem diuturna obsidione conclusus est, quod mutata sint tempora, & anni circulus euolutus sit, & omnis eorum spes irrita fuerit, atque transierit.

o ¶ *Super con.* &c.] Respondit Deus, quod in afflictione Hierusalem

E Hierusalem ipse videatur afflictus, & in humanam similitudinem stupore conteratur.

Iosue 6. c. 31. a

a ¶ *Nunquid*, &c.] Non solũ in præsenti loco, sed & in multis aliis testimoniis scripturarum, inuenimus resinã Galaad pro pœnitentia poni, atque medicamine: mirarique nunc Deũ, quare vulnera Hierusalem nequaquam curata sint, & necdum cicatrices obduxerint cutem, eo quod non sint propheræ, nec sacerdotes, quorum debeant curari medicamine.

CAPVT IX.

Q Vis b dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.

HEB.	SEPT.
c Quis dabit me in solitudine diuersoriũ viatorum; & derelinquam populum meum, & recedam ab eis?	*Quis det mihi in solitudine mansionem nouissimam, & relinquam populum meum, & recedam ab eis?*

d Quia oẽs adulteri sunt, cœtus præuaricatorũ. Et extenderunt linguã suã quasi arcũ mendacij, & nõ veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo in malũ egressi sũt, & me nõ cognouerũt, dicit dñs. e Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fiduciam, quia omnis frater supplantatione supplantabit, & omnis amicꝰ fraudulenter incedet: & vir fratrẽ suũ deridebit, & veritatem nõ loquentur. Docuerũt. n. linguã suã loqui mendaciũ: (siue: didicit. n. lingua eorũ loqui mendacium) vt inique agerent, laborauerunt: (Siue inique egerũt, & non intermiserunt vt cõuerterẽtur) Habitatio tua in medio doli in dolo (siue vsura super vsurã, & dolus in dolo) renuerunt (siue noluerunt) scire me, dicit dñs. f Propterea hæc dicit dñs exercituũ: Ecce ego cõflabo (siue igne examinabo) & probabo eos. Quid. n. aliud faciã à facie filiæ populi mei (siue quid faciã à facie malitiæ filiæ populi mei?) g Sagitta vulnerãs lingua eorũ, dolũ locuta est: in ore suo pacẽ cũ amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Nũquid super his nõ visitabo, dicit dñs: aut in gẽte huiuscemodi non vlciscetur anima mea? h Super mõtes assumã (siue assumite) fletũ & lamẽtũ, & super speciosa (siue semitas) deserti plãctũ, qm incẽsa sunt (siue defecerũt) eo quod nõ sit vir (siue homo) pertransiẽs, & non audierunt vocẽ possidentis (siue substantiæ,) à volucre cœli vsq; ad pecora migrauerunt & recesserũt. i Et dabo Hierusalem in aceruos arenæ siue in transmigrationem, & in cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationẽ, eo quod nõ sit habitator. k Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini enim *domini, igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.*

g ¶ *Sagitta vulnerans linguã eorum*, &c.] Omnis hæreticus qui corda vulnerat audientium, & nescientium scriptum: *Omni custodia serua cor tuum*: sagittam possidet vulnerantẽ, & in dolo loquitur. Cumque ore suo pacem proximo repromittat, occulte rendit insidias. Sequentibus autẽ versiculis in quibus dicit: Nunquid super his nõ visitabo, dicit dominus: aut in gente huiuscemodi non vlciscetur anima mea? crebro in hoc propheta abutitur, vt cum singula malorum operum enumerarit, inferat se iuste facere quod facit.

Pro. 4. d

h ¶ *Super montes assumã*, &c.] Superueniente Babylonio exercitu, & cũcta vastante, solitudo prouinciæ, pphetatur, quod plãctus in mõtibus fletus sit in deserto, siue in semitis solitudinis, quod vniuersa defecerint atq; succẽsa sint, & nullꝰ sit qui per terrã gradiatur cæsis omnibus nihilq; remãserit, q̃ spirare possit & viuere: Vnde pro possidente, Lxx. transtulerunt substantiæ: quæ Hebraice dicitur a מקנה & substantia hic nõ pro *a migne* *volu*, hoc est essentia accipitur, sed pro opibus atque diuitiis. Quodq; infert. *A volucre cæli vsque ad pecus recesserunt, & abierunt*, hoc ostendit quod sæpe diximus, iram Dei vniuersa sentire, & nõ solum aues aëris, sed & pisces aquæ deficere Iuxta tropologiã, fletꝰ assumitur super montes, & lamentatio super speciosa deserti, quando principes peccant ecclesiæ, & nihil in ea inuenitur substãtiæ Dei, nec auditur vox Christi dñi ecclesiã possidẽtis, per sanctos & Apostolicos viros, & à volucre cæli vsq; ad pecora, ab his videl. qui possẽt in sublime ascendere, vsque ad irrationales, & simpliciores quosq; qui recesserunt à cõciliabulo Dei.

H

i ¶ *Et dabo Hierusalem in aceruos arenæ, siue in transmigrationem, & in*, &c.] Cum ecclesiastici viri doctores quique defecerint, tunc datur Hierusalem in trãsmigrationem, siue in aceruos arenæ: vt hæreticus in ea sermo præualeat, & efficiatur cubile draconum, & ciuitates illius redigantur in solitudinem: nec sit in ea diuini sermonis habitatio, & ille qui dicit. *Inhabitabo & inambulabo in eis, & ero Deus eorum.*

לגלים

Leuit. 26. 2. Co. 6. 2. d

k ¶ *Quis est vir sapiens*, &c.] Interrogat propheta, si quem sapientium in Hierusalẽ valeat reperire, & eorũ ad quos fiat sermo Dei, & qui possint annunciare domini voluntatem, & causas reddere cur Iudæa redacta sit in solitudinem, & omnibus interfectis, nullus remanserit qui per eam transeat. Et inducit dominum respondentem, causasque reddentem. *Quia dereliquerint legem* eius, *quam dederat eis, nec audierint vocem* eius, nec fecerint quæ præcepta sint, *sed abierint post prauitatem cordis sui.* Ergo non in nostra voluntate, sed in domino confidendum est. *Præuum* enim *cor in omnibus.* Et *De corde* nostro *exeunt pessimæ cogitationes.* Et post Baalim,

Infr. 17. b Matt. 15. b

inquit, abierunt, *quos didicerũt à patrib. suis*. Baal idolum Sidoniorum est, & est numeri singularis, Baalim vero pluralis numeri. Ergo nec parentum nec maiorum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum & Dei docentis imperium.

a ¶ *Idcirco hæc dicit dominus*, &c.] Potest & de vicino tempore prophetari, quũ capti sunt à Chaldæis: & proprie de hoc tẽpore, quando dispersi sunt in gentibus, quas non nouerant ipsi & patres eorum, & in toto orbe diuisi, cibatique sunt absynthio, siue necessitatibus & angustiis. Et acceperunt potũ aquam fellis: quod aut malorũ significat magnitudinem, & sempiternũ captiuitatis iugũ. Aut certe per ignorantiã legis Dei, pro Christo antichristum susceperi sunt. Mittitur autẽ gladius post eos, vt vsque ad interitum consumãtur. Vel certe gladius qui eos diuidat, & non patiatur in malum habere consensum, vt despereant in eo quod mali sunt.

b ¶ *Hæc dicit dominus exercituũ: Cõsyderamplamini*, &c.] Propter futuram captiuitatem & euersionem Hierusalem lamentatrices vocari iubet: quæ solent in luctu, voce flebili, & lacertos manibus verberantes, ad lacrymas populum prouocare. Hic. n. mos vsque hodie permanet in Iudæa: vt mulieres sparsis crinibus, nudatisque pectoribus, voce modulata omnes ad fletũ concitent. Seautẽ iungit Deus compatientis affectu, siue prophetæ: vt quidquid populus sustinet, ipsum sustinere & sentire se dicat. Quod a. infert: *Quia vox lamentationis audita est de Sion*: statim sequitur quæ ista sit vox.

2.Ioan.2.b c ¶ *Quomodo vastati sumus, & cõfusi vehemẽter*, &c.] Vox ista est lamentantium Sion, quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? Statimque sibi ipsi respõdent, & causas suæ vastationis exponunt, dicentes: Quia dereliquim⁹ terrã nostro vitio atque peccato, & deiecta sunt tabernacula nostra: quæ quasi prætereuntes quondam possidebant. Dicant hoc & in persecutione quondã credentiũ turbæ: quũ idcirco vastatæ sunt atque confusæ, quia dereliquerint terram domini, & deseruerint tabernacula sua.

d ¶ *Audite ergo mu.* &c.] In superiori capitulo dixerat: vocate lamẽtatrices & veniant, & ad eas quæ sapiẽtes sunt mittite, & properent: Nunc quasi præsentib. loquitur, in condemnationem sacerdotum atq; doctorum, & virorum omnium: vt illis cessantibus à doctrina, istæ audiant verbũ domini, & assumant sermones oris eius, doceãtq; filias & proximas suas planctum, causasq; lacrymarum: Quia ascendit, inquit, mors per fenestras nostras, ingressa est dom⁹ nostras. Quod quamquã & spiritualiter possit intelligi, eo quod per omnes sensus ad animæ interitum mors introeat peccatorum: tamen & de Babyloniorum impetu intelligi potest: quod tanta sit fortitudo & velocitas præliandi, vt non expectent reserare fores, sed per fenestras & tecta conscendãt, vt domos vastẽt Hierusalem. Pereunt autem paruuli qui foris sunt, & egrediuntur de Hierusalẽ, & iuuenes ad quos scribit & Ioannes qui non ingrediuntur per arctam & angustam viã, quæ ducit ad vitam: sed ambulant per plateas, de quib. scriptum est: *Quam lata & spatiosa via quæ ducit ad mortem.*

e ¶ *Loquere hæc, dicit dominus*, &c.] Verbũ Hebraicũ quod tribus literis scribitur דבר vocales enim in medio nõ habet, pro consequentia & legentis arbitrio si legatur דבר, sermonem significat, דבר mortem: si דבר loquere. Vnde & Lxx. & Theodotio iunxerunt illud præterito capitulo, vt dicerent: disperdent paruulos de foris iuuenes de plateis morte. Aquila vero & Symmachus trãstulerunt λάλησον, i.e. loquere vt imperet Deus prophetæ loqui quæ sequuntur: *Hæc dicit dominus*, & reliqua. Et est sensus: Cũ ascenderit mors per fenestras nostras, & ingressa fuerit domos Hierusalem, & paruuli iuuenesque de foris perierint in plateis: tunc erit mortis cinum eorum, siue cadauera mortuorũ, quasi sterquiliniũ super faciẽ terræ, & quasi stipula, quæ post tergũ metentiũ dimittitur, & vt inutilis non colligitur. Per quæ ostendere vult tantam in Hierusalem & circa vrbem cædem futuram, vt nullus sit qui sepeliat corruentes.

f ¶ *Hæc dicit dominus*, &c.] Omnis hominum aufertur superbia, dũ & sapientia, fortitudo, & opes eorũ reputantur in nihilum, & ista est sola gloriatio, vt sciat & intelligat quod ipse sit dñs, qui facit misericordiã & iudicium & iustitiam super terrã, quod omnia Dei prouidentia & iustitia gubernentur, & q̃ nobis videntur nõ habere rationem, iustitiæ plena sint atque rationis. Hæc. n. sola placent Deo, & in his volũtas illius est. Vbi sunt ergo qui dicũt homini proprio regi posse arbitrio, & sic datũ liberi arbitrij potestatẽ, vt Dei misericordia tollatur atque iustitia? Vnde & Apostolus assumẽs hoc testimoniũ, ponit exemplum: *Qui gloriatur in domino glorietur.*

g ¶ *Ecce dies ve. d. do.* &c.] Multarũ ex quadã parte gentium, & maxime quæ Iudææ Palestinæque confines sunt, vsq; hodie populi circumciduntur, & præcipue Ægyptij & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Sarracenorum, quæ habitat in solitudine, & de quibus dicitur: super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto. Nõ igitur gloriari debet Iuda, qui mistus est cum gẽtib. suprascriptis, eo quod præputium non habeat, sed ex lege Dei circuncisus sit, cum & alij hæc faciant, qui legis mandata non seruant, & ignorant Deum Israel. Nec prodest circuncisio, quæ in signum data est, nisi mandata domini cõpleantur: sicut & comæ quæ gentem significãt, non roborãt corpora & fortitudinem pugnatorum. Quodq; sequitur: *Omnes gentes habent præputium: omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde*: Hunc habet sensum: Cum præter Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, & Ismaelitas in solitudine commorantes (quorum pleraque pars circuncisa est) omnes aliæ nationes in toto orbe incircumcisæ sint carne: omnis domus Israel incircuncisa est corde, nõ carne: quæ incircuncisio ducit ad mortem. Illa enim carnis, hæc spiritus est.

Matt.7.b *b daleth, beth, res.* *c dabar* *d deber* *e dabber* *Gen.1.b* *a.Cor.10.d*

CAPVT X.

A *Vdite* a *verbũ quod locutus est d.* &c.] Proprie aduersus eos loquitur qui venerantur cœlestia, & quæ in signa sũt posita annorũ, temporũ, mensium, & dierum, ab his æstimant regi humanum genus, & ex causis cælestiũ terrena moderari. Quodque ait: Leges, siue legitima, populorum vanæ sunt, omnem humanam sapiẽtiam futilem esse demonstrat, & nullã in se habere vtilitatẽ.

b ¶ *Quia lignũ de saltu*, &c.] Descriptio idolorũ quę venerãtur gentes. Lignum, inquit, de saltu præcidit. Materia ergo idolorum vilis atq; corruptibilis: *Opus manuum artificis.* Cũ artifex mortalis sit, mortalia ergo & illa quæ fabricatur. *Argẽto & auro decorauit illud*, vt fulgore vtriusq; materiæ decipiat simplices. Qui quidem error ad nos vsque trãsiuit, vt religionem in diuitiis arbitremur. *Clauis & malleis cõpegit, vt nõ dissoluatur*: siue vt nõ moueatur. Quanta idolorum potentia, quæ stare per se nequeunt, nisi clauis & malleis compingantur? In similitudinẽ palmæ fabricata, habent pulchritudinem metallorũ & picturæ arte decorata sunt, sed vtilitatẽ nõ possident, qua præbeant aliquos fructus artifici. Et non loquuntur. Nihil. n. in se vitale habent. De quibus scriptũ est: *Os habẽt & nõ loquentur, aures habent & non audient. Portata tollentur.* Fortior ille qui portat, quã illa quæ portatur, imo in illo sensus est, in hoc figura sine sẽsu. *Nolite ergo timere ea, quia nec benefacere possunt, nec male.* Solent n. plerique gentilium dæmones colere, ne nocent, & alios exorare vt præstarent beneficia. Vnde & illud Virgilianum est. *Nigram hyemi pecudẽ, Zephyria felicibus albam.* Quidquid de idolis diximus, ad omnia dogmata quæ sunt contraria veritati referri potest. Et ipse enim ingentia pollicentur, & simulacrũ vani cultus de suo corde confingũt. Iactant grandia, & ad decipiendos simplices quoſque, quasi aureis sensibus, & eloquiis argenti splendore fulgentibus, imperitorum obstringunt aciem, & à suis inuentoribus sublimantur: in quibus nulla est vtilitas, & quorum cultura proprie gentium est, & eorum qui ignorant Deum.

c ¶ *Non est similis tui domine ma.* &c.] Hæc in Lxx. non habentur, sed de Theodotionis editione in plerisque addita sunt: & cum iuxta literam videantur perspicua, iuxta anagogen magnam habent difficultatem. Nullus enim similis est Deo vero, eorum deorum qui hæretica arte finguntur. Omnes timebunt eum, quia rex gentiũ est. *Principium* enim *sapientiæ timor domini*, & de eo proficimus ad charitatem veram. *Tuum est*, inquit, *decus.* In veritate decor, in mendacio turpitudo, quamuis hæretici iuxta sapientiam mundi, quæ destruitur, sibi sapientes esse videantur, tamen in omnibus regnis quibus lacerant ecclesiam, nullus est similis tui, dicente sermone diuino: *perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Simul & patientia. Qui ipse & prudentia, enim *dixit & facta sunt*: *ipse mandauit & creata sunt*: loquens ad filium: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ad vocem suam dat multitudinem aquarũ in cœlo. Omnis enim doctrina domini de cœlestibus fluit, dicente Dauid: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est: tu vero perfecisti eam.* Et eleuat siue educit nebulas ab extremis terræ. Nebulæ siue nubes, quibus mandauit Deus ne pluerent super Israel imbrem, educuntur ab extremitatibus terræ, quarum vna nebula loquebatur: *Puto nos enim Deus Apostolos ostendit nouissimos, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis & hominibus.* Fulgura in pluuiam facit. Cum enim imber de cœlo venerit doctrinarum, & arentia hominum corda satiarit: tunc coruscationes inuenies & clara fulgura sapientiæ. *Et educit ventos de thesauris suis*: in quibus sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. *Stultus factus est omnis homo à scientia.* Licet ille Paulus, licet Apostolus Petrus, licet Moyses & Abraham sapientes sint, ad comparationem Dei cuncta eorum sapientia in nihilum deputabitur: vnde & fatuum Dei, sapientius est hominibus. *Confusus est omnis artifex in*

CAP. X.

A Vdite a verbũ quod locut⁹ est dominus super vos domus Israel. Hæc dicit dñs: iuxta vias gentiũ nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timẽt gentes, quia leges populorum vanæ sunt. b Quia lignũ de saltu præcidit opus manuũ artificis in ascia: argẽto & auro decorauit illud: clauis & malleis cõpegit, vt non dissoluatur (siue nõ moueatur.) In similitudinẽ palmæ fabricata sunt, & nõ loquentur: portata tollentur, quia incedere nõ valẽt. Nolite ergo timere ea, quia nec male facere possunt nec bene. c Non est similis tui domine: magnus tu, & magnũ nomen tuũ in fortitudine. Quis non timebit te ô rex gẽtiũ? Tuũ est. n. decus, inter cũctos sapiẽtes gentiũ, & in vniuersis regnis eorũ nullus est similis tui. Pariter fatui & sapientes probabũtur: doctrina vanitatis eorũ lignũ est. Argentũ inuolutũ (siue productũ) de Tharsis affertur, & aurũ de Ophaz, opus artificis & manus ærarij. Hyacinthus & purpura indumentũ eorũ: opus artificum (siue sapientiũ) vniuersa hæc. Dominus a. Deus verus est, ipse Deus viuens & rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gẽtes cõminationẽ eius. d Sic ergo dicetis eis dij qui cœlos & terrã nõ fecerunt, pereant de terra & de his quę sub cælo sunt. e Qui facit (siue fecit) terrã in fortitudine sua, præparat orbẽ in sapiẽtia sua, & in prudentia sua extendit cœlos. Ad vocem suã dat multitudinẽ aquarum in cœlo, & eleuat (siue educit) nebulas ab extremis terræ: fulgura in pluuiã facit, & educit ventũ (siue ventos) de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est omnis artifex in sculptili, quoniam falsum est quod cõflauit, & non est spiritus in eis: vana sunt, & opus risu dignũ, in tempore visitationis suæ peribũt. Non est his similis pars Iacob. Qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hereditatis eius: dominus exercituum nomen illi.

a *Gen.1.b* *Psal.113.b* *Prouer.9.c* *Esaiæ 29.c Sec. 70.* *1.Cor.1.c* *Col.2.a* *1.Cor.1.d*

a ophaz

e ¶ *Qui facit, siue qui fecit, terrã*, &c.] Qui facit terram in fortitudine sua, Deus pater est. Facit autem in fortitudine sua, domino Saluatore. Christus enim Dei virtus, & Dei sapien- *1.Cor.1.d*
tia, in quo extendit cœlum. *Ipse* *Psal.32.b*
enim *dixit & facta sunt*: *ipse mandauit & creata sunt*: lo- *Gen.1.c*
quens ad filium: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ad vocem suam dat multitudinem aquarũ in cœlo. Omnis enim doctrina domini de cœlestibus fluit, dicente Dauid? *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est: tu vero perfecisti eam.* Et eleuat siue educit nebulas ab extremis terræ. Nebulæ siue nubes, *Psal 67.b* ויעלה
quibus mandauit Deus ne pluerent super Israel imbrem, *Esai.5.b*
educuntur ab extremitatibus terræ, quarum vna nebula lo- *1.Cor.4.b*
quebatur: *Puto nos enim Deus Apostolos ostendit nouissimos, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis & hominibus.* Fulgura in pluuiam facit. Cum enim imber de cœlo venerit doctrinarum, & arentia hominum corda satiarit: tunc coruscationes inuenies & clara fulgura sapientiæ. *Et educit ventos de thesauris suis*: in quibus sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. *Stultus factus est omnis homo à scientia.* Licet *Col.2.a*
ille Paulus, licet Apostolus Petrus, licet Moyses & Abraham sapientes sint, ad comparationem Dei cuncta eorum sapientia in nihilum deputabitur: vnde & fatuum Dei, sapientius est hominibus. *Confusus est omnis artifex in* *1.Cor.1.d*

sculptili, qui de suo corde simulacra confinxit, falsum que est quod conflauit. Si a. stultus est omnis homo à scientia, stultũ est omne falsũ q; quod fecit. Et non est spiritus in eis. Notãdũ quod & in isto capitulo, vét⁹ & spiritus, vno apud Hebræos nomine appellatur. a רוח Spiritum a. sanctificationis vocat, qui in hæreticorũ mentib. nõpotest inueniri. *Vana sũt, & opus risu dignũ.* Quis n. non rideat cum hæreticorum simulacra perspexerit? Aut. n. rustica sunt quę dicuntur, & ligni est: aut pulchro sermone composita, & reperitur argentum, aut certe de proprio simulata sensu: & frustra auri imaginẽ pollicentur. In tẽpore visitationis suæ peribunt. Ad tempus valet hæresis, vt electi quique manifesti fiant, & probati sint. Cum a. visitatio Dei venerit, & oculus ei⁹ stulta perspexerit, omnia conticescunt. Non est similis his pars Iacob, eorum qui supplantauere Iudæos, & quotidie destruunt hæreticos. Pars a. sãctorũ De⁹ est, de quo propheta dicit: *Pars mea dominus.* Qui n. formauit omnia: ipse est: Qui fecit omnia atq; psalmauit, tã in animo, quã in corpore. Et Israel virga hereditatis eius est. Omnis qui directus in Deo est, vel sensu cernit Deũ, sceptrum est hereditatis eius. Cuius nomen, dns, omnipotens est, siue virtutũ: hoc. n. sonat dominus exercituum: quod in Hebraico scriptum est, dominus sabaoth.

a ¶ *Congrega de ter. confu.* &c.] Præcipitur Hierusalẽ, vt quicquid habet foris substantiæ, in vrbem munitissimam congreget, & longe obsidioni paret alimẽta: Se. n. nequaquã vt prius de futuro & longo tempore comminari, sed iam de vicina captiuitate, quæ iam iamq; vẽtura sit. Congrega, inquit, de foris seu de terra, h. e. ex agris substantiam tuã siue confusionem. Quidquid. n. habes, confusione dignum est, quæ licet præpares hæc super his dñi dicta cognosce. Ecce ego in hac vice, in isto tempore, proiiciam siue instar fundæ iaciam longe habitatores terræ huius. Pro quo Lxx. interpretati sunt: supplantabo & cadere faciam. Pro quo verbo Hebraico b קולע Aquila & Symmachus interpretati sunt ζεσφοβίζω. Et est sensus: Instar fundæ cum omni impetu abiiciam, & sic eos obsideri faciam, sicque tribulabo, & coangustabo, vt omnes in vrbe reperiantur, & effugere nequeant malum.

b ¶ *Væ mihi super contritione mea,* &c.] Iuxta Hebraicum ipsa Hierusalẽ loquitur, quod vehementer afflicta sit, & plagã sustineat insanabilem. Iuxta Lxx. vero propheta loquitur ad Hierusalem, & plangit eam super contritione & plaga sui.

c ¶ *Ego autem dixi, plane hæc infirmitas,* &c.] Ipsa loquitur Hierusalem, quidquid patior mea culpa patior: intelligo vulnus meum quod apprehendit me: siue iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei.

d ¶ *Tabernaculũ meũ vastatũ est, oẽs funiculi mei disrupti sunt,* &c.] Subuersionem vrbis suæ tam facilem plangit Hierusalem, vt nequaquã muros & mœnia omnia funditus eruta, sed tabernaculi atque tẽtorij ablationem putes. Tabernaculum, inquit, h. e. habitatio mea, repẽte sublata est: *Omnes funiculi mei disrupti sunt.* Seruat tabernaculi metaphoram: siue omnes pelles meæ conscissæ sunt: *Filij mei exierunt à me:* siue pecora mea: quod à Lxx. additũ, non stat iuxta historiam. In longa enim obsidione quo modo oues & pecora auferri poterãt de Hierusalẽ, quæ etiã si fuissent, fames consũpserat: Et non, inquit, subsistunt, siue non sunt. Neq; n. transtati sunt in Chaldæã, sed magna pars eorũ interfecta, penitusque deleta est. *Nõ est qui extẽdat vltra tentoriũ meum,* non est qui me instauret, & murorũ meorum iaciat fundamenta, qui ad solum vsque prostrati sunt.

e ¶ *Quia stulte egerunt pastor,* &c.] Per trãslationẽ pastorum, atq; ouiũ, principũ culpa & dispersio populi describitur. Quia n. principes stulte egerunt, nec quæsierũt dñm, quem toto debuerãt corde perquirere: idcirco & mala venientia non viderunt: siue nõ intellexerunt dominũ: & oĩs multitudo Hierusalem huc illucque dispersa est.

f ¶ *Vox auditionis ecce venit,* &c.] Et vt Symach⁹ interpretatus est, firenarũ: pro quo in Hebraico c תנים positum est. Verba prophetę: Ecce, inquit, sonitus & fremitus Babylonij venientis auditur: magnaq; cõmotio siue terræmotus de terra Aquilonis, vt omnes vrbes Iudęę habitatoribus interfectis redigat in solitudinẽ, & faciat pro hominibus dracones habitare, & cuncta animantia venenata, siue struthiones, quod & ipsũ animal solitudinis familiare est, & in desertis nascitur ac nutritur. Aut certe sirenas, monstra quædã, & dæmonũ phantasmata possumus intelligere. Hæc omnia quæ & præteritę & præsẽs sermo describit, ad persecutionis ecclesiæ referam⁹ tẽpora, qñ tabernacula dñi subuertũtur, & omnis habitatio ecclesiæ redigitur in solitudinẽ. Et vt ista vniuersa veniãt, culpa pastorũ est, qui stulte egerũt, & dñm non quæsierunt, nec intellexerunt eũ, & idcirco grex omnis dispersus est.

g ¶ *Scio domine quia,* &c.] Erubescãt noui prædicatores, qui aiunt vnumquẽque suo arbitrio regi, cum & hic propheta dicat, nõ est hominis via eius. Et Dauid in lyrico canat carmine: *A domino gressus hominis dirigũtur, & viã eius volet nimis.* Siue hic sẽsus est: Quod à Babyloniis sustinemus, non est eorum fortitudinis, sed nostri meriti, & indignationis tuæ.

h ¶ *Corripe,* &c.] Hunc locũ & in psal. legimus, *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.* Et est sẽsus. Meremur quidẽ omnia quæ sustinemus, & multo meremur maiora quã patimur. Veruntamẽ hoc obsecro, vt quasi pater me corripias, nõ quasi aduersarius, vt me emendes quasi filiũ, & non punias quasi inimicũ. Castigas. n. omnem filium quẽ recipis, & per oẽm dolorẽ ac flagellũ emẽdas Hierusalẽ. Hostes a. qui nõ nouerũt te, & prouinciæ siue regiones, q̃ nõ inuocauerunt nomẽ tuũ, nequaquã tuũ debent sentire iudiciũ, sed indignationẽ. Tradidisti enim nos vt emẽdaremur. Illi. a. aggrauauerunt iugũ suum. Seni nõ pepercerũt, & paruulos afflixerũt, comederunt nos, & penitus deuorauerũt, & in tantã solitudinẽ redegerũt Hierusalẽ, vt & publicarum & priuatarũ ædiũ omnia dissiparẽt, & populũ tuũ interficerẽt.

CAPVT XI.

V*Erbũ quod fa,* &c.] Non quidẽ est positũ in titulo, sub quo tempore, vel sub quo rege, & quoto anno eius hęc prophetia facta sit: sed intelligimus, vel priori prophetæ & tẽpori hæc esse iungenda: vel certe post aliquod temporis interuallũ prioris prophetiæ huic dñi ad prophetã factum esse sermonẽ. Notandum est a. quod verbum a ברית Aquila & Symmachus sẽper pactum. Lxx. & Theodotio, testamentũ interpretati sunt. Proprie a. nunc ad Hierusalẽ & ad viros tribus Iudæ sermo dirigitur.

a ¶ *Maledictus vir,* &c.] Non propter generis priuilegia, non propter circuncisionis iniuriã, & otium sabbathi: sed pp obediẽtiã, & Deus efficitur populi Israel, & Israel populus eius. Et hic quidem quasi ad seruos loquitur, vt placeant Deo. In euangelio vero dominus ad discipulos: *Vos,* inquit, *amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.* Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. *Vos a. dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis.* Cũque amici mei fuerint, de amicis transeunt in filios. *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri.* Vnde amicis & filiis præcipit. *Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est:* similitudinem imperans, nõ æqualitatem. Et ibi obedientia mandatorũ est, hic similitudo Dei. Quodque ait: *In die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea,* dat nobis intelligentiam, quod caminus & fornax ferrea, atque succensa, tribulationis & pænę significet magnitudinem, noĩ aliquem locũ pœnæ ferri materia præparatum.

b ¶ *Vt suscitẽ iura, quod iur. pa.* &c.] Patres videntur accipere, qñ accipiunt filij, & Abrahæ promissio cõpletur in posteris. Terram aũt lacte & melle manantẽ Hyperbolice debemus accipere pro rerũ omniũ abundantia, vt est illud: *Mella fluãt illis, ferat & rubus asper amomum.* Et iterum: *Et passim riuis currentia vina repressit.* Aut certe tropologice, terram lacte & melle manantem, Christi ecclesiam sentiamus: in qua paruuli atque lactentes educamur per fidem, vt possimus solidum cibum capere.

c ¶ *Et respondi, & dixi: Amen domine,*] Pro quo Lxx. Fiat domine, hoc. n. amen significat, transtulerunt. Dixerat dominus, iuraui patribus vestris daturum me eis terram lacte & melle manantem, sicut rebus ipsis hodie comprobatur: Propheta diligens populum suum occupat vocem domini, & cupit vera esse & in perpetuum permanere, quæ data sũt. Vnde ait: Vere domine implesti quod pollicitus es, siue fiat domine, hoc est semper maneat quod dedisti.

d ¶ *Et dixit do. ad me,* &c.] Clementissimus Deus frequenter futura prædicit, vt tandem durus ad credendum animus molliatur. Prædicit aut tam in vrbe Hierusalẽ quam foris in agro, vt quorum cõmune discrimen est, eadẽ pœnitudo sit.

e ¶ *Quia contestans contestatus sum patres,* &c.] Huc vsque in Lxx. non habetur. Quodque sequitur: Et non fecerunt: ab eis positum est, & cum superioris capituli fine sociatum, in quo scriptum est: audite verba pacti huius, & facite illa, & non fecerunt. Quid sit autem de mane consurgere, & Dei verba per prophetas eis frequentur ingerere, & educere eos de Ægypto, & sæpius admonere & dicere: audite vocem meam, & illos abiisse post prauitatem cordis sui, & postea eis reddere quæ merentur accipere: ante iam diximus.

f ¶ *Et dixit dominus ad me: inuenta,* &c.] Pro coniuratione, quã nos iuxta Symachũ interpretati sum⁹. Aquila, & Lxx. & Theodotio, συνθεσιὰν, trãstulerunt, q̃ nos colligationem possumus dicere. Vnde & Athalia cum in tẽplo sibi parari insidias deprehẽdisset, eodem verbo locuta est: *Cõiuratio, coniuratio.* Proprie aũt hoc verbo scriptura abutitur, quando nõ subito fortuitoq; peccato, sed paratis insidiis, & coniuratione tẽditur ad delictũ: & pari mẽte, vnoque studio id agunt, vt Dei mãdata cõtemnant. Dicitque & patres & filios vna mẽte, parique sñia, neglecto Deo, idola veneratos: tam Israel videlicet q̃ domũ Iuda, h. e. tam decẽ trib. quã duas, quarũ imperium erat in Hierusalem: vt quorũ in cõtemptu Dei vnum studium fuit, par sit in sustinẽda captiuitate supplicium.

g ¶ *Quamobrem hæc dicit dominus,* &c.] Non exaudit Deus in tempore necessitatis & angustiæ: quia & illi audire vocẽ dñi noluerũt. Quod & Saul passus est: cum. n. Philistim agmina reformidans verbum dñi non meruisset accipere, conuersus est ad Pythonissam, vt ab idolis discerẽt, quod instãtia orationis affectuum à dño debuit extorquere. Per quæ discimus, etiam si dñs nõ exaudierit, nequaquã esse cessãdum, nec cõfugiendũ ad dæmones, qui cultores suos adiuuare non possunt: sed ad dñi auxilium, qui cito iratus flectitur, & mutat sentẽtiam, si & hi quib. iratus fuerit, commutẽtur. Totum a. quod nũc dicitur, ad tribũ Iuda pertinet, & vrbem Hierusalem, quibus instat captiuitas.

h ¶ *Secundum enim nu. ciui. tua-rum,* &c.] Legamus, Regum & Paralipomenon libros, & inuenietis Iudam & Hierusalem multo quam Israel peiora fecisse, vt quot habebant vrbes, tot haberent & idolorũ (pectio-) species. Et quot erant in vrbe Hierusalem plateæ, & viarum capita, tot haberent aras in confusionem suam, in quibus idolis Baalim victimas immolarent.

i ¶ *Tu ergo noli orare pro populo,* &c.] Præcipitur Hieremię, ne velit pro eis dominum deprecari, in quos iam est cõsummata sententia: ne videatur oratio eius infirma, & propriis sceleribus non exaudiri. Noli, inquit, orare pro eis nec laudem assumere, vt replicando veteris historiæ clementiam, qua eis semper misertus sum, & laudando, meam nitaris mutare sententiam. Et si enim hoc feceris non exaudiam eos, qui me necessitatis tempore rogare coguntur. Ex quibus discimus, frustra aliquem rogare pro alio, cum ille non mereatur accipere, pro quo rogatur Deus.

k ¶ *Quid est quod dilectus meus in domo mea,* &c.] Dilectum, & amantissimum vocat populum Iuda, qui in templo eius posuit, & veneratus est idola: & in eo se putat iram Dei placare, si multas hostias immolet, & gloriatur in sacrificiorum multitudine, quę malitias peccatorum auferre non possunt.

Comparat autem Hierusalem siue omnem populum Iudæorum oliuæ pulchræ, atq; fructiferæ: quæ exaltata per superbiam, nequaquam egit humiliter, nec intellexit creatorem, & dominatorem suum: sed elata per superbiam, & locuta granditer, domini igne succensa est: ita vt comburerentur & redigerentur ad nihilum rami siue fruteta eius, id est, omnis populus aduersariorum gladio deleretur. Hic sensus, & in alio loco est, vbi dicitur ad Hierusalem: *Ego te plátaui vineam frugiferam, omnem veram, quo modo conuersa es in amaritudinẽ vitis alienæ?* Quando destruuntur maceriæ illius, & vastat eã aper de silua, & omnes bestiæ deuorant fructus illius, dicamus istud capitulum principibus ecclesiarum: quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Vel certe diuitibus, qui cum aliena diripiant, & non auferant malitias cordis sui putant se Dei clemẽtiam mereri: *Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* At nunc publice recitantur offerentiam nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem: nec meminerunt viduæ illius in euangelio, quæ in gazophylacium duo æra mittendo, omnium diuitium vicit donaria.

Sup. 2. d

Psal. 79. b

A

B

Mar. 12. d

a ¶ *Et dominus exercituum qui plant. &c.*] *Oliuam*, inquit, *vberem, pulchrã, fructiferam vocauit te dominus tuus, atq; plãtauit.* Sed quia ad vocem loquelæ, grandis Dei in te flamma descendit, & consumpsit omnes ramos tuos. Propterea qui te plantauerat, nunc locutus est super te malum, non iniquitate sententiæ, nec subita prauitate sermonis, sed pro malis quæ fecerunt sibi domus Israel, & domus Iuda, & studiose egerunt libantes Baalim, vt me ad iracundiam prouocarent. Cumque possit Deus facere quæ vult, reddit causas ne facere videatur iniuste, secundum illud quod scriptum est: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.*

Psal. 50.

b ¶ *Tu autem domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu,* &c.] Omnium ecclesiarum iste est consensus, vt sub persona Hieremiæ, à Christo hæc dici intelligant: Quod ei pater monstrauerit quo modo eum oporteat loqui, & ostenderit illi studia Iudæorum, & ipse quasi agnus ductus ad victimam, non aperuit os suum, & non cognouerit, subaudi-

Commentarij secundi in Hieremiam Prophetam Finis.

DIVI

speciosam vocauit dominus nomen tuum: ad vocẽ loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & cõbusta sunt fruteta eius.[a] Et dominus exercituũ qui plantauit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerũt sibi ad irritandũ me, libantes Baalim. [b] Tu autẽ domini demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum: Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia super me cogitauerunt consilia. Mittamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentium, & nomen eius nõ memoretur amplius. Tu aũt domine sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & cor: videam vltionem tuam ex eis, tibi enim reuelaui causam meam. [c] Propterea hæc dicit dominus ad viros Anathot, qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine domini, & nõ morieris in manibus nostris. Propterea hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame, & reliquiæ non erunt ex eis. Inducã. n. malum super viros Anathot, annum visitationis eorũ.

Iustus

Psal. 38. a

Luc. 23. c

Ioan. 11. d

Iustus quidẽ es tu domine, si disputem, &c.] Contra oẽs quidẽ iniquè agẽtes ista disputatio est, & septuagesimi secũdi psalmi breuiter sententia cõprehenditur, in qua propheta ait: *Quã bonus Deus Israel, his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns, &c.* Sed proprie contra hæreticos dicitur, quæ cũ sint impij, via eorum prosperatur, generantq; filios eos, quos in hæresi deceperunt: & prævaricãtur, & inique agunt: ita vt ecclesiã spoliẽt: & dum in prauitate sẽtentiæ perseuerant, iactant se à Deo esse plantatos, & radicem misisse, generasse filios, & attulisse fructum, qui cum Christi nomen sæpius replicent, habitatorem suum non habent Deũ iuxta illud Esaiæ: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eius longe est à me.*

Psal. 72. a

Esa. 29. d

b ¶ *Et tu domine nosti me, vidisti me, &c.*] Nullum inquit, scandalũ est, quod impij siue omnes hæretici pro tẽpore flocrãt: Tu enim domine nosti me, & vidisti me, & probasti cor meum tecum. Quem ita nouit pater Deus quo modo filiũ suum? *Nemo* enim *cognoscit filium nisi pater: & nemo cognoscit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Licet, inquit, proficiãt, licet filios generẽt, & faciant fructũ hæretici, & prope sis tu ori eorum, & longe à renib. eorũ: id est, conscientia: tamen non parua est consolatio, quod quasi pecora saginantur ad victimã. Congrega eos in vrbẽ Hierusalẽ, siue in sua conciliabula: vt quasi victimæ cædantur in mortẽ, & tũc sãctificẽtur cũ ecclesiastico fuerint mucrone iugulati: in-

Luc. 13. d

Iudæi & nostri Iudaizantes hæc ex persona Hieremiæ dici intelligunt, qui propter vaticinium futurorum, & ingruẽtia captiuitatis mala, hæc eum à populo sustinuisse confirmãt. Sed nescio quo modo possint approbare, crucifixũ esse Hieremiam, cum hoc scriptura non memoret: nisi forte cogitauerint, & non fecerint.

c ¶ *Propterea hæc dicit dominus ad viros,* &c.] Videtur hoc superiori sententiæ contraire, qua volumus approbare ex persona Christi dicta esse quæ dicta sunt, & non ex Hieremiæ, qui proprie habitat in viculo Anathot, qui ab Hierosolymis trib. distat millibus. Sed si intellexerimus etymologiam oppidi Anathot, quod interpretatur obedientia, liquido monstrabitur viros Anathot, qui quondam domini præceptis obtemperarunt, omnes dici Iudæos, & maxime habitatores vrbis Hierusalem, in quos extrema venit sententia, vt obsidionis malis, gladio, fame, & peste interirent. Vt autem nos omni interpretationis molestia liberemur, illam sequamur regulam: Quod omnes prophetæ in typum domini Saluatoris pleraque gesserint, & quidquid iuxta præsens tempus completum sit in Hieremia, hoc in futurum de domino prophetari.

עֲנָתוֹת

C

2. Cor. 5. d

Ioan. 6. a

ובו נרתכו

D

E

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

Ernæum anguem fabulæ ferunt, multis ex medio capite pullulasse serpentibus, & Scyllam Siculi monstrum freti, facie quidem virginali, sed succinctam canib. miserorum lacerasse naufragia, iuncto in eodem lutore Sirenarũ mortifero carmine: quæ vt vitaret Vlysses Homericus, clausisse aures dicitur, & malum inexuperabile, prudenti vitasse consilio. Hoc ego cum facere cuperem, & hæreticorum rabiem declinarem, iuxta Hismeniam, mihi canens meis, illudque propheticum reuoluerem: Cum consisteret aduersum me peccator, obtumui, & silui de bonis: *non est passus diabolus me optata quiete contẽtum, scripturarum sanctarum explanationi insistere, & hominib. linguæ meæ, Hebræorum, Græcorumque eruditionem tradere: sed id agit: dieb. & noctibus & aperte, & per insidias, veris falsa miscendo, imo vniuersa mendacia subdolo melle circumlinens: vt qui audit verborum dulcedinem, venena pectoris non formidet: pacem pollicetur, vt grauiora bella exerceat, videt, vt mordeat: manum offert, vt ex improuiso simplicem interficiat Abner. Nimirum hoc illud est quod & Apostolus loquebatur:* Non enim eius ignoramus astutias. *Hic tacet, alibi criminatur: mittit in vniuersum orbem epistolas biblinas, prius auriferas, nunc maledicas, & patientiam nostram de Christi humilitate venientem, malæ conscientiæ signum interpretatur: Ipseque mutus, latrat per alpinum canem, grandem & corpulentum, & qui calcib. magis possit sauire quam dentib. habet enim progeniem Stoicæ gentis, de Britannorum vicinia: qui iuxta fabulas poetarum instar Cerberi spirituali percutiendus est claua, vt æterno suo magistro Plutone silentio conticescat. Verum hoc alias. Nunc in Hieremiam tertium aggrediar Librum, in quo conabor frater Eusebi, latissimos explanationis campos, angusta Commentariorum semita coartare.*

Psal. 38. a

1. Reg. 3. d
2. Cor. 12. c
Esa. 18. a
Sec. 70.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM

LIBER TERTIVS.

CAPVT XII.

F

Vstus quidẽ es tu domine, si disputem, &c.] Contra oẽs quidẽ iniquè agẽtes ista disputatio est, & septuagesimi secũdi psalmi breuiter sententia cõprehenditur, in qua propheta ait: *Quã bonus Deus Israel, his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns, &c.* Sed proprie contra hæreticos dicitur, quæ cũ sint impij, via eorum prosperatur, generantq; filios eos, quos in hæresi deceperunt: & prævaricãtur, & inique agunt: ita vt ecclesiã spoliẽt: & dum in prauitate sẽtentiæ perseuerant, iactant se à Deo esse plantatos, & radicem misisse, generasse filios, & attulisse fructum, qui cum Christi nomen sæpius replicent, habitatorem suum non habent Deũ iuxta illud Esaiæ: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eius longe est à me.*

Esa. 29. d

b ¶ *Et tu domine nosti me, vidisti me, &c.*] Nullum inquit, scandalũ est, quod impij siue omnes hæretici pro tẽpore flocrãt: Tu enim domine nosti me, & vidisti me, & probasti cor meum tecum. Quem ita nouit pater Deus quo modo filiũ suum? *Nemo* enim *cognoscit filium nisi pater: & nemo cognoscit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Licet, inquit, proficiãt, licet filios generẽt, & faciant fructũ hæretici, & prope sis tu ori eorum, & longe à renib. eorũ: id est, conscientia: tamen non parua est consolatio, quod quasi pecora saginantur ad victimã. Congrega eos in vrbẽ Hierusalẽ, siue in sua conciliabula: vt quasi victimæ cædantur in mortẽ, & tũc sãctificẽtur cũ ecclesiastico fuerint mucrone iugulati: in-

Luc. 13. d

Vstus quidem es tu domine, si disputẽ tecum (siue quia satisfaciam tibi:) verumtamen iudicia loquar ad te. Quid est quod via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt (siue genera-uerunt filios) & faciunt fructum, prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum. [b] Et tu domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum, congrega eos quasi gregẽ ad victimã, & sãctifica eos in die occisionis. [c] Vsque quo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiã habitãtiũ in ea? Cõsũptũ est animal, & volucres, quoniã dixerunt: Nõ videbit nouissima nostra: (siue nõ videbit Deus vias nostras.) [d] Si cum peditib. currẽs laborasti, quo modo contendere poteris cum equis? Si in terra pacis confisa es, quid facies in superbia (siue fremitu) Iordanis? [e] Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerũt aduersum Ammonitar. Philistim, & Idumæorũ, quid facies ad longã captiuitatẽ, quæ te Chaldæa vsq; ductura est: Et cõparat peditesequitib. quia reuera & iuxta historiã, omnis Persis, & vniuersa Chaldæa, & regionũ illarũ exercitus gaudet equitatu. Istę autẽ gẽtes, quas supra memoraui, propter difficultatem locorũ non tã pugnę aptæ sunt quã latrocinio. Seruatq; metaphorã & dicit: Si cum peditib. currens lassitudine defecisti, quid facies si equis cursum tuum volueris coæquare? Etsi in terra tua aliquam habuisti fiduciam, quid actura es cum Iordanem transieris, & illius gurgites sustinueris?

Psal. 72. a

Esa. 29. d

Luc. 13. d

e ¶ *Nã & fratres tui, & domus patris tui, &c.*] Intantũ, inquit, grauissimis Iordanis operieris fluctibus & equitum te de longe venientium multitudo vastabit: vt fratres quoque terfectio enim hæreticorũ, salus eorũ est qui decepti fuerãt.

c ¶ *Vsque quo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, &c.*] Quicquid in mundo vel bonorũ accidit vel malorum, non absque prouidẽtia, & fortuito casu accidit, sed iudicio Dei. Terra nunc sterilis est, herba siccatur. Vis nosse rationẽ? Malitiæ habitatorum eius hoc faciũt: ita vt & animalia super terrã, & volatilia cæli consumãtur, quia in vsus hominũ hæc creata sunt omnia, qui in tantã cõsurrexere blasphemiã, vt dicerent Deũ ignorare vias suas, & nescire quid vnusquisque passurus sit. Quod autem dicit vsquequo? illud significat, permanere iram Dei: quia animus peccantium non flectebatur ad pœnitentiam.

d ¶ *Si cum peditib. currens laborasti, &c.*] Si inquit, te crebra vicinarum gentium captiuitas fatigauit Moabitarũ, & captiuitatẽ, quæ te Chaldæa vsq; ductura est: Et cõparat peditesequitib. quia reuera & iuxta historiã, omnis Persis, & vniuersa Chaldæa, & regionũ illarũ exercitus gaudet equitatu. Istę autẽ gẽtes, quas supra memoraui, propter difficultatem locorũ non tã pugnę aptæ sunt quã latrocinio. Seruatq; metaphorã & dicit: Si cum peditib. currens lassitudine defecisti, quid facies si equis cursum tuum volueris coæquare? Etsi in terra tua aliquam habuisti fiduciam, quid actura es cum Iordanem transieris, & illius gurgites sustinueris?

e ¶ *Nã & fratres tui, & domus patris tui, &c.*] Intantũ, inquit, grauissimis Iordanis operieris fluctibus & equitum te de longe venientium multitudo vastabit: vt fratres quoque

tui Idumæi, & domus patris tui, qui de tot stirpe nati sunt, Moab & Ammon, etiã ipsi tẽpore cessitatis & angustiæ dimicent contra te, & insultent tibi. Vnde cauẽ ne velis eis credere, & spẽ habere cõsanguinitatis, per quã maiori in te quã hostes odio desæuiãt. Potest hoc & de Saluatore accipi, quod fratres eius & domus patris eius pugnauerint cõtra eũ, & clamauerint plena voce dicẽtes: *Crucifige, crucifige eũ, nõ habemus regẽ nisi Cæsarem.*

a ¶ *Reliqui domum meã, &c.*] Qui in euangelio locutus est: *Surgite, abeamus hinc.* Et iterum *Relinquetur vobis domus vestra deserta*: hic etiã in prophetã eadem comminatur: & quod factur' est, fecisse se dicit: Hæreditas enim domini, Israel est, & funiculus hereditatis eius. Quod autẽ ait: *Dedi dilectã animã meã in manuum inimicorũ eius.* Illud est: *potestatẽ habeo ponẽdi animã meã, & potestatẽ habeo resumẽdillã.* Facta est autẽ hæreditas quõdam domini populus Iudæorum contra eum quasi leo in silua, quando pari aduersus illum in passione voce clamauit. Et quia dedit contra eum vocem suam, ideo eam odio habuit & abiecit, & quæ quõdã fuit dilecta atq; charissima, nunc appellatur odiosa.

b ¶ *Nũquid auis discolor, &c.*] Auẽ discolorem, tinctamque per totũ, iuxta literam pauum vocat. Tantã, inquit, habuit pulchritudinẽ Israel, & tantis fuit Hierusalẽ distincta virtutibus, vt nihil esset bonorum, quod non cerneretur in ea. Quia igitur mihi facta est hæreditas quondã mea, id est, populus Israel, quasi leo in silua: & dedit cõtra me vocẽ suã, & eã omni odio detestatus sum: idcirco venite & cõgregamini cõtra eam oẽs bestiæ terræ, diuersarum gẽtiũ multitudo: & deuorate eã, quæ suũ dominũ nõ cognouit. Sin autẽ vt Lxx. & alij interpretes trãstulerũt, legatur: *Nũquid spelũca hiænæ hæreditas mea mihi*, referamus ad immunditiã nocturnæ bestiæ, quæ viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulcris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ qua non vescatur. Talis est Israel offẽdens domũ suum, & omnium bestiarum morsibus traditus.

c ¶ *Pastores multi demoliti sunt, &c.*] Audiant hæc qui principes volunt esse populorũ, quod non solum pro se, sed & pro commissis sibi gregib. reddituri sunt rationẽ in die iudicij. Propter illos enim pars domini conculcatur, atque polluitur: vt vbi quondam Dei erat hospitium, ibi sit habitaculum bestiarum. Alij vero nõ præpositos plebis & sacerdotes, sed hostium intelligunt principes, qui Hierusalem, id est, vineam domini, dissipauerunt.

d ¶ *Luxitq; super me, siue periit: desolatione desolata est omnis terra*, &c.] Hoc quod posuimus: luxitque super me iuxta Hebraicum priori versiculo copulatur, vt sit sensus. Posuerunt eam in dissipationem, hoc est, hæreditatem meam: Luxitque super me, meo auxilio destituta. Iuxta Lxx. vero loquitur Deus, quod propter illũ terra sit dissipata, & redacta in solitudinem, quia nullus sit qui corde recogitet, nec vlla pax vniuersæ carni. Porro iuxta Hebraicum, ideo Iudæa omnis est desolata, quia nullus est qui recogitet Deum, nec resíduus, qui possit cuadere. Per oẽs enim vias solitudinis venerũt vastatores, id est, hostilis exercitus, & gladius domini deuorauit à termino vsque ad terminũ, nec requies vlla fuit de vrbe fugientibus: vnde dicitur. Non est pax vniuersæ carni, neque enim pacem Dei potest cãro recipere: *Sapientia* enim *carnis inimica est Deo*: Et, *qui in carne sunt, Deo placere non possunt.*

e ¶ *Seminauerunt triticũ, & spinas messuerũt, &c.*] meliora inquit, expectauerũt, & venerũt pessima: sperabãt prospera, & aduersa perpessi sunt: acceperũt à domino rerũ omniũ abundantiã, qui eis non proderit. Iuxta Lxx. vero, oẽs hæretici quasi triticum seminãt, & spinas metunt, expectante domino vt facerent fructum & non fecerunt iudicium, sed clamorẽ. Dicitur autẽ hoc & ecclesiasticis, qui verba domini, & doctrinã eius mala cõuersatione disperdũt. De quibus infertur: *Cleri eorum non proderunt eis.* Quid enim eos iuuare poterit episcopi nomẽ, & presbyteri, vel reliquus ordo ecclesiasticus, cum magis grauentur dignitatib. suis: *& potentes potenter tormenta patiantur*, & quanto eis plus creditum fuerint, tanto plus requiratur ab eis?

f ¶ *Confundemini à fructib. siue à gloriatione vestra, &c.*] Dicitur ad eos, quib. cleri sui, & ecclesiasticus ordo nõ proderit: vt cõfũdantur à gloriatione sua, & ab opprobrio corã domino. Quodq; infert: aduersum oẽs vicinos meos pessimos: Iuxta literã vicini terræ sãctæ, Idumæi sunt. Philistim, Moab, & Ammõ. Iuxta tropologiam vero oẽs hæretici, qui sub nomine Christi cẽsentur, & vicini magis sunt quã habitatores terræ sanctæ: qui tãgunt hæreditatẽ Dei, & deuastãt eam: dicturq; eis, quod auferantur de medio terræ, & domus Iuda tollatur de medio eorũ. Qui cum euulsi fuerint, & de hæreticorũ faucib. liberati, cõsequẽtur misericordiam Dei, & reducentur in hæreditatem, & in terram suam.

g ¶ &c.] Si translati de hæresi in ecclesiam, didicerint vias populi Dei, & iurauerint in nomine domini, & non in nomine idolorum, quę de suo corde finxerunt, ædificabuntur à domino, & erũt pars populi eius. Quod si translati in ecclesiam, peruersorum dogmatum reliquias tenuerint, & nõ audierint verba domini: euelletur gẽs illa de medio populi Dei, euulsione & perditione perpetua: vt nequaquã eis vllus locus pœnitentiæ relinquatur. Hæc quotidie cernimus, & rebus probamus, quod ideo hæretici fidei simulent veritatem, vt sim-

plices quosque decipiant: & non ipsi conuertantur ad fidem, sed fideles trahant ad infidelitatem.

CAPVT XIII.

אזור

HÆc dicit dominus ad me, &c.] Cinctorium siue lumbare quod Dei renibus iungitur, populus Israel est: qui in lini similitudinem assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinem habuit, nec cãdorem: & tamen per illius misericordiã adhæsit Deo. Cũq; peccasset (rationale quippe est huiuscemodi linum atque lũbare,) ductus est trans Euphraten: id est, in Assyrios: & ibi absconditur, hoc est, magnitudine magnarũ, & innumerabiliũ gẽtium quodammodo absorptus, & nihili reputatus. Post multum autem tempus, ipse propheta in typum Dei liberat populum de captiuitate, quã nihilominus, & post reditũ Dei præcepta non fecit: sed secutus Deos alienos, ad extremũ etiã in Dei filiũ misit manus, & æterna perditione cõtabuit. Omnis quoque vir sanctus lũbare Dei est: qui assũptus de terra & terræ limo, Dei consortio copulatur, & quodãmodo quæ in ecclesia eius videntur obscena, maiori diligẽtia operit atq; circundat: ne gẽtiliũ & hæreticorũ morsib. pateant. Quod lũbare, si aquam tetigerit, & Euphratis fluenta trãsierit ita vt Assyriæ regionis humorib. imbuatur: perdit pristinã fortitudinẽ, & cõputrescit atque dissoluitur. Et quãuis in vsum Dei redeat, tamẽ pristinã pulchritudinem habere nõ potest, non duritia Dei, sed suo vitio: quia nolunt audire verba eius: & ambulãt in prauitate cordis sui: siue quod sibi rectum videtur hoc faciũt. Sed ipse sermo diuinus cur hãc posuerit similitudinẽ exponit dicens: Sicut enim adhæret lũbare ad lũbos hominis: sic agglutinaui, & adhærere mihi feci omnẽ domum Israel, & omnẽ domũ Iuda: dicẽ videlicet & duas tribus vt essent mihi in populũ nominatum, & in laudem, & in gloriã: & pro his omnib. non audierunt me, sed sua vitia sunt secuti. Caueat ergo qui potest dicere: *Mihi autem adhærere Deo bonum est*: ne forte per negligentiã ab illius renib. separetur, & transeat Euphraten, & detur in potestatem regis Assyrij, & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petræ corruptæ atque vitiatæ, hoc est hæreticorũ sordibus, & vitiis occupetur, & in tantam veniat putredinem, vt in vsum, & in cinctorium domini vltra redire non possit.

b ¶ *Dices ergo ad eos, siue ad populum, &c.*] Verbum Hebraicum a נבל Aquilæ prima editio, lagunculam, secunda ipsum b נבל Simmachus, craterem. Lxx. vtrem: Theodotio vas interpretati sunt quod omne non oleo, non aqua, non melle, non lacte, non alia qualibet materia liquentis elemẽti, sed vino, & ebrietate completur, ostendens nos vas esse fragile iuxta Apostolum dicentem: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*: nec posse fieri, vt non illud impleatur in nobis quod scriptum est: *Non enim habitat in carne*

CAPVT XIII.

HÆc dicit dominus ad me: Vade & possside tibi lumbare (siue cinctorium) lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam nõ inferes illud (siue per aquam non transibit) & possedi lumbare iuxta verbũ domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundo, dicens: Tolle lumbare (siue cinctorium) quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten & abscõde ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi dominus. Et factũ est post dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten, & tolle inde lumbare (siue cinctoriũ) quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphratẽ, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderã illud: & ecce computruerat lumbare (siue cinctoriũ) ita vt nulli vsui aptum esset. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus, sic putrescere faciam superbiã (siue iniuriam) Iuda, & superbiam Hierusalem multam, populum istum, pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate (siue in directione) cordis sui: abieruntque post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit dominus, vt esset mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. b Dices ergo ad eos (siue ad populum) sermonem istum: Hæc dicit dominus Deus Israel: Omnis laguncula (siue vter) implebitur vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus quod omnis laguncula (siue vter) impleatur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Ecce ego implebo oẽs habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe (siue filios) Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Hierusalem, ebrietate: & dispergam eos, virum à fratre suo, & patres, & filios pariter, ait dominus. Non parcam (siue non desiderabo) & non concedam, neque miserebor, vt non disperdam eos. c Audite, & auribus percipite: Nolite eleuari, quia dominus locutus est. d Date domino Deo vestro gloriã meam, antequam cõtenebrescat, & antecogitantes fragilitatem vestram, & quod nullus sit qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat. Vnde disperditur atque corrumpitur, & Dei misericordia indignus est, eleuans se aduersus eum per superbiam.

d ¶ *Date domino Deo vestro, &c.*] Eos quib. dixerat sermo diuinus: Audite & aurib. percipite, & nolite eleuari, nũc prouocat ad pœnitentiã, vt priusquã ducãtur Babylonem, & offẽdant pedes eorũ ad mõtes caliginosos siue tenebrosos, dẽt gloriam Deo. Vnde & peccatoribus sæpe dicitur: *Date gloriã Deo.* Quod autem Babylon, & omnis regio Chaldæorũ mõtes caliginosi siue tenebrosi appellentur, in principio Esaiæ contra Babylonem legimus, vbi scriptum est: super montem caliginosum leuate signũ, quod Hebraice dicitur משפח. Hoc itaque præcipit, vt antequã ducantur in captiuitatem, & seruitutis mala sentiant, agant pœnitentiam. Cumque expectent lucem, fessuri sint in tenebris. Sin autem, inquit, me

audire noluerit is, in abscondito, iuxta Aquilam in tenebris, plorabit anima vestra à facie superbiæ (siue iuxta Lxx.) iniuriæ, vt ne gemitus quidem & ploratus liber sit: ne victorum offendantur oculi. Possumus autem & sic locum istum interpretari: Saluator loquitur: *Operamini dum dies est, veniet nox quando nullus vltra potest operari.* De hoc tempore & Esaiæ vaticinium est Stellæ enim cœli, & Orion, & omnis ornatus cœli lucẽ non dabunt, & tenebræ būtur orto sole, & luna non dabit lucem. Sophonias quoque in eadem verba consentit, dicens: *Dies tribulationis, & angustiæ dies miseriæ, & perditionis: dies tenebrarum & turbinis: dies nubis & caliginis.* Prius ergo quam iudicij tempus adueniat, & offendant pedes nostri ad montes tenebrosos, aduersarias scilicet fortitudines, quę tormẽtis & cruciatibus præpositæ sunt, agamus pœnitentiam: ne expectãtes lucem, noctis tenebris inuoluamur: sciamusque nisi hoc fecerimus, ploraturam animam, vel Dei vel prophetæ, à facie nostræ superbiæ, Dei verba audire nolentium: Vnde & ipse propheta dicit.

Ioan. 9. a

Esai. 13. Sec. 70.

Soph. 1. d

a ¶ *Plorans plorabit, &c.*] Omnis autem causa cruciatuũ est, quod captus sit grex Domini. Dicamus Iudæis & nostris Iudaizantibus qui simplicem tantum, & occidẽtem sequuntur historiam: nisi audieritis absconditè, hoc est, in mysterio, siue in tenebris, quas posuit Deus latibulum suum: & iuxta Salomonem, vt intelligãt parabolam, & tenebrosum sermonem, plorabit anima prophetæ, siue ipsorum à facie superbiæ dum per contumaciam resistunt Deo, vnde & fletus erit iugis, lacrymæque perpetuæ: eo quod à vero Nabuchodonosor captus sit grex domini, atque corruptus.

b ¶ *Dic regi & dominatrici, &c.*] Prophetæ præcipitur, vt loquatur regi Iechoniæ, & matri eius: quã dominam & dominatricem siue reginam appellat: vt humilientur, & in pulnere sedeant: perdidisse enim eos regiã dignitatem, & regi tradendos Babylonio. Ciuitates Austri clausæ sunt: id est, tribus Iudæ & Hierusalem: quæ iuxta solitudinem ad austrum versa est, & non est qui aperiat obsidione circundatas. Translata est omnis Iudęa siue omnis Iuda transmigratione perfecta, hęc est recepit quod merebatur, & cõpletum est in ea: sic enim Lxx. transtulerũt. Delirat in hoc loco: qui regẽ, Christum, & potentes, angelos, vel apostolos intellexerit, vt assumant corpus humilitatis, & in puluere sedeãt, & amittãt vel rex, vel potentes de capite suo coronam, & gloriam fortitudinis. Ciuitates quoque austri clausas, interpretatur infernum, & quæ nulli aperiantur: omnẽque gloriam Iudæ esse translatam, quando in passione completum est: *Omnes declinauerunt, simulque inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Verbũ Hebraicum גבירה, Aquila & Symmachus dominatricem, & dominam interpretati sunt: quod Lxx. putauerunt e גבורות, potentesque dixerunt.

Psal. 13. 18

d gebira

e gebourtosh

c ¶ *Leuate oculos, &c.*] Præcipitur habitatorib. Hierusalẽ, vt eleuent oculos suos, & videant Chaldæos ab Aquilonis parte venientes, interrogaturque ipsa ciuitas, & dicitur ei: Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitum tuum? Vbi est populus tuus, quem à Deo acceperas? Vbi illa tanta & inclita multitudo, vt totius prouinciæ turbam in vnum locũ crederes congregatã? Quid dices cum te visitauerit dominus antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos (siue tenebrosos.) Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginẽ (siue, & ibi vmbra mortis, & ponentur in tenebris.) Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea (siue vestra) à facie superbiæ (siue iniuriæ.) a Plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini. b Dic regi & dominatrici (siue dicite regi & potentibus.) Humiliamini, sedete, quoniam descendit (siue sublata est) de capite vestro corona gloriæ vestræ. Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat? Translata est omnis Iudæa (siue translatus est omnis Iuda) trãsmigratione (siue captiuitate) perfecta. c Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitũ tuum? Quid dices cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersũ te, & erudisti in caput tuum. d Nũquid nõ dolores apprehendẽt te, quasi mulierem parturientẽ? Quod si dixeris in corde tuo, quare venerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecũdiora tua, pollutæ sunt (siue dehonestatæ sunt) plantæ tuæ. e Si mutare potest Æthiops pellem suã, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cũ dideceritis malũ. f Et disseminabo eos quasi stipulã, quæ vẽto rapratur in deserto. Hæc sors tua, parsq; mensuræ tuæ à me, dicit dominus (siue & pars inobediẽtiæ tuæ aduersũ me.) g Quia oblita es mei, & confisa es (siue sperasti) in mẽdacio, vnde & ego nudaui (siue nudabo, siue reuelabo) fœmora (vel posteriora) tua contra faciem tuam, & apparuit (seu apparebit) ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus (vel alienatio) fornicationis tuæ.

d ¶ *Numquid non, &c.*] Dum nescis, quasi mulierum partus subitus, ita te captiuitas repentina cõprehendet. Quod si causari volueris & quærere cur tradita sis hostibus, audi manifeste, multitudinem hæc tibi fecisse iniquitatis tuæ, vt quasi mulieris meretricis sublatis vestibus reuelaretur ignominia tua, & ostenderentur publice fornicationes tuæ. Per quæ discimus, quãdiu fuerint minora peccata, agere dominum patienter, & expectare pœnitudinem nostram. Sin autem voluerimus delictis copulare delicta, & cumulum facere peccatorum, reuelabuntur pudenda nostra: & ostendentur cunctis plantæ nostræ, vel in præsenti sæculo, vel in futuro. *Nihil* est enim *occultum quod non reueletur*: quoniam implebitur illud Danielis: *Isti resurgent in vitam æternam: & illi in opprobrium & confusionem sempiternam.*

Matt. 10. c

Dan. 12. d

e ¶ *Si mutare potest Æthiops pellem suam, &c.*] Hoc testimonio vtuntur aduersus ecclesiam, qui diuersas, cupiunt asserere naturas, & tantam dicunt esse vel nigredinẽ vel varietatem peccatorum: vt in candorem, & vnius coloris pulchritudinem transire non possit, non attendentes hoc quod sequitur: Et vos poteritis benefacere cum dideceritis malum. Quidquid enim discitur, non naturæ est, sed studij, & propriæ voluntatis: quæ nimia cõsuetudine & amore peccandi quodãmodo in naturã cõuertitur. Sed hoc quod hominib. impossibile est, Deo possibile est: vt nequaquã Æthiops & pardus suã videantur mutare naturam, sed ille qui in Æthiope operatur & pardo, dicente apostolo: *Omnia possum in eo qui me confortat* Christo. Vnde, & in alio loco: *Amplius*, inquit, *illis omnibus laborauimon ego autem, sed gratia Dei, quæ in me est. Et viuo iam non ego, viuit vero in me Christus.* Et iterum scriptum legimus: *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis*: Quas ob causas non glorietur sapiens in sapientia sua: neque fortis in fortitudine sua, nec dives in diuitiis suis: nec pudicus in sua pudicitia, sciens quod in omnibus his Christi virtus sit, non eorũ qui in suis virtutibus gloriantur.

Philip. 4. c

1. Cor. 15. b

Gal. 2. d

1. Cor 4. b

Sup 9. a

f ¶ *Et dissemināb eos quasi stipulam, &c.*] Quia nimia consuetudine malorum non potuerunt mutare naturam, non vitio conditoris, sed studio insoliti sceleris: propterea quasi stipulam vento raptatã dispergam eos in solitudinem: iuxta illud quod alibi scriptum est: Tanquam pulus quem proiicit ventus à facie terræ. Facitque apostrophan ad ipsam Hierusalem: quod hæc sit sors eius, & ista pars quam ipsa sibi elegerit, mensuram cumulatam atque perfectam, & supereffundentem: siue partem inobediẽtiæ suæ, qua nolui, Deo acquiescere. *In qua* enim *mensura mensi fuerit, remetietur illi.*

Psal. 1. b

Luc. 6. f

g ¶ *Quia oblita es mei, &c.*] Causa dispersionis Hierusalem, quod oblita sit Dei, & confisa sit, vel sperauerit in mẽdaciis. Qui præter Deum in rebus confidit sæculi, obliuiscitur Dei.

Matt. 7. c

Vnde

Vnde reuelãtur fœmora, vel posteriora eius, vt videat ignominiam suam, & quæ retro esse deberent, fiant in prioribus: Cernatque ipsa quod fecit, & appareat ignominia eius, non tantum ipsi, sed & omnibus. Adulteria, inquit, tua & hinnitus tuus, non solum libidinem, sed insaniam ostendit libidinis, equarũ more, quæ ad coitum gestiunt, vt est illud Virgilij: Hippomanes vero quod nomine dicũt Pastores, lętum distillat ab inguine virus. Rogemus Iesum, vt nec in præsenti, nec in futuro sæculo reuelet fœmora & posteriora nostra: sed vt deleat omnes iniquitates nostras, & omnia scelera apparere non faciat.

Virgil. lib. 3. Georgic.

a ¶ *Super colles in agro vidi abominationes tuas, &c.*] [Non solũ in media vrbe Hierusalẽ, sed in omni colle, cunctisque regionib. vidi idola tua, vnde dicitur ad eam: Væ tibi Hierusalem, quia non es mundata post me, vt cum mea te iactares sequi vestigia, & confessionem mei nominis ventilares, tamẽ nũquã purgata sis, quia oblita es mei & sperasti in mẽdaciis. Vnde increpat eam, & dicit: Vsquequo adhuc? & est sensus: quãdiu te expectabo? quãdiu ferã? vsquequo obliuisceris mei in finẽ, & mea præcepta contemnes? Fornicatur in collib. & in agris, & nunquã mundatur, qui erecta cervice per superbiã non humiliatur sub potenti manu Dei, sed in suis scelerib. vitiisque cõfidit.

CAP. XIV.

Amos 8. a

QVod factum est verbum domini ad Hieremiã, &c.] Iræ Dei vniuersa consentiunt. Vnde & sol vt super peccatores occidit meridie: & luna astraque & cætera non dant lumẽ suum. Putandumque est obsidionis tempore pluuias non fuisse, vt sterilitatem obsessi sustinerent aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas, & vsque in præsentem diem sterilitas pluuiarum, non solum frugũ, sed & bibendi inopiam facit.

c ¶ *Luxit Iudæa siue Iuda, &c.*] Tẽpore siccitatis, quoniã famẽ patitur multitudo audiẽdi & discendi sermonem Dei, luget Iudæa, cultum Dei prius habere se iactans, & confessionem veræ fidei: portæque eius vel vacuantur vel corruũt, quas ad sensus referre debemus, per quos animæ concipitur disciplina. Tũc obscurãtur omnia, & inuoluũtur tenebris: & nequaquã in Hierusalẽ ratio regnat & sermo doctrinæ, sed clamor atque cõfusio. Maiores quoque qui deberẽt ipsi pergere ad hauriendas aquas, mittunt iuniores, in quibus cani non sunt sapientiæ: & idcirco veniũt ad puteos, & non inueniunt aquas, quas patriarchas inuenisse narrat historia. Reportant vasa sua vacua, iuniores videlicet: non quod aquæ non fuerint, sed quod illi inuenire non potuerint. Confusi sunt & afflicti, siue erubuerũt, & operuerũt capita sua: quia non poterant dicere cũ Apostolo: *Nos autem reuelata facie gloriam domini contẽplamur.* Propter terræ vastitatem, siue & terræ opera defecerunt, per quæ ad Dei notitiam pergimus. Causaque perspicua: *quia non venit*, inquit, *pluuia super terram.* Mandatum est quippe nubibus ne pluerent super eam imbrem. Agricolæ quoque, quorum vnus loquitur: *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* Et in eodem loco: *Dei*

Gen. 16. 26.

Psal. 1. b

2. Cor 3. a

Esa. 5. b

1. Cor. 3. b

CAP. XIV.

a Super colles in agro vidi abominationes tuas: Væ tibi Hierusalem: non mundaberis (siue quia non es mundata) post me, vsquequo adhuc?

CAP. XIV.

b Factũ est verbũ domini ad Hieremiã de sermonibus siccitatis. c Luxit Iudæa (siue Iuda) & portæ eius corruerũt (siue vacuæ factæ sunt) & obscuratæ (siue contenebratæ) sunt in terra, & clamor Hierusalẽ ascẽdit. Maiores eius miserunt minores (siue iuniores) suos ad aquã: venerunt ad hauriendũ (siue ad puteos) non inuenerũt aquã, reportauerũt vasa sua vacua. Cõfusi sunt & afflicti (siue erubuerunt) & operuerunt capita sua propter terræ vastitatẽ (siue & opera terræ) quoniã defecerũt, quia nõ venit (siue nõ erat) pluuia super terrã: cõfusi sunt agricolæ, operuerũt capita sua. d Nã & cerua (siue ceruæ) in agro peperit (siue pepererũt) & reliquit (siue reliquerũt) quia nõ erat herba. Et onagri steterũt in rupib. traxerũt ventũ quasi dracones: defecerũt oculi eorũ, quia nõ erat herba (siue fenũ) e Si iniquitates nostræ responderint (siue restiterint) nobis: domine fac propter nomẽ tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ (vel peccata nostra.) Tibi peccauimus expectatio Israel: saluator eius in tempore tribulationis.

HEB.

f Quare futurus es quasi colonus in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, & fortis qui non potest saluare?

g Tu autem in nobis es domine, & nomen tuũ inuocatum est super nos: ne derelinquas nos (siue ne obliuiscaris nostri.) h Hæc dicit dominus populo huic: quia dilexit (siue dilexerunt) mouere pedes suos, & non quieuit (siue non perce-

SEPT.

Quare factus es sicut aduna in terra, & quasi indigena diuertens ad manendum? numquid eris quasi homo dormiens, & quasi vir qui saluare non possit.

cooperatores sumus: operiunt caput suũ, & confundũtur intelligentes sine Dei gratia, & adiutorio frustra se tendere.

d ¶ *Nã & cerua*, siue *ceruæ, in agro peperit*, siue *pepererunt, &c.*] Grãdis sterilitas, quando & ceruæ in agro pariũt, & relinquũt fœtus suos, quia nõ sit herba vel fœnũ: vt quæ odore nariũm serpentes extrahunt de cauernis, & venenata interficiũt animantia, cibo gratiæ nõ vtantur. Onagri quoq; de quib. scriptum est Iob tricesimonono: *Quis dimisit in solitudine onagrũ liberũ?* plana & campestria relinquentes, stent in rupib. & currere nequeant, & attrahant ventum in similitudinẽ draconũ: deficiantq; oculi eorum, & clarã lucẽ cernere nequeant, rationabilib. subtractis cibis. Siccitas hæc sæpe accidit in ecclesiis, quãdo cerui & onagri inueniũtur in populis, & magistrorũ penuria contabescunt. Sunt qui possunt discere, & non sunt qui possunt docere.

¶ *Si iniquitates nostræ responderint*, siue *restiterint nobis, &c.*] Si dubitamus quare non descendant pluuiæ super terrã, quare cũcta ariditate marcescant: audiamus, iniquitates nostræ restiterunt nobis: propterea domine non secundũ opera nostra, sed secũdũ sanctũ nomẽ tuũ vince multas auersiones nostras. Tibi enim peccauimus, quę cordis secreta nõ fallunt: & te præstolamur, qui vera spes, & expectatio es Israel: & saluas eos in tẽpore tribulationis, iuxta illud quod scriptũ est: *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Dicamus & nos in tẽpore siccitatis, aquarumq; penuria: *Tibi peccauimus, & malũ corã te fecimus*: tuum præstolamur aduentum, qui saluas Israel, non suo merito, sed tua clementia.

Psal. 119. d

Psal. 50. d

f ¶ *Quare futurus es quasi colonus in terra, &c.*] Iudæi hũc locũ sic intelligũt. Quare segregas te à populo tuo, & quasi viator propter vnius horæ refrigerium nõ curas quali vtaris hospitio, sed ad alia trãsiturus nõ saluas populũ tuũ, & tẽplũ quondã inclitũ deseris? Nostri vero de futura Christi dispẽsatione dici putãt, quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tẽpore terræ vsurus hospitio: & quasi vir pertrãsiẽs ac robustus, relicto Israel tẽdat ad gẽtiũ multitudinẽ, vt de loco ad locũ, de populo ad populum, de tẽplo ad ecclesiã transeat. Quod autẽ iuxta Lxx. dicitur: *Nũquid eris quasi homo dormiẽs, & quasi vir qui saluare non possit*: similitudinẽ ponit & nõ rei veritatẽ, secundum illud quod scriptum est: *Surge cur dormis domine?* non quod dominus dormiat, de quo dicitur: *Non dormitabit, neque dormitet, qui custodit Israel*: sed quod his videatur dormire, quos deserit. Denique in sequentibus non scribitur: vir dormiens qui saluare non possit: sed quasi vir, in vtroque ὡς τροποπαθῶς scribitur.

Psal. 42. d

Psal. 120. c

g ¶ *Tu autem in nobis es domine, &c.*] Qui apud Iudæos quasi aduena futurus es & viator, & vir vagus, & antiquã deserẽs mãsionem in nobis habitas, & nomen tuum inuocatum est super nos, vt appellemur Christiani: idcirco ne derelinquas nos, & ne obliuiscaris nostri, quibus de futuro aduentu tuo, omnium prophetarum ora cecinerunt.

h ¶ *Hæc dicit dominus populo huic, &c.*] Dicente populo

quare factus es vt aduena & viator & vagus, vt tuam deseras mansionem? Respondet dominus populo quodam suo: Vis nosse rationem, auscultа quod dicitur: Quia dilexit populus mouere pedes suos, & non abstulit eos de compede peccatorum, siue nō quieuit, & stare non potuit: idcirco & ego deseruí eū, & nulla est in illo mihi complacentia. Qui igitur diu distulit, & per patientiā noluit punire peccātes: quia in scelere permanserūt, recordabitur iniquitatum eorū: & quasi ægrotantium, & Deū non sententium peccata visitabit, vt vltra peccare desistant. Notādū autē in scripturis sanctis, quod semper peccatorū mouēatur pedes: & sanctis dicatur cum Moyse: *Tu vero hic sta mecum.* Et alibi scriptū sit: *Laudate serui dominum, qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri.*

Deut. 5. d

Psal. 134. a

a ¶ *Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum, &c.*] Stultū est orare pro eo qui peccauerit ad mortē, dicēte Ioāne: *Est peccatū ad mortē non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatū est: & est peccatū ad mortē.* Ieiunia & preces, & victimæ, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus à vitiis, & flemus antiqua peccata. Sin autem in scelerib. permanentes, putauerimus, votis atque sacrificiis redimere nos, vehementer eramus, iniquū arbitrantes Deū. Qui enim semel gladio & fami & pesti fuerit destinatus, nullis precib. eruí potest. Vnde & prophetæ dicitur: ne frustra roget quod impetrare non possit.

1. Ioan. 5. d

b ¶ *Et dixi ah, ah, ah, domine Deus, siue qui es domine Deus, prophetæ. &c.*] Audiant hęc magistri, qui peccātibus & in suis vitiis permanentib. prospera pollicētur: qui dicūt diuitib. nō videbitis gladiū tormentorū Dei, & fames non erit in vobis. Saturabimini quippe sermonib. Dei, & pacē dabit vobis dominus verissimā in loco ecclesiæ siue Hierusalem. Quod autē dixit iuxta Hebraicū a אהה ah, ah, ah, ad priora respondit, vbi dominus fuerat comminatus, dicēs: *Gladio, & fame & peste ego consumam eos.* Quia igitur prophetæ, imo pseudoprophetæ falsa polliciti sunt, ideo dominus locutus est per Hieremiam: Nolite audire verba pseudoprophetarum, qui non à me missi sunt, sed sua voluntate venerunt. Vnde nequaquam prophetæ, sed diuini sunt appellandi, qui seductionem populo loquuntur. Multo enim melius est timore pœnarum emendare peccata, quam spe prosperorum diuinæ sententiæ subiacere.

a aha

c ¶ *Ideo hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, &c.*] Caueāt pseudoprophetæ, qui prospera promittendo supplantant populum Dei: ne & ipsi pereant, & deceptus populus simili deleatur interitu iaceantque in viis Hierusalem, & dorhini præcepta calcantes, fame & gladio pereant, & non sit qui sepeliat eos: nec ignominiam eorum pulueris operiat pœnitentiæ. Et ipsi enim prophetæ, & populus, vxoresque eorum, & filij & filiæ, omnisque generatio absque vllo pollinctore in sterquilinum erit. Quanti iacerē in viis Hierusalem: quot cernimus insepultos recipere mala sua, quæ domino effundente patiuntur.

d ¶ *Et dices ad eos verbum istud, &c*] Dupliciter his locus intelligitur, vel quòd ipse Deus plangat populū suū, & oculi eius flere nō cessent, vel certe imperet, vt populorū oculi lacrymis fluāt. nec leue esse quod plangendū sit: cum virgo filia populi sui contritione maxima, & plaga intolerabili percussa sit. Alij ex persona prophetæ hæc dici arbitrantur.

e ¶ *Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio* , &c.] Iusta causa plangendi, quod virgo cōtrita sit, filia percussa, populusq; deletus. Si enim, inquit, foras exire voluero , interfectos videbo: si ingredi ciuitatē, attenuatos, & oslib. vix hærētes famis necessitate conspiciā. Et quid mirū hoc de plebe, & ignobili vulgo dicere? cum prophetę quoq;, & sacerdotes, qui aliis prospera prophetabāt, & qui debebāt legis aperire mādata, ipsi ierint in terrā, quā ignorabāt, & captiuitatis sustinuerint malū. Audiāt hoc nostri prophetæ & sacerdotes, quod nec intus nec foris propter negligentiā eorū sit vlla securitas, quod & eos scādalizāt qui foris sunt : & eos qui intus, fame interire patiantur: & qui auctores fuerint peccādi, sint cruciatuum socij.

f ¶ *Numquid proiiciens abiecisti Iudā, aut Sió abominata est anima tua, &c.*] Miratur propheta quod Iudā, & Hierusalem, duarum tribuū videlicet regnū, in quo erat religio Dei, & tēpli cæremoniæ : dominus tam repente proiecerit, & tanta percusserit plaga, vt nulla possit adhiberi medicina. Expectauimus, inquit, pacem, & tēpus curationis: & nullum est bonum sed econtra turbatio: vt vbi prius fuerat cultus Dei atq; tranquillitas, ibi seditionibus, & hostili fremitu omnia cōplerentur. Si ergo quādoq; nostra Sion, nosterque Iuda abiicitur, & abominatur, illum anima Dei: nequaquam miremur, sed magis dicamus quod sequitur.

Psal. 103. b

g ¶ *Cognouimus domine impietates nostras, &c.*] Et nos, inquit, & patres nostri eadem dementia, Dei præcepta negleximus, & impleta est in nobis mēsura maiorū: vt quidquid illis defuerat, nostro cumulo cōpleretur. Vnde & de Iuda dicitur: *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum.*

Psal. 108. f

h ¶ *Ne nos des in oppro. &c.*] Soliū gloriæ Dei non solum arbitremur tēplum Iudææ, quod sæpe destructū est, sed omnem sanctum: iuxta illud quod scriptum est: *Thronum eius in terram allisisti.* Tunc alliditur atque destruitur, quando multitudine peccatorum offenderit Deum : sed tamen qui sua culpa periit, domini clementia sustentatur, quæ mutatur seueritate sententiæ, si itritum faciat dominus pactum suum: quo nos saluos futuros esse pollicitus est.

Psal. 88. f

i ¶ *Numquid sunt in sculptili, &c.*] Post multos varioſque sermones, redit ad titulum prophetiæ, in quo scriptum est: quod factū est verbū domini ad Hieremiam de sermonibus siccitatis. Ergo quod dicit, hoc est, quia dæmonum simulacra non possunt pluere, nec cœli per se dare imbrem suum: ideo tu domine Deus noster, quem semper expectauimus, in quē spes nostras conuertimus & vota, tu da pluuiā tuā. Tua enim sunt omnia, & quidquid boni est, sine te cuius est, dari non potest. Dicamus hoc & contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt. Et cum se cælos esse promittant, & de se scriptum glorientur : *Cæli enarrant gloriam Dei:* tamen imbres non possunt donare doctrinæ. Solus est enim Deus, qui suū instruat populum, & diuersitates gratiæ tribuat expectantibus se.

Psal. 8. a

CAPVT XV.

E T[a] *dixit dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel coram me* (siue contra me) *non est anima mea ad populum istū.* [b] *Eiice* (vel *emitte*) *illos à facie mea, & egrediantur.* [c] *Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit dominus: gladium ad occasionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli & bestias terræ, ad deuorandum, & dissipandum.* [d] *Et dabo eos in feruorem* (siue commotionem, & angustias) *vniuersis regnis terræ, propter Manassen filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Hierusalem?* [e] *Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?* [f] *Tu dereliquisti me, dicit dominus: retrorsum abiisti.* [g] *Et extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogatus* (siue rogans) *pro quo Lxx. transtulerunt, nequaquam vltra dimittam eos.* [h] *Et dispergam eos ventilabro in portis terræ* (siue populi mei.) *Interfeci, & perdidi populum, &c.*] Quid prodest sæpius me rogari, cū à viis suis pessimis non reuertantur, nec agant pœnitentiam? Dispersi enim eos quasi ventilabro, vt purgarem aream meā. Et dispersi in portis terræ, vt infernī quodammodo calcarent limina. Et interfeci & perdidi populum meū, & coacti malorum necessitate, impendentia vitarent mala.

Exo. 32. c

i ¶ *Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenā maris, induxi eis super matrem adolescentis vastatorē meridie, &c.*] Diuersis medicaminibus cupit Deus saluare peccantes, vt qui contempserant blandientem, timeant comminantem. Viduæ multiplicatæ sunt super arenam maris, interfectis viris, matres perditis liberis seuisse vastantem: non in nocte & per insidias, sed clara luce: vt ostendat apertam vim aduersarij fortioris. Misi, inquit, super ciuitates: Haud dubium quin Iuda, & populi peccatoris repente terrorem, vt quanto fuit subitum malum, tanto difficilius esset effugium.

Num. 11. b

Gen. 3. d 4. b

Ezech 14. g

2 Par. 33. c

k ¶ *Infirmata est, siue abiecit, aut vacua facta est quæ peperit septem, siue plurimos: defecit anima eius, occidit sol cum adhuc esset dies (aut medius dies.) Confusa est, &c.*] Sæpe diximus verbum Hebraicum a שבע vel septem, vel iuramentum sonare, vel plurimos. Vnde & diuersa est interpretatio: Aquila, Lxx. & Theodotione, septem transferentibus, Symmacho plurimos. Quæ igitur erat dies liberis, orba subito facta est, & clara luce disperiit, & confusa est in solitudine sui. Reliquum autem ait, populum tradam gladio, vt mortē & iram Dei nullus effugiat. Alij ad synagogam referunt, quæ infirmata est, vt ecclesię cresceret multitudo: iuxta illud quod scriptum est, sterilis peperit septem siue plurimos, & quæ multos habebat liberos, infirmata est. Vnde & occidit ei sol iustitiæ, in cuius pennis est sanitas, & idcirco æterna confusione cooperta est, perdens populum suum gladio spirituali.

אמללה a sebaה

1. Reg. 2. d Malac. 4. a

l ¶ *Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ* (siue iudicij) *virū discordiæ, &c.*] Potest hoc, Συνεδοχικῶς de Hieremia intelligi, quod non in toto orbe terrarum, sed in terra Iudæa sit iudicatus. Vere autem domino competit Saluatori, qui loquitur in euangelio: In iudicium ego in istum mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant, de quo scriptum est: *Ecce hic est positus in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur.* Quis enim philosoporum, quis gentilium, quis hæreticorum, non iudicat Christum ponentium ei leges natiuitatis, & passionis, resurrectionisque

Ioan. 9. g

Luc. 2. g

m ¶ *Non fenerauit, nec fenerati sunt mihi, omnes maledicunt mihi, &c.*] Quia non fenerauit, nec fenerati sunt ei, omnes maledicunt ei. Quia non dedit ad vsuram, nec accepit vsuram

fuæ,& ſubſtantiæ? Nec mirũ iuxta aſſumpti corporis veritatem, Chriſtum dicere: *Væ mihi mater mea*: cum & in alio loco perſpicuæ perſonæ eius conueniat quod dicitur: *Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut racemum in vindemia*: non habens ſpicam, vt comedat primitiua. Et ne putemus gemitũ vilitatem referri ad verbum Dei, qui ſit iſte qui plangat, ſtatim ſequitur: *Væ mihi anima, quia periit reuertens à terra*: non quod diuidamus perſonas, vt impij faciunt, ſed quod vnus atque idem filius Dei, nunc iuxta carnem, nũc iuxta verbum loquatur Dei.

Mich.7.a

a ¶ *Non fœnerauí, nec fœnerauit mihi quiſquam, oẽs maledicunt mihi.*] Pro quo Lxx. Non profui, neque profuit mihi quiſquam: Theodotio: *Non debui neque debuit mihi quiſquam.* Quorum omnium hic ſẽſus eſt ex perſona Chriſti: Nullus ſe præbuit, qui digne mea æra ſuſciperet nec fenerauit mihi quiſquam in ſanctis, atque pauperibus confouendis, me ſibi faciens debitorem. Siue non profui, nec profuit mihi quiſquam. Nullus enim tantum voluit accipere, quantũ ego tribuere deſideraui. Nec profuit mihi quiſquam. Salus enim creaturæ, lucrũ eſt creatoris. Aut certe non, debui, nec debuit mihi quiſquam. Nemo debuit mihi quãtum accipere cupiebã, nec me ſibi fecit in aliquo debitorem. Quodque infert: Nec debuit mihi quiſquam, hunc habet ſenſũ. Quo modo enim poterat mihi vſuram debere, qui fœnus non eſt dignatus accipere? *Omnes*, inquit, *maledicunt mihi.* Quis enim hæreticorum, atque errantium non maledicit Chriſto, peruerſa credendo, & peruerſiora blaſphemans?

לא נשיתי ולא נשו בי

B

b ¶ *Dicit dominus: ſi nõ reliquiæ tuæ in bonũ, &c.* Poſsũt hæc & ex perſona Hieremiæ accipi, qui peſſimo tẽpore, & iã imminẽte captiuitate prophetare cõpulſus eſt, & dura perpeti à populo nõ credẽte. Ad id quod ſupra dixerat: *Væ mihi mater mea, vt quid me genuiſti virũ, qui iudicer, & diſcernar omni terræ*: & reliqua: Reſpõdit dominus: Noli conſiderare prouidẽtia, ſed futura: reliquiæ enim tuæ, & nouiſſima erũt in bonũ. Deniq; & in præſentiarũ cum te cuperẽt inimici opprimere, affui tibi, & meo es protectus auxilio. Hoc autem tã ad Hieremiã, quã ſecundũ diſpẽſationẽ carnis aſsũptæ, referri poteſt ad Saluatorẽ. Pro eo quod nos iuxta Hebraicũ interpretati ſumus: *Omnes maledicũt mihi*, vſque ad eum locũ vbi ſcriptũ eſt: *In tẽpore tribulationis aduerſus inimicũ*: in editione vulgata ita ſcriptũ reperi: *Fortitudo mea defecit in his qui maledicũt mihi*, fiat domine dirigẽtib. illis, ſi non aſtiti tibi in tẽpore afflictionis eorum, & in tẽpore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Et eſt ſenſus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligũt virtutem meã, quæ in infirmitate perficitur, & quanto plus mihi maledixerint tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Iungitque vel prophetа vel dominus, & ait: *Fiat domine dirigentibus illis*, hoc eſt, eueniant mihi maledicta quæ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonum: ſi non in tempore tribulationis eorum & anguſtiæ, quando eos vaſtabat inimicus & capere feſtinabat, ſteti in conſpectu tuo, & rogaui te pro illis & dixi: *Pater ignoſce eis, quod enim faciunt, neſciunt.* Sed & Hieremiam ſæpe deprehendimus in hoc voluſ

2.Cor.12.c

Luc.23.d

rixæ (ſiue iudicij) virum diſcordiæ (ſiue qui iudicet) in vniuerſa terra? a Nõ fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam, omnes maledicunt mihi. b Dicit dominus, ſi non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurrit tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis (ſiue anguſtiæ) aduerſus inimicum.

HEB.

c Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone & æs.

SYM.

Numquid nocebit ferrum ferro ab Aquilone & æs? Lxx. & Theodotio. Si cognoſcet ferrum & operimentum æneum? d Diuitias tuas, & theſauros tuos in direptionẽ dabo gratis (ſiue abſque pretio) in omnibus peccatis tuis, in cunctis terminis tuis. Et adducã inimicos tuos (ſiue ſeruire te faciam inimicis tuis) de terra quam neſcis: quia ignis accenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit. e Tu ſcis domine, recordare mei, & viſita me, & tuere me ab his qui perſequuntur me. Noli in patientia tua ſuſcipere me, ſcito quoniam ſuſtinui pro te opprobrium. Inuẽti ſunt ſermones tui, & comedi eos (ſiue ab his qui reprobãt ſermones tuos conſume eos.) Et factum eſt mihi (ſiue erit mihi) verbum tuum in gaudium, & lætitiam cordis mei, quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me domine Deus exercituum. f Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum (ſiue metuebam) à facie manus tuæ, ſolus ſedebam, quoniam amaritudine repleſti me. Quare factus eſt dolor meus perpetuus (ſiue quare qui contriſtant me confortantur:) & plaga mea deſperabilis renuit curari? (ſiue plaga mea fortis, vnde curabor?)

C

c ¶ *Numquid fœderabitur ferrum, &c.*] Varietatis cauſa perſpicua eſt, verbum enim ירוע quod in præſenti loco ſcriptũ eſt, pro ambiguitate enunciationis, & amicitiam ſonat & malitiam, quod ſi pro ר litera, quæ ד literæ ſimilis eſt, legatur ד ſcientiam cognitionẽque ſignificat. Quod autẽ dicitur, ſic intelligẽdum eſt: Ne doleas quod populus inimicus tuus ſit, & te enim dura nunciãte, non poteſt te amare qui durus eſt. Siue Babylonij, qui ab Aquilone veniũt, ſuntque ferrum duriſſimum, huic populo duriori, & in æris ſimilitudinem in domito, non poterũt amicitia copulari: Siue ferrum duriſſimũ, hęc eſt, populus Iſrael. Dei cognitione indignus eſt, qui in tãram peruenit malitiam, vt duriori metallo ære circũdatus ſit.

iuxagh

res daleth daleth

d ¶ *Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis, &c.*] Omnem, inquit ſubſtantiam tradam inimicis tuis abſque vllo pretio propter peccata, quæ feciſti in cũctis terminis tuis. Propterea adducã inimicos tuos, ſiue ſeruire te faciam in terra Chaldęa, quia ignis meus qui ſemel in meo furore ſuccenſus eſt, in te ardebit, & extingui non poterit. Tu enim præbuiſti materiam ardoris tui: vt meus ignis, tua quæ in te ſunt ligna conſumat, & fenum, & ſtipulam, ac per hoc non eſt cauſa ardoris in domino, ſed in his qui fomenta incendio miniſtrarunt.

D

c ¶ *Tu ſcis domine, recordare mei, & viſitame, & tuere me ab his qui perſequuntur me. Noli in patientia tua ſuſcipere*, &c.] Hoc quod diximus: *Tu ſcis* in Lxx. non habetur: Felix eſt autẽ illa cõſciẽtia, quæ pro Deo ſuſtinet opprobriũ. Vnde dicit: *Inuẽti ſunt ſermones tui*, quos meo ore loquebaris. *Et comedi eos*, hoc eſt in cibum mihi verſi ſunt, ſiue iuxta Symmachũ. Suſcipiebam eos, vt mihi in lætitiam verterentur, qui dudum fuerãt in opprobrium. Vnde, & Babylonij confitentur impleta, quæ Hieremias futura prædixerat. Siue hic ſenſus eſt. Senſi anguſtias, miſerias pertuli populi perſequentis: ſed tamen gauiſus ſum me tuis paruiſſe præceptis, & propter nomen tuum dura perpeſſus ſum.

f ¶ *Non ſedi in concilio ludentiũ, & gloriatus ſum (ſiue metuebã) à facie manus tuæ, ſolus ſedebam, quoniã amarit.* &c.] Hęc Hebræi ex perſona Hieruſalem dici arbitrantur, quod ſola ſederit, & amaritudine repleta ſit, & factus ſit dolor eius perpetuus, & quo modo aquæ pertranſeunt, ſic verba prophetarũ, quib. ſibi proſpera pollicebãtur, trãſiſſe mẽaciter. Melius autẽ vt ex perſona prophetæ hæc dici accipiam[g], ſed & de ſermonib. ſancti viri, qui non ſederit in concilio ſiue ſecreto ludentium, quod timuerit impendentem ſibi manum Dei: ſiue magis gloriatus ſit ſe malorum non habere conſortium. Solus, inquit, ſedebam, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibꝰ nõ introibo. Odiui eccleſiã malignãtium, & cum impijs non ſedebo.* Et in alio loco: *Solitarius ſum ego, donec pertranſeam. A facie*, inquit, *manus tuæ, ſolus ſedebã*: dum te timeo, dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto. In concilio ludentium ſedere nolui ſed meam amaritudinem deuorabam, vt in futuro mihi gaudiũ præpararẽ. Nec habui interualla doloris mei, ſed iugi miſeria deprimebar, vt nulla expectarẽ remedia. Præualuerunt enim qui contriſtabant me: & facta eſt

Pſal.25.a בסוד

Pſal 140.5

E

eſt plaga mea fortis. Sed in hoc habui conſolationem, quod fuerit quaſi aqua mendax, atque præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt, videntur & dilabuntur, ſic & omnis impetus inimicorum te adiuuante præterijt. Vtinam dominus præſtet, & nobis non ſedere in concilio ludẽtium, & eorum qui futura non cogitant, nec aduerſis cedere, ſed ſemper Dei ſententiam formidare & dicere cum propheta: ſolus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum. Gaudeat igitur in præſenti tempore, nequaquam concilium ſapientium, ſed arcanum ſecretumque ludentium: *mihi adhærere Deo bonum ſit*, ponere in Deo ſpem meam: ſaturari opprobriis, & iudicis mei expectare ſententiam, quæ cùm finis aduenerit, opere monſtrabit omnem triſtitiam & amaritudinẽ inſtar aquarum fluentium pertranſiſſe.

Pſal.72.d

a ¶ *Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertã te, & ante faciem meam ſtabis. Et ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris, &c.*] Manifeſtum eſt quod ſuperiora nequaquam Hieruſalem ſed prophetа dixerit. Cui reſpondit dominus: Si conuerteris à peccatis populum, & ego de tribulatione conuertam te in lætitiam, & ſtabis ante faciem meam, ſicut Angeli ſtant in cõſpectu Dei, quotidie videntes faciem illius. *Et ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Ne putes, inquit, boni operis non eſſe mercedẽ, ſi ſanctos quoſque meos de numero peccantium tuis ſermonibus ſegregaris, eris quaſi os meum, & meis præceptis copulaberis. Debent enim illi tui imitatores eſſe, & non tu eorum. Nec reformides, & dicas: Quare factus eſt dolor meus perpẽtuus: & plaga mea fortis ſiue deſperabilis: vt me deſperem poſſe curari? Dabo enim te quaſi murum æneum atque fortiſſimum: vt contra aduerſarium omni reſiſtas robore, & me habeas adiutorem, & liberem te de manu peſſimorum, & de manu fortium ſiue peſtilentium redimam te, vel meo ſanguine, vel in præſentiarum meo auxilio. Conſideremus quantam mercedem habeat ſermo doctoris, ſi valuerit ab errore quempiam liberare, & de peccantium numero educere.

F

CAPVT XVI.

E T[b] factum eſt verbum domini ad me dicens: *Noli accipere vxorem, & non ſint tibi filij, nec filiæ in loco iſto: Quia hæc dicit dominus, ſuper filios & filias, &c.*] Si tẽpore imminentis captiuitatis vetatur prophetа vxorem ducere, ne tribulationem carnis habeat: & ſuper dolorem proprium, vxoris quoque ac liberorum miſeriis torqueatur, quanto magis Apoſtolus iubet, quia abbreuiatum eſt tempus, & imminet conſummatio, vt etiam qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habeant? Vnde ſuperflua noui hæretici reprehenſio: quia docuimus digamiam & trigamiam non ex lege deſcendere, ſed ex indulgentia. Aliud eſt enim facere, quod per ſe bonum ſit, aliud ideo concedi, ne peiora faciamus. Dicit enim & ipſe cauſas, cur velit adoleſcentulas viduas nubere: inferens: *Iam enim quædam earum abierunt retro poſt Satanam.* Simulque præceptor continentiæ, & perpetuæ caſtitatis, & æqualem ſe blaſphemans Deo, laudat terna quaternaque coniugia, quæ ego non tam coniugia dicam, quam miſeriarum ſolatia, & extremam tabulam naufragorum: niſi forte tribuit indulgentiam Amazonibus ſuis: vt vſque ad decrepitam ſenectutem bella libidinum experiãtur. Cur autem prophetа arceatur vxorem ducere, cauſa perſpicua eſt, quod obſidione vicina, peſtilentiã & gladio & fame vniuerſi intereant, & tantus ſit numerus morientium vt ſepulturæ vincatur officiũ: ſed inſtar ſterquilinij iaceant cadauera, volatilibus beſtiiſque lacerãda. Et hoc notãdũ quod ægrotationibus & lõgã infirmitate tabeſcere Dei ira ſit. Vnde & Ioram filius Ioſaphat infirmitate conſumitur. Et Apoſtolus docet ægrotare eos, & tabeſcere, & mori qui ſancta violarint.

2 Par.21.e
1.Cor.11.b

c ¶ *Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, &c.*] Apoſtolus præcipit, cum his qui aduerſentur Deum, nec cibum quidẽ eſſe ſumendum. Et amplius: *nec aue quidem huiuſmodi dixeritis.* Et Saluator apoſtolis interdicit, ne quemquam in itinere ſalutent. Vnde, & Heliſeus pergenti ad ſanandum puerum Giezi ſalutationem interdicit. Moris autem eſt lugentib. ferre cibos, & præparare conuiuium, quæ Græci περίδειπνα vocant, & à noſtris vulgo appellãtur parẽtalia: eo quod parentib. iuſta celebrẽtur. Dicit, & alibi ſcriptura: *Date vinum, & his qui in luctu ſunt, vt* videlicet *obliuiſcantur doloris.* Præcipitur ergo prophetæ, ne vllum de populo conſoletur, ne ſe miſceat inimicorum Dei cõuiuiis, ne iuſta celebret ſuper funeribus defunctorũ. Aliud

1.Cor.5.b

2 Reg.4.d

Pro.31.a

H

est enim mori communi lege nature, aliud Dei occidiſſe ſententia. Abſtuli, inquit, pacem meã de populo iſto, & miſericordia indigni ſunt, nullique ætati parcam, ſed & grandes & parui pariter interibunt, ita vt ſepultura quoque careant. Nec ſe incident, inquit, neque caluitium fient pro eis. Mos hic fuit apud veteres, & vſque hodie in quibuſdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & caluitiũ faciant, quod etiam Iob feciſſe legimus. Vnde & prophetæ dicitur, ne frãgat inter eos panem, nec ingrediatur ad conſolandum pro mortuo, neque potum tribuat, neque ingrediatur domum conuiuij, & ne miſceatur eis qui Dei ſententiæ præparati ſunt. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, *quorum ſermo ſerpit vt cancer*: & quotidie proſternunt in eccleſia funera deceptorum?

Iob.1.b
22.b

2.Tim.2.d

d ¶ *Quia hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.*] Quando peccauerit eccleſia, aufertur de ea omne gaudium, & vniuerſa lætitia, de qua Apoſtolus dicit: *Gaudete iterum dico, gaudete*: Vox ſponſi & vox ſponſæ, de quo ſcriptum eſt: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Si autem, inquit, interrogauerit te populus, cur iſta patiatur, & cauſas

Phil.4.a

Ioan.3.b

A

miseriarum suarum quæfierit: Respondebis eis: *Quia dereliquerunt me patres vestri, ait dominus*, qui vobis præsunt in ecclesiis: *& abierunt post deos alienos, quorum Deus venter est*: & auaritia, & luxuria, *& gloria in confusione eorum*: & seruierunt eis: *A quo* enim *quis vincitur, eius & seruus est, adorauerunt eos*: Adorat enim vnusquisq; quod diligit. *Et me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.* Sacerdotũ est proprie nõ solum docere, sed & facere legem, vt nequaquã verbis subiectos sibi populos & creditum gregem, sed exẽplis doceant. Ac ne forte dicerent: iniusta est sententia, patres comedere vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescere, infert: *Sed & vos peius operati estis quàm patres vestri*, vt super his qui patribus peiora peccauerint, iuxta supplicia deferantur.

a ¶ *Ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me, &c.*] Semel à domino derelicti faciunt ea quæ non competunt, vt vadãt post desideria cordis sui mali, de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de ecclesia separantur vt vadant in terrã longinquã: quam nec ipsi, nec patres eorum nouerant priusquã peccarent, vt ibi seruiant diis alienis, qui nõ sunt dij, sed eorũ putantur errore qui eos colũt. Quod autem intulit: *Die ac nocte*: perpetuã peccantium ostendit in scelere perseuerãtiã: dum & in dieb. flagitiis, & in noctibus libidini seruiunt: *Qui non dabunt*, inquit, *vobis requiẽ*. Haud dubiũ quin falsos deos significet, de quib⁹ dixit: *Et seruietis ibi diis alienis*. Quidquid ergo peccam⁹, quidquid die, & nocte facimus, & malorum operum perpetramus, imperium est dæmonũ, qui nunquam nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum.

b ¶ *Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus: & non dicetur vltra, viuit dominus qui eduxit filios*, &c.] Manifeste futura populi Israel restitutio prædicitur, & post captiuitatem misericordia, quæ iuxta literam sub Zorobabel, & Iesu pontifice, & Ezdra ex parte completa est: Iuxta intelligentiã spiritualem verius atque perfectius in Christo complenda describitur. Veniet, inquit, tempus quando nequaquam dicetur, quod populus reductus sit de Ægypto per Moysẽ, & Aarõ: sed reductus de terra Aquilonis, Cyro rege Persarũ laxãte captiuos. *Et de vniuersis*, inquit, *terris*, quod nequaquam Cyri tẽpore, sed vltimo fine complebitur, dicẽte Apostolo: *Postquã subintrauerit plenitudo gentiũ tũc omnis Israel salus fiet*. Possumus hoc & de persecutionib. quæ nostro accidere populo à dieb. Neronis, de quo scribit Apostolus: *Et liberatus sum de ore Leonis*: vsque ad Maximi tẽpora dicere, quo modo dominus misertus sit populo suo, & reduxerit eos in terram suam: Haud dubium quin Ecclesiam, quam dedit patribus eorum, Apostolis & apostolicis viris.

c ¶ *Ecce ego mittã piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos Et post hæc mittam*, &c.] Diuersa huius capituli interpretatio est. Iudæi enim autumant significari Chaldæos, qui sub piscatorum nomine describuntur, & post ea Romanos, qui venatoribus comparantur, & de montibus collibusque & de cauernis petrarum, infelicem populũ sunt venati. Hoc autem dominus fecisse se dicit: Quia respexerit vias eorum, & reddiderit iniquitates, quibus cõtaminauerant terram, simulacra venerantes, & abominationibus idolorum polluerint hæreditatem eius. Nostri autem rectius & melius, hæc de futuro vaticinatum prophetã putant. Quia enim suprà dixerat: *Reducã eos in terrã suã quam dedi patrib. eorum*: nũc ostendit quo modo reducẽdi sint, quod primum mittat apostolos, quib. Saluator dixit: *Venite post me, & faciam vos piscatores hominum*: Et postea venatores, quos vel ecclesiasticos viros, vel angelos possumus accipere, qui postquam consummationis tẽpus aduenerit, venẽtur sãctos quosq; de montib. dogmatũ excelsorũ, & de collib. bonorũ operũ, & de cauernis petrarũ, apostolis & apostolicis viris. Non solũ enim Christus petra, sed & apostolo Petro donauit, vt vocaretur petra. In cuius sensib, requiescentes, recte dicuntur trãslati esse de petra: Ostenditque vel apostolos, vel eos qui postea venandi sunt, habuisse peccata, & recepisse duplices iniquitates suas, *Seruus*, enim, *qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multũ*. Scienduq; quod in Hebraico positũ sit, primum, & in Lxx. editione prætermissum. Quãdo autẽ dicit: Reddam primũ duplices iniquitates, & peccata eorum: subostendit: quod postquam receperint mala recepturi sint & bona. Hi autẽ qui postea transferẽdi sunt, contaminauerunt terram domini in morticinis idolorũ suorum, & abominationibus suis impleuerũt hæreditatem eius, vt omnis mundus subditus fiat Deo, & nequaquam suo merito, sed illius misericordia conseruetur. Quod hîc de Hebraico posuimus: *Non sunt abscondita ea à facie mea*, in Lxx. non habetur.

d ¶ *Domine fortitudo mea, & robur meum*, &c.] Omnis hominum fortitudo, sine Dei virtute quæ Christus est, imbecilla reputatur & nihil. Vnde confugiendum est ad dominũ atque dicendum est: *Domine refugium factus es nobis, in generatione & generationem*. Et in alio loco: *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur*. Dies autem tribulationis siue malorum, illa intelligenda est, de qua dicit & apostolus: Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, & redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

c ¶ *Ad te gentes venient ab extremis terræ, &c.*] Postquam eiectus est Israel, & à piscatoribus venatoribusque translatus consequenter vocatur ad fidem gentium multitudo, & confitetur se, siue patres suos, in priori errore versatos. Qui autem dicũt, quo modo falsa possederunt patres nostri idola, in quibus nulla est vtilitas, confitentur vera esse ad quæ transeunt, & omni subnixa præsidio.

f ¶ *Nũquid faciet sibi homo deos, & ipsi nõ sunt dij*] Et hoc gẽtes loquũtur quæ venerũt ad saluatorem ab extremis terræ, sugillantes ignorantiã tam suam, quã maiorũ suorum, qua putauerũt ab homine fieri deos, cum Dei sit homines facere.

g ¶ *Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, &c.*] Manus Dei per quam cuncta operatus est, & virtus de qua dixit apostolus: Christus Dei virtus & Dei sapientia, ostenditur gentibus, filij passione completa. Pulchreque dixit: Ostẽdam eis per vicem, hãc: ostendã autẽ manifeste, & non vt prius, in vmbra & in imagine, & vaticinio futurorum vt postquã cognouerint, sciant nomen meum: audiantque à filio: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus*.

B

HEB.	SEPT.
Ad[e] te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit.	*Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Quomodo falsa possederunt patres nostri idola: & non est in eis vtilitas?*

[f] Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt Dij? [g] Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc

D

F

E

CAPVT XVII.

PEccatum [a] Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamãtino: exaratũ super, &c.] De gentib. quæ ad dominum conuersæ fuerant supra dictũ est: Ecce ego ostẽdam eis per vicẽ hanc, ostendã eis manũ meam & virtutẽ meam. Nũc de Israel qui abiectus est, loquitur: *Peccatum Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamãtino*, & cætera. Quod cur à Lxx. prætermissum sit, nescio: nisi forsitan peperceruntpopulo suo, sicut & in Esaia eos fecisse manifestũ est: *Qũiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse*: multaque huiusce modi: quæ si voluero cuncta digerere, non dicã libro, sed libris opus erit. Gentium peccata deleta sunt, quiã conuersæ ad dominum ab extremis terræ audierunt illud: *Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eũ omnes populi. Quia confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum*. Et de quibus dixerat ad Moysen: *Dimitte me, vt interficiã populum istum, & faciam te in gentem magnam*. Peccatum autem Iudæ indelebile, & (vt ita dicam) nulla ratione abolendum, scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino, qui Hebraice dicitur: שמיר, non quo vllus vnguis sit qui appellatur שמיר, sed quo lapis adamãtinus, qui ex eo quod indomitus sit & infringibilis hoc nomen accepit, qui tantum nitorem habeat & leuitatem, vt absque vllo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo, vt dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum. Ipsi enim dixerunt, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*. Vnde exaratum siue insculptum est in cornibus altarium, siue ararum eorum, vt opera sacrilega in æternam memoriam perseuerent. Si autem hoc ita est, vbi illud quod anus delyra confingit, posse hominem sine peccato esse si velit, & facilia Dei esse mandata.

b ¶ *Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorũ*, &c.] Et hæc in Lxx. non habentur, eadẽ (vt reor) causa quã suprà diximus, ne scilicet æterna in eo sententia permaneret. *Relinqueris*, ait, *sola ab hæreditate tua, quã dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis, in terra quam ignoras*: vel sub Babyloniis, vel vt est verius, sub Romanis. Ipsi enim succenderunt ignem, & clementissimum dominum in furorẽ prouocarunt, qui ignis furoris eius ardebit in æternum. Pudet me contentionis nostrorum, qui Hebraicam arguunt veritatem. Iudæi contra se legunt, & quid pro se sit, nescit ecclesia. Vnde nos qui sumus filij apostolorum recordamur iniquitatum prioris populi, & iuste eos perpessos esse testamur. Possunt autem excelsa quæ Hebraice dicuntur [c] במות, & contra hæreticos accipi, qui posuerunt in excelsum os suum, & lingua eorum transiuit super terram. Qui in tantã vesaniam proruperunt, vt soli absque Spiritus sancti gratia remanserint, & perdiderint hæreditatem domini priorem videlicet fidei veritatem. Vnde & æternum eis paratur incendium: & seruitus dæmonũ, qui sunt inimici & vltores.

c ¶ *Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, &c.*] Si maledictus est omnis homo qui cõfidit in homine, Paulus autem Samosatenus, & Fotinus, quãuis sanctum, & cunctis excelsum virtutibus prædicent Saluatorẽ, tamen hominem confitẽtur: Ergo maledicti erunt spem habentes in homine. Quod si nobis oppositum fuerit, quod & nos credamus in eo qui dicit: *Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quã audiui à Deo: hoc Abraham non fecit*: vos facitis opera patris vestri. Respondebimus illud apostolicum: *Et si Christum secundum carnem aliquando cognouimus, sed nunc iam non nouimus*. Denique idẽ Apostolus in principio epistolæ suæ scribit ad Galatas: *Paulus apostolus, non ab homine neq; per hominẽ, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis: & qui mecum sunt omnes fratres*. Si enim mors absorpta est in victoria: quare non carnis humilitas, quæ propter humanã salutem assumpta est, in diuinitatis transierit maiestatẽ: vt fecerit vtrumque vnũ, & non adoremus creaturã, sed creatorem, qui est benedictus in sæcula? Maledictus est igitur, non solum qui spẽ habet in homine, sed qui ponit carnẽ brachium suum, id est, fortitudinem suam: & quidquid egerit, non domini clementiæ, sed suæ putauerit esse virturis. Quid enim hoc agit, à domino recedit cor eius, asserens se posse quod non potest. *Et erit quasi myricæ*, quæ Hebraice dicitur [d] ערער, siue, vt interpretatus est Symmachus, lignum infructuosum, *in solitudine. Et non videbit cum venerint bona*, quæ visura est gentium multitudo, *sed habitabit in siccitate in deserto*. Hoc dicitur de populo Iudæorum, qui habitant in deserto, fructusque non faciunt, & sunt in terra salsuginis, quæ nullos fructus faciat, & inhabitabili, quæ hospitem non habet Deum, nec angelorum præsidia, nec Spiritus sancti gratiam, nec scientiam magistrorum.

d ¶ *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus, &c.*] Illud de Iudæis dictum sit & hæreticis, qui spem habent in homine, in Christo videlicet suo: quem non filium Dei, sed purum hominem putant esse venturum. Econtrario vir ecclesiasticus qui confidit in Domino, audit illud: *Et scitote, quoniam Dominus ipse est Deus. Confidit in Domino*, & illi ligno comparabitur, de quo & in primo psalmo cantatur: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet*. Super aquas autem, Spiritus sancti gratiam, diuersas donationes. Quod ad humorem mittit radices suas, vt à Domino accipiat vbertatem. Sed & aliter possumus dicere, quod de siccitate Iudaica translati simus in baptismatis gratiam sempiternam. *Et non*, inquit, *timebit cum venerit æstus*, vel tempus persecutionis, vel dies iudicij. *Et erit folium eius viride*, siue erunt in eo ramusculi frondentes, vt nunquam timeat siccitatem, sed cunctarum virtutum germinet gratiam: Cumque tempus siue annus venerit siccitatis, non metuet, quando dominus iratus mandauerit nubibus ne pluant super Israel imbrem. Quodque sequitur: *Nec desinet facere fructum*: Illum locum qui in Marco scriptus est, quod venerit

H

apostolus: Christus Dei virtus & Dei sapientia, ostenditur gentibus, filij passione completa. Pulchreque dixit: Ostẽdam eis per vicem, hãc: ostendã autẽ manifeste, & non vt prius, in vmbra & in imagine, & vaticinio futurorum vt postquã cognouerint, sciant nomen meum: audiantque à filio: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus*.	hanc ostendam eis manum meam: & virtutem meam: & scient quoniam nomen mihi dominus.

CAPVT XVII.

PEccatum [a] Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinẽ cordis eorũ (siue in pectore cordis eorum) & in cornib. altarium (siue ararum) eorum. [b] Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montib. excelsis, sacrificãtes in agro, fortitudinẽ tuam, & omnes thesauros tuos in direptionẽ dabo: excelsa tua propter peccata in vniuersis finib. tuis. Et relinqueris sola ab hereditate tua, quã dedi tibi, & seruire te faciã inimicis tuis in terra quã ignoras: quoniã ignẽ succendistis in furore meo, vsque in æternum ardebit. [c] Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit (siue spem habet) in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. [d] Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus spes (siue fiducia) eius: & erit quasi lignum quod transplantatum est (siue fructiferum) super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride (siue ramusculi eius frondentes:) & in tempore (siue anno) siccitatis non erit solicitum (siue non timebit) nec aliquando desinet facere fructum.

[a] Prauum ferens se posse quod non potest. *Et erit quasi myricæ*, quæ Hebraice dicitur [d] ערער, siue, vt interpretatus est Symmachus, lignum infructuosum, *in solitudine. Et non videbit cum venerint bona*, quæ visura est gentium multitudo, *sed habitabit in siccitate in deserto*. Hoc dicitur de populo Iudæorum, qui habitant in deserto, fructusque non faciunt, & sunt in terra salsuginis, quæ nullos fructus faciat, & inhabitabili, quæ hospitem non habet Deum, nec angelorum præsidia, nec Spiritus sancti gratiam, nec scientiam magistrorum.

d ¶ *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus, &c.*] Illud de Iudæis dictum sit & hæreticis, qui spem habent in homine, in Christo videlicet suo: quem non filium Dei, sed purum hominem putant esse venturum. Econtrario vir ecclesiasticus qui confidit in Domino, audit illud: *Et scitote, quoniam Dominus ipse est Deus. Confidit in Domino*, & illi ligno comparabitur, de quo & in primo psalmo cantatur: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet*. Super aquas autem, Spiritus sancti gratiam, diuersas donationes. Quod ad humorem mittit radices suas, vt à Domino accipiat vbertatem. Sed & aliter possumus dicere, quod de siccitate Iudaica translati simus in baptismatis gratiam sempiternam. *Et non*, inquit, *timebit cum venerit æstus*, vel tempus persecutionis, vel dies iudicij. *Et erit folium eius viride*, siue erunt in eo ramusculi frondentes, vt nunquam timeat siccitatem, sed cunctarum virtutum germinet gratiam: Cumque tempus siue annus venerit siccitatis, non metuet, quando dominus iratus mandauerit nubibus ne pluant super Israel imbrem. Quodque sequitur: *Nec desinet facere fructum*: Illum locum qui in Marco scriptus est, quod venerit

Phil.3.d
2.Pet.2.
Ioan.17.a
Sup.cod.
Matt.4.a
Inf.31.e
Ezec.18.a
Sup.16.f
Matt.15.b
1.Cor.10.
Matth.16.a
Esa.3.d
Luc.11.f
Rom.11.d
2.Tom.4.d
Psal.115.a
Exo 32.c
Deu.9.e
בצפון
שמיר
a samir
b samir
Matth27.c
Psal.89.a
Iud.9.a
Gal.1.a
Eph.5.d
c bamoth
Isa 12.b
Ioan.8.c
2.Cor.5.e
1.Cor.15.g
Osee 13.d
Psal.99.c
d arar
Esai.5.b
Marc.11.d

dominus ad ficum,&non inuenerit in ea fructum,quia nõ dum erat tempus: & maledixerit ei,vt fructus non faciat in æternum, exponere poterit. Qui enim confidit in domino, & dominus est fiducia eius, etiam in tempore Iudaicæ siccitatis non metuet, sed semper afferet fructum:credens in eũ qui semel pro nobis mortuus est, & vltra non moritur,& dicit: *Ego sum vita.*

a ¶ *Prauũ est cor omniũ, & inscrutabile, quis cognoscet illud?*] Verbum Hebraicũ [a] אנוש quatuor literis scribitur [b] ו & [c] א,נ,ו,ש : Si igitur legatur [d] אנוש homo dicitur:si autem [e] אנוש inscrutabile siue desperabile : eo quod nullus cor hominum valeat inuenire. Symmachus vero hunc locum ita interpretatus est: *Inscrutabile cor omnium, vir autem quis est qui inueniat illud?* Solent quidam nostri, bono quidem voto, sed non secundũ scientiã, vti hoc loco cõtra Iudæos, quod homo sit dominus atq; Saluator, secundũ dispensationẽ carnis assumptæ, nullusque possit natiuitatis eius scire mysteriũ, secũdũ illud quod scriptũ est. *Generationẽ eius quis enarrabit?* nisi solus Deus qui arcana rimatur, & reddit vnicuique secũdum opera sua. Melius autem est vt simpliciter accipiamus, quod nullus cogitationũ secreta cognoscat, nisi solus Deus, dixerat enim supra: *Maledictus homo, qui spẽ habet in homine.* Et ecõtrario *Benedictus vir qui confidit in domino.* Vnde ne hominũ putaremus certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruersa, dicente psalmista: *Ab occultis meis munda me domine, & alienis parce seruo tuo*: Haud dubium quin cogitationibus. Et in Genesi. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cũcta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*: Et iterum: *Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malum.* Per quæ discimus solum Deum nosse cogitationes eorum. Si autem de saluatore dicitur: Videns autem cogitationes eorum Iesus : nullusque potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus: ergo Christus, *Deus est, qui scrutatur corda, & probat renes: & reddit vnicuiq; iuxta opera sua.*

b ¶ *Perdix fouit*, &c.] Aiunt scriptores naturalis historiæ, tam bestiarum & volucrum, quam arborum herbarumque quorum principes sunt apud Græcos, Aristoteles & Theophrastus, apud nos Plinius Secundus, hanc perdicis esse naturam, vt ova alterius perdicis, id est, aliena furetur, & eis incubet foueatque: cumque fœtus adoleuerit, aufugere ab eo, & alienum parẽtem relinquere. Huiusce modi diuites sunt, qui aliena diripiunt, & absque cogitatione iudicij Dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquunt subita morte subtracti, quando dicitur eis: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cuius erunt?* Nihilque insipientius, quam non prouidere nouissima, & breuia putare perpetua. Alij vero & propter superiorem historiã, & propter alteram, qua dicunt perdicem esse pugnacissimum & immundum, ita vt victum polluat, diabolum sub eius nomine interpretantur, quod alienas sibi diuitias congregarit, dicens ad dominum: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Quem relinquent diuitiæ suæ, quæ male ab eo fuerant congregatæ: & per apostolos conuertuntur ad dominum, & qui sibi videbatur esse prudentissimus, erit omnium iudicio insipiens. Quodque à Lxx. dicitur: *Clamauit perdix*: ad hæreticorum personam referẽdum est, quod perdix iste diabolus clamauerit per principes hæreticorum, & cõgregauerit quæ non peperit, & deceptorum sibi multitudinem cõgregarit, quæ postea dimittat eum, & omnium iudicio stultissimus comprobetur.

c ¶ *Soliũ gloriæ, &c. Expectatio Israel*, &c.] Perdice propter suam stultitiam derelicto: Expectatio Israel, id est, populi Dei, & credentis in domino, ipse est qui fecit omnia: Cuius solium gloriosum est, & excelsum à principio, locusque sãctificationis omnium credentium: vt non in loco sit dominus, sed vt vbi ille fuerit, locus sanctificatus sit. Econtrario qui dereliquũt dominũ, confundentur confusio ne perpetua, & recedẽtes, siue declinãtes ab eo, scribentur in terra, deleti de libro viuentium. Sicut enim qui potest cum Apostolo dicere. *Noster autem municipatus in cælo est*, in cœlestib. scribitur: Sic qui derelinquit dominum vel declinat ab eo, scribetur in terra cũ his qui terrena sapiunt. Causaq; manifesta, cur scribãtur in terra, quia dereliquerunt fontem vitæ dominum, siue fontem aquarum viuẽtium dominum, qui loquitur in euangelio: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autẽ dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*

d ¶ *Sana me domine*, &c.] Multi medici in euangelio hæmorrousã curauerãt, quæ omnem substantiã suam perdiderat in eis, & tamen à nullo curari potuit, nisi ab eo qui verus est medicus: & cuius *sanitas in pennis eius.* Vnde & nunc propheta à populo passus opprobria, & crebro insidiis circumuentus, ab eo curari & saluus fieri cupit, cuius vera laus, veraque medicina est.

e ¶ *Ecce ipsi dicunt ad me*, &c.] Qui non putãt vẽtura quę dicta sunt, loquũtur ad prophetã: Vbi est verbum domini? veniat: dissimulationẽ sentẽtiæ dilationẽ arbitrantes. Illis autẽ inquit, ista dicẽtib. *Ego non sum turbatus, nec laborauit te pastorem sequens*, siue post tua ingredieꝰ vestigia. Nec hoc fui sine contentus, sed diẽ hominis nõ desideraui, vel vitã lõgorẽ, vel prospera quæque huius sæculi: Ipsumque vocat testẽ, quẽ & iudicẽ: Tu nosti. Sequitur: *Quod egressum est de labiis meis rectũ fuit in cõspectu tuo*: vt nunquã mẽtitus sit, & domini voluntati aduersa non dixerit. *Non sis mihi*, inquit, *tu formidini, spes mea in die afflictionis.* Quod perspicuũ est iuxta Hebraicũ. Iuxta id vero quod Lxx. transtulerunt dicentes: *Ne fias mihi alienus, parcens in die malo*: est sẽsus: Ne parcas mihi in præsenti sæculo, quod malũ est, sed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiem habeã sempiternam. Scio enim scriptum: *Quem diligit dominus, corripit, flagellat autem omnem filiũ quem recipit.* Dies autem malus, vel omne sæculum est, vel dies iudicij, his qui propter peccata cruciantur.

f ¶ *Confundãtur qui persequũtur me*, &c.] Imprecatur aduersũ eos propheta qui exprobrant ei verbũ domini, & dicunt: Vbi est verbũ domini? veniat: vt cõfundantur qui persequũtur eum, & erubescant & redeãt ad salutẽ: vt illi paueãt mẽtientes, & non iste qui vera prædicit. Cũque dies vltionis aduenerit, duplici contritione conterat eos, fame & gladio.

g ¶ *Hæc dicit dominus ad me: Vade & sta in porta filiorũ*, &c.] Quoniam, inquit, verba tua audire contemnunt, nec ad te veniunt vt requirant quæ sit sententia Dei: tu perge ad locum celeberrimum, vel portarum templi, vel vrbis, per quas reges, & omne vulgus ingreditur & egreditur, vt necessitate

necessitate cogantur audire: & importune opportune prædices verbum domini: nec vlla apud eos remaneat excusatio, quod ideo non fecerint, quia non audierint.

a ¶ *Hæc dicit dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare põdera in die sabbathi: nec, &c.*] Ne præceptũ sabbathi instauratũ per Hieremiam in frusta discerperem, totũ ponere placuit, vt simul omnia cognoscamus. Custodit animã suam, qui nõ portat põdera peccatorũ in die quietis & sabbathi: Nec infert ea per portas Hierusalẽ, quas virtutes debemus accipere. Et nolite, inquit, eiicere onera de domib. vestris: Nõ enim portãda sũt, sed penitus abiiciẽda. Et omne opus ne faciatis: vel seruile, vel illud de quo scriptũ est: *Esca vẽtri, & vẽter escis: Deus autẽ & hunc & illã destruet* sed illud opus operandũ, de quo saluator loquitur: *Operamini opus, quod non perit. Sactificate*, inquit, *diẽ sabbathi*, vt omne tempus vitæ nostræ in sanctificatione ducamus, sicut fecerũt patres nostri Abrahã, Isaac, & Iacob. Cũque ista præceperit Deus, nõ inclinauerunt autẽ suã, mentis vtiq; non carnis, sed indurauerũt ceruicẽ suã, reiicientes iugũ legis, & per metaphorã, indomitorũ animaliũ habentes similitudinẽ. Videamus quod sit præmiũ eorũ qui non portant onera in die sabbathi, & sanctificãt illũ. *Ingredientur*, inquit, *per portas ciuitatis huius reges*, quorũ cor in manu Dei est, & qui regnant corporib. suis, & principes sedẽtes super soliũ Dauid, vt Christi imitentur exemplum, & ascendentes in curribus & equis, de quibus scriptum est: *Currus Dei decem millibus, multiplex millia letantium, dominus in eis in Sinai in sancto.* Et alibi: *Equitatio tua salus*: omnis vir qui confitetur Deum, & qui habitat in Hierusalem, de qua dictum est: *Factus est in Salem*, id est, *in pace locus eius, & habitatio eius in Sion*: Et habitabitur ecclesia Dei in æternum. Venientque de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Hierusalem, de quibus iam diximus, & de terra Beniamin, qui filius est virtutis & dexteræ, & de cãpestribus quod Hebraice dicitur [a] שפלה & planã historiæ significat intelligentiã, & de montosis, excelsis videlicet dogmatib. & ab austro, de quo scriptũ est: *Deus ab Austro veniet.* Vnde calor & plena lux, & vbi omne frigus expellitur: *Portãtes*, ait, *holocausta*, scipsos consecrãtes Deo, *& victimam* siue thymiama; vt dicant: *Sacrificium domino spiritus contribulatus.* Et *Christi bonus odor sumus in omni loco.* Et alibi, *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et sacrificiũ*, pro quo Lxx. ipsum verbum Hebraicũ posuere [b] מנחה quod pessima cõsuetudine, imo scriptorum negligentia, manna in nostris libris legitur. Et thus, de quo quo scriptum est: *Vt quid mihi thus affertis de Saba?* Et inferẽt oblationem, quæ Hebraice dicitur [c] תודה & in gratiarum actionẽ verti potest, & quã laudem Lxx. transtulerunt: In domum Dauid, haud dubiũ quin in ecclesiam. Hęc sunt præmia eorum qui sanctificant sabbathum, & nullo pondere prægrauantur. Sin autẽ inquit, nõ audieritis præcepta mea, & feceritis quæ non facienda mandaui: *Succendã ignẽ in portis eius*, id est, Hierusalem, illum de quo dicitur: *Omnes adulterates quasi clibanus corda eorum*, qui deuorat domos, siue vicos, Hierusalem, quos Lxx. Aquila, & Symmachus βάρεις, id est, turritas domos interpretati sunt appellanturque Hebraicè [d] ארמנות. Et nunquam hoc extinguetur, dicente Apostolo, vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Et iterum. *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Sin autem nostri Iudaizantes, explanationem tropicam repudiarint: aut Iudæi esse cogentur, & cum obseruatione sabbathi circumcidere præputia, aut reprehendere certe Saluatorem, qui iussit in sabbatho paralytico vt portaret lectulum suum, Euangelista dicente: *Propterea magis Iudæi quærebant eum interficere, non solum quia soluebat sabbathum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.*

Commentarij Tertij in Hieremiam Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

Semper diabolus bono operi imminet: vbique gradientibus ponit laqueos, narrante propheta de satellitum eius insidiis: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi, *& Euangelio hoc ipsum plenius instruente, quod volatilia cæli iuxta viam iacta semina diripiant atque disperdant. Cur hoc principio frater Eusebi vsus sim sequens sermo monstrabit. Multis & de toto huc orbe confluentium turbis, & sanctorum fratrum monasteriique curis occupatus, commentarios in Hieremiam per interualla dictabam: vt quod deerat otio, superesset industriæ: cum subito hæresis Pythagoræ & Zenonis ἀπαθείας ἢ ἀναμαρτησίας, id est, impassibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grunnio, Euagrioque Ponticis,*

Rom. 8. b Ioan. 14. a a enos b schin c aleph, nun, vau: d enos. e anous.
Esa. 53.
Psal. 18. d
Gen. 6. a
Ibid. 7.
Luc 11. b Psal. 7. e
Apocal. 2. f
Luc. 13. c
Matt. 4. a
Ioan. 7. f
Matt. 9. 13
Malac. 4. 1
Hebr 12. b
Phil. 3. d περιτομὴ
Ioan. 6. c
1. Cor. 6. c
Pro. 21. a
Rom. 6. b
Psal. 67. d Abac. 3. b
Psal. 75. a
a שפלה
Abac. 3. 8
Psal. 50. d 2. Cor. 2. d Psal. 140. d
b minha
Sup. 6. c
c toda
Osee 7. b
d armenoth 1. Cor. 3. a
Ioan. 5.

A *Libros contra Pelagianos intelligit.*

Iouiniano iugulata est, cœpit reuiuiscere, & non solum in Occidentis, sed & in Orientis partibus sibilare, & in quibusdam insulis, præcipueque Siciliæ, & Rhodi, maculare plerosque, & crescere per dies singulos, dum secreto docent, & publice negant: Cui respondere, diu tacens, & dolorem silentio deuorans, crebra fratrum expostulatione compulsus sum: nec tamen hucusque prorupi, vt auctorum nomina ponerem: malens eos corrigi quam infamari. Nec enim hominum, sed erroris inimicus sum: qui mihi vt vicè talionis & genuinum sui doloris illiderent, veteres magistrorum suorum calumnias concinantes in tantum elingues & miseri demonstrati sunt, vt ne maledicere quidem suis verbis potuerint. Quorum tunc temporis, editis aduersus eos libris, nænias confutatæ sunt: quos qui legere voluerint, liquido peruidebunt canes eos iuxta Esaiam esse mutos, qui latrare nesciant, habentes quidem voluntatem, & rabiem mentiendi, sed artem fingendi, & latrandi non habentes. Quibus loquar compendio: Aut bona sunt, quæ docetis, aut mala. Si bona, defendite libere: si mala, quid occulte miseros iugulatis errore: rectæque fidei ad decipiendos simplices quosque iactatis expositionem? quæ si vera est, cur absconditur? si falsa, cur scribitur? Rogo quæ est ista insania? præcipiente Apostolo, vt parati simus ad satisfaciendum omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est spe: *& Propheta clamante:* loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar: *isti publicum fugiunt, & susurrant in angulis perditorum: dolentque quasi pro suis, quæ sua metuunt confiteri. Cùque generaliter aduersum vitia quid & hæreticos dixerimus, se peti queruntur, malumque conscientiæ dissimulata diu indignatione pronunciant. Quod si cauendum nobis est, ne veterem lædere videamur necessitudinem, si superbissimam hæresin spirituali mucrone truncemus: ergo sustinendæ erunt nobis cruces proditæ fidei, & dicendum cum Propheta:* Versatus sum in miseria, dum nihil infigitur spina. *Quin potius audiant illud Apostolicum* Obedire Deo magis oportet quàm hominibus. *Et iterum:* Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Verum hæc in proprio, nisi tacuerint, opere plenius exequimur. Nunc cœptis in Hieremiam carpamus iter, & Quartum in eum Volumen breuiter trãscurrentes, in his tantum quæ obscura fuerint, immoremur.*

Psal. 118.

Esa. 56. d

1. Pet 3. c

Psal. 31. a

Act. 5. c

Gal. 1. b

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM

LIBER QVARTVS.

CAPVT XVIII.

Verbum quod factum est ad Hieremiam à domino, dicẽs: &c.] Per omnes quidem sensus ad iudicium, & intelligentiam animi peruenitur, auditu, odoratu, gustu, tactu: sed magis mente retinetur, quod oculis cernitur. Vnde iubetur propheta ad domum figuli ire, & ibi domini audire præcepta. Cumque ait perrexissem, & descendissem in domum figuli, faciebat ipse opus super rotam: quam Lxx. verbi ambiguitate seducti, lapides transtulerunt: a אבנים enim pro qualitate loci, & diuersitate pronunciationis, & organum, id est, rota figuli vocatur, & lapides. Cumque, inquit, cernerem vas è luto fieri, subito dissipatum est: hoc Dei agente prouidentia, vt manus artificis, dum nesciret errore suo parabolam figuraret. Rursumque ille figulus, qui vas è luto rota currente perdiderat, fecit aliud sibi, vt ei visum est. Statimque dominus ad prophetam: Si figulus, ait, hanc habet potestatem, vt ex eodem luto rursum faciat quod fuerit dissipatum, ego in vobis, qui quãtum in vobis est periisse videmini, hoc facere non potero? Et vt liberum significaret arbitrium, dicit se & mala annunciaregenti, & regno illi vel illi, & rursum bona, nec tamen hoc euenire, quod ipse prædixerit, sed econtrario fieri, vt & bona malis eueniant, si egerint pœnitentiam, & bonis mala, si post repromissiones fuerint ad peccáta conuersi. Et hoc dicimus, non quod ignoret Deus hoc vel illud, gentem aut regnum esse facturum, sed quod dimittat hominem voluntati suæ, vt vel præmia, vel pœnas sua voluntate, & suo merito recipiat. Ne statim totum erit hominis quod euenit, sed eius gratiæ qui cuncta largitus est, ita enim libertas arbitrij reseruãda est, vt in omnibus excellat gratia largitoris, iuxta illud propheticum: *Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilauit qui custodit eam. Non* enim *volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*

B

a obnaim
a abanim

Psal. 126. a

Rom. 9. c

b ¶ *Nunc ergo dic viro Iudæ, & habitatoribus Hierusalem, &c.*] Implet dominus parabolam, quam, & sermonibus, & aspectu docuerat, & dicit: Ecce ego fingo contra vos malum, quasi figulus lutum: malum autem iuxta Esaiam qui dicit: *Faciens pacem, & creans malum:* Non quod per se malum sit, sed quod patientibus malum esse videatur. Et cogito contra vos cogitationem, id est, pro merito inferre sententiam. Mutate opera, & dirigite vias vestras, vt & prosperis pœna mutetur. Qui (inquit) dixerunt contrario: Confortabimur in malis, videlicet operibus: siue iuxta Aquilam, desperauimus, & iuxta Symmachum, defecimus, quod vtrumque offendit Deum, vt aut nequaquam se putet posse saluari, aut ad placandum Deum animo defecisse. Et post cogitationes, inquit, nostras ibimus. Vbi est ergo absque Dei gratia liberi arbitrij potestas, & propriæ iudicium voluntatis: cum grandis offensa sit Dei, sequi cogitationes suas, & prauitatem cordis

Esa. 45. b

D

וגו׳

E cordis facere voluntatem? Propterea infert, dicens: Interrogate gentes, & omnes in circuitu nationes, quis fecerit, quis audierit idolis seruiẽs? quæ fecit nimis virgo Israel. Virginẽ autem vocat, eo quod vni Deo seruierit, dicente propheta:

Psal. 71. a *Natus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.*

a ¶ *Nũquid deficiet de petra agri nix, &c.*] Tale quid & illud Virgilianum sonat: *Ante leues ergo pascentur in æthere cerui: Et freta destituent nudos in litore pisces: Quã nostro illius labatur pectore vultᵘˢ.* Et in alio loco: *In freta dum fluuij current, dum montib. umbræ Lustrabũt, cõuexa polus dũ sidera pascet: Semper honos nomẽq; tuũ, laudesq; manebũt.* Quo modo, inquit, nix de Libani summitatib. deficere nõ potest, necvllo, vt omnis liquescat, solis ardore superatur fluẽtesq; de montib. riui, nequaquã siccantur in fontib. Sic meũ nomen, quod per se stabile est, atq; perpetuũ, non poterit immutari, & tamen cum cætera naturæ ordinem seruent, populus meus oblitus est mei. Sequitur enim.

b ¶ *Quia oblitᵘˢ est mei, &c.*] Qui obliuiscitur Dei & relinquit illum, qui dicit: *Ego sum via:* libatque diis alienis, impingit in viis suis, nequaquã Dei, sed suis, & antiquas sẽpiternasque semitas derelinquit, quæ omnium sanctorũ sunt vitæ vestigiis colẽtium Deũ. Isti vero ambulauerunt in itinere nõ trito, & relicto cultu Dei, idola venerati sũt, propter qui infertur pœna qui sequitur.

Iudic. 14. a

c ¶ *Vt fieret terra eorum in, &c.*] Et quia dereliquerunt, ait, cultũ Dei, & prauas idolatriæ semitas sunt secuti, propterea terra eorũ redacta est in solitudinem & in miraculum omnium sibilumque: ita vt qui terram quondam, & vrbem florentissimam videtint in desertum, & cineres esse collapsam, admirentur, & stupeant, & animæ confusionem, gestu corporis indicent: hoc est, enim mouere caput, & stuporem mẽtis sibilo demonstrare. Quod plenius, & rectius post aduentum domini intelligimus esse completum: quando nullus Iudæorum terram quondam & vrbem sanctam ingredi lege permittitur: sed cum ad planctum venerint, mirãtur, & defluent vaticinia prophetarum opere completa.

F

Rom. 11. d

d ¶ *Sicut ventus, &c.*] Vsque hodie sententia Dei permanet in Iudæos. In toto orbe dispersi sunt coram inimico diabolo, vel inimicis dæmonibus, & cum diebus ac noctibus in synagogis satanæ inuocent nomen Dei, dorsum, & non faciem suam ostendit eis Deus: vt intelligant eum semper recedentem, & nunquam ad se venientem. Dies autem perditionis Iudaicæ, omne tempus est post passionem saluatoris, vsque ad finem sæculi, vt postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat.

e ¶ *Et dixerunt: Venite & cogitemus, &c.*] ista & tunc Iudæorũ contra Hieremiam siue dominum saluatorem, & hodie hæreticorũ contra seruos eius cogitatio est, vt calumnias struant, & sanctos viros accusatione præueniant: nec cogitent quid illi veritatis loquantur, sed quid ipsi struant, mendacij: iactant enim in sacerdotibus, & in sapientibus, & in pseudo prophetis suis, legẽ, & consilium Dei, & eloquiũ permanere: dicente scriptura: *In perversam animam non intrabit sapientia.*

Sapien. 1. b

f ¶ *Attẽde domine ad me, &c.*] In typum quidem saluatoris hæc à populo Iudæorũ Hieremias vniuersa perpetitur, qui postea Babylonio veniẽte vastantur. Sed plenius atq; perfectius cõplentur in Christo, cũ vrbe subuersa, Romano gladio trucidati sunt, non ob idololatriã, quę eo tẽpore nõ erat, sed ob interfectionẽ filij Dei, quãdo cũctus simul populus conclamauit: *Tolle, tolle talẽ: regẽ nõ habemus nisi Cæsarẽ.* Et imprecatio eorũ æterna damnatione cõpleta est: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Foderant enim Christo foueã, & dixerãt: *Auferamus eum de terra viuentiũ.* Qui tantæ erga eos fericordiæ fuit, vt stans in cõspectu patris, loqueretur pro eis bonum, vt auerteret indignationem suam ab eis: vt in cruce quoque diceret: *Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt.* Manifesta trãscurrimus, vt in obscurioribus immoremur: nequaquã deliramẽta quorundam, & captiuitatem cœlestis Hierusalem interpretantes, sed perspicuã historiã, & manifestissimam prophetiã, omni verborũ & sensuũ cõfidẽtia persequẽtes.

Ioan. 19. b

Luc. 23. a

H

g ¶ *Adduces enim, &c.*] Si de Hieremia intelligimus, repẽtinũ latronẽ assumus ad Nabuchodonosor: si de saluatore, quod & verius & melius est, ad Romanum exercitum. Et ne iniusta videatur sentẽtia Dei, exponit quod fecerint cõtra filiũ Dei Christũ, & quid passi sint. Quod autẽ infert ne propicieris iniquitati eorũ, & peccatũ eorũ à facie tua non deleatur: nequaquã priori sententiæ cõtrariũ est, in qua pro populo deprecatur patrem: sed postquã datum tempus pœnitentiæ præteriit, & illi in suo scelere perseuerãt, populi ac seniores, non tã pro se puniũtur, quã pro aliis: ne inultum peccatum cæteris noceat exẽplo. Quodqæ infert: Fiãt impingentes siue corruentes in cõspectu tuo: illius Esaiæ & Petri Apostoli simile est. & non impingetis sicut *in lapidem offensionis, & petram scandali.* Cuius & in psalmis propheta meminit: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est hoc.*

Esa. 8. c

Soc. 10.

1. Pet. 2. b

Psal. 117.

CAPVT XIX.

Hæc dicit dominus: Vade & fume laguncula figuli testeam, & de senioribus populi, & de senioribus sacerdodum, &

Hæc dicit dominus: Vade & fume laguncula figuli, quæ Hebraice dicitur a בקבק Lxx. doliolum transtulerũt, & pro porta fictili, Aquila, Symmachus, & Theodotio ipsum verbum posuerunt

a baxbuk:

Hebraicũ[a] חרסית:pro quo LXX.iuxta morẽ suum pro aspiratione[b] ת literæ addiderunt χ Græcum vt dicerent Charsith pro Harsith:ficut illud est pro Hebrõ,Chebron,& pro Hiericho, Hiericho. Vult autem scriptura diuina, non solum auribus doceri populum,sed & oculis: Magis enim(vt iam diximus)mente retinetur quod visu,quam quod auditu ad animũ peruenit, tolle, inquit, lagũculam siue doliolum, testeum,&de senioribus populi ac sacerdotum,& egredere ad vallem filij Ennom,de qua supra diximus,in qua erat delubrum Baal,& nemus ac lucus, Siloe fontib.irrigatus.Ipsa autẽ inquit,vallis iuxta portã est, quæ Hebraice[c] חרסית, hoc est,fictilis appellatur. Et prædicabis vel leges ibi verba qui ego loquar tecũ: vt ibi audiãtur quę dicturus sũ.Ideo autẽ (vt iã diximus) & prædicabis, & clamabis, & leges ponitur, quia verbũ Hebraicũ,[d] קריאת, tria significat. Vultque quæ dicturus est reges Iuda audire, & habitatores Hierusalem, id est & stirpem regiam, & omnem populum,vt inexcusabiles sint quæ audire noluerint.

a ¶ *Hæc,&c.*] Et hunc locum stulte quidam ad cælestem referunt Hierusalem. Quod ne semper admoneamus,hoc tamen dixisse sufficiat : virandã istiusmodi explanationẽ esse, imo hæresim, quæ manifesta subuertit,& perstigias quasdã ecclesiis Christi conatur inducere. Nulli autem dubiũ quin in tẽplo Dei,Baal idolum posuerint : siue in delubro quod erat in valle filij Ennon,vbi & lucus Baal & ara eius fuit: super quã immolauerunt & incenderũt filios suos. Quæ dominus nec cogitauit, nec locutus est, nec ascẽderũt in cor eius, Non quod Deus futura nescierit,sed quod indigna sua notitia ignorare se dicat:iuxta illud euangelicũ:*discedite à me operarii iniquitatis,nescio vos.* Nouit enim dominus eos qui sui sunt.Et: *Q..i ignorat. ignorabitur.* Vel certe ἀνθρωποπαθῶς,& hæc de Deo accipienda sunt,sicut & alia.Omnis autẽ hæreticus derelinquit Deũ, & alienũ facit locũ habitatione Dei, quem sua fraude polluerit, & libat diis alienis, quos nec ipse nouerat, nec patres eius, apostoli videlicet,& apostoli viri:reges autem Iuda hoc est, hæreticorum patriarchæ implent locum quondam Dei sanguine deceptorum & innocentium. Nisi enim stultus & simplex fuerit,non cito subuertitur.Et ædificãt excelsa Baalim,dum de sublimibus disputare se dicunt. Et comburunt filios suos idolo,quos in hæresi genuerũt.Quæ omnia ignorare se dicit dominus,nec vnquam ascendisse in cogitationem suam.

b ¶ *Propterea ecce dies,*&c.] Quę sit vallis filij Ennom,quæ Hebraice dicitur[e] גיא הנם: vnde gehennam appellatam putant,supra diximus.Miror autẽ quid sibi volucrint LXX. Pro[f] תפת διάπλασιν, hoc est ruinam ponere, & pro valle, πολυανδρίον: quod significat virorum multitudinem, nisi forte ex eo,quod ibi populus corruerit,& cæsa sit hominum multitudo,vel spiritualiter, in errore idololatriæ , vel iuxta literam, à Babylonio exercitu , quod in consequentibus manifestius legitur.

c ¶ *Et dissipabo consilium Iuda & Hierusalẽ,&c.*] Quãquam hæc in Babylonia captiuitate accidisse populo nouerimus tamen plenius referuntur ad tẽpora saluatoris,quoniã obsessi sunt à Vespasiano & Tito,& ciuitas eorum Hadriani temporib.in æternos cineres collapsa est vt qui obtulerãt filios suos idolis,ipsi eos postea,famis necessitate compulsũ,in ciborum vsum verterent : carnesq; omnium darentur volatilibb. cæli & bestiis terræ: vt qui domini muneribus abusi fuerant in impietatem,& propria viscera idolis immolarãt,ventres suos sepulcra facerent liberorum.

¶ *Et contres,&c.*] Perspicue non de Babylonia, sed de Romana dicitur captiuitate. Post Babylonios quippe,& vrbs instaurata, & populus reductus in Iudæã,&abundantiæ pristinæ restitutus est. Post captiuitatem autẽ quę sub Vespasiano & Tito , & postea accidit sub Hadriano , vsque ad consummationem sæculi ruinæ Hierusalẽ permansuræ sunt: quamquam sibi Iudęi aureã atque gemmatam Hierusalem restituendam putent : rursumque victimas,& sacrificia &coniugia sanctorum , & regnum in terris domini saluatoris:qui licet non sequamur, tamen dãnare non possumus,quia multi ecclesiasticorum virorum, & martyres ista dixerunt : *Et vnusquisque in suo sensu abundet,* & domini cũcta iudicio referuentur. Quo modo autem vas fictile & testeum si fractũ fuerit , in antiquam speciem non potest reformari : sic & populus Iudæorum & Hierusalem subuersa, statum pristinum nõ habebunt.Denique casßim est hodie nomẽ ipsius ciuitatis, & ab Ælio Hadriano , Ælia dicitur,& cum habitatione pristina , pristinum quoque nomen amisit,ad decutiendam superbiam habitatorum eius. Sanctæ autem crucis , & resurrectionis vocabula, non vrbem significant, sed locum:nec diutiarum, quondam magnitudinem,per quã periit populus Iudæorum, sed gloriam sanctitatis,quã nostra paupercula possidet Bethleem : non habens aurum & gemmas, sed panem qui in ea natus est.

e ¶ *Et in Tophet sepelientur, &c. Et erunt domus Hierusalem.*] Quod autem in Lxx.infertur : Omnes domus regum Iuda , sicut locus Tophet : in Hebraico non habetur. Et sequitur.

f ¶ *Immundæ omnes domus in quarũ domatibus,&c.*] Quod supra dixerat : Non vocabitur locus iste amplius Tophet, & vallis filij Ennom,sed vallis occisionis : nunc ponit manifestius, quod tanta in ipso loco futura sit cædes , vt ibi aceruatim populus sepeliatur, & lucus quondam religionis fiat tumulus mortuorum. Ipsa quoque ciuitas quæ huic imminet loco,fiat sicut Thophet: pro quo Lxx.ruinam transtulerunt:Domus quoq; Hierusalẽ regumque palatia in ruinas similes conuertantur. Causaq;redditur,eo quod immundæ fuerint , & idololatriæ pollutæ scelere: pro eo quod in domatibus & tectis earum,soli & lunæ& stellis cœli immolauerint, & thura incenderint: nec hoc fuerint errore contenti:sed immolauerint dæmonibus , & libamina fuderint diis alienis.

a ¶ *Venit autẽ Hieremias de Thophet,*&c.] Postquã in Thophet præsẽtib.populi seniorib.quos duxerat secum Hieremias, cõfregit lagunculã , siue doliolũ, & prophetauit verbis dñi ad cõterendũ populum,& ciuitatem Hierusalem , reuertitur & stat in atrio domus dñi, & vniuersæ loquitur multitudini, quæ ad locum Thophet ire noluerat: quod inducturus sit dñs super ciuitatẽ Hierusalẽ,& super oẽs vrbes eius vniuersa mala, quæ locutus est aduersum eã: Et ne putemus crudelem esse sententiam, reddit causas cur inducturus sit mala: Quoniã, inquit,induruerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos : ne post multas quidem impietates volentes agere pœnitentiam.

CAPVT XX.

ET audiuit Phashur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo domini, Hieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phashur prophetam Hieremiam, & misit eum in neruũ, quod erat in porta Beniamin superiori,in domo domini.[c] Cumque illuxisset in crastinum , eduxit Phashur Hieremiam de neruo, & dixit ad eum Hieremias: Non Phashur vocauit dominus nomen tuum,sed pauorem vndiq;.[d] Quia hæc dicit dominus: Ecce ego dabo te in pauorem, & omnes amicos tuos , & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbũt:& omnem Iudam dabo in manũ regis Babylonis , & traducet eos in Babylonem,& percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substantiam (siue fortitudinem) ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; pretium (siue gloriam,)& cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum,& deripient eos , & tollent , & ducent in Babylonem. Tu autem Phashur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem,& in Babylonem venies,& ibi morieris: ibiq;sepelieris,tu & omnes amici tui quibus propheraſti mendaciũ.

e Seduxisti me domine, & seductus sum: (siue decepisti me domine,& deceptus sum.) Fortior me fuisti. & inualuisti (siue obtinuisti, & potuisti.) Factus sum in derisum tota die; omnes subsannant me, quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem , & vastitatem clamito : (siue quia amaro verbo meo ridebo præuaricationem, & miseriam inuocabo.) [f] Quia factus est mihi sermo domini in opprobriũ , & in derisũ tota die: Et persecutiones & angustias sustineret. Quodque intulit: *Factus sum in derisum tota die* : omnes subsãnant meo: eo quod æstimet illũ vniuersa mentitum, & cuncta quæ prædixerit esse ventura, mendacia fuerint.Et propheta enim statim putauerat futurum quod dominus minabatur,& populus æstimabat nequaquam vltra venturum,quod statim non venerat: Atque vociferor vastitatem Babyloniam,& iniquitatem hostium, per quam opprimendus sit populus meus.Sin autẽ sequimur Lxx. in eo quod dixere : quia amaro verbo meo ridebo præuaricationem , & miseriam inuocabo:hic sensus est: Scio præsentem tristitiam futuro gaudio commutãdam, iuxta illud quod scriptum est: *Beati flentes,quoniam ipsi ridebunt* , & idcirco miseriam, & iniquitatem , afflictionemque libenter sustineo, ita vt cupiam & inuocem eas, & breuitatem iniuriæ felicitatis æternitate compensem.

f ¶ *Quia factus est mihi sermo domini in opprobrium, & in derisum tota die,*&c.] Clamante me atq;dicente, quod iam Baby-

Isa.13.b

Isa.19.a
Act. 10.c

Act.16.c

Rom.14.a

Sup. 7.

Matth.5.c

Sub t.c
Ibi tem.

lonius veniret exercitus, & omnia hostilis gladius prædaretur: versus est mihi sermo domini in opprobrium atque derisum, dum tarditatem prophetiæ putant esse mendacium: Quamobrem in mea mente decreui, vt vltra ad populum Dei verbis non loquerer, nec nomen illius nominarem. Quod cum pudore superatus, verecunde quidem, sed stulte cõstituissem: factus est, inquit, in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, siue vndique dissolutus sum, ita vt ferre non possem. Conceptus n. animo sermo diuinus, nec ore prolatus, ardet in pectore. Vnde & Paulus loquitur: *Si euangelizauero, non est mihi gloria: Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est nisi euangelizauero: si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.* Et in Athenis *videns idololatriæ deditam ciuitatem*, incitabatur spiritu, & tota mẽte feruebat. Et post modicum in eodem volumine legimus: *Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificãs Iudæis esse Christum Iesum.* Sed & plerique doctorum in ecclesia vsque hodie similia sustinent: audiẽtes vituperationem multorum congregatorum aduersum se in circuitu atque dicentium. Persequimini & persequamur eos.

a ¶ *Omnes viri qui erant pacifici mei & custodiẽtes latus meum*, &c.] Cum aduersarij surrexerint, & amici quondam atque pacifici fuerint ad bella cõuersi, voluerintque nobis insidias tendere, non magnopere curemus, sed optemus hoc dicere quod prophera loquitur: Dominus autem mecum est quasi bellator fortis.

b ¶ *Idcirco qui me persequuntur, cadẽt & infirmi erũt*, &c.] Quia persecuti sunt, ideo propheticum non potuerunt intelligere sermonem, & ignorantiã confusio vehemens consecuta est: nec intellexerunt ignominiam sempiternam, quæ obtinebit eos, & nulla obliuione delebitur. Dicant igitur quod volunt viri quondam pacifici, & qui custodiebant latus meum, & decipere cupiebant: dum modo iustum virum atque doctorem ecclesiæ, post persecutionem tanta vindicta tantaque præmia consequantur.

c ¶ *Et tu domine exercituum probator iusti*, &c.] Solus est dominus qui nouerit probare iustitiam: quomodo solus est qui cordis interna conspiciat. Vnde & Iesus sciens cogitationes hominum, non ex profectu, vt quidam putant, sed natura Deus est. Tale quid & in psalmis sonat: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Si viuens virtutibus nõ iustificatur, quanto magis qui pro peccatis mortuus est? Cumque se sciat iustus propugnatorem habere Deum: tamen impatientia fragilitatis humanæ, quod nouit esse venturum, iam nũc videre desiderat. Cui & reuelauit causam suam, qui dicit in alio loco: *Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus*: Felix autem conscientia cuius causa domino reuelatur, dicente Apostolo: omne quod manifestatur, lux est.

d ¶ *Cantate domino, laudate dominum: quia liberauit*, &c.] Qui pauper est spiritu, nec habet diuitias; quæ receperunt in isto sæculo consolationem suam, de quibus & Paulus loquitur: *Tantum vt pauperum memores essemus*: cũ fuerit vindictam à domino consecutus, dominum laudat in spiritu, & se de manu pessimorum erutum gloriatur. Hoc autem totum fit, non nostro merito, sed eius gratia qui pauperem liberauit: nec habet diuitias superbiæ corruentis, sed humilitatem pauperis liberati.

e ¶ *Maledicta dies in qua natus sum*, &c.] Qui putant animas fuisse in cœlestibus, & de meliori in peiorem statum præcipitatas, hoc & huiuscemodi vtuntur testimoniis: quod scilicet melius fuerit in cœlestibus quam in terrenis commorari, & corpus humilitatis assumere: noua quædam imo iam vetera hæreseos suæ argumenta quærentes: Nos vero legentes illud beati Iob: *Maledicta dies in qua natus sum*: & nox illa in qua dixerunt, ecce masculus: & maledictus homo qui annunciauit patri meo dicens: natus est tibi puer: huic testimonio coaptamus, quod scilicet melius sit non esse, quam viuere in suppliciis: iuxta illud quod scriptũ est: *Mors viro requies, cui clausit Deus viam suam.* Et iterum: *Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt*: Et in Euangelio similiter dictum legimus: *Melius ei fuerat si natus non fuisset*: non quod sit qui natus non fuerit: sed quod melius sit nõ esse quã male esse. Aliud est n. omnino non esse: aliud, cum sit, absque vlla intermissione cruciari: quo modo mortem quietam, vitæ miseræ præferimus. Vnde & Amos diem appellat tenebrarum, & diem afflictionis. Et Iacob eo quod vixerit in labore & angustia, dies vitæ suæ, prauos & pessimos vocat. Et Paulus Apostolus dicit: *Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequã.* Et iterum: *Redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt.* Hebræi quintũ mensẽ, quo capta Hierusalem templumque subuersum est, natiuitati Hieremiæ supputant, inextricabilibus quibuscũ & incredibilibus argumentis. Quod si probare potuerint, quomodò testimonium Iob interpretari valeant, nescio: nisi forte & illum diem quadam præfiguratione, & vaticinio futurorum subuersionis templi autument. Quodque imprecatur similitudinem subuersarum ciuitatum, de Sodoma & Gomorra dici arbitror, & omne tempus in luctu, vt mane sit clamor, & vlulatus meridie. Quod autem infert: *Qui me non interfecit in vulua*: Deũ significari putant. Vt esset, inquit, mihi conceptus æternus: quæ omnia dicuntur hyperbolice. Denique exponit causas cur mortem præferat vitæ, & omnino non esse quam male esse, subiungens: *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?*

Et dixi: Non recordabor eius: (siue non nominabo dominum: nec loquar vltra in nomine ipsius. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, & defeci (siue dissolutus sum:) ferre non sustinens: Audiui enim cõtumelias (siue vituperationem) multorum, & terrorẽ in circuitu (siue congregatorũ vndique.) persequimini, & persequamur eum. a Omnes viri qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quomodo decipiatur, & præualeamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. Dominus autẽ mecũ est quasi bellator fortis. b Idcirco qui me persequuntur cadent & infirmi erũt: (siue ideo persecuti sunt, & intelligere non potuerunt.) Confundentur vehemẽter: quia non intellexerunt opprobriũ (siue ignominiam) sempiternum, quod numquam delebitur. c Et tu domine exercituũ probator iusti (siue qui probas iusta:) qui vides renes, & cor: videam quæsovltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. d Cantate domino, laudate dominum: quia liberauit animã pauperis de manu pessimorũ. e Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir (siue homo) qui annunciauit patri meo dicens: natus est tibi filius masculus, & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: qui non interfecit meà vulua, vt fieret mihi mater mea sepulcrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

CAP. XXI.

VERBVM quod factum est ad Hieremiam à domino, quando misit ad eum rex Sedechias Phashur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens: Interroga pro nobis dominũ, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si forte faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. a Et dixit Hieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiæ: Hæc dicit dominus Deus Israël: Ecce ego conuertã vasa belli (siue arma bellica) quæ sunt in manibus vestris, & quibus pugnatis aduersum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo eos (siue ea) in medio ciuitatis huius, & debellabo ego vos in manu extenta, & brachio forti (siue excelso) & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & iumenta pestilentia magna morientur. b Et post hoc, ait dominus, Dabo Sedechiam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste & gladio & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur. c Et ad populum hunc dices: Hæc dicit dominus: ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame, & peste. Qui autem egressus fuerit, & trãsfugerit ad Chaldæos, qui obsidẽt vos, viuet, & erit in anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meã super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus: In manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. d Et domui regis Iuda: audite verbum domini domus Dauid. Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur (siue vt non egrediatur) quasi ignis indignatio mea, & succẽdatur, & nõ sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorũ. e Ecce ego ad tẽ habitatricem vallis solidæ, atq; campestris, ait dñs: qui dicitis: quis percutiet (siue terrebit) nos? Et quis ingredietur domus nostras? Et visitabo super

puret. Mittit autem rex Sedechias ad prophetam, nolens vel populum scire vel principes: vt occulto per legatos nuncio recognoscat, quam dominus super vrbem Hierusalem & populum Iudæorum habeat sententiam. Quodque infert: Quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: ostendit iam obsessa Hierusalem, à propheta hoc scisciari Sedechiam. Et notandum quod in prophetis, maximeq; in Ezechiele & Hieremia, nequaquam regum & temporũ ordo seruetur: sed præposterè, quod iuxta historiam postea factũ sit, prius referri, & quod prius gestum sit, postea. Aliud est enim historiam, aliud prophetiam scribere: vt in præsenti loco, Sedechias, qui cum vrbe Hierusalem captus est, mitteris scribitur ad Hieremiam, eo tempore quo obsidebatur Hierusalem, & postea narratur historia Ioaxim fratris eius, qui ante eum rex fuit, & Ioachin, id est Iechoniæ, qui fuit filius Ioaxim: super quibus dicetur in sequentibus.

a ¶ *Et dixit Hieremias ad eos: sic dicetis Sedechiæ*, &c.] Frustra, inquit, repugnare vultis Chaldæis obsidentibus, & arma bellica præparatis: quorum in media tantum vrbe vsum habebitis, vt armati esse videamini. Cæterum illis obsidentibus ego vos debellabo in manu extenta, & brachio forti meoq; furore & indignatione percutiam: vt & vos & omne quod spirat, fame & pestilentia in media vrbe moriatur. Quod quidem & factum legimus. Absque vlla enim corona strepituque pugnantium vrbs tãta obsidione capta est, vt quos vincerent non haberent, sed quos tantum caperent. Meliores, ait, fuerunt gladio vulnerati, quam occisi fame.

b ¶ *Et post hoc, ait dominus: dabo Sedechiam regem Iuda & ser.* &c.] Hoc quod nos transtulimus: In manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum: in Lxx. non habetur. Et pro eo quod nos diximus: *Non flectetur, neque parcet, neque miserebitur*: Lxx. transtulerunt: Non parcam, nec miserebor. Meliusque est iuxta Hebraicum, vt crudelis sententia & inflexibilis, magis regis Babylonij quã domini esse videatur. Primum autem de vniuersa vrbe prophetarum est: nunc proprie Sedechiæ prædicitur, & populo eius, qui residui fuerint post pestem, gladium, & famem, quod à Nabuchodonosor rege Babylonio capiendus sit, interficiendusque cum amicis suis gladio: nec vllam eius misericordiam speret, cuius fœdus & necessitudinem periurio deseruit.

c ¶ *Et ad populum hunc dices, hæc dicit*, &c.] His qui à rege missi sunt, & ad prophetam venerant deprecandum, vt interrogaret pro eis dominum, superiora responderat, & quæ referrent regi Sedechiæ: Nunc hortatur vt respondeant populo: datque consilium vt transfugiant ad Chaldæos, contra regiam voluntatem: quod periculosum fuisse prophetæ, nullus ignorat: Vnde & mortem sibi imprecatur & dicit: *Maledicta dies in qua natus sum.* Et: *Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem?* Non quod leue sit necdum captis dare consilium, se vltro tradere captiuitati: quasi passuris naufragium imperetur, vt ante naufragium & dissipatam nauem, remos & tabulas corripiant, & se vndis tradant: Sed quod tolerabilius sit vtcumque captos viuere, quam gladio, fame, & peste consumi. Sunt qui hunc locum secundum tropologiam sic edisserunt: melius esse sæcularibus se tradere disciplinis, & maxime philosophiæ, quã in illa permanere ecclesia, in qua fames sit sermonis Dei, & cunctus populus hæreticorũ gladio, doctrinæque penuria & hæretica peste moriatur.

d ¶ *Et domui regis Iuda: audite verbum domini domus Dauid, &c. & non sit qui extinguat.*] Quodque sequitur: Propter malitiam studiorum vestrorũ: in Lxx. non habetur. Quia supra dixerat, & ad populũ hunc dices, hæc dicit dominus: consequenter nunc infert, & domui regis Iuda: vt subaudiatur, dices, hæc dicit dominus: ἀπὸ κοινοῦ enim & superiora & inferiora iunguntur: vt sit sensus: Et ad populum hũc dices: hæc dicit dominus. Proprie autem sermo fit ad domum regiam, ob cuius maxime culpam ciuitas obsidetur: vt emendet errorem pœnitudine, & clementiam domini consequatur. Iudicate, inquit, mane iudicium: non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiæ. Et eruite vi oppressum de manu calumniatoris: vt non accipiatis personam in iudicio: sed diuitibus pauperes opprimentibus magis apud vos Dei imperium valeat, quã potentia persequentis. Etsi, inquit, hoc feceritis, nequaquam succendetur in vobis ignis furoris mei, nec inuenietur materiam quam consumat. Incredibilis in hoc loco Dei clementia demonstratur; vt de quibus supra dixerat: Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum & non in bonum: in manu regis Babylonis tradetur, & exuret eã igni: iam domini ingruente sententia, eos prouocet ad salutem. Non quod ignoret vrbem Hierusalem esse capiendam: sed quod liberum homini seruetur arbitrium: vt non ignorantia futuri, sed voluntate propria videantur perire. Quomodo & Saluator sciebat Apostolum negaturum, & se esse crucifigendum? quippe qui hoc Apostolis sæpe prædixerat, & nihilominus commonebat, volens eos corrigere ad pœnitentiam: vt quidquid postea sustinuerunt, suo vitio eis acciderit, non duritia comminantis.

e ¶ *Ecce ego ad te habitatricem val.* &c.] Quodque sequitur: Iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit dominus: in Lxx. non habetur. Pro habitattice vallis solidæ atque campestris: Lxx. transtulerunt: *Ecce ego ad te, qui habitas in valle* [a] צרי campestri, pro quo Symmach. petram: Theodotio obsessam, interpretati sunt: Aquilæ prima editio, solidam: secunda, Tyrum, [b] צור enim siue [c] צר lingua Hebræa, & Tyrum & silicem, & coartatam sonat. Loquitur autem contra Hierusalem, quæ obsidione vallata est: siue in similitudinem Tyri quasi mari grandi, ita Babylonio exercitu cingitur, & euadere non potest: aut certe quæ se instar petræ durissimæ inexpugnabilem putat atque robustam, pro soliditate mu-

a sour
b sor
c sour

A rorum & magnitudine. & dicit: Quis terrere nos poterit? & quis ingredietur domus noſtras? cum econtrario loquatur Deus: ego viſitabo vos: meum euadere oculum non poteritis. Viſitabo autem vos in perniciem, & reddam vobis fructum malitiæ veſtræ: *Et ego ſuccendam ignem in ſaltu veſtro.* Non Babylonius, vt putatis, non rex Chaldæorum, ſed mea hæc omnia ira perficiet. Saltũ autem vocat Hieruſalem, & omnem circa regionem, quæ frugiferas arbores bonorum operum non habet, quod ſit incendio præparatus. Pulchreq; vallem appellat campeſtrem, quod peruia ſit hoſtibus, & non mõtem excelſum, qui difficulter aſcendi poteſt, iuxta quod & in Eſaia dicitur: *Viſio vallis Sion.* Quidquid ad domũ regiam, & ad vrbem Metropolim prophetatur, referamus ad eccleſiaſticum ordinem, & ad principes eccleſiarum, eos dũtaxat qui ſe ſuperbiæ & diuitiis laſciuiæque tradiderint. Nec ſtatim quia domus regia eſt, ab interitu liberabitur: quomodo & qui de ſtirpe fuere Dauid, pauci admodum ſunt inuenti; qui placuerint domino, vt ipſe Dauid, Ezechias & Ioſias: magnaque pars principum & ſtirpis regiæ, in vniuerſum populum iram domini prouocauit.

Eſaiæ 22.

CAPVT XXII.

B *Hæc dicit dominus: deſcẽde in domum regis Iuda, & loqueris ibi verbũ hoc, & dices: Audi verbum domini rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid: tu & ſeruitui, & populus tuus, qui ingredimini per portas*, &c.] Hæc viſio, imo hic ſermo dñi, vel ante fit ad prophetam quã Sedechias nũcios ad eum mitteret: vel certe poſtquam nunciis præcepit quid regi referre deberent, præcipitur Hieremiæ, vt nequaquam per nuncios loquatur ad regem, ſed ipſe vadat ad palatium, & ibi loquatur ei. Simulque animaduertamus diuinam ſapientiam, quod per nuncios iubet triſtia nunciari, miſtis & proſperis, ſi agere voluerit rex pœnitentiam. Hic vero qui ipſi imperatur vt pergat: non triſtia nunciat & captiuitatem iam iamque venturam, ſed monet quid facere debeat, vt vitet impendentem ſententiam Dei. Regum autem proprium eſt facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos, & peregrino pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et vt curam eis præceptorum Dei maiorem iniiceret, intulit: Nolite contriſtare, vt non ſolum non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per veſtram conniuentiam ab aliis contriſtari. Et ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto. Homicidas enim & ſacrilegos, & venenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. Si, inquit, hæc feceritis ô reges Iuda: tenebitis priſtinam poteſtatem, & cum ambitione ingrediemini portas Hieruſalem. Sin autem facere nolueritis, ô domus regia: non tam domini erit crudelitatis, quam tuæ voluntatis, vt omnis ciuitas redigatur in ſolitudinem. Quidquid regiæ domui dictum eſt: intelligant epiſcopi, ſociique eorum preſbyteri, atque diaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus, quod ſi fecerint, quæ præcepta ſunt, & inter cætera innocentem ſanguinem non fuderint, ſcandalizantes minimos quoſque & percutientes, conſcientias ſingulorum, obtineant traditam ſibi à domino dignitatem. Sin autem facere noluerint atque contempſerint, ipſi redigant eccleſiam Dei in ſolitudinem. Ingrediuntur autem de genere Dauid per portas Hieruſalem, & ſedent ſuper thronum eius, qui interpretatur fortis manu, & aſcendunt currus & equos, quando refrænant & ſuas & populi perturbationes, & cõpoſito in eccleſia ingrediuntur gradu, & multarum virtutum choro, ſibique ex omni parte concinentium. Et vt hoc verum eſſe credamus, iurat per ſe: quia iuxta Apoſtolum, maiorem alium; per quem iurare poſſit, non habet.

C

Hebr. 6.g

b ¶ *Quia hæc dicit dominus ſuper domum* (ſiue *ad domum*) *regis*, &c.] Galaad quam poſſedit dimidia tribus Manaſſe, trans Iordanem ſcriptura cõmemorat. In quo monte Laban fugientem conſecutus eſt Iacob, & mons iuxta Geneſim nomen accepit מצפה, id eſt, tumulus teſtimonij, eo quod ibi Iacob Labanque iurauerint in aceruum lapidibus congregatis. Eſt autem caput ſiue principium Libani montis excelſi, qui vniuerſus cedris conſitus eſt, iuxta illud Dauid canentis: *Et commouebit dominus cedros Libani.* Et alibi: *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani.* Et in Zacharia legimus: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.* Igitur præſenti loco, quia ad domum regiam loquebatur, per metaphoram loquitur ad templum, ſiue ad domum ſtirpis Iuda, quod ipſa ſit in excelſo, ſiue quod de templo, atque ſacrario, omnium peccatorum remedia poſcebantur. Vnde & hic idem prophetæ commemorat: *Nunquid reſina non eſt in Galaad: aut medicus non eſt ibi?* Quare non aſcendit curatio filiæ populi mei? Comminatur igitur regiæ domui, & vrbi Hieruſalem, & templo quod vocat caput Libani, quod redigendum ſit in ſolitudinem cum vniuerſis vrbibus ſuis: non potentia regis Babylonij, ſed domini iuſſione, qui dicit: ſanctificabo ſuper te interficientem. Sanctus autem vocatur Nabuchodonoſor & omnis eius exercitus, quia exequitur ſententiam Dei. *Et ſuccident*, inquit, *electas cedros tuas*: potentes quoſque & principes ciuitatis: mittent in ignem, vt omnia deuorans flamma conſumat. Cumque deleta fuerint vniuerſa, tranſibunt gentes multæ per ciuitatem, & templum, quod eis prius ingredi non licebat, & vnuſquiſque loquetur proximo ſuo: quare fecerit dominus ciuitati inclytæ & magnæ tam ſubitam, & tam grandem euerſionem. Reſpondebuntque, inquit, qui interrogati fuerint, & exponent cauſas ruinarum, dicentes: quia dereliquerunt pactum domini Dei ſui, & pro Deo idola venerati ſunt. Audiat hoc & noſtræ vrbis domus regia & principes eius, & cedri, quæ eleuant vſque ad nubes verticem ſuum, & per ſuperbiã loquuntur, quis nos videbit? quod cito flamma domini conſumantur, ſi noluerint illius præceptis acquieſcere. Alia autem eſt ſanctificatio interfectoris, & armorum eius: alia ſacerdotum, & eorum qui miniſtrant domino.

Iof. 22.b
Gen 31.f

Pſal. 28.b

Ibid. 36.g
Zach. 11.d

D

Sup. 8.g

c ¶ *Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum*, &c.] Ioſias rex iuſtus tres filios habuit: Ioachaz & Ioakim & Sedechiam, quorum primum rex Ægypti Pharao Nechao captiuum

E captiuum duxit in Ægyptum, ibique mortuus eſt, & conſtituit pro eo regem Eliachim fratrem eius. Quo mortuo regnauit filius eius Iechonias, qui à Nabuchodonoſor rege Babylonio, cum matre & principibus ductus eſt in captiuitatem, pro quo patruus eius regnauit Sedechias: qui capta Hieruſalem ductus eſt in Babylonem. Quæritur itaque quis ſit iſte qui fleri non debeat, ducenduſque ſit in captiuitatem, & vltra non reuerſurus, cum tres capti ſint, atque trãſducti? Hebræi putant hoc omnibus conuenire, i. e. & Ioachaz, & Iechoniæ, & Sedechiæ: appellari q; omnes filios Ioſiæ Sellen, ſiue Sellum, quod interpretatur cõſummatio ſiue cõpletio, eo quod regnum Iuda in ipſis finitum ſit. Mihi autem proprie hoc dici videtur de Sedechia, de quo & præſẽtis & præteriti Capituli prophetia eſt: in quo vere regnum Iuda finitum eſt, ſub quo & vrbs capta eſt, ductuſque in Babylonem, ibi mortuus ſcribitur: Iſte eſt Sellum, id eſt, conſummatio atque completio, filius Ioſiæ, rex Iuda: qui regnauit pro Ioſia patre ſuo. Iechonias autem non fuit filius ſed nepos Ioſiæ, filius Ioakim, vt à principio viſionis, quando miſit ad Hieremiam rex Sedechias Phashur filium Melchiæ, & Sophoniam filiũ Maaſiæ ſacerdotem, vſque ad iſtud capitulum, omnia ad regem & de rege Sedechia dici intelligamus.

4 Reg. 23.g
4 Reg. 24.f

2. Par. 36.c

שלם

F

Sup. 21.a

a ¶ *Væ qui ædificat domum ſuã in iniuſtitia, & cænacula ſua non in iud.* &c.] Vtramque editionem ex integro poſui, vt & Hebraica veritas, & difficultas vulgatæ editionis facilius cognoſcatur. Eſt autem ſermo contra Ioachim filium Ioſiæ regis Iudæ, de quo ſupra diximus, quem conſtituit Nechao Pharao rex Ægypti pro Ioachaz fratre ſuo, quem vinctum duxit in Ægyptum. Legimus autem, vt tam Regum, quam Paralipomenon narrat hiſtoria, vndecim annis regnaſſe in Hieruſalem Ioachim filium Ioſiæ, & regnaſſe crudeliter, & extitiſſe impiũ, & poſtea mortuum, nec tamen eius ſepultura narratur. Hanc habente ſcriptura ſacra conſuetudinem, vt omnes reges & mortuos referat & ſepultos. Hunc autem proprie narrat mortuũ & nõ ſepultum, de quo dicemus in poſterioribus. Plangit itaque ſupradictum regem, quod confidat in iniuſtitia, & putet eſſe perpetuam regiam dignitatem, faciatque ſibi cenacula, & amicos opprimat, operantibuſq; non reddat mercedem ſuã, & æternam palatij ſui ædificationem arbitretur. Numquid, ait ſermo diuinus, regnare poteris in perpetuum: qm̃ conferre te cupis cedro excelſæ: patri tuo Ioſiæ, videl. regi iuſto? Pater, inquit, tuus & comedit & bibit & fruitus eſt opibus regiis: nec tamen in eo offendit Deum, quod habuit diuitias, ſed in eo placuit, quod fecit iudicium, atque iuſtitiam. Et idcirco tam in præſenti ſæculo, quam in futuro bene ei fuit & erit. Iudicauit, inquit, cauſam pauperis, & egeni, & in eorum refrigeriũ, quos audiuit, & proprie in bonum ſuũ. Hæc autẽ omnia euenerunt ei proſpera, quia me cognouit, dicit dñs. Tui vero, ô Ioachim, oculi declinant ad auaritiam & vt innocentem ſanguinem fundas, ad calumniam, & ad curſum mali operis. Iuxta Lxx. vero quem ſenſum habeant intelligere non poſſum. Cũ n. cætera ſibi aliqua ex parte conſentiant, illud q̃ infertur: Nũquid regnabis, qm̃ tu contendis in Achaz patre tuo, pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt ארז, & hic ſermo cedrũ ſignificet: manifeſtũ eſt, quod nullum ſẽſum habeat. Illud quoque quod ſequitur: Nõ comedent & nõ bibent: & cætera, quæ ita inter ſe diſſipata ſunt, atque confuſa, vt abſque veritate Hebraicæ lectionis nullã intelligẽtiam habeant. Poſſumus autẽ hunc locũ iuxta Anagogen contra hæreticos accipere: qui ædificant ſibi domũ nõ magnã, ne eccleſiæ vbertate latiſſimã, ſed paruulã. Ædificant autẽ non cum iuſtitia, atque iudicio, aliena diripere cupientes. Vnde dicitur: *Ædificaſti tibi domũ paruulam, cœnacula perflatilia. quæ circũferuntur omni vẽto doctrinæ, & diſtincta feneſtris.* Nõ n. habent perpetuũ ædificiũ, nec ſolidam firmitatem. *Et contignata*, inquit, *cedro*: Videntur quidem contignationẽ haberepulcherrimã: ſed ad imbres, & perſecutionũ tempeſtate cito putreſcũt & corruũt, litaque ſinopide. Et ipſi quidem paſſionem domini, & ſanguinẽ pollicẽtur: ſed in perpetuum non regnant, quia contendunt, & ad iracundiã prouocant Arez, id eſt, cedrũ patrem ſuũ. Omnis n. hæreticus naſcitur in eccleſia, ſed de eccleſia proiicitur, & cõtendit, & pugnat contra parentem. Quodq; infert: *Non comedẽt & non bibent*, ſubauditur corpus & ſanguinẽ ſaluatoris, cæteraque his ſimilia: erroremq; omnem dicit inde deſcẽdere, quod ignorauerint Deum: nec habeant rectos oculos, ſed cor eorum pronum ſit ad auaritiã, vt aliena diripiant, & deceptorum ſanguinem fundant. Hoc eſt n. facere homicidium. Obſcura latius differenda ſunt.

Ephes. 4.c

G

H

Væ qui ædificas domum tuam non cum iuſtitia, & cœnacula tua non in iudicio. Apud eum proximus operatur gratis, & mercedem ei nõ reddit. Ædificaſti tibi domum paruulã, cœnacula perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata cedro, & lita ſinopide. Nunquid regnabis, quia tu contendis contra Achaz patrem tuum? non comedent, & nõ bibent. Melius tibi erat facere iudicium, & iuſtitiam bonam, nõ cognouerunt, non iudicauerunt iudicium humili, neque iudicium pauperis. Nonne hoc eſt te ignorare me dicit dominus? Ecce non ſunt oculi tui recti, nec cor tuum bonum: ſed ad auaritiam tuam, & vt ſanguinem innocentem effundas, & ad iniquitatem & homicidium, vt facias ea.

HEB.

a Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio. Amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpacioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitq; ſinopide. Nũquid regnabis, quoniam confers de cedro? Pater tuus nonne comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iuſtitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit cauſam pauperis & egeni, in bonum ſuum: nunquid non ideo quia cognouit me, dicit dominus? Tui vero oculi & cor ad auaritiam & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis.

SEPT.

b Propterea hæc dicit dominus ad Ioakim filiũ Ioſiæ regem Iudæ. Non plangent eum, væ frater, & væ ſoror: non cõcrepabũt ei, væ domine, & væ inclytæ. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalẽ. c Aſcẽde Libanum, & clama, & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia cõtriti ſũt omnes amatores tui. Locutus ſũ ad te in abundantia tua, dixiſti non audiã. Hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam. Omnes paſtores tuos pauit ventus, & amatores tui in captiuitatem ducti ſunt. Tunc confundaris & erubeſcas ab omni malitia tua, habitatrix Libani, quæ nidificas in cedris, quando venerint tibi dolores quaſi parturientis. Iuro ego, dicit dominus, quia Chonias filius Ioakim rex Iuda, ſi fuerit annulus in manu mea dextera, inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas facies eorum, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. Et proiiciam te & matrem tuam, quæ genuit te, in regionem alienam, vbi non eſtis natæ, & ibi mortui eſtis. Et ad terram ad quam ipſi eleuant animas ſuas vt reuertantur illuc, non reuertentur. Numquid vas contritum & inutile factum eſt Iechonias? aut ſcandalum iſte & populus eius, quem proiecerunt in terram quam neſciebant? Terra terra terra, audi verbum domini. Hæc dicit dominus: Scribite virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: neque enim erit de ſemine eius vir ſedens ſuper ſolium Dauid, & dominans ultra in Iuda.

4. Reg. 24.c
2. Par. 36.a

4. Reg. 23.g & 24.a
2. Par. 36.a

metaphoram Libani, & Basan, & regionum & montium trans Iordanem, ad Hierusalem sermo dirigitur, quod frustra in Ægypto sit confisa: siue ad ipsum Ioakim, qui eo tempore regnabat in Hierusalem, & ab Ægyptiis rex fuerat constitutus, quod frustra Ægyptiorum speret auxilium, & quod ipsi quoque à Babylonio rege superandi sint, & ducendi in captiuitatem. Quodque ait: locutus sum ad te, hoc est, ipse Deus per prophetas, siue locuti sunt ad te: vt subaudiatur; prophetæ mei, & tu in abundantia tua dixisti, non audiam. Arguit eam superbiæ, & quod diuitiarū magnitudine abusa sit in cōtemptum Dei. Et narrat quod non solum hoc tempore, sed ab initio quando educta sit de Ægypto, non audierit vocē Dei: vnde & omnes pastores eius & principes huc illucque dispersi sint, & captiuitati Babyloniæ colla submiserint. Quodque infert: Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris: arrogantiam suggilat, quæ de omnium rerum creuerat abundantia, & quod instar mulieris puerperæ, repentinus ei dolor, & subita veniat captiuitas. Quod autem nos diximus, clama ad transeuntes, & in Hebraico scriptum est b מעברים Lxx. Theodotioque verterunt, trans mare. Symmach[us], de cōtra: vt significēt quod vox prophetæ de Hierusalem, vsque ad montem Libanum & Basan debeat peruenire.

adoleſcentia tua: quia nō audiſti vocem meam. Omnes paſtores (ſiue amatores) tuos paſcet ventus & amatores (ſiue amici) tui in captiuitatem ibunt. Et tunc confunderis, & erubeſces ab omni malitia tua. Quæ ſedes in Libano & nidificas in cedris: quomodo congemuiſti cū veniſſent tibi dolores, quaſi dolores parturientis? [a] Viuo ego, dicit dominꝰ quaſi ſi fueritChonias filius Ioakim regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde euellā eum (ſiue te,) & dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu, quorum tu fomidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis (quod in Lxx. nō habetur) & in manu Chaldæorum. Et mittam te (ſiue proiiciam te) & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non eſtis: ibiq; moriemini. Et in terram, ad quam ipſi leuant animam ſuam, vt reuertantur illuc, nō reuertentur. [b] Numquid vas fictile, atq; contritum vir iſte Chonias? Numquid vas abſq; omni voluptate (ſiue vtilitate?) Quare abiecti ſunt ipſe & ſemen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi ſermonem domini. Hæc dicit dominus: Scribe virū iſtum ſterilem, virum in diebus ſuis non proſperabitur. Nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda.

CAPVT

[a] ¶ *Viuo ego dicit dominus, quia ſi fu.* &c.] Supra dixerat, domui regis Iuda hæc loqueris, & deinde, deſcende in domū regis Iuda. Et iterum: hæc dicit dominus ſuper domum regis Iuda: & præpoſtero ordine, poſtquam locutus eſt de Sedechia, quia vltimus regum fuit in Hieruſalem, reuertitur ad Ioakim fratrem eius, qui ante eum regnauit. Qua vaticinatione completa: nunc loquitur ad filium Ioachim, nepotem Ioſiæ, regem Hieruſalem Iechoniam, qui & alio nomine appellatur Ioachin, qui captus à Nabuchodonoſor cum matre ſua, principibus & artificibus, & multis nobilibus, ductus eſt in Chaldæam, ibique mortuus. Hoc igitur dicitur, ſi quo modo anulus non recedit de manu portantis, & de digito difficulter elabitur, ſic ſit in manu mea Iechonias: tamen euellam eum & tradam regi Babylonio, ibique cum matre & omnibus ſociis ſuis morietur, & vltra terram Iudæam, quam deſiderat, non videbit. Miſerabilis Grunnius, qui ad calumniandos ſanctos viros aperuit os ſuum, linguamque ſuam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gentiliſſimi, vnum librum interpretatus eſt in Latinum, diuiſitque eum in duo Volumina, & ſub nomine ſancti martyris Xyſti, vrbis Romanæ epiſcopi, auſus eſt edere: in quib. nulla Chriſti, nulla Spiritus ſancti, nulla Dei Patris, nulla patriarcharum, prophetarum, & Apoſtolorum fit mentio: & hunc librum ſolita temeritate & inſania, anulum nominauit: qui per multas prouincias legitur, & maxime ab his qui ἀποκατάστασιν & impeccantiam prædicāt. Quomodo igitur dominus Iechoniam inſtar anuli de manu ſua & digito ſe proiecturū comminatur, ita lectorem obſecro, vt nefarium librum abiiciat, legatque ſi voluerit, vt cæteros philoſophorum libros, non vt volumen eccleſiaſticū. Solo in cōmentariis, & explanationibus, quorum mos eſt diuerſas ſententias ponere interpretū, huiuſcemodi miſcere ſermonē: quidam hoc dicūt, alij hoc autumant, nonnulli ſic ſentiunt. Quod & ipſe miſerabilis Grunnius & poſt multos annos diſcipulus Iouiniani, & illius, calumniati ſunt, & calumniātur me ſub alienis nominibus proprias ſententias ponere: quod ego cauſa benevolentiæ facio, ne aliquem certo nomine videar lacerare. Quia igitur benignitas verſa eſt in calumniam: nunc dico & illi, qui mortuus eſt, & iſti, qui viuit, & hæreſim illius inſtaurare conatur: magiſtrum eorū Origenem hunc locum refert ad Chriſtū: quod de manu Dei Patris inſtar anuli auulſus ſit, & miſſus in terrā captiuitatis in vallem lacrymarū: crucique traditus: matrem quoque eius, haud dubium quin ſynagogam captam atque proiectam, & nō pertimeſcit iſtā commemorans hoc quod ſequitur: *Terra, terra, terra, audi verbū domini.* Hęc dicit dominus: Scribe virum iſtum abominatum, ſiue ſterilē, & reliqua, intelligere de domino maieſtatis. Scribit autem hoc, ne diſcipuli eius negare audeant, in quinto Stromatū libro.

[b] ¶ *Numquid vas fictile, atque,* &c.] Pro eo quod nos diximꝰ, Numquid vas fictile, atque cōtritum: Symmach. tranſtulit: *Nūquid purgamentū, ſiue quiſquiliæ viles, atque proiectæ:* Pro quo in Lxx. nihil habetur; ſed hoc tantum interpretati ſunt: Inhonoratus eſt Iechonias quaſi vas in quo nulla eſt vtilitas. Et cum hoc de Iechonia dicant filio Ioakim, audet quiſpiam ad typū referre Chriſti, & ex eo, quod Apoſt. dicat, dominum Saluatorem imaginē eſſe Dei inuiſibilis, *primogenitum omnis creaturæ,* id eſt, ſapientiā, verbum, veritatem, atque vitā & iuſtitiam, eum appellari a- nullum: qui proficiatur, vel euellatur de manu domini, & regi tradatur Nabuchodonoſor? Abiecti ſunt, inquit, ipſe & ſemen eius, & proiecti in terram quam ignorabant. Quod de Iechonia factum nemo dubitat. Iechonias interpretatur domini præparatio: cui in præſenti loco prima Syllaba, id eſt, domini nomen aufertur, & dicitur Chonias, vt ſubaudiatur, perditioni, & interitui præparatus.

[c] ¶ *Terra, terra, terra, audi ſermonem domini,* &c.] Si voluero per loca notare ſingula, quanta Lxx. vel prætermiſerint, vel mutauerint, longum fiet: præſertim cum poſſit diligens lector ex vtraque editione conſiderare, quid mutatum quid additum, quid ſubtractum ſit. Pro ſterili in Hebræo ſcriptum eſt [c] עקרי, quod Aquilæ prima editio, ſterilem, Secunda ἀνεξηντον, id eſt, non creſcentem. Symmachus vacuum: Lxx. & Theodotio, abominabilem, & abdicatum, interpretati ſunt. Et oritur quæſtio, quomodo ſtare poſſit prophetia, de ſtirpe eius nullum eſſe generatum, qui ſederit ſuper thronum Dauid: nec princeps fuerit vltra in Iuda, cum dominus atque ſaluator de huius natus ſit ſemine: ſuper cuius ortu loquitur Gabriel ad Mariam: *Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit ei dominus Deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Poſſumus ergo hoc dicere, quoniam illud, quod deeſt in Lxx. videlicet in diebus eius non proſperabitur, ſiue non creſcet, ignorantibus fecerit quæſtionem. Lxx. enim tranſtulerunt: *Scribe virum iſtum abdicatum hominem, quia non creſcet de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper thronum Dauid, princeps vltra in Iuda,* quod in Hebraico bis poſitum eſt, quod putantes qui ab initio ſcripſerunt in Græcis libris additum, ſubtraxerunt. Reſpondeamus igitur, quod in diebus Iechoniæ non ſucceſſerit ei vir qui ſederit ſuper thronum eius, ſed multo poſt tempore de ſemine eius natus ſit qui ſoliū eius obtinuerit. Poteſt autē & ſic ſolui: Non ſedebit quidem ſuper thronum Dauid vir & homo, ſed ſedebit Deus, regnumq; eius non erit terrenum & breue, vt fuit

fuit Dauid, ſed perpetuum, atque cœleſte dicente ſcriptura: *Regnabit ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Natus eſt ergo Ioakim Iechonias, de Iechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, & per ordinem venitur ad Chriſtum. Sed in diebus Ioachin non ſucceſſit ei rex filius, ſicut ipſe patri ſucceſſerat; ſed fuit in captiuitate, & Salathiel & Zorobabel, & vſq; ad Chriſtum nullus regiam obtinuit poteſtatem. Hoc autem idcirco, quia in Hebraico ſcriptum eſt: in diebus eius & in tempore ſuo, quo ipſe fuit, nō erit vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. Omnes enim fuere captiui, & nullus deinceps de ſtirpe Dauid in terra Iudæa tenuit principatum. Vnde & Ioſeph refert de ſacerdotali genere ac tribu Leui fuiſſe principes, quibus ſucceſſerit Herodes Antipatri proſelyti filius, & poſtea ſub Veſpaſiano regnum huius generis, imo imaginem imperij, funditus fuiſſe delatam.

CAP. XXIII.

Væ paſtoribus qui diſperdunt & lacerant gre. &c.] Ad paſtores, ſiue de paſtoribus propheticus ſermo eſt. Et quia de Iechonia penultimo rege Iudææ, qui fuit de ſtirpe Dauid, legimus ſcriptū: *Terra, terra, terra: audi ſermonem domini: ſcribe virum iſtum abdicatum, ſiue ſterilem, & non erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid,* omniſque ſpes regni Iudaici fuerat amputata, tranſit ad principes eccleſiæ, & ſynagoga cum ſuis paſtoribus derelicta atque dānata, ad Apoſtolos ſermo fit, de quibus dicitur: *Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcēt eos: non formidabunt vltra, & non pauebunt, & nullus quæretur ex numero, dicit dominus.* Apoſtoli enim confidenter, & abſq; vllo timore paſcent eccleſiaſticum gregem, & reliquiæ populi Iſrael ſaluabūtur de omnib. terris, & conuertentur ad rura, ſiue ad paſcua ſua, & creſcēt, & multiplicabuntur. Super malos autem paſtores, ſcribas & phariſæos, viſitabit dominus propter malitiā ſtudiorum ipſorum. Poſſumus autem hoc iuxta tropologiam, & de eccleſiæ principibus intelligere, qui tamen non digne regūt oues domini: quod illis abiectis, atq; damnatis, ſaluetur populus, aliis traditus qui digne extiterint, & reliquiæ ſaluæ fiant. Perdūt oues paſtores, qui docent hæreſim. Lacerant & diſſipant, qui ſchiſmata faciunt. Eiiciunt eas, qui contra iuſtitiam de eccleſia ſeparant. Non viſitant, qui pœnitentibus contrahunt manum. Quorum omnium miſerebitur dominus, reddens eis priſtina paſcua, & malos paſtores auferens.

[b] ¶ *Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo,* &c.] *Dominus iuſtus noſter,* quod Hebraice dicitur [a] יהוה צדקנו. Hoc quod in Lxx. male additum eſt, in prophetis: penitus amputandum. Aliud enim capitulum ſequitur, quod ab eis prætermiſſum eſt: quo finito, titulus eſt ad prophetas, ſiue contra prophetas, de quo ſuo dicemus loco: Abiectis ergo paſtoribus ſynagogæ, ſcribis videl. & phariſæis, & ſaluatis reliquiis ex Iſrael, Apoſtoliſq; euangelij in locum priorū principum conſtitutis: inducitur paſtor paſtorum, & princeps principum, & rex regum, & dominus dominantium, Chriſtus videlicet ſaluator noſter: qui proprie eſt germen iuſtum, ſiue oriens iuſtus, de quo legimus: *Orietur in diebus eius iuſtitia.* Et in alio loco: *Ecce vir oriens nomen eius, & ſubter eum oriētur, & ædificabit templum domino;* vt quomodo in Eſaia Emmanuel appellatur, hoc eſt, nobiſcum Deus, ſic in Hieremia nomen accipiat, iuſtitia noſtra. Vnde & Apoſtolus loquitur: *Qui factus eſt ſapientia nobis à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redēptio.* Cui cōtrarius Antichriſtus eſt, & eius habitator diabolus, in Zacharia ſtultus paſtor dicitur: *Et faciet,* inquit, *iudicium & iuſtitiam in terra.* Non enim pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. In diebus illis, & domꝰ & decem tribus Iuda, & Iſrael pariter ſaluabuntur. Et de duabus virgis, iuxta Ezechielem vna virga fiet: Nomenq; eius, ſi iuxta Lxx. vocauerit eum dominus, appellabitur Ioſedech, id eſt, dominus iuſtus. Si ſecundū Hebraicum, qui dixerunt, nomen eius vocabunt: dicetur dominus iuſtitia noſtra. Hoc ēnim ſignificat [b] יהוה צדקנו, pro quo Symmachus vertit, domine iuſtifica nos.

[c] ¶ *Propter hoc ecce dies veniūt dicit dō.* &c.] Hoc omne capitulum in Lxx. non habetur. Cuius hic ſenſus eſt, quod nequaquam per Moyſen populus Dei de Ægypto liberetur, ſed per Ieſum Chriſtum de omni orbe terrarum, in quem diſperſus fuerat. Quod ex parte & nunc completur in mūdo: & ex toto complebitur, quādo de oriente & occidente, ſeptēntrione & meridie, venient, & diſcumbēt cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Vt poſtquā ſubintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat.

[d] ¶ *Ad prophetas (ſiue in prophetis, vel contra proph.)* &c.] Hic titulus, vt ſupra diximus, in editione Lxx finis anterioris capituli poſitus eſt, vbi ſcriptū legimus: & hoc eſt nomen quo appellabit eum dominus Ioſedech, in prophetis. Quod plerique ignorantes, varia explanationis deliramenta confingunt. Multoque melius fuerat ſimpliciter inſcitiam confiteri, quàm imperitiæ ſuæ alios hæredes facere. Eſt autem ſermo cōtra prophetas, imo pſeudoprophetas Hieruſalem & Samariæ, quos nunc communi, & vulgato nomine prophetas vocat, de quibus ſcriptum eſt in conſequentibus: Et in prophetis Samariæ vidi inſqüitatem, ſtatimque: *Et in prophetis Hieruſalem vidi horribilia.* Quando autem ponit coniunctionem, &, oſtendit ſuperiora de prophetis dicta domini: qui & ipſi pſeudoprophetarum ſimiles extiterunt.

[e] ¶ *Contritum eſt cor,* &c.] Conſiderato vultu omnipotentis Dei, hoc eſt patris, & conſiderato vultu filij, qui iuxta Apoſtolum ſplendor illius gloriæ appellatur, & forma ſubſtantiæ Dei: propheta, & animo, & corpore perhorreſcit, & intelligit eſſe ſe nihili, ſecundum quōd & in alio loco dicitur. *Vt iumentum factus ſum apud te:* Siue victimam conſcientiæ, & humilitatis ſuæ offert Deo, iuxta illud, quod in pſalmis legitur: *Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus: cor cōtritum & humiliatum Deus non ſpernet.* Oſſa autem quæ cōtremuerunt, ſiue commota ſunt: illa intelligamus, de quibus idem Dauid canit: *Omnia oſſa mea dicent, domine quis ſimilis tui?* Factus eſt quaſi ebrius, & quaſi homo madidus, ſiue ſuperatus vino: nullam habens intelligentiam, nullamque ſapientiam. *Dominus* enim *nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Si autem hoc ita eſt, vbi ſunt, qui perfectam in homine iuſtitiam prædicant? Quod ſi reſpondē-

rint de sanctis hoc se dicere, non de seipsis: certè nullum puto sanctiorem esse Hieremia, qui virgo propheta, sanctificatusque in vtero, ipso nomine præfigurat dominum Saluatorem. Hieremias enim interpretatur domini excelsus.

ירמיהו

a ¶ *Quia adulteris repleta est terra*, &c.] Hoc quod nos de Hebraico posuimus: quia adulteris repleta est terra: in Lxx. non habetur qui iuramentum dixere pro maledictione. Redditq; causas, quod propter adulteria, & maledicta, siue superfluum iuramentū, imo periuria, frugum sterilitas consecuta sit. Quidquid de terra Iudæa iuxta literam intelligis, refer ad congregationem credētium: quoniam propter adulteria, & mendacia, siue periuria, virtutum & donationum Dei sterilitas in ecclesiis sit.

b ¶ *Propheta namque & sacerdos polluti sunt*, &c.] Quando in ecclesia Dei, & maxime in principibus eius inueniuntur mala, sciamus esse completum: Propheta & sacerdos polluti sunt: in domo mea inueni mala eorum, ait dominus: Domus autē Christi ecclesia est, de qua & Apostolus scribit ad Timotheū: *Vt scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis*. In propheta, doctorem accipe, in sacerdote, ministerij dignitatē. Qui si praua mēte cōsenserint, erit via eorum in lubricum, & in tenebris: nec habebunt dominum loquentem: *Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris nō maneat*. Vnde sanctus loquitur, oēs tenebras fugiens: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in cor meum*. Cum autem fuerint in tenebris, & in via lubrica, errore videl. hæretico, ad omnem motum impellentur, & corruent. Et inferet super eos dominus mala: nō quo mala sint, vt dominus mala inferat sed mala hi s sunt qui sustinent supplicia. Alioquin eadē & mala sunt & bona. Mala iuxta eos quos cruciāt, bona iuxta eos quos emendant: Et hoc notandum, quod annus visitationis domini, correctio peccantium dicatur, atq; cruciatus iuxta illud, quod scriptum est: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo*.

c ¶ *Et in prophetis Samariæ vidi stultitiam*, &c.] Ego prophetas Samariæ iuxta mysticos intellectus, proprie hæreticos dici puto, & omnes qui iactant falsi nominis scientiam. Quomodo autem prophetæ Samariæ, quidquid loquebantur, prophetabāt in Baal idolo, videl. dæmonib. consecrato. Sic & hæretici quidquid loquuntur in ecclesia, siue extra ecclesiā, vt supplantent populum Israel, qui prius cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus. Vnde & significanter ait: Et in prophetis Samariæ vidi stultitiam: non enim habent eum, de quo dicitur, Christus Dei virtus, & Dei sapientia.

d ¶ *Et in prophetis Hierusalem vidi similitudinem*, &c.] Non solum, inquit, in hæreticorū conciliabulis hæc reperta sunt, sed in propheris quoque Hierusalem: id est, doctoribus ecclesiæ vidi similia, siue horribilia, adulterantiū verbum Dei, & ingredientium per viam mendacij: vt hæreticorum fallaciis acquiescerent, & confortarent manus pessimorū: eorumque mala suis sceleribus adiungerent, & quos corrigere debuerant, ducerent in interitum. Qui hoc fecerint, nō se æstimēt impunitos. Erunt enim & ipsi & hi quibus fauent, quasi Sodoma, omnesque qui habitant cum eis, nec recedent à talibus, quasi Gomorra. Exultet igitur quantum vult doctrina pessima, & glorientur prophetæ Hierusalem, quod obtinuerint per mendacium, & confortauerint manus pessimorum, finis eorum erit, quasi Sodoma & Gomorra.

e ¶ *Propterea hæc dicit dominus exercituum ad prophetas*, &c.] Vtamur hoc testimonio aduersum eos, qui epistolas plenas mendaciorum, & fraudulentiæ, atque periurij in orbem dirigunt, vt & aures polluant audientiū, & existimationē simplicium lædāt, quod impleatur in eis hoc, quod scriptum est: *A prophetis Hierusalē est egressa pollutio in omnem terram*. Nō enim eis sufficit iniquitatem propriā deuorare, & proximos lædere: sed quos semel oderunt, per vniuersum orbem infamare conantur, & vbique seminare blasphemias.

f ¶ *Hæc dicit dominus exercituū*, &c.] Ne putaret se populus alienum esse à culpa, si peruersis acquiesceret doctoribus: Nolite, inquit, audire verba prophetarum, qui vobis prophetant mendacium, & decipiunt vos. Par n. erit pœna, & magistro & discipulo. Non loquuntur ex ore domini, sed ea quæ in suo cōrde simularūt. Dicunt his qui blasphemant me: hæreticis videl. atque peruersis, siue qui abiiciunt sermonem meum quod dicūt, Locutus est dñs: pax erit vobis: Ne timeatis dura supplicia: nec vanis cōminationibus terreamini: pax erit vobis, atque tranquillitas, & quidquid dicimus, & annūciamus vobis, locutus est dñs: nec veniet super vos malum, quod timetis pro mala conscientia: sed bonum quod vobis locutus est dominus.

g ¶ *Quis enim affuit in consilio domini, & vidit, & audiuit sermonē eius?* &c.] Vbi nos interpretati sumus, in consilio domini, & in Hebraico scriptum est סוד Aquila, secretum, Symmachus sermonem: Lxx. & Theodotio substantiā, siue subsistentiam interpretati sunt. Et est sensus: Nolite credere ô vulgus indoctum prophetis, vobis falsa annunciantibus qui dicunt, hæc locutus est dominus: pax erit vobis, non veniet super vos malum. Vnde n. possunt Dei nosse secreta, aut quo annunciante Dei didicere consilium, quomodo ad eos diuinæ dispositionis sermo peruenit. Quidam nostrorum in hoc loco reperisse se putant, vbi Dei describatur substantia.

h ¶ *Ecce turbo, siue tempestas*, &c.] Qui supra dixerant: locutus est nobis dominus, pax erit vobis, & quos corripuerat quod non possent ventura cognoscere, nec Dei nosse sententiam: nunc ostendit per contraria, eos omnino nescire. Pro pace enim & securitate, tempestatem venire Babyloniam, & venire non super quoslibet, sed super capita impiorum, vel vniuersi populi, vel eorum qui falsa populo nunciabant. Nec sicut in præteritis temporibus Dei iram furoremque placandum: sed quod prædixit, & sæpissime comminatus est, opere complendum, & cogitationem illius, atque sententiam impiorum suppliciis comprobandā. Cum, inquit, extremum captiuitatis tempus aduenerit, & obtinuerit vos victor exultans, & manus stridore vinxerit catenarum: tunc intelligetis consilium eis, quod vos frustrà nunc scire iactatis.

a ¶ *Non mittebam, &c.*] Hunc sensum & Apostolus explicat ad Romanos: *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia*, &c. Cum enim semel se tradiderint falsi doctores mendaciis, atque periuriis, & mortibus deceptorum: non pedetentim, nec considerato gradu, sed præcipites currunt ad interitum, & suum, & eorū, quos deceperint. Nec loquitur eis dominus, sed ipsi loquuntur, quasi ex ore dñi, de quibus & dicitur. Si stetissent in consilio meo: hoc est, si mecū voluissent acquiescere volūtati, & nota fecissent verba mea populo meo, nō blādientes eis, & adulatione perdentes. vt dicerēt, non habetis peccata: perfectā iustitiā possidetis: sanctitas & pudicitia, atq; iustitia in vobis tantummodo reperiuntur: & ego non tradidissem eos in immunditiam, & ignominiam: vt facerēt quæ non cōueniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplemur hæreticos, quo modo semel desperantes salutem, gulæ se tradant, & deliciis: vescantur carnibus, frequentes adeant balnea: musco fragrent, vnguentis variis deliburi quærant corporum pulchritudiné. Semel enim futura nō sperant, neque credunt in resurrectionem. Quod cum sermone non pandant, ostendunt operibus. Si enim crederent, ista non facerent. Et in hoc loco vbi scriptū est: si stetissent in consilio meo, Aquila & Symmachus, & Theodotio, & Lxx. vt supra, similiter transtulerunt.

b ¶ *Numquid Deus, &c.*] Aquila & Symmachus similiter interpretati sunt: Nūquid Deus de propinquo, siue vicino ego sum, & non Deus de longe? Lxx. vero & Theodotio sensu vertēre contrario, vt dicerent? Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non Deus de longe. Quod scilicet superiores asserant Deum non tantum vicina sed & ea quæ lōge sunt cognoscere: nec præsentia, sed futura conspicere. Isti vero vbique Deum existimant esse præsentem: nec aliquem esse locum vbi non adsit Deus. Omnibus enim, & præcipuè sanctis appropinquat Deus, quo modo si vestimentum adhærcat cuti. Peccatores autem longè recedentes ab eo peribunt. Hunc sensum & in psalmis legimus: *Quo ibo à spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, tu ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*. Amos quoque in hæc verba consentit, dicens: *Si descenderint vsque ad infernū, inde manus mea educet eos, & si ascenderint, vsque ad cœlum, inde detraham eos*. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: Et si cælauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos, Rursumque in superiori psalmo: *Quia tenebræ ait, non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, sita & lumen eius*. Quod autem in Prophetis crebro dicitur: Hæc dicit dominus: propterea semper infertur, ne contemnantur, quasi verba prophetarum, sed admoneantur iugiter Dei esse sermones quos loquuntur.

c ¶ *Audiui quæ dixerunt Prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium. atq; dicentes, &c.*] Quia superior titulus contra Prophetas est, siue ad Prophetas: quos perspicuè pseudo prophetas intelligimus. Sunt autē multa genera prophetandi, quorū vnum est somniorum (quale fuit in Daniele) idcirco & ad eos prophetalis sermo dirigitur, qui credūt somniis, & omnia quæ cernūt, putant reuelationē esse diuinam, quæ propriè sanctis, & seruis Dei aperitur. Quod si legerimus Pharao & Nabuchodonosor impios reges vidisse sōnia, quæ vera fuerint: non eorum fuit meriti, qui viderunt, sed vt per eorum occasionem sancti viri Ioseph Danielque clarescerent, & dura corda, atque indomabilia tyrannorum, propria conscientia sentirent dómini maiestatem. Sūt hodie quoque somniatores in Ecclesia, & maximè in nostro grege: qui errores suos domini iactant prophetiā, & crebro ingerunt, somniaui, somniaui, quos corripit dominus dicens: Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendaciū, & prophetantium seductiones cordis sui? Hoc autem faciunt, vt quo modo antiquus populus qui de Ægypto egressus est, oblit[a] est nominis Dei, sic & posteri eorū obliuiscātur mei. Huiuscemodi autem prophetatio nō est in nomine dñi, sed in nomine Baal, quod propriè idolum Sidoniorum est, siue Babylonium, & vicino nomine appellatur Bel.

d ¶ *Propheta, &c.*] Eorum est exponere somnium, qui Dei merentur habere sermonem, & dicere, hæc dicit dominus, quibus locutus est dominus, in quib. veritas est, & non mēdacium fraudulentum. Quid sibi volunt hæreticorum palea ad triticum Ecclesiæ? de quo Ioannes Baptista plenius loquitur: quod purget dominus aream suam, ventilabro, & paleas ventorum flatibus dispergendas, vrendasque ignibus derelinquat: triticum autem condat in horrea, vt fiat cœlestis panis, & loquatur vnusquisque credentium: *Gustate & videte quoniam suauis est dominus*. Et pulchrè doctrina peruersa paleis comparatur: quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conteruntur: Et quia solent hæretici semper prospera polliceri, & cœlorum regna peccatoribus pandere: vt dicant, parata sunt tibi regna cœlorum: potes imitari maiestatem Dei, vt absque peccato sis. Accepisti enim liberi arbitrij potestatem, & legis scientiam, per quam consequaris, quod volueris: decipiuntque blanditiis miseros, & maximè *mulierculas oneratas peccatis: quæ circumferuntur omni vento doctrinæ*: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: & omnes auditores suos adulatione decipiunt. Idcirco dominus verba sua hæreticorum palcis comparans dicit: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit dominus: & quasi malleus conterens petram? Meus enim inquit, sermo nunciat futura supplicia, vt deterreat homines à peccando, & paleis peccatorum comminatur incendium, vt hæreticorum corda dura, & instar silicis indomabilia, sermonis sui malleo conterantur: auferens cor lapideum, vt ponat pro eo cor carneum: molle videlicet, & quod possit Dei suscipere, & sentire præcepta. Tale quid & per Ezechielem dominus loquitur: quod pseudoprophetæ blanditiis suis liniant parietē absque temperamento, qui postea imbre vehementi, & veritate iudicij subruatur. Et pseudoprophetæ consuant cerucalia sub omni cubito manus: vt faciant peccatores requiescere, & nequaquam iram Dei lacrymis mitigare, Pro malleo Lxx. securim interpretati sunt: illam videlicet, de qua Baptista Ioan. loquitur, *Iam securis ad radices arborum posita est*.

In nouissimis diebus intelligetis consiliū eius.

a Non mittebā Prophetas, & ipsi currebant: nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in cōsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & à pessimis cogitationibus suis.

HEB.	SEPT.
b Nunquid Deus è vicino ego sum, dicit dominus, & non Deus delōge?	*Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non Deus de longe*:
Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit dominus?	*Si absconderit homo in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus?*
Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit dominus?	*Nunquid non cœlū & terram ego impleo, dicit Dominus?*

c Audiui quæ dixerunt Prophetæ, propherātes in nomine meo mendaciū, atq; dicentes: Somniaui, somniaui (siue vidi somnium.) Vsquequo istud est in prophetarum vaticinantium mēdacium, & prophetātium seductiones (siue volūtates) cordis sui? Qui volūt (siue cogitant) facere vt obliuiscatur popul[s] meus nominis mei propter sōnia eorū, quæ narrat vnusquisq; ad proximū suū: sicut obliti sunt patres eorū nominis mei propter Baal (siue in Baal.) d Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid

Quod cum sermone non pandant, ostendunt operibus. Si enim crederent, ista non facerent. Et in hoc loco vbi scriptū est: si stetissent in consilio meo, Aquila & Symmachus, & Theodotio, & Lxx. vt supra, similiter transtulerunt.

b ¶ *Numquid Deus, &c.*] Aquila & Symmachus similiter interpretati sunt: Nūquid Deus de propinquo, siue vicino ego sum, & non Deus de longe? Lxx. vero & Theodotio sensu vertēre contrario, vt dicerent? Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non Deus de longe. Quod scilicet superiores asserant Deum non tantum vicina sed & ea quæ lōge sunt cognoscere: nec præsentia, sed futura conspicere. Isti vero vbique Deum existimant esse præsentem: nec aliquem esse locum vbi non adsit Deus. Omnibus enim, & præcipuè sanctis appropinquat Deus, quo modo si vestimentum adhærcat cuti. Peccatores autem longè recedentes ab eo peribunt. Hunc sensum & in psalmis legimus: *Quo ibo à spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, tu ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*. Amos quoque in hæc verba consentit, dicens: *Si descenderint vsque ad infernū, inde manus mea educet eos, & si ascenderint, vsque ad cœlum, inde detraham eos*. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: Et si cælauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos, Rursumque in superiori psalmo: *Quia tenebræ ait, non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, sita & lumen eius*. Quod autem in Prophetis crebro dicitur: Hæc dicit dominus: propterea semper infertur, ne contemnantur, quasi verba prophetarum, sed admoneantur iugiter Dei esse sermones quos loquuntur.

c ¶ *Audiui quæ dixerunt Prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium. atq; dicentes, &c.*] Quia superior titulus contra Prophetas est, siue ad Prophetas: quos perspicuè pseudo prophetas intelligimus. Sunt autē multa genera prophetandi, quorū vnum est somniorum (quale fuit in Daniele) idcirco & ad eos prophetalis sermo dirigitur, qui credūt somniis, & omnia quæ cernūt, putant reuelationē esse diuinam, quæ propriè sanctis, & seruis Dei aperitur. Quod si legerimus Pharao & Nabuchodonosor impios reges vidisse sōnia, quæ vera fuerint: non eorum fuit meriti, qui viderunt, sed vt per eorum occasionem sancti viri Ioseph Danielque clarescerent, & dura corda, atque indomabilia tyrannorum, propria conscientia sentirent dómini maiestatem. Sūt hodie quoque somniatores in Ecclesia, & maximè in nostro grege: qui errores suos domini iactant prophetiā, & crebro ingerunt, somniaui, somniaui, quos corripit dominus dicens: Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendaciū, & prophetantium seductiones cordis sui? Hoc autem faciunt, vt quo modo antiquus populus qui de Ægypto egressus est, oblit[a] est nominis Dei, sic & posteri eorū obliuiscātur mei. Huiuscemodi autem prophetatio nō est in nomine dñi, sed in nomine Baal, quod propriè idolum Sidoniorum est, siue Babylonium, & vicino nomine appellatur Bel.

d ¶ *Propheta, &c.*] Eorum est exponere somnium, quiDei merentur habere sermonem, & dicere, hæc dicit dominus, quibus locutus est dominus, in quib. veritas est, & non mēdacium fraudulentum. Quid sibi volunt hæreticorum palea ad triticum Ecclesiæ? de quo Ioannes Baptista plenius loquitur: quod purget dominus aream suam, ventilabro, & paleas ventorum flatibus dispergendas, vrendasque ignibus derelinquat: triticum autem condat in horrea, vt fiat cœlestis panis, & loquatur vnusquisque credentium: *Gustate & videte quoniam suauis est dominus*. Et pulchrè doctrina peruersa paleis comparatur: quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conteruntur: Et quia solent hæretici semper prospera polliceri, & cœlorum regna peccatoribus pandere: vt dicant, parata sunt tibi regna cœlorum: potes imitari maiestatem Dei, vt absque peccato sis. Accepisti enim liberi arbitrij potestatem, & legis scientiam, per quam consequaris, quod volueris: decipiuntque blanditiis miseros, & maximè *mulierculas oneratas peccatis: quæ circumferuntur omni vento doctrinæ*: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: & omnes auditores suos adulatione decipiunt. Idcirco dominus verba sua hæreticorum palcis comparans dicit: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit dominus: & quasi malleus conterens petram? Meus enim inquit, sermo nunciat futura supplicia, vt deterreat homines à peccando, & paleis peccatorum comminatur incendium, vt hæreticorum corda dura, & instar silicis indomabilia, sermonis sui malleo conterantur: auferens cor lapideum, vt ponat pro eo cor carneum: molle videlicet, & quod possit Dei suscipere, & sentire præcepta. Tale quid & per Ezechielem dominus loquitur: quod pseudoprophetæ blanditiis suis liniant parietē absque temperamento, qui postea imbre vehementi, & veritate iudicij subruatur. Et pseudoprophetæ consuant cerucalia sub omni cubito manus: vt faciant peccatores requiescere, & nequaquam iram Dei lacrymis mitigare, Pro malleo Lxx. securim interpretati sunt: illam videlicet, de qua Baptista Ioan. loquitur, *Iam securis ad radices arborum posita est*.

Hæc ſecuris infructuoſas ſuccidit arbores, & hic malleus cõterit duriſſimos lapides. Vnde & Nahum propheta loquitur: *Furor eius*, haud dubium quin Dei, conſumet principatus, & potęstates conterentur ab eo. Hoc contra hæreticos. Cæterum de Eccleſiaſticis viris ſcriptũ eſt, quod malleus & ſecuris nõ ſint audita in domo domini. Naum.1.b 3.Reg.6.a

a ¶ *Propterea, &c.*] Semper imitatur mendacium veritatẽ, & niſi habuerit aliquam ſimilitudinem recti, decipere non poteſt innocentes. Quõmodo igitur in priori populo mentiebantur Prophetæ, atque dicebant. Hæc dicit dominus: Et vidi dominum, & verbũ domini, quod factum eſt ad illum, ſiue illum: Sic hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de veteri, & nouo teſtamento: & furantur verba Saluatoris, vnuſquiſque à proximo ſuo, Prophetis & Apoſtolis & Euãgeliſtis, & aſſumunt linguas ſuas, vt cordis venena ore pronunciet, & dormitant dormitationẽ, de quibus vere dictum eſt. *Dormitauerũt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerunt.* Siue iuxta Hebraicum: Et aiunt, dicit: vt ſubaudiatur domin⁹: aut certè ſermo diuinus. Comminatur itaq; dñs ſeipſum contra huiuſcemodi magiſtros eſſe venturũ, qui ſeducunt populũ eius in mendaciis ſuis, & in ſtupotibus, atque miraculis. Magna enim & incredibilia & ingẽtia repromittunt, vt ſeducant miſeros, qui nihil profuerũt populo Dei. Et illud implent Apoſtolicum: *docentes quæ non oportet turpis lucri gratia*: qui ſolent malis proſpera, & bonis contraria nunciare. Pſal.75.a

b ¶ *Si igitur, &c.*] Verbũ Hebraicum משא Aquila ἆρμα, id eſt, onus & pondus interpretatur: Symmachus, Lxx. & Theodotio, aſſumptionem. Vbicunque ergo graue eſt quod dñs comminatur, & plenum ponderis ac laboris, & imperabile in titulo quoq; ἆρμα, hoc eſt pondus dicitur. Vbicunque autem proſpera Dominus pollicetur, ſiue poſt comminationẽ meliora promittit: ibi viſio dicitur, vel certe verbum domini: & perſpicuum erat ex ipſo titulo prophetiæ ponderis, ſiue viſionis & verbi Dei, qualis vaticinatio ſequeretur. Quia igitur Prophetæ ſolebant populo peccatori triſtia nunciare, & comminari ſupplicia, vt eos retraherent ad pœnitentiam: clemens autem & miſerator dominus diu ſententiam differebat: putabat deceptus populus, & pſeudoprophetarum fraude ſeductus, non ventura quæ dominus minabatur, & rem ſeueram, in ludum, & iocum verterant, prophetantibuſque Prophetis quaſi irridentes, dicebant: Rurſum hic videt pondus & onus domini. Atque ita fiebat, vt nequaquam vltra viſio, ſed per iocum atque deriſum, onus & pondus appellaretur. Præcepit ergo dominus, vt ſiue populus, ſiue Propheta, ſiue ſacerdos interrogauerint Hieremiam, quid λῆμμα. d maſſa

Nunquid non verba mea ſunt ſicut ignis, dicit dominus? & quaſi malleus (ſiue ſecuris) conterẽs petram? a Propterea ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus: qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo. Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui aſſumunt linguas ſuas (ſiue dormitant dormitationẽ.) & aiunt, dicit, Ecce ego ad Prophetas ſomniantes mendaciũ ait dominus: qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendaciis ſuis, & in miraculis (ſiue ſtuporibus, atque terroribus ſuis) cũ ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. b Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos dicens, quod eſt onus domini (ſiue, quæ eſt aſſumptio Domini?) Dices ad eos: Vos eſtis onus (ſiue aſſumptio) Proiiciam quippe (ſiue allidam) vos, dicit dominus. Et propheta & ſacerdos, & populus qui dicit, onus, (ſiue aſſumptio) domini: viſitabo (ſiue vlciſcar) ſuper virum illum, & ſuper domũ eius. Hæc dicetis vnuſquiſque ad amicum ſuum, & ad fratrem ſuum: quid reſpondit dominus? & quid locutus eſt dominus (Et onus (ſiue aſſumptio) domini vltra non memorabitur: quia onus (ſiue aſſumptio) erit vnicuique ſermo ſuus. c Et peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum, Dei noſtri. Hæc dices (ſiue dicetis) ad Prophetam. Quid reſpondit tibi dominus? & quid locutus eſt dominus? Si autem onus Domini dixeritis. Propter hoc hæc dicit dominus: quia dixiſtis ſermonem iſtum, onus (ſiue aſſumptio) Domini, & miſi ad vos, dicens, nolite dicere, onus (ſiue aſſumptionem) domini. Propterea ecce ego tollam (ſiue aſſumam) vos portans, & proiiciam vos, & ciuitatem, quam dedi vobis, & patribus veſtris à facie mea: & dabo vos in opprobrium ſempiternũ, & ignominiã æternã, quæ nũquã obliuione delebitur. Matt.12.c

c ¶ *Et peruertiſtis verba Dei viuentis, domini exercituum Dei noſtri. Hæc dices*, ſiue *dicetis, &c.*] Hucuſque in Lxx non habetur. Præcepit dominus, vt nequaquam oneris, & ponderis & aſſumptionis ſermo diceretur in populo: ſed reſponſionis, & verbi Dei: quod quia populus, improbere contẽpſerat, ipſum verbum interpretatur ſuper eis, & dicit: Quoniam dixiſtis, quod nolui, & hoc, cum ſæpe Prophetas mitterẽ, & iuberem, ne diceretis: propterea ſermonem veſtrum aſſumptionis, oneris, & ponderis in vobis opere complebo. Aſſumam quippe vos, & tollã, atque portabo & allidam, ac de ſublimibus in terrã corruere faciam. Non ſolum autem vos, ſed & vrbem veſtram, quã dedi patribus veſtris. *Et dabo*, inquit, *vos in opprobrium, & ignominiam ſempiternam: quæ nunquam obliuione delebitur.* Hoc autem & tempore Babyloniæ captiuitatis factum eſſe nouimus: ſed plenius, atque perfectius poſt Saluatoris paſſionem reſurrectionemque completur, quando locutus eſt dominus: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta*, & vſque ad finem eius ſententia permanebit. Dicamus aliter duntaxat iuxta Lxx. λῆμμα non ſolum aſſumptionem ſed & donum, munuſque ſignificat. Quia igitur ſibi populus ſemper proſpera promittebat: dicit eos nequaquam vltra hoc debere dicere. Indignos enim eſſe donis Dei, atque muneribus: quin potius abiiciendos & à Dei auxilio penitus relinquendos. Ex verbis autem & interpretatione nominum, ſæpe res oſtenduntur, vt Abraham, Saræ, & Petri, & filiorum Zebedæi, vocabula commutata, ſignificant rerum mutationem, & in hoc eodẽ Propheta, Phaſhur, dicitur pauor, ſiue trãſlatio, & colonus, ſiue peregrinus. Notandũ quod verba Dei viuentis, domini exercituum, Dei noſtri, Latini & Græci codices non habeant, & Hebræi in ſuis voluminibus contra ſe legant, quod propriè myſterium ſignificat Trinitatis. Luc.13.g Sup.20.e

Commentarij quarti in Hieremiam Prophetam Finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

Ioſt. 18.29.

QVintus cõmentariorũ in Hieremiã liber, à duobus frater Euſebi calathis habebit exordiũ quorũ alter recẽtæ fidei dulcedinẽ: alter hæreticorũ perfidiæ amaritudinẽ demonſtrabit. Quãuis Ananias filius Azur repugnet Hieremiæ: & Semeias Nehelamites Prophetam mitti cupiat in carcerẽ, & Sophonias ſacerdos in pſeudoprophetarum verba coniuret: tamen veritas claudi, & ligari poteſt, vinci non poteſt: quæ & ſuorum paucitate contenta eſt, & multitudine hoſtiũ non terretur. Erige itaque cũ Moyſe ad cœlum manus, & antiquum ſerpentẽ in eremo ſuſpende: ſtatimq; & Amalech delebitur, & venenati morſus non prevalebunt: ſecuruſq; populus Domini cum Ieſu Iordanis fluenta tranſibit, & poſt vaſtam ſolitudinem, comedet panem, qui in Bethlehem noſtro natus eſt viculo. Exod.12.d Num.21.b

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER QVINTVS.

CAPVT XXIV.

STẽdit, a *&c.*] Duos cophinos, ſiue calathos bonorum & malorũ ficorũ, quidam interpretatur in lege, & in Euãgelio, ſynagoga & Eccleſia Iudæorũ populo & Chriſtianorũ, gehenna & regno cœlorũ: quorũ alterũ ad ſupplicium pertinet peccatorũ, alterum ad ſanctorũ habitaculum. Sed nos ſciẽtes iuxta Apoſtolũ Paulum, legẽ bonã & ſanctã, & mãdatũ bonũ, & ſãctũ, & vnum eſſe vtriuſq; teſtamẽti Deũ: vel ad eos magis referam⁹, qui in aduẽtu dñi Saluatoris crediderunt, & nõ crediderũt, vt quia ſcribis & Sacerdotib. cõcitati clamauerũt dicẽtes: *Crucifige, crucifige talẽ*, ſint calathus ficorũ malorũ: Qui v. poſt aſcẽſionẽ eius de populo crediderũt: ad bonas ficus & ad calathũ cophinũque optimũ referãtur. Simplicẽ autẽ & verã ſequamur hiſtoriam, q̃ bonorũ ficorũ calathũ dixerit Iechoniã, qui ſe Hieremiæ cõſilio & imperio Dei, tradiderat regi Babylonio: cui & proſpera dñs pollicetur. Malarum autẽ Sedechiã: qui cõtradicẽs ſententiæ Dei captus ſit, cæcatuſq; oculis ductus eſt in Babyloné: ibiq; mortuus eſt. Intantũ autẽ De⁹ poſuit oculos ſuos in bonũ, qui imperio eius acquieuerũt, & reduxit illos in terrã ſuã, & ædificauit & non deſtruxit, & plãtauit, & nõ euulſit, dediteq; eis cor, vt ſcirẽt eũ, q̃ ipſe eſſet dñs, & fierẽt illi in populũ, & ipſe eis eſſet in Deũ, vt etiã in captiuitate poſuerit oculos ſuos ſuper illos: & exercere terram, ædificare domus, plãtare pomaria in Babylonia regione permiſerit: Daniel ſignorũ miraculis, de captiuo ſubito princeps factus ſit: Et tres pueri glorioſe de fornacis incẽdio liberati ſint. Et expletis annis ſeptuaginta ſub Zorobabel, & Ieſu ſacerdote magno, & Ezdra, ac Neemia, plurima pars reuerſa ſit Hieruſalẽ: quorũ numerus in eiuſdẽ Ezdræ volumine cõtinetur. Notandũ quoq;, quod hæc viſio, Sedechiæ tẽporib. facta ſit ad prophetã, poſtq̃ Iechonias ductus eſt in tranſmigrationem. Non enim dixit captiuitatẽ: quia ſe vltro tradiderat. Fabros autẽ & incluſores: vel legis interpretes, atq; doctores debemus accipere: vel artifices incluſoreſq; auri atq; gemmarum, quæ ars apud Barbaras nationes precioſiſſima eſt. Pro, incluſoribus Lxx vinctos interpretati ſunt, vt captiuitatis ſignificarẽt malũ, & de ſuo addidere diuites, φ in Hebraico nõ habetur. Cõparat autẽ calathum, qui bonas ficus habebat, & bonas nimis, fic⁹ primi temporis, q̃ Græcè appellantur πρόιμα, Abrahæ videlicet, Iſaac, & Iacob & Moyſi & Aarõ & Iob, & cæteris ſãctis viris: de quibus vnus de duodecim loquitur prophetarũ. Sicut vuam in deſerto inueni Iſrael, & ſicut ficus in ficulnea inueni patres eorum. Vnde & nos appellamur filij Abrahã, & econtrario dicitur ad Iudæos: Si pater veſter eſſet Abrahã, faceretis opera eius. Hi autẽ calathi qui bonas habebant & malas ficus, non erant foris, & extra Eccleſiam, ſed ante tẽplum domini, eo quod cũcta illius ſcientiæ pateant, nec tãtam habẽt amaritudinẽ hæ ficus, quæ foris ſunt, quãtũ illæ, quæ poſt confeſſionẽ fidei præuaricatione mutatæ ſunt. Nec tãta ſuauitatẽ bonæ ficus, quæ non ſunt in cõſpectu templi Dei, quales fuerũt mũdi Philoſophi qui naturali bono & intelligẽtia creatoris, non tam viſi ſunt ſequi, quã laudare virtutes: quantã habẽt ſuauitatẽ ficus, quæ ſunt in tẽplo Dei quarum fuerũt Prophetæ, & Apoſtoli, de quibus vna ficus loquebatur: *Lac vobis dedi, non ſolidum cibum.* Et: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis.* Vnde dicitur quod in conſpectu templi Dei, ficus bonæ, fuerint bonæ valde, & ficus malæ, fuerint malæ valde. Ac ne putemur noſtrũ ſenſũ ponere, ipſa ſcriptura ſe pãdit. *Sicut*, inquit, *ficus hæ bonæ, ſic cognoſcã trãſmigrationẽ Iuda quã emiſi de loco iſto in terrã Chaldæorũ, in bonũ*: Iechoniã & principes qui cũ eo capti ſũt ſignificãs. Et ecõtrario de calatho, qui malas habebat ficus. *Et ſicut ficus*, ait, *peſſimæ, quæ comedi nõ poſſunt, eo quod ſint malæ: Sic dabo Sedechiam regem Iuda & principes eius*, & eos, qui in Ægyptũ tranſfugerunt, & qui remanſerunt in vrbe hac, in vexationẽ, afflictionẽq; omnib. regnis terræ: quoniã in Ægypto quoq; capti ſunt, & Nabuchodonoſor poſuit

Matt.12.c Luc.23.e Rom.7.c Osee 9.c Ioan.8.e 2.Cor.3.c Gal.4.c

OMen ſtatuit a mihi dominus: & ecce duo calathi (ſiue cophini) pleni ficis poſiti ante templũ domini: poſtquã trãſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & principes eius, & fabrũ, & incluſorem de Hieruſalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe primi temporis: & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi nõ poterãt, eo quod eſſent malæ. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Hieremia? Et dixi ficus, fic⁹ bonas, bonas valde, & malas, malas valde, quæ comedi nõ poſſunt, eo quod malæ ſint. Et factũ eſt verbũ domini ad me dicẽs, Hæc dicit dominus Deus Iſrael. Scut ficus hæ bonæ, ſic cognoſcã tranſmigrationẽ Iuda, quã emiſi de loco iſto, in terram Chaldæorum, in bonum. Et ponã oculos meos ſuper eos in bonum: & reducam eos in terrã hanc, & ædificabo eos, & nõ deſtruã: & plantabo eos, & nõ euellã. Et dabo eis cor, vt ſciãt me, quia ego ſum dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ: quia reuertẽtur ad me in toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſſunt, eo quod ſint malæ: hæc dicit dominus, ſic dabo (ſiue tradã) Sedechiã regẽ Iuda, & principes eius, & reliquos de Hieruſalẽ, qui remanſerunt in vrbe hac, & qui habitãt in terra Ægypti. Et dabo eos in vexationem, afflictionemq; (ſiue diſperſionem) omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in prouerbium, & in fabulam, & in maledictum in cunctis locis ad quæ eiecero eos. Et mittam in eos gladium, & famem, & peſtilentiam, donec conſumantur de terra quam dedi eis. Et locutus ſum ad Hieremiam in Maſphath, dicens: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael, ad omnes captiuos, quos tranſtuli de Ieruſalem in Babylonem. Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite vxores, & generate filios & filias: & date filiis vxores, & filias viris, vt pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite minui. Et quærite pacem ciuitati, ad quam tranſtuli vos, & orate pro ea ad dominum: quia in pace eius erit vobis pax. Quia hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ne forte decipiant vos prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtri, & diuinatores veſtri: & nolite audire ſomnia quæ vos ſomniare faciunt. Quia falſa vobis prophetant in nomine meo: & non miſi eos, dicit dominus. Quia hæc dicit dominus: Poſtquam impleti fuerint in Babylone anni ſeptuaginta, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reuertar vos ad locum iſtum. Ego enim cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, vt det vobis finem optatum. Et inuocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos. Et quæretis me, & inuenietis me: cum quæſieritis me in toto corde veſtro. Et inueniri a vobis, dicit dominus, & reuocabo captiuitatem veſtram, & congregabo vos de cunctis gentibus, & de cunctis locis, in quibus eiecerunt vos ibi dominus, dicit dominus: & reducam vos in locum de quo tranſtuli vos. Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis dominus prophetas in Babylone. Hæc dicit dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitantem in ciuitate hac, fratres veſtros, qui non egreſſi ſunt vobiſcum in captiuitatem. Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego mittam in eos gladium, & famem, & peſtilentiam: & faciam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eo quod ſint malæ. Et perſequar eos in gladio, in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in fabulam, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas eiecero eos. Eo quod non audierint verba mea, dicit dominus, quæ miſi ad eos ſeruos meos prophetas, de manu & de nocte conſurgens: & non audiſtis, dicit dominus. Vos ergo audite verbum domini omnis captiuitas, quam miſi de Ieruſalem in Babylonem. Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael, ad Achab filium Colaiæ, & ad Sedechiam filium Maaſeæ, qui prophetant vobis mendacium in nomine meo: Ecce ego dabo eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & percutiet eos coram oculis veſtris. Et ſumetur ab eis maledictio omnibus captiuis Iuda, qui ſunt in Babylone, dicentibus: Det tibi dominus ſicut Sedechiæ, & ſicut Achab, quos aſſauit rex Babylonis igni. Eo quod fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſint cum vxoribus proximorum ſuorum, & locuti ſint verbum mendax in nomine meo, quod non præcepi eis: ego ſum ſciens, & teſtis, dicit dominus. Et Semeiæ Nehelamiti dices: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael, dicens: Eo quod miſeris in nomine tuo epiſtolas ad omnem populum, qui eſt in Ieruſalem, & ad Sophoniam filium Maaſeæ ſacerdotem, & ad omnes ſacerdotes, dicens: Dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiada ſacerdote, vt ſis præpoſitus in domo domini, omni viro furioſo, & qui prophetat, vt mittas eum in nerum, & in compedes. Et nunc quare non increpaſti Hieremiam Anathothitem, qui prophetat vobis? Eo quod miſerit ad nos in Babylonem, dicens: Longum eſt. Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Et legit Sophonias ſacerdos epiſtolam hanc in auribus Hieremiæ prophetæ. Et factus eſt ſermo domini ad Hieremiam, dicens: Mitte ad omnem captiuitatem, dicens: Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamiten: Eo quod prophetauerit vobis Semeias, & ego non miſi eum, & confidere vos fecerit in mendacio: propterea hæc dicit dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Nehelamiten, & ſuper ſemen eius. Non erit ei vir habitans in medio populi huius, & non videbit bona quæ ego facturus ſum populo meo, dicit dominus: quia prævaricationem locutus eſt contra dominum.

in Taphnis solium suũ, misitq; super eos dominus gladium, famem & pestem, donec consumerentur de terra, quã dedi patrib. corũ. Quod autem dicit de ficis bonis: *Dabo eis, cor, vt sciant me, quia ego sum dominus*: illi simile est Apostolico: *Deus est qui operatur in vobis, & velle, & perficere*, quod non solũ opera, sed & volũtas nostra Dei mittatur auxilio. Delirat in hoc loco allegoric⁹ sẽper interpres, & vim cupiens historicæ facere veritati, de cœlesti Hierusalẽ captos refert, atq; trãslatos in terrã Chaldæorũ: rursumq; ad locũ pristinũ reuersuros: vt Hieremiã, & cæteros sanctos Prophetas, alios vero qui peccatores fuerint, in terra hac & in valle lacrymarum esse morituros. Totam visionis huius simul posui πρικοπὴν, ne sensum in expositione diuiderem.

CAPVT XXV.

VErbum, &c.] Hæc priora sunt præterita visione: Illa n. sub Sedechia facta est, postquã Iechonias trãslatus est Babylonẽ, hæc autem sub Ioakim filio Iosiæ, & patre Iechoniæ. Nõ enim curæ erat (vt ante iam dixi) prophetis tempora conseruare, quæ historiæ leges desiderant: sed scribere vtcunq; audientib. atq; lectorib. vtile nouerant. Vnde & in psalterio male quidam iuxta textum historiæ psalmorum requirunt ordinem, quod in lyrico carmine non obseruatur.

b ¶ *Ipse est, &c.*] Quarto anno regis Ioakim filij Iosiæ patris Iechoniæ, Nabuchodonosor in Babylone suscepit imperiũ: atque ita factũ est, vt annus qui prim⁹ erat Nabuchodonosor in Babylone, quartus esset in Hierusalem regis Ioakim. Deniq; octauo anno regni sui, Iechoniã cum matre & principib. duxit in captiuitatem: qui tribus tantũ post interfectionem patris Ioakim regnarat mensibus. Interfectus est autem Ioakim vndecimo anno regni sui in Hierusalem.

c ¶ *A tertio, &c.*] Tertiodecimo anno regis Iosiæ, qui regnauit in Hierusalẽ annos triginta & vno, Hieremias prophetare exorsus est, & prophetauit sub eo annis decem & nouem cui successit in regnũ filius ei⁹ Ioachaz: Quo statim ducto in captiuitatẽ à Nechao rege Ægyptiorũ, regnũ obtinuit Ioakim frater eius. In cuius regni quarto anno, iste ad Hieremiã fit sermo dñi, ac per hoc vigesimus tertius annus erat Hieremiæ prophetæ, ex quo loqui ad populũ cœpit, & nũquam prædicare cessauit, sed singulis dieb. diluculo, & de nocte cõsurgẽs, loquebatur ad populũ. Et nõ, inquit, audistis: Sin autẽ, vt noui ex veteribus hæretici volũt, lex semel in adiutoriũ data est, & cõstituta præcepta, quæ nostri arbitrij voluntate, vel facimus, vel non facimus, quo modo propheta se semper ingerit, & quotidie replicat mandata Dei, quæ vtiq; semel accepta, sufficerãt eis quibus data fuerant: nisi vt hoc ostendat, Dei nos semper indigere auxilio; & nunquam posse sufficere, quod semel datum est: nisi quotidie domini admonitione renouetur?

d ¶ *Et misit, &c.*] Non per vnũ prophetã, sed per omnes populũ suũ Deus semper admonuit, & quasi ipse in vigiliis atq; excubiis constitutus, surrexit diluculo, vt suũ populum commoneret. *Et non*, inquit, *audistis*, vt quãto crebrior admonitio, tanto contemnentium fuerint peccata maiora.

e ¶ *Neq; inclinastis, &c.*] Tanta fuit duritia populi, vt ne habitũ quidẽ audientis assumeret, & inclinaret aurem suam: præcipuè domino cõmonente vt reuerteretur vnusquisq; à via sua mala, & à pessimis cogitationibus suis. Et, ô infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad pœnitentiam prouocare, tam malorũ operum, quæ significat via mala, quam pessimarum cogitationum, quæ & ipsæ absque opere reputantur in peccatũ. Et promittit præmium, si fecerint, quod præceptum est: vt habitent in terra, quæ data sit patribus, & propter filiorum vitia sublata. Quodq; ait: A sæculo, & vsque in sæculum, siue ab æterno, & vsque in æternũ, ostendit Dei dona perpetua, si digni extiterint his quibus data sunt.

f ¶ *Et nolite, &c.*] Et hæc, inquit, monebã cum superioribus, ne diis alienis seruiretis, & adoraretis eos, & ne ista faciẽdo me prouocaretis ad iracundiã propter opera manuum vestrarum, vt facerem, quod nolebam, & affligerem vos, & non audistis me: Quodque sequitur: *Dicit dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum*, in Lxx. non habetur.

g ¶ *Propterea, &c.*] Quia me ad iracundiam prouocastis, & feci stis malum in interitum vestrum, & prouocantem ad pœnitentiam, superbo calcastis pede: mittam, inquit ad vniuersas cognationes, siue nationes Aquilonis, & adducam principem earum Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Mittit autẽ dominus, vel angelos, vt concitent gentes, vel certè huiusmodi mouet cognationes, vt faciant dñi voluntatem. Quodq; vocat seruum suum Nabuchodonosor, non sic seruus vocatur, vt Prophetæ, & omnes sãcti, qui vere seruiunt domino: sed quod in euersione Hierusalem, domini seruiat voluntati, secundum quod & Apostolus loquitur, *Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare*. In Aquilonis autem parte esse Chaldæos iuxta situm Hierusalem, nulli dubium est. 1.Tim.1.d

h ¶ *Et adducam, &c.*] Ista sunt præmia contemptorum, & Dei verba audire nolentiũ. Quidquid igitur mali super nos adducitur, nostra peccata fecerunt. Omnesq; gentes, vt tunc adductæ sunt cõtra Hierusalem, sic hodie adducuntur contra Ecclesiam negligentem, vt interficiat eos, & ponat in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas, vt exemplo sint omnium, atq; miraculo. Sibilus autem, miraculi, & stuporis indicium est: & solitudo sempiterna in his deprehenditur, qui præsidem non habent Deum.

i ¶ *Perdamque ex eis vocem, &c.*] Hoc in conciliabulo malignantium & hodie comprobatur, vt magistri eorum non doceant verbum Dei, sed instar colubri sibilent. Peritque in eis vox gaudij, voxque lætitiæ, vt nunquam audiant illud Apostoli: *Gaudete, iterum dico gaudete*, Vox quoq; sponsæ, Ecclesiasticæ fidei, & vox sponsi, Domini Saluatoris. *Qui enim habet sponsam, sponsus est*. Vox molæ, vt non conterantur in ea frumenta, & populis vescenda tribuantur. Phil.4.d Ioan.3.d

Et lu-

Et lumen lucernæ: doctrina videlicet & scientia prophetarũ. Deniq; & de Ioanne Baptista dicitur: *Ille erat lucerna lucens*, Et alius propheta: *Lucerna*, inquit, *pedibus meis verbũ tuũ domine: & lux semitis meis*. Vniuersa, inquit, terra hæreticorũ est in solitudinẽ, & in stuporem, cum nouissimũ eius insipiens fuerit demonstratum. Phil.1.f Psal.118.a

a ¶ *Et seruient, &c.*] Sicut Hierusalem post septuaginta annos recipit pristinos habitatores, & expletis suppliciis, quia obediuit sententiæ Dei, felicitate pristina perfruitur, sic rex Babylonis, qui elatus est in superbiã, & suarum arbitratus est viriũ, quod regnauit in gẽtib. & non domini voluntatis, Medis, Persisque venientibus destruetur. Deniquevsq; hodie vrbis Babylonis reliquiæ tantum manent. Et posuit illam dominus in solitudinem sempiternam: & impleuit omnia verba quæ in istius ipsius Prophetæ volumine continentur. Nam in consequentibus, quæ mala passura sit Babylon, Hieremiæ sermo describit.

b ¶ *Quia, &c.*] Hoc in Lxx. non habetur. Significat autem quod non solum contra Babylonem prophetauerit Hieremias, sed cõtra cæteras gentes quæ in Babylonio fuerãt exercitu, & contra domini populũ dimicarunt. Denique in sequẽtib. dicitur contra Ægyptum, & Philistim, & Moab, & Ammon, & Idumæam, & Damascum, & Cedar, & regna Asor & Elam, & ad extremum contra Babylonem terramque Chaldæam.

c ¶ *Quia sic, &c.*] Propinatio calicis & calicis meri, siue non misti, quæ Græcè dicitur ἀκράτου, dominici furoris indiciũ est, vt omnes gentes quæ contra Dei populũ militarunt, bibant de calice furoris domini, de quo scribit Esaias contra Hierusalem: Cyphum furoris, calicem ruinæ ebibisti, & euacuasti, propterea consurge. Iste autem calix idcirco bibitur à cunctis gentib. vt vomant & insaniant. Quod quidã prauus interpres in bonã partẽ accipit: vt instar catharticæ potionis quicquid choleræ & pituitæ, & noxij humoris in pectore est, foras exire cõpellat, & restituat pristinam sanitatem. Pro Hieremia quoq; Saluatorẽ accipit: quod ipse cunctis gentib. propinarit, ad quas & missus sit: vt abiecta idololatria, Dei se cultui dedicarent. Quod contrarium esse scripturæ sanctę monstrabunt sequentia. Non enim pro remedio, vt ille vult, sed pro pœna meraco calice propinatur. Esa.51.f Infr.25.c

d ¶ *Hierusalem & ciuitatibus, &c.*] Putabam, inquit, quod solis gentibus propinarem, & ideo me huic ministerio lætus obtuleram, sed inter cæteras gentes, imo ante cæteras, propinaui Hierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus, vt darem eos in stuporem, & in solitudinem & in sibilum, & in maledictionem, sicut & præsenti probatur exemplo. Vnde dicit & supra: *Seduxisti me domine, & seductus sum, inualuisti & potuisti*. Sup.20.b

e ¶ *Pharaoni, &c.*] Post Hierusalẽ bibit Pharao rex Ægypti & socij eius: biberunt principes & vniuersus populus cũctusq; qui non quidem est Ægyptius, sed in eius regionibus commoratur: quos Lxx. vertêre συμμικτους, id est mysticos; vulgus nõ Ægyptiæ regionis, sed peregrinũ & aduẽtitium.

f ¶ *Et cunctis, &c.*] Quæ Hebraicè appellatur עוץ, de qua & Iob fuisse narrat historia: *Homo quidã erat in regione Austitidi, nomine Iob*. Et tamen sciendum hunc versiculum in Lxx. non haberi: Theodotionemque pro Hus interpretatum esse insulam. Iob.1.a

g ¶ *Et cunctis, &c.*] Generaliter posuit Philistim, hoc est, terram Palæstinorum, & specialiter vrbes eorum, Ascalonem, Gazam, Acaron Azotũ, solam tacuit Geth, quæ continetur in reliquiis. Hoc est enim quod scriptum est: Et reliquiis Azoti: vicina enim atque confinis est Azoto, quæ Hebraicè dicitur אשדוד, regio vrbis Geth. Palæstinos autẽ à Babyloniis captos atque vastatos, scribit Esaias. Esaie 14.g Infr 47.a

h ¶ *Idumææ & Moab, &c.*] Idumæa, in qua sunt montes Seir, & quæ Hebraicè appellatur אדום Moab, & Ammõ: ipsi sunt filij Lot, proximi maris mortui. Tyrus & Sidõ in Phœnices litore principes ciuitates, quæ & ipsæ Babylonio veniente superatæ sunt, quarũ Cartago Colonia. Vnde & Pœni sermone corrupto quasi Phœni appellantur: quorum lingua, Hebrææ linguæ magna ex parte confinis est.

i ¶ *Et regibus, &c.*] Trãs Cyprũ & Rhodũ & insulas, quæ appellantur κὶτιεῖς. Et hæ n. à Babyloniis occupatæ sunt.

k ¶ *Et Dedan, &c.*] Hæ gentes in solitudine sunt, vicinæ & mistæ regionibus Ismaelitarũ, quos nunc Sarracenos vocant, & de quibus dicitur: qui attonsi sunt in comam.

l ¶ *Et cunctis regibus, &c.*] Hoc in Lxx. nõ habetur. Post Dedan igitur & Theman, & Buz & Ismaelitas, regionum ordinem sequitur.

m ¶ *Et cunctis, &c.*] Hoc quoque in Lxx. non habetur.

n ¶ *Et cũctis, &c.*] Ex eo quod Zamri sequitur Elam, regesq; Medorum: arbitramur & Zãri regionem esse Persidis nisi forte ex eo quod præcessit Arabia, & hi reges solitudinis accipiendi sunt. Elam autem regio Persidis trans Babylonem. Vnde & Elamitæ. Medi quoq; atq; Persæ, à quibus capta & destructa est Babylon. Et ipsi enim meracum calicem Alexandro rege Macedonum propinante portarunt.

o ¶ *Et cũctis, &c.*] Quia Persidis & Babylonis, Elam atque Medorum enumerauerat regiones: nunc generaliter ponit omnes reges Aquilonis, qui prope sunt & qui longe. Pro Aquilone, qui Hebraicè dicitur צפון Lxx. vertêre ἀφηλιώτην: quem nos subsolanum possumus dicere. c sapho m

p ¶ *Vnicuique, &c.*] Ne cũctas orientalis prouinciæ regiones enumerare per partes longum fieret, generaliter posuit omnia regna terræ, quæ memorantur in terra. Quod autem dixit contrà fratrem suum, subauditur: dedi meracam potionem: vt omnes furerent, vomerent, insanirent, & mutuis inter se prælijs dimicarent. Quodque intulit.

q ¶ *Et rex, &c.*] Et in Lxx. nõ habetur: hunc habet sensum: Omnes, inquit, in circuitu nationes Babylonio imperio subiacebũt, & cũcta suæ subiiciet potestati, ita vt vniuersæ, quas præteritus sermo narrauit, gentes, ipsi seruiant & bibant de calice eius: Vnde & in visione contra Babylonem Infr.51.a

a Et

opprobrium, & in parabolam, & in prouerbiũ, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos. Et mittam in eos gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

VErbũ quod factum est ad Hieremiam de omni populo Iudæ (siue super omnẽ populum Iuda) in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda: b Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Quod locutus est Hieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Hierusalem, dicens: c A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammõ regis Iuda, vsque ad diem hanc, iste est tertius, & vicesimus annus, factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgẽs, loquens, & non audistis. d Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, consurgens diluculo mittensque, & non audistis. e Neque inclinastis aures vestras, vt audiretis, cũ diceret: Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationib. vestris: & habitabitis in terra, quam dedit dominus vobis & patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. f Et nolite ire post Deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos, neque me ad iracundiã prouocetis in operibus manuum vestrarũ, & non affligam vos. Et non audistis me, dicit dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum. g Propterea hæc dicit dominus exercituum: Pro eo quod non audistis verba mea, ecce ego mittã, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istã, & super habitatores eius, & super nationes omnes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilũ, & in solitudines sempiternas. i Perdamq; ex eis vocẽ gaudij, & vocẽ lætitiæ, vocem sponsi & vocẽ sponsæ, vocẽ molæ, & lumen lucernæ. Et erit vniuersa terra hæc in solitudinẽ & in stuporem. a Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis, septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint anni septuaginta, visitabo super regẽ Babylonis, & super gentem illã, dicit dominus, iniquitatem eorum, & super terrã Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducã super terrã illã omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam omne quod scriptũ est in libro isto: quæcũque prophetauit Hieremias aduersũ omnes gẽtes. b Quia seruierũt eis cũ essent gẽtes multæ, & reges magni: & reddã eis secundũ opera eorũ, & secundũ facta manuum suarum. c Quia sic ait dominus Deus Israel ad me: Sume calicẽ vini furoris (siue meri) huius de manu mea, & propinabis de illo cũctis gentibus, ad quas ego mittã te: & bibẽt, & turbabũtur (siue vomẽt) & insanient à facie gladij, quẽ ego mittã inter eos. Et accepi calicem de manu domini, & propinaui cunctis gẽtibus, ad quas misit me dominus: d Hierusalẽ & ciuitatibus Iuda, & regib. eius, & principib. eius, vt darẽ eos in solitudinẽ, & in stuporẽ, & in sibilũ & in maledictionẽ, sicut est dies ista: e Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuersis generaliter: f Et cunctis regibus terræ Ausitidis: g Et cunctis regibus terræ Philistim & Ascalonis, & Gaze & Accaronis, & reliquiis Azoti. h Idumææ, & Moab, & filius Ammon, & cunctis regibus Tyri & vniuersis regibus Sidonis i Et regib. insularũ quæ sunt trans mare. k Et Dedan & Theman, & Buz, & vniuersis qui attõsi sunt in comam. l Et cũctis regibus Arabiæ, & cũctis regibus occidẽtis, qui habitãt in deserto: m Et cunctis regibus Zamri, n Et cunctis regibus Elam, cũctisque regibus Medorum. o Et cũctis regibus Aquilonis de prope & de longe. p Vnicuique cõtra fratrẽ suũ, & omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt. q Et rex Sesach bibet post eos.

4.Reg. 2.Par.36.a 4.Reg.24.a 4.Reg.22.a 4.Reg.23.f Ibidem.g

Phil.2.b

scribitur: *Calix aureus Babylon inebrians omnẽ terrã.* Nouissimus autẽ rex Babylonis bibet hanc potionẽ, propinante sibi ascensore bigæ, cameli, & asini Cyro rege Medorum, atq; Persarũ. Quo modo autẽ Babylon quæ Hebraicè dicitur d בבל, intelligatur e ששך: non magnopere laborabit, qui Hebrææ linguæ paruã saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcum alphabetum vsq; ad nouissimam literam per ordinem legitur hoc est α, β & cætera vsq; ad ω, rursumque propter memoriã paruulorum solemus lectionis ordinẽ vertere, & primis extrema miscere, vt dicamus αω, βψ: sic & apud Hebræos primum est f א, secundum g ב, tertium h ג vsq; vigesimũm secundam, & extremam literam i ת, cui penultima est כ ש. Legimus itaque l שׁאת: Cũque venerimus ad medium, m ל literæ, occurrit נ, & vt si recte legatur, legimus Babel, ita ordine commutato legimus Sesach. Vocales autem literæ inter o ב & p כ, & q ל iuxta idioma linguæ Hebrææ in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorque à sancto propheta prudenter fuisse celatum, ne aperte eorum contra se insaniam commoueret, qui obsidebãt Hierusalem, & iam iamque eius potituri erant. Quod & Apostolum contra imperium Romanum fecisse legimus, scribentem de Antichristo: *non meministis quodcũ apud vos essem, adhuc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore,* subauditur Antichristus. *Iam enim mysterium iniquitatis operatur: tãtum qui tenet modo, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui.* Eum qui tenet, Romanum imperium ostendit. Nisi enim hoc destructum fuerit, sublatumque de medio, iuxta prophetiam Danielis, Antichristus ante non veniet. Quod si aperte dicere voluisset, stulte persecutiones aduersum Christianos, & tunc nascentem Ecclesiam, rabiẽ concitasset. Longius quam commentariorum breuitas patitur, de hoc capitulo diximus: quod Græci forsitan Latinique fastidient, quia in suis codicibus non habetur. Sed quid proderit cum in consequentibus hic ipse Propheta dicat: Quo modo capta est Sosach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quo modo facta est in stuporem Babylon inter gentes? Allegorici interpretes istum omnem locum ad cunctas referunt nationes, quas inebriauerit diabolus calice peccatorum meracissimo. Et nouissimum etiam ipsum bibiturum supplicia atque cruciatus: de quo scribit Apostolus: *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Et in alio loco dicit: *Nouissimus autem inimicus destruetur mors.* Quod magnarum virium est posse diuersarum vocabula nationum transferre sub etymologiis suis, & singula vitia, singulis nominibus coaptare.

a ¶ *Et dices, &c.*] Postquam, inquit, cunctis gentibus propinaueris, & impleueris præceptum domini, rursum hæc verbis domini imperabis, & dices: *Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, & nolite consurgere.* Si bibere & inebriari, vomere, & cadere salutis indicium est, vt instar catharticæ potionis noxia quæque pellantur: quo modo sequitur, & nolite consurgere? Quæ sit autem potio quæ eos cadere faciat in æternum, ponit manifestius, id est, à facie gladij, quem ego mittam inter vos.

b ¶ *Cumque noluerint accipere, &c.*] Latenter ostendit præceptum qui Dei voluntate facere noluerint, susceptu ros necessitate, & audituros: *Bibentes bibetis.* Velitis, inquit, nolitis, Dei sententia complenda est. Si enim ciuitas Hierusalẽ, in qua notũ fuit nomẽ Dei, dicente Propheta: *Notus in Iudæa Deus: in Israel nomen magnum eius*: bibit meracum calicem furoris: quanto magis vos non eritis mundi, qui pro Dei nomine idola colitis?

c ¶ *Gladium enim, &c.*] Ista est potio meracissima: iste calix furoris domini, qui non super solam Hierusalem, sed super omnem vocatur terram, & cunctas in circuitu nationes. De quo supra dixerat: *Et mittam ad Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum, & adducam eum super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt.*

d ¶ *Et tu, &c.*] Primum dicamus, vt se interpretationis veritas habet. Cunctis, inquit, gentibus prophetabis, & dices: quod dominus de excelso rugiat, hoc est, det sui furoris indicium: iuxta illud quod scriptum est: *Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus loquutus est, & quis non prophetabit?* Et de habitaculo sancto suo dabit vocem suã, vt cunctos terreat audientes. Rugiet autem super decorem suum, hoc est, super templum. Cumq; ille rugierit, instar calcantium in torcularib. celeuma cantabitur: & in effusione sanguinis mutui, carmen lugubre cõcinetur: quod Symmachus, κατάλυμμα, Aquila ἰασμὸν vocat. Cuius celeumatis, & carminis sonitus vsq; ad terræ extrema peruenietq; in iudicium domini cum gentibus. Si autem iudicium domini cum gentibus est, sunt & gentium merita diuersa: Ad exponendum illum locum, vt quidã volũt. *Qui non credit, iam iudicatus est.* Iudicatus quidẽ est in eo, quod non credidit, sed ipsi, qui non credunt inter se, diuersis afficientur suppliciis. Iudicatur ipse cum omni carne, vt nullus iniudicatus abeat. Impios autem, hoc est, qui domino nõ credunt, tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc locum sic edisserunt, vt ad bonam partem referant, apertam domini comminationem. *Dominus*, inquiunt, *de excelso responsum dabit*, his videlicet quos saluaturus est. *Et de loco sancto suo dabit vocem suam, respondebit q; sermonem in loco suo.* Illi autem quasi vindemiantes pleni fructibus illius sententiæ respondebunt. Super omnes habitatores terræ: Veniet interitus non super vniuersam terram, sed super partem terræ, eorum videlicet qui non credunt. Iudicium enim erit in gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne Impij autem tradentur gladio.

e ¶ *Hæc dicit, &c.*] Erubescant qui vim scripturæ sanctæ facere conantur, in bonam partem ea, quæ comminationis plena sunt, differentes. De hoc autem loco puto dixisse & dominum: *Consurget gens aduersus gentem, & regnum contra regnum* & cætera, quæ in ipsius Euangelij sententia continentur. Intelligamus autem hæc facta iuxta historiam, quando à rege Babylonio cunctæ nationes in circuitu subiugatæ sunt, & imperium eius sensere crudele. Vel iuxta prophetiam longo post tempore in consummatione mundi futura. Dicunturque interfecti à domino: non quod dominus ipse percutiat, sed quod in interitu pessimorum voluntas & imperium domini compleatur.

f ¶ *Vlulate siue, &c.*] Notandum quod in hoc tantum loco Lxx. iubilum, in malam partem posuerunt: pro quo alij interpretes, vlulatũ (vt in Hebræo scriptum est) transtulêre. Inter pastores & arietes, siue optimates gregis ista distantia est: quod pastores rationalium sunt: arietes autem & optimates referuntur ad diuites, qui & ipsi pars gregis appellãtur. Quodq; infert: *Cõpleti sunt dies vestri, vt interficiamini.* Tunc complebuntur dies eorum, q̃n fuerint peccata completa: & dispergentur & cadent, sicut vasa pretiosa: vt confracta non valeant instaurari: & quanto fuêre pretiosa, tanto maius eorum in confractione sit dãnum: siue quasi arietes electi, vt pinguis hostia sit deuorare cupientiũ. *Peribit*, inquit, *fuga à pastoribus*, quando non egerint pœnitentiam. Denique dicitur ad Pharisæos, *Genimina viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Et in psalmis legimus: *Periit fuga à me. Et saluatio*, inquit, *ab optimatibus gregis*, siue arietibus: ἀπὸ κριῶν subauditur, peribit.

a ¶ *Vox clamoris, &c.*] Et hic notandum, quod apud Lxx. iubilum pro vlulatu positum sit. Inter pastores autem & arietes, ista diuersitas est, quod pastores putentur in Ecclesia, qui præsunt gregi cum sapientia & eruditione, atque doctrina. Arietes vero, qui principes quidem videntur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ, atque sapientiæ, & per nimiã simplicitatem propemodũ stultitiæ vicini sunt. Quando autem habuerimus pacem, & non intellexerimus, vel bona, vel spetiosa pacis: sed luxuriæ nos & otio, & voluptatib. dederimus, tunc cõquiescent, siue conticescent bona pacis, & auferẽtur à vobis propter iram furoris domini, & implebitur illud quod scriptũ est. *Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*, quo veniente, omnia conticescent.

b ¶ *Dereliquit quasi leo vmbraculum (siue cubile) suum, &c.*] Dominus, de quo supra dixerat: *de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorẽ suum*: ipse derelinquet tabernaculum suum: de quo scriptum est: *Factus est in pace*, siue *in Salem locus eius, & habitatio eius in Sion.* Ipse relinquet sedem suam: & complebit quod per eundem hunc prophetam loquutus est: *Dimisi domum meã, dereliqui hæreditatem meam.* Reliquit autem quasi leo cubile suum, vt omnes bestiæ, vastandi terram eius habeant potestatem. Leone enim custode & præside, nullus ad eandem audet accedere. *Facta est*, inquit, *terra eorum* (haud dubium quin vel populi Iudæorum, vel certè vniuersarum gentium) *in desolationem, & in inuium à facie iræ columbæ.* Non mirabitur columbam domini intelligi Nabuchodonosor qui supra eum vocari seruum domini legerit. Pro quo Lxx. transtulerunt. gladium magnum. Licet columbam, & in persona Hierusalem possimus accipere: quod irascatur & tristis sit se Leonis sui perdidisse custodiam, & terram suam venisse in desolationem.

CAPVT XXVI.

IN *principio regni Ioakim, &c.*] Hæc prophetia superior est priore, licet sub eodem rege sit facta. Illa enim facta est in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda: hæc autem in principio eiusdem regis, scriptura dicente: In principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à domino. Nõ igitur (vt sæpe iam diximus) in Prophetis historiæ ordo texendus est: cum in præsentiarum sub eodẽ rege priora posteà, & posteriora ante dicantur. Qui autẽ verbum dicturus est dñi, debet stare cũ Moyse, & audire cum psalmista: *Qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri.* Et præcipitur illi vt loquatur ad omnes ciuitates Iudæ: licet ciuitates Lxx non transtulerint: ne indecorum forte videretur, in atrio domus domini loqui ad vrbes, quæ coram non erãt: sed quando ad populum, & ad ciues loquitur, ipsis ciuitatibus loquitur. Pulchrè autem statim in atrio, atque vestibulo templi domini: vt per occasionem orationis domini, & adorandi eum, sermones Prophetæ audire cogantur. Noli, inquit, subtrahere verbum: licet triste sit, licet aduersum te audientium rabies concitetur, tamen dicito quid tibi imperatum est: non formidans persecutiones eorum, qui aduersum te concitandi sunt, sed domini iubentis imperiũ. Si forsitan, inquit, audiant & conuertantur. Verbum ambiguum, forsitan, maiestati domini non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, vt liberum homini seruetur arbitrium: ne ex præscientia eius, quasi necessitate vel facere quid vel nõ facere cogatur. Non enim ex eo quod Deus scit futurũ aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, Deus nouit quasi præscius futurorum. Et tamen sciendum iuxta hunc eundem Hieremiam, & si mala prædixerit dominus, & egerit populus pœnitentiã, quod & ipse acturus sit pœnitentiã super his quæ facere comminatus est. Et si prospera pollicitus fuerit, & egerit populus negligenter, mutet Deus sententiam, & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud in Euangelio est: *Mittam filium meum, forsitan verebuntur eum.* Quod vtique ex persona Dei omnipotentis dicitur. Denique & in præsenti ait: *Si forte audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala*: vt cum illi conuersi fuerint, & meæ sententiæ me pœniteat, & non faciam quod eis facere cogito. Cogito autem facere propter malitias studiorum illorum: quæ si fuerint immutatæ, & mea sententia commutabitur. Legamus historiam Ionæ & Niniue.

c ¶ *Et dices ad eos, &c.*] In nostra ergo positũ est potestate, vel facere quid, vel non facere: ita duntaxat vt quid quid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus: qui iuxta Apostolum *dedit nobis & velle & perficere.* Sin autem sufficit semel ambulare in lege, quæ nobis data est per Moysen, vt stulta hæresis suspicatur: quomodo addidit: *Vt audiatis sermones seruorũ meorum prophetarum?* Qui vtique post legem missi sunt, & non semel, sed frequenter: nec otiose & à securo, sed semper & à sollicito. *Misi*, inquit, *ad vos seruos meos Prophetas quotidie, & de nocte consurgens*: quos si audire nolueritis, dabo domum istam, hoc est, templum Dei, sicut Silo, vbi fuit tabernaculum. Cumque templum destructum fuerit, consequenter & ciuitas erit in maledictionem cunctis gentibus terræ. Sicut autem extructo templo in area Ornæ, & in monte Moria, hoc est, visionis: in quo Abraham filium suum Isaac obtulisse narratur, cessauit religio Silo, nec postea ibi sunt celebrata sacrificia: sic extructa Ecclesia, & spiritualibus in ea victimis immolatis, cessauerunt legis ceremoniæ, & data

est vrbs Iudæorum in maledictionem cunctis gentibus terræ: de qua nos dominus liberauit, dicente Apostolo: *Christus redemit nos de maledictione legis, factus pro nobis maledictio.*

Gal.3.b

a ¶ *Et audierunt, &c.*] Sacerdotes & Prophetæ, quos pseudoprophetas manifestius Lxx. transtulerũt, iracuntur Hieremiæ, quod verba prædicat: vt subuerso tẽplo & ciuitate deserta, sit perituta religio, & lucra ex religione veniẽtia: Idcirco apprehendũt eũ, & consentiẽti sibi populo, morti destinant: quare dixerit in nomine dñi, sicut Silo erit domus hæc, & vrbs desolabitur, eo quod nõ sit habitator. Si quando igitur propter mãdata dñi, & fidei veritatẽ, vel sacerdotes nobis vel pseudoprophetæ, vel deceptus populus irascitur, non magnopere curemus: sed exequamur sententiam Dei, nequaquam præsentia mala, sed futura bona animo cogitantes.

b ¶ *Et cõgregatus &c.*] Hieremias in templo verba domini prophetarat, & dixerat: dabo domum istam, sicut Silo, & vrbẽ hanc in maledictionem dabo cunctis gentibus terræ: statimque à sacerdotibus & Prophetis & populo, seditione cõmota, omne vulgus aduersus Prophetam congregatur in templum, vbi erat Propheta, & sacerdotum ac propheratum vulgique manibus tenebatur. Quod cum audissent principes ciuitatis, qui in domo regia versabantur, transierunt siue ascenderunt de domo regis in domum domini. Notandumque quod ire ad domum domini, semper ascensus sit. Sederuntque in introitu portæ domini nouæ. Principium enim erat officiũ sedere in porta domus domini, & ibi negocij & seditionis cognoscere veritatem. Noua autem porta dicitur: quia qui sedebant in ea & iudicio præerant, sacerdotum & pseudoprophetarum calumniæ resistebant.

B

c ¶ *Et loquuti sunt sacerdotes & Prophetæ, &c.*] Sedentibus vrbis principibus in porta templi, & in porta noua: qui de regis palatio ad templum cucurrerant, vt seditio populi sedaretur: & concione populi congregata, accusant sacerdotes & pseudoprophetæ Hieremiam: perieratque Propheta, quantum fuit in sacerdotibus & Prophetis, si accusatores ipsi habuissent iudicij potestatem. Ex quo intelligimus crudeliores fuisse in Prophetam per inuidiam sanctitatis, qui religioni videbantur dediti, quam qui necessitatibus publicis præerant.

d ¶ *Et ait Hieremias ad omnes, &c.*] Cum præsente populo sederent in porta ciuitatis principes, & accusarent sacerdotes & Prophetæ Hieremiã Prophetam, & mortis crimen intenderẽt: Hieremias ad principes loquitur, & ad vniuersum populũ, quos sacerdotum & pseudoprophetarum factio concitauerat, prudenter pariter & humiliter, atque constanter. Prudẽter, quod à domino missum esse se diceret, vt contra tẽplum & ciuitatẽ loqueretur daretq; consilium: quod si eius vellent audire consilium, & agere pœnitẽtiam: dominꝰ quoq; suam sententiã cõmutaret. Humiliter autẽ in eo quod ait: *Ecce in manibꝰ vestris sum: facite mihi vt bonũ & rectũ est in oculis vestris.* Porro constãter: *In veritate misit me dominꝰ ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.* Aliisq; sermonibus loquitur: Si irascimini, quod cõtra tẽplum & vrbẽ domini sim loquutꝰ, & curæ vobis est salus vrbis & tẽpli: cur augetis peccata peccatis, & sanguinis mei tã vrbẽ quã habitatores eius reos facitis? Si quando igitur & nobis pro necessitatis angustiis, humilitate opus est: sic eam assumamus, ne veritatem & constantiam deseramus. Aliud est enim superbe cõtumeliam facere iudicanti, quod signum stultitiæ est. Aliud sic impendens vitare discrimen, vt de veritate nihil subtrahas.

e ¶ *Et dixerunt, &c.*] Populus qui prius à sacerdotibus & pseudoprophetis fuerat supplantatus, iungitur principibꝰ. ciuitatis, & pro Hieremia loquitur: quod nequaquam reus mortis sit, sed in nomine domini, & ex ore illius prophetarit. Cito enim vulgus indoctũ accepta ratione mutat sententiam. Dolor autem accusantium, præcipuè sacerdotum: & pseudoprophetarum, non potest immutari. Et ideo illis accusantibus & in accusatione perseuerantibus, populus commutatur: quod spem eis dederat indulgentiæ dominus, si bonas facerent vias suas, & audirent vocem domini Dei sui: vt & dominus suam sententiam flecteret.

f ¶ *Surrexerũtque, &c.*] Principes ciuitatis & populus intelligunt iudicij veritatem. Senes, autem quorum proprie erat nosse vetera, replicant historiam: & prophetiam Michææ de Morasthi, qui prophetauit sub rege Ezechia, comparant prophetiæ Hieremiæ, pro qua ei mortis discrimen intenditur: ostenduntque illum dixisse grauiora, & tamen à iusto rege Ezechia nihil esse perpessum: sed conuersos ad pœnitentiam, domini in bonam partem vertisse sententiam. Michæas enim dixit: *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa siluarum.* Porro Hieremias: *Dabo*, inquit, *domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gẽtib. terræ.* Dantque consilium, putantes nequaquam futurum, quod Michæas prædixerat: quia multo tempore non sit factum propter populi pœnitentiam. Et hoc quoque quod Hieremias loquutus est nequaquam fore si iuxta consilium eius bonas faciant vias suas, & studia sua, & audiant vocem domini Dei sui, vt dominus non inferat malum, quod eis fuerat

Mich.3.b

Sup.cod.a

E

fuerat comminatus. Simulque frangunt accusatorum rabiem, & se miscẽt cum eis dicentes: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras: non quod facere debeãt, sed quia fi fecerint, nequaquam noceant accusato, sed animabus suis, quas mutatione sententiæ potuerint liberare.

a ¶ *Fuit quoque vir prophetans in nomine domini Vrias, filius Semei, &c.*] Quodque sequitur: Et misit rex Ioakim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achabor, & viros cum eo in Ægyptum. In Lxx. non habetur. Quæritur cur cum Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim eadem quæ Hieremias prophetarit, timore perterritus fugerit in Ægyptum, & inde retractus, occisus sit, Hieremias potuerit euadere: qui certe non fugerat, sed audacter in priori sentẽtia perseuerans, liberatus sit tam vulgi principumque iudicio, quam cõsilio seniorum aduersum accusatores, sacerdotes, & pseudoprophetas. Ad quod breuiter respondendum: nequaquam Dei sciri posse iudicium, dum eadem causa, eadẽque sententia alius punitur, & alius liberatur. Nisi forte hoc respondere possumus, quod Vrias in condemnationem accusatorum & populi trucidatus sit: Hieremias autem reseruatus iudicio Dei, vt reliquiis infelicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinẽ.

F

Act.13.a

Quod quidem & in Apostolorum Actibus legimus, Iacobũ Apostolũ statim Herodis pertulisse sententiam, & martyrio coronatum: beatum autẽ Petrum, & cæteros Apostolos, doctrinæ domini reseruatos. Et animaduertẽda cõstantia prophetalis, quod ne de Ægypto quidẽ retractus Vrias mutauerit sententiã: sed videns sibi intentari mortẽ, nihilominus sit loquutus quæ præceperat dominus. Quodq; timuit & fugit & ingressus est Ægyptũ: non infidelitatis, sed prudẽtiæ indiciũ est: ne frustra nos offeramus periculis. Alioquin & dominum saluatorẽ de manibus persequentium lapsum legimꝰ, & præcipientẽ Apostolis: *Cum vos persequuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliã.* Quæritur quoque quo modo Ioakim rex Iudæ parui imperij & debilitati, & iã iamq; perituri, mittendi in Ægyptũ habuerit potestatem, & inde Vriã educendi. Quod facile soluitur, si consideremus eum à rege Ægypti Nechao principẽ constitutũ, & hanc prophetiam factam esse in principio regni eius. Quamquã autẽ Hieremias domini adiutorio liberatus sit, tamen & illi reputatur in mercedẽ per quem prophetam suum dominus liberauit, Achikam videlicet filio Saphan: quod in posterioribus lecturi sumus quãdo de cisterna luti Abdemelech spadonis consilio atque præsidio, Hieremias de mortis periculo liberatur.

Luc.4.e
Ioan.8.g
Matt 10.c
4.Reg.23.g
Iosr.38.b

CAPVT XXVII.

IN *principio regni, &c.*] Hoc in editione Lxx. non habetur. Et multi putant sequentis capituli esse principium: quod nequaquam ita est, sed iungendum superiori: vt quidquid dictum refertur & factum in principio regni Ioakim factum esse credamus. Vnde & mittendi in Ægyptum, quasi ad amicum regem habuit potestatem. Videntur autem mihi Septuaginta titulum istum hac ratione siluisse, ne secundo dicere viderentur. Iam enim in principio posuerant: In principio regis Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Hieremiam à domino, dicens:

c ¶ *Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & catenas.*] Sine מוטות, qui Hebraice appellantur, & sermone vulgari Boias vocant.

4 mototh

d ¶ *Ponesque, &c.*] Præterita visio facta est ad prophetam in principio regni Ioakim, filij Iosiæ regis Iuda. Hæc autem sub Sedechia, qui extremus regnauit in Hierusalem, & sub quo vrbs capta est atque subuersa. Præcipiturq; Hieremiæ, vt catenas siue furcas ligneas, quæ Hebraice, vt diximus, appellãtur מוטות: imponat collo suo, & mittat eas ad reges Edom, Moab, filiorum Ammon, Tyri, & Sidonis, per legatos, qui venerant ad Sedechiã, & præcipiat suis dominis nunciare, quod regi Nabuchodonosor seruire debeant, & audire quæ sequens prophetæ sermo prosequitur. Ac ne forsitan legati & reges istarũ gentiũ responderent: cur hoc tuo populo nõ præcipis? Sedechiæ quoq; regi similia loquitur, & sacerdotibus ac prophetis. Hũc locũ allegoricus semper interpres & historiæ fugiens veritatẽ, interpretatur de cœlesti Hierusalẽ, quod debeant habitatores eius spõte assumere corpora. & descendere in Babylonem, id est, confusionem mundi istius, qui in maligno positꝰ est, & seruire regi Babylonio: haud dubium quin diabolo. Quod si hoc facere noluerint, nequaquã eos grauia corpora portaturos, sed perituros gladios, & fame, & peste, & nequaquã homines futuros, sed dæmones. Hoc ille dixerit, ne defensores eius nobis calũniã faciant. Cæterum nos simplicem & veram sequamur historiam, ne quibusdam nubibus

b mototh

cõtra animas nostras. a Fuit quoq; vir prophetans in nomine domini Vrias, filius Semei de Cariathiarim, & prophetauit aduersus ciuitatẽ istam, & aduersum terrã hanc, iuxta vniuersa verba Hieremiæ. Et audiuit rex Ioakim & omnes potẽtes & principes eius verba hæc, & quæ fuit rex interficere eum, & audiuit Vrias, & timuit, fugitque, & ingressus est Ægyptũ. Et misit rex Ioakim viros in Ægyptum: Elnathan filium Achabor, & viros cum eo in Aegyptum. Et eduxerunt Vriam de Aegypto, & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulcris vulgi ignobilis. Veruntamen manus Achikam filij Saphan erat cum Hieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

CAP. XXVII.

IN principio regni Ioakim, b filij Iosiæ regis Iuda factum est verbum istud ad Hieremiam à domino, dicens: c Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & catenas. d Ponesq; eas in collo tuo, & mittes eas ad regem Edom, & ad regẽ Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis, in manu nunciorum, qui venerũt Hierusalem ad Sedechiã regẽ Iuda. Et præcipies eis, vt ad dominos suos loquãtur: Hæc dicit dominus exercituũ, Deus Israel. Hæc dicetis ad dominos vestros: e Ego feci terrã, & hominẽ, & iumenta, quæ sunt super faciẽ terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei cui placuit in oculis meis. f Nũc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant atque præstigiis inuoluamur.

e ¶ *Ego feci, &c.*] Licet ἀνθρωποπαθῶς hæc scriptura loquatur quo modo nos homines loqui possumus & intelligere: tamen fortitudo Dei & brachium eius ille est, de quo & Apostolus loquitur: Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Et Esaias: *Domine quis credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatum est?* Scribit & Ioannes euangelista: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Dauid quoq; in suo carmine loquitur: *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quod autem ait: Dedi eam ei cui placuit in oculis meis: hec significat, quod omnia humano generi per Dei gratiam sint tributa. *Ego*, inquit, *feci terram, & hominẽ, & iumenta.* Ordo contrarius. In Genesi enim primum fiunt animantia, & extremus homo: sed hic prius hominẽ nominat, & postea quæ subiecta sũt homini.

2.Cor.1.d
Esa.53.a
Ioan.1.
Psal.32.b
Gen.1.

f ¶ *Nunc itaque, &c.*] Cuius infelicitatis est Israel, quando comparatione eius Nabuchodonosor seruus Dei appellatur. Scriptum est in euangelio: *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* Recte itaque conditor creaturam suam tradit cui voluerit. Denique & diabolus, in cuius typum præcessit Nabuchodonosor, confitetur: hæc omnia mihi tradita sunt. Quod autem intulit: *Insuper & bestias agridedi ei vt seruiant illi*: vel simpliciter omne genus animalium intelligere debemus: Cum homine enim & ea traduntur quæ ei subdita sunt. Aut certe bestias, feras gentes accipiamus: quod etiam illæ seruiant, quæ prius seruire non nouerant. Filium autem eius, & filium filij, iuxta Hebraicum, Balthasar vocat & Euilmerodach: de quibus scribit Daniel.

I.an.1.

Luc.4.b

a ¶ *Donec veniat tempus terræ eius, &c.*] Pulchre ne perpetuum Nabuchodonosor putaretur imperium, & ipsum dicit à Medis Persisque capiendum. Hoc est enim quod significat: Donec veniat tempus terræ eius & ipsius: sed nec hoc habetur in Lxx.

b ¶ *Et seruient ei gentes, &c.*] Non dixit, omnes: hoc enim proprie Christi debetur imperio: quamquam iuxta Symmachũ non legatur: Seruient ei gentes multæ, & reges magni: sed subiicient eum seruituti gentes multæ, & reges magni: vt ipse quoque seruiat Medis & Persis, cui ante omnes gẽtes seruierãt. Hoc quod ex Hebraico posuimus: Dedi vt seruiant illi, & seruiẽt ei omnes gentes & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius, & seruituti eũ subiicient gentes multæ, & reges magni, in Lxx. (vt iam diximus) editione non legitur.

c ¶ *Gens autem, &c.*] Non solũ dominus peccatrices gentes subiicit Nabuchodonosor, sed Apostolus de peccatoribus loquitur: *Quos tradidit satanæ, vt discant non blasphemare.* Et in alio loco: *Tradidi huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus salui fiat.* Potestatibus quoque obediendum monet: non solum propter iram, sed & propter conscientiam, ne condemnemur ab eis.

d ¶ *Vos ergo nolite audire, &c.*] Delirat & in hoc loco allegoricus interpres, & hortatur in cœlesti positos Hierusalem, ne audiant prophetas suos atque diuinos, & somniatores & augures, & maleficos: sed vt potius seruiãt Nabuchodonosor, & corpus humilitatis assumãt, infantiũ vagitus, & incunabula paruulorũ. Si enim hæc fecerint, expleto famulatu, & cõditione mortalitatis humanę, reuersuros eos ad tertã suã, & habituros in ea, & operaturos quæ prius operati sunt. Dicitque se suspicari eos qui Dei præcepta contẽpserint, humanis corporibus prægrauari, futuros dæmones, & immundos spiritus, & sedem pristinã nequaquã recepturos. Nos autẽ simpliciter exponamus, & prophetas esse in gẽtib⁹, qui simulẽt se diuino spiritu futura prędicere, & diuinos, de quibus & vulgare prouerbium est: Aiunt diuinare sapientes: Et somniatores, qui imitantur Ioseph & & Daniel: Et augures, qui volatu auium & oscinũ vocibus, faciendum quid vel non faciẽdum denunciant. Et maleficos quos vel veneficos possumus appellare, vel demonum phantasmatibus seruientes, qui Hebraice dicuntur c משפים. Omnes isti, inquit, decipiunt vos, atque supplantant, ne seruiatis regi Babylonis. Multo enim melius est seruitutem sponte suscipere, & amicum habere cui seruiatis, & genitalẽ terram colere, quam vi & necessitate seruire captiuos,

e ¶ *Et ad Sedechiã, &c.*] Post vniuersas gentes transit ad Sedechiam regem Iuda, & iisdem, quibus gentibus comminatus est, sermonibus loquitur: Neque enim meretur priuilegium gentis Israeliticæ, qui cæteris gentibus aut similia, aut maiora peccauit. Denique quia audire contempsit populus

seruiant illi. Et seruient ei omnes gẽtes, & filio eius, & filio filij eius. [a] Donec veniat tempus terræ eius & ipsius. [b] Et seruient ei gentes multæ, & reges magni. [c] Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & fame, & peste visitabo super gentem illam, ait dominus, donec consumam eos in manu eius. [d] Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium prophetant vobis, vt longe faciant vos de terra vestra, & eiiciant vos & pereatis. Gens autem quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit dominus, & colet eam, & habitabit in ea. [e] Et ad Sedechiã regem Iuda loquutus sum secundum omnia verba hæc, dicens Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus, gladio & fame, & peste, sicut loquutus est dominus ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis. Quia non misi eos: ait dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eiiciant vos, & pereatis tam vos, quam prophetæ qui vaticinantur vobis. [f] Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens: hæc dicit dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicẽtes: Ecce vasa domini reuertẽtur de Babylone nunc cito: mẽdaciũ enim prophetãt vobis. (Hoc quod posuimus, nunc cito, in Lxx. non habetur. Et illud quod sequitur.) Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitudinẽ? [g] Et si prophetæ sunt, & est verbũ domini in eis, occurrat [h] domino exercituum: vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Hierusalẽ, & in Babylonem. Quia hæc dicit dominus exercituum: ad columnas & mare, ad bases. (Pro quib. in Hebraico scriptũ est מכונות:) & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda à Hierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Hierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituum, Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Hierusalem. In Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem

perduellis, gladio, fame, & peste cõsumptus est. Obseruãdũ autẽ in scripturã sancta, quod pro pseudoprophetis appellet prophetas, qui vaticinentur in nomine domini mendaciter. Hoc autem, inquit, faciunt, vt eiiciãt vos, & pereatis tam vos quam prophetæ, qui vaticinãtur vobis. Et eorum igitur qui decipiuntur, & eorũ qui decipiunt, similis interitus est. Hoc quod de Hebraico posuimus: Sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste: sicut loquutus est dominus ad gentem, quæ seruire noluerit regi Babylonis: nolite audire verba prophetarũ dicẽtium vobis: in Lxx. non habetur. Et idcirco admoneo, vt prudens lector intelligat quãtum desit per singula Græcis codicibus & Latinis.

f ¶ *Et ad sacerdotes, &c.*] Post gentes autẽ & regẽ, sacerdotibus loquitur & populo: qui iam prophetis supra interitum nunciauerat, dicens: vt eiiciam vos & pereatis, tam vos quam prophetæ, qui vaticinãtur vobis. Loquitur autẽ eadem quæ loquutus fuerat regi & gentib. ne audiant verba prophetarũ suorum, & dicant vasa templi domini reportanda iam nunc, quæ cũ Iechonia principibusq; & matre eius fuerant asportata: monetq; vt deseruiant regi Babylonis & viuant, & ciuitas sponte subiecta, nequaquã tradatur incendio. Et in hoc clementia domini, leuiori pœnæ traderẽ, ne sustinẽãt grauiorẽ.

g ¶ *Et si prophetæ sint, &c.*] Quodq; sequitur, & subdituri sumus, vsque ad finem huius capituli, in Lxx. non habetur.

h ¶ *Domino exercituum, &c.*] Hæc, vt diximus, in Lxx. nõ habẽtur sed de Hebraicæ veritate trãslata sunt: pro quo aliud quod scriptũ non erat, posuere dicentes: Mihi quia sic dixit dominus: Et reliqua vasa quæ nõ tulit rex Babylonis, quãdo transtulit Iechoniã de Hierusalem, in Babylonẽ intrabunt, dicit dominus: sensum magis quam verba ponẽtes: forsitan irrationale arbitrati, vt De⁹ loqueretur ad colũnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasa, quæ remanserãt in Hierusalẽ: quasi nõ legamus: Et vermi matutino increpuisse dñm, & mari loquutũ: *Tace & obmutesce.* Quodq; ait: Occurrant mihi, siue domino exercituũ: illud ostendit, verũ, prophetã posse domino precib. resistere: secũdũ quod & Moyses stetit in percussione cõtra dominũ, vt auerteret irã furoris eius. Samuel quoq; idẽ fecit. Et dominus ad

nus ad Moysen: *Dimitte me*, ait, *vt percutiam populũ istum.* Quando autem dicit: Dimitte me, ostendit se precibus sanctorum posse retineri. Occurrant, inquit, prophetæ, & quæcumque prædicunt, opere completa demonstrent, & tunc veritate vaticinium comprobabitur. Columnas autem & mare, & bases, & reliqua vasorum in Malachim, & in extremo huius prophetæ volumine legimus. Et enumerantur vasa, quæ translata sint in Babylonem, quando captus est Sedechias, & incensa ciuitas, templumque subuersum.

CAPVT XXVIII.

ET[a] factũ est] *&c.*] Quos Hebraicum prophetas, hoc est, a נבאים, Lxx. pseudoprophetas interpretati sunt, vt manifestiorem facerent intelligẽtiam. Denique & in præsenti loco propheta dicitur, hoc est, b נביא & non pseudopropheta. Fit autem sermo domini sub rege Sedechia, in quarto anno regni eius, & in mense quinto: necdum propheta Ezechiele vaticinante in Babylone, ad eos qui cum Iechonia fuerant transmigrati: habetque fiduciam in templo domini loqui contra propheram: quia prospera populo pollicetur, & libenter audiuntur mendacia, præsertim quæ læta promittunt. Hieremias dixerat etiam cætera vasa vel templi vel domus regiæ & vniuersi populi, quæ Nabuchodonosor dimiserat, transferẽda in Babylonẽ. Hic autem econtrario, etiam ea quæ translata fuerant, referenda promittit.

b ¶ *Quæ tulit*, &c.] Pro quibus Lxx. transtulerunt: Iechoniam, & trãsmigrationem Iudæ, quia cõteram iugum regis Babylonis: breuiter Hebraicæ veritatis sensum, magis quã verba ponentes. Pollicetur autẽ Ananias, qui prophetes tũc populo videbatur: nõ solũ vasa, sed & regem Iechoniam reducendum esse Hierusalem, & iugũ regis Babylonis conterẽdum, hoc est, destruendũ eius imperium. & hoc necdũ completo futurũ biennio: vt gaudij magnitudinem, vicinum tempus repromissionis augeret.

c ¶ *Et dixit Hieremias*, &c.] Optat fieri quod pseudopropheta mentitur: hoc enim significat, Amen: quo verbo sæpe dominus vtitur in euangelio: *Amen, amen dico vobis*: Et cupit pro rerum prosperitate, magis illum quam se vera dicere: Vnde & alius propheta testatur, dicens: *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.* Econtrario Ionas contristatur quare mentitus sit, & arguitur à domino, vtilius prophetæ esse mendacium, quam tantæ ruinæ multitudinem. Ac ne videretur pseudoprophet e comprobare vaticinium, sub aliorum exemplo, absque iniuria mentientis asserit veritatem.

d ¶ *Veruntamen audi verbum*, &c.] Poterat Hieremias Ananiæ dicere: Falsum loqueris, decipis populum, nõ es propheta, sed pseudopropheta. Quod si dixisset, poterat & pseudopropheta in Hieremiam eadẽ retorquere ergo non facit iniuriam. Et quasi ad prophetam loquitur. Non solum, inquit, ego sum propheta & tu, sed fuerũt ante te & me multi alij, quorum fuit Esaias, Osee, Ioel, Amos, & cæteri. Prophetauerunt, inquit, cõtra terras multas, & regna nõ paruа, sed magna: bellum illis & aduersa, & rerum omnium penuriam nunciantes. Et econtrario fuerunt alij, qui pacẽ pollicerentur & prospera. Vtrorumque sententia, nõ adulatione mendacij, sed rerum exitu comprobata est. Sub aliorũ ergo exẽplo de se loquitur & Anania: quod cum rerum finis aduenerit, tunc prophetarum veritas ostenditur. Hoc idẽ & dominus loquutus est per Moysen, quod prophetа vaticinij fine mõstretur. Et hoc animaduertendum, quod non minaciter, nõ truculenter, sed fiducia veritatis increpet mẽtientẽ, & differat in futurum, vt qui audiũt, rerũ exitum præstolẽtur.

e ¶ *Et tulit, &c.*] Duos annos, non transtulerunt Lxx. prophetam quoq; non dixere Ananiam, ne scilicet prophetã viderentur dicere, qui propheta nõ erat: quasi nõ multa in scripturis sanctis dicantur iuxta opinionẽ illius temporis, quo gesta referuntur, & non iuxta quod rei veritas continebat. Denique & Ioseph in euangelio, pater domini vocatur, & ipsa Maria quæ sciebat se de Spiritu sancto cõcepisse, & respõderat angelo: *Quomodo erit istud, quoniã virũ non cognosco?* loquitur ad filiũ: Fili, quid fecisti nobis sic? *ecce ego & pater tuus dolẽtes quærebamus te.* Simulque considerանda prudẽtia Hieremiæ, & humilitas atque patientia. Pseudopropheta rebus facit iniuriam, & arreptã furcam de ceruice eius conterit: quod vtique in ferrea facere non poterat. Iste tacet, dolorẽq; dissimulat: necdũ enim eiã domino quid loqueretur, fuerat reuelatum: vt tacite sancta scriptura demonstret, nequaquã prophetas suo tantum arbitrio loqui, sed ex domini voluntate, maxime de futuris, quorum solius Dei notitia est.

Abiit, inquit, & recessit in viã suam, quasi victus, & illud implẽs propheticum: *Factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes.*

f ¶ *Et factum est verbum, &c.*] Quodque sequitur: *Et seruient ei, insuper & bestias terræ dedi illi*: In Lxx. non habetur. Et in præsenti loco iuxta Lxx. Ananias, propheta non scribitur, & in cõsequentibus: ne scilicet (vt ptius dixi) pseudoprophetam appellare viderentur prophetam. Sequamur Hebraicam veritatem. Postquam abiit Hieremias prophetes in viam, & iniuriam silentio deuorauit, factus est sermo domini ad eum: vt non suis verbis propheta loqueretur ad pseudoprophetam mendacio gloriantem, sed diceret: hæc dicit dominus: quamquam & Ananias confringens furcam ligneam, eadem auctoritate in conspectu domini sit loquutus: hæc dicit dominus. Imitatur enim semper mendacium veritatẽ. Quodque intulit: *Furcas ligneas contriuisti, & facies* siue *faciam pro eis catenas ferreas*: hoc ostendit, quod minorem renuens pœnam, maioris supplicij causa fuerit in populo. Delirat & in hoc loco allegoricus interpres, furcas & catenas ligneas, ætherea appellans & aërea corpora, dæmonũ videlicet & aduersariũ potestatum. Furcas autem siue catenas ferreas, nostra corpora crassiora, q̃ neruis & ossibus

carnis veniſq; cõtexta ſint: vt qui noluerint de cœlesti Hieruſalẽ pro qualitate peccati, minores ſubire cruciatus, in catenas noſtrorũ corporum condemnentur, & infantiæ vagitus, pannorum vincula, ſordeſque ſuſtineant, & ſeruiant diabolo regi Babylonis: id eſt, mũdi huius: dicẽte ſcriptura: *Mũd⁹ in malign⁹ poſit⁹ eſt*: cũ beſtiis terræ, quæ in brutorũ animantiũ corpora ſint religatæ. Cõpulit me tractator indoctus, & ſectator calũnię Grũnianę, aperte ponere aliena vitia, quæ priꝰ cũ diſſimulatione, dicebã, lectoris prudẽtiæ derelinquens.

a ¶ *Et dixit, &c.*] Quodque ſequitur (Quia aduerſũ dominum loquutus es, & mortuus eſt Ananias propheta in anno illo, in menſe ſeptimo.) In Lxx. non habetur. Pro quo tantum poſuerunt: *Et mortuus eſt menſe ſeptimo.* Et hic in Lxx. Ananias, propheta non dicitur, cũ ſecundũ Hebraicum ſcriptura ſancta prophetam vocet: licet in eo quod arguit eum Hieremias, dicens: *Audi Anania, non miſit te dominus*: prophetã tacuerit. Quo modo. n. prophetã poterat appellare, quẽ miſſum à domino denegabat? Sed hiſtoriæ veritas & ordo ſeruatur, ſicut prædiximus: non iuxta id ꝙ erat, ſed iuxta id quod illo tempore putabatur. *Decepiſti*, inquit, *populum mendacio*, ne Dei ſentẽtiæ acquieſceret. Vnde ſcias te hoc anno eſſe moriturũ. Si quãdo morimur, de carceribus corporum liberamur: ſecũdũ illud teſtimoniũ quod male interpretantur hæretici

Pſal.141.a *Educ de carcere animam meam*:

quomodo nunc pſeudoprophetæ pro ſupplicio mors irrogatur? Sed hoc loco notandũ, quod Hieremias à pſeudopropheta paſſus iniuriã, neccũ ad ſe facto ſermone domini, ſilet: poſtea vero miſſus à domino, audacter arguit mentientem, & mortem propinquam nunciat. Quodque in mẽſe ſeptimo mortuus eſt, qui ſemper interpretari ſolent requiem ſub hoc numero demõſtrari, forſitan cum idcirco menſe ſeptimo mortuum mentientur, vt de malis corporis liberaretur: iuxta illud quod ſcriptum

1. Cor. 5.c proferunt: Mors viro requies. Nos autem nouimus corpora credentium tẽpla eſſe Dei, *ſi tamen Spiritus ſanctus habitat in illis.*

CAP. XXIX.

ETª *hæc, &c.*] Hæc epiſtola, imo libell⁹ Hieremiæ ꝓphetæ per legatos Sedechiæ Elhaſa & Gamaria mittitur in Babylonẽ, ad eos qui cum Iechonia & matre eius trãſlati fuerãt à Nabuchodonoſor: vt per occaſionem legationis regiæ, ſuum quoq; opus ꝓpheta cõpleret, & moneret populum tranſmigratum q̃ ſibi à domino fuerant imperata. Pulchreq; dixit: *Egreſſus eſt Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iudæ* & cæteri. Et *hæc dicit dom⁹ exercituum, Deus Iſrael omni trãſmigrationi, quã tranſtulit de Hieruſalẽ in Babylonẽ*: vt nõ potentia regis Babylonis, ſed dñi volũtate trãſlati eſſe videãtur. Et primo ad ſenes, deinde ad ſacerdotes, tertio ad ꝓphetas, quarto ad omnem populũ Dei ſermo dirigitur: vt ſecundũ ordinẽ ætatis, prophetæ quoque ad eos qui monebantur literæ peruenirent. Monet autẽ eos non ſuis verbis, ſed dñi; vt ædificent domos & habitent in eis, & plãtent hortos, ſiue pomaria, & comedãt fructũ eorũ: accipiant vxores, & generent filios & filias, & multiplicentur in loco tranſmigrationis, & nõ ſint pauci numero: quærãtq; pacem ciuitatis, ſiue terræ, ad quã eos tranſtulerit dñs, & orẽt pro eis ad dñm. Cauſaſq; reddẽs, ait, quia in pace illius terræ erit pax vobis. Hieremiæ, quia poſt breue tẽpus erat Hieruſalem ſequutura captiuitas, imperatur, ne accipiat vxorẽ, nec faciat filios. Vnde & nobis per Apoſtolũ dicitur: *Tempus breue eſt: ſupereſt, vt qui habent vxores, tanquã nõ habẽtes ſint.* Quod ſi propter anguſtiã tẽporis habẽtib. vſus vxorũ tollitur, quanto magis nõ habẽtib⁹, ne accipiãt imperatur? Hoc autẽ totũ præcipit vaticiniũ prophetale, ne acquieſcant pſeudoprophetis, qui eis poſt breue tẽp⁹ in Hieruſalẽ reditũ promittebãt: ſed vt ſciant multo ſe in Babylone tẽpore moraturos: ita vt vxores accipere, plãtare pomaria, hortoſque ſerere, ædificare domos, & generare filios debeãt. Quodq; intulit: *Quærite pacem ciuitatis*, ſiue *terræ*. Et iterum: *Quia in pace illi⁹ erit pax vobis*: illud apoſtolicũ cõprobatur, in quo iubet: *Obſecro igitur primũ omnium, fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, pro omnib. hominibus, pro regibus, & cũctis qui ſunt in ſublimitate: vt quietam & tranquillã vitam agamus in omni pietate & caſtitate.* Porro ſecundũ myſticos intellectus, poſtquam de Hieruſalem, id eſt, eccleſia, propter peccata noſtra eiecti fuerimus, & traditi Nabuchodonoſor: de quo dicit idem Apoſtolus: *Tradidi huiuſcemodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat in die domini.* Et iterum: *Quos tradidi ſatanæ, vt diſcãt nõ blaſphemare*: non debemus eſſe ſecuri, nec torpẽtes otio, ſalutẽ penitus deſperare, ſed primũ ædificare domos, nõ ſuper arenam, ſed ſuper petra, & tales domos, quales ædificauerũt: obſtetrices in Exodo: quia timebãt dominũ. Deinde plantare hortos ſiue pomaria, qualem & dñs plantauit paradiſum in Eden, & poſuit in eo lignum vitæ: de quo ſcriptũ eſt: Lignũ vitæ eſt his qui apprehenderint eã, & qui tenuerit eã, beatus. Tertio accipere vxores, quarũ vna eſt ſapiẽtia: de qua ſcribit Salomon: *Amaillã, & ſeruabit te, & circũdaillã, & exaltabit te.* Et in alio loco: *Hãc exquiſiui ſpõſam accipere mihi, & amator factus ſum decoris eius* Nec ſufficit nobis vna cõiunx ſapiẽtia, niſi habeamus & reliqua: fortitudinẽ, tẽperantiã atq; iuſtitiã: vt plures ex eis generemus filios. Filias quoq; noſtras demus viris, vt & fidei veritas, quæ interpretatur in filiis, bonis operibus copuletur: quæ referũtur ad filias, & opera bona iũgãtur fidei ſanitati: taleſq; filios generãtes & filias, multiplicemur in numero: vt deſtruentes ea q̃ paruuli ſunt & in pfectũ creſcẽtes virũ, audire mereamur: *Scribo vobis patres: quoniã agnouiſtis eũ, qui ab initio eſt*: & cũ Apoſtolo dicam⁹ liberis nobis: in Chriſto enim Ieſu per Euangelium ego vos genui. Quæramus quoq; pacẽ eccleſiæ, ciuitati & terræ noſtræ: vt ad eã redire mereamur, de qua dñi iudicio trãſlati ſumus, vt habitarem⁹ in cõfuſionis errore. Si enim illa ſuſceperit nos habebimus pacẽ. Simulq; cõſiderãda clemẽtia domini: orare præcepit pro inimicis noſtris, & benefacere iis qui perſequuntur nos: vt nõ ſimus noſtra tantũ ſalute cõtenti, ſed inimicorum quoque quæramus ſalutem.

c ¶ *Hæc enim dicit dominus, &c.*] Prophetas imo pſeudoprophetas,

prophetas, & diuinos, & ſõniatores fuiſſe in Babylone, inter eos, quos Nabuchodonoſor cũ Iechonia & matre eius aduxerat. Ezechiel propheta teſtatur, ſcribẽs cõtra eos, quib.

Ezech.13. Hieremias quoq; præcipit non credendũ. Necdum autẽ eo tẽpore quo hæc epiſtola dirigebatur, Ezechiel, in Babylone cœperat prophetare. Hic enim ſermo in principio Sedechiæ regis mittitur. Ezechiel autem quinto anno tranſmigrationis Iechoniæ, exor⁹ eſt prophetare: qui idẽ ann⁹ regni Sedechiæ erat. Porrò ſecũdũ tropologiã, pſeudo prophetas eos debem⁹ accipere: qui aliter ſcripturarũ verba accipiũt quã ſpiritus ſãctus ſonat. Et diuinos eos qui

Dist.37. c.Vnum. coniectura mẽti ſuæ, incerta futurorũ quaſi vera pronũciãt, abſq; diuinorũ auctoritate verborum. Somniatores quoque, qui non audiũt illud ſcriptum:

Prou.6.a *Nec dederis ſomnũ oculis tuis, neq; dormitationẽ palpebris tuis*: de quib. Iudas apoſtolus loquitur: *Similiter & hi ſomniantes, carnem quidem maculant, dominationẽ, autem ſpernunt*: quorũ

Iude 8. mens nequaquam vigilat, ſed arrogãtiæ & ſoporis errore depreſſa, noctis horrore circũdatur: quibus loquitur & apoſtolus Paulus: *Eleuare, quid dormis? & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.*

Epheſ.5.d a ¶ *Quia, &c.*] Nolite, inquit, credere pſeudoprophetis, diuinis & ſõniatoribus veſtris, qui vobis vicinũ in Hieruſalẽ reditũ pollicẽtur. Niſi enim ſeptuaginta anni expleti fuerint, Cyro rege Perſarũ laxante captiuos, nequaquã in patriã reuertemini, & tunc mea promiſſa cõplebo, vt reducã vos ad locũ iſtum: Ego enim ſcio cogitationes, quas cogito ſuper vos, ait dominus. Se dicit noſſe quid cogitet: illos autẽ, cum ſuis prophetis, diuinis & ſõniatoribus, ignorare. Futurorũ igitur ſcientia ſoli Deo cõpetit. Vt dẽ vobis, ait, finẽ & patiẽtiã: Finẽ captiuitatis, & patiẽtiã laborum præſentiũ, ſiue ſpẽ futurorũ. Tunc inuocabitis me, & ibitis Hieruſalẽ, & orabitis, & exaudiã vos. Certe abſq; inuocatione & oratione captiuorũ poterat implere dom⁹ quod promiſerat, ſed hortatur eos ad preces: vt quod promiſſum eſt, mereantur accipere. Quæretis me & inuenietis, cũ quæſieritis in toto corde veſtro: iuxta illud euangelicũ: *Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.* Secũdũ anagogen: tãdiu in ſæculi huius cõfuſione verſamur, quãdiu requiẽ ſeptenarij numeri mereamur accipere: & accepta pœnitẽtia Deus impleat quod promiſit, & reducamur ad locum noſtrum eccleſiam. Idcirco enim dominus percutere viſus eſt, vt ſanaret: dabitq; nobis finẽ laboris noſtri atq; patiẽtiæ: & inuocabimus eum, & reuertemur in eccleſiã, & orabim⁹, & exaudiemur: quæremus, & inueniemus eũ, cum toto corde quæſierimus illũ, & tũc apparebit nobis. Quidã lxx. annos, iuxta illud interpretãtur quod ſcriptũ eſt: *Dies annorũ noſtrorũ in ipſis ſeptuaginta anni*: qui cum fuerint expleti, tunc ad dominum reuertamur in toto corde noſtro, & exaudiamur, & finis ſit laboris noſtri atque patientiæ: nunc enim in vmbra nos omnia & in imagine poſſidere.

Pſal.89.c b ¶ *Et reducam, &c. quam emiſit, &c.*] Hucuſq; in Lxx. nõ habetur, quæ aſteriſcis prænotaui. Cætera enim in quib. vel ſinguli verſus, vel pauca ab eis prætermiſſa ſunt verba, victus tædio, annotare nolui, ne faſtidium legentibus facerem. Pollicetur autẽ dom⁹ his qui erãt in trãſmigratione, quod poſt ſeptuaginta annos captiuitatis redire eos faciat de vniuerſis gentib. & de cunctis locis, ad quæ expulerit eos, & captiuitate laxata, priſtinũ ſtatũ & patriã recipere. Et cum ego hæc, inquit, mea ſponte facturus ſim, & certo tẽpore reditu-

Sup.18.a ros vos decreuerim, fruſtra decipimini, & putatis vos habere prophetas in Babylone qui vobis falſa promittũt. Ita autẽ ſciatis, nequaquã vos reditum nũc ſperare debere, ſed ædificare domos, plãtare pomaria, accipere vxores, & generare filios, & multiplicari numero & tẽpus expectare promiſſũ. Audite quid dom⁹ loquatur ad Sedechiam, qui nũc regnat in Hieruſalẽ, & ad omnes habitatores vrbis ei⁹, id eſt, ad fratres veſtros, qui noluerũt meæ obedire ſententiæ, & Babylonẽ migrare vobiſcũ: quod nequaquã captiuitatem poſſint effugere: ſed gladio & fame & peſte moriantur: Et ponã eos quaſi ficus malas: quas Theodotio interpretatus eſt ſudriinas, ſecunda editio, peſſimas, Symmachus, nouiſſimas, quæ Hebraice appellantur a שערים: ſed ſcriptorũ vitio pro media ſyllaba ſiue littera a Græcũ ע inoleuit: vt pro pro ſuarimlegatur ſudrim. Quo modo autẽ cophinus ſiue calathus, qui habebat ficus bonas, primitiuas habuiſſe dicitur: ſic alter cophinus qui habebat ficus malas, habuiſſe fic⁹ nouiſſimas ſcribitur. *Et perſequar*, inquit, *eos* qui nũc in Hieruſalẽ vrbe verſantur, *gladio, fame, & peſtilẽtia*: vt primũ obſidione, cõfeſtim qui remanere & effugere potuerint, diſpergãtur in vniuerſas terras, & exẽplo ſint omnib⁹, maledictionis, ſtuporis, & ſibili, & opprobrij; *ad quos ego eiiciã eos; quia nõ audierũt verba mea dicit dominus*: quæ per ſeruos meos loquutus ſum ad eos de nocte cõſurgẽs, & mittẽs: & nũquã monere ceſſaui, vt imitarẽtur vos qui nũc in trãſmigratione ſecuro otio perfruimini, donec promiſſio, dñi cõpleatur. Vos autẽ qui meæ obediſtis ſententiæ, & regi vos Babylonio tradidiſtis, audite quæ dictur⁹ ſim. Et in hoc delir⁹ interpres ſõniat ruinã cæleſtis Hieruſ. & ad eos prophetiã dirigi ſuſpicatur, qui in huiꝰ mũdi Babylonia regione verſãtur: ꝙ bene fecerint in hæc corpora ſpõre deſcẽdere, & in terra Chaldæorũ ædificare domos, plãtare pomaria; accipere vxores, filios generare, boniſq; operib. reſtitui, poſt lxx. annos in locũ priſtinũ, & in cæleſtẽ Hieruſalẽ. Illos autẽ qui noluerint propria voluntate ad terrena deſcẽdere, hæc paſſuros, q̃ domin⁹ Sedechię & ei⁹ populo cõminatur: qui noluerint imitari fratres ſuos, nec venire in Babylonẽ, ꝙ mittat in eos gladiũ, & famẽ, & peſtẽ: hoc eſt rerũ omnium penuriã: & ponat quaſi fic⁹ peſſimas, q̃ penit⁹ comedi nõ poſſunt, & perſequatur eos gladio ſẽpiterno: & det in vexationẽ vniuerſis regnis terræ: quo ſcil. nequaq̃ homines, ſed fiant aereæ poteſtates, & ſint apud cunctos angelos qui ꝑſint ſingulis prouinciis in maledictionẽ, & in ſtuporẽ, in ſibilũ, & in opprobriũ cũctis gẽtibus. Et hoc eos idcirco paſſuros, quia verba ꝓphetarũ in cæleſti Hieruſalẽ audire noluerint: qui eos hortabãtur, vt ad terrena deſcenderẽt & corpus humilitatis aſſumerẽt & acta pœnitẽtia poſt verum ſabbathiſmum, locum priſtinũ poſſiderent. Hæc ille dixerit. Quæ cum audiunt diſcipuli eius, & Grunnianæ familiæ ſtercora, putant ſe diuina audire myſteria. Noſque qui iſta contemnimus, quaſi pro brutis habent animantibus, & vocant ψιλοανθρώπους: eo quod in luto iſtius corporis conſtituti non poſſimus ſentire cæleſtia.

A

Dan. 1 3f

a ¶ *Hæc dicit, &c.*] Aiunt Hebræi hos esse presbyteros, qui fecerint stultitiã in Israel, & mœchati sunt vxores ciuiũ suorum: quorũ vni loquitur Daniel: Inueterare dierũ malorum, & alteri: *Semen Chanaan, & nõ Iuda: species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tũ: Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ metuentes loquebãtur vobiscũ: Sed nõ filia Iu. sustinuit iniquitatẽ vestrã.* Quodq; ppheta nunc loquitur. *Et loquuti sunt verbũ in nomine meo mendaciter, quod nõ mãdaui eis*: illud significari putãt, quod miseras mulierculas, quæ circumferuntur omni vẽto doctrinæ, sic deceperint, quod dicerẽt eis, quia de tribu erãt Iuda, Christũ de suo semine esse generandũ, quæ illectæ cupidine pbebãt corpora sua, quasi matres futuræ Christi. Sed illud quod in psentiarũ dicitur: quos frixit rex Babylonis in igne, videtur Danielis historiæ contraire. Ille enim asserit eos ad sentẽtiã Danielis à populo esse lapidatos: hic vero scriptũ est, quod frixerit eos rex Babylonis in igne. Vnde & à plerisque, ac pene omnib. Hebræis, ipsa quasi fabula non recipitur, nec legitur in synagogis eorũ. Qui. n. inquiunt, fieri poterat, vt captiui lapidãdi principes & ppheras suos haberẽt potestatẽ? Et magis hoc esse verũ affirmãt, quod scribit Hieremias, cõuictos quidẽ esse presbyteros à Daniele, sed latam in eos sentẽtiã à rege Babylonis: qui in captiuos vt victor & dominꝰ habebat imperiũ. Quanti & de nostro grege similes Achab & Sedechiæ, prophetãt in nomine dñi mẽdaciũ, & faciũt stultitiã in Israel, & mœchãtur vxores ciuiũ suorũ, qui in eadẽ ecclesię sũt vrbe generati? quos verus Nabuchodonosor friget in igne peccati, dicente Osee propheta: *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquẽte.* Felix qui tollit iugum ab adolescẽtia sua, & sedet solus, quia amaritudine repletus est: potest q; dicere cum Dauid: *Non sedi in concilio malignãtiũ: & cum iniqua gerentib. non introibo.* Quodque intulit nunc propheta: Ego sum iudex & testis, dicit dominus: hunc habet sensum: Hæc quæ dico de duobus pseudopropheris, qui loquũtur verbũ in nomine meo mendaciter quod non mãdauerã eis, nequaquã opinione cognoui, sed ipse scio vera esse, quæ celare nemo potest, nec effugere mei iudicij veritatẽ.

Osee 7.a
Thren. 3.e

Psl 25.a

נחלמי

b ¶ *Et ad, &c.*] Semeias de loco Nehelami, qui interpretatur torrens, cũ rege Iechonia ductꝰ fuerat in Babylonẽ, & prophetabat populo mẽdaciter, eo quod cleriter essent Hierusalẽ reuersuri. Fuisse autẽ eum pseudoprophetã. sequentia Hieremiæ verba demõstrant. *Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitẽ, pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego nõ misi eũ.* Quia igitur Hieremias ad eos, qui erãt in Babylone literas miserat, dicens: Ædificate domos, & habitate: & plãtate hortos, & comedite fructus eorũ: accipite vxores, & generate filios: Et post alia iunxerat: *Non vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestri, & diuini vestri.* Ac deinde, quia isti falso prophetant vobis in nomine meo, & non misi eos, dicit dominus: intelligẽs Semeias sub cõmuni nomine pseudo prophetarũ cõtra se scriptũ: mittit literas Hierusalẽ ad Sophoniã filiũ Maasiæ sacerdotem, & ad reliquos sacerdotes cõtra Hieremiã: quare nõ increpetur à Sophonia sacerdote, cuius officiũ est discernẽdi inter ꝓphetas: qui Spiritu sãcto loquãtur, qui cõtrario: & recludi iubeatur in carcerẽ, vt mẽdacij sui pœnas luat, & populũ vltra supplãtare desistat. Ioiade sacerdos fuit, qui Ioas post interfectionẽ Athaliæ imperiũ tradidit, & interfecit sacerdotes Baal. Hoc est ergo, quod scribit: Quare non imitaris Ioiadẽ sacerdotem, & interficis Hieremiã pseudopropheram? Dominus enim te pro Ioiade cõstituit, vt habeas curã tẽpli, & præcipue discernas, qui sancto Spiritu loquantur, qui dæmoniaco. Discretiones autem spirituum diuinæ esse gratiæ, & Apostolus memorat. Cur inquit, nõ increpuisti Hieremiã Anathotiten? Quod ipse merebatur, quasi pseudopropheta, refert in prophetam, & præuenit mendacio veritatem. Vnde & prudentiores putãtur filij tenebrarũ filiis lucis in generatione hac. Nobisq; agẽtib. patienter & expectantib. miserorũ salutẽ, præueniunt hæretici, & nos suo appellant nomine, ducentes cæci cæcos in foueam. Misit, inquit, ad nos in Babylonẽ, dicẽs: Longe est. Hoc est omne, quod dolet: quare aduersum suum mẽdacium Hieremias scripsit veritatem, lõge esse reditum, & post Lxx. annos reddituros in Hierusalẽ: vnde debere eos ædificare domos, plantare pomaria, & comedere fructus eorum: accipere vxores, & facere filios quæ præterit⁹ sermo narrauit. Quas literas cum accepisset Sophonias sacerdos, ad cuius specialiter nomen scriptæ erant: legit Hieremiæ quodammodo suggillans eum, & ipsa increpans lectione, quare auderet in Babylonem talia scribere.

4. Reg. 11.d
2. Par. 23.

Ioan. 4.d

Luc. 16.b

Matt 15.b

B

C ¶ *Et factũ, &c.*] Pseudopropheta Semeias vere Nehelamites, qui de torrente alienas, & turbidas aquas sumpserat, irascitur cõtra mendaciũ suũ vera scripsisse Hieremiã, & ad Sophoniã sacerdotẽ mittit epistolas: cur ausus sit propheta scribere veritatẽ, & cupit eũ recludi in carcerẽ, ne loquatur. Sophonias quoq; prophetã latenter accusat, dũ legit epistolam mẽtiẽtis: & accusationẽ eius habere se iactitat: Quãto magis sceleris rei sũt, qui defendũt pseudoprophetas, & mẽtientes fouẽt, & ad aliorum male inuẽta, sua faciũt esse peccata? Audiat itaq; pseudopropheta, intelligat sacerdos, quid per eũ & ipse audire mereatur: Hæc dicit dñs: Ecce ego visitabo super Semeiã. Hoc dñs loquitur, nõ propheta, quod visitet super Semeiã Nehelamitẽ, nõ in remediũ, sed in suppliciũ mẽtiẽtis: iuxta quod scriptũ est: *Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis peccata eorũ.* Nec solũ super pseudoprophetã visitat: sed & super semẽ eius, omnes discipulos, quos suo errore decepit. *Non erit*, inquit, *vir sedens in medio populi huius.* Deleatur de sanctorũ cõciliabulo stirps pessima: nec sedeat in medio quiescentiũ qui cũ stãtib. stare non potuit: nec audiuit illud: *Si stetissẽt in substãtia mea.* Cumq; dñs perfectionẽ virtutũ omnium finito septenario tẽpore promittat ille non videbit bonum, quod sibi in præsenti tẽpore vendicabat. Hoc autem totum fiet, quia præuaricationem locutus est aduersus dominum, vt diceret iam soluta peccatorum captiuitate, reuersuros esse in Hierusalem quibus Apostolus comminatur: *Iam saturati estis: iam diuites facti estis: sine nobis regnastis: & vtinam regnaretis, vt & nos regnaremus vobiscum.*

Psal. 88.c

Sup. 23.d
Sec. 70.

1. Cor. 4.b

Commentarij Quinti in Hieremiam Prophetam Finis.

DIVI

E

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENTARIORVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM PROOEMIVM.

G

PRolixitas voluminis Hieremiæ prophetæ vincit nostrũ propositũ: vt quãuis breuiter tamen multa dicamus. Vnde & præsens Sextus Liber cõmentariorũ in Hieremiã, repromissiones mysticas cõtinebit: quas Iudæi putãt, & nostri Iudaizãtes, in consummatione mũdi esse cõplendas: nec dũ enim sub Zorobabel posũt expletas cõuincere. Nos autem sequentes auctoritatem apostolorum & euangelistarum, & maxime apostoli Pauli: quidquid populo Israel carnaliter repromittitur, in nobis spiritualiter cõpletum esse, mõstramus, hodieq; cõpleri: nec inter Iudæos & Christianos vllũ aliud esse certamẽ, nisi hoc: vt cũ illi nosq; credamus Christũ Dei filiũ repromissũ, & ea quæ sunt futura sub Christo, à nobis expleta, ab illis explenda dicãtur. Qui igitur Christũ venisse iam credimus: necesse est vt ea quæ sub Christo futura dicũtur, expleta doceamus: Nosq; esse filios Abrahã, de quibus scriptũ est: Potẽs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahã, *ad quẽ facta est repromissio*: Et in semine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. *Quã benedictionẽ vas electionis in Christo expleã docẽs: nõ dixit, inquit, in seminibus sed in semine, qui est Christus.* Ora igitur, frater Eusebi, dominũ Iesum Christũ, vt eodẽ labore, & Spiritus gratia, quo aliorũ prophetarũ, & præcipue Esaiæ repromissiones interpretati sumus, etiam huius prophetæ explanare valeamus. Qui quantum in verbis simplex videtur & facilis, tantum in maiestate sensuum profundissimus est.

1. Cor. 10.b

Matt. 3.b
Gen. 22.d

Galat. 5.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER SEXTVS.

CAPVT XXX.

HOc a verbũ, &c.] Promittentib. in Babylone pseudoprophetis cito populum, qui cũ Iechonia captꝰ fuerat reuersurũ, & Anania filio Azur in Hierusalẽ eadẽ ꝑdicante: Hieremias ꝓpheta, & illud quidẽ futurũ asserit: non intra biennĩ, vt illi mẽtiebãtur, sed finitis septuagintã annis. Et nũc iubetur in libro scribere, & memoriæ tradere, quæ dñs vẽturã ꝓnunciet. Ex quo manifestum est, nequaq; vicinũ tẽp⁹ esse vaticinij, sed multa post tempora hæc explẽda: quando Israel & Iuda reuersuri sunt in terram suã, & implendũ illud, q⁹ Ezechiel prophetauit, duas virgas sibi pariter copulandas, & imperaturum Dauid regẽ: de quo scribit: *Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omniũ eorum.* Si quid igitur in illa prophetia diximus, etiã in præsenti loco intelligendum est: præsertim cum eadem & eo tempore Ezechiel in Babylone, & Hieremias in Hierusalem prophetauerint.

Exec. 37.d

F

b ¶ *Et hæc, &c.*] Primũ tristia annũciãtur, vt post malorum magnitudinẽ læta succedãt. Gratior quippe est sanitas ægrotatione depulsa, & doloris magnitudo, in magnitudinẽ vertitur gaudiorũ. Quod autẽ dicit, hoc est, tãt⁹ erit timor, tãtaq; formido: vt fugata pace, bellis & sanguine omnia cõpleãtur, & viros vtroq; (quorũ propriũ est cõtra aduersarios dimicare) muliebris timor obtineat manusq; nequaquã ad arma, sed ad reies tenẽdos cõferãt: quasi si mulier pariens ilia lũbosq; cõtineat. Vnde & cũctorũ facies vertẽtur in auruginẽ: pauorẽ cordis, vultus pallore testantes. Quidã hũc locũ, secundũ tropologiã sic interpretãtur: vt putẽt illud testimoniũ: *A timore tuo domine concepimus, & parturiuimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram*: & illud apostolicũ in quo dicit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis*: huic exemplo comparari: quod manifestũ est non ad terrorem, sed ad gaudium pertinere, cum præsens scriptura vastationis Israel & ruinæ tempus significet.

Esa. 26.c
Gal. 4.c

H

c ¶ *Væ, quia magna, &c.*] Prædicit tempus miseriæ, vt inferat tempus gaudij. Cum, inquit, tantã præcesserint mala, vt dolor virorum omnium dolori parturientis fœminæ comparetur, tamen tẽpus tribulationis Iacob, hoc est populi Dei, mutabitur in prosperã, & ex ipso quoque saluabitur, subauditur tẽpore: de quo sermo præcesserat Iacob aũẽ duodecim trib. intellige, quæ nequaquã sub Zorobabel, vt nonnulli falso putant, sed de euangelica vocatione saluatæ sint.

d ¶ *Et erit, &c.*] Iste est Dauid cuius & Euãgeliũ meminit, daturũ se nobis, *vt sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati seruiamus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Quo modo enim primus Adam, & secundus Adam scribuntur iuxta corporis veritatem, sic & Dauid, dominus, atque Saluator: quia iuxta carnem ex Dauid, totum in eo sancta Maria conferente, quidquid fuit ex stirpe Dauid, & habente originẽ, atq; conceptũ de Spiritu sancto. Quodq; ait: *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula illius disrumpam*: Non dubium quin sub typo Nabuchodonosor de diabolo sentiendum sit.

Luc. 1.

e ¶ *Tu ergo, &c.*] Hæc περικοπὴ in Lxx. non habetur, & in plerisq; codicibus vulgatæ editionis sub asteriscis de Theodotione addita est. Pollicetur autẽ sermo diuinus, & familiarẽ vocat seruũ suum Iacob & Israel, sicut Abrahã, Isaac & Iacob vocãtur serui Dei. Moyses quoq; & alij prophetæ, & apostolus Paulus in principio epistolarũ suarũ hoc titulo gloriatur: vt & duæ & decẽ tribus, id est, duodecim, sciãt se de terra longinqua esse saluandas, & soluendã captiuitatẽ, reddendãq; pacem, & omni ea replendas abundantia: iuxta illud quod in psalmo dicitur. *Fiat pax in virtute tua: & abundãtia in turribus tuis.* Hoc autẽ erit, quia præsenti domini perfruentur: quando & gentes aduersãriæ, quæ eos ceperant, disperibũt, & isti liberabũtur ex gẽtibus. Docetq; eos nequaquam pœnæ, sed eruditioni traditos, vt iudicarẽ-

Psal. 121.b

tur quasi proprij, non perderentur quasi alieni: *Qui enim non credit, iam iudicatus est*: hoc est præiudicatus in interitum. Quod autem intulit: *Vt non tibi videaris innoxius*, siue iuxta Symmachũ, & mundans non mũdabo te: vel iuxta Aquilam: cum te erudiero per iudicium, nequaquã innocentẽ faciã: illud significat, quod omnis mundus indigeat misericordia Dei, & nullus quãuis sanctus sit, securus pergat ad iudicẽ: cõtra nouã ex veteri hæresin, q̃ putat in isto sæculo, & in ista carne mortali, antequã corruptiuũ hoc induat incorruptionẽ, & mortale induat immortalitatẽ, perfectionem esse in quoquam, & omnes simul iustum posse implere virtutes.

a ¶ *Quia, &c.*] Quasi ad speciosã mulierẽ loquitur, cui supra dixerat: *Castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius*, siue innoxia, & per metaphorã ad Hierusalẽ, quod Dei iudicio pessime vulnerata sit, & nequaquã filio, nisi ipso qui percusserat possit curante sanari, *Non est*, ait dominus, *qui iudicet iudiciũ tuũ*: nec altissimo vulneri valeãt cutẽ cicatricis obducere. Quocunq; te cõuerteris, vtilitas nõ est tibi: quia offẽdisti eũ, qui verus & solus est medicus. *Omnes amatores tui obliti sunt tui*: vel sacerdotes vel principes, aut certe angelorũ p̃sidia: quibus priusquam offenderes dominum vallabaris. *Te non quærent*, facientes cõtra Apostolũ, qui quærebat credẽtes, & non ea quæ erãt credentium. *Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli.* Aliter amicus, aliter inimic⁹ percutit: aliter pater, aliter hostis. Ille cædit, vt corrigat, iste percutit vt occigat. Vnde & propheta lacryma biliter dicit: *Domine ne infurore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.* Hoc autẽ factum est: quia propter multitudinẽ iniquitatis tuæ dura facta sũt peccata tua. Quodque sequitur: *Quid clamas super contritione tua: insanabilis est dolor tuus propter multitudinẽ iniquitatis tuæ*: in Lxx. non habetur: videlicet quia secundo dicitur propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, & qui scribebãt à principio, additũ putauerunt. Et est sensus: vt inimicite plaga percuterẽ, & cæderẽ castigatione crudeli, fecit multitudo iniquitatis tuæ, & dura peccata tua: q̃sanari non poterãt, nisi mordacissimo puluere, & ardẽti cauterio, & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarẽ. Et tamẽ ꝓpter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci hæc tibi: nõ mea volũtate, sed medicinæ ratione cogẽte.

b ¶ *Propterea, &c.*] Et sub Zorobabel hæc facta cognoscimus, quando Assyrios, hoc est, Niniuem vastauere Babylonij, atque Chaldæi, & rursum Babylonios & Chaldæos Medi, Persæque ceperunt, & Babylon destructa est. Tunc Sion cœpit habere dominum requirentem, & obducta est cicatrix vulneribus illius, & sanata est à plagis suis: quod plenius, atque perfectius complebitur in Christo.

c ¶ *Hæc dicit dominus, &c.*] Quorũ typus præcessit in Zorobabel & Ezdrã: quando reuersus est populus, & cœpta est ædificari ciuitas in excelso suo, templiq; obseruari religio & cætera quæ ipsius Ezdræ volumine continentur. Plenius autem atq; perfectius in domino Saluatore, apostolisque completum est, quãdo ædificata est ciuitas in excelso suo, de qua scriptũ est: *Non potest absconditi ciuitas, quæ in monte sita est*: & templum iuxta ordinem suũ, cerimoniasque fundatum, vt quidquid in priori populo fiebat carnaliter, in ecclesia spiritualiter compleretur. Tunc egressa est laus, siue gratiarum actio. Hoc enim significat a תודה vt omnes apostoli dicerẽt: *Gratia vobis & pax.* Voxque ludentium, non illo ludo, quo manducauit populus, & bibit, & surrexit vt luderet: sed eo quo coram arca domini lusit Dauid. *Et multiplicati sunt, & non imminuti*: vt totus orbis crederet in dominum Saluatorẽ: Et glorificati sunt vt implerent, quod scriptum est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Fueruntque filij eius, hoc est apostoli, sicut fuerũt à principio, Abraham, & Isaac & Iacob, principes generis Israelitici. Tunc visitauit dominus aduersum omnes qui tribulauerunt populum Dei aduersarias videlicet potestates. *Et fuit dux eius ex eo.* Haud dubium quin dominus & Saluator secũdum carnem ex genere Israel. *Et princeps de medio eius productus est.* Applicauit eum pater ad se, & accessit ad eum, vt diceret filius: *Ego in patre, & pater in me*: quia nullus potest sic cor suum applicare Deo, nec ita vt filius patri esse coniunctus. Quodq; dicit iuxta Hebraicũ: *Et eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in Deum*: cernimus opere cõpletum ex parte in Israel, & ex toto in gentium multitudine.

d ¶ *Ecce turbo, &c.*] Turbo furoris domini & procella ruẽs atque tempestas, requiescet in capite eorũ, vel dæmonum vel eorũ qui Dei filiũ blasphemauerũt, & non auertet irã indignationis suæ, donec faciat & cõpleat cogitationẽ cordis sui, & circũdetur exercitu Hierusalẽ & penitus deleatur. quo modo autẽ artifex non potest intelligi: nisi opere cõpleto, nec medicinæ industria, nisi postquam fuerit sanitas cõsecuta, ita cum euersio fuerit Hierusalem, & prioris populi abiectio: tunc intelligent credentes, quod repulsio Iudæorum nostræ salutis occasio sit.

CAPVT XXXI.

IN e tẽpore illo dicit dominus, ero Deus vniuersis cognationibus Israel, (siue generi Israel) & ipsi erunt mihi in populum.

CAPVT XXXI.

IN e tẽpore illo dicit dominus, ego Deus vniuersis, &c.] Nisi cogitatio domini fuerit impleta, & furor eius requieuerit super impiorum caput, vniuersitatis dominus, cognationibus Israël Deus esse non poterit. Hoc autem dici reliquiis, quæ saluæ factæ sunt. Quod si opponitur nobis id quod dictum est: *Ero Deus generi Israel*, siue *vniuersis cognationibus Israel*: assumamus exẽplum. Si filij essetis Abrahæ, faceretis opera patris vestri. Et apostol⁹ scribit: *Videte Israel secundum carnem.* Ex quo docet esse alium Israel secundum spiritũ. Ille igitur Israel est, qui mente cernit Deũ, siue rectissimus Domini est, & huiusce modi Israel erit populus Dei.

a ¶ *Hæc dicit dominus*, &c.] Ridicule Latini codices in hoc loco, ambiguitate verbi Græci pro calido lupinos interpretati sunt: Græcum enim θερμὸν vtrumque significat. Quod & ipsum nõ habetur in Hebræo.

HEB. Hæc dicit dominus. Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad requiẽ suam Israel.

SEPT. *Sic dicit domin⁹: Inuenit calidum in deserto cum his qui perierant gladio. Ite & nolite interficere Israel.*

b Longe dominus apparuit mihi (siue ei,) & in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis (siue assumes tympana tua,) & egredieris in choro ludentium: adhuc plantabis vineas in mõtibus Samariæ: plãtate plantaria & vindemiate: Quia erit dies in qua clamabunt custodes in mõte Ephraim. Surgite & ascendamus in Sion ad dominum Deum nostrum. c Quia hæc dicit dominus: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentium: personate, canite & dicite: Saluum fac domine populum tuum reliquias Israel. d Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. (In solemnitate phase & generabit filios multos.) Inter quos erũt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul: ecclesia magna reuertentium huc. e In fletu venient (siue egrediente) & in misericordijs reducam eos: deducam eos ad torrentes aquarum in via recta, in qua non offendent in ea: quia factus sum Israel patri meo, & Ephraim primogenitus meus est.

d ¶ *Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis*, &c.] Quod sequitur (In solemnitate Phase, & generabit filios multos:) In Hebraico nõ habetur, sed in Lxx tantum legitur: pro quo apud Hebræos scriptum est inter quos erunt cæcus, & claudus, & prægnans, & pariẽs simul. Cõgregãtur reliquiæ populi Israël per Apostolos & Apostolicos viros, de quib. supra legimus: Clamabunt custodes in mõte, & quibus præcipitur. Personate, canite & dicite, vt saluæ fiãt reliquiæ Israel. Ipse quoq; dominus pollicetur se reducturũ eos de terra Aquilonis, qui est ventus durissimus, nomine autem dexter vocatur: de incredulitate, de frigore dominicæ charitatis, & cõgregare eos ab extremis terræ: nõ in alio tempore, sed in solemnitate Phasę, hoc est feriis dominicæ passionis: quãdo crucifixus dominus est, impletumq; illud, quod ipse in euangelio repromisit: *Cũ exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me.* Tũc generauit multum populum, vt illud impleretur Esaiæ: *Quia nata est gens semel.* Vno enim die tria millia, altero quinq; millia hominũ crediderunt. Quodq; in Hebraico scribitur: *inter quos erunt cæcus, & claudus, & prægnans & pariens simul, ecclesia magna reuertentium huc*: quamquam & iuxta literam implerũ lecturi sumus, fuisse completa poterunt approbare.

e ¶ *In fletu venient*, &c.] Si iuxta Hebraicum legerimus, in fletu venient, hoc enim indicat f בכי. Dicemus quod interdum & nimij gaudij fletus indicium sit, iuxta illud, lacrymor gaudio. Sin autẽ iuxta Lxx. qui dixerũt: In fletu egredientur & in misericordia, siue in consolatione reducã eos: illũ sensum ponemus, qui & in psalmis dicitur: *Euntes ibant & flebãt, mittentes semina sua: Venientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Fleuerunt enim, quando captiui ducti sunt, & consolationẽ maximã receperunt, quando misericordia domini sunt reducti. Et adduxit eos dominus per Apostolos, & Apostolicos viros, plenos aquarũ & largissimi fluminis: in via recta, videlicet fidei, non in perfidia Iudæorũ. Et nõ, inquit, impingẽt in ea: quia cæci esse cessarunt: quibus quondã dictum est: *Si cæci essetis, non haberetis peccatum: Nũc vero, quia dicitis, videmus, peccatũ vestrum manet.* Possumus viã rectã, & Christũ intelligere: in qua quicũq; ambulauerit, non impinget. Factus sum, ait Israel pater, qui reductus est, & Ephraim primogenitus meus est. *Vbi* enim quondam *abũdauit peccatũ, superabundauit gratia.* Ephraim autẽ in typo esse populi de gentibus congregati, scriptura testatur. Fuit enim posterior filius Ioseph, & surripuit primogenita Manasse: qui natura primitiuus erat: sed in mysterio crucis decussatis manibus, qui stabat ad sinistram Iacob, dextrę manus eius susc epit benedictionẽ. Et qui steterat ad dexterã, sinistra benedictus, in secũdũ redactus est gradũ. Et quo modo Iacob Esau, sic Ephraim Manasse rapuit primogenita. Omnisque populus decẽ tribuũ vocatus est Ephraim, quia Hieroboã filius Nabath, ex hac tribu regnũ pranus obtinuit in Samaria.

a ¶ *Audite verbum domini gentes*, &c.] Perspicue vocatio gẽtium demonstratur, scriptura dicente: Audite verbum domini gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite. Quid annuntiant insulis, quæ procul sitæ sunt? Quod dominus qui dispersit Israel, ipse congregabit eum. Nequaquam ergo vt dispergerentur, potentiæ fuit aduersariorum, sed domini voluntatis. Et custodiet eum, sicut pastor gregem suũ. *Pastor* enim *bonus ponit animã suã pro ouibus suis.* Quia redemit dominus Iacob, pretio sanguinis sui: & liberauit eum de manu potẽtioris siue fortioris. Per quæ ostenduntur fortiores aduersariæ potestates naturã fragilitatis humanæ. Et quantum in vtrisque virium est: illas fortiores esse natura, sed nos fortiores fide: si tamen mereamur liberari ab eo, qui potest alligare fortem, & domum eius diripere. *Et veniẽt*, inquit, haud dubium quin liberati de manu potentium, *& laudabunt* liberatorẽ suum *in monte Sion*, hoc est, in ecclesia: & confluent ad bona domini, rerum omnium abundantiam: quæ non in frugibus, & cibis carnis istius, sed in virtutum varietate sentitur. Super frumento, inquit, & vino, & oleo, de quo conficitur panis domini, & sanguinis eius impletur typus, & benedictio sanctificationis ostenditur: dicente scriptura. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et fœtu pecorum, qui in ecclesia simplices sũt: & armentorũ, quæ cornuta sunt, & aduersarios ventilant. Vt autẽ sciamus benedictiones has nequaquam ad corpus, sed ad animam pertinere: sequitur: *Eritque anima eorum, quasi hortus irriguus*, siue quasi lignum fructiferum, *quod plantatũ est secus decursus aquarum*, & paradisus domini in deliriis. *Et vltra*, ait, *non esurient.* Nequaquam ea esurie, de qua scriptum est: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã*: sed ea quæ saturitate mutatur, & rerum omniũ excludit penuriam. Tũc lætabitur virgo in choro, de qua scribit Apostolus: *Despondi enim vos vni viro virginem castã exhibere Christo.* Et iuuenes, ad quos loquitur Ioannes. *Scribo vobis iuuenes, quoniam vicistis malignum.* Et senes, ad quos idem mystico sermone testatur: *Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Et cõuertam*, inquit, *luctũ eorum in gaudiũ*, vt quos terruerat crux, lætificet resurrectio. *Et consolabor eos & lætificabo à dolore suo*: iuxta illud quod dominus loquitur: *Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur. Et inebriabo animam sacerdotum*, qui habent scientiam Dei: de quorum ore interrogant legẽ domini qui credunt in eum: ad quem propheta canit: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Quod autẽ sequitur iuxta Lxx. *Filiorũ Leui*, in Hebraico non habetur. Et perspicuum est, nequaquam id dici de his sacerdotibus qui sunt filij Leui, sed de his in quorũ typum præcessit Melchisedec. Ebrietas autem sacerdotum & in apostolis comprobatur: quando feruebant fide, & musto pleni dicebantur. Vnde & locus in quo comprehensus dominus est vocatur Gesemani, quod in lingua nostra vallem pinguedinis sonat. Cumq; sacerdotes pingues fuerint doctrina domini, & inebriati in cõniuio Ioseph dixerint: *Calix tuus inebrians quã præclarus est*: tũc erit & hoc quod nũc dominꝰ pollicetur. *Et populus meus bonis meis adimplebitur.* Quæ omnia nunc ex parte tribuuntur: tunc autem dabuntur in pleno, quando videbimus facie ad faciem, & corpus humilitatis nostræ fuerit resurrectionis gloria commutatum.

b ¶ *Hæc dicit dominus. Vox in excelso audita est*, &c.] Nec iuxta Hebraicum, nec iuxta Lxx. Matthæus sumpsit testimonium. Legimus enim in eo post descriptionẽ infantiũ necis: Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiã prophetam dicentẽ: *Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus multꝰ: Rachel flens filios suos: & noluit consolari, quia non sũt.* Ex quo perspicuum est, euangelistas & apostolos, nequaquã ex Hebræo interpretationem alicuius secutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis, q̃ legebant Hebraice, suis sermonibus expressisse. Rachel mater Ioseph cũ veniret Bethlehem, subito partus dolore correpta, peperit filium: quem obstetrix, quia moriebatur pariens, vocauit Benoni: hoc est, filius doloris mei. Pater autẽ Iacob mutauit vocabulum, & appellauit eum Beniamin, hoc est, filius dexteræ. Quæritur itaque quomodo Matthæus euãgelista testimoniũ prophetæ ad interfectionẽ transtulerit paruulorũ, cũ perspicue de decem tribubus scriptũ sit, quarũ princeps nõ fuit Ephrata, & nequaquã sit in tribu Ephraim sed in tribu Iudæ: ipsa est enim, & Bethlehem δυσνυμῶς, Vnde & nomina vtriusq; cõcordant. Bethlehem vocatur domus panis: Ephrata καρποφορία, quã nos vbertatem possumus dicere. Quia igitur Rachel in Ephrata, hoc est in Bethlehem condita est: sicut & scriptura sancta, & titulus sepulcri eius hodieque testantur: flere dicitur pueros, qui iuxta se, & in suis regionibus interfecti sunt. Quidam Iudæorum hũc locum sic interpretantur, quod capta Hierusalem sub Vespasiano, per hanc viã Gazam, & Alexandriam infinita millia captiuorum Romam directa sint, alij vero, quod vltima captiuitate sub Hadriano quando & vrbs Hierusalem subuersa est, innumerabilis populus diuersæ ætatis, & vtriusque sexus, in mercato terebinthi venundatus sit. Et idcirco execrabile esse Iudæis mercatum celeberrimum visere. Dicant illi, quod volunt: nos recte testimonium sumpsisse dicemus euangelistam Matthæũ, pro loco in quo Rachel condita est: vt vicinarum in circuitu villarum filios, quasi suos fleuerit.

c ¶ *Hæc dicit dominus*, &c.] Hoc iuxta literam necdũ factum est: Neque enim decẽ tribus, quæ in ciuitatib. Medorũ exulant, atque Persarũ, reuersas in terrã Iudææ legimus: sed iuxta spiritum & in passione domini completum est, & hucusque cõpletur: quãdo de toto orbe saluatur Israel, & Rachel dicitur: *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis.* Et est sensus: Plorare desiste: priora. n. opera tua respexit dominus. *Et reuertẽtur filij tui de terra inimici*, ne præsenti dolore tenearis. *Est. n. spes nouissimis tuis, ait dominus. Et reuertentur filij tui ad terminos suos*, quos habuerunt patres eorum, Abrahã, Isaac, & Iacob. Melius autem de paruulis intelligimus, quod mercedẽ habeãt effusi sãguinis pro Christo, & pro terra Herodis inimici, teneãt regna cœlorũ, & reuersuri sint in sedem pristinã, quãdo pro corpore humilitatis, corpus receperint gloriosũ. Ista est spes nouissima, quando *iusti fulgebunt sicut sol*, & infantes quondam paruuli, atque lactantes, absq; ætatum incremento, & iniuriis ac labore corporeo, resurgent *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

a ¶ *Au-*

a ¶ *Audiens*, &c.] Loquitur Deus quod Ephraim dicentem audierit & lamentantem. Nulli autem dubium quin decem tribus significet, quibus primus imperauit Hieroboam filius Nabath: qui & vitulos aureos fecit in Dan, & Bethel: vt hoc populus errore seductus, Deum Israel colere, & adorare desisteret. *Castigasti me*, inquit, *& castigatus sum.* Omnis correptio proficit in salutẽ: quę ad præsens videtur esse tristitiæ, & postea fructus affert pacificos. Quod dq; ait. *Quasi iuuẽcus indomitus*, siue sicut vitulus, non didici: hoc significat, quod multo labore, atq; verberibus eruditus sit: vt ad pœnitentiam conuerteretur, & non profecerit. *Conuerte*, inquit, *me: & conuertar.* Ergo id ipsum, q̃ agimus pœnitentiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere nõ possumus. *Postquã enim conuerteris me*, & ad te cõuersus fuero, tũc cognoscam, quia tu dominus Deus meus es, & nequaquã errores mei atque peccata interficient me. *Et postquam conuertisti me, egi pœnitentiam.* Vide quãtum sit auxilium Dei, & quã fragilis humana conditio: vt hoc ipsũ, quod agimus pœnitẽtiam, nisi nos dominus ante cõuerterit, nequaquã implere valeamus. *Et postquã*, inquit, *ostendisti mihi*, vel ipsam pœnitentiam, vel tui notitiam: siue cognouit te, percussi fœmur meum. Quod dolentis & plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est vt fœmur manu percutiat, & stultum se ante fuisse fateatur. *Confusus*, inquit, *sum, & erubui*, siue ex die confusionis. Quod enim tempus nõ est confussionis nostræ: si recordemur antiqua peccata, & omnium quæ male egimus capiamus memoriam: Quodque dixere Lxx. & ostendite, significat quod postquam ingemuit, & sua delicta cognouit, tunc in tantũ perfectũ venerit, vt est aliis ignorantibus Deum ostẽderit, iuxta id quod Dauid pœnitens loquitur: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cõuertentur.* Et quod dicit: *Quoniã sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ*: per ætatis ignorantiam peccasse se dicit: vt facilius veniã consequatur: iuxta illud, quod Dauid canit: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Vnde & in consequentibus Deus paruulum eum vocat, & deliriis affluentẽ. Hoc autem dicit propter diuitiarum magnitudinem & terræ fertilitatem, qua Ephraim tribus, vsque hodie luxuriat.

b ¶ *Si filius honorabilis*, &c.] Pœnitentiam agẽte Ephraim, & dicente: in principio eruditi me, & eruditus sum, quasi iuuencus indomitus. Et in fine: Quoniã sustinui opprobrium adolescẽtiæ meæ. Respõdit dominus, & plena ad se mẽte cõuersum, tali sustentat oraculo. Filius dilectus mihi Ephraim: quem intantum dilexi ab initio, vt fratri præferrem Manasse. *Filius honorabilis*, qui contra naturæ ordinem honorem primogeniti domini dignatione susceperit. *Puer delicatus*, de quo scribitur: *Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcũ, cõuersi sunt in die belli.* Contra quem & ad quem, totus Osee liber est propheræ, cui benedicit Iacob. Delicias autem in hoc loco, iuxta illud accipiamus, quod in psalmo dicitur: *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Pro quo in Græco, & in Hebraico habetur, deliriis affluentẽ. Vnde & paradisus in Eden, deliriarum paradisus appellatur. Quia, inquit, fuerunt verba mea, in eo, recordatione memor ero eius adhuc. Ne putaretur gratuita benedictio, & ecce indulgentia potius largitoris, quã merito eius, in quẽ cõferebatur esse collata: ideo ait: Recordabor eius, quia verba mea fuerunt in eo. Non in ore eius, non in labiis, sed in imo cordis affectu. Propter quam causam, & conturbata sunt viscera mea super eo: Cui loquitur & per Osee: *Quid tibi faciam Ephraim, quid tibi faciam Israel quasi adamã ponam te, & quasi Seboim: Conuersum est in me cor meum: conturbata sunt viscera mea. Nõ faciam furorẽ iræ meæ & nõ disperdam Ephraim. Miserans misserebor eius, ait dominus.* Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mãdata mea auido suscepit animo, & in sud corde seruauit, & tamen miserans misserebor eius, ait dominus, vt ostenderet omnem hominum iustitiam indigere misericordia Dei.

c ¶ *Statue tibi speculas, pone tibi amaritudines*, &c. *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga?* &c.] Vbi nos diximus, vsquequo delitiis dissolueris: Symmachus posuit: Vsquequo denergeris in profundum? Vtráque autẽ editionẽ ex toto posui, vt caput obscurissimum, & ecclesiæ cõtinẽs sacramenta, à septuaginta, siue quis ali⁹ hunc propheram interpretatus est: aut ignoratum, aut omissum ostenderem. Verbum Hebraicum a צירים, vel in speculatores, vel in speculas vertitur, vt Aquila, & Symmach. interpretati sunt. Vnde miror, quid sibi voluerit vulgata editio, vt pro b צירים, hoc est, pro speculatoribus, Sion poneret, turbaretq; lectoris intelligẽtiã, quo putaret post Ephraim ad Sion, & ad tribum Iuda repente Dei factum esse sermonem, cum perpetua oratio sit Ephraim: cui supra locutus est: *Audiens audiui Ephraim*: Et *Filius honorabilis mihi Ephraim*, siue *puer delicatus*, cui & nunc loquitur, *Statue tibi speculas*, siue speculatores, qui tibi prænuntient aduenire tantã rerum omnium felicitatẽ. Quodque sequitur, amaritudines, quæ Hebraice dicuntur c תמרורים: pro quibus Symmachus interpretatus est, transmutationes: hoc indicat, quod flere debeat, vel antiqua peccata, vel gaudij magnitudine, & tota ad dominum mente cõuerti, & ponere, siue dirigere cor suũ in viã per quã profecta est: inde enim illam esse reditura. Quodque pro hoc dixere Lxx. *Da cor tuum in humeros*: illud significat, quod cogitationes debeat operibus iungere, siue humeros contemplari portantiũ se, de captiuitate reducentium. Quod Esaias plenius exequitur in camelis, & curribus, ac basternis eos asserens reducendos. Reuertere, inquit, virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas quas captiuus deseruisti: vsquequo negligẽtia dissolueris, & profundo errore vagaberis: Respice quid dicturus sum, & vnde tibi tanta beatitudo expectanda sit, diligenter attende. Audi quod nunquã ante cognoueras. Nouã rem creauit dominus super terrã. Absq; viri semine, absq; vllo coitu, atq; conceptu, femina circundabit virũ gremio veteri sui: qui iuxta incremẽta quidẽ ætatis per vagitus & infantiã proficere videbitur sapientia, & ætate: sed perfectus vir in vẽtre femineo solitis mensib. cõtinebitur. Vnde Symmachus & Aquila iuxta nostram editionem interpretati sunt. Quid sibi autem in loco hoc voluerit editio vulgata, posserh dicere & sensum aliquem reperire: nisi de verbis Dei humano sensu argumentari esset sacrilegũ. Theodotio autem & ipse vulgatæ editioni consentiens, interpretatus est: Creauit dominus salutem nouam, in salute circuibit homo, singulare ponens pro plurali. Simulque & hoc notandum, quod nativitas saluatoris, atque conceptus Dei, creatio nuncupetur.

d ¶ *Hæc*, &c.] Iuxta Hebraicũ manifestũ est, quod in re-

Iſrael, & in terram ſuam captiuitate conuerſa, habitent vrbes Iuda, & dicatur eis per ſingula: *Benedicat tibi dominus*, qui eſt vere *pulchritudo iuſtitiæ, & mons ſanctus*: in quo qui habitauerit, nullas timebit inſidias: Et habitabit abſq; iniquitate Iudas in ciuitatibus ſuis: crũtque agricolæ & pecorũ multitudo, quod ex parte videtur ſub Zorobabel & Ezdra eſſe completũ. Plenitudo autẽ vaticinij ad Chriſti tempora referatur, & vel in primo aduentu, quando ſpiritualiter hæc facta ſunt, vel in ſecũdo vniuerſa complentur: Iuxta nos ſpiritualiter, iuxta Iudæos & noſtros Iudaizantes, carnaliter. Porro iuxta Lxx. hic ſenſus eſt. Adhuc ſermo iſte dicetur in terra Iuda, & in ciuitatibus eius, qñ conuertero captiuitatem eius. Quid dicetur? benedictus dominus ſuper iuſtum montem ſanctum eius. Mõs qui iuſtitię, & ſanctitatis mereatur ſignificationem accipere, nullus eſt alius niſi ſaluator. Cæterũ ſtultum eſt irrationalem & inſenſibilem montẽ, errore Iudaico iuſtum, & ſanctũ credere. Ipſe eſt, de quo & in cõſequentibus ſcribitur: Et in omni ciuitate eius, ſũbauditur ſaluatoris: cũ agricola nõ dubiũ quin dominum ſignificet: de quo in euãgelio ſcriptum eſt: *Ego ſũ vitis, vos palmites, pater meus agricola*. Vnde & Apoſtolus loquitur: *Dei agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis*. Quodque ſequitur: Et eleuabitur in grege: hoc oſtendit, quod in ſingulis gregibus iuſtus & ſanctus, & agricola ipſe dominus eleuetur: in ſeruis ſuis, atque credentibus ad excelſa conſcendat.

a ¶ *Quia inebriaui animam laſſam*, &c.] Mutatio perſonarũ, obſcuram facit intelligentiam prophetarum. Dixerat dominus: *adhuc dicẽt verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum*. Quid autẽ dicent? Haud dubium quin hoc, quod ſequitur: *Benedicat tibi dominus, pulchritudo iuſtitiæ mons ſanctus*, &c. Rurſumque illis iſta dicẽtibus, reſpondit dominus: *Quia inebriaui animam laſſam*, ſiue *ſitientem, & omnem animam eſurientem ſaturaui*. Illoque iſta dicente, reſpondit populus, qui de captiuitate venerat: *Ideo expergefactus ſum, & vidi; & ſomnus meus dulcis fuit mihi*. Quia dominus inebriat animam laſſam, ſiue ſitientem, & dicit in euangelio: *Qui ſitit veniat ad me, & bibat. Et qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ*. Et omnem animam eſurientem ſatiat, atque ſitientẽ. De qua ſiti & eſurie idem in euangelio teſtatur: *Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur*. Notandumq; quod ebrietas in hoc loco in bonam partẽ ponatur: de qua & in Cantico dicitur. *Comedite amici: bibite & inebriamini chariſſimi*. Qua ebrietate & Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis in meridie. Inebriati autem, atque ſaturati hi qui laſſi fuerant atque eſurient, agunt gratias reſpondentes. Expergefactus ſum & vidi dominum, ſcilicet ſuſcitantem, atque dicentẽ. *Surge qui dormis & eleuare à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et ſomnus*, inquit, *meus dulcis fuit mihi*, vt imitarer domini mei verba dicentis. *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, quoniam dominus ſuſcepit me*.

b ¶ *Ecce dies veniunt*, &c.] Domum & domum, id eſt, domum Iſrael, & domum Iuda, in Lxx. non habetur: ſed tãtum Iſrael, & Iudam, vt ſit, & ſeminabo Iſraël & Iudam. Quodque intulit. *Semine hominum, & ſemine iumentorũ*, ad rationales, & ſimplices referre debemus. Et ſicut in principio Hieremiæ dictum eſt ad eum: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt cuellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*, & vigilaui ſuper eos, vt faceré, quod minatus ſum: ſic, inquit, vigilabo nũc ſuper eos, vt ædificem & plantem. *Dei* enim *agricultura, Dei ædificatio eſtis*. Omnes huiuſcemodi repromiſſiones iuxta Iudæos, & noſtros Iudaizantes in mille annorum regno putantur eſſe complẽdę. Nos autem dicente Apoſtolo: *Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incremẽtum dedit*: & Eſaia propheta, quod ſaluator ædificator ſepium & domorum eſſe memoretur: in primo aduentu Chriſti ſpiritualiter impleta defendimus, & impleta ex parte, non ex toto: quia *nunc in ſpeculo videmus, & in ænigmate*, & neſcimus, ſicut oportet nos ſcire. Cum autem quod perfectũ eſt venerit: tunc quod ex parte eſt deſtruetur. Aut certe in ſecundo complenda credimus: quando in ſua maieſtate dominus apparebit, & *ſubintrauerit plenitudo gẽtium, vt omnis Iſrael ſaluus fiat*, & nequaquã ex parte per ſingulos, ſed *ſit Deus omnia in omnibus*. Quodque infertur: *In diebus illis non dicent vltra, patres comederunt vuã acerbam, & dẽtes filiorum obſtupeſcent*, & reliqua, in explanationibus Ezechielis plenius diſſeruimus: quando interpretati ſumus illum locum: *Filij hominis quid vobis, & parabolæ iſtæ inter filios Iſrael dicentiũ: Patres comederunt vuam acerbã, & dentes filiorum obſtupuerunt: Viuo ego dicit dominus, ſi fuerit vltra hæc parabola in Iſrael: quia omnes animæ meæ ſunt: ſicut anima patris, ſic & anima filij. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*. Per quæ diſcimus mortem nõ facere dominum, ſed peccatum. *Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur*. Hocque in præſenti loco dicitur, quod nequaquam peccatis patrum in æternum offenderit Iſrael, ſed propriis meritis, & fide in Chriſtum poſt tempora multa ſaluetur. Et obſeruandum quod vitia atque peccata, vua acerba dicãtur: vt comedentium dentes obſtupeſcant, & non poſſint eius ſuauitatem ſentire, de quo dicitur: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus*. Quicunque ſcripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit. Vnde omnes hæretici peruerſa credentes, panem de cœlo deſcẽdentem comedere non poſſunt: ſed obſtupeſcunt dentes eorum, non ciborum auſteritate, ſed vitio dentium.

c ¶ *Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam, ſiue diſponã, domui Iſrael*, &c.] Hoc teſtimonio Apoſtolus Paulus, ſiue quis alius ſcripſit epiſtolam, vſus eſt ad Hebræos: omneſq; deinceps eccleſiaſtici viri, in primo ſaluatoris aduentu dicunt vniuerſa completa, & nouum teſtamentum, hoc eſt euangelium, ſucceſſiſſe veteri teſtamento: à quo legem literæ, lege ſpiritus commutatam, vt omnia quoque ſacrificia & circumciſio & ſabbathum ſpiritualiter complerentur: Quod autem pactum pro teſtamento ponimus, Hebraicæ veritatis eſt: licet teſtamentum recte pactum appelletur: quia voluntas in eo, atque teſtatio eorum qui pactum ineunt continetur. Quando eductus eſt Iſrael de terra Ægypti, tanta Dei in illo populo familiaritas fuit, vt manũ eorum apprehẽdiſſe dicatur,

Heb. — Conuertero captiuitatẽ eorum. Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ mons ſanctus: & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ & minantes greges.

Sept. — *quãdo reduxero trãſmigrationẽ eius. Benedicẽt dominus ſuper iuſtum montẽ ſanctum eius, & qui habitant in terra Iudæ, & in omni ciuitate eius cũm agricola, & eleuabitur in grege.*

Ioan.15.a — B — 1.Cor.3.b — Pſal.3.b — Matth.5.a — Cant.5.a — Gen.43.g — Eſa.5.d — 1.Cor.3.b — Ioan.7.f — D — Ezech.18.a — Sec.70. — 1.Cor.3.b — Ibid.3.b — Eſa.58.d — 1.Cor.13. — Rom.11.a — 1.Cor.15.a — Heb.8.d — בגידות

E — dicatur, & dediſſe pactum, quod illi fecerunt irritum, & propterea dominus neglexit eos. Nunc autem in euangelio poſt crucem, reſurrectionem, & aſcenſionem dare ſe pactum, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Cumque ſcriptũ fuerit domini teſtamentum in mẽte credentium: ipſum eſſe eis in Deum, & illos eſſe in populum: vt nequaquam Iudaicos quęrant magiſtros, & traditiones, & mandata hominum: ſed doceãtur à Spiritu ſancto: ſi tamẽ audire mereãtur: *Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis*. Spiritus autem ſpirat vbi vult, & diuerſas habet gratias. Notitiaq; vnius Dei, omnium virtutum poſſeſſio eſt. Et hoc, inquit, fiet, quia propitius ero iniquitati eorũ, & peccati eorũ non recordabor amplius. Ex quo perſpicuum eſt, ſecundum huius μετανοίας intelligẽtiam ſuperiora in primo intelligẽda ſaluatoris aduentu: quãdo vterq; populus ſibi Iſrael, & Iuda copulatus eſt. Si cui autẽ ſcrupulum facit quare dixerit: *Diſponam domui Iſrael & domui Iuda pactũ* ſiue *teſtamentum nouũ, nõ ſecundum pactum, quod pepigi cũ patribus veſtris*: intelligat primum eccleſiam Chriſti ex Iudæis: & ad illos venire dominum ſaluatorem atque diciſſe: *Non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael*, & idipſũ Apoſtolos confirmaſſe: *Vobis quidem primum oportebat loqui verbũ Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes*. Non enim oportebat panem filiorum dare canibus: ſed quia filij patrem in ſua venientem ſuſcipere noluerunt: dedit omnibus poteſtatem, vt qui receperint eum, fiant filij Dei.

1.Cor.6.d Ioan.3.d — Matt.15. ſ'ſedemoth Ioan.1.e — Gen 1.b Pſal.18.a — Ibid.103.b — Gen.49.a — Matt.24.c Mid.vele. — F

a ¶ *Hæc dicit dominus, qui dat*, &c.] Et in Geneſis principio legimus ſolem in cœlo poſitum in lumine diei: lunã quoq; & ſtellas in lumine noctis: Et in pſalmo: *Dies diei annunciat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*: quod inuicem ſibi nox dieſque ſuccedant. Quo modo, inquit, rerum & maxime cœleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari, & ſonantis maris fluctus voluuntur ad litora: fragorque gurgitum, & vndarum intumeſcentium terribilis auditur: nec poteſt vltra procedere, quã Dei iuſſione præceptum eſt iuxta illud: *Terminũ poſuiſti, quem non tranſibunt: neque conuertentur operire terram*. Sic, inquit, ſemen & genus Iſrael, domini erit voluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges autem hic non Moſaicæ ſunt intelligendæ, ſed conſtitutio, & ordo naturæ. Interrogemus Iudæos, ſi cœli peribunt, & omnes quaſi veſtimentum veteraſcent, & ad dominum dicitur: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*: quo modo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Aut enim pereuntibus cœlis, peribit & ſemen Iſrael: aut ſi fuerit perpetuum, ergo nec cœli peribunt. Quod ſi ſcriptura mentiri non poteſt, & perituri ſunt cœli: peribit igitur & ſemen Iſrael: maxime cum & Iacob loquatur ad filios: *Venite & annuntiabo vobis, quid futurum ſit in nouiſſimis diebus*. Quando autem dicitur, in nouiſſimis diebus: ergo mundus eſſe ceſſabit, & alia fiet rerũ diſpoſitio. Hoc aduerſum illos. Cæterum noſtris mundum iſtum non eſſe perpetuum, etiam euangelium demõſtrat, dicẽs: *Cælum & terra tranſibunt*. Et: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*. Dicamus & aliter. Quanditu mundus iſte fuerit, ſemen Iſrael, & gentẽ Iudaicã permanſuram, nõ in his qui nunc increduli ſunt, ſed in his qui cũ apoſtolis, & per apoſtolos crediderunt, vt reliquiæ ſaluæ fierent.

b ¶ *Hæc dicit dominus: Si*, &c.] Multũ in hoc loco diſtat Hebraicũ ab editione vulgata. Dicamus primũ iuxta Hebraicũ. Si menſurari potuerint cœli ſurſum, & eorũ altitudo cognoſci, vel inueſtigari fundamẽta terræ, & extrema eorum ratione comprehẽdi: & ego, inquit, abiiciam vniuerſũ ſemẽ Iſraël, propter omnia, quę fecerũt, dicit dominus. Quo modo autẽ illud impoſſibile eſt, vt cœlorum ſummitatẽ, & terræ fũdamẽta noſcamus, ſic & hoc impoſſibile erit, vt abiiciam vniuerſum ſemẽ Iſraël. Sin autem abiecero vniuerſũ ſemẽ Iſraël, ergo menſurabitur cœlorum ſummitas, & extrema terrarũ. Hic ſyllogiſmus & in euangelio texitur: qñ impoſſibile impoſſibili cõparatur: *Facilius camelus intrabit per foramen acus, quã diues intrare poſſit in regna cælorũ*. Quo modo enim illud fieri nõ poteſt, ſic nec hoc fieri poterit: quod ſi hoc factũ fuerit, ergo fiet illud, quod impoſſibile putabatur. Errãt ergo qui hunc locum aliter ediſſerunt, ponẽtes & illud teſtimonium, quod potuerit petere Patrem Filius, & duodecim legiones angelorum adducere in ſuum auxilium. Huic ſenſui Septuaginta contrarium tranſtulerũt, dicentes: Si exaltatum fuerit cœlum ſublimius, & humiliatum pauimentum terræ deorſum: & ego, inquit, non reprobabo ſemen Iſrael, dicit dominus, propter omnia quæ fecerunt. Quod ſi ita eſt, reprobabitur genus Iſrael. Quo modo enim cœlũ nõ poteſt eo, quod eſt, eſſe ſublimius: nec terra humilior eſſe eo, quod eſt, ſic & genus Iſrael nequaquam poterit reprobari. Si viderimus Iudæos iuxta Hebraicum hoc teſtimonio gloriari, aſſentiamur eis quod non ſit abiectum vniuerſum ſemen Iſrael. Non enim omnes abiecti ſunt, ſed hi tantum qui fuerunt increduli.

Matt.19.c — Matt.23.c — Apoc.21.c — Ioan.18.c — Inſ.32.b — d nun — e mem Apoc.3.b Eſa.22.f Apoc.3.b

Heb. — *Hæc dicit dominus: Si* mẽſurari potuerint cœli ſurſum, & inueſtigari fundamẽta terræ deorſum: & ego abiiciam vniuerſum ſemẽ Iſrael, propter omnia quę fecerũt, dicit dominus.

Sept. — *Hæc dicit dominus: Si eleuatum fuerit cœlum ſublimius, & ſi humiliatum pauimentum terræ deorſum: & ego non reprobabo genus Iſrael dicit dominus, pro omnibus quæ fecerunt.*

c ¶ *Ecce dies veniũt, dicit dominus*, &c.] Et in Geneſis principio legimus ſolem in cœlo poſitum in lumine diei: lunã quoq; & ſtellas in lumine noctis: Et in pſalmo: *Dies diei annunciat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*: quod inuicem ſibi nox dieſque ſuccedant. Quo modo, inquit, rerum & maxime cœleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari, & ſonantis maris fluctus voluuntur ad litora: fragorque gurgitum, & vndarum intumeſcentium terribilis auditur: nec poteſt vltra procedere, quã Dei iuſſione præceptum eſt iuxta illud: *Terminũ poſuiſti, quem non tranſibunt: neque conuertentur operire terram*. Sic, inquit, ſemen & genus Iſrael, domini erit voluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges autem hic non Moſaicæ ſunt intelligendæ, ſed conſtitutio, & ordo naturæ. Interrogemus Iudæos, ſi cœli peribunt, & omnes quaſi veſtimentum veteraſcent, & ad dominum dicitur: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*: quo modo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Aut enim pereuntibus cœlis, peribit & ſemen Iſrael: aut ſi fuerit perpetuum, ergo nec cœli peribunt. Quod ſi ſcriptura mentiri non poteſt, & perituri ſunt cœli: peribit igitur & ſemen Iſrael: maxime cum & Iacob loquatur ad filios: *Venite & annuntiabo vobis, quid futurum ſit in nouiſſimis diebus*. Quando autem dicitur, in nouiſſimis diebus: ergo mundus eſſe ceſſabit, & alia fiet rerũ diſpoſitio. Hoc aduerſum illos. Cæterum noſtris mundum iſtum non eſſe perpetuum, etiam euangelium demõſtrat, dicẽs: *Cælum & terra tranſibunt*. Et: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*. Dicamus & aliter. Quanditu mundus iſte fuerit, ſemen Iſrael, & gentẽ Iudaicã permanſuram, nõ in his qui nunc increduli ſunt, ſed in his qui cũ apo-

Matt.15. ſ'ſedemoth Ioan.1.e — H

Gen 1.b Pſal.18.a — Ibid.103.b — Gen.49.a — Matt.24.c Mid.vele. — 1.Cor.6.d Ioan.3.d

a ¶ *Hæc dicit dominus, qui dat*, &c.] Et in Geneſis principio legimus ſolem in cœlo poſitum in lumine diei: lunã quoq; & ſtellas in lumine noctis: Et in pſalmo: *Dies diei annunciat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*: quod inuicem ſibi nox dieſque ſuccedant. Quo modo, inquit, rerum & maxime cœleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari, & ſonantis maris fluctus voluuntur ad litora: fragorque gurgitum, & vndarum intumeſcentium terribilis auditur: nec poteſt vltra procedere, quã Dei iuſſione præceptum eſt iuxta illud: *Terminũ poſuiſti, quem non tranſibunt: neque conuertentur operire terram*. Sic, inquit, ſemen & genus Iſrael, domini erit voluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges autem hic non Moſaicæ ſunt intelligendæ, ſed conſtitutio, & ordo naturæ. Interrogemus Iudæos, ſi cœli peribunt, & omnes quaſi veſtimentum veteraſcent, & ad dominum dicitur: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*: quo modo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Aut enim pereuntibus cœlis, peribit & ſemen Iſrael: aut ſi fuerit perpetuum, ergo nec cœli peribunt. Quod ſi ſcriptura mentiri non poteſt, & perituri ſunt cœli: peribit igitur & ſemen Iſrael: maxime cum & Iacob loquatur ad filios: *Venite & annuntiabo vobis, quid futurum ſit in nouiſſimis diebus*. Quando autem dicitur, in nouiſſimis diebus: ergo mundus eſſe ceſſabit, & alia fiet rerũ diſpoſitio. Hoc aduerſum illos. Cæterum noſtris mundum iſtum non eſſe perpetuum, etiam euangelium demõſtrat, dicẽs: *Cælum & terra tranſibunt*. Et: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*. Dicamus & aliter. Quanditu mundus iſte fuerit, ſemen Iſrael, & gentẽ Iudaicã permanſuram, nõ in his qui nunc increduli ſunt, ſed in his qui cũ apoſtolis, & per apoſtolos crediderunt, vt reliquiæ ſaluæ fierent.

b ¶ *Hæc dicit dominus: Si*, &c.] Multũ in hoc loco diſtat Hebraicũ ab editione vulgata. Dicamus primũ iuxta Hebraicũ. Si menſurari potuerint cœli ſurſum, & eorũ altitudo cognoſci, vel inueſtigari fundamẽta terræ, & extrema eorum ratione comprehẽdi: & ego, inquit, abiiciam vniuerſũ ſemẽ Iſraël, propter omnia, quę fecerũt, dicit dominus. Quo modo autẽ illud impoſſibile eſt, vt cœlorum ſummitatẽ, & terræ fũdamẽta noſcamus, ſic & hoc impoſſibile erit, vt abiiciam vniuerſum ſemẽ Iſraël. Sin autem abiecero vniuerſũ ſemẽ Iſraël, ergo menſurabitur cœlorum ſummitas, & extrema terrarũ. Hic ſyllogiſmus & in euangelio texitur: qñ impoſſibile impoſſibili cõparatur: *Facilius camelus intrabit per foramen acus, quã diues intrare poſſit in regna cælorũ*. Quo modo enim illud fieri nõ poteſt, ſic nec hoc fieri poterit: quod ſi hoc factũ fuerit, ergo fiet illud, quod impoſſibile putabatur. Errãt ergo qui hunc locum aliter ediſſerunt, ponẽtes & illud teſtimonium, quod potuerit petere Patrem Filius, & duodecim legiones angelorum adducere in ſuum auxilium. Huic ſenſui Septuaginta contrarium tranſtulerũt, dicentes: Si exaltatum fuerit cœlum ſublimius, & humiliatum pauimentum terræ deorſum: & ego, inquit, non reprobabo ſemen Iſrael, dicit dominus, propter omnia quæ fecerunt. Quod ſi ita eſt, reprobabitur genus Iſrael. Quo modo enim cœlũ nõ poteſt eo, quod eſt, eſſe ſublimius: nec terra humilior eſſe eo, quod eſt, ſic & genus Iſrael nequaquam poterit reprobari. Si viderimus Iudæos iuxta Hebraicum hoc teſtimonio gloriari, aſſentiamur eis quod non ſit abiectum vniuerſum ſemen Iſrael. Non enim omnes abiecti ſunt, ſed hi tantum qui fuerunt increduli.

Matt.19.c — Matt.23.c — Apoc.21.c — Ioan.18.c — Inſ.32.b — d nun — e mem Apoc.3.b Eſa.22.f Apoc.3.b

c ¶ *Ecce dies veniũt, dicit dominus*, &c.] Qui mille annorum in terra Iudææ regnum Chriſti recipiunt, Iudæi videlicet & noſtri Iudaizãtes, conantur oſtendere turrem Hananeel, & portam anguli, & collem Gareb, & Goatha, & vallem Phagarim, & omnem Aſſademoth, & torrentem Cedron, & locum anguli portæ equorum orientalis, & ibi dicũt ſanctuarium domini, id eſt, templum eſſe condendum, mãſurumque in perpetuũ. Quod quia poſt captiuitatẽ temporib. Zorobabel, & Ezdræ non poſſunt mõſtrare completum, trãſeunt ad Chriſti tempora, quem in cõſummatione mundi dicunt eſſe venturum: vt aurea, atque gemmata iuxta Apocalypſim Ioannis deſcendat Hieruſalem: & hoc terræ ſpatio, id eſt, ab illo loco vſq; ad illum locum ædificetur per circuitum: Suſpitioniſque ſuæ hãc auruli capiũt, quod à turre Anathoth, quæ hodie appellatur Hieremiæ, tribus ad Hieruſalem millibus ſeparata, vſque ad torrentẽ Cedron, qui ſcribitur in euangelio, & eſt in valle Ioſaphat, vbi hortus erat, in quo & Iudas proditor tradidit ſaluatorem, ciuitatis fundamẽta iaciantur. Lecturi, inquiunt, ſumus in cõſequentibus Hanameel filiũ Sallum patruelem fuiſſe Hieremiæ, cuius emit agrum, & hæc eſt turris Hanameel: ignorantes Hebraicã veritatem. Hic enim iuxta Hebraicum ſcribitur, à turre Hananeel חנאל per ד videlicet mediam literam, ibi autem: Ecce חמנאל, Hanameel filius Sallum patruelis tuus veniet ad te, per mediam ם literam. Inuocantes igitur dominum ſaluatorem *qui habet clauẽ Dauid: qui aperit, & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit*

qui signatum quoq; Esaiæ librum & omnium prophetarũ aperuit, & adorauerunt viginti quatuor seniores tenentes citharas, quod solus potuerit diuina reserare mysteria: Aggrediamur ædificium ciuitatis, ad quam propheticus sermo dirigitur. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Et: *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.* Ædificatur itaq; ecclesia à turre obedientiæ, siue gratiæ & donorũ Dei: hoc enim interpretatur Hananeel, vsque ad portã anguli: quæ licet videatur initium habere sublime, quandiu in ista carne subsistimus, rectã veritatis lineam non possumus possidere: sed in angulo stamus, & fractis lineis: exirque vltra funiculus mensuræ cõtra eam, id est, portã anguli super collem Gareb, qui in lingua nostra vertitur, aut incolatus, aut scabies: vt doceat nos aduenas esse, atque peregrinos & non auribus pruritibus, & ad nouitatẽ dogmatum pessimorum facile non præbere consensum. *Et circuibit*, inquit, *Goatha*, pro quo interpretati sunt Lxx. per gyrum electis lapidibus, qui voluuntur super faciem terræ, & angulari lapide constringuntur: dicente Apostolo Petro: Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini domus spiritualis, sacerdotiũ sanctum, offerẽtes spirituales hostias, & acceptabiles Deo per Iesum Christum. *Et omnem*, inquit, *vallem Phagarim*, quod interpretatur ruinarum, & cineres, subauditur circuibit: vt quanquam nobis videamur in collibus, tamen semper timeamus ruinas, & consideremus cineres, & pœnitentes dicamus cum Dauid: *Quia cinerem quasi panem manducaui, & poculum meum cum fletu miscebam.* Vnde & iacentib. dicitur: *Nunquid qui cadit non resurget, dicit dominus? Et vniuersam*, inquit, *sademoth* שדמות, quod nos vertimus in regionẽ mortis: vnum nomen in duo verba diuidentes: sade שדה, quod dicitur regio, & moth מות, quod interpretatur mortis: pro quo Aquila vertit suburbana siue arua & rura. Regio autem mortis, regio peccatorũ est, & suburbana, regio voluptatũ: quæ pergit *vsque ad torrentem Cedron*, vbi traditus est dominus: qui interpretatur tenebræ. Vide quãta habeat loca ecclesia, & quo modo illud apostolicum, vt sit sine macula & ruga, in futuro, & in cœlestibus seruetur. Audis angulos, audis scabiẽ, audis ruinas & cineres, & regionem mortis & tenebras, & de tua virtute & impeccantia gloriaris? Deniq; sequitur: *Et vsque ad angulum portæ.* Et hic angulus, ne vlla vera iustitia, ne certa victoria in isto sæculo demonstretur: Ipse quoque angulus portæ quamquam sit orientalis, vnde lumẽ egreditur, tamen equorũ appellatur: vt indigere nos doceat cursu atque certamine, & tandẽ cum domino audire mereamur: *Ascendisti equos tuos, & equitatio tua salus.* In porta orientali, in porta quadrigarũ, sanctificatio domini est. Et tũc nos perfectos arbitremur, quãdo dixerimus ad dominũ: *Currus Dei decẽ millium multiplex millia lætantium: dominus in eis in Sina in sancto.* Istiusmodi ædificatio, quæ super fundamẽtum Christi posita est, de qua loquitur & Apostolus: *Vt sapiens architectus fundamentum posui*: nunquam destruetur, sed permanebit in perpetuum. Obscura & difficilia latius disserenda sunt, vt manifesta breuius percurramus.

CAP. XXXII.

V. *Erbum a quod factum est ad Hieremiã à domino in anno decimo Sedechiæ regis*, &c.] Non solũ verba, sed & opera prophetarum nobis exemplo sunt ad virtutem. Poterat Hieremias prospera nunciare, & regis Sedechiæ frui amicitia: sed malebat Deo magis obedire quam hominibus, & ei qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, quam illi qui tantum in corpus habere poterat potestatem. Et hoc considerandum quod decimus annus erat regni Sedechiæ, obsessa iam Hierusalem, & gladio, fame & peste consumpta & captiuitate vicina, & tamen Sedechias perstat in sententia, & ex parte aliqua illius clementia demonstratur: quod nequaquam eum in carcere, sed in vestibulo recludi iusserit carceris, libera videlicet custodia, ne posset effugere. Quasi non omnis Hierusalem clausa munitionibus communis carcer fuerit habitantium. Ipse annus est duodeuigesimus regni Nabuchodonosor, qui quarto anno regis Ioachim cepit imperium. Omnis autem causa iræ regis ista est: cur loquatur ex Dei nomine quæ ei fuerat imperata.

b ¶ *Ecce ego dabo ciuitatem istam*, &c.] Hæc erat causa iræ regiæ, quare præferret mendacio veritatem, & tam vrbem Hierusalem quam Sedechiam regem diceret esse capiendum: quodque grauius est, visurum eum ora regis Babylonij, & locuturum humilem atque captiuum, cum potentissimi regis insania. Grauior enim terror est, videre quem timeas, & ante increpationem verborum, quam pœnarum sustinere cruciatũ. *Et in Babylonem*, inquit, *ducet Sedechiam & ibi erit*: Pro quo Lxx. transtulerunt & Babylonem ingredietur: quorum alterum inuitum trahit, alterum voluntate pergere significat. *Et ibi*, inquit, *erit*. Verbum ponit ambiguum, ne videatur cruciatus & miseriis prophetare. Quodque sequitur: *Donec visitem eum, ait dominus: & si pugnaueritis aduersus Chaldæos, nihil prosperum habebitis*: in Lxx. non habetur. Prudenterque sententiam temperauit, quæ ad bonam & ad malam partem referri potest. Visitatio enim, vt sæpe dixi, & consolationem significat & supplicium.

c ¶ *Et dixit Hieremias, factum est verbum domini*, &c.] Occultum ad Hieremiam Dei factum esse sermonem, nemo scire poterat, nisi ipso indicante, ad quem factus fuerat: & prædicitur ei quod venturus sit ad eum Hanameel patruelis suus, & possessionem agri qui suus fuerat, delaturus: esse autem ipsum locum in Anathot, de suburbanis quæ sacerdotibus per singulas tribus & ciuitates dabantur ex lege: nec licitum erat possessionem de tribu transire ad tribum, nec de familia ad aliam familiam. Vnde & filiæ Salphaad accipiunt sortem inter fratres suos, præcipueque suburbana sacerdotum nulli alij poterant venundari, vsque ad annum remissionis: nisi ei quem propinquitas sanguinis expetebat. Venit ergo ad eum patruelis frater suus, & offert emptionem, quæ illi ex propinquitate debetur. Helchias & Sellum fratres fuere Germani. Helchiæ filius Hieremias: Sellum Hanameel. Helchias interpretatur, pars domini: Hieremias, sublimitas domini. Rectèque altitudo domini de parte domini nascitur. Sellum vero in linguam nostram vertitur pax siue pacificus. Hanameel donum vel gratia Dei. Nec mirabimur quod sibi pax iungãtur & gratia, cum etiam epistolarum apostolicarum hoc principiũ sit: *Gratia vobis & pax*, Primũ ergo pacem mereamur Dei, & post pacem nobis gratia nascitur: quæ non in possidentis, sed in arbitrio donantis est. Defert autem emptionẽ gratia Dei, illi qui in sublimibus collocatus est: vt quamuis videatur excelsus, tamẽ gratia Dei indigeat: illud quod in Cantico sæpe cantatur à sponsa: *Fratruelis meus*, id est, ὁ ἀδελφιδοῦς μου in Hebraico ב דודי dicitur: ergo non fratruelis sed πατρἀδελφος, id est, patruelis dicendus est, fuisse autem Hieremiam filium Helchiæ *de sacerdotibus qui erant in Anathot in terra Beniamin*, & voluminis huius testatur exordium.

a ¶ *Et venit ad me*, &c.] Quod futurum propheræ verbũ domini nunciarat, statim opere completum est. Venit, inquit, ad me Hanameel gratia Dei, filius patrui mei. Sellum, hoc est, filius pacis. Venit autem in vestibulo carceris: dixitque ad me ea quæ dominus ab eo dicenda prædixerat. Ager autem iste sacerdotalis, cuius emptio atque possessio Hieremiæ deferebatur, in Anathot est, in terra Beniamin, quorum prius obediẽtiam: secundum filium dexteræ sonat. Et consequenter eius appetit emptionem in quo obedientia & virtus domini versabantur. Pro quo Lxx. πρεσβύτερον, id est senioré interpretati sũt: qp loco huic non conuenit.

b ¶ *Intellexi autem quod verbũ*, &c.] Durum quidem erat & prope inconsequens risuq; dignum, eã qui iam iamque capiendam prophetabat Hierusalem, & omnes ducendos esse captiuos, vel gladio, fame, & peste perituros, agrum in Anathot emere, quem nõ erat possessurus. Sed intellexi, inquit, verbum domini esse & emptionem meam argumẽto & vaticinio domini coaptandam, & ideo acquieui præcepto eius vt emerem: nec frustra ad me super huiuscemodi re, Dei factũ esse sermonem, & appendi argenti decem & septem siclos; quos nos in stateres vertimus. *Siclus autem viginti habet obolos*, vt in Ezechielis extremo voluminis scribitur. Emitque propheta decem & septem siclis, in quo numero cantauit puer domini Dauid, in die qua eruit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit: *Diligã te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ.* Denarium esse mysticum nunierum, ostendit decalogus qui scriptus fuit in tabulis lapideis digito Dei, & dies ieiunij & propitiationis mensis septimi. Septem quoque, in quo verus est sabbathismus & requies, esse sanctum, multis scripturarum testimoniis comprobamus: de quibus saltem pauca posuissem, nisi otiosum esset docere quæ nota sunt. In hoc igitur numero à propheta & sacerdote emitur possessio: scribiturque in libro atque signatur, & adhibentur testes, argentumque diligenter appenditur: vt omnia venditionis & emptionis iura seruentur, & sit certa possessio, stipulationibus & sponsionibus roborata. Vel hoc audiant, qui falsa testamenta, & interdum ne testamenta quidem, sibi adhibitis testibus vindicare conantur.

c ¶ *Et dedi*, &c.] Quanquam statim esset possessio relinquenda, imo emenda posteris, & ab eo emenda qui filios non habebat: neque enim vxorem acceperat: tamen obediens imperio domini, omnia rite celebrat: Signatumque librum possessionis dat Baruch filio Neri filij Maasiæ. Baruch in lingua nostra, benedictus dicitur: qui erat filius Neri, qui interpretatur lucerna mea, dicẽte propheta: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis ardens.* Neri quoque pater Baruch filius Maasiæ, id est, factura & operis domini. Animaduertamus ergo, quãtis virtutum priuilegiis discipulus Baruch Hieremiæ ministrauerit, dicẽte Dauid: *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* Vnde & Heliæus minister Heliæ intantum placuit Deo, vt post translationem magistri etiam duplicem spiritum mereretur accipere. Hoc dico ad commonitionẽ eorum qui malorũ hominũ abutuntur ministeriis, & nõ audent abijcere eos, quos malæ conscientiæ norunt sibi glutino copulatos. Traditur autẽ liber Baruch tanto & tali viro videntes Hanameel, qui vendiderat & restibus qui subscripserãt, & quorũ nomina in emptionis volumine tenebantur. Et in cõspectu, inquit, omniũ Iudæorũ, qui sedebant in atrio carceris: qui videlicet ad prophetam venerant consolandũ; vel studio timoris Dei, domini verba audire cupiebant.

d ¶ *Et præcepi*, &c.] Cunctis quos præteritus sermo narrauit præsentibus & videntibus, Baruch ministro præcipitur & discipulo: nõ seruitoribus præceptoris, sed Dei iubentis imperio: vt assumat libros, vnum signatũ, alterũ apertũ: quæ emptionũ cõsuetudo hucusq; seruatur: vt cp intrinsecus clausũ signacula contineat, hoc legere cupientibus apertum volumen exhibeat, vtrumq; in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Firma igitur erat, & lõgo post tẽpore futura possessio: quę tãta custodia seruabatur: ne vel foris emptionis libri positi paterent rapinæ, vel humo conditi, humore terræ solutirentur. Hoc autem totum fit vt intelligant qui videbant rursum habitandã Hierusalem, & possidendos agros: quod licet absque sermone Hieremiæ debuerant per se intelligere: tãmen domini sermonibus commonentur, & dicit ad eos: *Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: adhuc possidebuntur domus & agri & vineæ in terra ista.* Hoc est illud quod Hieremias dudum dixerat. Intellexi verbum esse domini, & idcirco emit agrum, quem possessurus non erat.

e ¶ *Et oraui ad dominum post quã tradidi librũ*, &c.] Post emptionẽ agri iure celebratã, & post sententiã domini, quã pollicitus est domos, agros, & vineas deinceps possidendas, orat propheta ad dominum, & dolorẽ cordis gemitibus exprimit, dicens. *Heu, heu, heu domine Deus*: pro quo Lxx. transtulerũt, ὁ δν, id est, *qui es domine Deus*: iuxta illud quod Moysi dicitur? *Vade dic populo Israel: Qui est, misit ad me vos.* Nõ quo nõ sint alij, sed aliud est creatoris esse beneficio quod subsistat, aliud æternitate naturæ. Laudat dominũ, & ex creaturis prædicat creatorẽ: Primumque potentiã eius & misericordiã, atq; iustitiã, in omne hominũ genus eleuat vocibus: Deinde transit ad Israel, & quanta ei præstiterit, celebri sermone describit. Et post tanta beneficia dicit eos immemores bonorũ illius, clementiam in amaritudinem prouocasse: ita vt obsideatur ciuitas, & antequam hostiũ in eam fiat irruptio, fame & gladio & peste consumpta sit. Hæc autem vniuersa præmisit, vt consequenter illud inferret, quod in reprehensionem diuinę sententiæ facere videbatur. Et tu dicis mihi domine Deus, eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? Hæc interim tota loci istius continet *argumẽtum*. Nunc ad singula reuertamur. *Tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna.* Et Ioannes dicit de filio: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factũ est.* Hæc est enim domini fortitudo Apostolo comprobante: Christus Dei virtus, & Dei sapientia. *Et in brachio tuo extento* siue *excelso*: quorũ vtrumq; percutientis indicium est. Hoc est autẽ brachiũ de quo Esaias loquitur: *Et brachium domini cui reuelatum est?* Non erit tibi difficile omne verbum: *Quæ apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sũt*: siue cui nihil est abscõditũ: iuxta illud psalmographi, dicentis: *Quia tenebræ non obscurabũtur à te, & nox sicut dies illuminabitur.*

Qui facis misericordiam in millibus & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos. Grandis clementia creatoris, misericordiam suam in mille generationes extendere, & iustitiam statim in altera generatione monstrare: quæ tamen & ipsa est mista misericordiæ. Non enim statim punit delinquentem, sed expectat pœnitudinem: vt si liberi imitati fuerint parentum vitia, diu dilata pœna reddatur. Fortissime, magne, potens, dominus exercituum siue virtutum nomen tibi. Ista nomina potẽtiam indicant creatoris. Cæterum proprie nomen Dei, pater est, quod in euangelio per dominũ reuelatur dicẽtem: *Pater manifestaui nomẽ tuum hominibus.* Magnus consilio. Et audet se quisquam domini inserere secreto & de illis iudiciis iudicare? Et incomprehẽsibilis cogitatu. Quem non comprehẽdit cogitatio, quo modo potest sermo comprehendere? Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam. Frustra ergo homo se putat Dei cælare notitiam. Quodque infert: vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum suarum, hoc indicat, quod interdum pro nimia patientia, iniusta eius videantur iudicia.

Quem locum Apostolus plenius explicat ad Romanos. Ignoras quoniã benignitas Dei ad pœnitentiam te hortatur? secundum duritiam autẽ & cor impœnitens, *thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Quanto igitur serior vindicta peccantium est, tanto iustior: in similitudinem Pharaonis, qui decẽ plagis admonitus, nõ punitus, & in duritia perseuerãs, ad extremũ rubri maris fluctib. obrutus est.

Ioan.17.a
c gibbor
Rom.2.a
B
Exod.14.

brachio tuo extento (siue excelso:) non erit tibi difficile (siue impossibile) omne verbum: (vel iuxta Lxx. Nihil apud te est absconditum.) Qui facis misericordiã in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorũ post eos, fortissime, magne, potens, (quod Hebraice dicitur c גבור:) dominus exercituum (siue virtutum) nomen tibi. Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adam (siue hominũ:) vt reddas vnicuiq; secundum vias suas, & secũdum fructum adinuentionum suarum. a Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel & in hominibus (siue terrigenis:) & fecisti tibi nomen, sicut est dies hæc, & eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti, in signis & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno. Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluẽtem lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt eam, & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt, & euenerunt eis vniuersa mala hæc. b Ecce munitiones extructæ sunt aduersus ciuitatem, vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui præliantur aduersus eã à facie gladij, & famis, & pestilentiæ. Et quæcunque locutus es acciderunt, vt ipse tu cernis: Et tu dicis mihi: Domine Deus, eme agrum argẽto, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? c Et factum est verbum domini ad Hieremiam dicens: Ecce ego dominus Deus vniuersæ carnis. Numquid mihi difficile (siue impossibile) erit (aut absconditur à me omne verbum? Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem istam in manum Chaldæorum, & in manum regis Babylonis,

Exod.19.b

a ¶ *Qui posuisti signa & portenta in*, &c.] De generali transit ad speciale, & quid propriè præstiterit Israël, breui sermone percurrit. Qui posuisti, ait, signa & portenta in terra Ægypti, quibus afflicta est Ægyptus vsque ad diem hanc, & in Israel & in hominibus siue terrigenis. Hoc quod dicitur, vsque ad diem hanc: posterioribus copulandum est, vt legamus, & in Israel & in cunctis mortalibus quotidie tua signa complentur. Siue aliter signa atque portenta non solum in Ægypto perpetrasti, sed vsque hodie eadẽ tuæ misericordiæ fortitudo saluauit populũ tuũ, & vniuerso generi humano creatoris subuenis potestate. Et hoc notandum, quod Israel ab hominibus separat atque terrigenis iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel. *Et fecisti tibi nomen sicut dies hæc.* Laudes, inquit, tuæ totius orbis sermone celebrantur. *Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti.* Pulchre dixit, populum tuum, eo enim tempore quo eductus est, domini imperio seruiebat. Eduxisti autẽ in signis & portentis, quibus percutiebatur Ægyptus, & in manu robusta & in brachio extento, & in terrore magno: quando mare rubrum transeunti populo Israel viã præbuit, & Ægyptium oppressit exercitum. *Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorũ vt dares eis, Abraham videlicet, Isaac & Iacob.* Ergo non suo merito terrã repromissionis, sed patrũ accepere virtutibus. *Terram fluentẽ lacte & melle.* Necdũ enim solidum poterant cibum capere sed melle & lacte nutriebantur infantiæ. Vel certe lacte & melle, rerum omniũ vbertate & abundantia. Et ingressi sunt & possederunt eam. Statimque inter possessionem & inobedientiam nihil fuit medium. Vbertas enim, securitatem: securitas, negligẽtiam: negligentia, contemptum parit. Et non obedierunt (inquit) voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt. Frustra ergo promisere in eremo dicentes: *Omnia quæcunque dominus præcepit, faciemus.* Non enim in spõsione, sed in opere præmium est, ad retundendã eorum impudentiam, qui putant hominem omnia posse complere, quæ se facturum esse pollicitus est. *Omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt,* & certe facturos se promiserant. *Et euenerunt eis vniuersa mala hæc.* Mala patientibus, cæterum iuxta domini sententiam, bona qui reddit vnicuique secundũ vias suas.

Exod.4.f
Ezech.5.d

b ¶ *Ecce munitiones extructæ*, &c.] Decimus annus erat regis Sedechiæ: ita enim scriptum est: *Verbum quod factum est ad Hieremiam à domino anno decimo Sedechiæ regis Iudæ: tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalem, & Hieremias propheta clausus erat in atrio carceris.* Recteque nunc dicitur: Ecce munitiones sunt extructæ aduersus ciuitatem, vt capiatur, & vrbs tradita est in manus Chaldæorum, nec habent quos vincant, aut quos capiant: Iam enim gladio, fame, peste consumpti sunt: & quæcumque dixisti, videmus esse completa: quomodo ergo mihi dicis domine, eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? Igitur non reprehẽdit, sed interrogat, nec tam sibi, quam aliis vult discere, qui sedebant in atrio carceris, & forsan taciti reprehendebant, quo modo idem propheta quẽ verum nunciare credebant, & vrbem dicat esse capiendam, & agrum emat quasi possessurus.

Sup.cod.a
d oubaou
Sup.cod.a
Zach.7.e

c ¶ *Et factum est verbum Domini*, &c.] Tristibus læta subiungit, & post euersionem Hierusalem captiuo populo reditum pollicetur. Primumque causas exponit offensi & iusti furoris Dei, vt quanto maior culpa peccantiũ, tanto amplior in peccatores clementia creatoris. *Ego*, inquit, *dominus Deus vniuersæ carnis.* Nequaquam cunctarum gentium, nec populi Israel, aut certe vt de sanctis crebro dicere solet: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob*, sed *Deus* dixit *vniuersæ carnis*: vt & rationalia & bruta animantia ipse fecisse credatur. Sunt enim qui prouidentiã creatoris vsque ad rationalia cõfiteantur, bruta autem fortuitis casibus asserant, vel perire, vel viuere. Propheticusque sermo declarat, nihil esse quod fugiat prouidentiam & scientiam Dei: quia alia propter se alia in vsum hominum sunt creata. Numquid mihi difficile aut impossibile: aut certe absc õdetur à me omne verbum? & supra diximus: *Quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deũ possibilia sunt.* Verbum autem hic, & in multis aliis locis, pro rebus debemus accipere. *Quid est* (ait) *quod factum est verbũ? Propterea hæc dicit Dominus.* Quid enim præcesserat, vt causalem coniunctionem poneret, dicens: *Propterea hæc dicit Dominus*? Quia, inquit, curæ meæ est omnia regere, vniuersa disponere, & reddere singulis iuxta vias suas: idcirco ego tradam ciuitatem istam in manu Chaldæorum, & in manu

Matt.24.d
1.Ioan.5.d
Apoc.21.b
Luc.18.c

regis Babylonis, & capient eam. Primũ enim vallatur exercitu, & absente capitur Nabuchodonosor, Sedechias; ducitur in Reblatha, & ibi regi traditur. Et venient, inquit, Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc. Melius Aquila qui pro eo quod scriptum est, veniẽt, trãstulit εἰσελεύσονται, hoc est, ingredientur ciuitatem. Neq; enim absentes erãt vt venirent: quippe qui circundederãt Hierusalẽ, sicut scriptura testatur: *Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalẽ.* Ac deinde: *Ecce munitiones extructæ sunt aduersũ ciuitatẽ vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorũ.* Quo modo igitur venient qui præsentes erant? Sed hi qui obsidebãt vrbem, ingrediẽtur, inquit, & capiẽt eã, & succendent, & ad solũ vsque comburent: Verbum enim Hebraicũ d ובאו, ambiguitate sui, & venient, & ingrediẽtur sonat. Et domus, in quarũ domatibus sacrificabant Baal idolo Sydoniorũ, & libabant dijs alienis libamina ad irritandũ me: vt non errore religionis, sed contentione quadam, & in creatorẽ contumelia facere viderẽtur. Quo modo autẽ perituras scribitur mundus, iuxta illud quod scriptum est: *Cælum & terra pertransibunt*, eo quod in maligno positus sit: sic & domus ipsæ, & loca in quib. flagitia perpetrata sũt, iræ Dei subiacent. Sunt qui contentiose illud quod scriptũ est. Locus in quo crucifixus est dominus atque Saluator, spiritualiter Gomorra & Ægyptus vocatur, ad ipsa loca referant. Alij vero vniuersum mundum sub nomine Ægypti & Gomorræ significari putãt. Vt enim Gomorra diuino igne deleta est, ita & mundum iudicio Dei concremandum.

E
F
e ach

a ¶ *Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter, siue soli*, &c.] Verbum Hebraicum e אך Aquila interpretatus est ἀλλὰ: quod coniunctionem significat: verumtamen. Symmachi prima editio, & Lxx. & Theodotio, solos interpretati sunt. Secunda quippe Symmachi vertit ἀδόλως, quem & nos in præsentiarũ secuti sumus, vt diceremus, iugiter. Dicamus igitur primũ iuxta Hebraicũ filij Israel, & filij Iuda facientes iugiter malũ. Et decẽ, inquit, & duæ tribus malum sine cessatione fecerunt, & iugis fuit eis in pessimis operibus perseuerantia. Si autem iugis & semper in toto populo, vbi est iustitia sempiterna? Porro iuxta Lxx. qui dixerunt: *Soli facientes malum*, oritur quæstio: Num & aliæ gentes eo tempore quo Israel Iudasque peccabant, malum non fecerunt? Quod sic soluitur: Qui habet notitiam Dei & recedit ab eo, solus peccat in oculis Dei: qui vero increduli permanserint, quasi illo nõ vidente & negligente delinquunt. Vnde & Dauid vir sãctus, quia corruerat in peccatum vxoris Vriæ, Bethsabeæ, agens postea pœnitentiam, loquitur: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, id est, in conspectu tuo. Denique iungitur: *Soli facientes malum in oculis, & in conspectu meo ab adolescentia sua.* Quodque sequitur.

2.Reg.12.
Psal.50.

b ¶ *Filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuũ suarum*, &c.] In Lxx. non habetur, & de Hebraico additum est. Quia autem ab adolescentia sua vsque ad præsentem diẽ iugiter deliquerunt: ideo iusta sententia Dei est, & merito scriptura contexit.

c ¶ *Quia in furore & in indignatione mea*, &c.] Si ex eo tempore quo ciuitatis iacta sunt fundamenta vsque ad hanc diẽ, quando capta est atque succensa, & sublata de conspectu domini, fuit semper in vitio, & indignationem contra se domini prouocauit: Vbi est (vt sæpe iam diximus) peccatorum quies.

G

d ¶ *Propter malitiã*, &c.] Quia supra dixerat: In furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc: à die qua ædificauerunt eam vsq; ad diẽ istam, qua auferetur de cõspectu meo, & nullum generaliter absque peccato fuisse mõstrauerat: nunc per partes enumerat, & reges & principes & sacerdotes, & prophetas eorum, & cuncta vno sermone cõprehendens: Viri, inquit, Iuda & habitatores Hierusalem. Pulchreque non dixit: Reges mei, & principes mei, & sacerdotes mei, & prophetæ mei, sed quia peccauerũt reges eorũ, & principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum.

e ¶ *Et verterunt ad me*, &c.] Iuxta illud quod alibi scriptũ est: *Et verterũt cõtra me scapulam recedentem.* Qui enim prẽcatur, inclinata ceruice in terram pronus funditur: qui vero tergum vertit, ipso gestu corporis indicat negligere se cõminãtem. Et hoc ait, faciebãt.

f ¶ *Cum docerẽ*, &c.] Fugatis erroris tenebris, & omni idolorũ cultu, mea sententia confutata, quotidie corda eorum illuminare cupiebã, & docere quæ recta sunt. Et vt liberum seruaret arbitriũ, ipso gestu & dicit: *Et nollent audire, vt acciperent disciplinã.* Sequitur.

H
Ezech.8.b
Deut.4.e
1.Cor.3.d

g ¶ *Et posuerunt Idola*, &c.] Non solũ eo tẽpore Iudas posuit in templo Dei statuam idoli, quam in Ezechielis principio legimus: sed vsque hodie in domo Dei, quæ interpretatur ecclesia, siue in corde animaque credentiũ, ponitur idolum, quando nouum dogma constituitur, & iuxta Deuteronomium, adoratur in abscondito. *Nescitis*, inquit, *quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?*

h ¶ *Et ædificauerunt excelsa, siue aras*, &c.] Pro initiarent, in Hebraico scriptũ est f להעביר: quod Aquila & Symmachus, transducerent: Lxx. & Theodotio interpretati sunt, offerrẽt. De valle filij Ennom, quæ Hebraice dicitur g גיא חנם, supra plenius diximus quod subiaceat Siloe fontib. & amœnitate sui, quia locus irriguus est, populum prouocauerit ad luxuriam, quam idolorum cultus sequitur. Notandũ quoque quod aræ & excelsa, Hebraico sermone appellantur h במות propter eos qui in Samuelis & Regum volumine quid significet hoc verbũ dubitant. Moloch idolum Ammonitarũ est, quod in regem vertitur. Significat autem scriptura diuina, quod non solum Baal idolo, sed & Moloch cunctisque dæmonibus in ipso loco populus seruierit.

f haabir
g ge hinnom
Sup.7.g
h bamoth
1.Reg.9.b
3.Reg.3.a
מלך

i ¶ *Quod non*, &c.] Proprie tribus Iuda & Beniamin in fano Baalis & Moloch, dæmonũ simulacra veneratæ sunt. Vitulos autem aureos in Bethel & Dan, & decem tribus, quæ appellantur Samaria, Ioseph, & Ephraim, coluisse perspicuum est. Tantumque mali fuit quod à populo factũ est, vt testetur Deus se numquam cogitasse, nec ascendisse in cor suum, quæ illi facturi fuerint: Omnia autem hæc κατὰ σύνθεσιν.

3.Reg.12.g

k ¶ *Et nunc propter*, &c.] Sicut sperantibus auxilium, & in murorum firmitate fidentibus, prophetatur quod subuertenda sit Hierusalẽ, & populus iam iamque capiẽdus, & ante captiuitatem gladio, fame, & peste periturus: Sic desperantibus, & post subuersionem vrbis nullam salutem expectantibus, suum auxilium pollicetur, vt & confidentia, atque

superbia, iustam sententiam, & desperatio, atque humilitas Dei mereamur auxilium.

a ¶ *Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris*, &c.] Multi hoc putãt tẽpore Zorobabel filij Salathiel, & Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, quando Aggeus & Zacharias prophetauerunt sub Ezdra sacerdote completum, quando ædificatum est tẽplũ, & sub Neemia extructi muri per circuitũ: vt quos ante deiecerat in furore & ira, & in indignatione grãdi de Hierusalẽ, & in toto orbe dispersérat: postea reductos habitare fecerit cõfidẽter, & fuisse eos in populũ Dei, & dominũ fuisse in Deum eorũ, & cætera quæ scriptura contexit. Sed quo modo hoc possit illi tempori coaptari: Habitare eos faciam confidenter, & feriam eis pactum sempiternũ, siue disponam illis testamentũ æternum: penitus non potest approbari: quippe quos legerimus & sacra narrat historia, non solum à vicinis gentibus, sed à Persis quoq; & Macedonibus, & Ægyptiis, Romanisque sæpe captos, & hucusque seruire. Omnia igitur ad aduẽtum referẽda sunt Saluatoris: quæ nostro & fidei tẽpore videmus expleta, & electio (iuxta apostolum) reliquiarum salua facta est. Et qui in Christo habitant confidenter, datũ est illis cor vnũ, iuxta illud quod scriptũ est: *Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnum & anima vna. Et viã*, inquit, *vnã*, illum qui dicit: *Ego sum via veritas, & vita. Vt timeant me vniuersis dieb. Principiũ* enim *sapiẽtiæ, timor domini.* Vniuersis ait diebus. Quod si Iudæis non competit, de nostro populo accipiendũ est: cui & bene fuit, & est & erit, non solum ipsis, sed & filijs eorũ post eos. Nobiscum enim pactum pepigit sempiternum, nec desinet nobis vltra benefacere. Quodq; sequitur: *Et timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedãt à me.* Sic liberum donat arbitrium, vt tamen ipse timor qui tribuitur, gratia permaneat, largitoris. Cumq; inquit, eis benefecero, lætabor. Gaudet quippe quia videt creaturã suam esse saluatam. Vnde & *Gaudiũ angelorũ est in cœlis super vno peccatore pœnitentiã agẽte. Et plãtabo*, inquit, *eos in terra ista in veritate*: siue (vt Lxx. transtulerunt) in fide, vt proprie significẽt populum Christianum, cuius religio fides est. In toto corde meo & in tota anima mea: Si domini verba sunt Saluatoris, recte cor & anima eius creditur, qui dicit in euangelio: *Potestatẽ habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterum sumendi illam*. Sin autem ex persona Dei patris accipimus: secundũ illud intelligendum est: *Neomenias vestras & sabbatha & dies festos odit anima mea.*

b ¶ *Quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi super populũ istũ omne malũ hoc grãde, sic adducam super eos omne bonũ*, &c.] Hæc iuxta literam, licet in typo præcesserint post reditum de Chaldæis, quando ad Cyri regis imperium reuersus est populus, in Iudæam tamen spiritualiter in Christo & apostolis verius pleniusq; complentur. Tunc & homines & iumẽta reducti sunt in ecclesiam: iuxta illud quod scriptũ est: *Homines & iumenta saluos facies domine*, rationales quoque & simplices. Tunc agri empti sunt pecunia, vt faceremus nobis *amicos de iniquo in mãmona*, qui nos *reciperent in æterna tabernacula.* Et scripti in libro, haud dubium quin viuẽtium. Et impressum est signum vexilli dominicæ crucis atq; victoriæ, & testes adhibiti sunt martyres, & omnis sanctorũ chorus. In terra Beniamin, vbi est domini fortitudo, & in circuitu Hierusalẽ, in qua est visio pacis, & æterna securitas, in ciuitatib. Iuda, in quibus est Christi vera confessio. *Et in ciuitatibus montanis*, de quibus vna est, de qua dicitur: *Non potest ciuitas abscondi in monte posita. Et in ciuitatibus campestribus*, quæ Hebraice appellantur שפלה: vt de profundis atque depressis, per camporum æqualitatem ad summa gradiamur. *Et ciuitatibus quæ ad Austrum sunt*: quod Negeb Lxx. transtulerunt, vbi est meridies, & plena lux veritatis. Cum autem hæc omnia fuerint, implebitur quod scriptum est: *Conuertam captiuitatem eorum, ait dominus*: de quo scriptum est: *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: Accepit* siue (vt Apostolus ait) *dedit bona hominibus.*

1. Ezdr. 5. 2. Ezdr. 3.

Rom. 9. f

Act. 4. f

Ioan. 14. a

Prouer 9. c

Luc. 15. b

Ioan. 10. d

Esaiæ 1. d

Matt. 5. b

Psal. 67. d

Ephes. 4. b

Commentarij Sexti in Hieremiam Prophetam Finis.

MARIA-

MARIANVS VICTORIVS AMORETTVS REATINVS,

PIO ET ERVDITO LECTORI S.

SErmo aliquantulum fusior, & longioribus excurrens circuitibus: Item aliquot voces in opere non satis Latinæ, vt secutores, hodietenus, victualia, & historialiter: Adhæc quod nec Græca, nec Hebraica verba vmquam proferat: neque Lxx. interpretationis, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis meminerit: imo quod vulgata potius ipsius Hieronymi editione vtatur, mouent eruditos quosdam, vt Hieronymi opus non esse laborem hunc in Hieremiæ lamentationes, pro certo asseuerent. Ego quia stylus interdum ætate, & dicendi materia variat, & voces illæ non satis Latinæ, immistæ forsitan, aut corruptæ ab imperito Librario sunt, interpretationesque veterum translatorum in Commentario, vbi mystice, non secundum historiam fit expositio, consulto, prudenterque omitti potuerunt: alibique semel, Ezechielis scilicet quadragesimoseptimo capite, dum numeros adducit, sua Hieronymus interpretatione vtatur: Videns librum doctum & eruditum, & à veteribus, inter quos Gratianus est, Hieronymi nomine relatum: itaque ad stylum dicendi, & eruditionem Hieronymi accedere, vt ab eius fœtu non sine erroris periculo discernatur: contra omnem antiquitatem censuram talem primus approbare, librumque vti alienum è suo loco dimouere nec potui, nec ausus sum: præsertim cum, omnibus consentientibus exemplaribus, ad Eusebium Cremonensem Diui Hieronymi induiduum socium, cui totum in Hieremiam dicatur opus, inscriptus sit. Nam mẽtitum hac in re virum sanctum, quisquis Librum condiderit (sanctum enim, piumque fuisse inficiari quis audeat?) credi nullo modo potest. Epistola certe Libro præfixa Hieronymi, est eadem prorsus cum ea, quam ad Paulam Vrbicam de Alphabeti Hebraici mysterio, & metrorum apud Hebræos genere ille inscripsit: Inuenies autem eam Tomo tertio, numero. CLV. Legant igitur Librum omnes vti Hieronymi, aut saltem vti Hieronymiani spiritus partum, & à tali censuræ periculo abstinentes, non quis quid scripserit, sed quid potius scriptum sit, considerent. Opus enim ita pium, & eruditum est, vt Hieronymi nomine secure legi, & pro eius labore proferri iure ab omnibus possit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN LAMENTATIONVM HIEREMIÆ AD EVSEBIVM

PROOEMIVM.

HAbes in Lamẽtationibus Hieremiæ, quatuor alphabeta: è quibus duo prima quasi sapphico metro scripta sunt quia tres versiculos, qui sibi connexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt, heroici coma cõcludit. Tertium vero alphabetũ trimetro scriptum est, & à ternis literis, sed eisdem, trini versus incipiunt. Quartum alphabetum simile est primo & secundo. Prouerbia quoque Salomonis extremum concludit alphabetum, quod tetrametro iambico supputatur, ab eo loco vbi ait: *Mulierem fortem quis inueniet?* Quo modo autem in his nostris literis non potest quis ad legenda verba texendaque procedere, nisi prius ab elementis cœperit: ita in scripturis diuinis non valemus ea quæ maiora sunt nosse, nisi ab ethica in ipsas habuerimus exordium, secundum illud quod propheta dicit: *A mandatis tuis intellexi.* Quod videlicet post opera cœperit habere scientiam secretorum. Verum iam complendum est quod petisti, vt sensum vniuscuiusq; elementi interpretatio annexa significet, אלף Aleph, doctrina interpretatur: בית Beth, domus: גימל, plenitudo: דלת Daleth, tabularum: הא He, ista: ויו Vau, &: זין Zain, hæc: חית Heth, vita: טית Teth, bonum: יוד Iod, principium: כף Caph, manus: למד, disciplinæ, siue cordis: מם Mem, ex ipsis: נון, sempiternum: סמך Samech, adiutorium: עין Ain, fons, siue oculus: פא Phe, os, ab ore, non ab esse: צדי Sade, iustitiæ: קוף Coph, vocatio: ריש Res, capitis: שין Sin, dentium: תיו Tau, signa. Ecce intellige, ne literarum ambiguitate fallaris. Post interpretationem elementorum intelligentiæ ordo dicendus est. Aleph, Beth, Gimel, Daleth, prima connexio est: doctrina domus, plenitudo tabularum, quod videlicet doctrina ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Secunda connexio est, He, Vau, Zain, Heth, ista & hæc vita. Quæ enim alia potest esse vita sine scientia scripturarum: per quam etiam ipse Christus cognoscitur, qui est vita credentium? Tertia connexio habet, Thet, Iod, bonum principium: quia quamuis nunc sciamus vniuersa quæ scripta sunt, tamen *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nunc per speculum videmus in ænigmate.* Cum autem meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus: tunc librorum doctrina cessabit. Quarta connexio est, Caph, Lamed, manus cordis, siue disciplinæ. Manus intelliguntur in opere: cor & disciplina interpretantur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi quæ prius facienda sint scierimus. Quinta cõnexio est Mem, Nun, Samech, ex ipsis sempiternum adiutorium. Hoc explanatione non indiget, sed omni luce manifestius est, scripturis æterna subsidia ministrari. Sexta connexio habet, Ain, Phe, Sade, fons siue oculus oris iustitiæ, secundum illud quod in tertio numero exposuimus. Septima cõnexio est, quæ & extrema, quo & in ipso quoq; septenario numero sit mysticus intellectus. Coph, Res, Sin, Thau, vocatio capitis, dentium signa. Per dentes articulata vox promitur, & his signis ad caput omnium, qui est Christus, itur: per quem venitur ad regnum sempiternum. Verum hæc idcirco inseruimus, vt instruant lectorem: quo sciat non frustra iuxta seriem literarum à propheta hæc esse edita: sed vniuersa

Prou. 31.

Psal. 118. n

1. Cor. 13. d

quæ scripta sunt, ad Christi & ecclesiæ pertinere sacramenta. Quod enim Lamentationes prædictæ, non solum super vrbis Hierusalem vastatione, & Iudaici populi captiuitate, sed etiam super Iosiæ regis occasum conscriptæ sint: Liber verborum dierum demonstrat, vbi ita legitur: *Mortuus est rex Iosias, & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum. Hieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel.* 2.Par.35.d
Vnde primum iuxta historiam in explanatione retexemus. Deinde allegoriam per congrua loca: siue ad Iosiam, qui interpretatur salus domini, vel fortitudo domini: siue ad Iudæos, hoc est, confidentes pertinent, inseremus. Opportunius ergo multo nunc à nobis, quam tũc à propheta Dei lamentatur: licet non vrbes multæ, non gens integra, sed anima hominis Christiani multis gentibus nobilior, multisque vrbibus pretiosior. Nam si vnus qui facit voluntatem Dei, melior est quam multitudo iniquorum, Melior erat anima quondam fidelis, in qua Deus inhabitabat, quam multitudines Iudæorum, qui ingrati beneficiis Dei, semper contraria agebant. Vnde Legislator eorum perfidiam exprobrãdo, taliter ad eos loquitur dicẽs: *Ego* enim *scio contentionem vestram contra dominum.* Et Stephanus. *Dura*, inquit, *cervice, & incircuncisi cordibus vestris.* Si quis templum corporis, hominis Dei contemplatus est tunc, tum castitatis splendore refulgeret: paruam profecto & valde inferiorem illam propheticam lamentationem putabit: in qua barbaricæ manus sancta sanctorum polluisse deflentur, & sacras ædes ignem populasse hostilem: vbi contaminata cherubim, & arca ac propitiatorium, tabulæque duæ lapideæ, & vrna aurea lamentantur. Hæc lamentatio, quam nos deflemus, tanto illa durior & amarior esse probatur, quanto verius cuncta hæc, & euidentius in fideli anima quam intra illius templi parietes erant. Hoc sanctius multo fuit, quod in ea erat templum. Non enim auri & argenti metallo, sed virtutibus animi radiabat: habebat enim arcam intra se, & duo cherubim, id est, fidem Patris & Filij & Spiritus sancti, sitam. Sed nunc nihil eorum apparet. Ablata sunt hæc cuncta, nudata est domus Dei omnibus ornamentis suis, cunctisque quæ diuinitus cõsecuta fuerat, spoliata muneribus, remansit deformis ac turpis: periit ab ea omne munimen, omnisque custodia. Et iam non clauditur ostium: in ea non seruatur, sed patet ingressus omnibus malis spiritibus ad corruptelam animæ festinantibus: nulla inde turpis cogitatio, nulla cupiditas fœda repellitur. Sed si venerit fornicationis spiritus, ingreditur: si iactantiæ, si auaritiæ, & horum nequiores & impuriores venerint: nemo prohibet, nemo propellit: nullus enim custos, nullus remansit Ædituus. Nam prius sicut ad cœli secreta nullus huiuscemodi malis indulgebatur accessus: ira nec purissimam mentem huiuscemodi penetrare poterat vlla cogitatio. Sed iam nunc quomodo textus ipsius historiæ incipiat, videamus.

COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI IN LAMENTATIONES HIEREMIÆ.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

א Aleph

Vomodo[a] sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. ב Beth.

[b] Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. ג Gimel. [c] Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem, omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angu-

Vo modo a sedet sola ciuitas plena populo, &c.] Deplorat propheta ruinam peruersi populi & subuersionem perfidæ ciuitatis: quæ semper contraria domino suo sentiebat, & præceptis suis aduersabatur: ingrata beneficiorum Dei, prophetas eius persequebatur, ipsumque heredem nouissime trucidabat. Vnde in manus hostium tradita, deuastata est, ita vt quæ prius diuersis gentibus & prouinciis imperabat, postmodum dura seruitute premeretur.

Quod tamẽ ante aduentũ domini subChaldaica captiuitate ex parte gerebatur: nunc autẽ post incarnationem dominicam, passionem, resurrectionem, & ascensionem Christi ad cœlos, plenius factum est: cum per Vespasianum & Titum Romanos principes, in vltionem dominici sanguinis vrbe succensa, tota gens simul, partim occisa, partim in captiuitatem ducta est, iuxta illud quod in Danielis visione scriptum est, vbi Angelus ad Prophetam ita loquitur dicens: *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio.* Et Paulo post: *Vsque ad consummationem*, inquit, *& finem perseueribit desolatio.* Mystice autem plangitur anima fidelis hominis, quæ quondam plena fuit numerositate virtutum, & imperabat diuersis affectibus, dominans concupiscentiis carnis: postea autem à malignis spiritib. flammis libidinis succensa, destituta angelorum solatio, & carens diuino consortio, tot seruit sceptris dedita quot vitiis.

Dan. 9.g

b ¶ *Plorans plorauit in nocte, &c.*] Adueniente tribulatione captiuitatis propter idololatriam, & enormitatem scelerum, plebs Iudaica sero doluit: cum sæpius prophetarum attestationib. conuenta, satius illi esset præuaricationis noxã cauere, quã post cõmissa pœnaliter lugere. Falsa ergo numina quæ diuersæ gentes in simulacris colebãt, causæ fuerũt illi scãdali & deceptionis: cũ relicto vero Deo, falsis diis in idolorũ cultura seruierint: qui eis nihil in tẽpore vindictæ profuerunt, imo plurimũ nocuerũt: intantũ vt eos ludibrio & cõfusione dignos, inter hostes cõstituerẽt. Hinc quoque per Ezechielẽ peccanti Iudææ dicitur: *Ecce ego suscitabo oẽs amatores tuos cõtra te, de quibus satiata est anima tua: & cõgregabo eos aduersũ te in circuitu, & agent tecũ in odio & tollẽt oẽs labores tuos, & dimittẽt te nudã & ignominia plenam.* Iuxta allegoriã vero decepta anima diabolica suggestione, in noctẽ veniet futurę perditionis, vbi gemitũ dabit perpetuũ sine vlla cõsolatione. Ipsi enim spiritus maligni qui eã ante per illecebras voluptatũ in diuersa trahebãt, tãdẽ in tenebris exteriorib. cõstitutã, perpetuis cruciatib. punire nõ cessant. Vt ergo hũc dolorẽ maximũ deuitet, necesse est quod in præsẽti salubriter doleat: quatenus immẽsa bonitas Dei pro fletu præsẽtis tẽporis, cõsolationẽ illi præbeat sempiternã. *Beati qui lugẽt: quoniã ipsi cõsolabuntur.* Maxilla quippe sancti prędicatores sunt, de qua nũc dicitur: *Plorãs plorauit in nocte, & lacryma eius in maxillis eius*: quia in aduersitate ecclesiæ, illi ampli plãgũt, qui vitã carnaliũ cõfringere prędicãdo nouerũt. Per ipsos quippe sãcta ecclesia, iniquos à vitiis conterit, & quasi glutiẽs in sua mẽbra cõuertit. Vnde ipsi quoq; primo prędicatori velut maxillę ecclesię dicitur. *Occide & manduca.*

Deut.8.f
Act 7.f
Sap.4.a
Matt.5.
Act.10.b

c ¶ *Migrauit Iudas propter, &c.*] Migrauit ergo Iudæorum populus in dispersionẽ gẽtiũ propter afflictionẽ captiuitatis, & qui ante regni principatũ multis nationibus præerat, postea inter diuersas gẽtes seruitio laborabat: quia scelerũ suorum merito, vindicta eos inueniebat. Spiritualis autem Iuda ideo de terra sua migrauit: quia peccando, dominum irritauit, & iniquitatibus suis eum ad vindictam prouocauit. De quo ipse per Esaiam prophetam locutus ait: *Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vnde inter gentes deputata, & sordibus eorum polluta liberta-

Ezec.23.c
Esai.43.d

libertatem perdidit, & in hostium suorum manus incidit: qui eam per diuersos errores ducentes, nequaquam requiescere, vel paululum respirare concedebant.

a ¶ *Viæ Sion lugent, &c.*] Vias Sion dicit lugere, hoc est, lugubres existere: eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem, vt festiua gaudia celebrẽt: vel sacerdotum officia in templo expleant: quia templo succenso, muri ciuitatis funditus diruti, & portę destructæ sunt. Vnde omnis decor eius squalescit, & ipsa oppressa amaritudine in filiis suis fortiter gemit. Mystice autem viæ Sion lugent: quando animæ quõdã in arce mẽtis Deum speculantis actiones exteriores, post lapsum peccati, turpes atque lugubres apparent: eo quod non pristino more affectus eus ad interna gaudia celebranda occurrant. Sed quinque sensibus corporeis, qui portarum nomine hic notantur, per desidiã destructis, pateſcat aditus variis delictis: ecclesiasticum quoque officium vilescat, & continentiæ virtus mollescat. Vnde Spiritus sancti suauitate priuata, tota in amaritudine vitiorum versatur.

b ¶ *Facti sunt hostes eius in capite, &c.*] Facti sunt hostes Hierusalem in capite quando inimici illius superiores effecti, vniuersam gentem diuitiis spoliando, vinculis captiuitatis subiecerunt, & in alienam terram simul cum mulieribus & paruulis ire compulerunt: domino cui peccauerunt, iustum iudicium eis retribuente. Animæ vero deceptæ, hostes fiunt in capite: quando maligni spiritus eius gaudent dominatione: qui spoliantes eam virtutibus, paruulos cogitatus eius per varia desideria huc illucque trahendo, nullam quietem eam in animo habere permittunt.

c ¶ *Et egressus est à filia Sion omnis decor eius, &c.*] Obsessa Hierusalem ab hoste extrinsecus, omnem decorem iocunditatis suæ perdidit intrinsecus: maxime cum fame, & pestilentia laborans, nullius ope sustentabatur: quoniam principes & rectores illius dissolutis viribus, pauido corde, non defensionem ciuium, sed fugam inertem meditabãtur. Mystice autem filia Sion reliquit decorem suum, quando anima per incuriam cogitationum, virtutum perdidit ornamentum, nec ei subueniebant principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cum quibus resistere debuit inimicis persequẽtibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequente, propulsa est in foueam deceptionis. Hac etiam sententia arguuntur negligentes rectores ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani, cum nec in meditatione legis diuinæ, nec in cultu pietatis, neque in sacrarum virtutum exercitio laborare conantur: sed in luxu voluptatum per varia scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis, abducuntur. Cuius periculi malum, illos maxime respicit, qui in loco regiminis constituti, potius sæcularia desideria, quam mandatorum Dei sequi vestigia elegerunt. Vnde cælestis regni gloriam cum sanctis doctoribus non merentur accipere, sed cum diabolo & angelis eius, pœnam gehennæ cogentur recipere, de qua & subditur.

d ¶ *Recordata est Hierusalẽ afflictionis suæ, & præuaricationis, omnium desiderabilium suorum, &c.*] Non solum enim Hierusalem illa terrena doluit se perdere iocunditatem suã, & deliciarum affluentiam inter hostes constituta, sed etiam hæc mystica: & maximo dolore torquetur, cum in pœnis constituta, iam sero dolet se tunc negligentem fuisse, quando per bona opera & rectam conuersationem potuit sibimetipsi subuenire. Non enim cum sanctis angelis exultat, sed in inferno cum dæmonibus cruciata in fructuose præterita peccata deplorat, iuxta illud quod scriptura teste, impij, in inferno dicturi sunt: *Ergo errauimus à via veritatis & iustitiæ lumẽ nõ luxit nobis, & sol non est ortus nobis: lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: Viã autẽ domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarũ opulentia contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam vmbra mortis: in malignitate autem nostra consumpti sumus.* Sup.5.a
Tunc & ipsi spiritus maligni deridẽt otiũ, quod negligẽtes inutiliter duxerũt per præsẽtis vitæ spatium. Vnde & nũc per prophetam dicitur: *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.* Præcepto etenim legis, ab exteriori opere in sabbatho cessatur, Hostes enim sabbatha videntes irridẽt, cum maligni spiritus vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahũt: vnaquæq; anima quæ remota ab externis actionib. seruire Deo creditur, eo magis eorũ tyrãnidi illicita cogitando famulatur. Sancti autem viri, qui mũdi operib. non corpore, sed virtute sopiuntur, laboriosius dormiunt, quam vigilare potuerũt: quia in eo quod actionibus huius sæculi deseruientes superant, robusto cõflictu quotidie contra semetipsos pugnant: ne mens per negligentiam torpeat, ne subacto otio ad desideria immunda frigescat: ne ipsis desideriis bonis plus iusto inseruiat: ne sub discretionis specie sibimet parcendo, à perfectione languescat. Agit hęc, & à mundi huius inquieta concupiscentia se penitus subtrahit: ac terrenarum actionum strepitum deserit, & per quietis studium, virtutibus intenta vigilans dormit. Neque enim ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his quæ exterius implicãt, studiose subtrahatur. Hinc est enim quod per semetipsam veritas dicit: *Nemo potest duobus dominis seruire.* Hinc Paulus, ait: *Nemo militans Deo implicat se secularibus negociis.* Matt.6.a
2.Tim.2.a

e ¶ *Peccatũ peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est: oẽs qui glorificauerant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius, &c.*] Causam vindictæ expressit in principio huius sententiæ quia ob magnitudinem scelerum, Hierusalem promeruit transmigrationis excidium, ipsique qui eam deridebant, non condolentes illi, gemitui eius nullam consolationem præbebant. Hinc est quod per Esaiam plebi Iudaicæ dominus dicit: *Populo meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant*, siue conturbãt. Scribæ & pharisæi quos ante idem prophera exactores appellauerat, non magistros, & supra illusiores: propter munera, quæ excæcant oculos etiam sapientium, non solum peccatores in populo non corripiebant, sed pro diuitiis atq; compendiis efferebant laudibus: & ipsi econtrario, beatos vocabant eos, & colũnas domus Dei, & cætera quæ solẽt adulatores dicere. Sed tales fautores, nullam in die tribulationis laborantib. consolationẽ præbebant, imo confusionem scelerum eorum denudabant, & cordis ignominiam manifestabant. Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui lacrymas, nũ risum mouet: qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse felicẽ: nec præuenit sententiam iudicis tui, dicente scriptura sancta: Ne beatũ iudices quemquam hominem ante mortem. Sed & in alio loco legimus: *Qui benedicit amico mane grandi voce, à maledicente nihil differt.* Vnde spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollamur, nec obtrectationibus contristemur: sed ingrediamur rectam viam, & tritas à sanctis prophetis semitas. Audiamus hunc prophetam alio loco dicentem: *State in vijs, & videte, & interrogate semitas domini sempiternas, quæ sit via bona: & ambulate in eo.* Esa.1.b
בלעו
Ibidem.
Deut.16.d
Eccl.11.d
Prou 27.b
Supra 6.d

a ¶ *Sordes eius in pedibus eius: nec recordata est*, &c.] Sordes gestat in pedibus, qui gressum conuersationis suæ malis polluit operibus: nec recordatur finis sui, & temporis iusti iudicij Dei. Vnde deposita vehementer & hostium manibus tradita, nullum consolatorem habet: quia tempore opportuno, cultu pietatis honorare noluit suum auctorē. Solus in ea dominator inimicus, quoniā Deus verus eam deseruit amicus. Vnde maximo dolore contrita, miserabiliter ad dominum clamat: Vide domine afflictionem meam, quoniā erectus est inimic⁹: Nullo enim sibi resistente, hostis de victoria gaudet iniquus, & de potētia sua contra dominum erigitur superbus, propriis hoc deputans viribus, non iusto iudicio Dei: quoniam iuxta psalmistam: *Non est Deus in conspectu eius: polluuntur viæ eius in omni tempore: auferuntur iudicia Dei à facie eius.* *Psal.9.e*

b ¶ *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius*, &c.] Propter peccata populi hostilis exercitus deuastat templum domini, & omnem ornatum eius deiicit: quod nec ingredi, nec in aliquo cōtingere debuit. *Repuli enim dominus tabernaculum suum, in quo habitauit inter homines*, & tradidit in captiuitatem virtutes eorum & pulchritudines spreuit. Sed & nos si non obseruauerimus diligenter claustra cordis nostri, & per aliquem sensuum nostrorum hostis antiquus patentem inuenerit introitum, ingreditur per suggestiones prauas, & illicitas concupiscentias in sacrarium animæ nostræ: vbi sancta Trinitas per fidem veram habitare consueuit, & spoliat illud decore sapientiæ, & ornatu virtutum: erimusque miserabiles, & omni confusione dignissimi. *Isa.2.c*

B c ¶ *Omnis populus eius gemens & quærens*, &c.] Quāta mala passa sit gens Iudæorum in fame, pestilentia, & clade, diuini exponunt libri, & Iosephi non tacet historia. Spiritualiter vero pro pane iocunditas humanæ delectationis recipitur. Vnde & nunc propheta, cum synagogæ perditos mores defleret, dixit: *Omnis populus eius gemens & quærens panem.* Praua quippe hominum multitudo affligitur: quia non ad votū de præsentis vitæ iocunditate satiatur. Sed & pretiosa quæque pro cibo dat: quia virtutes mentis in appetitu transitoriæ delectationis inclinat: & refocillari animam nititur, quia peruersis suis desideriis satisfacere conatur. Vnde bene mox ex voce illius electæ multitudinis subditur: *Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis.* Vilis quippe plebs Dei efficitur, quando paruorum numero crescente in eis, non summa & cœlestia, sed abiecta & terrena sectatur.

d ¶ *O vos omnes qui transitis per viam*, &c.] Proprium hoc est dolentiū, vt laborē suum eo maiorem cæteris æstiment, quo aliorum passionem non cognoscunt: quia quando plus dolorem suum sentiunt, tanto minus aliorum huic adæquari non sentiunt. Vindemiare in die iræ furoris sui illos dominum dicit: quia iustitiæ norma dictante, laboris sui fructū iam eos metere decreuit. Sed hoc considerandum est, quare eos tantum qui transeunt viam ad aspiciendum dolorem suum inuitet. Qui enim præsentem vitam non quasi viam transeunt, sed quasi ad patriam tendunt, luctum cordis electorum considerare nescíunt. Illos enim vt dolorem suum considerent exquirit, quos in hoc mundo contingit animam non fixisse. Hinc per Salomonem dicitur: *Aperi os tuū muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Muti enim dicuntur, qui prædicatorum verbis contradicendo minime resistunt. Qui etiam pertranseuntes sunt, qui intentionem mentis in amore vitæ presentis dedignantur figere. *Prou.31.a*

C e ¶ *De excelso misit ignem in ossibus meis*, &c.] Quod de cælo misisse ignem in ossibus eius ait: supernam vindictam esse insinuat: quæ eos interius cruciando castigauit, quatenus agnoscerent cui omni modo subiici deberent. Rete pedibus suis expandit, quia eos voluptatem suam vsque ad finē vitæ sequi non permisit. Cōuertit eos retrorsum, vt doloré pro luxuria sentirent, & desolati amicorū solatio, malū quod fecerāt omni tēpore vitæ inter hostes plāgerent. Mystice autē anima peccatis obnoxia, dum pro iniquitatib. suis à domino corripitur, si intorsus rediēs salubri dolore cōpūgitur abstinēdo se à pectis omnē luxū pristinū in lacrymas vertit, & tanto forti⁹ cōstringēdo semetipsā plangit, quāto laxi⁹ pervaria desideria se diuti⁹ errasse recolit.

f ¶ *Vigilauit iugū iniquitatum mearum in manus eius*, &c.] Vigilare iugū iniquitatū suarū in manu domini dicit, quia tēpus diu dilatæ vindictæ tandē in eam aduenit. Quasi dormire enim est, in tempore nequitiæ secure & impunite quiescere, & quasi vigilare est, pro dōmisso piaculo pœnas vltionis sentiēdo sustinere. Vnde cōuolutas & impositas collo suo iniquitates suas asserit: pro quo virgo virtutis eius defecerit: quia cumulum peccatorum quem diuturno tempore variis trāsgressionibus collegit, opprimere se & infirmum facere sentit. Vnde scriptum est: *Fumibus peccatorum suorum vnusquisque tenetur*: quia districtus iudex, facinus quod per pœnitentiam non corrigitur, inultum esse nequaquam patitur. De quo etiam in Iob legitur: *Nullum peccatum Deus impunitum dimittit.* Quod autem sequitur: *Dedit me Deus in manu, de qua non potero surgere*: hoc siue validam captiuitatem Chaldæorum, siue Romanorum, nimis Iudæos opprimentem ostendit. Spiritualiter autem indicat, quod extrema vltio omnibus impiis, & peccatoribus infinitæ calamitatis sit, nec aliquando à crucianda molestia cesset: quia in exterioribus tenebris vermis impiorū non moritur, & ignis non extinguitur. Vbi qui semel ingreditur, vlterius iam egredi non permittitur. Quod ipsa veritas in euangelio ostendit, dicens: *Esto consentiens cum aduersario*, & reliqua, *vsque ad nouissimum quadrantem.* Quemadmodum ibi intelligitur, vbi dictum est: *Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis*: semper illum regnaturum: quoniam semper illi erunt inimici sub pedibus, ita & hic accipi potest dictum: *Non exies inde donec soluas nouissimum quadrātem*: semper non exiturum esse, quia semper soluat nouissimum quadrantem, dum sempiternas pœnas terrenorum peccatorum luit. *Prou.5.d* *Esa.66.g* *Matt.5.d* *1.Cor.15.d*

g ¶ *Abstulit omnes magnificos meos*, &c.] Abstulit dominus magnificos plebis Iudaicæ in tēpore captiuitatis suæ, quando prophetas & sacerdotes, quorum ope & doctrina maxime sustentati sunt, propter malitiam eorum & scelerū multitudinem, apud illos habitare non permisit, sicut propheta Daniel in oratione sua testatur, dicens: *Domine non est in tempore hoc princeps, nec propheta & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque incensum neque locus primitiarū coram te, vt possimus inuenire misericordiam.* Sic & ab anima diabolica fraude decepta: postquam eam inimicus intus captiuā à statu rectæ fidei & bonæ conuersationis in conuersionem erroris abduxerit, sanctorum prædicatorum doctrinam & exempla ab aspectu cordis eius per obliuionem aufert: quatenus eam spoliatam virtutibus, facilius in terra aliena possideat ne per recordationem sani dogmatis, & meliorationem vitæ ad statum pristinum reuertatur. *Dan.3.d*

a ¶ *Torcular*

E a ¶ *Torcular calcauit dominus virgini*, &c.] Dicendum est itaque de torculari, quod iuxta scripturæ sanctæ consuetudinem, interdum pro vltione atque suppliciis ponitur peccatorum: Interdum in congregatione nouorū fructuū, pro pœnis ponitur atque tormētis, vt Hieremias in præsenti lamentatione plangens euersionem Hierusalē loquitur: Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iudæ: idcirco ego ploro. In bonam partem scribuntur psalmi pro torcularibus, octauus, octogesimus, & octogesimus tertius. In quo torculari, & malis supplicia, & bonis præmia à domino Saluatore calcantur. Quod solus, solus ipse calcauit nullumque habuit adiutorem. Neque enim Angeli, aut Archāgeli, throni, dominationes, aut vlla cœlestiū potestatū humanū corpus assumpsit, & pro nobis passa est, & calcauit aduersarias potestates, atque contriuit, sed ille solus qui loquitur in psalmo: *Saluum me fac domine quoniā defecit sanctus*, intantum quod etiam confidentissimus, & in fide firmissimus Apostolus Petrus timore perterritus fugeret, imo dominum negaret. *Torcular* ergo *calcauit dominus virgini filiæ Iudæ*: quando viri infructuosæ Iudæorum, & diu sterili permanēti, cui per Esaiam dicitur: *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas*: captiuitatis oppressionem præparauit. Mystice autem animæ virtutibus infœcūdæ, & bonis operibus vacuæ, nec fidei fructum gignenti, dominus torcular calcat: quando eam pro sterilitate sua, & otiositate inimica, pœnas condignæ vindictæ luere facit. Vnde sequitur. *Esa.63.a* *Psal.11.a* *Matt.26.f*

b ¶ *Idcirco ego plorans, &c.*] Ideo quoque fletus ingens animæ dolentis describitur: quia post vanam lætitiam huius mundi, omnis consolatio præsentis vitę illi aufertur: fructus malorum operum dilipatur, & solus inimicus in tormenta varia illius dominatur.

F c ¶ *Expandit Sion manus suas*, &c.] Circundata Sion captiuitate Chaldæorum, quæsiuit se consolantem, & non inuenit: eo quod dominum peccatis exigentibus verum non meruit habere consolatorem: qui eam tradidit hostibus suis ad puniendum, quia sibi subiecta esse noluit ad obediendū. Ita & anima hominis credentis, quæ quondam erat speculum Dei, & supplantatrix vitiorum, cum pro malis meritis traditur spiritualibus nequitiis, frustra fornicibus quærit consolatorem, quæ spiritualem interius perdidit consolationem. *Facta est*, inquit, *Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos.* Polluta Hierusalem dicitur menstrua fœditate, quia sanguinolenta opera, & carnalia desideria noluit vitare in praua conuersatione. Menstrua enim fœditas est, cum per singulos menses grauia, atque torpentia mulierum corpora immundi sanguinis effusione releuantur. Quo tempore si vir coierit cum muliere, dicūtur concepti fœtus vitiū seminis trahere: ita vt leprosi, & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & fœda in vtroque sexu corpora paruitate, vel enormitate membrorum sanies corrupta degeneret. Præcipitur ergo in lege domini viris, vt nō solum in alienis mulieribus, sed in suis quoque, quibus videntur legaliter coniungi, scriptura dicente: *Crescite & multiplicamini & replete terram*, certa concubitus nouerint tempora, quando coeundum, quando ve ab vxoribus abstinendum sit. Quod quidē & Apostolus, & Ecclesiastes sonant: *tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.* Caueat ergo & vxor ne forte victa desiderio cocundi, alliciat virum, & maritus ne vim faciat vxori, putans omni tempore subiectam sibi esse debere coniugis voluptatem. Vnde & Paulus ait: *Vt nouerit vnusquisque suum vas possidere.* *Esa.66.g* *Matt.5.d* *1.Cor.15.d* *Leui.15.e* *Gen.1.c* *1.Cor.7.c* *Eccle 3.a* *1.Thes.4.a*

d ¶ *Iustus est dominus: quia os eius ad iracundiam, &c.*] Querimonia flebilis producitur ad agnitionem sententiæ iusti iudicis. Postquam enim lamentatrix calumniam suam enumerauit, merito se hanc pati commemorauit, quia iustus iudex non aliam ferre potest quam iustam sententiam. Iustus est, inquit dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui: hoc est iustum iudicem, & natura clementem, meis prauis meritis cōpuli durā contra me ferre sententiā. Membra enim hominis sicut & affectus humani, tropice Deo ascribuntur, non proprie: quia incircūscriptum lumen, & immensa maiestas, lineamentis corporis circūscribi nō nouit. Audite ait, vniuersi populi, & videte dolorem meū, quia virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Plurimos ad videndum dolorem suum inuitat, quia calamitatē suam, vltra modum grandem esse existimat, vt aliorum cōpassione, anxietatem suam quodāmodo leuiget: dum consolatores, & subleuatores angustiæ suæ sibi adhibet. Talis est enim humanus affectus, vt doloris sui, siue gaudij alios quærat esse participes: quatenus eorum solatio illatum onus tristitiæ, suæ lætitiæ facilius portet. Vnde in euangelio ille qui ouem perditam requisiuit: seu mulier, quæ drachmam perditam inuenit, conuocat amicas, & vicinas, vt testes assistāt, & gaudij eorum participes fiant. Quod ergo virgines, & iuuenes abire in captiuitatem deplorat, ostendit se inde maxime dolere, quod spem status sui vidit subito corruisse. Quādo enim sobolem suam subito interire conspexit, spem futuræ generationis amisit. *Luc.15.b*

H e ¶ *Vocaui amicos meos, &c.*] Quærendum est quomodo amici dici possint, qui amatoribus suis decipulam parauerunt. Verus enim *amicus & fidelis*, vt scriptura testatur, *protectio est fortis: medicamentum vitæ & immortalitatis.* Vnde patet quod per antiphrasim iste amicus dicatur, qui deceptor esse probetur. Sunt enim qui dicuntur amici, sed magis ostēduntur esse inimici: quia egrediuntur ad inimicitiam, odium & rixam, & conuitia denudant: conuiuæ fiunt, & socij mensæ, sed non permanent in die necessitatis. Tales sunt qui hodietenus carnaliter viuētes, suis executoribus blandiuntur: vt voluptatum amatores magis sint quam Dei. Et dum hoc consentiunt, in peccati voraginem eos secum trahunt: ita vt sceleris sui consortes, cruciatus æterni faciant illos esse participes. Quanta autem vis veræ amicitiæ sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas, aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Est enim amicitia, vt quidam ait, nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia, & charitate consensio. Vnde recte scriptum est: *Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri & argēti cōtra bonitatē fidei illius.* Quod autem dicit: Sacerdotes & senes in vrbe consumpros: ostēdit, quia ob tenuitatem victus, fame & siti perierūt. Sicut in obsidione hostium in Hierosolymis (vt historiæ tradunt) sæpius contigit. Mystice autem anima, quæ voluptatib. & desideriis carnis innititur, sacerdotij dignitatem, & maturitatē consilj propter indigentiam sapientiæ, & inopiam virtutum perdit. *Mundus* enim *transit, & concupiscentia eius.* Ægyptus vane auxiliabitur, & baculus arundineus atque confractus innitentes super se lacerat, ac manum eorum perforat: nec vnquā perfectā prosperitatē suis amatoribus conferre potest. *Ecclī.6.b* *Ecclī.6.b* *1.Ioan.2.c*

f ¶ *Vide domine, quoniam tribulor*, &c.] Quid est quod propheta ex persona plebis loquens, ad videndum tribulationē suam dominū inuitat: nisi quod anxietatem suā nimiam, & immensam agnoscens ipsius solūmodo opē, & misericordiā,

sibi subuenire exoptat. Sciendū est, quod in sacro eloquio, ventris vel vteri nomine, mens solet intelligi. Hinc est enim quod per Salomonem dicitur: *Lucerna domini spiraculum hominis: quæ inuestigat omnia secreta ventris*. Lux enim gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum hominis præstat ad vitam. Quæ videlicet lux, omnia secreta vēntris inuestigare dicit: quia occulta mentis penetrat, vt ea quæ de ipsa latebāt animam, ante eius, flēdo, oculos reducat. Hinc ipse Hieremias in anterioribus ait: *Ventrem meū doleo*: qui vt vētrem suū, quid dixisset ostenderet, adiunxit: Sensus cordis mei turbati sunt, Vteri itaq; nomine, mens recte accipitur: quia sicut proles in vtero cōcipitur, sic cogitatio in mēte generatur. Et sicut in ventre cibi, ita cōtinētur in mēte cogitationes. Fidelis enim anima tentationib. variis fatigata merito se intus, foris que morte simili attritā deplorat. Quia foris persecutionib. & intus angustiis lacerari se nō ignorat. Sepe enim foris flagellis atterimur, & intus carnali suggestione fatigamur. Vnde nunc Hieremias in præsenti lamentatione deplorat, dicens: Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Foris enim gladi⁹ interficit cum nos exterius feriēs vindicta cōficit. Sed domi mors similis est, quia & flagella quidē sustinet, & tamē intus cōscientia à tētationis sordibus consentiendo mūda nō est.

a ¶ *Audierūt quia ingemisco*, &c.] Anxianti animæ & laboribus afflictæ, hoc videtur esse augmentum doloris, quod ille in quo spem habuit consolationis, differt opem afferre solatij. Nec non & hoc maxime illi dolorem ingerit, quod eam inimici derident: quasi spe frustrata. à domino suo hanc haberet calumniam. Tale est illud psalmistæ: *Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum*. Et in euāgelio, Iudæi dominum in cruce suspensum irridebant, dicentes: *Alios saluos fecit*. Sed & talis loquela, manifesta est blasphemia quæ non lædit periclitantem, sed interficit blasphemantem. Non enim est in vllo reprehendendum iudicium Dei, quod semper iustum est, & iuste disponit omnia: sed venerandum atque timēdum: quia omnia quæcunque vult facit in cœlo, cum sit iustus in omnib. viis ipsius nec derelinquat omnes sperantes in se, imo orationes eorū exaudiat, & saluos faciat eos. Sed cum iuste dominus vnicuique secundum opera sua retribuit, videndum est, quid sequatur: Adduxisti, inquit, diē consolationis, & fient similes mei. Consolatio ergo quæ iniuste oppressis à domino confertur, & pœna quæ oppressoribus eorū merito infligitur, ex iusto iudicio Dei procedunt, *vt recipiat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue malū, siue bonum*: pœna est reproborum, qui aliena felicitate cruciantur. Adducit ergo diuina clementia post illatam seruis suis flagelli correptionem, piæ conuersationis paternā consolationem: vt post diuturnum laborem, habeant respirandi potestatem, & econtrario tortoribus eorum post vanam mundi lætitiam, iustæ damnationis reddet diuturnæ calamitatis mœstitiā, vt recipiant in semetipsis, quod inique gesserant in proximis. Sicque fit vt patientia sanctorum coronetur: & iniustitia iniquorum puniatur.

b ¶ *Ingrediatur omne malum coram te*, &c.] Hoc quippe orat fidelium turba, vt rememoretur in conspectu Dei persecutorum suorum plaga: quatenus eos per condignam vindictam iustum iudicium Dei corripiendo humiliet: qui superbiendo multiplici persecutione non timuerūt cōfessores Dei fatigare. Vindemiare enim est vnumquemque operum suorum fructum metere. Vindemiat enim dominus hostes suos, qui sanctos eius vindemiauerunt, quando pro contritione tēporali, qua illos ad probationē opprimere permissi sunt, in futuro iudicio perpetuam faciet recipere vltionem. Sed hoc intimādum est, quod quādo sancti viri deprecatorio more contra hostes suos rogant: non voto malitiæ, sed spiritu prophetiæ hoc quod eis præsciunt futurum prædicunt: vel etiam cōtra spirituales nequitias orant: quas incorrigibiles esse sciunt, vt iustam à domino recipiant sententiā. Hinc est illud quod in psalmo propheta dominum contra nocentes se precatur, dicens: *Iudica domine nocentes me*, Assumpta pro nobis clamat infirmitas, vt damnētur nocentes: id est, diabolus cum ministris suis, quod nouerat esse venturū. Malos enim iudicari dānari est: quia nequeunt in disceptatione liberari, qui sēper prauis actionib. probātur impliciti. Sed hoc, vt dictū est, ad diabolum pertinet cum sequacib. suis: per quos prouenit Iudaicæ voluntatis iniquitas. Nam cum ipse præcipiat, pro inimicis vestris orate: hominibus hæc non potest conuenire sententia. Ipsos ergo debere petit dānari, quos virtute præscientiæ suæ nouit ad pœnitudinis remedia nō venire. Nam & in subsequentibus vbi venit ad homines, cōuertendos desiderat, non perire, vt est illud: *Confundantur & reuereantur qui quærunt mihi mala*. Hic iam vbi venit ad homines corrigibiles, non maledictio funditur, sed correctio postulatur. Confundi, est facta sua erubescere, & in meliorem sententiam commutari. Nam & illi confusi dicuntur, qui conuincuntur ad pœnam. Sed vt hoc magis ad conuersionem intelligere debuisses, addidit: reuereantur, id est, emendati colant quem persequendum esse putauerant.

hostes captiuos ducētes, in seruitutem sui redigerent, & eunuchos facerent, atque deformes: sicut Liber Esaiæ testatur, vbi ipse propheta ad Regem Ezechiam loquutus est, dicēs: *Ecce dies veniūt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerūt patres tui, vsque ad diē hanc in Babylonē, non derelinquetur quicquā, dicit dominus: & de filijs tuis, qui exibūt de te quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis*. Mystice autē destruit dominus speciosa Iacob, cum decorē animæ diabolica arte deceptæ sperni t, & mutationem doctrinę, seculari sapientia conditæ, in qua maxime confidebat diruit: & polluit honorem regni & principatū eius, quem habuit in perceptione baptismatis & sacri vnctione chrismatis, ita vt iam nō meretur cum cæteris fidelib. ab Apostolo Petro audire. *Vos estis genus electum*: quādo diuersis seruit vitiis, & obtēperat hostis antiqui suasionib⁹ malignis, de quo & subditur.

a ¶ *Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsū dexteram*, &c.] Non solū enim vniversū regnū Iudæorum dominus destruxit, & defensionē dexteræ suæ ab eis auferēs, terrā eorum in manus hostiū ad deuastandū tradidit: sed & Hierusalē mysticā, quando à domino recesserit, & dijs alienis in diuersis scelerib. seruierit, defensione cœlestis auxilij priuatā flāmæ libidinis, & furori hostiū ad succēdendū tradidit. Dextera enim Dei patris vnigenitus filius est: per quē & solatiū & defensionē fidelib. suis præstat. Sed quando offenso illo non meremur ab inimicis liberari, quasi traditi videmur, cum defensorem nullū habemus. Vnde & propheta quasi destructū à domino populū Iudæorū cōquestus, in psalmis ait: *Vt quid auertis faciē tuā de medio sinu tuo?* Quasi offēso, quasi irato domino dicit, quod nolit peccatores populos intueri: vt adhuc in sua videantur permanere nequitia. Ille enim quos dispensatione mirabili placatus attenderit, corrigit: quos propitius intuetur, emendat. Quod autē dicit, *dexteram tuam de medio sinu tuo in finem*: significat quod sicut Moysi manus dextera domini iussu de sinu prolata, leprosa conspecta est, iterumque in sinum retracta curata: ita populus Iudæorum exiens à domino Christo immundus fiat, ad eum vero conuersus, ad pristinam redeat sanitatem.

b ¶ *Tetēdit dominus arcū suum quasi inimicus: firmauit dexteram suā, quasi hostis*, &c.] Tetendit dominus arcum suum quasi inimicus, & dexteram suam quasi hostis firmauit: cum dimicantes contra Hierusalem Chaldæos siue Romanos superiores fecit, data illis potestate vt incenderent templum, & destruerent muros ciuitatis, eo quod ipse iratus nō parceret illis: qui aliquando patribus eorum placatus, terram diuersarum gentium ad possidendum distribuit: sicut psalmista testatur ad dominum, dicens: *Manus tua gentes dispersidit*. Ne enim putarent Hebræi se triumphatores suis vrbibus extitisse: profitetur illos non in suo gladio fuisse victores, nec terram gentium sibi propria fortitudine vendicasse. Brachium pro robore dicimus: quoniam ipso dimicante pugnatur. Sed illud brachium non eos ab inimicis suis liberare præualuit, quos specialiter virtus diuina saluauit: sic dum Hebræorū actus exponitur, humano generi profuturā doctrina præstatur. Dextera enim significat prosperā partem: brachium fortitudinem: illuminatio consilium: quæ dominus præliātibus confert, quando victoriam donare dignatur. Sed ne dicerent, patres nostri suo merito placuerūt, ideo tanta sunt à domino consecuti: intulit, non meritis datum, sed quia ita sit Deo placitum: cuius est gratuitū omne, quod præstat. Complacuit enim illis, quando de toto mundo sola gens electa est, de qua Saluator dominus aduenirent, qui brachium, victoria, & fortitudo est nostra. Cuius peccauerimus, & diutius per patientiam eius expectati, ad eum per pœnitentiam reuerti nolu erimus: rendit arcum iuidcj sui contra nos, & dextera potentiæ suæ, quidquid ornatus, scientiæ, vel virtutem visi sumus habere, totum dissipat, & exercet in nobis vindictam indignationis suæ: eo quod noluerimus intelligere misericordiam, & beneficentiam immensæ clementiæ suæ.

c ¶ *Factus est dominus velut inimicus: præcipitauit Israel*, &c.] Factus est dominus velut inimicus Synagogæ Iudæorum, quando eam hostili gladio deuastari fecit. Deiecit mœnia, & destruxit munitiones eius, & repleuit in ipso populo humiliatū, & humiliatam: hoc est, vtrumque sexum multiplici confusione despicabilē reddidit. Iuxta allegoriā vero, sicut mœnia in vrbibus pro ornamēto sunt, munitiones vero in defensionem: ita alia sunt dona, quæ nos muniunt, alia quæ ornāt. Prophetiæ quippe doctrina, genera linguarū, curationum virtus, quasi quædam mœnia mentis sunt: quæ etsi quisque non habeat, stare munitus per fidem & iustitiam potest: quamuis ornatus virtutum altitudine minime esse videatur: fides vero, spes, & charitas, non nostra mœnia, sed munitiones sunt: quæ si habere negligimus, hostium insidiis patemus. De Iudæa ergo, quia prophetiam, atque doctrinā, vel miraculorum signa abstulit, mœnia præcipitauit. Quia vero fidem, spem, atque charitatem, propter eius duritiam auferre permisit, munitiones eius dissipare studuit. Rectus vero ordo seruatus est, vt prius mœnia, & post munitiones dissipatæ dicerentur: quia cum peccatrix anima relinquitur, prius ab ea virtutum dona (quæ ad manifestationem spiritus data fuerunt) & post fidei, spei, atque charitatis fundamenta destruuntur. Quæ cuncta dominus à perfidis ablata, gentilitati tribuit, atque ex his quæ infidelibus abstulit, mētes fidelium ornauit. Vnde & scriptum est: *Speciei domus diuidere spolia*. Cum enim virtutum spolia à Iudæis abstulit, domui cordis gentilium, quam per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit. Quod videlicet gestum est, cum verba Dei & Iudæorum populus ad solam literā, quæ occidit accipertt, & conuersa gentilitas per spiritum, qui vivificat, penetraret.

d ¶ *Et dissipauit quasi hortum*, &c.] Propter peccata enim Israelitarum dissipauit tentorium suum, quasi hortum demolitus est tabernaculum, in obliuionem tradidit festiuitates, & sabbatha, & totam gentē spernēs simul cum regibus, & sacerdotibus in opprobriū captiuitatis dedit. In tentorij enim nomine, & tabernaculi, quāuis vnum videatur sonare, eo quod tabernacula Iudæ sint dicta: quod cortinæ distentæ funib. tabernaculis intra stantibus appenderentur, quæ tentoria sustinerent: tamen in tentorio, illud tabernaculū, quod Moyses in deserto fabricauit, & in tabernaculo hoc templū, quod Salomon in terra repromissionis ædificauit, possumus accipere: quæ tamen vtraque propter scelera habitatorum dominus in manus hostium tradidit: sicut in psalterio legitur: *Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominib. & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici*. Rursumque per præsentem prophetam dominus in superiorib. dicit: *Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo: & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim*. Vnde videndū nobis est, ne propter iniquitates nostras habitaculum pectoris nostri deserat inhabitor Spiritus sanctus, respuat sacerdotiū, & despiciat ordinem regiminis nostri: fiamusque sicut hortus dissipatus, vbi nullus virtutum gignitur fructus. Metuendum igitur ne tanta suauitate, & iocunditate priuati, in amaritudinē, & fœditatē perueniamus sēpiternā. Dicit enim Corinthijs manifeste Paulus Apost. *Nescitis quia tēplum Dei*

Prou. 20. d

Hiere. 4. e

2. Cor. 5. b

Psal. 70. b

Matt. 27. c

Psal. 34. a

Matt. 5. g

1. Pet. 2. b

Psal. 39. d

Esa. 39. c

Psal. 73. c

Exod. 4. b

Psal. 43. a

Psal. 67. c

Psal. 77. d

Hier. 26. b

1. Cor. 3. d

A
1.Cor.6.d

estis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illũ Deus. Templum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Et idem: *An nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quẽ habetis, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro.*

a ¶ *Repulit dominus altare suum* &c.] Altare suum repulisse & sãctificationis suæ maledixisse dominus dicitur: quia hostias secundum legem oblatas, quas salutares ibidem appellat, & altare in quo eædẽ hostiæ offerebantur, spreuit: diripiẽdaque hostiũ manibus tradidit, simul cum vrbe atq; propugnaculis eius: clamorẽq; blasphemiæ, id est, hostes in domo domini dederunt, vbi quondã laudes in solẽnitatib. variis per diuersa organa, sacerdotes & Leuitæ in templo, & ritu inuiolato canebãt. Quod olim Esaias propheta deplorat, dicẽs: *Ecce respice, populus tuus omnes nos, & ciuitas sãcti tui facta est deserta. Sion deserta facta est. Hierusalem desolata est: Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionẽ ignis: & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.* Esa. 64.e Mystice autem repulit dominus altare suum: quãdo peccatis nostris exigẽtibus, quasi ingratam despicit aram cordis nostri, & auertit faciem suam à nobis, vnde salui fieri debueramus, sicut scriptũ est: *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus*: nec preces nostras attendit, neque oblationes recipit. Maledicit sanctificationis suæ, quando Christianum nomen in quo gloriabamur, & quod in sacro baptismate per sancti chrismatis vnctionẽ suscepimus, pollutũ dixerit: quia facinora nostra, & prauiactus nostri hoc promeruerunt. Tradidit in manus inimicorum nostrorum omnia arma nostra, & munitiones, in quibus confidebamus: quoniam in omni conuersatione nostra ad nihilum redacti sumus: nec præpositos, neque defensores iam vtiles habere meremur: quia in domo domini, vbi laus honor & gloria confessionis sonare debuit: ibi clamor & blasphemiæ resultant, & negotiatio terrena exercetur: pro quo irritatus dominus flagellum de funiculis faciens, omnes eiecit de templo, & *numulariorum effudit æs.* Psal.79.b B Ioan. 2.c

b ¶ *Cogitauit dominus*, &c.] Vrbs ista cuius dominus cogitauit dissipare murum, tetenditque funiculum, hoc est, rectam & condignam mercedem nequitiæ suæ reddere ei disposuit, synagoga est Iudæorum, quæ semper superbe, & cõtentiose agebat contra dominũ: prophetas eius, & nuncios ad se missos persequens: nouissime vero ipsum hæredẽ, hoc est, vnicum filium eius interfecit. Vnde & ipse dominus iustus iudex, & iustitiam diligens, non auertit manum suam à perditione eius: sed terram illius, quasi funiculo metiens hostibus partiendam diuidit. Murum & antemurale dissipauit, cum angelorum custodiam & defensionem, quam domini pietate & patrum suorum merito olim habuerant, ab ipsa secedere fecit. Econtrario vero alia est vrbs illa, de qua in Esaia scriptum est: post contritionem Moab Canticũ celebre compositum esse, vbi ita legitur: In illa die cantabitur canticum istud in terra Iuda: *Vrbs fortitudinis nostræ, salvator ponetur in ea*: bonorum operum murus, & antemurale. *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta custodiẽs veritatẽ.* Esa.26.a

c ¶ *Defixæ sunt in terra*, &c.] Hoc describit sermo propheticus, quod destructa Hierusalem terrena, imo synagoga Iudæorum, doctores eius, & defensores, quos portarum, & vectium nomina denotant, contriti sunt, atque dissipati: reges eius, & principes, atq; prophetæ iam non sint in illa: sed nec legem inuiolatam habeant, neq; visionem, & prophetiam à domino mereantur habere, quia ipsum verum legislatorem, & dominum prophetarum præsentialiter ad se venientem recipere dedignabantur. Ipse enim finis est legis ad iustitiam omni credenti, verusque propheta paternam, & suam credentibus annuntiãs voluntatem. De quo Moyses olim Israelitis ait: *Prophetam vobis suscitabit dominus de fratribus vestris, tãquam me, ipsum audietis, Et erit omnis quicũque non audierit prophetam illum, exterminabitur anima eius de populo suo.* C Rom.10.d Deut.18.d

d ¶ *Sederũt in terra, &c.*] Sederũt in terra, qui terrena nõ cælestia sequuti sunt desideria. Conticuerunt senes etiã, quia non habuerũt spiritualẽ scientiam legis Dei: vnde nec iam deserta veritate consiliũ vtile auditoribus suis præbere valebant. Filiæ Sion cõsperserunt cinere capita sua: accinctæque ciliciis lugubri indutæ sunt tegumento: quoniam ornatum virtutum, & sapientiæ spiritualis, quod ad cælestis regni thalamũ se præcingere debuerãt, non seruauerũt: idcirco abiecerunt in terra capita sua virgines Hierusalem cum mentes tristitia terrena grauatas in ima depresserunt, nec iam ad cæleste gaudium vllo modo aspirare præsumpserũt. Hęc ergo omnia admonent nos, ne simus segnes, & tepidi ad discendã diuinã sapientiã, & virtutũ opera exercenda, ne forte propter inertiã nostrã spernẽdo deserat nos auctor noster, destituatq; murque omni solatio: nec habeamus iam portis, & vectibus destructis reges, & principes, qui nos ducant in viam iustitiæ, nec iam lex Dei, & prophetarũ oracula illuminent corda nostra: sedeamusq; in terra, carnis nostræ desideriis, quasi cinere polluti, & vitiorum setis circumamicti, totam gloriã, quam in cælesti regno habere potueramus, perdamus: iaceamusque in terra, donec caro nostra in puluerẽ vnde sumpta est reuertatur, & finis noster fiat interitus sempiternus.

e ¶ *Defecerunt præ lacrymis*, &c.] Videns propheta nimiam contritionem gentis suæ, templumque incensum, & ciuitatem deuastatam, nullique sexui vel ætati hostes in nece parcere: ita vt oculi præ lacrymis deficiant, & omnis iocunditas desiderij vertatur in anxietatem cordis. Quid enim magis dolendum fuit, quam quod natio antiqua, & semẽ patriarcharũ, atque amicorum Dei diuinis legibus erudita, & prophetarum oraculis sæpius confortata, in tantam apostasiam venerit, vt Dei sui oblita, propter immanitatem scelerũ traderetur in manus hostium, Dei nomen blasphemãtium? Sed & nunc pari modo defienda est ruina animarum quondam fidelium, quæ pretioso sanguine Christi redemptæ, & vnda baptismatis à sorde peccatorum ablutæ, mysticaque vnctione consecratæ, iterum nunc in cœnum, & sordes vitiorum deuolutæ sunt: ita vt hi qui innocentiam, & simplicitatem paruulorum videbantur imitari, in plateis mundi, & sæculi desideriis ab hostibus spiritualibus enecentur.

f ¶ *Matribus suis dixerunt*, &c.] Fruſtra tunc auditores negligentes quærunt à doctoribus suis triticum, & vinũ verbi gratiæ spiritualis, cum in terrenis negotiis, & voluptatibus sæculi ad effectum peruenerint præsentis vitæ, & sub ipso magistrorum nutrimine, tempus indultum perdiderunt in prauia conuersatione. Non enim tunc tempus est remedij, sed vltionis: quando districtus iudex venier singulorum actus, & vitam discutere, per discretionem iusti examinis. Mat.27.c

g ¶ *Cui cõparabo te: vel cui assimilabo te filia Hierusalẽ*, &c.] Magna enim dignitate synagoga Iudæorum temporibus legis, legis, & prophetarum, sub regibus, & sacerdotibus multis gentibus, & nationibus excellebat: cui lex diuina, regni ducatus, & cultus pietatis erat: cuique per angelicam ostensionem, & propheticam visionem secreta sua ipse dominus reuelauit, & quæ vitanda quæue agenda erant suo oraculo demonstrauit. At postquam deseruit Deum, & vano errore delusa ad idololatriam declinauit, valida collisione cõtrita est, & fluctibus persecutionũ, quasi maris tempestatibus cõquassata, atque submersa est. Similiter & animæ Christianæ, cuius à statu rectæ fidei, & celsitudine virtutum immẽsa ruina fuit, nullius est miseriæ cœquanda, quę ex consortio diuino, & societate sanctorũ angelorum in malignorũ spirituũ decidit dominium: qui eam variis vitiis, atque sceleribus captiuatam, huc illucque per sæculi vndantes luxus: ac casus vertẽdo, in foueam perditionis propellunt, in barathrũque gehennæ perpetualiter puniendam præcipitare contendunt. Hinc ergo, vnde tãta mala superuenerint, propheta subiungendo, ostendit dicens.

a ¶ *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta*, &c.] Sicut enim quondã pseudoprophetæ falsis vaticiniis, & mendacib. promissis gentẽ Iudæorũ seducebant, ita & nunc hærerici, atq; schismatici fictis opinionibus & dolosis argumẽtationibus corda simplicium à veritate rectæ fidei, & statu bonorum operum subuertere certant. Hoc attestante Petro apostolo, qui in epistola sua ita ait: *Fuerunt vero pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui inducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem, & multi sequẽtur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quib. iudicium iã cum non cessat, & perditio non dormitat.* Hinc & per Esaiã dicitur: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarũ.* Qui enim peccãti & iniquis operib attendenti promittit impunitatis securitatẽ, propheticæ maledictioni subiacebit. Similiter & ille, qui bonum actum per inuidiã detrahit, & benefacięti contra dicendo aduersatur: væ sempiternum, si non se correxerit, habebit. Vnde cauendum est ne pro veritate sequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. *Multæ enim sunt viæ, quæ videntur hominib. rectæ, & nouissima eorum perueniunt in profundum inferni.* Est quoque periẽs in iustitia sua, cui dicitur: *Ne sis iustus multum.* Quas ob causas Israel promittit se via ambulaturum regia: nec ad dexteram, nec ad sinistram declinaturum. Et vt loquar quod sentio, difficile hoc maledicto quis carere potest, cum & malis frequenter adulemur propter potentiam, & bonos despiciamus propter inopiam. Esa.5.e Prou.14.b Eccles.7.c

b ¶ *Plauerunt super te manibus omnes transeuntes per viã*, &c.] Gaudium exprimit inimicorum, quo lætati sunt de casu Israelitarum: qui plaudentes manibus, ore sibilantes, caputque mouentes, in manus inimicorum de summa felicitate eos decidisse cum irrisione insultabant. Motus autem capitis ad consuetudinem pertinet nimis irascentium, & inuidia æstuantium. Nam quotiens furore succendimur, turbulenta commotione capitis comminamur. Vnde est illud, quod Iudæi dominum Christum in cruce pendentem prætereuntes blasphemabant. Ad eundem sensum respicit hoc, quod subiungitur.

c ¶ *Aperuerunt super te os suum*, &c.] Illam enim diem hostes semper desiderabant inuenire, qua liceret eis totam simul gentem Iudæorum gladio occisionis, & vastationis deuorare. Sed quia hoc minime euenire ita potuisset, nisi pro multitudine impietatum suarum dominus hoc iusto iudicio fieri permisisset, continuo propheta subiungit.

d ¶ *Fecit dominus quæ cogitauit*, &c.] Sæpius ergo synagoga Iudæorum dominum irritãs iamdudum iustã pœnam promeruisset, nisi eam conditoris sui bonitas diu toleraſſet, ac pie & patienter sufferret. Sed quoniam conuerti noluit, & cessare à cœpta nequitia renuit, tandem secũdum merita sua, cõdignam vltionem recepit: sicut olim ad Moysen famulum suum, quãdo populo ad idololatriam cõuerso orabat, dominus respondit, dicẽs: *Dimittam iuxta verbum tuum, verumtamen in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Num.14.e Exo.32.g Vnde nũc dicit: *Fecit dominus quæ cogitauit: compleuit sermonem suum, quẽ præceperat à diebus antiquis: destruxit & non pepercit.* Quoniã plagas quas in prophetis & lege frequẽter comminando prędixerat, tandẽ ad iracundiam prouocatus super eos inducebat. Igitur si hæc corporales inimici cõtra Hierusalem terrenam tũc fecerunt: quid spirituales nequitiæ, & ministri antiqui hostis facturi sunt erga spiritualẽ Hierusalem, hoc est, animam Christianam: quando eam pro suis iniquitatibus sibi à domino traditam, vndique pœnis, vndique doloribus circumdant: nec eam quicquam tunc iuuat, quod in præterita ætate aliquid de terrena felicitate habuerat? Vnde eam dominus sub typo perituræ ciuitatis defleuit, dicens: *Si cognouisses & tu.* Luc.19.g

e ¶ *Clamauit cor eorum*, &c.] Clamor hic intentionem mẽtis, nõ exaltationem vocis significat. Clamant enim peruersi homines, siue nequitiæ spirituales coram domino super muros filiæ Sion, cum potestatem, quando minantur plebi, vel animæ peccatrici, suæ adscribunt potentiæ, non iudicio permissionis diuinæ: quorum blasphemia, qua contra dominum clamant, condigna non euadet tormenta. Cum enim expleuerint superni arbitrij in aduersariis suis secreta iudicia, tunc & ipsi reatus sui iusta recipient præmia. Nulli enim personæ parcunt: quia omnibus quibus possunt, & quãtum permittuntur, nocere cupiunt, eosque perditionis suæ consortes habere quærunt.

f ¶ *Deduc quasi torrentem*, &c.] Omni tẽpore lacrymas per compunctionẽ cordis effundere debemus: qui auctorẽ nostrũ, nostris offensum iniquitatib. non ignoramus. Non dissoluamur pigra inertia, nec per desidiã, & vanã securitatem cesset à lacrymis oculi nostri pupilla: præoccupemus faciem eius: lauemus per singulas noctes lectum nostrum lacrymis stratum nostrum rigemus. misericordiæ operib. insistamus, & eleemosynam pauperibus largiter tribuamus, & tam pro nobis, quam pro proximis nostris, & nobis commissis, misericordiam domini assidue deprecemur. Vnde sequitur.

g ¶ *Consurge, lauda in nocte*, &c.] Cõsurgit in nocte, qui in tribulatione præsentis vitæ torporem à se excutit negligentiæ. Laudat in principio vigiliarũ, qui in omni conuersatione sua strenuum se adhibet, & cautum, & quicquid aduersitatis patitur, totum ad confessionem laudis Dei cõuertere nititur. Effundit sicut aquã cor suum ante conspectum domini, qui ex intimo affectu cordis producit lacrymas cõpunctionis: *Sacrificium* enim *Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non spernet.* Leuat ad dominum manus suas pro animab. paruulorum suorum, qui defecerũt fame in capite omnium compitorum: qui operationem misericordiæ pro humilibus, & paruulis Christi membris, fame & siti, vlquequaq; in terminis mundi laborantibus, curam adhibet ex syncera dilectione. Nullum enim munus Psal.50.

Deo acceptabilius est, quam compunctio cordis prolata ex radice veræ dilectionis. Hinc est illud, quod in euangelio dominus cum ingressus domum pharisæi ad prandium discubuit, magis lacrymas mulieris peccatricis, quam delitias epularum pharisæi probauit, vbi ita legitur: *Ingressus domũ pharisæi discubuit: & ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, quod recubuisset in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes domini, vnguento vngebat: videns autẽ pharisæus*, &c.] Igitur postquam propheta ciuitatem miseram ad pœnitentiæ, & orationis lacrymas prouocauit: ad ipsum dominum, si quo modo à vindicta cum placaret, verba deprecationis conuertit, dicens.

Luc. 7.f

a ¶ *Vide domine, & considera quem vindemiaueris, &c.*] Inter cætera quoque mala, quæ miseræ genti Iudæorum accidere, illud quoque cõtigit, quod mulieres eorum, paruulos, infantes, & fructum vteri sui propter famis inopiam comederint. Vnde est illud, quod in obsidione Samariæ mulier ad Ioram regem clamauit pro occisione filij sui: quem cum vicina sua comedit: expetens vt ipsius filius similiter ad comestionem ambabus daretur. Sic quoque & in captiuitate vltima Romanorum, sub Tito & Vespasiano principibus, mulier quædam ex plebe trans Iordanem habitantium incolarum Maria nomine, Eleazari filia, genere ac diuitiis nobilis, cum alia multitudine fugiens, Hierosolymam recepta cum cæteris obsidebatur: vbi cum à raptoribus rebus omnibus, & victualibus expoliata fuerat: ad extremum necessitate famis cogente proprium filium lactentem interfecit, partemque eius coquens comedit: partẽ vero in futurum ad comedendum reseruauit: vnde & nidore assatæ carnis ipsi raptores excitati, cum factum reperissent, nimis exhorrescentes recesserunt. Quod autem in sanctuario domini sacerdotes, & prophetæ, pueri & senes, iuuenes, & virgines, gladio ceciderunt: historiæ diuinæ, necnon & libri Iosephi historiographi de excidio vrbis Hierosolymæ manifeste docent. Mystice autem mulieres fructum suum comedent, quando animæ peccatrices iusto iudice Deo retribuente, operum suorum condignam mercedem recipient. Occiditur sacerdos, & propheta in sanctuario domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame, in capite omnium compitorum. ¶ Res.[a] Vide domine: & cõsidera quem vindemiaueris ira. Ergo ne comedent mulieris fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario domini sacerdos, & propheta? ℣ Sin.[b] Iacuerunt in terra foris puer, & senex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. ¶ Tau.[c] Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

4.Reg. 6.f

Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico cap. 8

B

C

b ¶ *Iacuerunt in terra foris puer & senex*, &c.] Iacent in terra foris puer & senex, cũ illi qui innocentiam puerilẽ simulabant, vt illi qui videbantur consilio plebẽ regere, terrenis desideriis incũbentes, propter facinorosã vitam de ciuitate domini eiecti, terræ cui animo inhæserant, coæquabuntur, pulisque puluerí reddetur. Similiter & qui continentiã virgineam videbantur habere, & robur iuuentutis in operatione bona exercere, propter hypocrisin, quam coram oculis hominũ gesserant, gladio futuræ damnationis occidentur. Interficit enim vindicta cælestis in die furoris domini fictos simulatores, non veros executores sacrarum virtutum. Vnde in euangelio, virgines stultæ in aduentu sponsi leguntur mendicantes extra ianuam nupriarum foris remãsisse: & in psalmis scriptum est: Iuuenes ignem comedisse: & virgines earum lamentatas non esse.

Matt. 25.ii

Psal. 77.g

c ¶ *Vocasti quasi ad diem solemnẽ, qui terrerent, &c.*] Quasi ad diem solemnem hostes vocati sunt ad subuersionem perfidæ ciuitatis: quia id quod desiderabãt, domino permittente eueniebat. Interitum enim Iudæorum quem appetebant, conspicere meruerunt. Aliter. Hostes quasi vocati ad solemnitatem veniunt, cum maligni spiritus in die iudicij ad puniendos peccatores exultantes cõueniunt. Gaudent enim illi de ruina animarum: quia non ignorant ad suppletionem supernæ ciuitatis, vnde illi corruerant, creatum esse humanum genus: & ob hoc se priuatos æterna felicitate conspicientes, homines ne paradisum habeant, toto nisu per inuidiam præcipitare festinant. Hoc tamen non sine grandi dolore sancta ecclesia sustinet: cum filios suos, quos baptismate genuit, & sacramentis diuinis imbuit, sub inimicorum manu per diuersa scelera quotidie cadere videt. Quod in sequentis Libri initio satis lucide demonstrabitur: quoniam præsentem Librum hic finire censemus.

D

Commentarij Primi in Lamentationes Hieremiæ Finis.

IN

IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM

LAMENTATIONVM HIEREMIÆ,

PROOEMIVM.

PRimam partem lamentationis Hieremiæ, quæ duob. alphabetis, quasi sapphico metro scripta constat: quia tres versiculos, qui sibi connexi sunt, & ab vna litera tantum incipiunt, heroici comatis concludit: sicut iam supra ostensum est, exponendo transcurrimus. Recte ergo ad secũdam partẽ, vbi tertium alphabetum, quod trimetro scriptum est: & à ternis literis, sed eisdem terni versus incipunt, explanandam veniamus. Hoc in primis volentes scire, quod hæc pars primum calamitatem gentis Iudææ, seu potius humani generis deflendo pronuntiat: deinde sacramentum dominicæ Incarnationis, ac passionis manifeste exprimit: vbi Iudæorum persecutio, & innocentis Christi pœna, ac mors describitur.

COMMENTARIORVM IN LAMENTATIONES HIEREMIÆ,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT III.

E

E Go[a] *vir videns paupertatem meam*, &c.] Cõqueritur ergo populus fidelis paupertatem suam in correptione indignationis domini, quia plurimos à statu rectæ fidei, & studio bonorum operum in tenebras erroris, & vitiorum barathrum cernit deuolui. *Multi enim sũt vocati, pauci vero electi.*

b ¶ *Me minauit, & adduxit in tenebras*, &c.] Hoc est in tribulationẽ cadere permisit, & non in prosperitatem seruauit.

Matt. 24. b

c ¶ *Tantũ in me*, &c.] Hoc enim sentit, iusti iudicis sententia decernẽte, sibi iuxta merita sua euenire, quod se recolit propriis actionib. promereri. Illud tamen considerandum est quod dicit, *Tantum in me vertit, & conuertit manum suam.* Conuertere enim sæpe in scripturis ponitur pro placare, vt est illud: *Cõuertere domine aliquãtulũ & deprecabilis esto super seruos tuos.* Vertit enim dominus: manũ suam, quando iuste in reos debitã vltionem immittit. Et conuertit manum suam, quando misericorditer à vindicta sententiam suspendit. Scriptum est enim de illo. *Dominus mortificat & viuificat, & sublimat.* Et in Deuteronomio dicit. *Ego occidam, & ego viuere faciam.*

F

Psal. 89. c

1. Reg. 2. b

Deut. 32. f

d ¶ *Vetustam fecit pellem meã*, &c.] In pelle, & carne, exteriora & mollia quæque exprimit: in ossibus, robur internũ. Vetustam ergo fecit dominus pellem Iudæorum, & carnem, quando in exterioribus rebus per indigentiam fecit deformem. Contriuit ossa eorum, quando duritiam mentis eorũ comminuit. Hic quoque per beatum Iob dicitur: *Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.*

Iob. 30. d

e ¶ *Ædificauit in gyro*, &c.] Quid est ædificare in gyro, nisi vndiq; pressuris coarctare? Et quid est circundare felle, & labore, nisi amaritudine, & labore repletum coangustare? Vnde & subdit.

Iob. 19. a

f *In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.*] In tenebrosis collocat, quasi mortuos sempiternos, quando omni solatio destitutos, nullam finit de præsenti vita consolationem sperare afflictos. De quo adhuc subiungit.

g ¶ *Circumædificauit aduersum me, &c.*] Cum aduersum se obsidionem vallo, & aggeribus circumædificatam cõspicit, compedem suum aggrauatum asserit: quia eius exitũ, quomodo calamitatem euadat, non inuenit. Quod sanctus Iob similibus verbis expressit dicẽs: *Semitam meam circumsepsit, ita vt trãsire non possim, & in calle meo tenebras posuit.* Quod ad infirma quoq; membra sãctæ ecclesiæ nõ incõgrue infertur: quãdo per hoc, quod præue sese egisse meminerũt, à bono opere retardantur, & ex infirmitate propria timidi, bona cõtra hæc fortia aggredi non præsumũt. Timẽt enim magna bona incipere, qui se in suis actib. infirmos esse meminerũt. Et cum plerũq; etiã bonũ, quod eligãt, nesciunt, quasi in calle suo positas tenebras perhorrescũt. Nã sæpe ita de suo opere fit animus incertus, vt ignoret omnino, quid virtꝰ, quid culpa sit. In calle ergo suo tenebras inuenit, qui in his quæ agere appetit, quid eligat, nescit. Quia igitur sæpe infirmitate, nõnunquã vero ignorãtia peccatur: ex infirmantib. mẽbris dicit: Semitã meã circũsepsit, & trãsire nõ posũ. Ex eis vero quæ ad ipsũ opus bonũ, quod eligũt, caligãt, subditur: *Et in calle meo tenebras posuit.* Ex pœna etenim culpa est, videre bonũ, quod agere debeat, & tamẽ implere nõ posse: & rursũ ex grauiore pœna culpa est, quod agere debeat, nec videre. Vnde & cõtra hæc vtraq; psalmistæ voce dicitur: *Dominus illuminatio, &c.* Cõtra ignorãtiæ enim tenebras illuminatio: cõtra infirmitatẽ vero salus est dominus: quãdo & ostẽdit, quid debeat ad agẽdũ appeti, & vires præbet: vt quod ostẽderat, possit impleri.

H

Iob. 13. b

Psal. 26. a

h ¶ *Sed & cũ clamauero, &c.*] Omnipotẽs Deus quod nobis profuturũ esse valeat, sciens, dissimulat exaudire dolentium vocẽr, vt augeat vtilitatẽ, vt purgetur vita per pœnã, & quietis tranquillitas, quia hic inueniri non valet, alibi quæratur. Sed hãc dispẽsationis gratiã nõnulli etiam fidelium ignorãt. Ex quorũ etiã persona per beatum Iob alibi dicitur: *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non est qui iudicet.* Non est enim qui iudicet, quando iudicare dissimulat ipse qui est: quia causam nostram contra aduersarium, præter eum, qui iudicet, non est: nec tamen hoc sine iudicio est, quod iudicium differtur: quia & cum hæc beatus Iob diceret, & sancti viri merita, & aduersarij pœna crescebat. Hoc ipso ergo iudicium iudicis differre fuit, vt singuli iuxta merita sua condignam mercedem in futuro reciperent.

Iob. 19. a

i ¶ *Conclusit vias meas lapidibus quadris.* &c.] Vt ostenderet se validis tribulationibus coarctatam, lapidibus quadris se clausam dicit, & semitam gressuum suorum subuersam: quia petræ solidam formam quadratam habẽtes vbicumque positæ fuerint, fixæ iacent, nec alibi relabi possunt. Mystice

a Vrsus

A

aut eorum electorum populus lapidibus quadris apud inimicum cõcluditur, cum eius caro antiquo hostis persecutionib. temporaliter datur. Cuius semitam subuertit quia tormenta sua eum euadere non permittit: nec contẽtus est solummodo carnem cruciatibus affligere: imo etiam dolo & insidiis eius animam funditus quærit subuertere. Vnde subiũgitur.

a ¶ *Vrsus insidians, &c.*] Per dũas bestias ferocissimas, nimis dolosam, & crudelem persecutionem antiqui hostis exprimit qui per ministros suos, alium blandimentis, aliũ minis, alium vero suppliciis à semita rectæ fidei subuertere, & à spe cœlestis auxilij, quasi desolatos atterere cupit. Vnde sequitur.

[a] Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis. ¶ Daleth. [b] Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatã. ¶ Daleth. [c] Tetendit arcum suum, & posuit me, quasi signum ad sagittam. ¶ He. [d] Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. ¶ He. [e] Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. ¶ He. [f] Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio. ¶ Vau. [g] Confregit ad numerum dentes meos:

Psal.9.c b ¶ *Semitas meas subuertit, &c.*] De huius leonis insidiis propheta in psalmis testatur dicens: *Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis.* Actus antichristi, latronũ cõsuetudini comparauit, qui occultas vias insident, vt interficiãt innocentes.

Hier.49.d

c ¶ *Tetendit arcum suũ, & posuit me quasi signum, &c.*] Hoc est, sententiam iudicij sui in me direxit, & certo ictu castigationes corripuit. Arcus autem nomine in sacro eloquio aliquando malorũ insidiæ, aliquãdo dies iudicij, aliquãdo vero ipsa eadẽ sacra eloquia designantur. Per arcũ quippe, insidię

Psal.36.c figurantur, sicut per psalmistam dicitur: *Intenderunt arcum, rem amaram.* Per arcũ quoque, iudicij dies designatur: sicut per eundem rursum psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis. *Dedisti metuentibus te significationẽ, vt fugiãt à facie arcus.* In arcu enim quãto longius trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta. Sed nimirum sic extremi iudicij dies, quanto longe differtur, vt veniat, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedit. Idcirco autem diuersis nũc cladib. percutimur, vt his correcti, pariores tunc inueniri valeamus. Vnde illic

Psal 59.a præmissum est: Ostendisti populo tuo dura: flagella videlicet sæculi, quæ secuturum grauius iudicij diẽ præcurrũt. Potasti nos vino compunctionis, vt terrena gaudia in lacrymas verterentur. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus: ac si diceret, hoc tempus misericordiæ est, illud iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella, si-

B gnificãs, quo modo tunc percussurus es, quando nõ parcens iudicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis? Aliquando autem per arcum etiam sacra scriptura designatur. Ipsa quippe arcus ecclesiæ, ipsa arcus domini: de quo ad corda hominũ, sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiæ

Psal.7.d veniunt. Vnde recte per psalmistam dicitur: *Arcum suum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentib. effecit.* Arcũ nãque suũ dominus tetendit: quia cunctis peccatoribus per scripturam sacrã minas exhibuit. In quo arcu, scilicet vasa mortis præparat: quia secundum eloquij sui sententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus effecit quia ad eos, quos per terrorẽ corrigit, accensas verborum sententias emittit. Et posuit me, inquit, quasi signũ ad sagittam. Constat nimirum, quod idcirco signum ponitur, vt sagittarũ emissione feriatur. Fidelis itaque populus in signum hosti suo est positus: quia eum semper suis ictibus impetit, cum suis persecutionibus affligit. Qui enim in hac vita assidue mala tolerat, velut in signo positus, ictus suscipit ferientis. Vnde & prædicator egregius, cum persecutionum mala toleraret, atque sub persecutione aduersariorũ gemeret: tenerã discipulorum mentem de suis afflictionibus consolans ait: *Ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus*: ac si eis aperte di-

1.Thes.3.a cat: Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini: qui si æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus, vt feriamur?

d ¶ *Misit in renib. meis filias pharetræ suæ.*] Filias pharetrę, sagittas dicit: Misit ergo in renibus filias pharetræ, cum carnalia desideria in hominib. iuxta modum dispensationis suæ congrua castigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob, ita scriptum est: *Pharetrã enim suam aperuit, & afflixit*

Iob.30.b *me.* Quid per pharetram Dei, nisi occultum iudicium, vel consilium designatur? Sagittam vero de pharetra dominus efficit, quando de occulto iudicij consilio apertam sententiam emittit. Quia enim flagellatur quisque, agnoscimus: sed ex qua causa flagellũ veniat, ignoramus. Cum vero post flagella vitæ correctio sequitur, & ipsa consilij virtus aperitur. Pharetra igitur clausa, est cõsilium occultum. Sed aperta pharetra affligimur, quando per id quod post flagellũ sequitur quo consilio flagellamur, videmus. Cum peccata dominus videt, & tamen manum ad vindictam non commouet, quasi clausam pharetrã tenet: sed fetiẽdo indicat, quantũ ei in nobis displiceit, hoc quod diu videndo tolerauit.

e ¶ *Factus sum in derisum, &c.*] Derisionem populi sui propheta passus est, quãdo verbis eius nõ credebant, imo repugnabãt dicẽtes ad eum: *Mendaciũ tu loqueris, non misit te dominus Deus noster*: Aut his verbis: illud sãctæ ecclesiæ tẽpus exprimitur, quo publice reprobis irridetur, quando iniquis crescẽtib. in opprobriũ, fides & veritas erit in crimine. Tãto quippe vnusquisque despectior erit, quãto iustior esse potuerit, tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sãcta quippe electorũ ecclesia afflictionis tempore prouerbium prauis efficitur: quia cum bonos mori per torméta cõspiciunt, ab eis similitudinem electionis sumũt. Quo enim transitoriam mortẽ vident, sed permanentẽ vitã non vident: tanto magis deridendo mala præsentia fugiunt, quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanentia nõ pertingunt. Sed sancta ecclesia scit in passionibus crescere, atque inter opprobria honorabilẽ vitam tenere. Scit nec de aduersis deiici, nec de prosperis gloriari. Nouit circa prospera mentẽ suam in deiectione sternere: nouit contra aduersa animum ad spẽ superni culminis exaltare. Scit bona sua misericordiæ redemptoris: scit mala sua iustitiæ retribuere iudicis, quod & bona illo largiente habeat, & mala illo permittente patiatur.

f ¶ *Repleuit me amaritudinibus, &c.*] Amaritudine repletum se propheta asserit: quia non tam de sua calamitate, quã de contritione populi sui dolore anxiatus est. Vnde trahit ad similitudinem potionem amarissimæ herbæ: quia valde afflictum se videt inimicorum deuastatione. Mystice autem Hieremias totius in se humanæ conuersationis speciem tenens, per lamentum queritur, dicens: Inebriauit me absinthio. Ebrius quisq; quod patitur, nescit. Qui vero absinthio inebriatur, & hoc quod sumpsit; amarum est, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur. Humanum quoque genus recto Dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absinthio est ebrium: quia & amara sunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat, & tamen eandem amaritudinẽ cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriã sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit amarũ est, quod bibit: sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eiusdem amaritudinis malũ discernere iam præ ipsa ebrietate nõ sufficit. Amant enim peruersi homines pro huius mundi gloria & tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt: & grauium laborum iugo, deuotissime colla submittunt, de quo adhuc subditur.

g ¶ *Confregit ad numerũ dentes meos, &c.*] Hoc est, abstulit mihi vsum edẽdi, & pauit pastu inutili. Mystice autem in scriptura sacra, dentes aliquando prædicatores, aliquando vero interni accipi sensus solent: de sanctis enim prædicatoribus sponsæ dictũ est: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ* *Cant.4.a* *ascenderunt de lauacro.* Vnde & vni eorum ostensis in figura gentibus dicitur. *Mactа & manduca*, id est, vetu statẽ earum *Act.10.b* contere, & in corpus ecclesiæ videlicet, & tua membra conuerte. Rursum quia dentes, interiores sensus accipi solent, Hieremias propheta nũc testatur, dicens: Fregit ad numerũ dãtes meos. Per dentes etenim cibus frangitur, vt glutiatur. Vnde non immerito dẽtibus internos sensus accipimus: qui singula, quæ cogitant, quasi mandunt & comminunt, atq; ad ventrem memoriæ transmittunt. Quos propheta ad numerum fractos dicit: quia iuxta mensuram vniuscuiusque

peccati

E

peccati, intelligentiæ cæcitas generatur in sensibus: & secundum quod quisque egit exterius, in eo obstupescit, quod interius, atq; in inuisibilibus intelligere potuit. Vnde recte & scriptum est: *Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* Quid namq; vua acerba, nisi peccatũ est?

Hier.31.c

Vua quippe acerba, est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus fatiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis mũdi delectatione pascitur, interni eius sensus ligantur: vt iam spiritualia mandere, id est, intelligere nequeat: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescũt. Et dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non valet: quoniam ligati dentes ex peccati consuetudine, iustũ quod intus sapit, edere nequaquam possunt. Hoc igitur loco, quia dentes (vt diximus inter nos sensus accipimus, considerare magnopere, quid agere iusti soleant, debemus: qui plerumque si qua in se quomodolibet carnalia esse deprehendunt: hæc internis sensibus retractantes, vehementer in semetipsis insequuntur. Afflictione se cõterunt magnisque cruciatibus, vel minima in se praua diiudicant, atque hæc per pœnitentiam damnant, quod idcirco agunt, vt in conspectu æterni iudicis, & ipsi inueniri, inquantum est possibile, irreprehensibiles debeant, & hi qui eos sic se iudicare conspiciunt, emendare semetipsos à culpis grauioribus inardescant. *Cibauit*, inquit, *me cinere*, hoc est, fragili, & minus vtili sustentabat me ciborum adminiculo.

F

a ¶ *Et repulsa est à pace, &c.*] Si hæc iuxta historiam considerentur, magna angustia Iudaici populi exprimitur: qui se repulsum ab omni felicitate terrena, & oblitũ bonorũ præteritorũ propter imminentem captiuitatis tribulationẽ asserit: nec iam finem præsentis tribulationis vllum, vel cõsolationis spẽ habere se dicit. Iuxta mysticos vero intellectus, electorũ cœtus repulsum se à sæculi prosperitate fatetur, & oblitũ bonorũ præsentium, nec pro præsenti labore transitorium præmium à domino, sed futuram cœlestis regni gloriam ostendit se quæsiturum. Mundus enim perit, & cõcupiscentia eius: qui autem facit voluntatẽ domini, manet in æternum. Hinc per beatum Iob dicitur: *Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea: desperaui, nequaquam vltra iã vi ã.* Quid per animam, nisi mentis intentio? quid per ossa, nisi carnis fortitudo designatur? Omne autẽ, quod suspenditur, proculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendium eligit, vt ossa moriantur: quia dum mentis intentio ad alta se subleuat, omnẽ in se fortitudinẽ vitæ exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciunt, quia habere in hac vita requiẽ nequaquã possunt, & idcirco suspendium eligunt, quia nimirum desideria terrena deserentes, ad alta animum tollũt. Suspensi autem mortẽ suis ossibus inferunt, qui amore supernæ patriæ in virtutum studiis accincti, hoc quo fortes prius in mundo fuerant, vinculo humilitatis insequuntur.

1.Ioan.2.c

Iob.7.c

Eccl.30.g

b ¶ *Recordare domine pauper. &c.*] Mutata locutione ad ipsum dominum pro populi calamitate propheta orationis verba conuertit: vt ipse qui flagella peccantibus iuste intorsit, afflictis opẽ misericorditer impendat. Propter transgressionem ergo ad paupertatem venerũt, & amaritudinem vastationis, & captiuitatis, quæ absinthij & fellis nomina exprimunt, pati meruerunt. Sed quia diuinitatis natura clemens est & pia, magisque ad indulgentiam, quam ad vindictam prona, quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: si quis post lãpsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit, cito à misericorde iudice veniam impetrabit: quod & propheta in sequentib. ostẽdit, cũ dicit:

c *Memoria memor ero, &c.*] Qui enim semetipsum diligẽter inspicit, & pro peccatis suis carnem macerare, & desideria mortificare non despicit; non solum veniam delictorum, sed & supernũ præmium à vero saluatore, & clementissimo iudice sperare debebit, qui omnes homines vult saluos facere. *Misericors & miserator dominus, patiens & multum misericors.* Ideo & propheta hanc inuestigabilem profunditatem bonitatis Dei considerans, & populi sui reatum, & proteruã non ignorãs vitia, subdidit dicens:

G

1.Tim.2.b

Psal. 144.b

d ¶ *Misericordi ædomini, &c.*] Totiesnim gẽs praua & peruersa Iudæorum, dominũ ad iracũdiam prouocando irritauit: vt si eã secundũ iudicii vellet iudicare, & nõ per misericordiam eligeret patiẽter sufferre: iãdudũ pœnis deficeret: nec restaurationis spẽ vllã haberet: quod Esaias ostẽdit, dicens: Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequaquam, filiis sceleratis: dereliquerũt Deũ: *blasphemauerũt sanctũ Israel: abalienati sunt retrorsum.* Su-

Esa 1.d

per quo percutiã vos vltra, addentes præuaricationẽ. Omne caput languidũ, & omne cor mœrẽs: à planta pedis, vsque ad verticẽ non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circũligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Et post paululum: *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.*

e ¶ *Noui diluculo, &c.*] Loquitur ergo propheta ad primitiuam in Hierusalem ecclesiã, laudans speciẽ eius: quæ post diluculũ resurrectionis Christi, veterẽ hominẽ exuens, noui hominis pulchitudinẽ ortu suo declarabat: cuius etiã multa est fides: quia per gratiã sancti Spiritus cõfortata verbo prædicationis, & virtutum signis, plurimos ad societatẽ fidei, & religionem Christianam conuocabat. Vnde in Actib. apostolorum scriptum est. *Verbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde, & multa turba sacerdotum obediebat fidei.* Et rursum: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum: nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium Resurrectionis Iesu Christi Domini nostri*, & gratia magna erat in omnibus illis. Vnde ipse consequenter dicit:

Act 4.b

H

1.b. 4.f

f ¶ *Pars mea dominus, dixit anima mea, &c.*] Nam portio domini, ecclesiasticus est populus sanguine Christi redemptus: de quo in Cantico Deuteronomij Moyses ait: *Pars domini, populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius, Israel.* Vel potius ipse dominus pars eius est, cuius amore omnia terrena despicit, & ipsum solum præ omnibus habere elegit: ad cuius aspectum futurum, & se peruenturum sperat. Ex cuius persona propheta in psal. ait: *Defecit cor meũ, & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in sæcula.* Defectus dictus est, quoniã deest illi effectus, & iure cogitatio carnalis defecerat, quæ se erraſſe nosebat. Sed illi confitetur, cui culpam reuelare remedium est, delicta confiteri securitas. Et notandum quod in vno versu, cor & in bono ponitur, & in malo. Defecit cor, vtique mala cogitatio: Deus autem cordis, hoc est, auctor boni intellectus: quia eum sine eius gratia nemo habet. Illius vero hominis Deus est pars, qui se maiestati ipsius, & credulitati consociat, & probabili actione commendat. In sæcula vero, quod addidit, semper se ipsi adhærere promisit: quod reuera perfectorum est, nunquam ab illo velle discedere, siue quo contingit semper errasse.

Deut.32.b

Sap.xxv.

Psal. 72.c

g ¶ *Bonus est dominus, &c.*] Bonus est itaq; dominus sperãtibus in eum: quia beneplacitum est domino super timẽtes eum. Quẽ qui quærit, inuenict, & ad beatã vitam peruenict. Vnde dicit psalmista: *Quærite dominũ, & viuet anima vestra.* De quo & Esa. ait: *Sãcti qui sperãt in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficiẽt.* Sed quia bonum est illi, qui sperat in domino, & ad futuram visionem peruenire certat, vt patienter omnia aduersa sustineat, vt sine molestia aliorum præsentem vitam ducat, imitans illum de quo scriptum est: *Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea.*

Psal.46.b

Psal 68.g

Esa.40.g.

Esa.42.g

Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Nō clamabit, neq; accipiet personam, neque audietur foris vox eius. *Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans non extinguet.* Propterea dicit.

a ¶ *Bonū est præstolari cum silentio salutare domini.*] Omnis enim bonorum vita tranquilla est, & placida: inter superbos vero sēper iurgia sunt. Idcirco Paulus Thessalonicensib. ait. *Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrū negotium agatis, & operemini manib. vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.* Quod quia nemo perfecte agere valet, nisi qui se à mundi concupiscentiis, & sæculi negotiis sequestrat, subsequitur dicere.

[a] Bonū est præstolari cum silentio salutare domini. ↄ Teth. [b] Bonū est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. › Iod. Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se. › Iod. [c] Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. › Iod. [d] Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. ↄ Caph. [e] Quia non repellet in sempiternum dominus. ↄ Caph. Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. ↄ Caph. [f] Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. ♮ Lamed. [g] Vt contereret

.Thes.4.a

b ¶ *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia.*] Militum ergo Christi perfectio est, exutam mentem habere à cunctis terrenis negotiis, & tumultu sæculi, iuxta illūd Apostoli. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus,* & cætera: eamque quantum humana imbecillitas sinit, festinat vnire cum Christo. Quam quidem speciem conuersationis boni eremitæ, & monachi, qui voto monasticæ disciplinæ obligati sunt, imitari contendunt: sed rara est, & paucissimis dono Dei hæc perfectio concessa. Is enim vere & non ex parte perfectus est: qui & in eremo squalorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate sustentat. Et ideo in vtraque professione per omnia cōsummatum inuenire difficile est: quia nec Anachoreta contemptum, ac priuationem materialium rerum, nec cœnobita Theoricam ad integrum potest assequi puritatem: Sed tamen quātum superexcellat serenitas tranquillæ vitæ turbulentiam sæcularis conuersationis, nouit qui hanc expertus est; & dominicū iudicium in euangelio inter duas mulieres cernit, ad Martham dicens: *Martha Martha solicita es, & turbaris circa plurima: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et beatus Dauid solum hoc necessarium homini esse definiens, Deo iugiter adhærere desiderat, dicens: *Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in domino Deo spem meam.* Et alibi: *& nam petij à domino,* & cætera. Vna ergo & sola est Theorica, id est, contemplatio Dei: cui merito omnia iustificationum merita, vniuersa virtutum studia postponuntur. Actiua etenim vita cum corpore deficit: Contemplatiua autem vita hic incipitur: vt in cœlesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum quē amat viderit, in amore eius amplius ignescit. Contemplatiua ergo vita minime auferetur; quia subtracta præsentis sæculi luce perficitur: sed ante omnia, humilitatis, & patientiæ custodia seruis Dei necessaria est: quia *qui se exaltat, humiliabitur*: qui autem in patientiæ virtute perseuerauerit, hic saluus erit. Vnde subiungitur.

2.Tim.2.a

Luc.14.c

c ¶ *Ponet in puluere os suum,* &c.] Ille quippe in puluere ponit os suum, qui humiliter sentiēs, fragilem se cognoscit: & de puluere se factū, iterum in puluerem reuersurum fatetur, dicens cum patriarcha Abraham: *Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis*: cui & spes erit futurę resurrectionis: qui cum semper pœnitentia castigando carnem macerat, spem remissionis & futuræ gloriæ per domini misericordiam habere debebit. Hinc est quod beatus Iob sapiētes domini sententias audiens, se cognoscendo non est esse sapientem, semetipsum reprehendit, dicens: *Ideo insipienter loquutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meā.* Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequitur & lamentatio pœnitudinis eorum, quæ fecit post reprehensionem, subditur. Et ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. In fauilla enim & cinere pœnitentiam agere, est contemplata summa essentia, nihil aliud quam fauillam cinerēque se cognoscere. Vnde & ciuitati reprobæ in euāgelio dominus dicit: *Si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ*

Gen.18.c

Iob.42.a

Matt.11.c

facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent. In cilicio quippe asperitas & compūctio peccatorum, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. Et idcirco vtrūque hoc adhiberi ad pœnitentiam solet: vt in compunctione cilicij, cognoscamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus, quid per vitium facti sumus. Considerētur ergo in cilicio pūgentia vitia: consideretur in cinere per mortis sententiā subsequēs iusta pœna vitiorū. Quia enim post peccatū carnis contumeliæ surrexerūt, videat homo in asperitate cilicij superbiēdo quid fecit: videat, in cinere vsquequo peccando peruenit. Potest quoq; cilicio ipsa in reprehēsione atque pœnitentia dolorum cōpunctio designari. Nā hoc quod ait beatus Iob: *Ipse me reprehendo*: quasi quodam cilicio pungitur, dum in mente sua asperis tedargutionum stimulis confricatur. In cinere autē agit pœnitentiam: quia ex primo peccato quid per iustum iudicium factus sit, solerter attēdit, dicens: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Ac si aperte dicat, de nullo auctoris dono superbio: quia sumptus ex puluere, per illatæ mortis sententiam ad puluerem me redire cognosco. Et quia necessarium est vt humilitatem comitetur patientia, ostendit præsens propheta, dicens.

Iob.42.a

d ¶ *Dabit percutienti se maxillam, satur.* &c.] Vt impleat euangelicum virum, cui dicitur: *Qui te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.* Quod illi quoque in culpa sint qui reddunt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum pro oculo, ostendit Dauid dicens: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Quapropter illa apostolica sentētia magis tenenda est, quæ dicit: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Et quoniam post calamitatem huius mundi, misericordia domini electos suos de præsenti tribulatione subleuabit: sequitur.

Matt.5.f

Psal.7.b

Rom.12.f

e ¶ *Quia non repellet dominus in sempi.* &c.] Non enim in sempiternum dominus repellet eos qui se corrigere volunt, & cohibere à peccatis: quia si abiecit ad tempus, & digne corripi ab hostibus reos permisit: iterum conuersis secundum multitudinem misericordiarum suarum beneficia præstat. Huic simile est illud quod in psalmis Dauid ait: *Non in finem irascetur dominus: neque in æternum indignabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis,* &c.

Psal.102.b

f ¶ *Non enim humiliauit ex corde suo,* &c.] Non enim ita despexit Deus ex corde suo genus humanum, & abiecit à procuratione solatij sui, vt vltra propter transgressiones nolit eorum curam habere, & ope suæ pietatis sustentare, sed propter bonitatem suam sustinet eos in multa patientia sua: vt de vasis iræ efficiat vasa misericordiæ. Quia *misericors & miserator dominus, patiens & multū misericors.* De quo alia scriptura ait: *Misereris omnium domine, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominū propter pœnitentiam: diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec odiens aliquid cōstituisti. Quo modo enim posset aliquid permanere, nisi tu voluisses: aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autē omnib quoniam tua sunt domine: qui animas amas. Bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus: propter quod hos qui exerrant partibus corripis, & de quibus peccant, admonens alloqueris, vt relicta malitia credāt in te domine.* Proinde nullo modo existimādum est, quod creator clemētissimus, causa sit perditionis hominum iniquorum: qui ad eum per pœnitentiam nolunt conuerti, sed vnusquisque in peccato suo interibit. *Funiculis* enim *peccatorum suorum vnusquisque cōstringitur. Et anima quæ peccauerit ipsa morietur.*

Rom.9.e

Psal.144.d

Sap.11.d

Prou.5.d

Ezec.18.e

g ¶ *Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos ter.*] Nec plangit eos qui peccare cœperant, statimque desierant. (*Nō est* enim *iustus super terram qui faciat bonum, & aliquando non peccet*,) Sed qui longo funiculo peccata protraxerant. Vnde & in Numeris legimus vaccam rufam, cuius cinis expiatio est populi, non aliter immolari & offerri ad altare

Eccl.7.e

Num.19.e

altare domini, nisi quæ terrena opera non fecerit, iugumque non traxerit, nec vinculis iugi Nabuchodonosor fuerit alligata. Et in Esaia propheta pro cingulo veritatis filiæ Sion cinguntur funiculo: Achitophel quoque & Iudas: quorum alter Dauid, alter dominum prodiderunt, fune longissimo

Es.3.d 5.e 2.Reg.1.e Matt.27.d

trahentes peccata sua, periere suspendio, putantes malum conscientiæ præsenti morte finiri, & nihil esse post mortem. Domini enim iudicium nullo modo errabit: nec aliquid fit in terra sine causa: neminem iniuste damnat, neminem spernit, neminemque indebite relinquit: quia omnia numero, mensura, & pondere disponit, ordinat, atque gubernat. Nec vllo modo credēdum est, quod aliquid per ignorātiam auctoris sui contingat in rebus humanis. quod sequens sententia sonare videtur.

tereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ. ♮ Lamed. [a] Vt declinaret iudiciū viri in conspectu vultus altissimi. ♮ Lamed. Vt peruerteret hominē iudicio suo, dominus ignorauit. ↄ Mē. [b] Quis est iste qui dixit, vt fieret domino non iubēte? ↄ Mē. Ex ore altissimi nō egredientur nec mala nec bona. ↄ Mem. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? ↄ Nun. [c] Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad dominum. ↄ Nun. Leuemus corda nostra, cū manibus ad dominum in cœlos. ↄ Nun. [d] Nos iniquegimus, & ad iracundiā prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. ↄ Samech. [e] Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti. ↄ Samech. [f] Opposuisti nubē tibi, ne transeat oratio. ↄ Samech [g] Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorū. ↄ Phe. [h] Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri

a ¶ *Vt declinaret iudicium viri,* &c.] Huic quoque simile est quod in libro Iob in Eliphaz verbis legitur, vbi ita scriptum est: *An cogitas quod Deus excelsior cœlo sit, & super stellarum vertices sublimetur? & dicis: Quid enim nouit Deus, quasi per caliginem iudicat, Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat.* Sunt plerique ita habētes, vt formidare nesciant, nisi quod corporaliter vident, vnde fit vt Deum non metuant quem videre non possūt.

Iob.22.b

b ¶ *Quis est iste qui dixit,* &c.] Fuerunt enim hæretici qui dixerunt Deum non facere mala: contra illud quod scriptum est: *Ego dominus formans lucem, & creans tenebras: faciens pacē, & creans malū.* Econtrario fuerunt alij qui dixerunt Deū creasse mala: contra id quod scriptum est: *Fecit Deus omnia bona.* Fuere item alij qui dixerūt duas naturas, & duas substātias ab initio fuisse, id est, bonā & malam: cum omnis natura aut creator sit, aut creatura. Vnde falsum est quod natura vlla mala sit, cum creator summus & optimus, creauerit bonā creaturam. Quia *vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona.* Tropice igitur Deus dicitur facere mala, hoc est, aduersa meritibus infligere. Iuxta illud quod in Esaia scriptū est: *Ego dominus, & non est alter, formans lucē & creans tenebras: faciens pacem, & creans malū.* Mala quę nulla sua natura subsistunt, à domino non creantur: sed creare se mala dominus indicat: cum res bene conditas, nobis male agentibus, in flagellū formar: vt ea ipsa & per dolores quo feriunt, delinquētibus mala sint, & per naturam qua existunt, bona. Venenū quidē mors scilicet est homini, sed tamē vitæ serpenti. Amore enim presentium ab auctoris nostri dilectione recessimus, & peruersa mens, dum delectatione creaturæ se subdidit, à creatoris se societate disiunxit. Ex his ergo ab auctore feriēda erat, quæ errans auctori præposuerat, vt vnde homo culpam non timuit superbus admittere, inde pœnam corrigendus inueniret, & tanto ocius respiceret ad illa quæ perdidit, quanto doloris pœnam esse conspiceret quæ quæsiuit.

Gen.1.d

Esa.45.b

Gen.1.d. Eccl.3.b

c ¶ *Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad,* &c.] Sciendum vero est, quod quisquis à præceptis dominicis discordat opere: quoties ea vider, corde suo reprehēditur, atque cōfunditur: qui id quod fecerit, memoratur. Nam in quo se errasse considerat, ipse se conscientia latenter accusat. Vnde Dauid propheta deprecatur dicens: *Tunc non confundar, dum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Grauiter namque vnusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ viuendo contempsit. Hinc enim Ioannis voce dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad dominum, & quidquid petierimus ab eo, accipiemus.* Ac si diceret: Si id quod præcipit, facimus: id quod petimus, obtinemus. Valde namque apud dominum vtraque hæc sibi necessario congruunt, & vt oratione operatio, & operatione fulciatur oratio. Hinc & modo Hieremias ait: Scrutemur, & reliqua. Vias etenim nostras scrutari, est cogitationum interna discutere. Cor vero cum manibus leuat, qui orationem suam operib. roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor leuat & manus non leuat. Quisquis vero operatur & non orat, manus leuat, & cor non leuat. Iuxta ergo Ioānis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vitæ prauitas nulla contradicit, & bonorum operū ratio orationi concinit.

Psal.118.a

1.Ioan.3.d

d ¶ *Nos iniquegimus, & ad iracundiam prouocauimus,* &c.] Propter peccata enim populi, & transgressiones plurimas, quas ab initio fecerunt, dominum ad iracundiam prouocantes, simul cum ciuitate disperdi meruerunt: nec iam digni fuerunt venia, qui filium Dei ad se venientem spernentes, tanta affecerunt contumelia, sicut alius propheta ostendit dicens: Propter peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Vnde etiam nobis timendum est, ne & ipsi contēpserimus præcepta domini, & inobedientes fuerimus euangelio Christi, duram gehennæ sentiamus vindictam qui corrigi nolumus de peccatis ad iustitiam. Dicit enim Apostolus: *Voluntarie enim nobis peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non derelinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis cumulatio, quæ consūptura est aduersarios.* Et item: *Irritam,* inquit, *quis faciens legem Moysi sine vllamiseratione, duobus vel tribus testibus moriebatur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiūm Dei cōculcauerit, & sanguinē testamenti polluti duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

Deu.9.c

Psal.102.b S.ap.12.e

c ¶ *Operuisti in furore, & percussisti nos,* &c.] Vbicunque enim furor vel ira Dei in scripturis legitur: non perturbatio mentis, sed illa vindicta in pœna patientis exprimitur: Deus enim naturaliter pius semper bonus & placidus est, & semper idē ipse est, & anni eius nō deficiēt. De quo alibi legitur: *Tu autem domini vniuersorū, cum tranquillitate iudicas & disponis omnia.* Ideo dum percutit quemliber vel occidit, nec parcit, non perturbationem vllam in semetipso sentit: sed quietus & placidus, reos debitas pœnas soluere cogit, de quo adhuc subditur.

4.Reg.24. 25.

f ¶ *Opposuisti nubem tibi,* &c.] Nubem sibi opponere Deus dicitur, cum ingratas preces petentium exaudire dedignatur. Item nubes opposita orationi videtur, cum caligine quadam & nubilo cæcitatis mens obuoluitur, ne radio diuinæ contemplationis illustrari mereatur.

g ¶ *Eradicationem & abiectionem,* &c.] Eradicatam se asserit & abiectam plebs Iudaica, quæ in Chaldaica captiuitate sæpe pro sceleribus suis contrita est: primum sub Ioakim: deinde sub Iekonia tertio sub Sedechia: quando vrbs vasta. ta templumque incēsum est, & muri destructi. Postremo reliquiæ quæ sub Hodolia ad habitandam terram à Nabuzardam principe militiæ relictæ sunt contra præceptum domini, quod eis per prophetam mandauerat, in Ægyptum pergentes ibi disperierunt. In Romana vero captiuitate ita vrbs tota & terra deuastata est, & plebs dissipata: vt nullam vltra spem restaurationis haberet: sed vsque in finem perseuauerit eius desolatio. Mystice autem eradicationem & abiectionem à domino patitur anima peccatrix in medio populorum constituta, quando à malignis spiritibus ita virtutib. spoliatur, & radice fidei tenuatur: vt iam non honori, sed pateat omnium irrisioni, & ipsi inimici dominentur illius, & deceptæ insultent: quia iuxta merita sua pœnas quas ei scriptura sacra prædixit, & laqueum perditionis sustinere cogatur. Vnde sequitur.

Hel.10.c

h ¶ *Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri,* &c.] Aperuerunt enim tunc inimici os suum super pecca-

A tores, quando eos diuersis laniatibus & cruciatibus, deuorare festinant debitores. Nec eis in aliquo miserantes parcunt, sed in formidinem pœnarum, & laqueum perditionis, iuxta id quod propheticus sermo peccantibus prædixit, præcipitare studeant. Vnde tunc propheta interitū populi sui multipliciter ploravit, & nūc sancta ecclesia animarum peccātium ruinā inessabiliter plāgit: sicut in sequenti sententia demonstratur.

a ¶ *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus*, &c.] Diuisiones ergo aquarū deducere se ab oculis perhibet propheta in contritione filiæ populi sui: qui & peruersitatem cordis illius defleuit, & ruinā in peccatis, & contritionem in deuastatione. Sic & nunc electorū turba pro anima in peccatis perdita, multiplices gemitus fundit: quæ in diuersis facinoribus eā errasse conspicit, & si quo modo eam à cœpta nequitia reuocare possit, toto nisu & labore cōtēdit.

b ¶ *Oculus meus afflictus est*, &c.] Instantiam orationis & perseuerantiā nos habere propheta docet. Qui ad cupita peruenire voluerit, reflectere mentē à studio orationis non debet: sed magis perseuerare in intentione cœpta illū oportet. Hinc est quod in libro Regū de Anna scriptum est, quod postquam orauerat, *vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati*. Hinc & in euāgelio: cæcus ille qui in Hiericho transeuntem Iesum audierat, misereri sibi ab eo petebat: sed cum à præeuntibus sibi iuberetur vt taceret, ipse multo magis clamabat dicens: *Miserere mei fili Dauid*: vnde & lumen quod petiuit à Saluatore accipere promeruit. Quicunque enim fide plena petit hoc quod expetit, nullo modo eius fructu carebit. Respicit enim dominus de cælis, & fidelis sui oratoris preces suscipiēs, saluum fecit eū, quoniam sperauit in ipsum: Dicit enim ipsa veritas: *Amen dico vobis: quicquid orātes petitis, fiet vobis*. Et quia per oculorum aspectum, sæpe noxia concupiscentia intrat. Sequitur:

c ¶ *Oculus meus deprædatus est*, &c.] Nunc reddit causam quare prædixerit oculum suum afflictum esse, eo quod non esset requies: quoniam cum per incuriam aspectus patefactus fuerit tentationi aditus, vix tranquillitatem inueniet animus turbatus, nisi illi subuenerit diuinæ pietatis intuitus. Hinc est quod beatus Iob ait: *Pepigi fœdus cū oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine*. Vt enim cogitationes cordis caste seruare posset, fœdus cum oculis pepigit: ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Valde nāque est quod caro deorsū trahit, & semel species formę cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu soluitur. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione versemus, prouidendū nobis est: quia intueri non debet, quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia voluptatis suæ, deprimendi sunt oculi, quasi quidā raptores ad culpam. Neque enim Eua lignum veritum contigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Scriptum quippe est: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit*. Hinc ergo pensandum est quanto debemus moderamine ergā illicita visum restringere, nos qui mortaliter viuimus: si & mater viuentium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam modo sub Iudææ voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, propheta dicit: *Oculus meus deprædatus est animam meam*. Concupiscendo enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorem visum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis mūditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruāda est. Nā quātalibet grauitate mens vigeat: carnales tamen sensus pueriliter exterius perstrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodā vigore refrenentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.

B

Marci 11.c

1. Reg 1.c
Luc 18 f

Iob. 31.a

Gen. 3.b

d ¶ *Venatione ceperunt me, quasi auem inimici mei gratis*. &c.] Auis enim nomine ipse dominus significatur; qui licet in terra de virgine matre sit editus, tamen cœlestia, doctrina sua & exemplo semper perit: membraque sua fide, & spe quasi duabus alis ad superna semper subleuat, dicens in euangelio: *Regnum meum non est de hoc mūdo*. Et iterum: *exiui*, inquit *à patre*, & cætera. Et rursum: *Qui vult venire post me*. De hac aue in Iob scriptum est: *Semitam ignorauit auis: nec intuitus est eā oculus vulturis*.

Ioan. 18.g
Ibid. 16.f
Matt. 16.d
Iob. 28.b

e ¶ *Lapsa est in lacum vita mea*, &c.] Cum superius dixisset venatione se quasi auem captum nunc addit vitam suam lapsam in lacum, & lapidē superpositū. Quid est ergo vitam labi in lacum, nisi corporalem vitam venire vsque ad defectum? Lapsa est ergo vita Christi in lacum, quando eius caro peruenit vsque ad mortis occubitū. Cui superposuerunt lapidem: quando eo sepulto, petierunt à Pilato vt juberet custodiri sepulcrum: ne forte venirent discipuli & furarentur eum: quibus cum ipse responderet: *Habetis custodiam, ite custodite sicut scitis: illi abeuntes, munierunt sepulcrū, signantes lapidem cū custodibus*. Potest & in laci nomine, vel infernus designatus accipi, vel calamitas profunda istius mūdi. Lacus dicitur, cuius fundus latet, dum in vnam foueam circundatus includitur. Hic plano tergo intuentium oculis, falsa tranquillitate blanditur: sed quantum sit profundus, absconditur. Hinc & in psalmo scriptum est: *Posuerunt me in lacu inferiori*, &c.

Matt. 27.g

Psal. 87.b

D

f ¶ *Inundauerunt aquæ super caput meum*, &c.] Aquæ in scriptura sacra, aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes fidem sequentium demonstrare solent. Per aquam quippe sancti Spiritus infusio designatur, sicut in euangelio dicitur: *Qui credit in me, sicut dicit scriptura flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ*, & cætera. Rursum per aquam, sancta scientia designatur, sicut dicitur: *Aqua sapientiæ salutaris potauit eos*. Per aquam quoque praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonem: mulier quæ typum hæreseos tenet, calliidis suasionibus blanditur, dicēs: *Aquæ furtiuæ dulciores sunt*. Aquarum ergo nomine nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per psalmistam dicitur: *Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*. Per aquam, populi designantur, sicut per Ioannem dicitur: Aquæ vero populi sunt. Per aquam quoque non solum fluxus decurrentium populorum, sed etiam bonorum mentes fidei prædicamenta sequentium designantur, sicut propheta ait: *Beati qui seminatis super omnes aquas*, & per psalmistam dicitur: *Vox domini super aquas*. Aquę vero super caput redēptoris inundauerunt, quando seditiosi populi Iudæorum persecutionem mouentes, diuinitati redemptoris detraxerūt. *Caput vero Christi, Deus est*, vt Apostolus testatur: cui inuidentes Iudæi, dixerunt ad Pilatum: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: Quia filium Dei se fecit*.

Ioan. 7.f
Ecc. l. 15.d
Prou. 9.d
Psal. 68.a
Apoc. 17. d
Esai. 32. d
Psal. 28.a
Ioan. 19.b

g ¶ *Inuocaui nomen tuum domine de lacu*, &c.] Quid enim lacum nouissimum, nisi infernum inferiorem intelligere debemus, de quo in psalmo scriptum est; *Eruisti animā meam ex inferno inferiori*? Inuocauit ergo redemptor noster nomē domini de lacu nouissimo, cum in virtute diuinitatis descēdit ad inferos, & destructis clausris tartari, suos, quos ibi reperit eruens, victor ad superos ascendit.

Psal. 85.c

h ¶ *Vocem meā*, &c.] Vocem enim dominicæ incarnationis diuinitas ipsius audiuit: qui salutem humani generis, quam secundū humanitatē postulauit, secundū diuinitatē tribuit. Proinde ipse ad patrē dicit in euangelio: *Pater, gratias, ago tibi quoniā audisti me: ego autē sciebā, quoniā semper me audis*.

Ioan. 11.c

i ¶ *Appropinquasti in die*, &c.] Appropinquauit diuinitas Saluatoris humanitati ipsius, quando cā subita resurrectione iuxta

E iuxta votum suum de morte triumphare fecit. Aliter: Appropinquauit dominus seruis suis cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: quoniam à timore inimici animas eorum eripuit; sic. n. ipsi orabant in psalmo: *Exaudi Deus orationem eā precor, à timore inimici eripe animam meā*.

Psal. 63.a

a ¶ *Iudicasti domine causam animæ meæ*, &c.] Iudicauit ergo dominus causam animæ Christi, quando innocentis mortem peruenire fecit ad salutem generis humani, & triumpho suæ resurrectionis cōfudit auctores eius interemptionis. Aliter: Iudicauit dominus causā fidelium suorum, quando redemit animas eorum & nō dereliquit omnes qui in se sperauerunt: confessores suos ad cœlestem transtulit gloriam, & persecutores eorum in pœnā demersit perpetuam. Iniquitas enim illorū hoc promeruit: quia timere & honorare auctorem suum, temeritas mentis eorum eos non permisit. Insurrexerunt enim primum cum furoris suiinsania in ipsum pastorem dicentes: *Hic est hæres*, & cætera. Ex seruis vero eius alium cęciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt, & sic dissipatæ sunt oues gregis. Quapropter nunc dicit,

Matt. 21.d

b ¶ *Vidisti domine iniquitatem illorum*, &c.] Cogitatio enim illorum maligna erat, & sermones pleni insania, auctorem vitæ interficere cogitantes, & sermonibus veritatis exprobrare nitentes. De quo sequitur,

Matt. 26.a

F

c ¶ *Audisti opprobrium eorum domine*, &c.] Hinc & in euangelio scriptum est: Principes autem & seniores populi consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Et iterum: *Principes sacerdotum & omne consiliū quærebant falsum testimonium contra Iesum*, & cætera. Vnde eo crucifixo, prætereuntes blasphemabant: *Vah qui destruis templum Dei*, dicentes: Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant: *Alios saluos fecit, seipsum saluū faciat: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce*. Talis enim fuit meditatio eorum, vt contra veritatem instruerent testes falsos, & malum pro bono redderent gratis: Quæ psalmista dudum præcinebat, dicens: *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui*. Gratis reuera quibus mali nihil fecerat. Illud enim gratuitum dicimus, quod non alicuius rei compensatione tribuitur. Absconderunt mihi, vt illi putabant, qui diuinitatis eius potentiam non credebant. Nam quid potest abscondi, cui nihil occultum est.

Ibid. 27.c

Psal. 34.a

d ¶ *Sessionem eorū & resurrectionem eorum vide*, &c.] In sessione exprimit habitum iudicādi: in resurrectione vero studium id quod moliebantur perficiendi. Sed quia in cathedra pestilentiæ pontifices & principes Iudæorum sederunt, insidiantes vt interficerent innocentem: ad hoc surrexerunt vt quod nequiter tractarent, opere nefario consummarent. Infelicitas fuit in viis eorum, *& viam pacis non cognouerunt*. Sed quidquid ipse coram eis veracibus verbis proferebat, totum in calumniam & in opprobrium vertere studebant. Vnde cum diceret: *Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli: tunc expuerunt in faciem eius, & accęperunt arundinem, & percusserūt caput eius*, dicentes: *Propheti a nobis, quis est qui te percussit*? Quod etiam propheta dudum in spiritu præuidens, ostendit dicens: *Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum*. Dicit enim passionem suā genti Iudaicæ fuisse fabulam: qui quasi impleta cogitatione sua, de nece domini temulentissime garriebant. Sed his qui incorrigibiles erant, & magis perseuerare in malo, quam inde recedere eligebant: superba se intentione defendentes, quasi iustitiæ executores, per Hieremiam dicitur.

Psal. 1.
Psal. 13. b
Matt. 26.f

Psal. 68.c

e ¶ *Reddes eis vicem domine iuxta opera manuum suarum*.] Moxque eandem vicem expressius subdidit dicens.

f ¶ *Dabis eis scutum cordis laborē tuum*.] Labor quippe domini apparens inter homines, passibilis eius humanitas fuit: quā Iudæi superbe sapientes, dum discernerent, despexerunt: eūque immortalem credere dedignati sunt, quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque eius humilitatem conspicerent, superbiæ fastu indurati, summa cura moliti sunt, ne eorum mentes sancta prædicantium verba penetrarent. Dum ergo eis dominus vicem malorum operum redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum: quia recto iudicio inde illos contra se superbe obstinatos exhibuit, vnde ipse pro nobis in infirmitate laborauit. Repulerunt quippe à se verba prædicantium, qui dedignati sunt in domino infirma passionum. Laborem igitur domini contra eundem dominum scutum cordis habuerunt: qui superbe sapientibus eo despectior apparuit, quo propter eos humilis fuit. Hoc scutum sicut iam superius diximus, prius ille peccator tenuit: qui requirenti domino, cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpam reddidit, sed à muliere quam ei dederat se accepisse respondit: vt quasi reatum suum oblique in auctorem relideret, qui ei mulierem dederat, quę talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit, sed serpentis illud persuasionibus replicauit dicēs: *Serpens decepit me, & comedi*: vt ipsa quoque reatum suum oblique in creatorem duceret: qui illic intrare serpentem persuasurum talia permisisset. Serpens vero iam non requiritur, quia nec eius pœnitentia quærebatur. Hi autem quorum pœnitentia quæsita est, scutum nequissimæ defensionis contra iustissimæ correptionis verba protulerunt. Vnde nunc vsque in vsum peccantium trahitur: vt culpa cum arguitur, defendatur, & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur.

Gen. 3.a

Gen. 3.c

H

g ¶ *Persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis domine*.] His tribus sententiis, quas modo enumerauimus, quæ sub Thau litera prænotatæ sunt, respondet ad superiores: quibus iniquitatem Iudæorum, & dolosam meditationem expressērat: ostendens quid meruerint, quoniam in furore, diuino iudicio disponente, hostes eorum illos persecuti sunt, & in præsenti vita fortiter contriuerunt: ita vt hactenus per totū orbem dispersi, malum exilij patiantur: sedentes sine rege ac sacerdotio regali, & sine templo, & sine cultu pietatis. Qui autem ad Christum conuertuntur, promissionem illā, quæ ad patres eorum facta est, spiritualiter hæreditabunt. Denique tribus alphabetis, quibus anteriorem partem Lamentationis propheta explicauit enarratis, iam quid Quartum insinuat considerandum est.

Commentarij Secundi in Lamentationes Hieremiæ Prophetæ Finis.

IN TERTIVM LIBRVM.

COMMENTARIORVM LAMENTATIONVM HIEREMIÆ,

PROOEMIVM.

EXtremus Liber tractatus Hieremiæ inchoandus est à quarto alphabeto, quod sicut primum & secundum sapphico metro decurrit: in quo simili modo, vt in cæteris, casum populi Iudaici, atque vastationem vrbis, lamentabili voce propheta historialiter deplorat. Spiritualiter autem lapsum animæ fidelis, atque ruinam impeccatis miserabiliter plangit: subnectens orationem, quam fudit lachrymosa voce propter interitum suorum ad pias aures domini: quatenus ipse benignus miseris manus solatij porrigendo, in statum pristinum erigat, atque perfectæ sanitati restituat.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN LAMENTATIONES HIEREMIÆ,

LIBER TERTIVS.

ℵ Aleph CAP. IV.

QVomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optimus: dispersi sũt lapides sanctuarij in capite omniũ platearũ. a Beth. b Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuũ figuli? a Gimel. c Sed & lamiæ nudauerũt mãmã, lactauerunt catulos suos filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. ד Daleth. d Adhæsit lingua lactentis ad palatũ eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. ה He. e Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. ו Vau. f Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. ז Zain. g Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores. ח Heth. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignũ. ט Teth. h Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consũpti sterilitate terræ. י Iod. i Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos præcedentibus patribus studij feruentioris exsitunt. De quibus, vt totum simul ostẽdatur, adiũgitur: *Sapphiro pulchriores.* Aërei quippe coloris est Sapphirus. Et quia præcedentes multos, atque ad superna tendentes, per cœlestem conuersationem videntur vincere, narrantur Sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerumque dum virtutum copia, etiã plus quã expedit prosperatur, in quandam sui fiduciam mens adducitur, & decepta præsumptione propria, repente peccato surripiente infuscatur: Vnde recte subiungitur: *Denigrata est super corbones facies eorum.* Nigri enim post candorẽ fiũt, quia amissa Dei iustitia cum de se præsumunt, in ea etiam quæ nõ intelligunt, dilabuntur peccata. Et qui post amoris ignem ad frigus torporis veniunt, extinctis carbonibus ex cõparatione præferuntur: nonnunquam enim dum timorẽ Dei per sui fiducam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: *Non sunt cogniti in plateis.* Platea quippe sermonis Græci ratione pro latitudine dicitur. Quid vero est humanæ menti angustius, quam voluntates proprias frangere? De qua fractione veritas dicit: *intrate per angustam portam.* Quid autem latius, quam nullis propriis volũtatibus reluctari & quaquam versum impulsus arbitrij duxerit, se sine retractione diffundere? Qui ergo per fiduciam sanctitatis postposito meliorum iudicio se sequuntur: quasi per plateas pergunt: sed non sunt cogniti in plateis, quia de vita sua aliud ostenderunt, quando frangendo voluntates proprias in angusto se calle retinebant. Et bene additur: *Adhæsit cutis eorum ossibus.* Quid in osse nisi duritia fortitudinis? Quid in cute, nisi mollities exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorum adhærere ossibus dicitur: quia ab eis praua sentientibus, infirmitas vitij, duritia virtutis putatur. Infirma enim sunt quæ faciunt: sed elationis fiducia decepti, fortibus ea suspicientibus iungunt, & quo de se magna existimari cupiunt, eo de sua nequitia emendari contemnunt. Vnde recte adiungitur: Aruit & facta est quasi lignum. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Quam recte atidam asserit, quia nulla sui cogitatione viridescit.

Vomodo obscuratũ est aurũ, &c.] Nã licet hæc historialiter vrbis Hierosolymitanæ destructionem, & templi concremationem videãtur sonare: vbi totus ille ornatꝰ veterũ dissipatus est, & ad nihilum redactus: tamen altiori sensu templi mystici deiectionẽ significat, quod quotidie in reproborũ vita & moribus obfuscatur atq; destruitur. Quid namque auro, quod metallis cæteris præeminet, nisi excellẽtia sanctitatis: quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reuerẽtia religionis exprimitur? quid per sanctuarij lapides, nisi sacrorum ordinum personæ signãtur? quid platearũ nomine, nisi præsentis vitæ latitudo signatur? Quia enim Græco eloquio πλάτος latitudo dicitur, profecto à latitudine plateæ sunt vocatę. Per semetipsã vero dicit veritas: *Lata & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem.* Aurum igitur obscuratur, cũ terrenis actibus sãctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur: cum quorundam qui agere religiose credebantur, existimatio ante acta minuitur. Nam cũ quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit. Sanctuarij quoq; lapides in plateas dispergũtur, cum causa sæcularium foras lata itinera experũt hi, qui ad ornamenta ecclesiæ internis mysteriis quasi in secretis sanctuarij vacare debuerant. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fiebant, vt intra sancta sanctorũ in vestimẽto summi sacerdotis apparerent. Cum vero ministri religionis à subditis honorem redẽptoris sui, ex merito vitæ non exigunt sanctuarij lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacẽt, cũ personæ sacrorum ordinum voluptatum suarũ latitudini deditæ, terrenis negotiis inhærent. Et notandũ quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearũ dicit: quia cũ terrena agunt, summi videri appetunt, vt & lata itinera teneãt ex voluptate delectationis, & tamẽ in platearũ sint capite ex honore sanctitatis. Nihil quoque obstat, si sanctuarij lapides, eosdem ipsos, quibus constructũ sanctuarium existebat, accipimus: qui dispersi in capite platearum iacent, quãdo sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inseruiũt: ex quorũ prius officio sanctitatis gloria starevidebatur. Secularia itaq; negotia aliquando ex compassione toleranda sunt: numquã vero ex amore requirenda: ne cũ mentẽ diligentis aggrauãt, hanc suo victam pondere ad ima de cœlestibus mergant.

b ¶ *Filij Sion inclyti & amicti auro primo*, &c.] Ad eundem sensum hæc sententia pertinet, ad quem superior: quod filij ecclesiæ qui inclyti fuerunt Christiana religione, & ornati sapientiæ fulgore, & decore virtutum, nunc emolliti carnalibus desideriis, & terrenis cupiditatibus tabefacti, vasis testeis cõparentur: quæ dominicæ correptionis virga in futuro examine conterens franget, & ad nihilum rediget: taliter vt non inueniri possit fragmẽ testæ, quo igniculus ferri possit de incendio.

c ¶ *Sed & Lamiæ nudauerunt mãmã, lactauerunt catulos suos*, &c.] In Lamia quippe duplicitas Iudæorũ, & fictio hypocritarum exprimitur. Lamia enim humanam faciem habet, sed corpus bestiale: sic & populus Iudæorum specietenus cultum Dei simulabat, sed feroci animo semper illi contrarius existebat. Quod bene per Esaiam ostenditur cum dicitur: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me.* Similiter omnes hypocritæ in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est. Sed bestiale est, quod sequitur, corpus: quia valde iniqua sũt quæ sub boni specie molliuntur. Possunt & in lamia, hæretici accipi: qui humanam quidem faciem, sed beluina per impietatem corda gestant. Hi tunc mammam nudant, quando errorem suum libere prædicant. Tunc catulos lactant, quando male sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Sicut in lamia, sic & in struthione fictio & immanitas historialiter Iudæorum. Et secundum mysticum sensum, simulatio & immanitas hypocritarum designatur, qui fingere sciunt virtutum opera non veraciter agere. De hoc struthione inter alia & in libro Iob legitur: *Induratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente.* Indurata est ergo crudelis synagoga Iudæorum contra Apostolos & prædicatores noui testamenti, qui de ipsa gente nati fuerant, quasi non essent sui filij: odio eos habens & externos deputans: crudeliter illos vbique in deserto gentium persequebatur propter euangelium Christi, quod & ipsa veritas videtur eis prænunciare, cum ait: *Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini, absque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo:* Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Frustra ergo laborat nullo timore cogente: quia cum Christum persecuta est quasi euersorem gentis, & destructorem regni: nec statũ regni, nec salutem gentis seruauit, sed magis perdidit.

d ¶ *Adhæsit lingua lactẽtis*, &c.] Hoc nota iuxta historiam, quod lactentes atque paruuli infantes Iudæorum destituti matrum atque nutricum solatio, fame & siti laborauerunt. Iuxta allegoriam vero significat, quod hi qui infirmi adhuc sunt intellectu, & minus validi ad percipiendum fortiorem cibum, qualibus ait Apostolus: *Lac vobis potum dedi*: propter inertiam & delidiam doctorum, spiritualis intelligentiæ carent alimonia. *Paruuli*, inquit, *petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*: id est, infirmi quique scripturæ sacræ fortiores sententias petierunt sibi exponendo comminui: sed qui exponere studeat, non valet inueniri. Potum vidit scripturam sacram propheta cum diceret: *Omnes sitientes venite ad aquas.* Si potus aperta mandata non essent, per semetipsam veritas nõ clamaret: *Si quis sitit, veniat & bibat.* Quasi cibum & potum intellexit propheta Iudææ defuisse cum diceret: *Nobiles eius interierunt fame, & multitudo siti exaruit.* Paucorum quippe est fortia & occulta cognoscere, multorum vero historię aperta sentire. Idcirco Iudææ nobiles non siti, sed fame interiisse asserit: quia hi qui præesse videbantur, dũ totos se exteriori intelligentiæ dederant, quod de intimis discutiendo manderent, non habebant.

a ¶ *Qui vescebantur*, &c.] Qui sunt illi qui vescebantur voluptuose, nisi illi Iudæi qui semper terrenis concupiscentiis, & sæculi voluptatibus dediti erant & pro cibo & potu sæpius murmurabant, dicentes ad Moysen: *Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis, & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum.* Et iterum: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis. In mente nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe & allia. Anima nostra arida est; nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Ipsi interierunt in viis: quia in *lata & spatiosa via quæ ducit ad mortem*, exterminati sunt. Et *qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*: cum vanam istius mundi pompam appetentes, & historicam traditionem legis sequentes, spiritualem intelligentiam spernebant, & in ipso exteriorum fœtore squalebant. Quod enim vetus obseruantia ceremoniarum legis stercoribus comparetur, ostendit Paulus, dicens: *Quæ ergo mihi fuerunt lucra propter Christum arbitratus sum vt stercora.* Tropologice vere, quicumque auaritiam terrenam, & delicias voluptatum secutus, viam istius vitæ incorrectus expleuerit: non ad æternæ vitæ gaudia, sed ad fœditatem pœnarum peruenturus erit.

b ¶ *Et maior effecta est*, &c.] Maior ergo effecta est iniquitas populi Iudæorum peccato Sodomorum: quia illi tantũmodo legem naturalem, isti autem & naturalem & scriptam transgressi sunt. Videntes mirabilia Dei, & cibo cælesti pasti, ingrati semper eius beneficiis extiterunt. Vnde & doctores non ceperunt in ea manus, qui condignos laboris sui in ipsis non inuenerũt fructus. Nam ipsum legislatorem suum Moysen plurimis conuitiis irritauerunt, & propheta Deiad se missos persecuti sunt: nouissime vero ipsum hæredem, hoc est vnigenitum filium patris ad se venientem, vt eos saluaret, & ab errore corrigeret, spernebant, & diuersis calumniis insequentes ad extremum per inuidiam occiderunt. Qualiter autem iniquitas Iudæorum maior sit peccato Sodomorum, ostendit euangelium, vbi ita legitur: *Tunc cœpit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius: quia non egissent pœnitentiam: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum numquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hunc diem. Veruntamen dico: quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij quam tibi.*

c ¶ *Candidiores Nazaræi eius niue*, &c.] His duabus sententiis ostenditur, quo modo omnis decor prioris populi, quã habebant in ornatu templi, & cultu diuino, propter peccata eorum emarcuerit, & destruẽtibus hostibus, ad nihilum redactus sit. Mystice autem casus animarum quorundam fidelium à propheta deploratur. Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium & continentium vita signatur: quæ niue & lacte nitidior dicitur? Nix enim ex aqua congelascit, quæ desuper venit. Lac autem ex carne exprimitur, quæ de inferioribus nutritur. Quid enim per niuem, nisi candor vitæ cœlestis? Quid per lac, nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerumque continentes viri in ecclesia tam mira opera faciunt: vt ab eis multi qui cœlestem vitam tenuerunt, multi qui tertena bene dispensauerunt, superari videantur, & cãdidiores niue & nitidiores lacte referuntur: qui etiam quia per feruorẽ spiritus, antiquorum ac fortium patrum nonnumquam vincere vitam videantur, recte adiungit: *Rubicundiores ebore antiquo.* Dum enim ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur vero esse os magnorũ animalium non ignoramus. Ebore vtique antiquo rubicũdiores sunt: quia sæpe ante humanos oculos nonnullis

d ¶ *Melius fuit occisis gladio, quã interfectis fame*, &c.] Quantum ad compendium mortis respicit, breuior fuit pœna subito gladio occisorum, quam fame & siti diu excruciatorũ. Quantum vero ad spiritualem sensum pertinet, melius fuit Apostolis & prædicatoribus euangelij, breuiori pœna corporis, pro Christi nomine ad tẽpus plecti, & postea in æterna lætitia coronari: quam persecutoribus eorum, longa inedia verbi Dei tabefieri, & propter sterilitatem & infœcunditatẽ bonorum operum ad extremũ æterno incendio cõcremari.

e ¶ *Manus mulierum misericordiam coxerunt filios suos*, &c.] Hoc historialiter recapitulat, quod superiꝰ iam dixerat: quia in captiuitate Chaldaica, necnon & in Romana, ad talem necessitatem propter inopiam cibi, plebs Iudæorum peruenit: vt aliquæ ex mulieribus eorum, filios suos trucidarẽt, &

carnes eorum coctas comederent. Iuxta ſpiritualem vero intellectum: non parui eſt delicti, quod doctores mali auditores ſuos, rebus terrenis & ſubſtantiis ſuis propter voracitatem ſuam ſpoliant: nec eis pabulum verbi tribuunt, quod illi ad vitã nutriantur æternã: cum dominus per Ezechielem dicat: *Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges paſcuntur à paſtoribus? Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum nõ paſcebatis: quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod fractum eſt nõ alligaſtis, & quod abierat: non reduxiſtis: quod perierat, nõ quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor: factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri,* & reliqua. Sed quia talis actio iram domini meretur, ſequitur.

Ezech.34.a

a ¶ *Compleuit dominus furorem ſuum*, &c.] Compleuit dominus furorem ſuum, & effudit irã indignationis ſuæ in gentẽ peccatricem: quando non ſolũ populũ exterminauit, ſed etiam habitacula per hoſtes eorũ vſque ad fundamenta deſtruxit, & templum atque vrbem incendio conſumpſit. Complet etiam & in malis doctoribus furorem ſuum, quando negligentia & deſidia ſua, incendio eos tradit perpetuo, & non ſolum pro operibus malis eos punit, ſed vſque ad fundamenta peruerſarum cogitationum, eius vindicta peruenit.

b ¶ *Non crediderunt reges terræ*, &c.] Quando ergo ſtatus regni Iudaici manſit incolumis, & cultus Dei ibi erat celeberrimus, difficile fuit nationibus gentium circumquaque poſitarum credere, quod externus hoſtis, dominaturus eſſet vrbi inſigniſſimæ & templo famoſiſſimo, maxime cum viderent & audirent ab initio gentem illam ſignis clareſcentibus diuina ope ſuſtentatam atque protectam. Myſtice autem cũ animam cuiuſlibet fidelis viderimus ſpirituali ſcientia, atque omnium virtutum decore adornatam, vix credere poſſumus tam ſubitaneo caſu eam corruere: quæ vt quondam imperabat ſpiritualibus inimicis, eos ab obſeſſis corporibus verbo orationis eiiciebat: nunc eorundem hoſtium præda fiat, & tota illorum nequiſſimæ ſubdita voluntati. Sed vnde hæc ruina maxime proueniat, ſequẽs ſermo prophetę demõſtrat.

B

c ¶ *Propter peccata prophetarum eius*, &c.] Propter peccata enim Scribarum & Phariſæorum, necnon & pontificum Iudæorum qui ſanguinem redemptoris, & prophetarum atq; apoſtolorum eius effuderunt, captiuitas Hieruſalem, atque deuaſtatio maxime euenit. Similiter & nunc in eccleſia propter peccata prophetarũ, & iniquitates ſacerdotũ eius, portarum ſpiritualis Hieruſalem patet introitus: quãdo propter ignauiam prædicatorum, & negligentiam ſacerdotum Dei: qui non curant populo annuntiare viam domini, & compeſcere eum à peccatis: hoſtis malignus per ſenſus exteriores aditum intrandi in animã inuenit, & occaſionem habet per diuerſas fraudes eam ſeducendi. Vnde ſcriptum eſt: Cauſa ruinæ populi, ſacerdotes mali. Qui merito dicuntur effundere ſanguinem iuſtorum, quia dum ſimplicibus, qui forte per innocẽtiam iuſti eſſe poſſent, ſi rectitudinem viarum domini ſcirent, ſubtrahunt verbum ſolatij, rei dicuntur eſſe ſanguinis effuſi. Quod ſermo diuinus ad Ezechielem prophetã liquido demonſtrat dicens: *Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verba, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur: tu autem animam tuam liberaſti. Sed & ſi conuerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: ipſe morietur quia non annuntiaſti ei: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit: ſanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iuſto, vt non peccet, & ille non peccauerit, viuens viuet: quia tu annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.*

Ezech.3.d

d ¶ *Errauerunt cæci in plateis*, &c.] Per inertiam ergo doctorum tenebris ignorãtiæ excæcatæ errauerunt in plateis turmæ plebium: quia dum ſe ad illecebras traduntvoluptatum, rectum callem non tenent diuinorum præceptorum. Et bene dicitur: *Polluti ſunt ſãguine:* quia ſanguinolentorum operum cõtaminati ſunt commiſtione. *Cumque non poſſent*, inquit (ſubauditur recto tramite incedere) *tenuerunt lacinias ſuas:* hoc eſt, aliorum ducatum expetebant, vt eorum actuum exemplis, quaſi quibuſdam laciniis tracti, greſſum imitarentur præcedentium. Sed quia frequenter illi qui præeunt, & ſequentes ſe verbo doctrinæ & bonis exemplis docere debuerant, ipſos ſecutores ſuos peſſimis ſuperbiæ ſpernentes, in deſperationem mittunt. Sequitur.

e ¶ *Recedite polluti, clamauerunt eis*, &c.] Talis eſt vox ſuperborum magiſtrorum: qui pecus quod craſſum eſt, de grege aſſumunt, & quod debile, proiiciunt: quod infirmum non conſolidant, & quod ægrotũ, non ſanant. Recedite, inquiũt, polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, nolite in aliquo nobis cõmunicare: inſanabilia ſunt vulnera veſtra, & incurabiles plagæ, non eſtis digni communione Chriſtiana, vt vltra in vobis inhabitet Spiritus ſanctus. Facies domini diuidit vos ac reſpuit: nec addet vltra vt recipiat, quia facies ſacerdotũ veſtrorũ non erubuiſtis: nec ſeniorum veſtrorum admonitionem manſuete ſuſcepiſtis. Talis loquela enim non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum: ſed magis occidit, atque in deſperationem periclitãtem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes, magis per humilitatis & manſuetudinis lenimentum, ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per auſteritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentium qualiter ſubditis ſuis præfuerit, oſtendit, dicens: *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnia omnibus factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis ſcãdalizatur, & ego non vror?* Debet rector eſſe bene agẽtibus per humilitatẽ ſocius: contra delinquentium vitia, per zelum iuſtitiæ erectus: vt & bonis in nullo ſe præferat, & cum prauorum culpa exigit, poteſtate protinus ſui prioratus agnoſcat: quatenus & honore ſuppreſſo, æqualem ſe ſubditis bene viuentibus deputet, & erga peruerſos iura rectitudinis non exercere formidet. Nam liquet quod omnes homines natura æquales ſunt geniti, ſed variãtur meritorum ordine, alios aliis culpa poſtponit. Ipſa autem diuerſitas acceſſit ex vitio, diuino iudicio diſpenſante: vt quia omnis homo æque ſtare non valet, alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui præſunt non in ſe poteſtatem debent ordinis penſare, ſed æqualitatẽ cõditionis: nec præeſſe hominibus ſe gaudeant, ſed prodeſſe. Antiqui enim patres noſtri, non reges hominum, ſed paſtores pecorum fuiſſe memorantur. Et cum Noe dominus & filiis eius diceret: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, protinus adiunxit: *Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cũcta animalia terræ.* Quorum videlicet terror ac tremor eſſe ſuper animalia terræ præcipitur, profecto eſſe ſuper homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autẽ hominibus cæteris natura prælatus eſt. Et idcirco ei dicitur, vt ab animalibus, & non ab hominibus timeatur: quia cõtra naturam ſuperbire eſt, ab æquali velle timeri, & tamen neceſſe eſt, vt rectores à ſubditis timeantur, quando ab eis Deũ minime

Ezech.34.a

c.Recedite diſt.45.

1.Cor.9.d

2.Cor.11.g

Gen.9.a

E

minime timeri deprehendunt: vt humana ſaltem formidine peccare metuant, qui iudicia diuina non formidant. Poſſunt & ſuperiores ſententiæ, quæ clamando recedere pollutos iubent, & iurgantes illis denunciãt, quod vltra dominus eos non recipiat, neq; in eis habitet ex perſona hoſtium Iudæorum accipi, qui inſultabant captiuis, quando per violentiam, aut à terra ſua eos iecerant, & in terram alienam adduxerant: quod deſerti & derelicti ſint à Deo, & diuino auxilio deſtituti, nec ſpem reuerſionis vllam eis remanere, ſed in perpetuũ damnatos fore. Quare autem deſerti à domino ſint, ſequens ſententia prophetæ manifeſtat.

a ¶ *Cum adhuc ſubſiſteremus*, &c.] Hoc narrat, quod quando à domino arguebãtur pro ſceleribus ſuis, non ad ipſum conuerſi ſunt per pœnitentiam: neque ad eius miſericordiam confugerunt, quatenus eius ope ab hoſtibus eriperentur, ſed forinſecus ab aliis gẽtibus auxilium quærebant: ab Ægyptiis videlicet vel Aſſyriis: quæ nullo modo eos liberare poterãt. Vnde dicit: Defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanũ, cum reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare non poterat. Fruſtra enim ab illis ſolatia quærebant, qui ſemetipſos defendere non poterant. Hinc quoque factum eſt, quod reliquiæ Iudæorum, quæ poſt vaſtationem vrbis Hieruſalem, derelictæ ſunt à Nabuzardan principe militiæ ad colendam terram, interfecto ab Iſmahele Godolia: quem præfecit memoratus Nabuzardan terræ, & ipſis reliquiis quæ ibi remãſerant: metu exterritæ contra verbum domini, quod eis per Hieremiam mandauerat, in Ægyptum tranſierunt, quaſi ab Ægyptiis contra Chaldæorum arma poſſent tueri. Sed vana fuit hæc ſpes eorum: Quinto ſiquidem anno captiuitatis Hieroſolymorum: vt Ioſephus refert: qui eſt tertius & viceſimus regni Nabuchodonoſor, inferiora Syriæ caſtrametatus eſt idem Nabuchodonoſor: eamque detinens expugnauit & Ammonitas & Moabitas. Cumque ſubdidiſſet has gentes, perrexit ad Ægyptum: eamque ſubuertit, & regem quidem qui tunc ibi erat, occidit: aliumque ei in ea conſtituens, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniã, & Hebræorum genus huiuſmodi habuit terminum. Vnde ſequitur.

F

4.Reg.25.f
Hier.40.c

b ¶ *Lubricauerunt veſtigia noſtra*, &c.] Myſtice autem quiſquis deſerto vno vero Deo, adiutorium quærit à ſpirituali Ægypto, hoc eſt, ab hoc mundo, & lubrica ſæculi huius pergit veſtigia, vana ſpe deluſus, hoſtium ſpiritualium fit præda. Vnde ſcriptum eſt: *Ægyptus vane auxiliabitur.* Et iterũ. *Maledictus homo qui confidit in homine*, & cætera.

Eſaie 30.b
Hier.17.a

c ¶ *Velociores fuerunt perſecutores noſtri Aquilis cæli*, &c.] Per rapidum volatum auium, validam & velocem ſignificat perſecutionem hoſtium: qui infra patriam conſtitutos, & deſerta patria fugitiuos, nimia crudelitate inſecuti ſunt.

d ¶ *Spiritus oris noſtri*, &c.] Hanc ſentẽtiam diuerſi auctores, diuerſis modis expoſuerũt. Nam alij ſuper reges Iudæorum, qui Chriſti, hoc eſt, vncti dicebantur, ſub quorum protectione gens Iudæorum videbatur degere, interpretati ſunt: quaſi propter peccata populi ipſi interierint: vt Ioſias qui iuſtus eſſe legitur, & cæteri huiuſmodi. Alij autem ſuper Ieſu Chriſto vero vniuerſorum domino, ac vita animarum fidelium, dictum intelligunt: ſub cuius tutela in vniuerſis gentibus verſatur eccleſia. Ipſe autem ſpiritus oris noſtri eſt: in quo viuimus, mouemur, & ſumus: ex cuius ſapore quidquid recte ſentimus, ſapimus: qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Scripſit enim de hoc plenitſime prophetha Eſaias, ita dicens: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ, & liuore eius ſanati ſumus.*

Act.17.f

e ¶ *Gaude & lætare filia Edom*, &c.] Edom idem fuit qui Eſau frater Iacob, à quo Idumæi hoſtes Iſrael orti ſunt: huic ergo fuit filius Core, Traconitidis & Damaſci conditor, inter Paleſtinam & Cœleſyriam tenens principatum. Quod dicit filiam Edom gaudere & lætari, eo quod peruenit calix domini: per Ironiam legendum eſt, vt eſt illud in Epiſtola Iacobi Apoſtoli: *Glorietur autẽ frater humilis in exaltatione ſua: diues autem in humilitate ſua*, ſubauditur, à ſuperiore glorietur, quod non tamen ad gloriam, ſed ad humiliratem eius & damnationem pertinet. Venit autem calix domini, hoc eſt, vindicta ad Idumæos, quando Nabuchodonoſor vaſtata Iudæa, cæteras gentes ſimili modo deuaſtauit: & dignum fuit, quod hoſtes populi Dei, qui eius ſubuerſione gauiſi ſunt, ipſi quoque meritam pro eo ab hoſtibus reciperẽt vindictam. Myſtice autem in filia Edom, qui ſanguineus vel terrenus interpretatur, ſynagoga Iudæorum, vel etiam generaliter turba omnium perſecutorum eccleſiæ exprimitur, qui acerbiſſimis perſecutionibus fidelium turbam in toto orbe conſtitutam infectantur: quibus tamen certa in gehenna ignis æterni remanebit vindicta. De hac etiam Edom filia, Dauid propheta in pſalmis meminit, *dicens: Memento domine filiorum Edom in die Hieruſalem: qui dicunt exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.*

Eſaie 35.c

Gen.36.a

Iacob.1.b

H

f ¶ *Completa eſt iniquitas*, &c.] Completa ergo perſecutione, qua hoſtes in hoc ſæculo permittuntur perſequi electos Dei: ad probationem ſcilicet eorum, non ad damnationem, iam vltra non addent, vt tranſmigrent per eos. Quoniam *abſtergit Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum ſuorum, & neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt:* Sed exultent iuſti in iuſtitia: impij autem & peccatores cum diabolo mittantur in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi eſt beſtia & pſeudoprophetæ, & cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.

Apoc.21.b

Commentarij Tertij in Lamentationes Hieremiæ Prophetæ Finis.

IN ORATIONEM HIEREMIÆ PROOEMIVM.

POst Lamentationem ergo (quæ literis Hebraicis secundum seriem earundem literarum, quadrupliciter opportunis locis vt diximus, prænotata est) sequitur Oratio prophetæ, quæ vastationem vrbis Hierusalem, & casum populi Iudæorum, historialiter deplorat. Et spiritualiter ruinam animarum fidelium, & vastationem, quam passi sunt à nequitiis spiritualibus flebiliter commemorat. Ad extremum vero ipsius domini opem & misericordiam subuenire afflictis humiliter deprecatur.

COMMENTARIA IN ORATIONEM HIEREMIÆ.

CAPVT V.

REcordare domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrũ.] Vsus prophetarum est, frequenter per humanas consuetudines dominum supplicare: recordare, vel memento, illi dicitur, nullius aliquando potuit obliuisci. Non enim vt ad memoriam redeat diuinitas commonetur, coram qua omne præteritũ & futurum semper præsens est. Non est dignum in illa maiestate ponere obliuionis iniuriam: sed ideo recordari vel meminisse postulatur, vt cito auxilium indigentibus conferat, & palam faciat quod ante fuit occultum. Has enim tropologias frequenter in scripturis diuinis inuenies, vt est illud in Genesi: *Recordabor fœderis mei.* Vel in Exodo: *Recordatus est dominus pacti quod pepigerat cum Abrahã, Isaac, & Iacob.* Siue illud quod Moyses ad Deum dicit: *Recordare, Abraham, Isaac, & Iacob.* *Recordare*, inquit, *domine quid acciderit nobis* in calumnia vastationis: *intuere & respice opprobrium nostrum*, quod passi sumus ab his qui duxerunt nos quasi seruos captiuos in terram alienam, & abusi sunt nostri ad seruitium stum.

Gen.9.c
Exod.6.a
Ibid.32.c

b ¶ *Hæreditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.*] Cum diuersæ gentes vndique congregatæ, possident terram inclytam, quam promisisti patribus nostris dare in possessionem.

c ¶ *Pupilli facti sumus absque patre*, &c.] Quia defensore destituti sumus quasi pupilli: nec personas habemus, quæ nobis nutriminis solatia solebant conferre: sed quasi viduæ omni prouisione ac consolatione priuati sumus.

d ¶ *Aquam nostram pecunia bibimus*: &c.] Duo elementa in quibus maxime nutritur vita humana, & quorum vsus omnibus communis est, sibi dicit propter captiuitatis penuriã difficilem esse adempta: ita vt nec aquam ad bibendum, nec ligna ad focum sine pretij redemptione habere possent.

c ¶ *Ceruicibus minabamur: lassis non dabatur requies.*] More inimicorum ceruicibus ligaris se minari dicit: quia hostis eorum, nullam dominationem sui habere permittit: sed trahuntur quocunque impetus dirigentis voluerit: nec lassis ad refrigerandum vlla datur facultas, & vnde solatium quæsierunt, mox subdit dicens.

f ¶ *Ægypto dedimus manum, & Assyrios, vt saturaremur pane.*] Semper enim Israelitæ auersi sunt cordibus in Ægyptum, & ab Assyriis sæpius auxilia petebant. Vnde merito ab eis sunt flagellati: quibus, deserto Deo propter cupiditatem terrenam, elegerunt esse subiecti. Iuxta allegoriam vero hæc quærimonia conuenit his qui propter peccata sua virtutibus spoliati, traditi sunt in manus hostium spiritualium, & maxime Iudæis: qui post Christi aduentum innitentes veteri traditioni, ipsam legem Moysi & benedictionem paternam, quã hæreditario iure videbantur possidere, perdiderunt, & data est gentibus, quæ in Christo crediderunt: quia in semine Abrahæ benedicentur omnes cogitationes terræ. Vnde repugnantibus illis & contradicentibus prædicationi Pauli, & Barnabæ, responsum est: *Vobis oportebat primũ prædicare verbum Dei: sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes.* Isti ergo quasi pupilli facti sunt absque patre: quoniam Deum verum patrem habere renuerunt, & alium patrem elegerunt. De quo ad illos dictum est: *Vos ex patre diabolo estis.* Horum matres nimirum synagogæ, factæ sunt quasi viduæ: quia priorem virum, hoc est Deum, propter fornicationem idololatriæ habere non meruerunt. Hi aquam scientiæ voto discendi, quasi pecunia ad bibendum redimunt: sed quia Christum in ea non inueniunt, æterna siti disperunt, semper quidem discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes. Similiter etiam ligna pretio comparant, cum exercendis virtutibus operam dant. Sed quia ardorem charitatis in eo habere despiciunt, in vacuum totum laborem expendunt. Hos quidem scribæ eorum & Pharisæi per varias sectas & traditiones inutiles, ceu ceruicibus iunctis minabant: nec lassis in eo dabãt requiem. Et quoniam Ægypto spirituali, & Assyriis propter gulam seruire magis quam Deo eligunt, æterna egestate peribunt. Sic enim patres eorum terrenis negotiis atque voluptatibus dediti fecerunt, & filij eorum adhuc facere non desinunt. Ideo sequitur,

Act.13.g

D

Ioan.8.f

g ¶ *Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus.*] Ideo iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorũ in nequitia extiterunt: iuxta illud quod scriptũ est: *Patres nostri comederunt vuã acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt.* Et in Exodo: *Ego sum, ait dominus Deus tuus æmulator: qui reddo peccata patrũ super filios vsq; ad tertiã & quartã generationem, his qui oderunt me, & facio misericordiã in millia his qui diligunt & custodiũt præcepta mea.* Nec contrarius est iste locus illi testimonio Ezechielis, vbi dicitur: *Filius autem non portabit iniquitatẽ patris: nec pater iniquitatem filij:* quia mox sequitur: *Iustitia iusti erit super eum.*

Hier.31.c
Exod.20.a
Exec.16.c

h ¶ *Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.*] Seruos appellat gentiles, qui idolis seruiebant,

bant, & dæmonibus immolabant: in quorum dominium propter peccata sua traditi sunt Israelitæ, qui quondam fuerunt in loco filiorum deputati. Vnde scriptum est: *Ex Ægypto vocaui filium meum* primogenitum Israel. Nec fuit qui redimeret illos de manibus eorum. Quoniam defensorem & liberatorem Deum habere non meruerunt.

Osee 11.a

a ¶ *In animabus nostris afferebamus panem nobis à facie, &c.*] Hoc est cum animarum nostrarum periculo quæsiuimus nobis victum in deserto gentium constituti. Merito ergo seruis subiicitur, qui libertatem sponte perdidit. Si enim in Christum Iudæi crederent, vere liberi essent, & pane vitæ pasti, periculũ animarum suarum veraciter deuitarent. Nunc autem quia verum liberatorem spreuerũt, imo crucifixerunt, de terra sua eiecti, vagi & profugi in toto versantur orbe, & sedibus incertis discurrentes, victum cum periculo vitæ acquirunt. Quod n. bene Cain parricida præfigurabat: cui data est sententia: vt vagus & profugus, pauens & tremens, per loca varia discurreret: nec vsquam tutus & secutus maneret.

Gen.4.b

b ¶ *Pellis nostra, &c.*] In pelle exusta deformitatem obscœnam osten dit, quam fame & siti & nuditate inter hostes positi passi sunt. Clibanus est coquendis panibus æneus vasculi deducta rotunditas, quæ sub ventibus flammis ardet intrinsecus. In qua similitudine merito peccatores Iudæi ponuntur, qui in futuro iudicio, & mœrore animi, & pœnali excruciatione torquendi sunt: quia contra regulas domini obstinata mente vixerunt. Vnde scriptum est in psalmis: *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui.* Tempus vero vultus domini, dies iudicij est, quando filius hominis videbitur ab hominibus: sed soli eum iusti etiam diuinitatis suæ contemplatione respiciunt. Veraciter enim fame conficitur, quisquis cœlesti pane satiari non meretur.

F

Psal.20.b

c ¶ *Mulieres in Sion, &c.*] Diuersas species calamitatis enumerat, quas gens nefanda in deuastatione Chaldæorum siue Romanorum perpessa est. Ibi enim mulieres eorum constupratæ sunt, virgines in ciuitatibus oppressæ, principes manibus vincti: senes sine honore, adolescentes & pueri in turpis officij abusione. Hoc enim ideo ei contigit, quia creatorem suum honorare noluerunt, sed falsis diis atque simulacris humana arte confictis, diuinum honorem impartierunt: vt qui propter libidinem suam in culturam falsorum Deorum impudice vixerunt, hostium manibus traditi, omni turpitudine & confusione afficerentur. Sed iuxta allegoriam, quisquis sæuitiam spiritualium hostium intelligit veraciter, ingentem confusionem, quam in animabus sua fraude deceptis gerunt, agnoscit: vbi omnis impudicitia atque immunditia, insolentia & inhonestas regnat: vbi tot apparent confusiones, quot sunt vitiorum facies.

Psal.136.

d ¶ *Senes defecerunt, &c.*] Nec enim ibi potest maturitas esse consilij, vbi nullus est ordo iudicij: nec psallentium chorus ibi consistere rite potest, vbi dolor & gemitus præsens est. *Musica* enim *in luctu*, vt quidam ait, *importuna narratio.* Vnde & sequitur,

Eccle.22.c

c ¶ *Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster, &c.*] Bene ergo ibi dicitur chorum in luctum conuersum esse, vbi constat gaudium cordis defecisse. & honorem veræ religionis periisse: quia vbi non est lætitia mentis, frustra sonat melodia carminis. Vnde propheta ex persona captiuorum in psalmis ait: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: in salicib. in medio eius suspendimus organa nostra.* Et quia propheta luctũ sibi inditũ, & gloriã depositã conquestus est, causam addit afflictionis suæ & doloris: Væ, inquit, nobis quia peccauimus. Peccato enim commisso & non per condignam pœnitentiam & correctionem vitæ emendatio, merita vindicta successit: quia quod homo pœnitendo non corrigit, diuinæ vltionis sententiam expectabit: attestante apostolo qui ait: *Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit.*

Rom.8.a

f ¶ *Propterea mœstum, &c.*] Recte ergo propter peccatum, mœstum cor factum esse dicitur: quia vbi iniquitas premendo insidet cordi, ibi non est habitatio Spiritus sancti: sed animus totus caligine obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splendorem suum infundere grãtia summi paracleti. *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum: & in malecuolam animam non introibit sapientia.* Nam aliam adhuc subiungendo pandit mœroris causam.

Sap.1.b

g ¶ *Propter montem Sion, quia disperiit, vulpes, &c.*] Iuxta historiam ergo digna fuit doloris mœstitia: quod in loco vbi sanctuarium domini constitutum erat, & cultura Dei celeberrima, bestiarum ibi fuerunt latibula. Secundum allegoriam autem non minus, imo magis dolendum est, quod in anima Christiana, vbi contemplatio fuit diuina, erroris regniet insipientia. Vulpes enim non alios quam hæreticos propter dolum & calliditatem intelligere debemus: qui vbicunque cum dogmate suo intrauerint, totum animum turbant, & tenebris erroris obcæcant.

H

h ¶ *Tu autem domine in æternum permanebis, & solium tuum in generatione, & generationem. Quare*, &c.] Enumerata multitudine tribulationum, quas supra retulit propheta, æternam domini potentiam & maiestatem, & solium eius, verbis simplicibus commemorando prædicat: quatenus eum humili petitione ad miserandum prouocet ad acceleranda nostra remedia: ne diu sub hostium dominatione constituti, penitus desperatione deficiant. Quod autem dicit: Quare in perpetuum obliuisceris nostri? more humano loquitur, quod quasi oblitus omnino spernere videatur, qui eis cito non auxiliatur: cum alibi de eo scriptum sit: *Non in finem irascetur.* Et iterum: *Non repulit dominus plebem suam.* Non enim Iudaicam plebem dominus ita repulit, vt vltra eis misereri nolit: sed cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. Nunc quoque quotidie, sicut dudum fecerat, aliquos ad fidem Christi, & ecclesiasticam vnitatem conuertit, vt electio salua fiat: nam ex ipsa plebe, quã sibi dominus in patribus cognoscitur elegisse, extiterunt prophetæ: inde sunt & apostoli multi fideles, qui domino syncera mente crediderunt: sicut doctor gentiũ testatur, dicens: *Numquid repulit dominus plebem suam, quam præsciuit? Absit: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin*, & reliqua. Sed vnde eis vera salus prouenire possit, subiungendo manifestat.

Psal.101.b
Rom.11.a
Rom.11.a

i ¶ *Conuerte nos domine ad te &c.*] Quem enim dominus conuerterit, ille veraciter saluus erit: quem autem ipse despexerit, nemo corrigere poterit. Quod autem dicit: Innoua dies nostros sicut à principio: hoc postulare videtur: vt sicut à principio primos patriarchas eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, plena fide, & dilectione sibi esse fecit deuotos: ita & ipsos eodem munere sibi fideles, ac deuotos facere dignetur.

Quod in aduentu Heliæ per Malachiam prophetam illis promissum esse plerique arbitrãtur, vbi dicitur: *Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.*

Malac.4.b

a ¶ *Sed proiiciens, &c.*] Non enim hæc quasi desperando de salute populi sui locutus est: sed vt dolorem suum nimium de contritione, & abiectione diutina gentis suæ manifestaret. Vidit enim prophetico spiritu, quod ipsi Iudæi in aduentu Christi non essent crediturí: sed euangelio contradicturi, & ipsum hæredem morte traditurí, sicut in plerisque locis istius libri ante declarauit. Cæterum de conuersione eius vltima nullo modo dubitauit: sed plenissime credidit: quod in semine Abrahæ benedicentur omnes cognationes terræ: in qua vniuersitate nimirum & ipsi Iudæi comprehenduntur.

innoua dies nostros, sicut à principio. [a] Sed proiiciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer.

Commentariorum in Lamentationes Hieremiæ Prophetæ Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN PRIMVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM
PROOEMIVM.

FInitis in Esaiam decem & octo explanationum Voluminibus: ad Ezechielem, (quod tibi & sanctæ memoriæ matri tuæ Paulæ, ò virgo Christi Eustochium, sæpe pollicitus sum,) transire cupiebam, & extremam, vt dicitur, manum operi imponere prophetali, & ecce subito mors mihi Pammachii, atque Marcellæ, Romanæ vrbis obsidio, multorumque fratrum & sororum dormitio nuntiata est. Atque ita consternatus obstupui, vt nihil aliud diebus, ac noctibus, nisi de salute omnium cogitarem: meque in captiuitate sanctorum putarem esse captiuum: nec possem prius ora reserare, nisi aliquid certius discerem: dum inter spem, & desperationem sollicitus pendeo, aliorumque malis me crucio. Postquam vero clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, imo Romani imperii truncatum caput, & vt verius dicam, in vna vrbe totus orbis interiit: B obmutui & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meus renouatus est, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis: *nec putaui illam sententiam negligendam: musica in luctu importuna narratio. Verum quia & tu indesinenter hoc flagitas: & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur: scorpiusque inter Enceladum & Porphyrium Trinacryæ humo premitur, & Hydra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessauit: datumque tempus quo non hæreticorum respondere insidiis, sed scripturarum expositioni incumbere debeamus: aggrediar Ezechielem prophetam, cuius difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerii, id est, tricesimum annum impleuerit, nec principia Geneseos, nec Canticum canticorum, nec huius volminis exordium, & finem legere permittitur: vt ad perfectam scientiam, & mysticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat. Quod opus si per domini misericordiam ad calcem vsque perduxero: transibo ad Hieremiam, qui in Lamentationibus suis sub typo Hierusalem quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.*

Psal. 38.a

4.Reg. 12.b

D

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN EZECHIELEM PROPHETAM
LIBER PRIMVS.
CAPVT I.

[a] *Factũ est*, &c.] Tricesimus annus, non vt plerique existimãt ætatis prophetæ dicitur, nec iubilei, qui est annus remissionis, sed à duodecimo anno Iosiæ regis Iuda, quando inuentus est liber Deuteronomij in templo Dei, vsque ad quintum captiuitatis annum Ioachin cognomento Iechoniæ, qui cum matre ductus est in Babylonẽ, & cum Daniele tribusque pueris, & Ezechiele, quæ est tribus Iudæ prima captiuitas, quando stillauit ira Dei super Hierusalem Secundum Anagogen vero præfiguratur dominus, atque saluator, qui triginta annos natus venit ad baptismũ, quæ in homine perfecta ætas est. Vnde & in Numerorum volumine iuxta Hebræos, non vt in Lxx. continetur, à vicesimo quinto ætatis anno, sed à tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare. In quod signum præcessit & Ioseph, quando in Ægypto esurienti populo frumenta largitus est, & Ioannes Baptista venit ad fluenta Iordanis: prædicauitque baptismum pœnitentiæ. Quodque scriptum est, *in quarto* pendente sententia, subauditur, mense. Statim enim sequitur, *in quinta mensis*. Quod vt manifestius fieret: supra addidere Lxx.

2.Par.34.c
3.Reg.24.d

Luc.3.c

Num.4.a

Gen.41.f

Eccle.22.a

ET [a] factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis. [b] Cum essem in medio captiuorum, iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei: In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. [c] Factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar.

Psal.136.d

כבר

a Et iuxta interpretationem suam, qua in graue vertitur, Tygrim significat & Euphraten, & omnia magna & grauissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur. Apertosque cœlos non diuisione firmamenti, sed fide credentis intellige, eo quod cœlestia sint illi reserata mysteria. Vnde & in baptismate saluatoris, quando Spiritus sanctus in specie columbæ descendit super eum, apertos cœlos legimus: quibus referatis panduntur visiones Dei: non vna visio sed plures: dicente domino per prophetam: *Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum.* Istæ sunt visiones quas omnis Ezechielis prophetia contexuit. Significantiusque iuxta Hebræos, & cæteros interpretes transmigratio dicitur Ioachin, & non captiuitas, quod Lxx. transtulerunt. Non enim

Matt.3.d

Osee 12.c

גלות

E Non enim captus vrbe superata: sed voluntate se tradens, ductus est in Babylonem. Igitur Ioachin, id est, Iechoniæ dicatur prima transmigratio: Sedechiæ autem secunda, vel extrema captiuitas.

c ¶ *Factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi &c.*] Et Danieli, & Ezechieli, qui in Babylone erant iuxta flumina, futurorum sacramẽta panduntur super aquas, imo in aquis purissimis: vt baptismatis potentia monstraretur. Alioquin & apostolus Paulus, quando ab Anania lotus in domino est: tegentib. prius oculos eius squamis, caruit cæcitate. Et in Genesi, prima quæ viuerent, de aquis egressa sunt. Illud quoque intelligendum, quod tricesimo ætatis suæ anno dominus ad baptisma venerit: in quarto mense, quæ apud nos vocatur Ianuarius, & est in anni primus exordio, præter Nisan mẽsem nouorũ, in quo pascha celebratur. Apud orientales enim populos, post collectionẽ frugũ & torcularia, quando decimæ deferebãtur in templum, October erat primus mensis, & Ianuarius quartus. Quintam autem diem mẽsis adiũgit, vt significet baptisma, in quo aperti sunt Christo cœli, & epiphaniorum dies hucusque venerabilis est: non vt quidã putant natalis in carne: tunc enim absconditus est, & non apparuit: Quid huic tẽpori cõgruit, qñ dictũ est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui.* Porro Buzi in linguã nostrã vertitur spretus, atq; contemptus: Ezechiel roboratus à Deo. Quod sic domino coaptabitur: vt dicamus creatorẽ mundi qui pater est saluatoris, ab omnib. hæreticis sperni, atq; cõtemni: qui vetus nõ recipiũt testamentũ. Nec mirũ robustũ Dei esse dominum, cum ipse sit Dei virtus, deiq; sapientia.

1.Cor. 1.d

a ¶ *Et factaest super.*] Vt cernere visiones Dei, & intelligere possimus, manu & fortitudine Dei super nos opus est. In qua manu & brachio, eductus est populus Israel de Ægypto: cuius fortitudinis partem etiam magi intellexerunt, dicentes: *Digitus Dei est.* Et saluator in euangelio: *Si ego in digito Dei eiicio dæmonia.* Pro quo in altero euangelio scriptum est: *Si ego in spiritu Dei eiicio dæmonia.*

Exod.8.c
Luc.11.c
Matt.12.c

b ¶ *Et vidi, &c.*] In consolationem populi transmigrantis, & reuelationẽ sententiæ Dei, propheta videt maximam visionẽ. In cuius interpretatione omnes synagogæ Iudæorum mutæ sunt, vltra hominem esse dicentium, & de hac, & de ædificatione templi, q̃ in vltimo prophetiæ huius scribitur, aliquid velle conari. Nos autẽ quæ à maioribus accepimus (& iuxta modum ingenioli nostri spiritualibus spiritualia comparantes, suspicari magis possumus, quam explanare) Beniuolis credimus fidisq; lectoribus, veniam deprecantes, vt temeritati, imo fidei nescienti mensuram suam, faueant magis, quam irascantur. Ac primum sciẽdum, spiritum auferentem siue attollentem: quem nos iuxta Aquilam interpretati sumus, ventum turbinis, & iuxta Symmachum & Theodotionem flatũ ac spiritum tempestatis, ab aliis in bonam, ab aliis in contrariam partẽ accipi. Verbum enim Hebraicũ [a] רוח pro locorum qualitate, vel spiritus, vel anima, vel ventus accipitur. Spiritus, vt ibi: *Emitte spiritum tuum & creabũtur.* Anima. *Egredietur spiritꝰ eius, & reuertetur in terrã suam.* Vẽtus: *In spiritu violento cõteres naues Tharsis.* Et alibi: *Ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorũ.* Qui ventum & flatum tempestatis legunt: hoc sentiunt, iram & furorem Dei venire ab aquilone, hoc est, Nabuchodonosor, & Hierusalem post sex annos huius visionis esse capiendam. Cernitur enim visio quinto anno transmigrationis regis Ioachin, qui & Sedechiæ regnãti in Hierusalem quintus erat: quam legimus post sex similiter annos, id est, anno vndecimo imperij sui, vrbe capta ductum in Babylonem. His ergo qui habitabãt prope flumen Chobar, & sponte se regi tradiderãt, reuelatur, quod beneficerint obedire sententiæ Dei. In breui enim & Iudæam proulnciam, & vrbẽ Hierusalem esse capiendam. Quodque nubes magna describitur: Intelligimus eam imbres euersionũ super Iudæam pluuiasq; allisionũ portare. Et inuolutus ignis, mõstrat ventura supplicia, & captiuitatis mala. Splendorque in circuitu eius significat Dei aperta iudicia. Qui autem in cõtrariam partem sentiunt, hoc est, bonam: spiritum auferentem siue extollentem, spiritum sanctum intelligunt: qui auferat ab hominibus vitia atque peccata, siue iacentes attollat ad sublimia: faciatque recedere ab aquilone vẽto frigidissimo, à quo exardescunt mala super omnem terrã: Et in Hieremia, olla illa terribilis à facie aquilonis accẽditur. Nubem quoque magnam ad personam Christi referũt: qui venit in Ægyptum huius sæculi *super nubem leuem*: magnamq; proprie dici ad comparationẽ minorum, prophetarum videlicet & apostolorũ, omniumq; sanctorum: de quibus scriptũ est: *Et veritas tua vsque ad nubes*, Et, *Mãdabo nubibus ne pluãt super Israel imbrem.* Et alibi: *Nubes pluuis pedum eius.* Et iterum: *Nubes & caligo in circuitu illius.* Ignem quoque micãtem, & splendorem in circuitu eius: iuxta illud accipi, quod scriptum est: *Deus ignis consumens est.* Ad quem mittendum super terram Saluator venisse se dicit, & in nobis omnibusque credentibus ardere desiderat: qui cum terrorem peccatoribus inferat, atque supplicia: tamen splendore rutilet, & lumine, ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquens, vt puris, atque purgatis tribuat lætitia.

Hier.c.6

Sept.70.

Ibidem.
Esa.9.a
Psal.35.b

Esa.5.b
Naum.1.a
Psal.96.a

Deut.4.d
Luc. 12.f

H

c ¶ *Et in medio eius, quasi visio*, &c.] Obelo prænotandum est. Nisi addidisset scriptura dicens: id est, de medio ignis: propter ambiguitatem verbi errare poteramus: vt putaremus: speciem, vel visionem electri esse in medio veniti, vel spiritus. Ergo hoc sentiendum, quod in medio ignis, & tormentorum Dei, electri similitudo sit: quod est auro argentoque pretiosius: vt post iudicium, atque tormenta, quæ patientibus tristia videntur & dura, pretiosus electri fulgor appareat: dum prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est.

d ¶ *Et in medio eius similitudo quatuor*, &c.] In medio eius subauditur quidem, electri: Sed melius vt ignis intelligamus qui credentibus lumen, incredulis supplicium est. In huius ergo ignis medio erat similitudo quatuor animaliũ: similitudo non natura: quatuorque animalium, quæ postea dicuntur quadriformia vna similitudo est hominis: vt omnia in mundo rationabilia demonstrentur. *Faciamus*, ênim, inquit, *hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Imago autem & similitudo Dei, non est corporis forma, sed mentis: descripta ad similitudinem veræ imaginis Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Hæ rationales creaturæ in quatuor versantur locis: siue propter quatuor cardines mũdi, quibus orbis includitur: siue propter quatuor loca, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & super cœlestium: de quibus & Paulus Apostolus loquitur: *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.* De tribus Pauli testimonium est. Videamus & quartum. *Laudate dominum cœli cœlorum, & aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini.* Rursumque ab Apostolo dicuntur cœlestia, & alia super cœlestia.

Gen.1.c

Col.1.c

Phil.2.b

Psal.148.a

1.Cor.15.c

e ¶ *Et quatuor facies vni*, &c.] De quatuor animalibus, quorũ aspectus erat similitudo hominis: ita duntaxat, vt singula haberent quaternas facies, & quaternas alas pe-

a ronah
Psal.103.d
Psal.145.a
Psal.47.b
Psal.10.b

Matt.3.d

יהוקאל

F

1.Cor.1.d

Exod.8.c
Luc.11.c
Matt.12.c

Act.9.c

Gen.1.c

Sept.

Et facta est super me manus domini. Et vidi, & ecce spiritus auferẽs (siue attollẽs) veniebat ab aquilone, & nubes magna in eo, & ignis micans, & splendor in circuitu eius. [c] *Et in medio eius quasi visio electri in medio id est, de medio ignis* * *& splendor in eo.*

Heb.

[a] Et facta est super eum ibi manus domini.

[b] Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius. Et de medio eius, quasi species electri, id est, de medio ignis.

[d] Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

Heb.

[e] Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, & pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta

Sept.

Et quatuor facies vni, & quatuor alæ vni, & crura eorum recta, & pennati pedes eorum. Et scintillæ quasi fulgur est: Et veritas tua vsque ad nubes, Et, *Mãdabo nubibus ne pluãt super Israel imbrem.* Et alibi: *Nubes & caligo in circuitu illius.* Ignem quoque micãtem, & splendorem in circuitu eius: iuxta illud accipi, quod scriptum est: *Deus ignis consumens est.* Ad quem mittendum super terram Saluator venisse se dicit, & in nobis omnibusque credentibus ardere desiderat: qui cum terrorem peccatoribus inferat, atque supplicia: tamen splendore rutilet, & lumine, ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquens, vt puris, atque purgatis tribuat lætitia.

desque rectos,& plantam pedis, quasi vestigium pedis vituli:siue vt interpretatus est Aquila,rotundam: quod Lxx. penitus omiserunt:de scintillis quoque æris splendore rutilantibus, & de leuibus pennis eorum, quod in Hebraico non habetur: de manu quoque hominis sub alis eorum in quatuor partes, & reliquis quæ propheticus sermo describit: conabimur quid nobis videatur dicere:cum opiniones singulorũ breuiter strinxerimus. Quidam quatuor euangelia, quos nos quoq; in proœmio commentariorũ Matthæi secuti sumus:horum animalium putant nominibus designari: Matthæi, quod quasi hominem descripserit. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Leonis ad Marcum referunt: *Initiũ euãgelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Vox clamãtis in deserto, parate viam domini rectas facite semitas eius.* Vituli ad Lucæ euãgelium,quod à Zachariæ incipit sacerdotio. Aquilæ, ad Ioannis exordium: qui ad excelsum euolans cœpit: *In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Super quo quid nobis videretur, in supra dicto opere diximus:pleniusque in Apocalypsi Ioannis horum animantium species ac nomina referuntur ad quatuor euangelia. Quibus quo modo possit omnium animalium descriptio coaptari, tentabimus suo loco dicere. Alij vero qui philosophorum stultam sequuntur sapientiam,duo hemisphæria in duobus templi Cherubim, nos & Antipodas, quasi supinos & cadentes homines suspicãtur. Pleriq;iuxta Platonem,rationale animæ & irascitium, & concupiscitium, quod ille λογικὸν & θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν vocat: ad hominem & leonem, ac vitulum referunt: rationem & cognitionem & mentem, & consilium,eandemque virtutem, atque sapiẽtiam in cerebri arce ponentes: feritatem vero & iracundiam, atque violẽtiã in leone: quæ consistat in felle. Porro libidinem, luxuriam, & omnium voluptatum cupidinem in iecore: id est,in vitulo, qui terræ operibus hæreat. Quartamque ponũt, quæ super hæc & extra hæc tria est,quam Græci vocant συνπροφον, quæ scintilla conscientiæ in Cain quoque pectore, postquã electus est de paradiso,nõ extinguitur, & qua victi voluptatibus,vel furore,ipsaque interdum rationis decepti similitudine, nos peccare sentimus. Quam proprie aquilæ deputãt, non se miscentem tribus,sed tria errantia corrigentem, quã in scripturis interdum vocari legimus spiritum,*qui interpellat pro nobis gemitib.inenarrabilibus*: *Nemo* enim *scit ea, quæ hominis sunt,nisi spiritus qui in eo est.* Quẽ & Paulus ad Thessal.scribens: cum anima & corpore seruari integrum deprecatur.Et tamen hanc quoque ipsam conscientiam,iuxta illud quod in Prouerbiis scriptũ est:*Impius cum venerit in profundum peccatorum,contemnit*:cernimus præcipitari apud quosdam, & suum locum amittere: qui ne pudorem quidem, & verecundiam habent in delictis, & merentur audire: *Facies meretricis facta est tibi,noluisti erubescere.* Hãc igitur quadrigam in aurigæ modum Deus regit, & incompositis currentem gradibus refrenat:docilemque facit,& suo parere cogit imperio. Quam disputationem partium animę:id est,hominis, qui minor mundus ab iisdẽ philosophis appellatur, etiã nos attingemus. Sunt qui simpliciter in quatuor animalibus,iuxta Hippocratis sententiam,quatuor arbitrantur elementa mundi monstrari, de quibus constant omnia ignem, aërem, aquam, terram. Quæ quo modo sibi misceantur, & cum singula sint, sibi iuncta videantur, inuicemque se tangant, & in vna persona animãtium quatuor species habeãt, ac figuras: non est propositi operis. Quatuor quoque rotas de terrenis ad sublimia consurgentes, singulis & quadriformibus iunctas animalibus: vel eorundem elementorum comestionem æstimant, vel quatuor temporum circulum, qui ternis conficitur mensibus:annumque vertẽtem,qui ab eo quod semper vertatur, & in se redeat, nomen acceperit. De quibus pulchre vno versiculo dictum est:Ver,æstas, autumnus,hyems,& mensis, & annus. Quodque dicitur, erat rota in rota;annum in anno significari putant. De quo alius poeta: Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Firmamẽti etiã similitudinẽ crystallo cõparatam,cœlũ hoc quod suspicimus intelligi volunt, sub quo voluuntur & trãseunt quatuor animantia. Thronumque coloris sapphiri,& sedentẽ desuper hominẽ sub humana similitudine, imperium cuncta regentis, omniaque habentis sub pedibus suis, omnipotentiæ Dei scribi autumant: dicique ad extremum. Hæc visio similitudinis gloriæ Dei: Per quæ quasi per picturam quãdam, & imaginem,prouidentiam demonstrari. Quodque pedes animantium recti esse dicantur, & planta pedis vituli,seu rotunda: terrena quæq; ad cœlestia subuolare, & omnibus angulis amputatis,rotunditatem sequi, quæ omnium figurarũ pulchertima est: Scintillas rutilantes, cuncta plena luminis indicare, & manus hominis sub pennis, tam ipsius hominis, quam leonis, & vituli & aquilæ, vt ratio cuncta sustenter,ac de humilitate terrena ad cœlestia subleuet. Hæc & ad euangelia, & ad cuncta, quæ supra posuimus referre possumus. Audisse me memini quatuor perturbationes, de quibus plenissimæ Cicero in Tusculanis disputat, gaudij, ægritudinis, cupidinis, & timoris: quorum duo præsentia, duo futura sunt,per quatuor significari animalia: de quibus & Virgilius breuiter: *Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque*: quæ regi debeant ratione & potentia Dei: quibusque oppositæ sint, imo impositæ virtutes quatuor:prudentia,iustitia, fortitudo, temperantia, vt harum gubernentur arbitrio. Quæ quo modo vultibus hominis, leonis, vituli,que,& aquilæ coaptentur,omnino tacuerunt.Super quibus idem philosophus, & orator in tribus ad filium officiorum libris disputat.Legi & cuiusdam Catinæ,quem Syrij λεπτὸν, id est, acutum & ingeniosum vocant, breuem disputatiunculam, putantis castrorũ ordinẽ duodecim tribuum describi in solitudine,ad orientem,& occidentem,septentrionem, & meridiem quæ sibi inuicem, & charitate, & consanguinitate socientur, & hoc esse rotam in rota: quæ ducantur à spiritu,& nube protegantur in eremo, & columna ignis illuminentur in nocte:nec reuertantur in Ægyptum,sed semper ad terram repromissionis ire festinent. Electri autem in medio similitudinẽ, interpretatur sancta sanctorũ,faciemq; hominis refert ad totum Israel:leonis ad regale sceptrum Iudæ,vituli ad sacerdotalem,& leuiticam tribum:extra quæ sit facies aquilæ, vindicta & vltio Dei de cœlo cuncta prospiciens,& quæ parata sit laniare peccantem,de qua & in Osee dicatur: *Sicut aquila super domum Dei*, id est, templum. Et in hoc eodem propheta: Aquilam magnam magnarum & alarum & vnguium,quæ habeat ductum intrandi in Libanum, Nabuchodonosor intelligi: quem & nunc significet esse vẽturum,ac super huiusce modi quadrigam instar aurigæ sedere Deum,& facienda vel non facienda præcipere. Hoc autẽ, inquit, populo dicitur, qui in Babylone versatur, quod si Deo colla subiecerit, ipsiusque paruerit retinaculis: rursum eius mereatur auxilium, & terram quam amiserat recipiat.

a ¶ *Et facies.* &c.] Iuncta sibi sunt euangelia hærentq; mutuo, & in toto orbe volitantia huc illucque discurrunt, nec habent finem volatus, nec aliquando superantur, & recedunt,sed semper ad vlteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit: *Præteritorum obliuiscens, & in futurum me extẽdens.* Hoc idem & de virtutibus animi possumus dicere, & de volatu temporum, commistioneque elementorum,quod præterita relinquentes,semper ad priora festinent. Quod autem tempora labantur & fugiant, breui versiculo demõstratur. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Et in Carmine lyrico. *Heu heu fugaces Posthume, labuntur anni.*

b ¶ *Similitudo autem vultus eorũ, facies hominis*, &c.] Facies, principia dicit euangeliorum, à quibus homo & leo: hoc est, natiuitas Christi& prophetæ vox tonãtis in eremo,

HEB.

pedes vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus.

SEPT.

fulgurans æramentum, & leues pennæ eorum, & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus eorum.

a Et facies & pennas per quatuor partes habebant: iunctæq; erant pennæ eius alterius ad alterum. Non reuertebãtur cum incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

b Similitudo autẽ vultus eorũ facies hominis,& facies

Esa.40.a

Apoc.4.

B

Rom.8.c

1.Thes.5.d

Prou.18.a

Hier.3.b

C

D

Osee.8
Ioſe.17.6

Phil.3.c

E

Psal.109.

dextras partes tenent. Vituli autem, id est, victimarum & sacerdotij Iudæorum, in sinistris est, quod abolitum transiit ad sacerdotium spirituale, de quo dictum est:*Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec*: ita duntaxat, vt omnia sibi hæreant, vno quoque corpore censeantur. Aquila autem, quæ & super natiuitatem & super prophetiam est, quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium, quod præteriit, & extra hæc omnia est, de natiuitate referens spirituali, quo modo pater in filio, & filius in patre sit, de qua rectissime dicitur. *Generationem eius quis enarrabit?* Ista sunt iuxta Apocalypsin, vt ante iam diximus, *quatuor animalia plena oculis ante & retro*:quorum *vnũ animal simile vitulo, & tertium habere faciẽ quasi hominis, & quartum simile aquilæ volantis.* Ibique dicuntur in modum Seraphim senas habere alas: duabus faciem,& duabus pedes operiẽtia, duabus autem volantia, & nec in die,nec in nocte cessantia, atque dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus omnipotens,qui erat, & qui est, & venturus est.*

Ioan.1.
Esa.53.c
Apoc.4.a

a ¶ *Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorũ iungebantur*, &c.] Et supra diximus iuncta sibi esse euangelia & tempora, & omnes rationales creaturas quatuorque virtutes:ita vt qui vna caruerit, omnibus careat. Quodque duæ extentæ sunt. & in altum se eleuant, prædicationẽ cœlestium significat, & omnia ad Dei tendere maiestatem, Duæ autẽ quibus tegũtur corpora,humana excluditur scientia,nec perfectus præbetur intuitus:dicẽte Apostolo: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cũ autẽ venerit quod perfectum est,destruentur ea,quæ ex parte sunt.*

1.Cor.13.c

b ¶ *Et vnumquodque coram*, &c.] Qui aratri stiuam tenet, non debet respicere post tergum, nec imitari vxorem Lot: ne incidat in plagam Deuteronomij, & pereat ὁπισοτόνως insanabili, quo cecidit & Heli: quia vitio filiorum offenderat Deum:quanto magis quatuor animalia, quæ plena erant lumine atque pennata: quæ sequuntur spirtum sanctum præcedentem, quæ ita per orbem volitant,& se ad excelsa sustollunt, vt corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectum tribuant pleniorem? Quod autem secundo dicitur: *Non reuertebantur cum incederent*: vtriusque instrumenti indicat sacramentum, quod in quatuor istis animantibus & lex, & euangelium ad futura festinent, & numquam retro motum accipiant.

Luc.9.g
Gen.19.f
Deut.17.
1.Reg.4.d

c ¶ *Et similitudo animaliũ*, &c.] & *splendor ignis, & ex igne egrediebatur, quasi*, &c.] Quodque sequitur: *Et animalia currebant & reuertebantur, quasi species Beζek*: de editione Theodotionis in Lxx. additum est. Qui (ne contra priores duas sententias propheta dicere videretur) hoc quod putabant esse contrarium, id est, & animalia currebant & reuertebantur, silendum putauerunt, ne legenti scandalum facerent. Melius est autem in diuinis libris transferre, quod dictũ est, licet non intelligas quare dictum sit: quam auferre quod nescias. Alioquin & multa alia, quæ ineffabilia sunt,& humanus animus capere non potest, hac licentia, delebuntur. Nos autem hoc dicimus, quod quo modo in Prouerbiis in eodem loco scriptum est: ne *respondeas stulto, secundum stultitiam suam: ne similis ei sias.* Et rursum ponitur, quod nobis videtur esse contrarium:*Responde stulto secundum stultitiam suam,ne sibi sapiens esse videatur*:& vtrumque pro tẽporum, & personarum diuersitate concordat, dum & stultus contemnitur, quia non recipit sapientiam, & stulta superbia alia decutitur stultitia, iuxta quod & apostolus dicit:

Pro.26.a

2.Cor.12.c

HEB.

Et similitudo animaliũ, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium : & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium: splẽdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

SEPT.

Et in medio animalium visio, sicut carbonum ignis ardentium: sicut facies lampadarum discurrentium in medio animalium: & *splendor ignis, & ex igne egrediebatur, quasi fulgur, & animalia currebant & reuertebantur quasi species* Beζẽk.

d Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia habentia quatuor facies. Et aspectus rotarum & opus earum, quasi visio maris : & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum & opera, quasi

Et vidi: & *ecce rota vna super terram sequens animalia quatuor. Et aspectus rotarum & factura earum, quasi species Tharsis. Et similitudo in quatuor*: & *opus earum erat sicut solet esse rota in rota. In quatuor par-*

facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. a Et facies eorum & pennæ eorum, extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur : & duæ tegebant corpora eorum. b Et vnumquodque coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spiritus,illuc gradiebantur : nec reuertebantur: cum ambularent.

a bazak.

Matt.24.d
Ibid.7.a

2.Cor.3.c

H

Matt.10.b

Esa 10.d
Sec.70.
Psal.139.c

Ibid.119.c

Esa.47.d
Sec.70.

prius pedes, & pax quam domui dederãt,reuertatur ad eos. Carbones autem ignis ardentis, & lampades in medio animalium discurrentes, de illo loco interpretandæ sunt Esaiæ:& comedet ignis sicut fœnum materiam : & sanctificabo eos in igne ardente. De quibus & alibi scriptum est : *Cadent super eos carbones ignis.* Et contra labia dolosa, & in alio psalmo dicitur: *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.* Et in alio loco:*Habes carbones ignis, sedebis supra eos:hi erunt tibi in adiutorium.* Quamcunq; creaturam aspexerimus, fulgurat Dei notitiam, dum ex creaturis creator agnoscitur. De medioque animantium splendor ignis, & fulgur egreditur. Si enim euangelia sibi colliseris, in medio literæ vilisque hi storiæ Spiritus sancti sacramenta reperies.

d ¶ *Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia habentia quatuor*, &c.] Hucusque quatuor animantium , quæ quaternas habebant facies , pictura describitur, sequentium spiritum & nubem quæ erat in medio spiritus : nunc per singula animalia singulæ ponuntur, rotæ, quæ nõ erant iunctæ animantibus,sed sequebantur ea. Siue vna rota apparuit super terram, quæ diuisa per quatuor, tot habebat facies , quot animalia sequebatur. Tantaq; similitudo erat rotarum quatuor sequentium animalia quatuor, vt vna rota verissime crederetur. Opusque earum erat, atque factura , quasi visio Tharsis : quam nos in mare vertimus. Aquila hyacinthum posuit: qui lapis cœli habet similitudinẽ. Aspectusque earum erat quasi rota in rota : vt non vnam rotam crederes , sed alteram alteri copulatã. Per quatuor partes ibant,& non retrahebantur, nec reuertebantur retrorsum. Qui enim fieri poterat vt reuer-

rerentur, cum sequerentur animalia quæ semper ad priora se tenderent? Satura quoque rotarum & altitudo tanta erat, vt miraculum videntibus faceret. Totum que corpus & dorsa erant plena lucis in circuitu: vt nullum membrorũ aspiceres, quod oculos luminis non haberet. Qualemque describunt fabulæ poëtarum Argũ fuisse centoculum, siue multorum oculorum: quẽ Iuno in pauum vertit ob negligentẽ custodiã: vt quod miraculum est conditoris Dei, hoc cõdemnatio esset inulti adulterij. Omnia cœlestia & terrestria, & quidquid sub humanã cadit intelligentiam, solis rotis voluũtur. Solis annuũ circulum, per singulos menses luna decurrit. Lucifer, qui ipse vesper est, dum ad oriẽtem & ad occidentem rutilus micat, & noctis tenebras paruo temperat lumine, duobus annis eundem cõficit cursum: aliaq; astra quatuor, quæ vocãtur errãtia, & quidquid fulget in cœlo, segetum quoq; & arborũ herbarũq; varietates per quatuor tempora suis currunt rotis: nihilque aspicimus quod ante non fuerit. *Gyrans gyrãdo vadit spiritꝰ, & in circulos suos reuertitur. Omnes torrentes vadunt in mare, & mare nõ adimpletur.* Quare? quia ad fontes suos de matrice abyssi reuertuntur. Euangeliorum autem, id est, quatuor animalium, quę spirant, viuunt, intelligunt: si quis rotam cursumque consideret, in breui tempore videbit mundum esse completum sermone Apostolico. Rota quoque in rota, vel duorum iunctura testamentorum est, q̃ indicat scala Iacob, & forceps Esaiæ, & gladius bis acutus: vel euangelia sibi cohærentia, quorum cursus & statura tendit ad cœlum: paululumq; quid attingit in terra, & semper properans, ad excelsa festinat. De quibus & alibi dicitur: *Lapides sancti voluuntur super terram*: ex quibus ædificatur cœlestis Hierusalem. Hoc ipsum puto significare & illud quod in psalmo canitur: *Vox tonitrui tui in rota.* Et alibi: *Quæ inflammat rotam natiuitatis.* Quæ testimonia quem sensum in suis locis habeant, non huius est temporis. Totum autem corpus & dorsa plena oculis approbabit, qui viderit nihil esse in euangeliis quod non luceat, & splendore suo mundum illuminet: vt etiam quæ parua putantur & vilia, Spiritus sancti fulgeant maiestate.

Eccles.1.d

Gen.18.c
Esa 6.b
Apoc.19.c
Zach 9.d
Psal.76.d
Iacob.3.b

1.Cor.2.d

a ¶ *Cumque ambularent, &c.*] Quatuor animalia spiritum sequebantur, & nubem quæ erat in spiritu. Rursumque rotæ cum animalia sequerentur eleuantia se de terra, nequaquam animalia, sed spiritum sequebantur, vt ostenderent propriam voluntatem: quia spiritus vitæ erat in rotis. Tria autem & in animalibus & in rotis pariter indicantur: cum starent, cum ambularent, cum eleuarentur: quæ & animalia & rotæ in commune faciebant. Neque enim stãtibus animalibus rotæ poterant ambulare: nec ambulantibus super terram animalibus: eleuare se rotæ: sed quorum vna erat actio, vna erat & requies, & cursus, & eleuatio. Secundoque dicitur, quia spiritus vita erat in rotis: vt nequaquam vas aliquod arbitremur rotarum quas in carpentis plaustrorum, rhedarumque & curruum aspicimus: sed animantia, imo super animantia. *Animalis enim homo non percipit ea quæ spiritus sunt.* Istæ ergo rotæ in quibus erat spiritus vitæ, omnia ordine faciunt atque mensura: habentque cum animalibus concordiam sequentes ea, & per ea Spiritum sanctum: imo mediis prætermissis sancti Spiritus societate gaudentes. Quæ omnia iuxta priorem intelligentiam, variæ interpretationi prudens lector poterit coaptare.

b ¶ *Et similitudo super caput animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis, &c. Sub firmamento, &c.*] Vbi nos posuimus, pennæ eorum rectæ, & quasi sonum vel vocem sublimis Dei: Lxx. transtulerunt, alæ eorum extentæ & volantes, & quasi vocem fortis: quod in Hebraico dicitur שדי, Multaque & in hoc & in aliis capitulis ab eis prætermissa sunt: quæ ob longitudinem ponere supersedi. Quod autem nos manifestius interpretati sumus, alterius ad alterum, vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur: pro quo in Hebræo scriptum est, mulieris ad sororẽ suã: vir duabus alis velabat corpus suum, & vir velabatur similiter: Ideo post mulierem virum posuit in persona eadem: ne sexum in cœlestibus putaremus: cum in vno atq; eodem iuxta proprietatem Hebraicam, idem & vir & mulier appellatur. Videtur autem super quatuor animalia & rotas totidẽ similitudo firmamenti, quod nos appellamꝰ cœlum: habens speciem crystalli, quod est purissimum, & ex aquis mundis atq; lucentibus, nimio frigore concrescere dicitur: intantum vt etiam gelu constricta aqua, Græco sermone κρυσταλλος nominetur. Decebat autẽ in superioribus esse eximiam puritatem: quæ cuncta protegat, id est, rationales sapientesque virtutes, & quatuor temporũ cursum, & mundi plagas, & rerum omnium ordinem, & euangelicam prædicationẽ, quæ ex parte intelligitur, & ex parte videtur. Voxque auditur alarum volantium, quasi vox aquarũ multarum, quæ iuxta apocalypsin Ioannis populos significant paulatimq; proficiens dicitur quasi vox castrorum, & quasi vox sublimis Dei: quod Hebraice appellatur שדי, & iuxta Lxx. ϕωνὴ τοῦ λόγου, id est, vox verbi: vt vniuersa quæ prædicantur in mundo, vocem filij Dei esse credamus. Stantibus autem animalibus, demittebantur alæ eorum. Vocem enim Dei omnipotentis resonantem in cœlestibus ferre non poterant, sed stabant & mirabantur, & silentio suo, Dei potentiam demonstrabant: qui sedebat super firmamentum. Quod firmamentum his qui deorsum erant, habebat similitudinem crystalli: his autem qui supra, instar lapidis sapphiri videbatur. Quæ similitudo sapphiri, thronus erat eius qui sedebat in similitudinem hominis. Ex quo intelligimus, & firmamentum, & crystallum, & sapphirum, & hominem in similitudinem, nõ in veritate monstrari. Hominem autem Deum patrem debere intelligi, multa docent testimonia. E quibus illud est in euangelio: *Homo quidam plantauit vineã, & locauit eam agricolis.* Et post paululũ: *Misit seruos, & super omnes filium suum.* Rursumq; *Homo quidam fecit nuptias filio suo.* Non quod filius excludatur à regno: de quo scripsit Esaias: *Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum.* Et Ioannes: *Hæc autem*, inquit, *dixit Esaias, quando vidit gloriam filij Dei*: sed quod in patre regnet & filius. Omnia enim filij patris sunt, *qui est imago Dei patris inuisibilis.* Nam & in Daniele Deus pater sedens inducitur, & offertur ei filius hominis, vt accipiat regnum. Et in Apocalypsi Ioannis, eadem de filio scribuntur. Et ad pugnã primi martyris Stephani cernitur stans ad dexteram patris. De quo canitur in psalmo: *Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam*: Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Sicut autem crystallo purissima quæq; atque lucentia in cœlestibus demonstrantur: quæ nostrum oculatum corpus illuminant: sic in sapphiro, id est, in throno Dei, & super firmamẽtum

b faddai.

Apoc.19.d

c faddai.

Gen.9.b
Apoc 4.a

Mat.21.b
Ibid.28.a
Esa.6.a

Ioan.14.f

Col.1.b
Dan.7.c
Apoc.3.d
Act.7.g

Psal.109.

E

Num.17.b
Exod 24.c

tum quod cœlum accipimus, abscondita atque secreta & incomprehensibilia Dei sacramenta monstrãtur: *Qui posuit tenebras latibulum suum*, & in nube videtur & caligine. Vnde & in Exodo scribitur. Et sub pedibus Dei erat quasi opus lateris sapphiri, & sicut species firmamenti cœli mundissimi. Vnde & sponsa pulchritudinem sponsi describit in Cantico: *Venter eius quasi tabula eburnea super lapidem sapphirũ.*

Cant.5.d

Et in Ioannis Apocalypsi primum fundamentum iaspidis: secundum, sapphiri scribitur.

Apoc.21.

Et in rationali põtificis, in versu & ordine lapidum singulorum: secundus ordo carbunculum habet, & sapphirum, & iaspidem. De quibus ex parte lapidibus, in Esaiæ explanationibus diximus.

Exod 28.c

a ¶ *Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus, &c.*] Hæc visio similitudinis gloriæ domini.) Similitudo hominis qui sedebat super similitudinẽ throni: qui thronus habebat similitudinem lapidis sapphiri, à lumbis & desuper, electro comparatur. Quod electrum & intrinsecus & extrinsecus habebat quasi ignis aspectum. A lumbis vero & deorsum ignis erat resplẽdens in circuitu: vt ostenderet ea quæ supra lũbos sunt, vbi sensus versatur & ratio, non indigere igne nec flammis, sed pretiosissimo metallo & purissimo. Ea vero quæ à lumbis deorsum, vbi coitus, vbi generatio, vbi incentiua vitiorum sunt, purgatione indigere flãmarum: vt cum purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinem: quæ vulgo iris dicitur cum fuerit in nube in die pluuiæ. Iris enim, quæ in sancta scriptura vocatur arcus, & in Apocalypsi Ioannis eodem nomine iris dicitur: nisi in pluuia & inaquosa nube non potest apparere diuersorũ colorũ, & pulcherrimorũ, & sensim in alios transeuntiũ. Vnde & Poëta: *Mille rapit varios aduersa luce colores* Sed & morẽ vulgi sequens idem Poeta: Cum bibit, inquit, arcus. Ex quo significat numquam arcum apparere, nisi in nube & in aquis. Hic arcus signum est clemẽtiæ & testamenti Dei, quod fecit cum hominibus: vt quãdo apparuerit in nube, sciamus nos secundum antiquitatis exẽplum nequaquam perituros esse diluuio. Ex quo ostenditur post pœnas atq; supplicia, & purgationem peccatorum, futuram misericordiam, duntaxat in his qui Deum meruerint videre regnantẽ. Vnde dicitur: *Hic erat aspectus splendoris per gyrum*: Per gyrum Dei, vel throni, vel omnium quæ perspecta sunt. *Et hæc visio gloriæ similitudinis Dei*: non quo gloriã domini viderit, sed similitudinẽ gloriæ eius. Visio autem omnis hæc est: Spiritus eleuãs & nubes magna, & quatuor animalia, & rotæ totidem sequentes animalia & spiritum: quæ sub firmamento Dei esse meruerunt. Quæ postquam eleuata sunt, & audierunt vocem quasi aquarũ multarum, & quasi verbi sublimis Dei: vocemque castrorum & exercitus: demiserunt alas, & stuporem silentio demonstrarunt: apparuitq; sedens super similitudinem sapphiri, quasi similitudo hominis: qui à lumbis supra habebat speciẽ electri, & à lumbis deorsum speciem ignis in circuitu. Post quẽ terrorem datur signum misericordiæ: velut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. De hac visione prolixius diximus: quia & obscura est, & à multis varie exponitur. In reliquis quantum fieri potest absque damno sensuum, propter magnitudinem voluminis breuitati studebimus.

Ezech.1.a

CAP. II.

Et b vidi & cecidi in, &c.] Non est clarus visionum magnitudine, sed conscientia fragilitatis humanæ procidit in faciem suam: Vnde & apostolus Paulus post ascensionem cœli & paradisi, & auditionem verborum ineffabilium, datum sibi dicit angelum satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur. Et Abraham cecidit in faciem, postquam audiuit sermones Dei. Et tamen quia non peccato, sed humilitate corruerat, à domino subleuatur, & verba eius iubetur audire. Sciendum quoque quod aliud sit in faciem cadere, aliud retrorsum Abraham postquam audiuit de natiuitate Isaac, cecidit in faciem & risit. Heli autem qui peccauerat, retrorsum cecidit. Et de Dan in Genesi scriptum est: *Fiat Dan coluber in semita, mordens plantam equi, & cadet eques retrorsum, salutẽ expectans Dei.* Quia enim ad morsum colubri ceciderat ex equo, propterea saluatoris expectat aduentum. Et in euangelio secundum Ioannem: qui ad comprehendendum venerãt dominum, postquam ille respondit: *Ego sum*, ceciderunt retrorsum in terrã: Sermonem eius qui Moysi dixerat: *Vade dic filiis Israel: qui est, misit me ad vos* minime sustinentes. *Et dixit ad me:*

2.Cor.12.b

Gen.17.d

Ibid.d

1.Reg.4.e
Gen.49.c

Ioan.18.b

Exod.3.d

c ¶ *Fili hominis, sta super pedes tuos & loquar tecum.*] Iacẽs sermonem Dei audire non poterat, sed audit cum Moyse: *Tu vero hic sta mecum.* Quod & Daniel accidisse sibi commemorat.

Ibid.34.a
Dan.10.

d ¶ *Et ingressus est in me spiritus postquam, &c.*] Præceperat prophetæ sermo diuinus & iusserat: Sta supra pedes tuos: sed sine auxilio Dei, & aduentu Spiritus sancti stare non poterat, propterea ingreditur in eum, siue assumit & suscitat: vt firmo sit gradu, & possit dicere: *Statuit supra petram pedes meos.* Nullumque peccatorem stantem legimus, sed ad sanctos dicitur: *State ergo succincti lumbos vestros.* Peccator autem illud Deuteronomij meretur audire: Non erit stabile vestigium pedis tui. Crebro ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, & ad Danielem raro: Quorum vterque in persona eius qui dixerat: *Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet*, captiuum populum consolatur, & retrahit ad pœnitentiam.

Psal.39.c

Eph.6.c
Deut.28.g
Sec.70.
Matt.8.c

e ¶ *Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quæ recesserunt à me, Ipsi & patres eorum, &c.*] Nequaquam populum Dei Israel, sed gentes apostatrices vocat eos qui à domino recesserunt, non solum patres, sed & filij. Ne peccato patrum filij viderentur obnoxij, sed vt par, & patrum & filiorum esset impietas: Porro quod Lxx. transtulerunt, irritantes me, siue in amaritudinem conuertentes, illud significat, quod Deus benignus & dulcis natura, nostris vitiis mutetur in amaritudinem. Sicut enim sanctis dicitur, *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus*, sic peccatores eum amarum sentiunt. Vnde & Apostolus bonitatem & seueritatem Dei super sanctos & peccatores refert. Et de peccatoribus qui iacebant, scriptum est: *Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos, dominus soluit compeditos.* Sanctis vero stantibus præmia pollicetur.

Psal.33.b

Rom.11.c

Psal.145.b

f ¶ *Et filij dura facie & indomabili corde sunt, &c.*] Hoc in Lxx. non habetur, Magnæq; clementiæ est ad tales Deum mittere, nec desperare eorũ salutẽ, & cõfidentiæ prophetalis, q̃ ad tales quoq; ire nõ timeat. Indomabili autẽ corde, &

dura facie, iuxta illud debemus accipere, quod peccatori dicitur: *Neruus ferreus collum tuum, & frons tua ænea.* Qui & in cõsequentib. arguuntur cordis lapidei, quod Deus euulsurum esse se dicit, & pro illo carneum redditurum: vt mollitie sua, Dei præcepta suscipiat.

Esa.48.d Ioel.2.c

a ¶ *Et dices ad eos. Hæc dicit dominus Deus: Si forte vel ipsi audiant, & si, &c.*] Simile quid & in Hieremia scriptum est: *Si forte audiant & agant pœnitentiam.* Et in euangelio: *Forsitan filium meum verebuntur.* Loquitur autem hæc Deus ambigẽtis affectu, vt liberum hominis monstret arbitrium: ne præscientia futurorum mali vel boni, immutabile faciat quod Deus futurum nouerit. Non enim quia ille ventura cognouit, necesse est nos facere quod ille præsciuit: sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille nouit futurum quasi Deus.

Hier.26.a Luc.20.b

b ¶ *Tu ergo fili hominis non timeas eos, neq; sermones, &c.*] Licet dura ceruice sint, & corde indomabili: tamen mea sunt fortiora præcepta. Nec te putes esse deceptum, si mittaris ad eos qui te loquentem non audiant. Ecce prædico tibi quod insaniant, & congregentur aduersum te, & circundent te, nullum tibi effugium relinquentes. Hoc autem facient, quia increduli sunt, & Dei imperia contemnentes.

B

c ¶ *Et cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorũ ne formides, &c.*] Qui possint ferire, qui arcuato percutere vulnere, & aculeo fistulato: vt eadem plaga & cutem aperiat, & venena diffundat. Vnusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum. Scribis & pharisæis dicitur: Generatio viperarum. Et de Herode qui versipellis erat: *Ite & dicite vulpi huic.* Et pseudoprophetæ in hoc eodem propheta vulpibus comparantur. Et nunc corde indomabili, scorpiones esse dicuntur. Vnde & in euangelio legimus: *Omnes qui ante me venerunt, fuerunt fures & latrones: & non audierunt eos oues.* Et quo modo oues perditæ domus Israel audierunt aduersarios? Ex quo ostenditur, eos qui audierint fures & latrones, omnium vocabulum perdidisse & alia assumpsisse nomina: vt non quasi oues perierint, sed quasi viperæ, vulpes, & scorpiones.

Matt.23.d Luc.13.g Inf.13.a Ioan.10.b

d ¶ *Et loqueris verba mea ad eos: si forte, &c.*] Non est ergo cessandum licet mali sint quibus loquimur, quin secundum Apostolum: *Opportune importune* verbum Dei prædicemus: quia potest fieri vt & durus corrigatur ad molliciem, & qui obediens est, mutata voluntate non audiat.

2.Tim.4.a

e ¶ *Noli esse exasperans, sicut domus, &c.*] Semel diximus exasperationem siue irritationem, Lxx. amaritudinem ponere. Quod ergo dicit, hoc est: Non debes eos imitari, ad quos corrigendos mitteris: ne peccatum simile similem mereatur & pœnam.

f ¶ *Aperi os tuum & comede quæ ego, &c.*] Dignum te, inquit præbe sermonibus meis, & cibum suscipe spiritualem: vt quo modo in euangelio dicitur: *Qui habet aures audiendi, audiat*: & hic dicatur: Qui habet apertum os ad comedendum, comedat. Vnde & psalmistæ dominus loquitur: *Aperi os tuum, & impleboillud.* Et ille respondit: *Os meum aperui & attraxi spiritum.* Et apostolus Paulus: qui habebat in se thesauros sapientiæ & scientiæ, & in quo Christus dominus loquebatur, scribit Corinthiis: *Os meum apertum est ad vos ô Corinth.* Et de Saluatore Matthæus refert: *Aperiens os suum, docebat discipulos.*

Luc.8.a Psal.8.b Ibid.118.e

C

2.Cor.6.c Matt.5.a

g ¶ *Et vidi, & ecce, &c.*] Pro manu missa, extentam Lxx. transtulerunt. Quæ mittitur & extenditur ad eos, qui domini beneficia consequuntur. Contrahitur autem ab his, quibus loquitur per prophetam: *Numquid abbreuiata & contracta est manus domini?* Et in psalmo: *Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?* Denique extendit in passione pœnas suas, suscepitque discipulos: & portauit illos in humeris suis, & locutus est: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*: vt congregaret filios Israël, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas: & extensione manuum Moysi Israel superat Amalec.

Esa.50.a Psal.73.c Esa.65.a Exod.17.c

h ¶ *In qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, & erat scriptus int°, & foris: scriptæ que erãt in eo lamẽtationes, &c.*] Pro inuoluto libro, Lxx. capitulum libri transtulerunt: in manu domini sedentis super thronum: quæ missa est & extenta. De quo & in psalmis dicitur: *In capitulo libri scriptũ est de me.* Capitulum intelligamus exordium. Iste liber inuolutus atque signatus, scriptusque intus & foris, vel ante & post, tantæ difficultatis fuit, vt nullus potuerit neq; in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire illum & legere: nisi solus leo de tribu Iuda, radix Dauid & Iesse: quem Ioannes in Apocalypsi deuorasse se dixit, non totum, sed in capitulo, id est, in principio. Neque enim fieri potest, vt humana natura totos libri huius thesauros deuoret. Et expandit illum coram propheta, & legendum cognoscendumque præbuit, qui in Esaia populo non credenti dicitur esse signatus. Vsque hodie enim velamen Iudæis in veteri positum est testamento. Scripturæque erat ante & retro, de futuris, & de præteritis. Vel certe foris in historiæ litera, intus intelligentia spirituali, de qua & Psalmista: *Omnis*, inquit, *gloria filiæ regis ab intus.* Scripturæque erant in eo tam intus quam foris lamentationes, & carmen, & væ. Lamentationes, de his qui ad pœnitentiam prouocantur: sicut Samuel & apostolus Paulus plangebant atque lugebant Saul & Corinthios, quos saluare cupiebant. Carmen, super his qui Dei digni sunt testimonio. Et quibus psalmista præcipit: *Cantate domino canticum nouum.* Porro væ super illis qui penitus desperantur, & cum venerint in profundum peccatorum contemnunt.

Psal.39.b Psal.50. Psal.44.e 1.Reg.16.a 2.Cor.11.g Psal.95. & 97. Prou.18.a

D

CAPVT III.

ET[i] dixit ad me: Fili hominis quodcumque inueneris, comede, comede volumen istud, & vadens loquere filiis Israel. [k] Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo: Et dixit ad me: Fili hominis.

Psal.50.

a Venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi.

HEB.

SEPT.

Os tuum comedet, & venter tuus implebitur capitulo isto tibi dato.

Apoc.10.d

CAP. III.

ET[i] *dixit ad me: Fili hominis, quodcumque inueneris, &c.*] Nisi ante comederimus apertum volumen, docere non possumus filios Israel. Denique & Dauid postquam ipse misericordiam consecutus est: *Docebo*, inquit, *iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

Esa.29.d 2.Cor.3.d

k ¶ *Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo: Et dixit ad me, &c.*] Ego, inquit, aperui os meum, quia mihi dictum est. Aperi os tuum, & comede. Et aperto ore dominus largitus est cibos: vt initia voluntatis in nobis sint, & perfectionem beatitudinis à domino consequamur. *Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis, Dei.* Attamen & velle & currere, nostri arbitrij est. Pro aperui, Lxx. transtulerunt, aperuit, vt subaudiatur, Deus: quia ipse & aperuit os prophetæ, & cibauit eum.

Rom.9.c

a ¶ *Ven-*

E

a ¶ *Venter tuus comedet, &c.*] Principia lectionis, & simplicis historiæ, eius voluminis est. Quando vero assidua meditatione in memoriæ thesauro librum domini contriuerimus, impletur spiritualiter venter noster, & saturantur viscera: vt habeamus cum apostolo Paulo viscera misericordiæ, & impleatur ille venter, de quo Hieremias loquitur: *Ventrem meum, ventrem meum ego doleo, & sensus cordis mei conturbant me.*

Cel.3.b Hier.4.c

b ¶ *Et comedi illud, &c.*] Loquitur & Dauid: *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo.* Et alibi: *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Et Samson fauum mellis in ore leonis inuenit, & Dominus post resurrectionem, partem assi piscis comedit, & fauum. Et in Prouerbiis de ape dicitur, quanquã hoc Hebræa non habeant exemplaria: *Vade ad apem, & disce quo modo operatrix sit, & opus suum castum faciat: cuius laboribus reges & imperiti pro sanitate abutuntur.* Quod operati sunt Moyses, & prophetæ, & euangelistæ, & apostoli, vt quicumque rex fieret, cuius cor in manu Dei est, dulcibus fruatur cibis. Qui verò simplex, & absque serpentis astutia habet innocentiam columbarum simplici fide credat, atque saluetur: quia vbiq; insidiæ sunt, & sæpe diabolus *transfigurat se in angelum lucis*: melque distillat de labiis mulieris meretricis: dulcia repromittens, vt venena interserat.

Psal.118.n Ibid.18.c Ind.14.b Luc.24.f Sept. 70. Prou.6.b Pro.21.g 2.Cor 11.c Prou 5.a

F

c ¶ *Et dixit ad me: Fili &c.*] Cui dicitur: Vade & ingredere ad domum Israel, ostenditur non fuisse cum populo peccatore, licet in eisdem videretur super flumen Chobar finibus cõmorari. Scriptum est enim: *Et ego eram in medio transmigrationis, iuxta flumen Chobar.* Separata enim erat prophetæ conuersatio, & iniquorum offendebatur aspectu. Hoc idem faciebat & Moyses, procul à castris multitudinis figens tabernaculum. Quod cum fuisset ingressus, descendebat columna nubis, & stabat ante ostium tabernaculi.

Sup.1. Sept.70. Exod.33.b

d ¶ *Non enim ad populum, &c.*] Quoniam illi ad te nolunt venire, tu perge ad eos. *Non enim habent sani opus medico, sed male habentes.* Neque potes dicere: Non possum loqui ad eos, quia linguæ alterius sunt, & inuicem nobis barbari sumus, nec mutuum possumus audire sermonem. Quid loquar de vno populo. Si ad diuersas te mitterem nationes, tameri auctoritas & potentia mea omnem difficultatem vinceret. Atque vtinã tẽpus instaret, quo ad omnes missurus sum nationes, quo & linguarum daturus sum gratias: vt prædicent apostoli mei, & totum mundum à diuersitate linguarum, vna fide meo subdant iugo: facilius illi audirent, qui profundi sunt altiq; sermonis, & nihil habent de leuitate Iudaica, sed graui & solido ingrediũtur pede, & cum ignotæ sint linguæ, notæ fidei sunt. Vnde sequitur: *Et si ad illos mitterem te, ipsi audirent te.* Denique postea misit, & omnes pariter credidere-runt. Vnde Paulus & Barnabas loquuntur ad Iudæos: *Vobis quidem oportuerat prædicari verbum Dei: sed quia noluistis suscipere sermonem, ecce conuertimur ad gentes.* Et de Centurione dicitur: *Neque in Israel tantam fidem inueni.*

Act.13.g Matt.8.d Ibid.10.d

e ¶ *Domus autem Israel nolunt audire, &c.*] Ne cõtristeris, ait, si te audire noluerint. Idcirco te nõ audient, quia me audire contemnent: iuxta quod & Saluator aiebat: *Qui vos non recipit, me non recipit.* In quo apertè libertum monstratur arbitrium. Et duæ redduntur causæ quare non audiãt: Quia peruersæ, inquit, sunt voluntatis, & attrita fronte, siue vt Lxx. verterunt: contentiosi sunt, & subauditur, quod sæpè ad salutem prouocati, noluerunt audire.

f ¶ *Ecce dedi, &c.*] Domus Israel attritæ frontis est, & protacis audaciæ, & duro sic corde, vt scorpionibus comparetur. Ideo dedi tibi vultum durissimum, & frontẽ quæ nullo pudore saperetur. Ex quo discimus interdum gratiæ esse Dei impudentiæ resistere, & cum res poposcerit, frontem fronte cõcutere. Hoc autẽ tribuitur, ne nostra verecundia, & humanus pudor pertimescat insidias æmulorum.

g ¶ *Fili hominis, &c.*] Iste est cibus voluminis, & hæc sunt verba, quibus pro diuersitate audiẽtium, vel lamẽta, vel carmen, vel væ hominibus loquimur. Et tamẽ notandum quod ante sermones Dei in nostro corde condendi sunt, audiendique & intelligendi diligentius, & sic ad populum proferendi.

H

h ¶ *Vade ingredere, &c.*] Et dominus noster venit ad populum Iudæorum mittente patre, vt prædicaret captiuis remissionem, & impleretur in eo quod scriptum est: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus.*

Psal.67.d

i ¶ *Et assumpsit, &c.*] Deus de quo scriptum est: Assumens mansuetos dominus, ipse assumpsit & propheta, qui non erat in carne, sed in spiritu: & ambulans in spiritu carnis opera nõ implebat, spiritus enim Dei erat in eo. Quamobrẽ & terrena contemneris, rapitur à spiritu, & audit post se vocem cõmotionis magnæ, præteritorum obliuiscens & in futurum se extendens, vt inimicorum insidias post tergum relinqueret. Tale quid & in Exodo legimus, quãdo Pharao & omnis exercitus eius persequebatur Israel, & angelus in colũna nubis deseruit priorã castrorum, venitq; post tergum, & tota nocte stetit inter Israel, & Ægyptios: vt perterritis aduersariis, audiret Israel: Benedicta gloria domini de loco suo. Locus autẽ domini est omnis in quibus hospitiũ inuenit. Aut certè filius locus est patris sicut & pater locus est filij, dicẽte dño Saluatore: *Ego in patre, & pater in me.* Hoc idem significat & Micheas: *Ecce Dominꝰ egreditur de loco suo, & descendet super excelsa terræ; & commouebuntur montes subter eum, & valles tabescent sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in præceps.* Descendente enim dño Saluatore, & proficiscẽte de Patre, excelsa terræ montesque commoti sunt, & inferiora vallium liquefacta. Potest locus esse gloria domini, & lux inaccessibilis, de qua & apostolus loquitur: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Quando præterita iudicia domini animo reuoluimus, audimus vocem post tergum commotionis magnæ. Quando futura corde meditamur, auditur vox de prioribus, & ex his quæ ante sunt.

Ibid 46.b Ioan.14.h Mich.1.a Exod.14.d 1.Tim..c

k ¶ *Et vocem, &c.*] Pro eo q̃ subauditur: *δὸ κοινῶ*, iuxta Hebraicũ, audiui post me vocem commotionis magnæ, & audiui vocem alarum animantium, vocem rotarum: addidere Lxx. *Et vidi vocem alarum animalium, percutientium alteram ad alteram*, & reliqua, iuxta illud quod in Exodo legitur: *Et videbat omnis populus vocẽ Dei*: vt vocem quæ veniebat post tergum audierit propheta: quæ autem ante se erat,

Exod.20.d

viderit. Sed melius & verius est, auditam vocem intellexisse, quam visam, tam alarum percutiẽtiũ se mutuo, quã rotarũ: de quibus supra diximus. Et commotionis magnæ, quæ Dei iram super Israel populum venturam esse monstrabat.

a ¶ *Spiritus quoque, &c.*] Postquam eleuatus à spiritu est, & assumptus ab eo, tunc in indignatione, & in amaritudine spiritus sui abiit quo ferebatur, intelligens indignationem Dei, & quid significaret visio mente pertractans. Siue sublimis ipso spiritus sui impetu ferebatur: cupiens ire quo dominus imperabat. Spiritum autem eius, non Spiritum sanctum, sed spiritum hominis intelligamus, de quo in multis locis dicitur, vt in Esaia: *De nocte consurgit spiritus meus ad te Deus.* Transferturque propheta non (vt quidam existimant) in spiritu, sed in ipso corpore, quod & de Habacuc iuxta Theodotionẽ legimus.

b ¶ *Manus enim, domini erat mecũ confortans me, &c.*] Pro eo quod nos vertimus, acerũ nouarum frugum, Aquila, Symmachus & Theodotio ipsa verba posuere Hebraica ᵉתלאביב: quod Lxx. transtulerunt, μετεωρος ἡ περιλλθοι, id est, sublimis & circuiui, melius esse credentes aliquid dicere, quam imponere, quod lectori faceret quæstionem. Nos autem ab Hebræis didicimus ᵇתלאביב significare quando noua frumenta, vel hordea congregantur, & post famem & penuriam antequam terantur in area, spem ciborum aliquam repromittunt. Ita & Israel paruus & tenuis, qui habitabat in ripis Chobar fluminis quasi reuiuiscens, ortusque de terra, semẽtem Iudaici populi promittebat. Manus autẽ domini fit super prophetã, confortans eum, vt possit nomen speculatoris accipere, & docere quod didicit: Septemque prius diebus versatur inter eos, videns cuncta, quæ gererent vt postea sciret, quæ corriperet. Mœret autẽ, siue conuersatur in medio eorum, videns scelera, & iustam Dei pro peccatorum iniquitate sentẽtiam. Pro eo quod nos diximus, mœrens, & in Hebræo scriptum est ᶜמשמים, Theodotio transtulit, admirans, vt stuporem prophetæ iniquitates eorum cernentes exprimeret. Aquilæ verò secunda editio, quam Hebræi ἡσυχασμὸν appellant nominant, transtulit: ἡρεμιζων, id est, quiescens, & seorsum positus, vt fuisse quidem se in medio captiuorum, sed ab eis separatum mente monstraret.

c ¶ *Cum autem, &c.*] Qui speculator futurus est, & Dei verba populo narraturus, multo tempore debet quiescere, & dolere ad ea quę videat: nihilque habere eorum in conscientia, quæ in aliis correpturus est.

d ¶ *Si dicente me ad, &c.*] Duo sunt impij siue iniqui, vt Lxx. transtulerunt. Vnus qui nihil audiat à speculatore, & in sua impietate moritur: cuius sanguis de speculatoris quæritur manibus. Alter cui speculator annunciat, & ille audire contemnens suo vitio moritur, ita duntaxat, vt speculator à culpa alienus sit. Ex quo intelligimus ideo dominum impio comminari & dicere: *Morte morieris*: vt auertatur à via sua impia & viuat. Cõminatio enim non in homines, sed in peccata est: nec in eos qui cõuertũtur à vitiis, sed qui in peccato permanẽt. Magnũq; discrimẽ est, Dei tacere sermones, ob triplicem causam. Vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem. Vnde & Esaias: *Væ, inquit, mihi misero quia tacui.* Quodq, sequitur: *Tu autem animam tuã liberasti*: illud apostolicũ sonat: *Si cuius opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*: vt probetur vtrum speculator externus causa sit mortis eius qui periit, an reus. Opus enim magistri, salus discipuli est.

e ¶ *Sed & si, &c.*] Sicut impios vel iniquos duos legimus: vnũ qui nõ audiuit & periit: alterũ qui audiuit, & perseuerauit in nequitia: Sic duo iusti sunt, vnus qui non audiuit & periit: alter qui audiuit, & conuersus ad pœnitentiam, saluauit animam suam. Notandumq; quod possit iust, cadere, & si habuerit magistrum, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cursu, retrahat pedem. Et impius quidem vel iniquus si cõuersus nõ fuerit, in impietate & iniquitate sua morietur. Iustus autẽ si fecerit impietatem atque peccatum, non statim moritur, sed ponitur offendiculum coram eo, siue tormentũ, & vt Theodotio dixit, infirmitas: vt torqueatur, & planam viam non inueniat, & intelligat se lãguidum, de quibus & apostolus dicit: *Ideo infirmãtur multi apud vos. & dormiũt multi.* Prodest enim iusto intelligere delictum suum, conscientiæque tormentũ, & dicere cum psalmista: *Conuersus sum in ærumna mea, dum mihi infigitur spina.* Et quo modo impio non sunt obuiæ iniquitates, si auertatur à via sua impia & viuat: sic iusto non prosunt antiquæ iustitiæ, si nouis facinoribus opprimatur. Quod autem intulit: Ipse morietur, quia non annunciasti ci, subauditur, potuisse eum viuere, si speculator magisterque docuisset.

f ¶ *Et facta, &c.*] Quod ex Hebræo transtulimus, ibi, & in Lxx. non habetur, significanter positũ est: nec dubium, quem locum significet: Supra enim legimus: *Et veni ad transmigrationẽ ad aceruũ nouarum frugum, & ad eos qui habitabãt iuxta fluuiũ Chobar.* Recteq; ei qui dixerat, sedi, iubetur vt surgat. Et qui ingressus fuerat ad transmigrationem, audit, egredere, non in confragosas valles, non in præruptas rupes, sed in campi latitudinem, quæ possit capere gloriam domini. Vnde & Corinthiis dicitur: *Dilatamini.* Quando ingreditur ad captiuos, de quibus dictum est, quod insaniant & persequantur eum, forti manu indiget, vt possit resistere, & furorem persequentium sustinere. Quando autem egreditur in campum, fit quidem super eum manus domini: quia absque illius adiutorio exire non poterat, sed non additur, fortis. Ad videndam enim gloriam Dei, non ad pugnandum egreditur. Et hoc animaduertendum, quod in medio captiuorum sedentium, ipse sedens propheta gloriam domini non viderit.

g ¶ *Et surrexi, &c.*] Iubẽte domino ingreditur, sedetq; cum sedentibus, quia ẽtatem illum numerus captiuorum audire non poterat. Egressusque in campi latitudinem, vidit stantẽ gloriam domini, quam prius viderat ambulantem & eleuãtẽ se, & interdum stantem. Quia iuxta fluuium sæculi huius Chobar

HEB.

ª Spiritus quoq; leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione spiritus mei. ᵇ Manus enim Domini erat mecum, confortans me. Et veni ad transmigrationem ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabãt iuxta flumen Chobar. Et sedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.

ᶜ Cum autem pertransissent septem dies, factũ est verbum domini ad me dicens: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbũ, & annunciabis eis ex me. ᵈ Si dicente me ad impium, morte morieris: nõ annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. ᵉ Sed & si cõuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum corã eo Ipse morietur, quia nõ annũciasti ei: in peccato suo morietur, & nõ erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinẽ vero eius de manu tua requiram. Sin autem tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille nõ peccauerit viuens viuet, quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti. ᶠ Et facta est ibi super me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecũ. ᵍ Et resurrexi, & egressus sum in cãpũ, & ecce ibi gloria domini stabat

SEPT.

Et Spiritus eleuauit me, & suscepit me, & abij sublimis in impetu spiritus mei. Et manus domini facta est super me fortis, & intraui ad captiuitatem sublimis. Et circuiui habitantes super fluuium Chobar, qui erant ibi. Et sedi ibi septem diebus conuersans in medio eorum.

Esa.20.d
Dan.14.f
ª tel abib
B
ᵇ tel abib
ᶜ masmim
Esa.6.b
1.Cor.3.
Psal.31.a
Supra.3.d
2.Cor.6.c
Sup.2.f
Sept.70.

E Chobar, qui interpretari potest grauissimus, gloria cernebatur, quod significat omnem mundi huius gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere. Gloria autẽ domini stans & perseuerans, cum stante propheta videtur in cãpo, quæ in medio captiuorum, nec stare poterat, nec videri.

a ¶ *Et cecidi, &c.*] Stantem gloriam domini ferre non sustinens, cecidit in faciem suam, vt ab ingrediente in eum spiritu leuaretur. Qui spiritus statuit eũ super pedes suos & locutª est ei, dicẽs: Intra & includere in medio domᵘ tuæ. Et est sensus: Quia corroboratus es aspectu dominicæ maiestatis, nullũ timeas, nec aliquẽ pertimescas, sed reuertere in domũ tuã, vel ad necessitates corporis, vt quidam putant, vel in signũ futuræ obsidionis. Et quo modo Esaias discalciatus & nudus, triũ annorum captiuitatẽ & nuditatem populi nũciauit, ita & tu clausus domo, opere ipso propheta vicinã absidionem vrbis Hierusalem.

b ¶ *Et tu, &c.*] Quod in domo clauditur, quod vinculis alligatur, quod non egreditur ad eos, inter quos habitat: sed inter multitudinẽ captiuorum, solitudinẽ carceris patitur (vt supra dixi) obsidionis indicium est, quod clausa Hierusalem atque circundata ab exercitu Chaldæorum, nullũ habitantiũ foras exire permittet. Hæc est olla de qua Hieremias loquitur & ipse hic propheta in consequentibus, in qua carnes populi cõsumuntur. Quod autẽ lingua prophetæ palato vel gutturi cohæret, & mutus effectus, auctoritatem non habet increpantis, causa perspicua est, *quia*, inquit, *domus exasperans est.* Et est sensus: Tantæ sunt amaritudinis & tantæ aduersus Deum contentionis, vt obiurgantem non mereãtur audire. Ex quo perspicuum est, vbi multitudo fuerit peccatorum, indignos esse peccantes qui à domino corrigantur.

c ¶ *Cum autem, &c.*] Illud quod in Ecclesiaste legimus: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*: etiam in sermone prophetico comprobatur, quod eiusdem sit sapientiæ, & tacere, & loqui pro tempore, & dare conseruis in tempore suo cibaria. Vnde & Esaias ad populum non credentem: *Tacui, nũquid sẽper tacebo, dicit dominus.* Qui igitur ob multitudinẽ peccatorum diu clausum os tenuit, quia vidit aliquos posse conuerti, de quibus dictum est: Qui audit audiat, & qui à malis quiescit, quiescat & desinat: idcirco aperto ore & non propria volũtate, sed domini iussioni loquitur ad populum. Id autem quod nos posuimus: *Qui audit audiat & qui quiescit, quiescat.* Pro quo Lxx. interpretati sunt. *Qui audit audiat, & qui incredulus est, incredulus sit*: Secunda Aquilæ editio ita transtulit: *Qui audit, audietur, & qui relinquit, relinquetur*: Et est sensus: *Qui habet, dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur ab eo.*

CAP. IV.

Et ᵈ tu fili hominis, &c.] Sicut priᵘ diximus: Intra & includere in medio domus tuæ, & ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris, typum esse prophetam futuræ obsidionis vrbis Hierusalem: ita nunc Geometrica iubetur in latere arte describere: ipsumque laterem poni in conspectu prophetæ, vt postquã descripserit in puluere Hierusalem, omnẽ aduersum eam pingat obsidionẽ, adumbrans munitiones & comportatos aggeres, & coronã vallantis exercitus, & arietes in circuitu, per quæ omnia vrbes capi solẽt. Munitiones dicũtur, quibus vrbs clauditur, ne quis obsessorum possit effugere. Comportati aggeres, quibus vallum fossæque complentur. Castra, militum custodiæ per circuitũ. Arietes, quibus murorum fundamẽta quatiuntur, & lapidum iunctura dissoluitur. Hoc autẽ dicitur, vt significetur vrbis Hierusalẽ sub Sedechia rege vicina captiuitas, cuius anno vndecimo, & rex & ciuitas capta est.

Pro latere, qui Græce dicitur genere fœminino πλινθη θος: Symmachus manifestiᵘ interpretatus est πλινθειον, quẽ nos laterculum & abacũ appellare possumus. In cuius puluere solent geometræ γραμμας, id est, lineas radiosque describere. Ex quo quidã voluntnõ absurdum esse etiã huius doctrinæ habere scientiã illa exẽpla replicantes, quod Iesus filiᵘ Naue exploratores miserit, qui terrã describerent, quæ propriè vocatur Geometria, & angelᵘ in Zacharia habuerit funiculũ Geometricum ad Hierusalẽ metiẽdã. Et quod nũc iubetur propheta Hierusalẽ in puluere describere, quę apud eos propriè appellatur σκιογεγραφια. Possumus laterẽ & in fugillationẽ Israelis accipere: quod in luto & latere seruierit Pharaoni: Siue vt vrbs quam putabant esse firmam & inexpugnabilem, fragilissimo lateri cõparetur: qui ad tactum aquæ illico soluitur: vt de qua prius dictum est, numquid petra durissima vel deserti mons est filiæ Sion, vertatur in laterẽ, qui inundatione Babylonia corrumpatur, iuxta illud quod scriptum est: *Propterea adducet Dominus super vos aquas multas & fortes, regem Assyriorum.*

c ¶ *Et tu, &c.*] Quod supra diximᵘ, & ipsũ prophetã & describitionẽ lateris, munitionibᵘ aggere, arietibusq; circundãtẽ in signum præcedere obsidẽdæ Hierusalẽ, hoc nunc manifestius dicitur, post multa quę media sunt. Signũ est domui Israel. Sartago ferrea, quæ instar muri inter prophetã & vrbẽ ponitur, grandẽ irã demonstrat Dei, quæ nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad misericordiam. Sicut enim omnia meralla ferrum domat, nihilq; eo durius est: sic incredibilia scelera Hierusalẽ, Deum natura mollẽ, suo vitio fecerunt esse durissimum. Sartago quoq; dicitur medius inter populum & Deum murus oppositus, vt ostendat omnẽ multitudinẽ in breui esse frangendam, redigendamq; ad nihilum. Obfirmatio autẽ vultus contra vrbẽ, seueritatis indicium est: iuxta illud quod alibi scriptum legimus: *Facies domini super facientes mala: vt disperdat de terra memoriam eorum.*

f ¶ *Et tu dormies, &c.*] Quæramus qui sint anni trecenti nonaginta, qui pro diebus totidẽ supputentur, quibus in sinistro latere propheta dormierit vinctus atq; constrictus, ita vt in latus se alterum non moueret, captiuitatem & miserias decẽ tribuum, id est, Israelis ostendens. Et qui alij quadraginta anni, quibus pro Iuda & iniquitatibus eius in dextro iacuerit latere: siue vt narrat sancta scriptura, dormierit. De Israel hoc dicendum est, quod sub rege Phacee filio Romeliæ, qui vndeuicesimus regnauit in Israel annis viginti, venit Teglatphalasar rex Assur, & cepit Aion & Abel, domum Maacha, & Ianoe & Cedes, Hazor & Galaad & Galilæam, & vniuersam terram Neptalim, & trãstulit eos in Assyrios. Post quẽ regnauit in Israel Osee filius Hela annis nouem, captusq; est cum omni Samaria à Salmanasar rege Assyriorum, & transtatus in Elam & Abor fluuios Gozã in ciuitatibus Medorum: Sexto autẽ Ezechiæ regis anno, vt sancta regum narrat historia, captus est Osee. A quo si per ordinẽ supputemus, quot annis Israel fuerit in angustia & iugo pressus captiuitatis, sic inuenire poterimᵘ. A sexto anno vsq;

G
4.Reg.25.a
Esa.2.a
Zach.2.a
Exod.1.c
H
Esa.8.b
4.Reg.15.f
4.Reg.17.a
4.Reg.18.b
4.Reg.18.a
Hier.3.c
Inf.24.a
Sup.43.f
Marc.4.c

A

ad viceſimumnonũ annum(tot enim Ezechias regnauit annis) ſupputantur anni vigintiquatuor, cui ſucceſſit Manaſſes,regnauitq; annis quinquagintaquinq;:Poſt hunc Amon regnauit annis duobus: Poſt quem Ioſias annis triginta & duobus. Cui ſucceſſit Ioakim, qui & Eliakim cognomi-

4.Reg.21.a
Ibid.d
4.Reg.22.a
3.Par.14.
4.Reg.23.g
4.Reg.24.b
Ibid.e

tus eſt,& regnauit annis vndecim. Poſt quẽ Ioakim cognomẽto Iechonias,qui ſtatim duct⁹ eſt in captiuitatẽ: regnauitq; pro eo Sedechias annis vndecim, ſub quo capta eſt Hieruſalem, templumque deſtructũ. Fiuntitaque à prima captiuitate Iſrael quæ facta eſt ſub rege Phacee vſque ad vndecimũ annum Sedechiæ, quo tẽplum deſolatum eſt,anni cẽtũ ſexaginta quatuor. A ſecunda, quando captus eſt Oſee, & omnis ſubuerſa Samaria, anni centũ trigintaquinq;. Fuerũtq;deſolationis templi, anni ſeptuaginta. Qui additi primæ captiuitati, faciunt annos ducẽtos trigintaquatuor.In ſecũda enim Darij regis Perſarum anno, tẽplum extructum eſt à Zorobabel filio Salathiel, & Ieſu filio Ioſedech prophetanib. Aggeo &Zacharia:qui regnauit annis trigintaſex:vnoq; ſublato,adduntur anni eius trigintaquinque. Poſt quem regnauit Xerſes filius Darij,annis vigiti.Poſt quem Artabanus, mẽſib. ſeptẽ. Et Xerſes qui cognominabatur μακρόχειρ annis quadraginta. Poſt quem Xerſes, menſibus duobus & Sogdianus menſibus ſeptẽ. Cui ſucceſſit Darius cognomento νόθος,qui regnauit annis decem& nouem. Poſt quẽ Artaxerſes cognomẽto μνήμων. Darij & Pariſatidis filius regnauit annis quadraginta,qui ab Hebræis Aſſuerus appellatur, ſub quo Mardochei & Heſter narratur hiſtoria: quando omnis populus Iudæorũ de mortis periculo liberatus, recepit priſtinam libertatem. Fiuntque à ſecundo anno Darij vſque ad extremũ annum Aſſueri, anni centum quinquagintaquinq; menſes quatuor. Qui additi ſuperioribus annis ducentis trigintaquatuor, faciunt annos trecentos octogintanouem, & menſes quatuor. Dextri autem lateris dormitio,id eſt annorũ quadraginta, faci è ſupputatur Poſt Eliakim enim qui cognominatus eſt Ioakim, regnauit filius eius Ioachin cognomẽto Iechonias mẽſibus tribus. Quo regnãte aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Hieruſalẽ, & circundata eſt vrbs munitionibus: venitq; Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatem, cum ſerui eius oppugnarent eam.Et egreſſus eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis,ipſe & mater eius,& ſerui eius,& principes eiꝰ,& eunuchi eius,& ſuſcepit eũ rex Babylonis anno octauo regni ſui, & protulit inde omnes theſauros domus dñi, & theſauros domus regiæ.Et poſt paululũ, trãſtulit omnẽ Hieruſalẽ,& vniuerſos principes & omnes fortes exercitus, decẽ millia in captiuitatẽ &omnẽ artificẽ & incluſorem,nihilq; relictũ eſt exceptis pauperibus populi terræ. Quo capto cũ infinita populi multitudine,& cũctis opibus Hieruſalẽ, regnauit Sedechias annis vndecim: ſub quo capta vrbs tẽplumq; deſtructum eſt. Cuius ſolitudo vſq; ad ſecũdum Darij annum permanſit annis ſeptuaginta. Triceſimo autem deſolationis tẽpli anno, Cyrus regnauit in Perſis, ſubuerſo Aſtyage rege Medorum, qui iuxta prophetiã Eſaiæ, quinquaginta ferme hominum millia de tribu Iuda remiſit in Hieruſalẽ, & vaſa templi quæ Nabuchodonoſor aſportauerat, & cætera quæ Ezdræ narrat hiſtoria. Sicut igitur in Iſrael, hoc eſt decẽ tribus à Phacee rege Iſrael, ſub quo Salmanaſar Iſraelitici populi multa vaſtauit, vſq; ad quadrageſimum annum Aſſueri, ſupputam⁹ annos trecẽtos nonaginta,quãdo vniuerſi Iudaici populi perſecutio mitigata eſt, ſic à primo anno Iechoniæ,quando magna pars Hieruſalem tranſlata eſt in Babylonẽ,vſq; ad primum Cyri legis Perſarum annum, qui deſolationis tẽpli erat annus triceſimus, ſupputantur anni quadraginta,ſub quo Iudæorum laxata captiuitas eſt,& libertas populo reddita.Quidã trecẽtos nonaginta annos Iſraelis, & quadraginta Iudæ iungentes, faciunt annos quadringentos triginta, & volunt eos impleri à baptiſmate Saluatoris, vſq; ad cõſummationẽ mũdi. Alij verò,& maximè Iudæi à ſecũdo anno Veſpaſiani,quãdo Hieruſalem à Romanis capta, tẽplumq; ſubuerſum eſt, ſupputari volũt in tribulatione &anguſtia, & captiuitatis iugo populi conſtitui, annos quadringẽtos triginta, & ſic redire populum ad priſtinum ſtatum,vt quo modo filij Iſrael quadringentis triginta annis fuerũt in Ægypto, ſic & in eodẽ numẽro finiatur extrema captiuitas: Scriptumq; eſſe in Exodo:*Habitatio autem filiorũ Iſrael, qua habitauerunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta.* Et iterum:*factũ eſt poſt annos quadringentos triginta, egreſſus eſt omnis exercitus domini nocte.* Satiſq; miror cur vulgata exẽplaria centũ nonaginta annos habeant &in quibuſdã ſcriptũ ſit,centum quinquaginta cum perſpicuè & Hebraicum,& Aquila, Symmachuſq; &Theodotio,trecentos nonaginta annos teneant,& apud ipſos Lxx. qui tamen non ſunt ſcriptorum vitio deprauati, idem numerus reperiatur. Difficillimã quæſtionem,& ne dicam ſuperbè, à nullo explanatam, non tam noſtri ſcientia quam domini gratia expoſuiſſe nos credimus:impleto illo quod ipſe pollicitus eſt:*Quærite, & inuenietis:petite, & accipietis:pulſate, & aperietur vobis.* Qui autemvoluerit ſupputare à prima captiuitate,quæ facta eſt ſub Manahẽ filio Gaddi rege Iſrael, qui regnauit in Samaria annis decem:quãdo venit Phul rex Aſſyriorum in terrã Iſrael, & mille talenta accepit argenti, & poſt eum alios duos annos Phacee quos regnauit in Iſrael:inueniet, viceſimo octauo anno regis Aſſueri compleri trecentos nonaginta annos, quando Heſter fertur Hiſtoria: quod & credibilius eſt. Neque enim finito imperio Aſſueri, ſed adhuc regnante eo Iſrael iugum grauiſſimæ ſeruitutis abiecit.

Matt.7.c
4.Reg.15.d

D

a ¶ *Et ad obſidionem, &c.*] Præparatione vultus opus eſt ac robore, & confirmatione exerti brachij atque nudati, vt non ſolum voce, ſed & geſtu & habitu prophetantis, vrbis obſidio demonſtretur.

b ¶ *Ecce circundedi, &c.*] Siniſtræ partes, quia ſine templo & notitia Dei fuerant in Samaria, delegantur Iſraeli dextræ Iudæ: in qua Dei cultus & religio.Et notandum,quod in altero ſit pœna peccantium,in altero virtutis exercitatio. Nec conuertit ſe de altero in alterum latus, vt nulla cruciatuum requies indicetur, donec impleatur ſupradictorum dierum perfecta concluſio. Quod dies prophetæ, huc annus eſt patientibus.Et quos annos putabat Laban, Iacob erant quaſi pauci dies. Non ſolum autem in ſuppliciis varietas eſt pro diuerſitate meritorum,ſed in bonorum quoq; retributione, agni in dextera, & hœdi ſtãt in ſiniſtra. Vnde & in alio loco ſcriptum eſt: *Cor ſapientis in dextera eius: cor autem ſtulti in ſiniſtra eius.* Alia ſunt domini vincula,quib. in ſalutem ligamur,alia diaboli, quibus decem & octo annis ligauerat mulierem in euangelio.Vnde & funibus peccatorũ ſuorũ vnuſquiſq; conſtringitur. Quæ ſoluit Dñs per typum Lazari ſuſcitati,qui faſciolis & inſtitis vinctus iacuerat in ſepulchro.

Gen.29.c
Matt.25.b
Eccl.10.a
Luc.13.b
Prou.5.d
Ioan.11.f

c ¶ *Et tu ſume tibi, &c.*] Quam nos vitiam interpretati ſumus, pro quo in Hebræo dicitur a כסמים Lxx. Theodotioque poſuerunt ὄλυραι, quam alij auenam,alij ſecalem putant. Aquilæ autem prima editio & Symmachus ζέα ſiue ζεῖαι interpretati ſunt, quas nos vel far,vel gentili Italiæ Pãnoniæque ſermone,ſpicam ſpeltamq;dicimus. In vaſe quoque Lxx. addidere ὀστρακίνῳ, id eſt, fictili. Iubetur autem propheta panem futurã, & inopiam populi Iſrael opere demonſtrare. Sicut enim in rerum omnium penuria, nõ quæruntur

a cuſſem mim.

E

runtur ciborum diuerſitates & deliciæ, ſed quo modo vẽter impleatur:ſic nunc propheta, frumentũ & hordeum,fabam lentem & milium,auenamq; mittit in vnum ſas,faciẽtq; trecentos nonaginta panes, quos per ſingulos dies comedat: qui panes habent vicenos ſiclos, id eſt ſtatheres. Siclus autẽ id eſt, ſtather, habet drachmas quatuor.Drachmæ autẽ octo, Latinam vnciam faciunt,ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur,quo trahitur magis anima, quã ſuſtẽtatur. Sterilitatẽ cibi, aquæ auget ſterilitas. Sextã enim partem menſuræ Hebraicæ quæ appellatur hin, iubetur per ſingulos dies bibere. Porro hin duos χοᾶς Atticos facit: quos nos appellare poſſum⁹ duos ſextarios Italicos,ita vt hin menſura ſit Iudaici ſextarij noſtriq; Caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiã partem ſextarij Italici. Quicibus & potus iuxta inclytum Oratorem non vires tribuit, ſed mortem prohibet. Quod autem dicit: *A tempore vſque ad tempus comedes* vel *bibes illud*: à veſpere vſq;ad veſperam ſignificat:licet quidam malè ab anno vſque ad annum intelligi putent. Ipſique panes inſtar hordeacei panis ſubcinericij fiũt. Diciturque ei, vt humano ſtercore operiat eos non ignorantibus his qui cõmeſuri ſunt(ſolet quippe inſcitia miſerias temperare)ſed videntibus,& in oculis eorum: vt ante aſpectus horrorem, quam guſtus nauſeam ſuſtineat. Notãdum quoq; ꝙ iuxta numerũ dierũ ſiniſtri lateris, trecẽti nonaginta ſubcinericij panes iubeantur fieri, & per ſingulos dies comedi, & de quadraginta dierũ dextri lateris panibus omnino taceatur: vt occultè ſancta ſcriptura inſinuet non eandem pœnam populi eſſe peccatoris, ſi tamen notitiam habeat Dei, & eius qui à religione veri Dei omnino diſceſſerit. Poſſumus autem & hoc dicere iuxta intelligentiã ſpiritualem, quod Iudaicus populus poſt offenſam Dei vſq; hodie ſubcinericios panes comedat,miſtos frumento, hordeo, faba, lente, milio, & auena: quorũ alter hominũ, alter iumentorũ cibus eſt. In eo enim quod videntur in vnũ Deũ credere, habent aliquid & frumẽti. Quod autem filiũ negant,hordeo iumentorũ paſcuntur& fabis, quibus comedentiũ venter inflatur, & mens opprimi dicitur:intantũ vt Pythagoreis quoque cibus deteſtabilis ſit. Propter lentẽ Eſau primogenita perdidit. Milium ruſticorũ & agreſtium & altilium cibus eſt. Auena ſiue vitia & olyra, bruta paſcuntur animalia. Quod autẽ ſcribitur iuxta Lxx. Helias fugiens Hiezabel inueniſſe panem ὀλυρίτου ſubcinericium,perſecutionis & penuriæ ſignum eſt. Vnde & à coruis paſcitur, vt quia cibum non inuenerat in Iſrael,nationum q̃ immundæ erãt,paſceretur alimentis.Lex quoque ipſa quam legunt & non intelligunt,ſubcinericius panis eſt,& opertus humano ſtercore. Quamobrem & Paulus Apoſtolus lucra legis, & priſtinarum ceremoniarum obſeruantiam, dicit ſe habuiſſe ſicut ſtercora,vt Chriſtum lucrifaceret.

Gen.25.
1 Reg.19.a
ἐγκρυφίας ἄνευ ἥπατος.
Phil.3.b
Zach.3.e
Oſee 13.c

a ¶ *Et dixit, &c.*] Prophetas iuxta Zachariam viros eſſe portentoſos, qui ſuis operibus futura portendat, & de quibus loquitur Deus:*In manibus prophetarum aſſimilatus ſum:* in multis locis creberrimè legimus. Sicut igitur Ezechiel panem comedit in ſtercore,ſic & filij Iſrael,vel omnis populus Iudæorum, ſiue vt alij putant decem tribus, comedent panem pollutum in nationibus: licet ad eos non ſit commixtio, qui iam electi ſunt: ſed ad eos qui eiiciendi ſunt de terra repromiſſionis. Quod cum propheta didiciſſet, iuxta Aquilam tertio deteſtatus eſt ah,ah,ah. Iuxta Symmachum verò& Lxx.reſpondit μηδαμῶς,quod Latinè dicitur, nequaquam. Pro quo Theodotio tranſtulit: O domine Deus. Nec putemus eũ contradicere domini imperio, ſed cauſas reddere imo deprecari,cur hoc facere non poſſit. Deniq; impetrat quod rogauit, & ſententiæ auſteritas, mitiori imperio temperata eſt. Quæritur cur Ezechiel faciliora renuerit, & Oſee ſcorto ſtatim fuerit copulatus, nec cõtradixerit, imo reſponderit, caſtum habere ſe corpus neq; cõmiſtione meretricis debere maculari, dicente apoſtolo: *Qui adhæret meretrici, vnũ cum ea corpus efficitur.* Ex quo oſtenditur figurã fuiſſe ſynagogæ vel eccleſiæ, non verè iuxta literã perpetratum q̃ ipſum exponentes prophetã pleniùs diſſeruimus. Morticinum dicitur,quod abſq; effuſione ſanguinis amittit vitã, & in quo moritur anima, laceratũ à beſtiis, quodGræcè appellatur θηριάλωτον, Quod autem pro humano ſtercore bouꝫ cõceditur fim⁹, leuiora ſignificatur malaadum iubetur quidem coctũ in bubulo ſtercore comedere panem, ſed ab humani ſtercoris lõge eſſe immũditia & vſq;hodie in populo Iudæorum ſeruatur iſta ſententia, vt non comedant panem ſuum in humano ſtercore. Neq; enim idolis ſeruiũt,nec varia dæmonũ portenta venerãtur ſed in fimo bubalo: dũm omnia propter carnẽ & vẽtrẽ, & terræ huius bona operantur ſecundũ quod dicitur: *Qui fecerit ea, viuet in eis.* Nos autem terrena cõtẽnimus,& nõ ſolũ humani ſtercoris calcamus cibos,ac terrenas delicias putamus eſſe pro nihilo:ſed comedim⁹ panem qui de cœlo deſcendit,& fruimur illo cibo,de quo pſalmiſta decantat:*Panem angelorum comedit homo*:nequaquam Ægyptiis carnibus,ſed mannæ tenuitate viuentes.

Oſee 1.b
1.Cor.6.d
Gal 3.b

H

Pſal.77.e

b ¶ *Et dixit, &c.*] Verbum Hebraicum ב מת prima Aquilæ editio baculũ,ſecunda & Symmach⁹ Theodotioq; στρέμμα, id eſt, firmamentum interpretati ſunt.Quod autẽ opere futurum eſſe monſtrauerat, ſermone demonſtrat:omniſque ſiniſtri & dextri lateris dormitio, & ſubcinericij panis,ſexq; ſpecierum varietate commiſti, mundi mala ſignificans, illo tendit,vt inediam ciborum in Hieruſalem, & aquæ penuriã incredibilem proteſtetur: ita vt vnuſquiſque corruat ad fratrem ſuum,ab alio auxilium ſperans,quod in ſe eſſe nõ peruidet. Naturæ enim hominum eſt, vt prementibus malis & anguſtiarum pondere, in proximo magis quam in ſe habeãt fiduciam, contabeſcuntque in iniquitatibus ſuis, dum pro iniquitatibus cuncta patiũtur. Vereorque ne iſta panis cõtritio etiam in noſtra inueniatur Hieruſalẽ, in qua viſio pacis cernitur, quem conteret dominus quando iraſcitur, & indignos nos ſuo iudicat pane. Atq;vtinam ſaltem in ponderẽ eum & ſollicitudine mereamur accipere, & acentem linguã nimia ſiccitate, extremus Lazari digitus irroret. Deficiente autẽ pane & aqua eccleſiæ, corruet vir cõtra fratrem ſuũ &, vbique diſcordia eſt, ſcindentibus nobis Chriſti tunicam quam nec milites in paſſione Saluatoris ſcindere auſi ſunt,& contabeſcentibus in iniquitatibus noſtris, dum Dei iuſtitiã non habemus. Scriptũ eſt in Hieremia, ꝙ *paruuli*, id eſt,vulgus eccleſiæ,*petierint panem & non fuerit qui eis frangeret.* Paulus verò qui vir eccleſiæ erat,& ſciebat Chriſtũ panes fregiſſe legales,ac dediſſe diſcipulis erogandos: loquitur confidenter: *Panem quem frangimus, nonne communicatio eſt corporis Chriſti?* Baculumque vel fortitudinem panis comedere non poſſunt,qui lacte infantiæ indigent, nec valent accipere ſolidum cibum. Nihilque ita veſcentis animum roborat,quo modo panis vitæ,de quo ſcriptum eſt: *Et panis confirmat cor hominis.*

Luc.16.f
Ioan.19.d
Thren.4.d
Matt.1.e
1.Cor.10.c
Pſal.103.c

Commentarij Primi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN SECVNDVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

LIBER SECVNDVS.

SECVNDI EXPLANATIONVM IN EZECHIELEM
VOLVMINIS, O VIRGO CHRISTI EVSTOCHIVM,
ISTVD EST EXORDIVM.

ET tu filij hominis sume tibi gladium, &c.] Pro tribus partibus capillorum & pilorum; quarum vna comburitur in medio ciuitatis, alia conciditur gladio in circuitu eius: tertia vento huc illucque rapienda dispergitur, de qua parum assumitur & ligatur in ora pallij, & rursum modicum quid partis tertiæ emittitur in ignem, de quo egreditur flamma in omnem domum Israel: Lxx. quatuor partes interpretati sunt. Cumque dixissent: Quartam partem igni combures in medio ciuitatis, & quartã concides gladio in circuitu eius, & quartam disperges in ventum: quia remanebat eis quarta pars alia: addiderunt de suo. *Et quartam partẽ assumes, & combures eam in medio ciuitatis:* quasi non sit ipsa quæ prima, & aliud quid in prima dixerit, aliud in ista quæ addita est. Denique & in consequentibus enigma capillorum in tres partes diuisorum, ipse dominus edisserit per prophetam dicens: *Tertia tui pars peste morietur, & fame consumetur in medio tui*: famem & pestilentiam ignem esse significans: *& tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo*: foris cædes ac bella describens. *Tertiam vero*, inquit, *partem tuam in omnem ventum dispergam*: eos esse demonstrans qui ducendi sunt in captiuitatẽ. Postquos dicit se nudare vel effundere gladiũ suũ, vt nec captiuitas nouissimum sit malorum: sumereque de ipsis dispersis atq; captiuis, & ligare in summitate pallij sui eos qui de captiuitate redituri sunt in Hierusalem, & ex ipsis quoque tollere aliquam partem, & igni flammaque consumere: significans Macedonas, sub quibus habitatores Iudææ, & præcipue Hierusalem dura perpessi sunt. Quod autem dicit, ex eo, id est, populo Iudæorũ: siue iuxta Lxx. ex ea: vt subaudiatur vrbe Hierusalem, egredietur ignis in omnẽ domũ Israel: Machabæorum narrat historia, quod quædam pars Iudæorũ se tradiderit Antiocho Epiphani, & eũ ad persecutionem populi concitauerit, & multa alia quæ in eadẽ scribuntur historia, & in Iosephi voluminib. præcipueq; dissensione Hyrcani & Alexandri, per quorum occasionem Cneus Pompeius cepit Hierusalem, & Romanæ ditioni subdidit: posteaque sub Tito & Vespasiano vrbs capta est, templumq; subuersum. Et post quinquaginta annos sub Ælio Hadriano vsque ad solum incensa ciuitas atque deleta est, ita vt pristinum quoque nomen amiserit. Quomodo autem in cæsarie & barba, pulchritudinis ac virilitatis indicium est quæ si radantur, fœda nuditas apparet, & vniuersi corporis pars extrema, atq; vt dicam emortua, in capillis atq; pilis est: ita Hierusalem & populus eius emortuus & à viuo Dei corpore separatus, fami ac pestilentiæ & cædi & gladio, captiuitati ac dispersioni traditur. De qua dispersione, sub figura capillorum aliqua pars ligatur in summitate pallij, vt modicum quid rursum tradatur incendio, de quo infinita flamma ac pene vniuersa deuastans, egreditur in omnem domum Israel.

CAP. V.

TAtu fili hominis sume tibi gladiũ acutum, quasi nouaculam tonsorum (siue radentem pilos) & assumes eum, & trahes per caput tuum & per barbam tuam, & assumes tibi statheram ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum conclusionis, & assumes tertiam partem & concides gladio in circuitu eius: tertiam vero aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui. Et ex eis rursum tolles, & proiicies eos in medium ignis, & combures eos igni. Ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. [b] Hæc dicit dominus Deus: Ista est Hierusalem: in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras: & cõtempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm gentes, & præcepta mea vltra quàm terræ, quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis nõ ambulauerunt. [d] Idcirco hæc dicit dominus Deus: Quia superastis gẽtes quæ in circuitu vestro sunt: in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea nõ fecistis, & iuxta iudicia gentiũ q̃ in circuitu vestro sunt, non estis operati. Ideo hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. Et faciam in te quæ non feci, & quibus similia non faciam propter omnes abominationes tuas. [a] Idcirco patres comedẽt filios in medio tui, & filij comedẽt patres suos: & faciã in te iudicia, & vẽtilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. [b] Idcirco viuo ego dicit dominus Deus: nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnib offensionibus tuis, & in cunctis abominationib. tuis: ego quoque confringam (siue iuxta Lxx. abiciam) te & non parcet oculus meus, & nõ miserebor. [c] Tertia tui pars peste morietur, & fame consumetur in medio tui, & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo. Tertiã vero partẽ tuã in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos. Et implebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum impleuero indignationem meam in eis. [d] Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus quæ in circuitu vestro sunt: siue pro eo quod occasio vestra est ex gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis: tertio retulit, Ideo. Primùm ita: *Ideo hæc dicit Dominus Deus, ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia.* Secundo: *Ideo patres comedẽt filios in medio tui.* Tertio: *Ideo viuo ego, dicit Dominus Deus: nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnib. offensionibus tuis,* & reliqua. Attamen notandum, quod vbi decora sunt & honesta ac pro merito eorum, qui ea sustinẽt: seipsum Deus facere profitetur. Vbi autem tristia & non digna Deo, dicit quidem fieri, sed non à se, vt in præsenti. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Non enim dixit, ego faciam vt patres comedant filios suos in medio tui, & filij comedant patres suos. Quod autẽ decorum erat, nec Dei maiestati videbatur indignum, ipsum se dicit facere. Sequitur enim: *Et faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum.* Tale quid & in maledictis Deuteronomij inuenire poterimus, & præcipuè in loco illo: *Glorificantes me glorificabo: qui autem me despiciunt, ad nihilum deducentur.* Eos enim qui se glorificant, ipse glorificat. Qui autem eum despiciunt non à Domino despicientur, vel deducentur ad nihilum: hoc enim sequebatur vt diceret: sed absolutè, deducentur ad nihilum: non à Deo, sed pro meritis suis atque peccatis. Legimus in Regum volumine, famis necessitate cogente à matre filium deuoratum. Iosepus quoque in obsidione Hierusalem, multa huiuscemodi facta commemorat. Quando autem patres filios comederint vel filij patres, nulla narrat historia: nisi fortè in multis necessitatis malis, etiam hæc facta esse, credendum sit. Potest hoc ipsum referri & ad nostram Hierusalem: quãdo magistri contra discipulos, id est, patres contra filios, & discipuli contra magistros, id est, filij aduersum patres, seditione mutua concitantur, & impletur illud quod per Apostolum dicitur: *Si autem inuicem mordetis & accusatis: videte ne ab inuicem consummamini.* Vnde & propheta mystico sermone cantabat: *Cum appropinquarent aduersum me qui affligunt me, vt comederent carnes meas.* Et Iob simile quid loquitur: *Si autem dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis de carnibus eius vt comedamus?* Et super magistris qui lucra sectantur de discipulis, salutisque eorum nullam curam gerunt, dicitur: *Qui deuorant populum meum sicut cibum panis.* De quibus & Euangelium: *Et comedunt*, inquit, *domos viduarum.* Possumus patres qui comederint filios, & filios qui comederint patres, non solum in Babylonia, sed & in Romana obsidione intelligere. Illud autem quod dicitur: Et ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum: magis ad Romanam pertinet captiuitatem: quando in toto orbe terrarum dispersi sunt. Et hæc est in omnem ventum capillorum barbæque dispersio.

b ¶ *Idcirco viuo, &c.*] Propriè hoc ad Hierusalem dicitur: quia sancta mea violasti nec deserens, & in templo meo idola coluisti: ego quoq; confringam omnia idola tua, & cõteram atque concidam siue abiciam te, quia prius abiecisti me, & non parcet oculus meus cum te videro, fami, gladio, seruituti colla submittere; nec miserebor, quia misericordiam meam non mereris Scriptum est enim: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hoc idem & in ecclesia intelligendũ est: quod magistris & sacerdotibus qui egerint negligẽter, possit Deus quotidie dicere: quia sancta mea violastis in cunctis offensionibus vestris, & in vniuersis abominationibus quæ egistis, ego quoque vos conteram atque confringam, reddamque per me quod in meum populum perpetrastis. De quo contra pastores hic idem propheta plenius loquitur, quod lanis ouium operiantur, & lacte vescantur & caseo: & fractum pecus ac morbidum non requirant.

c ¶ *Tertia tui pars peste, &c.*] Lxx. qui supra quatuor partes posuerant, quas in descriptione incendij, gladij & dispersionis, tres tantum esse sermo propheticus adprobauit, vt superfluo vna pars incendij in duas partes diuideretur. In hoc quoque loco eandem primam partem diuiserunt in duas, vt dicerent: *Quarta pars tui morte atteretur, & quarta pars tui fame consumetur in medio tui, & quarta pars tui cadet in circuitu tuo, & quartam partem tui in omnem ventum dispergam:* Licet hoc quod posuimus: *Et quarta pars tui in gladio cadet.* De Theodotionis editione sub asteriscis additum sit. Perspicuum est autem, vt Hebræa veritas contineat, tres esse partes. De quarum prima dicatur: *Et tertia tui pars peste morietur, & fame consumetur in medio tui.* Multoque melius fuerat transferre quod scriptum est, quam rei malæ translatæ patrocinium quærere. Ne hoc dicimus ab illis factum, quibus vetustas auctoritatem dedit: sed per multa sæcula, scriptorum atque lectorum vitio depraua tum. Quamquam & Aristeus & Iosephus, & omnis schola Iudæorum, quinque tantum libros Moysi à Lxx. translatos asserant. De quo capitulo quia supra diximus: nunc omittendum videtur: Hoc tantum addam, quod necessariam est in eo quod ait: *Et implebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis: & consolabor, & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum impleuero indignationem meam in eis.* Quo modo sentiendus sit furor & indignatio & zelus Dei, sæpe exposuimus: quod humanis Deus loquatur affectibus, non quo ipse irascatur, sed quo nos per pœnas atque cruciatus Deum sentiamus iratum. Zelus autem sub metaphora viri & vxoris accipiendus: qui quamdiu vxorem diligit, zelotypus est: si neglexerit, dicit illud quod in consequẽtibus dicturi sumus: *Zelus meus recedet à te, & vltra nõ irascar tibi.* Quodque iungitur: *Et scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo*: non illi qui consumpti sunt fame & pestilentia, nec qui gladio ceciderunt in circuitu ciuitatis, sed illi qui dispergentur in omnem ventum, aliorum mortibus suisque miseriis sentient iratum Deum, quem clementem sentire noluerunt.

d ¶ *Et dabo te in desertum & in opprobrium, &c.*] Quodque sequitur, & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt: In Lxx. non habetur: pro quo addiderunt de suo, & filias tuas in circuitu tuo. Rursumque iuxta vtramq; editionem, in conspectu omnis prætereuntis. Prodest autem Hierusalem omnia in ea vitia desolari, & ad desertũ redigi, & sua eam peccata cognoscere, vt quæ cæteris gentibus in exemplum virtutem esse debuerat, sit exemplum miseriarũ.

2 Mac. 6. c Ioseph. lib. 12. antiq. cap. 7. Idem lib. 1. de bello Iud. cap. 6.

אין ἐκκενώσω.

Psal. 84. b Ibid. 73. c

Ibid. 73. c

1. Reg. 2.

4. Reg. 6. f Lib. 7. de bello iud. c. 8.

Gal. 5. c Psal. 26. a Iob. 31. d Sic. 70. Psal. 52. a Matt. 23. b Mar. 12. d Luc. 20. g

Luc. 12. f cap. 6. 4

Matt. 5. h

Ioseph lib. 12. antiq. cap. 2.

Infr. 16. c

Filias autem eius, vrbes vel viculos intelligere possumus: siue ecclesias in toto orbe dispersas: vt quicumque huius peregrinus est sæculi, & dicit cum psalmista: *Aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei:* & de quo dicitur: *Non dixerunt qui præteribant: benedictio Domini super vos*, videat opprobrium eus & doleat.

καὶ ὄνειδος καὶ βλασφημία καὶ δειλαία.

2 ¶ *Et eris opprobriū & blasphemia, &c.*] Pro quo in Lxx. legitur: Et eris σπανιστὴ, id est, gemibilis. Et de Theodotione additum est, καὶ δειλαίᾳ, cuius verbi notitiam non habemus. Pro quo tres alij interpretes blasphemiam transtulerunt, quæ in Hebraico dicitur גדופה. Sequitur:

a gedopha.

b ¶ *Cum fecero in te iudicia in furore & indignatione, & in increpationibus, &c.*] Gemitu autem dignam Hierusalē cum offenderet Deum, vt faceret in ea iudicia in furore & indignatione, testatur & Paulus, qui dicit: *Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.* Et iterum: *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus aggrauati.* Loquimurque cum Hierusalem: iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei, δειλαίσω vel δειλαίαν quidam infelicem & miseram, alij perspicuam & expositam ad miserias intelligi volunt.

Ephes. 2. a
2. Cor. 5. b
Mich. 7. b

B

c ¶ *Quando misero sagittas famis pessimas in eos, quæ erūt, &c.*] Famem & pestilentiam & bestias pessimas, & quidquid aliud malorum sustinemus in sæculo, propter nostra venire peccata manifestū est. Vnde & fames illa quæ facta memoratur in Ruth, & in Regum volumine sub Helia, quando tribus annis & sex mensibus cœlum clausum est: & sub Heliseo, cuius incredibilem inopiam repentina abundantia compensauit, Dei iudicio missa est. Quod non solum tunc in Hierusalem factum est, sed & in nostra fit Hierusalem: in qua propter magnitudinem peccatorum, primum fames mittitur audiendi sermonem Dei. Deinde famem mors sequitur: vt qui non audiunt, *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus*: postea sentiamus, mors peccatorum pessima est. De firmamento & baculo panis, supra diximus.

Ruth. 1. a
3. Reg. 17. a
4. Reg. 6. f
Psal 33. b
Ibid. d
Sup. 4. d

d ¶ *Et immittam in vos famem & bestias, &c.*] Bestias pessimas induci super terram solitudinis, quæ fame & gladio & peste vastata est, præsentia quoque ostendunt tempora, quādo familiaria animalia, canes, in dominorum carnes rabie concitantur, & vrsis ac lupis, cunctisque aliis generibus bestiarum terra completur: pestilentiamque & sanguinem transire per eam, morbum gladiumque significat. Sed & in nostram Hierusalem mittuntur bestiæ pessimæ, quando tradimur in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum, & conscientiam peccatorum, quæ excruciant atque dilacerant animum nostrum. Dissensiones, hæreses, schismata, æmulationes, inuidiæ, tristitiæ, detractiones, desideria mala, auaritia, quæ est radix omnium malorum, bestiæ pessimæ sunt. Quæ cum fuerint in nobis, meremur audire: *Corripiet te præuaricatio tua.* Precamurque & dicimus: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.*

Rom. 1. d
2. Cor. 12. g
Ezech 2. d
Psal. 73. d

CAPVT VI.

ET *factus est sermo domini ad me dicens, &c.*] Quod sæpe in hoc propheta dicitur Adonai Dominus, propter Græcos & Latinos qui Hebrææ linguæ non habent scientiam, breuiter exponendum videtur. Adonai vnum nomen est de decem vocabulis Dei, & significat dominum: quo sæpe & in hominibus vtimur. Denique & Sara vocans Abraham dominum suum, hoc vocabat nomine. Et vbi dicitur: *Domini mei rex*, adonai scriptum est. Quando igitur duo, Domini & Domini, iuncta sunt nomina: ptius nomen commune est, secundum propriè Dei, quod appellatur ἄῤῥητον, id est, ineffabile, & quod scriptum fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte pontificis. Montes autem Israel, qui simulacris dæmonum fuerant occupati: non auribus, sed imperio ac potentia conditoris, suum audiunt & intelligūt creatorem. Quo modo *mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum*: non vtiq; carnis oculis quibus carebat. Et ad mare dicitur: *Tace, obmutesce*: Et ventorum flatibus imperatur: Iubeturque vermi, qui Ionæ percussit vmbraculū. Et de eadem terra scriptum est: *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Ad quos propheta loquitur, indicans idola destruenda & aras, vniuersasque ceremonias, quibus prius idolis seruierant, cōterendas. Possumus montes Israel, & principes accipere eos, qui potentia, sapientiaque & scientia, ac diuitiis præcellebant. Et hoc animaduertendum, quod obfirmatur quidem facies & ponitur contra montes: sed nequaquam solis montibus, sed & collibus loquitur, & rupibus, & vallibus, in quibus inferior dignitas, & gradus prudentiæ scientiæque cognoscitur. Videntur mihi tropologicè montes esse, qui ad perfectam scientiam peruenerunt. Colles, qui paulo inferiores sunt. Rupes, qui nullam habentes scientiam, & tantum in conuersatione fidentes, aliqua sibi de scripturarum interpretatione præsumunt, habentes iuxta Apostolum zelum Dei, *sed non secundum scientiam.* Valles autem appellari nouissimos in ecclesia: qui & vita & scientia inferiores, tamen de conuentu familiæ dominicæ non recedunt. Qui omnes verbum Dei iubentur audire: vt vnusquisque pro suo modulo & sensu intelligat quid dominus præcipiat.

Gen. 18. b
Exod. 18. f
Psal. 113. d
Mar. 4. d
Ionæ 4. c
Psal. 103. d
Rom 10. d
1. Cor. 8. b

f ¶ *Ecce ergo inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, Et demoliar aras vestras, & confringentur simulacra vestra, & deiiciam interfectos vestros ante idola vestra, &c.*] Montibus dicitur Israel, quod disperdat Deus excelsa eorum, in quibus adorabant homines fictos Deos, & aras simulacraque confringat, & cultores eorum in conspectu phanorum interfici faciat: vt iaceant cadauera mortuorum, vbi prius iacebant hostiæ, & dispergantur ossa, non montium, sed eorum qui iacebant in montibus, in circuitu ararum, & in cunctis vrbibus viculisque Israel. Hoc iuxta literam. Alioquin & super eos qui eriguntur in superbiam, & de quibus Apostolus loquitur: *Scientia inflat, charitas autem ædificat*: inducitur gladius, vt omnia eorum simulacra, quæ de suo finxerunt animo conterantur, & interfecti iaceant & mortuos se esse sentiant: nihil sibi simulacra sua atque figmenta prodesse cernentes. Quodque dispergere se dicit ossa montium circa aras, fortissimos quosque eorum à se mutuo indicat separandos. Prodest enim peruersæ scientiæ malos à malis diuidi. Et vt illi qui consensu pessimo ædificabant turrem pro vtilitate propria, dissipati sunt; diuisæque linguæ eorum, ne consensus pessimus peiores eos faceret: ita ossa montium dispergentur, vt vanos conatus suos intelligant. Hoc quod nos posuimus: *Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum*: in Lxx. non habetur.

Gen. 11. d

a ¶ *Vrbes*

E

a ¶ *Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur, & interibunt aræ vestræ, &c.*] Causa perspicua cur vrbes montium deserendæ sint, scilicet vt demoliantur excelsa, aræq; & idola destruantur, & delubra pereant, & omnis simulacrorum cultura desistat: cadantq; interfecti in medio montium, & sciant quoniā ipse sit dominus. Per quæ occasio nobis datur, spiritualem magis intelligentiā sequi: vt vrbes hæreticorum, quæ interpretantur ecclesiæ, & excelsa superbiæ eorū, & aræ peruersorum dogmatum confringantur; & idola pereant, quæ de suo sibi corde simularant, & conterantur delubra non tēpla, quæ cōtra tēplum domini surrexerāt, Græcoq; sermone appellantur πυθῶνα, id est fana atque delubra, & omnia opera montium conterantur, quæ nō opera Dei sunt, sed magistrorum falsæ scientiæ. Cumq; ceciderint interfecti in medio montium, vel quos ipsi montes interfecerāt, vel ecclesiastici viri qui eos male viuentes in salutem suam occiderāt: tunc finis erit montium superborū, vt cognoscant quod ipse sit dominus. Potest autem fieri vt de vno populo montium Israel, aliis interfectis cognoscāt alij. *Pestilente* enim *flagellato, stultus astutior erit.*

Pro 19. d

F

b ¶ *Et relinquam in vobis eos, &c.*] Illud quod dominus loquitur ad Heliam: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerūt genu Baal*, & Paulus Apostolus scribit: *Et nunc in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt*: potest huic capitulo conuenire. Et Apostoli enim, qui erant de semine Israel, & gladium fugerant, idcirco sunt reseruati, vt dispergerentur in terris, & in gentibus euangelium prædicarent, ac recordarentur in gentibus Dei, in quibus captiuitatis tempore versabantur. Potest autem & hoc dici, quod ideo aliqui de captiuitate Iudaica reseruati sint, vt in gentibus recordarentur nominis eius, illiusque potentiam prædicarent. De hæreticorum quoque populus, qui euadere potuerint gladium perditionis eorum, & pessimam factionem, quæ contra Deū fuerat concitata, huc illuque dispersi, recordabuntur nominis Dei agentes pœnitentiam, & captos se à viris ecclesiasticis exultabunt.

3. Reg. 19. d
Rom. 11. a

c ¶ *Quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me, &c.*] Multa de hoc capitulo à Septuaginta prætermissa sūt, illudque mutatum: *Iuraui corde eorum fornicanti* Pro quo nos posuimus: *cōtriui cor eorum fornicans.* Iurauit autē atq; decreuit se facturum esse quæ opere monstrauit: siue contriuit fornicans cor, & recedens à Deo, eorum de quibus per Osee dominus loquitur: *Spiritu fornicationis seducti sunt.* Et oculos fornicantes post idola, per quorum fenestras mors intrasse perhibetur. Quam ob causam & in Daniele duo presbyteri præceperunt reuelari Susannam, vt nudati corporis decore fruerentur. Nec frustra locutus est dominus vt faceret malū vel mala, quando ad comminationem eius agunt pœnitentiam, qui sententiæ subiacebant. Sin autem cor durum sit & indomabile, ne per pœnas quidem sentiens beneficia corrigentis, dicitur ad eos: *Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non recepistis.* Prodest autem & hæreticis vt conteratur cor eorum, thesaurus pessimas dogmatum peruersorum, quia recessit à domino, & fornicantes oculi post adinuētiones suas. Qui cum domini fuerint recordati, displicebunt sibi in vniuersis abominationibus suis, & intelligentes veræ fidei veritatem, scient quia ipse sit dominus. Qui idcirco sæpe infert tribulationem, quæ patientibus perniciosa videtur & pessima, vt ad pœnitudinem conuertantur.

Osee. 4. e
Hier. 9. f
Dan. 13. d
Hier. 5. f
Sus. 70.

d ¶ *Hæc dicit dominus Deus: percute manu tua & allide pedem tuum, &c.*] Magnitudinem peccatorum iubetur propheta manibus pedibusque ac sermone monstrare: vt gestu corporis & indignatione vocis, habitum stupentis mirantisque & plorantis ostendat. Quo modo enim si quando nouum aliquid mirandumque conspicimus, tam corpore quam animo perhorrescimus, ita vt cōplodamus manus, & pedes allidamus ad terram, & vocē inclinemus ad fletum: sic nunc oculis animi propheta cernens ventura supplicia, ad vniuersas abominationes malorū domus Israel loquitur quę sequūtur. Percutim⁹ spiritualiter manu, quando à malis operib. nos separamus. Allidimus pedē quādo nō gradimur itinere peccatorum. Plāgimus atque plorāmus, quando nobis displicent quæ geruntur: Quod ostenditur verbo, heu. Pro quo Aquila interpretat⁹ est οὐαί, Symmachus χελίασον quod significat lamentare vel plange. Septuaginta & Theodotio ἔνθα quod magis insultantis est quam plāgentis.

e ¶ *Qui gladio fame & peste rnituri sunt.*] Hæc est autem causa plangendi, quod habitatores mōtium & ararum idolorumque cultores, gladio, fame, & peste ruituri sunt. Qui variis ducūtur erroribus, & quotidiè mutant fidē, circumferunturque omni vento doctrinæ: isti cæduntur gladio, & diuiduntur in partes, vnitatem ecclesiasticæ fidei relinquentes. Qui vero spirituales nō habet cibos, fame morietur: nescientes eum qui dixit: *Ego sum vita.* Porro qui vel singulis vel pluribus deditus vitiis, ab eis non potest separari: quasi quodam veterno pestilentiæ corruit.

H

Ioan. 14. c

f ¶ *Qui longe est, peste morietur: qui autem prope est, gladio corruet, &c.*] Qui obsidionē vrbis effugerit, & ad deserta migrauerit, peste morietur; qui prope fuerit, cadet hostium gladio. Quem autem circumdederit hostilis exercitus, fame interibit & penuria, in hisque omnibus implebitur indignatio Dei, vt cognoscant qui remanserint, quia ipse sit dominus. Qui ab ecclesia quoque recesserit statim peste morietur. Qui sciolus sibi videtur & diligens, nisi cauerit, gladio ferietur inimici. Qui simplici contentus fide, instar brutorum animantium versatur quidem in ecclesia, sed tamen in nullo bono opere proficit, nec imitator est formicæ, quæ in messe præparat sibi cibos atque comportat: iste fame morietur, & in omnibus his implebitur ira domini.

Pro. 6.

g ¶ *Et scietis quia ego dominus, cū fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, per circuitū ararū vestrarum, in omni colle excelso, in cunctis sum. &c.*] Perspicuum est iuxta literam, & interpretatione non indiget, quod in montibus Israel & in excelsis collibus inter ipsa idolorum altaria lucosque, qui appellantur ligna nemorosa, Israeliticus sit cæsus exercitus, vt vbi peccauerant, ibi punirentur. Iuxta anagogen sequamur ordinem propositum. Quando magistri hæreticorum ab ecclesiasticis viris, qui instructi sunt scientia scripturarum, contriti fuerint atque superati, videmus interfectos peruersorum dogmatum iacere inter simulacra quæ finxerant, & eos qui se eleuabant contra scientiam Dei stratos in montib. collibusque subtus omne lignū nemorosum, qui habebant verba pompatica, vmbramque foliorum, & poma bonorum operum non habebant: qui erant sub omni quercu frondosa, quæ non affert fructus hominum, sed porcorum: vbi accenderunt thura redolentia non Deo, sed idolis suis. Nec dicere poterant quod de Noe scriptum est: *Odoratus est dominus odorem bonæ fragrantiæ,*

Gen. 8. b

A

&id quod Paulus loquitur: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.* Quo modo autem sanctus odore suo delectat Deum: sic peccator ex cuius persona psalmus ille cantatur: *Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ*: accendit idolis suis thura fœtentia. Id quod nos interpretati sumus, in cunctis summitatibus montiū. Et post paululum: *Et subter vniuersam cucurbitam frondosam*, Lxx. reliquerunt.

2. Cor. 2. d
Psal. 37. b

a. ¶ *Et extendam manum meam super eos*, &c.] O mōtes Israel, cū interfecti vestri, ceciderint in medio ararum idolorumq; vestrorum in omni colle excelso, in cunctis mōtium summitatibus: cum compleueroque lucos vestros cadauerib⁹ mortuorum, in quibus quondā accenderunt thura idolis suis redolentia: tunc extendam manū meam ad vltionem quæ fuerat hucusque contracta, & redigā vniuersam terram Israel in solitudinē à deserto Deblatha quæ est in terra Emath, quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ in cunctis habitationibus eorum, vt omnibus pateat nihil esse inter solitudinem & mare magnum, quod non hostilis mucro consumpserit. Multi putant eundem esse locum, de quo in Hieremia scriptum est: *Et apprehenderunt Sedechiam in deserto quod est iuxta Hiericho, & omnis comitatus eius diffugit ab eo.* Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblata, quæ est in terra Emath. Potest & ob vicinam similitudinem a ד & ר Hebraicarum literarum, quæ paruo apice distinguuntur: vel Deblata vel Reblata appellari. Iuxta mysticos autem intellectus, extendit dominus manum suam super omnes qui hæretico fuerant errore decepti, vt terram eorum, quæ interpretatur ecclesia, faciat desolatam à deserto Deblata, quod in lingua nostra מחלמות, hoc est massam sicorum sonat, carycarumque inter se compactarū, vt postquā in simulata dulcedine, quæ non erat terræ cultæ, sed solitudinis, amaritudinē repererint, tunc cognoscant, quia ipse sit domin⁹. Mel enim distillat de labiis mulieris meretricis: quæ ad tempus impinguat vescentium fauces, & postea amarius felle reperitur. Hoc significant & duo calathi sicorū qui positi sunt in Hieremia contra faciem templi: vnus sicorū optimarum, & vnus pessimarum: quorum alter ad ecclesiam Christi refertur: alter ad congregationem malignantium.

דבלתה

a dileth.
b res.

B

Hier. 39. b

דבלתה

Prou. 5. a

Hier. 24. a

CAPVT VII.

Et b factus est sermo domini ad me dicens: &c.] Finis venit, venit finis super quatuor alas terræ. Quas nos plagas mundi interpretati sumus: orientem videlicet & occidentem, meridiem, & septentrionem. De quibus alis & Esaias loquitur: *Domine ab alis*, siue *à finibus terræ portenta audiuimus*: quæ in toto orbe per Apostolos gerebantur. Et de sanctis scriptum est: *Si dormieritis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Vnde & dominus cum appropinquasset, & vidisset Hierusalem, fleuit & dixit: *Quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.* Iste est qui in Deuteronomij cantico expandens alas suas, suscepit eos & assumpsit eos in humeris suis. Quidam spirituales alas terræ: quib⁹ ad cælestia subuolamus, quatuor ponit genera credentium, domum Aaron, & domū Leui, & domum Israel, & timentes dominum. De quibus & psalmista canit: *Domus Israel benedicite dominum: domus Aaron benedicite dominum: domus Leui benedicite dominum: qui timetis dominū benedicite dominum.* In Aaron, sacerdotium: in Leui, ædituos & ministros: in Israel, cunctum populum, in timentibus dominum, proselytos intelligens. Nos autem simpliciter explanandum putamus, quod post comminationem montiū Israel, ad omnem terram Israel siue decem siue duodecim tribuum sermo propheticus dirigatur, & nequaquā propheta venturā prænunciet, sed iam ingruentem videat captiuitatē. Quinto enim anno Sedechiæ cœpit Ezechiel in Babylon prophetare captiuis, & anno nono venit Nabuchodonosor & obsedit Hierusalem, cepitque eam anno vndecimo. Sedechiæ. Ex quibus perspicuum est venisse finem & appropinquasse, non super montes & colles, rupesq; & valles, sed super quatuor plagas terræ ex omni parte Israel, non omnis terræ (quod si dixisset, de toto mundo credi poterat) sed terræ simpliciter, quod significat Israelis. Sic. n. cœperat: *Hæc dicit dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.*

Psal. 37. c
Matt. 23. d
Deut. 31. b
Psal 134. d

4 Reg. 25.

c ¶ *Nunc finis super te*, &c.] In hoc capitulo iuxta Lxx. interpretes ordo mutatus est atque cōfusus: ita vt prima nouissima sint, & nouissima in prima vel media: ipsaque media nunc ad extrema nūc ad principia trāsferantur. Ex quo nos & ipsum Hebraicum, &cæteros sequuti interpretes ordinem posuimus veritatis. Ad terrā igitur Israel sermo dirigitur, quod venerit super eā finis & consummatio, & emittat dominus furorem suum in eam: non iniustum & tantum de indignatione venientē, sed plenum æquitatis atque rationis: vt iudicet eam secundum vias suas & ostendat illi omnes abominationes suas: vt recordetur operum suorum & intelligat quid male gesserit. Quod autē dicit: *Non parcet, oculus meus super te, & non miserebor*: quasi clementissimus medicus incidere cupiēs putridas carnes, & cariosa vulnera adurere cauterio, nō parcit vt parcat: nō misereturvt magis misereatur: ne quid putridum viuaſque carnes sui vicinia corrupturum, remaneat in corpore: *Percutit* autē *dominus quē diligit, & castigat omnē filium quem recipit.* Cuius intelligentiæ est: Ego percutiā, & ego sanabo. Omnis enim medicina ad tempus habet amaritudinē: sed postea fructus doloris sanitate mōstratur. Tale quid & per Amos loquitur Deus. *Quomā vos cognoui de vniuersis tribubus terræ: idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra. Nouit enim dominus eos qui eius sunt.* Et vias, inquit, illius, totiusq; vitæ egressum, abominationesque & maculas ponam in medio eius: vt ante oculos peccatricis, quæ pro sanitate punitur, pristina peccata ponantur. Cumque hoc fecerit dominus, scient qui cruciati sunt, quod ipse sit dominus. Hoc ipsum sonat & illud testimonium: *Vlciscar Iacob secundum vias suas, & iuxta adinuentiones eius reddam illi.*

Heb. 13. b

D

Deut. 1. f
Amos 3. a
Sec. 70.
2. Tim. 2. i

Ezech. 8. a

d ¶ *Hæc dicit dominus Deus: Afflictio*, &c.] Hæc in Lxx. nō habentur, sed in editione eorum de translatione Theodotionis sub asteriscis addita sunt. Nos autē sequamur Hebraicum. Pro afflictione, quam iuxta Symmachū, qui interpretatus est κάκωσιν, perspicuitatis causa posuimus & in Hebraico רעה & in Græco κακία vel πονηρία scribitur, id est malitia. Dicitur autem quod extremum peccatorum terræ Israel tempus aduenerit: vt iam non effugiat sententiā Dei, q̄ longo tempore merebatur. Et quia necdum compleuerat peccata sua, propterea differebatur supplicium, secundum illud quod scriptum est: *Necdum enim completa sunt peccata Amorreorum.* Vnde & dominus ad Iudæos: *Et vos* ait, *implete mēsuram patrum vestrorum.* Venit tibi ergo miseria, venit afflictio, venitq; captiuitas. Et ne putes me rursum futura minitari, ostendo digito atque demonstro. *Ecce venit, finis venit, venit finis.* Qui hucusq; dormitare tibi videbatur & quiescere, euigilauit contra te repēte atq; surrexit. Venit cōtractio, quæ in Hebraico dicitur b תצפירה, & quam Aquila interpretatus est προσώπων, id est, contemplationem & prospectionem: quam semper pauida tibi venire metuebas, & quā interpretatus est Theodotio φλοκὴν, id est ordinem contextumque malorum omnium. Porro quod dicitur: *Super te qui habitas in terra*: iuxta illud Apocalypseos Ioannis debemus accipere: *Væ super omnes qui habitant in terra.* Sanctus enim non est habitator terræ, sed aduena atque peregrinus: dicitque: *Aduena sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.*

Gen. 15. d
Matth. 23. f

Gen. 47.

Apoc. 8. d

Psal. 38. c

Quam-

E

עברי

Quamobrem & Abraham Hebræus, id est, *περάτης* & peregrinus transitorque memoratur, de præsenti sæculo ad futurum transire festinans. Possumus hunc locum & spiritualiter interpretari contra populum Iudæorum, super quem venit finis consummatio à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quē interfecerunt inter templū & altare. Quādiu enim nō miserūt manus in filiū Dei dormitauit sententia eis domini, & dilata est. Quādo vero interfecerunt hæredē, vt periret hæreditas, nunc euigilauit aduersum eos, atque surrexit omnis ordo miseriarum atque perplexio, quia non quæsierunt cælestia, sed terræ hærere cupierūt.

Matt. 23. d

a ¶ *Venit tēpus prope est dies occisionis, & nō gloriæ mon.*] Verbum Hebraicū c חד חרים quod nos in duo verba diuisum, primum d חד, secundum e חרים iuxta Theodotionem gloriam montium interpretati sumus. Symmachus vertit in recrastinationem, dixitque. Et tēpus prope est: dies festinationis, & nō recrastinationis, Porro Septuaginta ita transtulerunt: *Venit tempus, appropinquauit dies, non cum perturbatione, neq; cum doloribus.* Theodotio: *Venit tēpus, prope est dies famis, & nō gloriæ montium.* Occisionis autem tempus & famis: nunc quoque in Iudaico populo comprobatur: non habēte prophetas nec verbum Dei, quo anima credentium pascitur. Montes autem magistros intellige, & qui habeant notitiam scripturarum. De quibus & in alio loco dicitur: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Porro Septuaginta qui dixerunt, non cum perturbatione, & non cū doloribus: illud significant quod tantam habeant ignorantię Dei & animi cæcitatem, vt nec turbentur in sceleribus suis, nec pœnitentiæ doloribus crucientur.

Psal. 75. a

ched harim.
d hed
e harim.

4. Reg. 24. b
4. Reg. 25. a

b ¶ *Nunc de propinquo effundam iram meam super te*, &c.] Si à quinto anno transmigrationis regis Iechoniæ vsque ad nonum annum regni Sedechiæ, quando venit Nabuchodonosor & obsedit Hierusalem supputare voluerimus tres anni erunt medij. Vnde rectè dicitur: *Nunc de propinquo effundam iram meam super te.* Nequaquam tibi ventura prædicam: nec comminabor quæ longe post futura sunt: nunc in te complebo furorem meum. Qui furor & ira nequaquam absque iudicio est: sed vt reddat vias tuas in caput tuum, & omnes abominationes tuas sentire te faciat. Possumus autem & de extrema captiuitate dicere, quod post interfectionem Christi, quando venit eis finis, & euigilauit aduersum eos peccatum impletum est illud quod scriptum est: *Nunc peruenit in eos ira Dei in finem.* Quando à Tito, & Vespasiano, Hierusalem circundata est, & aduenit desolatio eius, & impletum est: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*: tunc iudicati sunt iuxta vias suas, & blasphemias, quibus dominum negauerunt, & senserunt furorem Dei: & omnis indignatio eius super illos effusa est, receperuntque scelera sua, vt permaneat desolatio templi vsque ad consummationem.

Matt. 23. d

1. Thes. 2. c

c Cōplebo.

c ¶ *Et non parcet oculus meus, neq; miserebor*, &c.] Causas seueritatis & austeritatis, siue vt hæretici putant, crudelitatis Dei quod nō parcat oculus eius, nec misereatur, subiecit dicens. Vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, vt sentias quæ fecisti: & videns abominationes tuas, vel in conspectu tuo, vel in medio omnium positas, emendes errorem pœnitudine: & recedens à pristinis operibus cum oderis quæ fecisti, tūc sentias quod ipse sit dominus. Qui ideo percutit, vt emendat: *& castigat omnem filium quē recipit.*

Heb 12. b

d ¶ *Ecce dies, ecce venit: egressa est cōtractio: floruit virga*, &c.] Contracta est, inquit, dies & abbreuiata, instatque vicina captiuitas. Floruit virga quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructū plagarum parturiit. Superbia vestra germinauit, quod merebamini: vt super virgam impietatis vestræ, qua subiectos vobis impie cædebatis: consurgat iniquitas, quæ nō est ex miserabili populo, neq; ex eis qui instar brutorum animantiū ducuntur à magistris: neque ex clamore eorū & sonitu, quo frustra vociferantur, à sacerdotib. pharisæisq. seducti: vt consona voce clamarēt, & dicerēt: *Crucifige, crucifige talem.* Vnde nō erit eis requies, sed æterna captiuitas. Porro Septuaginta iuxta illum sensum in quo scribitur: *neque enim scitis, quid vētura pariat dies*, dixerunt: Ecce dies parit q̄ multo ante conceperat, venitque finis, & egressa est cōplexio, quæ mala vestra omnia cōplectatur, & teneat, siue vt Symachus interpretat⁹ est, inspectio: vt omnia videat Deus, quæ fecistis, & consideret opera vestra, & reddat vnicuique q̄ meretur. In eo autē quod ipsi similiter transtulerūt floruit virga: illo testimonio vti possumus: *Ne auferas virgā à filio tuo.* Et Apostolus: *Quid vultis. In virga veniā ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Sed & Deus ore Psalmistæ resonat: *Visitabo in virga iniquitates eorū, & in flagellis peccata eorum: misericordiam autē meam non auferam ab eis.* Ideo ergo dominus visitat & percutit, vt oriatur & pareat omnis superbia, quæ diu latebat inclusa, & suscitetur iniuria, contra ortam & germinantem superbiam, conteraturque fortitudo iniqui, non cum perturbatione, neque cum festinatione. Finis enim florentis virgæ sanitas est, atque correctio, quę non eorum merito venit, qui corripiuntur, nec pulchritudine, quam in se non habent, sed misericordia domini. Locus difficilis, & inter Hebraicum, & Septuaginta multū discrepans, quibus pleraque de Theodotionis editione addita sunt vt aliquam habere consequentiam viderentur.

Pro. 27. a

Ioan. 19. d

Pro. 13.
1. Cor. 4. d

Psal. 88. a

H

e ¶ *Venit tempus, appropinquauit dies.*] Non solum ad Hierusalem dicitur, quod venerit ei tempus captiuitatis, & appropinquauerit dies, quo Babylonio sit vallāda exercitu, sed & ei qui extructis & dilatatis horreis exultabat, domin⁹ loquitur: Stulte hac nocte auferetur anima tua à te, quæ autē præparasti, cuius, erunt? Vnde & Apostolus: *Tepus* ait *abbreuiatum est.* Et in eodem loco. *Præterit enim figura huius mundi.* Notandū quod non in futurū distulerit, sed de præsenti dixerit: præterit, & quotidie labitur figura mundi. Nunquam in eodem statu permanet, sed semper crescentium & decrescētium figura præteruolat, & mutatur. Vnde & dominus: *Cælum*, inquit, *& terra præteribit.* Sin autem hæc quibus ōnia quæ in mundo sunt continentur, prætereunt, atque pertrāseunt, quod potest in humanis rebus esse perpetuum.

Luc. 12. c.
1. Cor. 7. c

Matt. 24. b

f ¶ *Quiemit nō lætetur, & qui vēdit nō lugeat.*] Naturale est in possessionum emptione lætari, in venditione lugere. Cū autem instet seruitus, atque captiuitas: & gaudium & tristitia in vtroque sunt vana. Vnde & Apostolus: *Tempus*, inquit, *abbreuiatum est: de cætero qui habēt vxores, sic sint quasi non habeant, & qui flent, quasi non fleant, & qui gaudent quasi non gaudeant, & qui emunt quasi non possideāt: & qui vtuntur mūdo isto quasi non vtantur.* Nam & diluuium ementes oppressit atque vendentes, vt dominus loquitur in euangelio.

1. Cor. 7. æ

g ¶ *Quia ira super*, &c.] Hoc in Lxx. non habetur. Pro populo potest multitudo & turba iuxta Hebraicū accipi: hoc n. significat המון. Causaq; perspicua est q̄ idcirco qui emit gaudere nō debeat, & qui vēdit lugere desistat: quia ira dei in breui vētura sit sup oēm multitudinē terræ Iudææ siue Hierusalē.

Matt. 24. c

f humone

Ex superioribus enim intelligitur, in quibus scriptum est: Hæc dicit dominus Deus terræ Israel, &c.

a *Quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur.*] Iuxta Hebraicum morem loquitur. Omnis enim emptio ad venditorem reuertebatur quin quagesimo anno remissionis: qui apud illos vocatur iubileus. Ante igitur quã annus remissionis adueniat, quando possessiones ad priores dominos reuertuntur, ingruet captiuitas, quæ omnem vrbis auferet cõsuetudinẽ. Porro quod Septuaginta transtulerunt: *Quia qui emet, ad venditorem nõ reuertetur*: cum iuxta historiam penitus nõ cohæreat: iuxta Anagogen hunc sensum habere potest: vt dicamus eum, qui hæretico fuerat errore deceptus, cũ intellexerit magistri fraudulẽtiam, nequaquam reuerti ad venditorem: id est, ad magistrum: sed eum despicere, atq; contemnere.

b ¶ *Et adhuc in viuentibus vita eorũ*, &c.] Quo modo possessio non reuertetur ad priorẽ dominum euersione vrbis instãte: sic visio & cõminatio prophetalis, quę ad omnẽ multitudinẽ vrbis dirigitur, nequaquã regredietur & irrita fiet, sed rebus explebitur, viuẽtib. adhuc his ad quos prophetalis sermo dirigitur. Hoc autem ait vt ostendat imminentem captiuitatem: ne secundũ consuetudinẽ dicerent: Visio hæc in lõgos dies erit, & post tempora multa cõplebitur. Possumus & hoc dicere, quod postquam recesserit à Iudæis visio prophetalis. (Lex enim & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam, (post interfectionẽ saluatoris nequaquã regrediatur ad eos: nec vltra mereantur habere prophetas. Significanterque ad omnem, inquit, multitudinẽ visio non regredietur. Ergo regredietur ad eos qui ex Iudæis domino crediderunt, Apostolos videlicet, & reliquias populi Iudaici, quæ ex Israel saluæ factæ sunt. Sed nec isti duo versus habẽtur in Lxx. editione.

c ¶ *Et vir iniquitate vitæ suæ non confortabitur.*] Et est sensus iuxta Hebraicum: Non proderit homini iniquitas sua, nec ei præbebit aliquam fortitudinem. Iuxta Septuaginta. Et homo qui desiderauit, quod in mundo putauit esse pretiosum non obtinebit: sed libertate pereunte, amittetur omne quod pulchrum est: Ambiguitas autem Hebraicarum literarum & quæ tantum magnitudine discernuntur, fecit alios iniquitatem, alios oculos interpretari.

d ¶ *Canite tuba, præparentur omnes.*] De tubarum clangore & sonitu in multis locis legimus: vt ibi: *Sicut tuba exalta vocẽ tuam.* Et alibi: *Clangite in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Et in Apostolo: *Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo*: Et in euangelio, *Nolite tuba clangere ante vos.* Et tubas ductiles, atq; argenteas Numerorum narrat historia quæ sermoni prophetico comparatur, & doctrinæ Apostolicę. Præcipiturque nũc, vt omnes ad signum clangoris & buccinæ præparentur ad bella. Porro quod dixere Septuaginta, & iudicate omnia, nulli dubium est, quin apostolorũ conueniat potestati. Qui postquam cecinerit angelorum tuba, iudicaturi sunt in duodecim thronis duodecim tribus Israel. Quorum Paulus loquebatur: Angelos iudicabimus. Et alibi: *in vobis iudicabitur mundus.* Iuxta præsentem autem sensum iubentur per Ironiam hi qui huic officio mancipati sunt tuba clãgere, vt omnes contra Babylonium parentur exercitum.

e ¶ *Et non est*, &c.] Et hæc in Lxx. non habentur. Præceperat Deus vt tuba canerent ad exercitum præparandum, qui Babyloniorum posset resistere fortitudini, sed nihil profuit imperasse, cũ non sit in populo qui audeat ad bella procedere. Idcirco autem enervatus est populus, & caret virib. præliandi. Quia omnis ira Dei super omnem multitudinem eius, subaudiẽdum vrbis Hierusalem, siue terræ Iudææ. Sed & in nostra terra & Hierusalem, quando nos vel persecutio publica, vel variorum incentiua vitiorum superare nituntur, frustra magistri canunt tuba, & præparare nos ad bella festinant: cum nulla sit in populo fortitudo: quæ idcirco subtracta est, quia iram Dei præsentia meruere peccata.

f ¶ *Gladius foris, pestis, & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio mo. &c. quasi columbæ conuallium.*] Septuaginta colũbas conuallium: siue vt Theodotio transtulit, meditantes, omnino tacuerunt. Hocque quod nos interpretati sumus, oẽs trepidi vnusquisque in iniquitate sua: Theodotio transtulit: ita omnes mussitantes, vnaquæque in iniquitate sua: vt sub metaphora columbarum meditantium, significet vnũquemq; de populo suum flere peccatum: & intelligere atque sentire, cur ista patiatur. Tres autẽ partes aliorũ qui in vrbe pestilentia & quos fame moriãtur: & aliorũ gladius foris interficiet, & eorum qui captiuitatem fuga euaserint, supra legimus, quorum qui saluus fuerit, transibit ad montes, & instar mussitantium colũbarum, sua trepidus peccata deflebit. Tropologice vero sit accipiendũ, quod qui in agro, & campo est, extra fines dominicæ ciuitatis, quæ interpretatur ecclesia, aduersarij mucrone feriatur, qui autem in ciuitate egerit negligẽter, nec præparauit sibi cibos, de quibus in Prouerbiis scriptum est: *Qui operatur terram suam, replebitur panibus*, iste fame morietur, & pestilentia. Pauci autem, qui vel hæreticorum gladium, vel desidiæ suæ famem, mortemque vitauerint, non saluabuntur nisi in montibus, & nisi assumpserint alas columbæ, & auolauerint, & requieuerint. Quæ columbæ quandiu in vallibus sunt, trepidãt, & ad singula reformidant, quarum præcipimur imitari innocentiam, & de quibus in psalmo scriptum est: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* In cuius specie descendit Spiritus sanctus, & mansit super Dominum Saluatorem. Pulchre que iuxta Theodotionem vocabimus columbam meditantem, eum qui in lege domini, die ac nocte meditatur, & de quo est: *Os iusti meditabitur sapientiam.*

g ¶ *Omnes manus dissoluentur, & omnia*, &c.] Pro genibus, aquis fluentibus. Septuaginta transtulerunt, fœmora polluentur humore. Cũ autem omnes trepidauerint, & ad montana confugerint, manus omnium dissoluentur, & nullus cõtra hostes poterit resistere, pauorisque magnitudine vrinã polluet genua: nec valebit profluentes aquas vesica cohibere. Accingent se ciliciis, & tremor omnia possidebit. Hoc in illo populo factũ est, non solũ sub Babyloniis, sed & sub Romanis, quando peruenit in eos vsque ad finẽ ira Dei. Cæterũ & in nostra Iudæa, in qua est domini confessio, quando multiplicatæ fuerint iniquitates, & refrigauerit multorum charitas, omnes manus bonorum operum dissoluentur, & cuncta genua siue fœmora fluent aquis, eorum qui illicitos quæsierunt concubitus: & quos in lege τοὺς γονορῥόους, id est fluxum seminis sustinentes, & immundos scriptura cognominat. Vnde qui tales sunt debent se accingere ciliciis pœnitẽtiæ, & venturum iudicium formidare. Quod qui fecerit, merebitur Esaiam audire dicentem: *Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia roboramini.*

h ¶ *In omni facie confusio, & in vniuersis capitibus caluitium.*] Rubor vultus, pudoris indicium est: & conscientia peccatorum lucet in facie, spesque salutis est, quando delictum sequitur verecundia. Vnde ad eam quæ corde duro in suis peccatis gloriabatur, dictũ est: *Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere.* Caluitium quoque capitis, luctus est signum, quando perdit decorem cæsaries: & pulchritudinem comarum amittimus. Denique & ad Hierusalem dicitur:

Pro ornamento capitis tui habebis caluitium propter opera tua. Et alius propheta. *Omnia*, inquit, *capita in omni loco attõdentur: & omnis barba radetur.* Micheas quoque ad eandem Hierusalem: *Decaluare*, ait, *& tõdere super filios deliciarũ tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila.* Et super mortuis iubetur fieri caluitium. Soli autem sancti, hoc est, Nazaræi, & qui ad pontificatum domini meruerunt peruenire, non radunt capita sua. Neque enim habent mortis opera, nec immundi sunt: quia Nazaræi, id est, sancti domini sunt. Quod si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputabuntur sanctificationis eorũ. Samuel Dei sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta possedit: audiuitq; illud de Cantico canticorũ: *Cincinni tui nigri sicut coruus.* Porro Samson quia perdidit comã, perdidit fortitudinem: paulatimque renascentib. capillis, vires rediere pristinæ: vt multo plures moriẽs quam viuus occideret. Helisæus vero licet corporis haberet caluitium: tamẽ quia Nazaræus domini erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erãt, & necdũ ad ætatẽ viri peruenerant, illudentes caluitio eius atq; dicentes: Ascende calue, ascende calue: ferarum laniari sunt morsibus, quarũ saltus ac siluæ sunt habitaculum.

a ¶ *Argentum eorum foris proiicietur*, &c.] Fuga & captiuitate cogente, diuitias & auri argentique pondera proiiciẽt in plateis, suas tantum animas seruare cupiẽtes, ne sint põderi, quæ prius fuere luxuriæ. Alioquin & iuxta Anagogen, captiuorum atque fugientium de Hierusalem omne argentum proiicietur in plateis, *in lata & spatiosa via quæ ducit ad mortem*: quia angustam salutis semitam reliquerunt. Sed & omne aurum erit contemptui, vel in sterquilinium, atque immunditiam reputabitur. Non enim potest habere munditiam, quod extra domini ecclesiam est.

b ¶ *Argentum eorum*, &c.] Et hoc in Septuaginta non habetur. Nulli autem dubium quin obsidionis & famis tempore, aurum argentumque esurientes non liberet, & illisi pretiosissimo metallo dentes, instar duríssimi lapidis retundantur. Denique sequitur:

c ¶. *Animam suam non saturabunt: & ventres eorum*, &c.] Præsentibus malis didicimus multos diuites inter Sericum, gemmas, & auri argentique pondera egestate cõfectos, habuisse exitum mendicantium. Argentum autem & aurum eorum qui extra ecclesiam sunt, non liberare animas possidentium in die furoris domini, sed æternã eos habere famen, & inani ventre cruciari, ostendit illud testimonium, in quo dicitur: *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ.* Propriæ diuitiæ sunt, quas nos Christi veritas docuit, qui præcepit vt faciamus nobis *amicos de iniquo mammona, qui nos recipiant in æterna tabernacula.*

d ¶ *Quia scandalum iniquitatis*, &c.] Ideo inquit, possidentium aurum & argentum nec anima saturabitur, nec venter implebitur, quia hoc ipsum aurum & argentum, scandalum scelerum eorum factum est. Significat autem idola, quæ auro argentoque fabricata, suos condemnant artifices. Pro quo Lxx. transtulerunt, quia cruciatus iniquitatum eorum fuit vt in suo iniqui errore crucientur, & se intelligant male Dei munera in blasphemiam conuertisse.

e ¶ *Et ornamẽtu*, &c.] Quæ ego, inquit, dederã in ornamentum possidẽtium atque diuitias, illi verterũt in superbiam vt de quibus poterãt per eleemosynas & bona opera suam animam liberare, ex illis haberent materiã arrogantię. Denique ex auro & argento fecerunt idola, & mea munera in dæmonũ simulacra verterunt. Porro quod dixere Lxx. *Electa mundi in superbiam posuerunt*: ad aurum argentumque referendũ est, quibus in mundo nihil putatur esse pretiosius. Illudque quod sequitur: *Offendicula eorum*, sciamus de Theodotione additum: Facilis autem sensus est iuxta tropologiam, quod aurum & argentum, sensus & eloquia scripturarum, quæ electa sunt mundi, & quæ nobis in ornamentum data sunt, hæretici posuerunt in fomentum & materiam superbiæ, & imagines diuersorum dogmatum, & abominationum atque offendiculorum suorum fecerũt ex eis, vt per quæ poterant colere & adorare Deum, ex his Deum offenderint.

f ¶ *Propter hoc dedi eis illud in immunditiã*, &c.] Quia ex auro & argento, & ornamentis monilium, quæ dederam eis, imagines sibi abominationũ suarũ simulacrorumq; fecerunt propterea dedi eis illa in immunditiã & in stercora. Pro quibus Symmachus interpretatus est, nauseam volens idolorum sordes exprimere. Et tradã, inquit, ea in manus hostium, vt diripiant omnia & nõ tam contaminẽ, quam contaminata esse demonstrem, quæ prius videbãtur esse sanctissima. Nos quoq; tradimur in manus inimicorũ & alienorum à Deo, quando facimus ornamenta nostra simulacra dæmonũ, & omnis gloria nostra possidetur ab impiis siue pestilentibus terræ vt nos suæ subiiciant potestati.

g ¶ *Et auertam faciem meam ab eis, &c. & introibunt in illud emissarij.*] Siue vt Septuaginta transtulerunt, ἀφυλάκτως, id est temere, vel vt Symmachus, & Theodotio, irrumpentes & pestilentes. *Et contaminabunt illud.* Cum iniquit, per superiores causas abominationum populi auerto faciem meam ab eis, & nequaquam eos dignos meis oculis iudicauero, tunc violabũt arcanũ meum, quod significat sancta sanctorũ pro quo Septuaginta visitationem trãstulerunt, vt in sanctis Dei fuisse præsentiam demonstrarent, & irrumperent in ea impij & pestilentes terræ: quæ exceptis sacerdotibus soloque pontifice nullus alius audebat intrare. Quod scimus & à Babyloniis & à rege Antiocho, Cneoq; Pompeio, & ad extremum factum esse sub Vespasiano, & Tito, quando templum captum arque subuersum est, & omnia perpetrata, quæ sequens prophetæ sermo cõplectitur. Ob nostra quoque mala opera auertit Deus faciẽ suã, & quia auersa est facies, ideo Dei violatur arcanum, vt pro sacerdotibus & sanctis Dei pestilentes ingrediantur, & vniuersa contaminent, vt qui locus esse debuit sanctitatis, fiat locus immunditiæ, iuxta illud euangelicum: *Domus patris mei domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam spelunca latronum.*

h ¶ *Fac conclusionem*, &c.] Verbum Hebraicũ הרהוק Aquila, conclusionem: Symmachus & Theodotio κατάλωσιν, id confixionẽ interpretati sunt. Pro quo Lxx. posuere φυρμὸν, quod nos in perturbationẽ vertimus. Igitur ô propheta, irã meã super terrã Iudeã & super vrbẽ Hierusalẽ breui sermone cõclude, vt quo modo terra plena est iudicio sãguinũ. (Omnes. n. in sãguine iudicãtur, fundẽtes innoxiũ sanguinẽ: quod & in Nabuthę persona fecisse Iudęos scriptura cõmemorat.)

Esa. 58. a Psal. 80. a 1. Thes. 4. d Matt. 6. a Num. 10. a
Matt. 11. b
Matt. 19. d 1. Cor. 6. a
Esa. 3. d Iuer. 48. f Mich. 1. d
Deut. 14. a
Num. 6. d
1. Reg. 1. b
Cant. 5. a Sec. 70. Iud. 16. e
4. Reg. 9. d
Prou. 11. b
Esa. 15. d Sec. 70.
Hier. 3. b
Matt. 24. b
Prou. 13. b
Luc. 16.
Matt. 22. b
Mat. 7.

Sic ipsorum quoque fundatur cruor, & plena iniquitatis ciuitas demonstretur. Nam & sub Manasse repleta est vrbs Hierusalem à porta vsque ad portam sanguine prophetarum. Venietque eis conclusio & perturbatio atque confixio, vt nullus de imminentibus miseriis possit euadere.

a ¶ *Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domus eorum.*] Et hæc in Septuaginta non habentur. Pro sacerdotib., & prophetis, pessimos cunctarum gentium adducam Babylonios vt domos vestras possideant, vosque subiiciant seruituti. Sed & nostras domos, id est animas (templum enim sumus Dei, & Spiritus sanctus habitat in nobis,) possidebunt pessimi dæmones, si fuerit terra nostra plena sanguinibus, & habitatio plena iniquitatis.

b ¶ *Et quiescere faciam superbiam potentium*, &c.] Omnis superbia offendit Deum. Propterea pessimi gentium possidebunt domos potentium & superborum, & obtinebunt sanctuaria eorum: quia locum sanctimoniæ spurcus ingreditur, & sua eũ contaminat immunditia. Significãter autem, quia polluta fuerant sanctuaria Dei, & violatum arcanum eius, non dixit, possidebunt sanctuaria mea, sed sanctuaria eorum: quia post contaminationem mea esse cessarunt.

c ¶ *Angustia adest*, &c.] Iuxta superiorem ordinem, recte Aquila & Theodotio interpretati sunt, adesse angustiam: Symmachusque mœrorem. Septuaginta autem in medio vniuersorum tristium, verbum posuere lætitiæ: vt lugentis animus sustentetur, & speret inter aduersa meliora, dominũque propitium, de quo scriptum est: *Dominus erigit allisos*, Nos autem iuxta Symmachum priorem sententiam cum posteriore coniunximus, vt diceremus.

d ¶ *Angustia superueniente requirẽt pacẽ, & non erit.*] Quod iuxta Septuaginta omnino stare non potest. Si enim propitiatio veniet, quomodo quærent pacem & non inuenient? Quæret autem ille pacem & non inueniet, qui audiuit ab Apostolis: *Pax huic domui*: & non seruauit eam, nec fecit in sua mente requiescere, sed malis fugatam operibus non potest inuenire. Ipsa est autem pax *quæ exuperat omnem sensum*: & quam ad patrem victor ascendens saluator, Apostolis dereliquit.

e ¶ *Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum.*] Quomodo sanctis dicitur: *Gaudete*, iterum *dico gaudete* & de ipsis scriptum est: Ibunt de virtute in virtutẽ, vt præsentia bona, futuris bonis cumulent, sic & his super quos venit angustia, & qui quæsierunt pacem, & non inuenerunt eam, veniet conturbatio super conturbationem, siue væ super væ, iuxta quod & in Apocalypsi scriptum est: *Væ vnum abiit, & væ alterum veniet cito. Et auditus veniet super auditum*, nunciusque super nuncium, iuxta illud beati Iob: *Cum adhuc vnus loqueretur, venit alius nuncius*, mala augens malis, & appropinquantis Babylonij fremitum turbamque describens.

f ¶ *Et quærent visionem de propheta*, &c.] Proprie singula quæruntur à singulis. Vaticinium futurorũ quæritur à propheta. Legis interpretatio, sacerdotis officium est. Prudens consilium, ætas matura perquirit iuxta illud quod scriptum est: *In consilio sanctorum* & congregatione, magna opera domini. Hæc autem non solum eo tempore, quando Babylonius contra Hierusalem veniebat exercitus, à prophetis, sacerdotibus & senioribus quærebantur, sed quotidie in ecclesiis requiruntur. Quæ si visionem, legem, consilium que perdiderint, frustra prophetas & sacerdotes & seniores habere se iactant.

g ¶ *Rex lugebit & princeps induetur mœrore.*] Siue iuxta Septuaginta, interitu. Qui nescio quid volentes, hoc quod de Hebraico sermone expressimus, rex lugebit, omnino tacuerunt. Luxisse autem Sedechiam, & omnes principes populi Iudæorum fuisse mœrore confectos, sancta scriptura cõmemorat. Possumus autem (quanquam hoc prima fronte videatur esse blasphemum,) regem lugentem nostra vitia atque peccata Christum dicere, qui loquitur in psalmis: *Quæ vtilitas in sanguine meo dum descẽdo in corruptionẽ?* Et appropinquans Hierusalem fleuit super eam & dixit: *Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat sub alas pullos suos, & noluisti*: Principes quoque vel in bonam partem Apostoli erunt, qui lugent peccatores: vel in contrariam illi quibus dicitur: *Audite verbum domini principes Sodomorum*, Induetur que iuxta Septuaginta, interitu, qui non habet armaturam Dei, nec indutus est Christo. *Quotquot enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt.*

h ¶ *Et manus populi terræ conturbabitur.*] Siue iuxta Septuaginta, dissoluentur. Quando visio non fuerit in propheta, & legis scientia in sacerdote, & consilium in senibus, rexque luxerit, & princeps fuerit in mœrore siue in interitu, consequenter & populi manus conturbabuntur, suum perdentes ordinem, siue dissoluentur, antiquam fortitudinem non habentes. Pulchreque non populus Dei dicitur, cuius turbabuntur manus, & cuius non est municipatus in cælo, sed populus terræ, de quo scriptum est: *Recedentes à te super terram scribentur.*

i ¶ *Secundum viam eorum, faciam eis, & secundum iudicia eorũ iudicabo eos.*] Siue vt Septuaginta transtulerunt, vlciscar eos. Peccatoribus reddit Deus iuxta vias suas, vt teneat iudicij veritatem. Cæterum in sanctis excedit modum clementiæ. Neque enim condignæ sunt passiones temporis huius ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. *Stipendia* enim *peccati mors*, quam recipit peccator iuxta vias suas & opera sua. Cæterum iustorum virtus fruitur domini largitate, de qua Paulus loquitur: *Donum Dei vita æterna.* Quodque addidit, & secundum iudicia eorum iudicabo eos, illud euangelicum sonat: *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.* Et Apostolicum: *In quo enim iudicio iudicas alterum, teipsum condemnas*: Eadem enim operatis quæ iudicas.

k ¶ *Et scient quia ego dom.* &c.] Iste versiculus frequenter in hoc propheta ponitur, quod supplicia atque cruciatus sequatur scientia Dei, vt quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscant.

Commentarij Libri Secundi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN TERTIVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM
PROOEMIVM.

NIHIL longum est, quod finem habet: & omnis retro temporũ series transacta non prodest, nisi forte bonorum operum sibi viaticum præparauerit, quæ semper ad futura, imo ad æterna respiciunt, & nullis terminis coærctantur. Vera sententia est: Omnia orta occidunt, & aucta senescunt. Et alibi: Nihil est enim opere & manu factum, quod non conficiat, & consumat vetustas. Quis crederet vt totius orbis extructa victoriis Roma corrueret, vt ipsa suis populis & mater fieret, & sepulchrum: vt tota Orientis, Ægypti, Aphricæ litora olim dominatricis vrbis, seruorum & ancillarum numero complerentur: vt quotidie sancta Bethleem, nobiles quondam vtriusque sexus, atque omnibus diuitiis affluentes, susciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non possumus, condolemus, & lacrymas lacrymis iungimus, occupatique sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes videre non patimur, explanationes in Ezechielem & pene omne studium omisimus: scripturarumque cupimus verba in opera vertere: & non dicere sancta, sed facere. Vnde rursus à te commonti ô virgo Christi Eustochium, intermissum laborem repetimus: & tertium Volumen aggressi, tuo desiderio satisfacere desideramus: illud & te & cæteros qui lecturi sunt deprecantes: vt non vires nostras, sed votum consideret, quorum alterum fragilitatis humanæ, alterum sanctæ est in domino voluntatis.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM
LIBER TERTIVS.

CAP. VIII.

ET[a] factũ est in anno, &c.] Quinto anno transmigrationis Iechoniæ quarto mense, quinta mensis, supereriorem visionem factam ad prophetã legimus: Hæc autẽ quam nunc exponere volumus, sexto anno eiusdẽ regis, sexto mẽse, quinta mensis facta memoratur. Ex quo perspicuum est, post annũ & duos menses hæc facta quæ scripta sunt: & vel intermissam per annũ & duos menses prophetiã: vel per totos quatuordecim menses gesta, quæ superior sermo contexuit. Sexto autem anno, & sexto mense, & quinta die mensis: qui numeri ad fabricam mũdi referuntur, & carneos sensus qui terrena conspiciũt, & necdum cælestia contẽplantur, factam prophetiam non mirabitur, qui ad presbyteros Iuda sermonem dirigi intellexerit. E quibus septuaginta tenebãt thuribula, & viginti quinque in templo adorabant solem: sedebatque propheta in domo sua fugiens frequentiam multitudinis: & senes Iuda sedebant coram eo, vel prophetæ verba audire cupientes, vel insidiantes sermonibus eius. Significanterque dicuntur senes Iuda, vt nihil ad Israel, hoc est, ad decem tribus quæ prius captæ fuerant, sed ad eos qui de tribu Iuda cum Iechonia ducti erant in captiuitatem, dici intelligamus.

HEB. ET[a] factũ est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me.

HEB.
b Et cecidit super me ibi manus Domini Dei.
Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis: & à lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris: vt visio electri. c Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei.
d Et eleuauit me spiritus inter terrã & cœlum.
HEB.
e Et adduxit me in Hierusalẽ in visione Dei, iusta

SEPT.
Et facta est super me manus Adonai domini: & vidi, & ecce similitudo quasi species viri à lumbis eius, & deorsum ignis: & à lũbis eius & sursum quasi visio auræ, quasi visio electri. Et extendit similitudinem manus, & assumpsit me in fimbria verticis mei.

SEPT.
Et adduxit me in Hierusalem in visione Dei, ad

b ¶ *Et cecidit super me ibi manus domini*, &c.] Virũ, Hebræus sermo non continet. Visionem autẽ auræ, quæ in Lxx. non habetur: de Theodotione addidimus. Et pro eo quod nos diximus, cecidit super me manus domini: Symmachus transtulit, incidit mihi manus domini, quod in Hebraico dicitur a יחל. Manus autẽ ἐνέργεια, id est, opera significat, vt visionis possit sacramẽta cognoscere. Et hoc considerandũ quod non ipsas videat veritates, sed similitudinem ignis: qui à lumbis vsque deorsum ignis apparuit: & à lumbis sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri. Pro splendore, qui in Hebraico dicitur: b זהר auram Theodotio trãstulit: vt in supernis Dei refrigeria demonstret. Denique & in Regum volumine beatus Helias aduentum domini non in tẽpestate conturbatur & turbine: non in igne ardoribus, sed in aspectu auræ tenuis atque leniss imæ: vt Dei omnipotentis mãsuetudinem cõprobaret. Opera autem coitus, quæ significantur in lũbis, vsq; deorsum igne purgãtur. Et opera virtutũ, quæ à lũbis ad superiora consurgunt, splẽdorem habẽt atque fulgorẽ & tamen nec ignis vsq; ad pedes dicitur, nec splendor electrivsque ad caput, sed deorsũ & sursum: vt tã in peccatoribus quã in sanctis, pro diuersitate meritorũ, alius vsque ad illud & illud membrum: alius vsque ad illa, & illa perueniat. Et quo modo qui sanctitudinis perfectionẽ tenent, ad verticẽ vsque peruenĩũt: sic qui in peccatorũ profundo sunt, plãtas igneorũ pedum tenere credendi sum.

c ¶ *Et emissa similitudo*, &c.] Et hîc similitudo manus, non ipsa manus extenditur: neque enim in Deo aliquid corporale est: videturq; manus vt mẽbrũ humani corporis, atq. cõsueti, nequaq̃ terreat eũ qui assumitur atq; cõprehẽditur. Si. n. in colubri vel in qualiber alia bestiarum similitudine tetigisset prophetam, ipsa dissimilitudo membrorum terruisset assumptum. Parsque comprehẽditur capillorum: quia totius apprehensionem capitis humana natura non sustinet. Pro cincinno Lxx. transtulerũt κρόσσας δύο, i. fimbriã quorũ alterũ in capillis, alterũ in vestib. accipi solet.

d ¶ *Et eleuauit*, &c.] Primũ similitudine manũ apprehẽditur postea eleuatur à spiritu: qui spiritus non eũ statim ad cælum leuat, sed inter terrã & cælũ: vt terrena interim derelinquens, festinet ad cælũ. Possumus autẽ & hoc dicere, quod propter bona opera, propheta similitudine manus Dei apprehensus sit, & propter scientiam rerum spiritualiũ eleuetur à spiritu.

e ¶ *Et adduxit*, &c.] *vbi erat statua possidentis.*] Hoc autẽ quod in quibusdã codicibus reperitur: Et in statua imaginem zeli, de Theodotione additum est. Reliqua similiter. Quãdo dicit: *adduxit me in Hierusalem in visione Dei*, ostendit se non in corpore, sed in spiritu esse translatum. Iuxta quam visionem possumus & cœlos, & profunda maris & inferna conspicere: dum rationes singulorum cogitatione complectimur.

Primum autem venit ad vestibulum, quod respicit ad Aquilonem: vt ibi videat statuam idoli zeli ad prouocandā æmulationem: vt de illo loco possit ad interiora penetrare: & cernere reliqua, quæ postea describuntur. Statuam autem idoli Baal in templo Dei positam, narrat historia. Pulchreque appellatur idolum zeli: quia ad æmulationem & zelū, dominū prouocat, iuxta illud quod in Deuteronomio dicitur: *Ipsi me prouocauerunt ad zelum in eo qui non erat Deus: & ego prouocabo eos ad zelum in gente, quæ non est.* Porro quia zelus & possessio, quod Hebraice dicitur: c קנאה eodem appellantur nomine, pro statua zeli, Septuaginta, statuam possidentis, interpretati sunt. Denique quādo natus est Cain, *Possedi*, inquit parens *hominem per Deum*: possessione hominis ad Cain nomen alludens. Ibique erat gloria Dei Israel: non quod delectarent tali vicinia, sed vt sui pœnitētia idolum zeli templūque deleret. Vnde & subuersio vobis templique post breue tēpus sequitur. Et in Esaia scriptum est, quod lectus angustus nequaquā duos capiat, *& palliū breue vtrumque operire nō possit*: significante scriptura illud apostoli: *Qui consensus Christo & Belial? Templo Dei & idolo?* a ¶ *Et dixit ad me, &c. & ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu.*] Pro eo q nos posuimus: Ab Aquilone portæ altaris idolū zeli in ipso introitu, Septuaginta transtulerunt: Ab Aquilone ad portam Orientalem: quod in Hebraico non habetur: cętera quæ ibi scripta sunt relinquentes. Dixit, inquit, ad me: vel gloria Dei, quam in campo videram: vel spiritus qui me inter cœlum leuauit ac terram. Loquutusque est mihi, postquam me transtulit in Hierusalem, & fecit vel vrbem, vel templum videre: & imperauit vt leuarem oculos ad viam Aquilonis. Ibi enim statua Baal posita erat, quam vocat idolum zeli. in ipso portæ introitu. Qui autem idolum zeli siue possidentis, ad gloriam Dei vel ad spiritum referunt, impie faciunt: personam idoli, Dei maiestate mutantes.

b ¶ *Et dixit ad me: Fili hominis putasne vides tu quid isti faciāt*, &c.] Ne me inquit, putes iniuste templum deserere, & subuertendā relinquere ciuitatem: aspice quæ in templo faciāt. Cumque illa conspexeris, non putes finem esse scelerum, adhuc maiora conspicies. Quodquidem potest & de nostra Hierusalem, nostroque templo intelligi: quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum scelera operamur in tabernaculo Dei: & fornicamur cum his, quæ se militiæ & ministerio Dei vouerint: & sacrificiorum eius primitiua decerpimus: dantes in vsum clientum atque famulorum, & omnia lucri causa facimus. Sin autem hæc tam magna sunt quæ videmus, quanto maiora existimanda sunt, quæ humanam effugiunt conscientiam?

c ¶ *Et introduxit*, &c.] Hoc quod transtuli & vidi, & ecce foramen vnum in pariete: in Lxx. non habetur. Et quia omnia quasi in imagine picturaque mōstrantur: vnum in pariete foramen vidisse se dicit, iuberique sibi vt illud perfodiat, & amplius faciat: quo videlicet aperto foramine, latius posset intrare & videre, quæ foris positus videre non poterat. Per quod ostenditur, tam in ecclesiis, quam in singulis nobis per parua vitia maiora monstrari: & quasi per quædam foramina, ad abominationes maximas perueniri. *Ex fructibus enim arbor cognoscitur: & ex abundantia cordis, os loquitur.* Pro signo sunt interioris hominis verba erumpentia. Quomodo libidinosum, qui sua callide cælat vitia interdum turpis sermo demonstrat: & auaritiam latentem intrinsecus, parualæ rei cupido significat. Minoribus enim maiora monstrantur vultuque & oculis dissimulari non potest conscientia, dum luxuriosa & lasciua mens lucet in facie: & secreta cordis, motu corporis & gestibus indicantur.

d ¶ *Et ingressus vidi & ecce*, &c.] Non solum idolum zeli stabat in introitu portæ Aquilonis, sed & omnes templi parietes diuersis idolorum imaginibus pingebantur: vt nulla esset bestia, quam non parietis pictura monstraret. Hoc in delubris idolorum phanisque gētilium hucusque perspicimus, quod omnia genera bestiarum adoret stulta religio. Vnde & Virgilius ait: *Omnigenumque Deum monstra & latrator Anubis.* Quasi non & illa sint monstra quæ laudat contra Neptunum & Venerē, centráque Mineruam. Possumus & in nostri tēpli parietibus idola monstrare depicta, quando omnib. vitiis subiacemus: & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imagineſque diuersas. De quibus & in psalmo dicitur: *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis.* Et in alio loco: *Verūtamen in imagine perambulat homo.* Quod s. nullus hominum sit, qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quamobrem furiosis dicitur & iracundis: *Furor illis secundum similitudinē serpentis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium.* Et de hominibus nequam: *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere à futura ira?* Et de versipellibus ac frudulentis: Ite, *dicite vulpi huic.* Ac de amatoribus feminarum. *Equi insanientes in feminas facti sunt mihi*: *vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* De brutis quoque ac vecordibus: *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intelligentia.* Et iterum: *In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te.* Et multa huiusce modi. Hoc autem quod posuimus: *Et ecce omnis similitudo reptiliū & animantium*, in Lxx. non habetur.

e ¶ *Et septuaginta viri de senioribus domus Israel*, &c.] Quādo dicit septuaginta viros fuisse de senioribus domus Israel, qui tenebant thuribula manibus, ostēdit multos alios fuisse presbyteros, qui hoc non faciebant, sed forsitan peccatis aliis tenebantur, vnumque nomine Iezoniam filium Saphan stetisse in medio eorum quasi principem sceleris eorum atq; sacrilegij, qui omissa religione Dei, colebant idola: & in templo non adorabant Deum, cuius erat templum, sed picturas parietum. Pulchreq; dicitur: *Stabat Iezonias filius Saphan*, hoc est iudicij & condemnationis suæ in medio stantium presbyterorum: quia & princeps, & hi quorum princeps erat, firmo in sceleribus stabant gradu: nec fluctuabant in malo, sed robustissime persistebant: vaporque nebulæ & confusionis, ac turbinis, qui surgebat ex thure, offertēium sacrilegia demonstrabat. Hoc factum sit eo tempore iuxta literam. Cæterum & nobis orandum est, ne seniores domus Israel septenarium numerum, qui est sanctus, per septem decades multiplicātes stent in erroribus suis & adorent picturas idolorum: vaporque sacrilegij ascendat siue consurgat resistens Deo. Quando viderimus plebem pessimam congregatam: de qua scriptum est: *Odiui ecclesiam malignantium*, & peiores plebe præpositos, nequioremque principem, qui præfectus est plebi atque presbyteris: dicamus Iezoniam stantem antepi-

HEBR.
iuxta ostiū interi⁹ quod respic⁹bat ad Aquilonē, vb⁹rat statutū idolū zeli ad prouocandam æmulationē. Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem, quam videram in campo.

SEPT.
ad vestibulum portæ quæ respicit Aquilonem: vbi erat statua possidentis. Et ecce erat ibi gloria domini Dei Israel secundum visionem, quam vidi in campo.

a Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis: Et leuaui oculos meos ad viā Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu. b Et dixit ad me: Fili hominis, putasne vides tu quid isti faciant? abominationes magnas, quas dom⁹ Israel facit hic: vt procul recedam à sanctuario meo? Et adhuc conuersus videbis abominationes maiores. c Et introduxit ad me ad ostium atrij, & vidi, & ecce foramē vnū in pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietem: & cum perfodissem parietem, apparuit ostiū vnū. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. d Et ingressus vidi: & ecce omnis similitudo reptilium & animaliū abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totū. e Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas: & vnusquisque habebat turibulum in manu

Gen.4.a — Esa.28.e — 2.Cor.7.c — 2.Reg 2.e — Matt 7.8 — Psal.72.c — Psal.48.b — Psal.57.a — Mat.3.b — Luc: 13.g — Hier.5.b — Psal.31.b — Psal.25.b

ante picturas, & singulos habere thuribula in manibus suis: non Dei maiestatem, sed proprias sententias adorantes: & nequaquam odorem bonæ fragrantiæ ad Deum, sed fœtorem ad idola peruenire.

a ¶ *Et dixit ad me*, &c.] Ex eo, inquit, quod in tēplo faciunt pariter congregati, ostenditur quid vnusquisque in cubiculo suo faciat. Sed secundum Anagogen melius intelligi potest, quod nōnulli principes ecclesiarū faciāt in tenebris, quæ dictu quoque turpia sunt. Iste est absconditus cordis homo de quo dicitur: *Ingredere in cubiculum tuum.* Et rursum: *Qui videt in abscōdito, reddet tibi.* Recolat vnusquisq; conscientiam suā, & opera tenebrarū recordetur in tenebris, sciatque scriptū: *Omnis qui mala operatur, odit lucē: & non venit ad lucem, ne arguatur à luce.* Et in se illud intelligeret esse completum: *Qui inebriatur, nocte inebriatur.* Quod iuxta literam stare non potest. Quāti enim in prandiis conuiuiisque dierum inebriātur? Sed quia ebrietas cordis offendens Deum tenebrarum est, & nō lucis, propterea quicunque inebriātur, nocte inebriatur. Cum autem seniores domus Israel fecerint mala in tenebris, & in abscondito cubiculorum suorum: & putauerunt se Deum posse celare, tunc consequenter dicent. Non videt nos dominus: dereliquit dominus terrā. Multique sunt peccatores, & ambulantes iuxta cogitationes suas, qui Deum non existimāt curare mortalia, nec ad illū nostra vitia pertinere. Certe quādo peccamus, si cogitaremus Deum videre & esse præsentem, nūquā quod ei displicet, faceremus. Porro quod sequitur: *Dereliquit dominus terram*, quorundam etiā philosophorum sententia est: qui ex siderum cursu atque constantia, suspicantur esse in cœlestibus prouidentiam, & terrena contemni, dum nihil recti nec iuxta ordinem in terris geritur.

b ¶ *Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quàs, &c. plangētes Adonidē.*] Quē nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo d תמוז vocat: vnde quia iuxta gentilem fabulam, in mense Iunio Amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur: eundem Iunium mensem, eodem appellant nomine: & anniuersariam ei celebrāt solemnitatem, in qua plangitur à mulieribus quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur atque laudatur. Cōsequenterque postquā principes & seniores domus Israel qui fecerint in templo, ac tenebris cubiculisque monstratum est: etiam mulierum vitia describuntur, quæ plangunt amatorum societate priuatæ, & exultant, si eos potuerint obtinere. Et quia eadem gentilitas huiusce modi fabulas poētarū, quæ habēt turpitūdinem, interpretatur subtiliter, interfectionem & resurrectionem Adonidis, planctu & gaudio prosequens: quorum alterum in seminibus quæ moriuntur in terra, alterum in segetibus, quibus mortua semina renascūtur, ostendi putat. Nos quoque eos qui ad sæculi mala & bona, vel contristantur, vel exultant, mulieres appellemus, molli & effœminato animo: dicamusque plangere eos Tammuz; ea videlicet, quæ in rebus mundi putantur esse pulcherrima.

c ¶ *Et dixit ad me, &c.*] *Et ecce in ostio tēpli domini inter vestibulum*, &c. Quod nos vestibulū iuxta Symmachum interpretati sumus, qui προπύλαιον, posuit: pro eo quod Lxx. & Theodotio, ipsum verbum Hebraicū transtulerunt: e אולם Aquilæ prima editio, προσδόμα, secunda, αἴλαμα templi interpretata est: quā nos porticum tēpli exprimere possumus, siue intectū atrium, quod inter templū & altare erat. Et quia supra legimus, post idolum zeli, quod ad portam Aquilonis apparuit. *Adhuc cōuersus videbis abominationes maiores:*

ostensisque per parietem picturis omnium bestiarum, quas adorabāt septuaginta presbyteri, & Iezonias filius Saphan, tenētes thuribula in manibus; secundo dicitur: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt, eo quod sedērēt mulieres plangentes Adonidem. Post tertium quoq; peccatū dicitur: *Adhuc cōuersus videbis abominationes maiores his.* Quæ est autē maior abominatio superiorū triū scelerum? Videlicet quarta quæ sequitur: *Ecce in ostio tēpli domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinq; viri, dorsa habentes contra templum domini, & facies ad oriētem: & adorabant ortum solis*: eo quod contēpto domino, id est, creatore, adorarent solē, id est, domini creaturā, præcipiēte ipso domino per Moysē: quod nequaquā in morem gentiliū contra Orientem, Deum adorare deberent: sed in quacūq; fuisset orbis parte siue ad oriētē, siue ad occidentem, siue ad meridiem, siue ad septētrionē, adorent contra templum, vbi in sanctis sanctorū habitare dominus credebatur. Quod quidē & Danielē in Babylone feciſſe legimus: qui apertis fenestris cænaculi sui, adorabat dominū cōtra tēplum, quod erat in Hierusalē. Hoc iuxta literā fuisse sacrilegij, nemo dubitat. Secūdū Anagogē, oēs hæreticos peiores esse peiorib. id est, idolo zeli, pictisq; in pariete figuris animātiū, & plāctu Adonidis, per quæ idololatria voluptasq; mōstratur, ille scire poterit, qui intellexerit prophetā dicentē: *Tu autē odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos post te.* Et in alio loco: *Verterunt cōtra me scapulā recedentē.* An ignoramus Marcionē & cæteros hæreticos, qui vetus laniant testamentū, contēpto creatore, id est, iusto Deo, aliū quendam bonū Deū colere & adorare, quē de suo corde finxerūt? Omnesq; nōstri tēporis hæretici, qui Dei filium prędicant creaturam, & tamen adorant eum, relicto diuinitatis templo, & post tergum habito, ipsi confessione sua creaturam adorare se dicunt. Nos autē sic adoramus solem iustitiæ, vt Deum adoramus in templo veteris Testamēti, vbi lex & prophetæ, vbi Cherubim & propitiatorium est. Quos nos viginti quinque viros transtulimus, Lxx. posuerunt, viginti, & in quibusdā exemplaribus, quinque de Theodotione additi sunt.

d ¶ *Et dixit ad me, &c. Et ecce applicāt ramum ad nares suas.*] Pro eo quod nos diximus: *Et ecce applicāt ramū ad nares suas*: Lxx. transtulerunt: *Et ecce ipsi sicuti subsannantes*: quibus de Theodot. additū est: *Extendunt ramum*: vt sit totum pariter: *Et ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes.* Pro quo interpretatus est Symmachus: quasi emittentes sonitum in similitudinē cātici per nares suas. Significat autē vigintiquinque viros, qui in quadrum solida statione fundati sunt: & à quinq; sensib. per quinquies quinq;, quadranguli figuram efficiunt, non solum templum habere post tergum, sed instar idolorum applicare ramū ad nares suas: haud dubium quin palmarum, quas Græco sermone τὰ Βαΐα vocant, vt per hoc eos idola adorare significet. Denique & Iob inter cæteras virtutes etiam hoc habuisse se dicit: quod numquā aspiciens cœlum, & solem, & lunam, & astra fulgentia oscula tus sit manum suam, id est, adorauerit creaturas. Symmachi autem interpretatio, fœdum raucūque sonitum de naribus procedentem, in Dei contemptum significat. Omnesque hæretici qui repleuerunt terram iniquitate, & conuersi sunt ad falsi nominis scientiam, vt dominum ad iracundiam prouocarent: æstimandi sunt quando laudare voluerint Deum, magis turpi sonitu blasphemare, vel Testamēti veteris Deum parui ducere, irridere, contemnere.

Deut. 12. 3.Reg. 8.c — Dan. 6.c — Psal.49.c — Hiere 2.f — Iob.31.c — 1.Tim.6.a

A B C D E F G H

3.Reg 2.e — Matt 7.8 — Psal.72.c — Psal.48.b — Psal.57.a — Mat.3.b — Luc: 13.g — Hier.5.b — Psal.31.b — Psal.25.b — 1.Par.3.a Matt.6.d — Ioan.3.e — 1.Thess.5.d — Psal.49.c — Hiere 2.f — Iob.31.c — 1.Tim.6.a

a ¶ *Ergo & ego faciam in furore, &c.*] Quodq; sequitur.) Et cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.) In Lxx. non habetur Pro his, ait, omnibus quæ fecerũt, *& ego faciã in furore, & nẽ parcet oculus meus, nec miserebor.* Quod audientes veteres hæretici, creatorem calumniantur quasi crudelẽ, & sanguinariũ: nec cogitant Apost. Paulum, qui certe boni Dei (vt ipsi volunt) Apostolus est, scribere ad Corinth. *Si venero rursũ, nõ parcã*: vt virga corripiet delinquẽtes, & errantes retrahat ad salutem. Qui enim non intelligunt quid sibi prosit, & orant frequenter contraria, expedit eis vt non exaudiãtur à domino. Vnde & in oratione dominica dicimus: *Fiat volũtas tua.* Non voluntas nostra, quæ errare cõsueuit: sed volũtas tua, quæ futura cognoscit. Magnæque interdum felicitatis est, ad præsens misericordiam non mereri. Et istis igitur qui sunt de domo Iuda, & à confessione ecclesiæ recesserunt, non parcet dominus. Cumque clamauerint voce magna, de qua dominus dixit, clamor eorũ peruenit ad me, tamẽ dominus non exaudiet eos: vt malis coacti intelligãt quid fecerint.

2.Cor.13.a

Marc.6.b

Gen.18.c

CAP. IX.

Deut.32.f

ET[b] *clamauit, &c. visitationes vrbis.*] Provisitationibus, vltionẽ Lxx. transtulerũt. *Mihi* enim *vindictam, & ego retribuã, dicit dominus.* Omnisque vltio visitatio est quasi ægrotantis, quasi habentis vulnera, quasi medicas expectantis manus: iuxta illud quod alibi scriptum est: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eis.* Recteque (vt supra diximus) visitatio vel vltio appropinquare dicitur captiuitate vicina.

B

Psal.88.c

c ¶ *Et vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.*] Non dixit, habebat, vt Lxx. transtulerunt. Neque enim narrat præterita, sed præsentia, futuraque demonstrat. Qui igitur malos percurit in eo quod mali sunt, & habet vasa interfectionis vt occidat pessimos, minister est domini.

d ¶ *Et ecce, &c. vestitus*, &c.] Pro lineis quod nos iuxta Symmachum interpretati sumus: Lxx. ἀποδήρη: Theodotio ipsum verbum Hebraicum a בדים, Aquila præcipua, interpretati sunt. Rursum vbi nos diximus: *Et atramentariũ scriptoris ad renes eius*: Lxx. posuerũt: *Et zona sapphirina super renes eius*: Theodot. ζώνη scribæ in manu eius: Aquila σταλαγμοδόχιον, id est, *atramentariũ scribæ ad lũbos eius*: Symmachus: *tabulas scriptoris habebat in renib. suis.* Et vbi nos trãstulim⁹, *limen domus.* Lxx. & Theodotio, εἰς τὸ αἴθριον, id est, *sub dio posuere vestibulũ.* Pro vase quoque interitus, quod singuli viri habebãt in manib. soli Lxx. securim interpretati sunt. Ad hominũ igitur peccata delenda, qui in sexta die fabricationis mundi facti sunt, veniunt sex viri, & descendunt de porta superiori: siue vt Lxx. transtulerunt, excelsa ad Aquilonem. *Et habebat vnusquisque securim in manib.* de qua Ioannes loquitur: *Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis arbor quæ fructum non facit, excidetur & in ignem mittetur.* Eratque in medio sex virorum vnus, id est, septimus, in habitu pontificis vestitus lineis indumentis: & habebat atramentarium scriptoris ad renes suos: quo omnium peccata describeret: & sanctorũ à peccatoribus numerum segregaret: siue zonam sapphirinam coloris lapidis sapphiri, qui in ornamentis est principis sacerdotũ. Egressique sunt sex viri, & steterunt iuxta altare æneũ. Duo enim erãt altaria: vnũ thimiamatis, aureum intrinsecus: & alterum ante templum æneum holocaustorum. Iuxta altare autem stare dicuntur parati ad iubentis imperium: vt cuiuscumque viderint ibi non esse peccata dimissa, sententiæ domini & interfectioni eum subiacere cognoscant. *Gloria* quoque *Dei Israel ascẽdit*, siue *assumpta est de vno Cherub*: & iuit ad limen, siue ad subdiuum atrij domus atque vestibuli: quod nequaquam tecto premitur, sed aẽris fruitur libertate. Quæ ipsa gloria domini, virum qui erat in habitu pontificis, habebatque atramentariũ in lumbis suis, vocauit, & dixit quæ scriptura testatur. Quidã sex viros, sex interpretantur Angelos, qui Dei pareant voluntati. Ipsúque vnũ qui habebat indumenta põtificis, saluatorem intelligũt iuxta id, quod sacerdos est & magni consilij Angelus: illudque quod dicitur: *Tu es Sacerdos in æternũ, secundũ ordinẽ Melchisedec.* τάξιν autem quod Lxx. trãstulerunt, vna ex octo vestiũ est põtificis: quæ Latine dicitur talaris: & ex eo quod ad pedes vsque descẽdat, hoc fortita vocabulum est. Deveste põtificis ante annos plurimos scio edidisse me librũ, ad cuius explanationẽ mitto lectorẽ. Neque enim possum omnia in omnib. locis dicere. Quodq́e Aquilæ prima editio & Theodotio dixerãt κῆρυν: pro quo in Hebræo legitur[b] חפת cũ ab Hebræo quærere quid significaret: respõdit mihi Græco sermone appellari καλαμάριον, ab eo quod illo calami recondantur. Nos atramẽtariũ, ex eo quod atramentũ habebat, dicimus. Multi significãtius thecas vocant, ab eo, quod thecæ sint scribentium calamorũ. De quatuor Cherubim, vnus Cherub mittitur à gloria dominicæ maiestatis, locuturus ad eũ qui pontificis indumẽtis indutus erat. Et quanquã pleriq; τὸ χερουβεὶμ neutrali genere, numeroque plurali dici putẽt: nos scire debemus singulari numero esse Cherub generis masculini, & plurali eiusdẽ generis Cherubim: non quo sexus in ministris Dei sit, sed quo vnũquodq; iuxta linguę suæ proprietatẽ diuersis appelletur generib. Angeli vocantur numero plurali Malachim, & Cherubim, & Seraphim, eiusdẽ generis & numeri. Porro sabaoth quod interpretatur militiarũ, siue exercituũ atq; virtutũ, dicũtur genere feminino, numero plurali, & definiunt in extremã syllabã ות oth. Qui autẽ volunt sub figura põtificis intelligi saluatorẽ, de Apocal. Ioãnis vtuntur exemplo: in qua scriptum est: *Et conuerti me, & vidi vocẽ quæ loquebatur mecũ. Et cõuersus aspexi septẽ candelabra aurea: & in medio candelabrorum similem filio hominis*, &c.

a baddim

עבאות Apoc.1.c

εἰς τὸ αἴθριον τῆς οἴκου.

e ¶ *Et dixit dominus ad eũ*, &c.] Præcipitur ei qui indutus erat veste talari siue linea, & sacerdotalẽ habitum præferebat vt ponat signum super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio Hierusalẽ. Pro signo, quod Lxx. Aquila & Symmach. transtulerunt, Theodotio ipsum verbum Hebr. posuit[c] תו quæ extrema est apud Hebræos viginti & duarũ literarum: vt perfectam in viris gementib. & dolentibus, scientiam demonstraret. Siue vt Hebræi autumant, quia lex apud eos appellatur[d] התורה quæ hac in principio nominis sui litera scribitur: illi hoc accipere signaculum, qui legis præcepta compleuerant. Et vt ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quib. vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Thau litera crucis habet similitudinem: quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur. Sunt qui putent, ex eo quod secundum Hebraicum alphabetum ista extrema sit litera, demonstrari in multitudinem peccantium reliquias superesse sanctorum. Gementes igitur dolentesque saluantur: qui non solum malis non consenserunt operibus: sed & aliena planxere peccata, secundum

c tau

d tora

E

1.Reg.16. 2.Cor.1.5.a Rom.9.a

Psal.4.b

secundum quod & Samuel planxit super Saul, & Apostolus Paulus super his qui post peccatũ nõ egerunt pœnitentiam. Vnde & ipse dicebat: *Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus.* Et alibi: *Tristitia mihi est magna, & inæstimabilis dolor cordi meo.* Præcipiturq; sex viris, vt præter eos qui possũt dicere: *Signatũ est super nos lumẽ vultus tui domine*, cũctos interficiant: non seni parcant, non iuueni, non virgini, non paruulo, non mulieri. Secundũ mysticos intellectus: senes sũt in ecclesia, de quib. dicitur: Cani hominis prudentia eius. Iuuenes, qui sunt ad fidei bella prõptissimi. Virgines Dei, quę pudicitiam tota mente cõsertuant. Paruuli, qui lacte putantur infantiæ, & necdum percipiunt solidum cibũ. Mulieres, quæ fragilitate sexus, animæ imbecillitatẽ testãtur. Quibus vniuersis non parcitur, si absq; Christi signaculo aliquid esse se credunt. Quodque sequitur: *Et à sanctuario meo incipite*: siue vt Lxx. transtulerunt: ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε, id est, & à sanctis meis incipite. Vel sacerdotes significat, qui versãbãtur in tẽplo & adorabãt idola: vel eos qui pro sacerdotij merito sancti vocabãtur in populo, & qui fuerant in populis causa peccati, primi meruere supplicia. Tẽpus enim est, vt iudicium incipiat à domo Dei.

i.Pet.4.d

F

a ¶ *Cœperunt ergo à viris senioribus*, &c.] Pro atriis quæ Hebraice dicuntur, חצרות Lxx. posuere vias. Occiduntur autẽ viri seniores, de quib. supra legimus, quod habebant thuribula, & adolerent idolis incensum. Nec est vlla templi religio: quia offenso religionis Deo, contaminata sunt omnia, vt vnde peccatum, inde iudicium sit. Atriaque cadaueribus complentur in templo, & non viæ, quæ vtique foris erant. Nisi forsitan vias intelligere possimus, plateas ciuitatis: nec audere poterant Angeli contaminare templum sanguine mortuorum: in quo prius habitabat gloria Dei: nisi hoc recedentis gloriæ dominus præcepisset. Omnis qui peccato mortuus est, cõtaminat atria templi, & vias vrbis domini in quib. viuit: qui cum Christo resurgens, mortuus esse desistit.

b ¶ *Egredimini & egressi sunt. &c.*] Siue vt alij transtulerũt: percutiebant ciuitatem: pro his qui erant in vrbe, ipsam vrbem appellantes:

c ¶ *Et cæde cõpleta, &c.*] Cunctis qui signaculum non habebant cæde prostratis, corruit propheta in faciẽ suam, pro interfectorum multitudine, nullum præter se arbitrans remansisse. Quod quia videbatur esse contrariũ ei sententiæ, qua iusserat dominus signatarum frontium viros non esse cædẽdos: propterea in vulgata editione subtractum est. Nos autẽ sequentes Hebraicam veritatẽ, posuimus, remansi ego. Notandumq; quod non dixerit, solus: quod si dixisset, videbatur esse contrarium: sed remansi ego, vt subaudiatur cum cæteris qui frontes habuere signatas. Vt autẽ sciamus signãter hoc dictum, remansi ego: in Regum volumine, quando Helias loquitur ad Deum: *Altaria tua demoliti sũt, & ego relictus sum solus, & quærũt animã meam auferre*, solũ, posuit: quia remansisse alios nesciebat. Quidam putant ex persona domini, in cuius typum præcessit Ezechiel, posse hoc intelligi de populo Iudæorum: quando omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propheta testatur: *Salsum me fac domine: quoniam defecit sanctus.* Solus enim inuentus est dominus, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Quod autem intulit. *Effundens furorem tuum su-*

3.Reg.19.b

Psal.13.a Psal.52.a 2.Par.1.d

per Hierusalem, verbum effusionis, pœnarũ ostendit magnitudinem, vt alibi legimus: *Effusa est desperatio super principes.* Et iterũ: *Pene effusi sunt gressus mei.* Et in bonã partem: *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris. Et effusa est gratia in labiis tuis.* Et in contrariũ: *Effunde furorem tuum super gentes, quæ te non intellexerũt, & super regna quæ nomen tuum nõ inuocauerunt.* Et: *Effunde frameam tuam & conclude ex aduerso eorum qui persequuntur me.*

G

Psal.105.d Ibid.72.e

Rom.5.a Psal.43.a Ibid.78.b

Ibid.34.a

d ¶ *Et dixit ad me iniquitas domus Israel*, &c.] Vides dominus prophetam suum flere pro populo, & admirari indignationis magnitudinẽ, reddit causas, non vt ille putabat iniusti vel excedentis modum supplicij, sed meritæ iustæq; sententiæ. Iniquitas, inquit, decẽ tribuũ Israel, & duarũ tribuũ Iuda magna est, & nõ solum magna, sed magna nimis. Nec hoc dixisse sufficit, sed repetit, valde: vt pro magnitudine iniquitatis, magnitudo supplicij sit ex quo discimus, non vt pleriq; æstimant, & maxime Stoici paria esse peccata, sed vel magna vel parua, & pro qualitate mensi sraquæ peccãtium diuersitatẽ esse iudicij puniẽtis. *Repleta est*, inquit, *terra sãguinibus*, siue vt Lxx. trãstulerũt, populis: & ciuitas est repleta auersione: aut vt vulgata habet editio, iniquitate, & immũditia: non modicus sãguis effusus est, sed de porta vsque ad portã, & omnis ciuitas declinauit à cultu Dei, & pro eo plena est immunditia, idololatriæ videlicet sordib. Causa autẽ tãtorum scelerum illa est, quod putauerunt prouidẽtiã non esse super terrã, nec Deum curare mortalia, iuxta illud quod alibi legim⁹: *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.* Quia igitur illi vel putauerunt, non esse prouidentiam, vel quæ ante fuerat in populis, hoc tẽpore suum populum reliquisse, properea & Dei non parcet oculus, nec miserebitur: vt contra vitia sæuiens, placabilis sit virtutibus: viasque eorum atque peccata reddat super capita eorum: vel super principale cordis, vel super principes populi, iuxta Numerorum librum, in quo capita populorum principes esse dicuntur.

Virg. in 6. Æneid.

e *Et ecce vir*, &c.] Ipse est vir, cui iussum est trãsire per mediam Hierusalem, & ponere signum in frontibus virorum gementium & dolentium super cunctis iniquitatib. eorum. Dicit ergo se domini præcepta cõplesse, & signaculo Thau * literæ frontes signasse lugentium. Sex autem viri quibus præceperat dominus, dicens. Transite per ciuitatem sequentes eum: & percutite, nulliusq; misereamini vsque ad internecionem, nihil tale renunciant. Neque enim lætitiæ, sed mœroris impleuere sententiam: quæ non sermone, sed opere probatur. Et in hoc loco pro ποδήρει, id est, veste talari, quã interpretati sunt Lxx. Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit: f בדים Symmachus, lineam: Aquila, præcipuam siue stolam. Pro zona quoque Symmachus, tabulas: Aquila, atramentarium: Theodotio, κῆρυν posuerunt.

f baddim

CAPVT X.

ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, &c.] De firmamẽto quod erat super Cherubim, & de lapide sapphiro, qui habebat similitudinem throni: & de rotis quæ animalia sequebantur, supra dixisse sufficiat, & illorum lector explanatione contẽtus sit. Nunc autem quod iubetur ille qui indutus erat lineis, pro quo Lxx. in hoc loco stolam interpretati sunt: vt tollat

Sup. 1.

primas ignis de medio Cherubim, & effundat sue spargat super ciuitatem: illud mihi videtur ostendere, quod post interfectionem cædemque multorũ, & in viis cadauera mortuorum, prunarum ignis assumitur, vt puniat siue mundet Hierusalem, iuxta illud quod in Esaia scriptum est: *Sanctificabit eũ in igne ardente, & deuorabit sicut fenum materiam.* Isti sunt carbones, quos in remediũ linguæ atque mendacij, desolátes vitia atque peccata, prophetа interrogatus exoptat: *Quid detur tibi, & quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonib. desolatoriis.* Multaque istiusmodi in scripturis sanctis inuenire poterimus: de quibus crebro diximus. Hoc tantum notandũ est, quod in Esaia, qui tantũ in sermone peccauerat, & immunda labia habere se dixerat, ad purgandũ vnus forcipe carbo comprehenditur. Hic vero quia erat ciuitas plena iniquitate, & post supplicia cadaueribus mortuorum, plures assumuntur carbones ignis: & non vna manu, sed ambabus, vt omnis purgetur Hierusalem. Quanquam & hoc intelligendum sit, quod non ad purgationem, sed ad pœnas, atque cruciatus, prunæ ignis assumendæ sint, quæ effundantur super Hierusalem.

a ¶ *Ingressusque est in conspectu meo*, &c.] Vidente propheta, ingreditur vir qui indutus erat talari veste vel linea, & vt Lxx. nunc interpretationem commutant, stola sancta, cum apud Hebræos vnus sermo habeatur, a בדים & cæteri interpretes in cœpta translatione persistant. Ingreditur autem, vt secundo dicitur, in medio rotarum, quæ sũt subter Cherubim, vt impleat manus suas igneis carbonibus. Qui cum esset ingressus, stetit tantum iuxta totam, vel ob tristitiam puniendæ Hierusalem, vel ob gloriæ magnitudinem stupens, manũ ad ignem ipse non misit, sed vnus de Cherubim, id est Cherub, misit manum, & tulit ignem, qui erat in medio Cherubim, & dedit in manum eius qui indutus erat vestibus lineis. Qui accipiens egressus est, & tamen scriptura non dicit, egressus quid fecerit: vt tristis rei narrationem, intelligentiæ potius nostræ relinqueret, quam oculis subiiceret. Introeunte autem viro qui indutus erat vestibus lineis, Cherubim stabãt à dextris domus, vt sanctæ supernæque virtutes dexterã domus Dei partẽ tenere viderentur, & illæ quæ mittuntur ad supplicia, de quibus scriptum est: *Immissionẽ per Angelos malos*, sinistras partes pollidere credantur. Cumque eleuata esse gloria domini de Cherub, qui carbones ignis viro traditurus erat: & transisset ad limen domus, statim nube, tenebris, & caligine atrium impletur interius. (Neq; enim præsẽte domini maiestate exercẽtur supplicia,) & gloria domini videtur in atrio de quo scriptum est: Sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius. Pro sonitu in Hebræo, vox ponitur: quæ vox habebat similitudinem vocis Dei omnipotentis loquentis. Pro quo Lxx. transtulerunt: *Sicut vox Dei*: שד״י: Aquila Symmachus & Theodotio, *ἱκανοῦ*, quod fortem potẽtemque significat, trãstulerũt. Notã lector in quibus superior & hæc visio concordent siue discordent: vt ex collatione vtriusque absque nostro admonitu, diuina intelligas sacramenta, & illud quod ante commonui: quoniam in firmamento, & in throno, & manu hominis nõ veritas, sed similitudo dicatur. Neque enim facie ad faciẽ reuelato vultu, gloriã domini contẽplamur: sed in similitudine omnia videmus & imagine, quãdiu fragili & corruptibili & mortali circumdamur corpore.

b ¶ *Et vidi, ecce quatuor*, &c.] Obserua quæ prius fuerũt, vel quod species rotarũ, iuxta Lxx. quasi visio Tharsis: nũnc autẽ iuxta eosdẽ *ὡς ὅρασις ἀσπράκου*, id est, quasi visio carbunculi, vt pẽnarũ per ignẽ, qui à Cherub traditur, similitudo mõstretur: licet in Hebr. & supra, & hic, Tharsis scriptũ sit: quod Aquila, chrysolitũ: Symmach. hyacinthũ trãstulerũt. Rursumq; vbi nos vertimus: *Et omne corpus earũ*, quod subauditur rotarũ, in Hebræo scriptũ est: *Et oës carnes earũ, & colla, & manus, & pennæ circuli.* Nota carnes appellari in supernis virtutib. vt quãdo legimus: *Caro & sãguis regnũ Dei nõ possidebũt, neq; corruptio incorruptionẽ*: sciamus nõ substãtiã carnis, sed opera condemnari, c בשר enim, quod in hoc loco scribitur, nõ corpus, sed carnẽ significat. Circulos autẽ rotarũ, contos ferreos appellauit, quib. lignorũ rotũditas arctatur & stringitur. Rotæ autẽ istæ nõ solũ carnes habẽt vel corpus, aut mẽbra: sed & colla, & manus, & pẽnas: vt efficiẽtias rerũ in singulis, nõ mẽbrorũ imagines sentiamus. Rotæ quoq; ipsæ appellatæ sũt lingua Hebraica d גלגל, quod Symmachus, volubiles, Aquila, rotã interpretatus est. Porro quod sequitur: Audiẽte me: vsq; ad eũ locũ vbi scriptũ est: *Eleuati sunt Cherubim*: in Lxx. non habetur, sed de Hebraico additũ est. In quo obseruãdũ, quod nequaquã, vt supra dicitur: *Facies hominis, & facies leonis à dextris quatuor: & facies vituli à sinistris quatuor: & facies aquilæ quatuor.* Vt videlicet alia à sinistris, alia in dextris esse credãtur. Sed omniũ æqualis ordo describitur, dicente scriptura: *Quatuor autẽ facies habebat vnũ: Facies vna, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto, facies aquilæ*: vt prima & secũda, & tertia, & quarta facies, non locorũ diuersitate dextri & sinistri, sed vno per gradus ordine describatur. Vnã autem faciem, id est, primam appellauit Cherub, pro qua supra dixerat, facies vituli: Ex quo intelligitur faciem Cherub esse faciem vituli. Quorum omnium sensum præteritæ visionis explanatio continet.

c ¶ *Ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar*, &c.] Omnia viuunt Deo, & suum sentiunt creatorem. Non est enim Deus mortuorum, sed viuentium. Vnde & omnia corpora rotarum plena sunt oculis. Et in psalmo dicitur: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamẽtum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat sciẽtiam.* Sol quoque & luna, mare & flumina, montes & colles, laudant Deum, & in suum circulum per annos singulos elementa voluuntur: cœlorumque rationem in terris deprehendimus: vt antiquæ legis ordinem conseruantes voluantur & currant, & nihil nouum cernamus super terram,

Quod

Quod autem dicitur: *Ipsum est anima quod videram iuxta fluuium Chobar*: scriptura demõstrat eadem nos debere intelligere in expositione animalis, quæ supra intelleximus.

a ¶ *Et egressa est gloria domini à limine*, &c.] Gloria domini siue maiestas, quæ steterat in tẽpli limine, stetit super Cherubim. Qui eleuãtes alas suas propheta cernẽte, exaltatisũt, rotis pariter sequẽtib. & stetit in introitu portæ domus domini Orientalis, paulatimque protectio Dei reliquit: Israel. Primũ fuit in templo, deinde stetit in atrio tẽpli siue limine: qua recedente de tẽplo, nubes & caligo impleuit templi penetralia. Rursũq; ipsa gloria sedit super Cherubim, & illis statim auolãtib. & ad exteriora abeuntib. secutæ sunt rotæ. Et gloria stetit in porta domus domini Oriẽtalis: non in ianua templi, sed post atriũ & limẽ in introitu portæ domus domini Oriẽtalis. Quod cum propheta vidisset, ipsum est, inquit, animal quod vidi subter Deũ Israel, iuxta fluuium Chobar, & intellexi, quia Cherubim essent. Quatuor per quatuor vult[o] vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum: Et similitudo vultuũ eorũ, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

Caput xi.

E T[b] eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini Orientalem, quæ respicit ad solis ortum. [c] Et ecce in introitu portæ viginti & quinque viri, & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Bananiæ, principes populi. Dixitq; ad me. Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me: loquere. Hæc dicit dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. Propterea hæc dicit dominus Deus: Interfecti vestri, quos potuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes, & educã vos de medio eius. Gladiũ metuistis, & gladium inducam super vos, ait dominus Deus. Et eiiciam vos de medio eius, daboque vos in manum hostium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus. Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes. In finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus.

Quia

Cherubim, ibãt pariter & rotæ iuxta eos. Et cum eleuarẽt Cherubim alas suas, vt exaltarẽtur de terra, nõ resistebãt rotæ, sed & ipsæ iuxta erãt. Stãtib. illis, stabãt, & cũ eleuatis, eleuabãtur. Spirit[o] enim vitæ erat in eis. [a] Et egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super Cherubim. Et eleuãtes Cherubim alas suas, exaltati sunt à terra corã me. Et illis egrediẽtib. rotæ quoq; subsecutæ sunt. Et stetit in introitu portæ domus domini Oriẽtalis, & gloria Dei Israel erat super eos. Ipsũ est animal quod vidi subter Deũ Israel iuxta fluuiũ Chobar, & intellexi, quia Cherubim essent. Quatuor per quatuor vult[o] vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum: Et similitudo vultuũ eorũ, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

Caput xi.

E T[b] eleuauit me spirit[o], &c.] Quia egressa est gloria domini à limine tẽpli, & stetit super Cherubim, posteaque auolãtib. Cherubim, stetit ipsa gloria in introitu portę domus domini Oriẽtalis & propheta quia per se ad eã ire non poterat, eleuatus à spiritu est, & ductus ad eãdẽ portã domus domini Oriẽtalẽ, quæ respicit solẽ iustitiæ, de quo scriptũ est: *Ecce vir Oriẽs nomẽ eius*: vt nequaquã remaneret in tẽplo, quod erat ignorãtiæ nube qõfusũ, sed stãs in porta domus dñi Orientalis, quæ sequũtur sacramenta, cognosceret.

c ¶ *Et ecce*, &c.] Quod sequitur, in Lxx. nõ habẽtur, sed de Hebræo additum est: Quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea nõ fecistis: sed iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. Assumitur propheta iuxta illud quod scriptum est: Assumens manstuetos dominus: siue eleuatur è terra, & introducitur ad protam domus domini Orientalẽ, vt possit vigintiquinque virorum, qui erant in introitu portæ, & Iezoniæ filij Azur, atque Pheltiæ filij Banaiæ, principũ populi sacramẽta cognoscere, Hi igitur, qui erant in introitu portæ domus domini Orientalis, desperantes salutem, & scelerum conscientia parati ad interitum, nec volentes per pœnitudinem peccata corrigere, dicunt: licet nuper post primã captiuitatem ædificatæ sint domus, quæ ante corruerant, tamen scimus hãc ciuitatem esse instar lebetis, nosq; pro carnib. vt in ea cõsumamur & concrememur, iuxta illud quod in Esaia scriptũ est: *Tẽpestas si transierit, non assumet nos.* Illis ista dicentib. irruit in prophetã spiritus domini, & secũdo præcipit vt vaticinetur, & dicat: Quoniã ista dixistis, & cordiũ vestrorũ me secreta nõ fallunt, ego vobis interpretabor quomodo ciuitas in lebetẽ, & vos in carnes reputemini: nõ iuxta illũ sensũ, quẽ locuti estis, sed iuxta alterum, quẽ nõ timetis. Est quidẽ ciuitas in lebetis similitudinẽ, sed nõ vestris implebitur carnib. v erũ eorũ quos interfecistis. Vos autẽ qui arbitramini vos in hac vrbe morituros, educã de medio ciuitatis, & tradã hostium manibus faciãq; in vobis iudicia, vt cum cecideritis gladio, nequaquã in vrbe, nec extra terminos Israel, sed in finib. vestrę prouinciæ, tũc cognoscatis quod ego sim dominus. Secũdoq; dicitur: in finib. Israel iudicabo vos, & scietis quia ego sum dominus. Hæc autẽ vniuersa patiemini, quia in præceptis meis nõ ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed cæterarũ in circuitu gentium scelera estis operatis. Cumq; secundum literam manifestũ sit quod dicitur, omissis parũper Iezoniæ & Azur, Pheltiæ, & Banaiæ nominibus quæ in tẽpus aliud reseruamus: hoc dicendũ est, quod vsq; hodie in ecclesia, quæ est domus domini: & ante portã, & in introitu siue in via portæ, quæ significat Saluatorẽ, per quẽ ingredimur ad patrem, sunt vigintiquinque viri ad sensus cuncta referẽtes. Et quãrũ nõ subterfugit memoriam meã, nunquam in bonã partẽ, hũc numerum potui reperire: licet in Numeris ad sacerdotale ministeriũ à vigintiquinque annis eligantur. In Hebræo enim non habet hunc numerum qui in Lxx. dicitur, sed tricenarium: qui in exordio huius prophetæ, & dominicontinetur ętate: quando venit ad fluenta Iordanis, & à Ioanne baptizatus est. Sin autem in euangelio quinque virgines prudentes, & quinque stulti reperiuntur: sciamus hunc numerum in medio positum, & pro qualitate vtentium, vel ad bonam vel ad malam partem posse conferri. Hi igitur viri, qui cuncta ad sensus referunt, & habent duos principes, de quibus supra diximus, duali numero continentur: qui scindit vnitatem, & in secundi diei numero non videtur à domino, iuxta Hebraicam veritatem. Vnde in arca Noe, bina & bina introducuntur immunda. Dominus autem scissionem in vnum coarctans, fecit vtrumque vnum, & soluit medium parietem, inimicitias in sua carne condemnans. Vnde & augustius quid loquitur atque sublimius: *Ego & pater vnum sumus*: vt à Iudaica dualitate in vnionem nos reuocet fidei Christianæ. Denique pontificatu perdito Iudæorum, dominus patitur nequaquam sub vno principe, sed sub duobus, Anna & Caypha, vt religionis eorum scissum monstraret errorem. Sunt multi in hu-

ius portæ introitu ante domum domini Orientalem, qui vitiis suis nationibus comparatur, & peccatorum conscientia desperant salutem, & dicunt: Ciuitas in qua versamur, labes est, & nos omnes carnes, & Babylonio consumemur ardore, cuius iacula ignita sunt: nolentes agere pœnitentiam & desperantes salutẽ, propterea audiunt, quod non ipsi sint carnes præteritæ & perditæ ciuitatis, sed hi quos scãdalizauerint, & quos interfecerint. Idcirco q; super eos gladius inducitur: vt postquam in finib. Israel nequaquam inter gentes, sed inter Christianos fuerint iudicati, tũc cognoscant, quod ipse sit dominus, secundum illud quod in psalmis legitur: *Cum interficeret eos, requirebant illum*: vt quem per beneficia non senserant, per tormenta cognoscant.

Psal.77.d

a ¶ *Et factũ est cum, &c.*] Vaticinante propheta, vnus è duobus principibus. Pheltias filius Banaiæ moritur: qui interpretatur ruina declinans, & est filius structoris siue cementarij: *οἰκοδομοῦς* enim aliter in linguam nostram verti non potest. Alter principum seruatur incolumis, Iezonias filius Azur. Iezonias aures eius sonat, quod subauditur animæ. Azur vero fulcrum siue adiutorium. Qui igitur cadendo à domino declinarat, & erat ædificationis pessimæ, recte cadit, prophetante eo, quem confortauit Deus. Quiautem præceptis obediebat Dei, & illius sustentabatur ac fulciebatur auxilio: recte in imperio populi permanet. Legimus in Exodo, mortuo Pharaone rege Ægypti ingemuisse filios Israel ab operibus luti, palearum, ac laterum, & clamasse ad dominum, quem illo viuente, inclamare non poterant. Esaias quoque mortuo Ozia rege leproso, vidit dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum; & seraphim stantia circa eum: intelligensque immunda habere se labia, & habitare in populo immũda labia habente: meretur vt de altari carbo mittatur, & labia eius purget immunda. Hic autem prophetante fortitudine Dei, princeps qui à domini declinauerat seruitute, cadit vt eleuetur à Christo. Si enim resurrectio dominus, ruina dabolus est. In quo quæritur, quomodo de Saluatore dicatur: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.* In ruinam eorum qui stabant pessime: & resurrectionem eorum qui ceciderant. Quod cum propheta vidisset, cecidit in faciem suam, non peccantis merito, sed plangentis affectu: & voce magna, quæ de magno fidei ardore veniebat, tertio clamauit, *& dixit: Heu, heu, heu, domine Deus consummationem tu facis reliquiarum Israel?* Et est sensus: Etiam ipsæ reliquiæ, quæ esse videbantur in populo, te indignante delentur.

פלטיהו בניה

יאזניה

עזור

Exod. 2. d

Esa 6. a

Iuc. 2. c

b ¶ *Et factus est*, &c.] Primũ de interpretationis varietate dicendũ est. Pro eo quod in Hebræo habetur, viri propinqui tui, hoc enim significat. a אנשי גאלתך Lxx. transtulerunt, viri captiuitatis tuæ. Deinde vbi sequitur: vniuersi quibus dixerunt habitatores Hierusalẽ: pro vniuersis, illi posuerũt, consummata est, propter literarum & verbi ambiguitatem: b כלה enim quod Aquila & Symmach. & Theodot. vniuersos interpretati sunt: illi verterunt; cõsũmata est, quod iuxta sensum omnino non resonat. Factus est igitur sermo domini ad Ezechielem, qui dixerat: *Heu, heu, heu, domine Deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel?* in Pheltiæ vi-

a anse geuliathecha.

b cullo

delicet morte, & eorũ qui cum eo interfecti sunt, quod nequaquã illi sint reliquiæ quas in Hierusalẽ putabat propheta, sed hi qui in Babylone videbãtur esse captiui. Et est sẽsus: O fili hominis, fratres tui de eadem tecum stirpe generati: fratres: inquam tui, quib. dixerunt habitatores Hierusalem.

Quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea nõ feciſtis, sed iuxta iudicia gentiũ, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. a Et factum est, cũ prophetarẽ, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meã, clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu, domine Deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel?

HEB.	SEPT.
b Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi quibus dixerunt habitatores Hierusalem: Longe recedite à domino, nobis data est terra in possessionẽ. Propterea hęc dicit dominus Deus: quia longe feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris, ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerint.	*Et factꝰ est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, fratres tui & viri captiuitatis tuæ, & omnis domus Israel consummata est, quibus dixerunt habitatores Hierusalem: Longe recessistis à domino: nobis data est terra in hæreditatem. Propterea hæc dicit adonai dominus: quia repellam eos in gentes, & disseminabo eos in omnem terrã, & ero eis in sanctificationẽ paruulam in regionibus ad quas ingressi fuerint illuc.*

c Propterea loquere. Hæc dicit dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis: daboque vobis humum Israel. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum (siue alterum) & spiritum nouum tribuam in visceribus eorũ. Et auferam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horũ viam in capite suo ponam, dicit dominus Deus. a Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitque super montẽ, qui est ad Orientẽ vrbis. b Et spiritus leuauit me, adduxitq; in Chaldæam ad transmigrationem, in visione in spiritu Dei: & sublata est à me visio quam videram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba domini, quæ ostẽderat mihi.

vos recessistis à domino, quia captiui estis, & cum Iechonia vos tradidistis: nobis autem terra Israel data est in æternã possessionẽ. Dic ergo eis, quod quod lõge quidẽ eos fecerim à terra Israel, & disperserim in nationes, & in alienis terris esse præceperim: sed quia meæ obedierint iussioni, fim in eis futurꝰ etiã in peregrinis & hostilib. locis in patuã sãctificationẽ, dũ pleriq; inueniãtur ex eis, qui idololatriæ nequaquã colla submittãt, sed memores sint mandatorũ Dei, sicut fuerũt Daniel & tres pueri, & cæteros fuisse credẽdum est, in similitudinẽ tantorũ principũ, quos scriptura nũc cõmemorat. Ex quibus vniuersis discimus, non esse insultandũ his qui Dei iudicio pœnis traditi sunt; nec exprobrandũ homini cõuerso à peccatis suis, nec pœnitententibus & egressis de ecclesia aliquãdo dicendũ: Lõge recessistis à domino: nobis data est terra in possessionem. Quia hęc dicit dominus: Licet eos parumper à mea ecclesia separauerim, & inter gentes disperserim, tamen ero eis in sanctificationem modicã, dũ meminerint peccatorũ suorũ, vt qui propter vitia recesserũt de loco suo, propter pœnitẽtiam ad sedes pristinas redire festinent.

Dan.3.b

Psal.50.c

Act.7.f

Exod.7.a

Et c ¶ *Propterea*, &c.] Loquitur sermo diuinus ad eos qui captiui erãt in terra Babylonis, ad fratres Ezechielis prophetæ, & ad propinquos, quib. dixerunt habitatores Hierusalẽ: Lõge recessistis à domino: nobis data est terra in possessionẽ. Loquitur autem hæc quæ sequuntur: *Congregabo vos de populis, & reddã vobis terrã Israel.* Cumq; ingressi fueritis, auferetis cuncta idola, propter quæ offenderatis Deum: & dabo vobis cor vnum timoris, & seruitutis Dei (vt nequaquã diuersis idolis seruiatis) siue alterũ quã prius habuistis. Et spiritũ nouũ tribuã in visceribꝰ. vestris, iuxta illud quod scriptũ est: *Cor mundũ*, &c. *Et auferã à vobis cor lapideũ* id est, cor durũ, secũdũ illud quod loquitur Stephanus primus martyr in Christo. *Dura ceruice, & incircuncisi corde.* Et induratur cor Pharaonis, ne demittat populũ Israel. *Et dabo*, inquit, *vobis cor carneum*, molle & tenerum, & quod possit Dei mandata suscipere, vt scribantur in tabulis cordis carnalibus. Idcirco autem datur cor molle, & aufertur cor durum, vt præceptis meis ambulent, iudiciaque custodiant: & sint in populo Dei, dominusque qui prius fuerat aduersarius; sit eis in Deũ. Qui autem nequaquã pœnitentia priora peccata correxerint, sed ambulauerint post abominationes suas, retribuam ait eis, quod meritur: vt viæ eorum ponantur in capitibus eorum. Hæc sub Zorobabel filio Salathiel, & sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno, & sub Esdra ac Neemia accidisse tribui Iudæ, & his qui cum eis reuersi sunt, plerique existimant. Habitatores quoque Hierusalem, qui sub Sedechia rege Iudæ capti sunt: vel qui fugerunt cum Hieremia in Ægyptum, in omnes terras esse dispersos, & nequaquam reuersos in vrbem Hierusalem. Plena autem conuersio eorum qui captiui erant, & reliquiarum

reliquiarum Israel intelligitur in Christo, quãdo reliquiæ saluæ factæ sunt, & vna die crediderunt tria millia, & iterum quinque millia: & alij, de quibus loquitur Iacobus ad Apostol. Paulũ: *Vides frater tanta millia credentium Iudæorum: hi omnes æmulatores legis sunt.* Sed & quotidie superbi habitatores vrbis Hierusalẽ, quorum cor post offẽdicula & abominationes suas ambulat, Dei merentur offensam. Et hi qui foris erant ablato corde lapideo, & accepto corde mollissimo, per pœnitentiam reuertũtur ad ecclesiam, & ambulant in præceptis domini, iudiciaq; eius custodiunt: fiuntque dñi populus, & dominus quem prius offenderant, fit eis Deus.

Act. 2. g Mid. 21. d

a ¶ *Et eleuauerunt, Cherubim*, &c.] Paulatim gloria domini recedit de Hierusalem. Primũ templum deserẽs, stat in atrio vel in limine domus: & post ea in introitu portæ Orientalis: nouissime sublatis pennis totisq; sequentib. stat super mõtem, qui est ad Orientem vrbis: haud dubium quin mõtem significet oliueti, vnde saluator ascendit ad patrẽ, Stabatque gloria domini, quæ de Hierusalẽ vrbe discesserat super montẽ Oliueti, in signum resurrectionis & luminis, vt inde perituram, arsuramque cerneret Hierusalem. Quodque dicit: Ascendit gloria de medio ciuitatis, aliis verbis loquitur dominus ad discipulos. *Surgite, abeamus hinc.* Et ad Iudæos: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Iosephus quoque refert auditam vocem in templo Angelorum & fortitudinũ cælestium, quæ prius in vrbis præsidio erãt, abeamus ex his sedibus. Mirumque in modũ vsque in præsentem diem gloria domini, quæ deseruit templũ, stat super montẽ Oliueti, & in crucis signo rutilãs, spectat templũ quõdam Indaicũ, in fauillas & cineres diffolutum.

Ezech. 43. a

Ioan. 14. d Luc. 13. g Ioseph. lib. 7. de bel. Iudaic. 12.

b *Et spiritus leuauit me, &c. Et sublata, &c.*] Pro eo quod nos ex Hebraica veritate trãstulimus: & sublata est à me visio quam videram: Lxx. transtulerunt: & ascendi à visione quam videram: Quod vtrumque significat non in corpore prophetam in Hierusalem de Babylone tanslatum, sed in spiritu: sublataque visione quæ eum in spiritu duxerat Hierusalem, & vniuersa monstrauerat, quę superior sermo narrauit; reuersus est in semetipsum, & locutus est ad transmigrationem omnia quæ ei fuerant demonstrata, ad eos videlicet, de quibus supra scriptum est: *Ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant iuxta me, & cecidit super me ibi manus domini Dei, & vidi.* Mirumque in modum sedentibus his, qui ad se venerant visitandum, visiones mysticas propheta cernebat, & absens erat ab his qui coram se sederant, absens spiritu, præsens corpore. Omniaque fiunt, vt consolationẽ recipiant qui captiui erant, quod reducendi sint in terram Israel, & ambulaturi in præceptis domini, futurique ei in populum, & ille futurus sit eis in Deum. Qui autem non fuerint conuersi ad pœnitentiam, sed ambulauerint post abominationes suas, recipiant quæ fecerunt. Verba autem in scripturis sanctis pro rebus dici, sæpe admonuimus.

Sup. 8. a

CAPVT XII.

Et a *factus est sermo domini ad me dicẽs: Fili hominis*, &c.] Pro eo quod nos vertimus: In medio domus exasperantis tu habitas: Lxx. posuerunt: In medio iniquitatum eorum habitas. Sed ex eo quod sequitur: *Quia domus exasperans est*, intelligimus priorẽ quoq; sententiã huic versiculo conuenire. Pro exasperatione quoq; dici amaritudinem, crebro docuimus: vt sit sensus: In medio domus ad amaritudinem conuertentis tu habitas: quæ Deum natura dulcem, atque clemẽtẽ, vitiorũ suorum amaritudine, amarum facit atque crudelem. Alioquin de Deo legimus: *Gustate & videte, quoniam suauis siue dulcis est dominus.* Habitat autem propheta in medio populi, Deũ ad amaritudinem prouocantis: qui habet oculos, & non videt: aures & non audit, non vitio sensuũ, sed pertinacia prauitatis. Vnde & dominus ad Iudæos: *Si cæci, inquit, esse tis, peccatum non haberetis*: voluntariam cæcitatem in illis arguens atque condemnans. Quia ergo oculos habent ad videndum, & non vident: aures ad audiẽdum, & non audiunt, & tua verba contemnũt: doce eos per imaginem atque picturam, & schemaribus ostẽde corporeis, vt venturam captiuitatem non solum auditu, sed & oculis recognoscant.

Psal. 33. d

Ioan. 9. g

HEB.	SEPT.
d Tu ergo fili hominis fac tibi vasa trãsmigrationis, & migrabis per diẽ corã eis. Migrabis autẽ de loco tuo ad locũ alterũ in conspectu eorũ, si forte aspiciant: quia domus exasperãs est. e Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrãtis per diẽ in cõspectu eorũ: Tu autẽ egredieris vespere corã eis sicut egreditur migrans. Ante	*Et tu fili hominis, fac tibi vasa captiuitatis, & captiuare de loco tuo in locũ alterum, in conspectu eorum, vt videãt quia domus exasperãs est. Et proferes vasa tua, vasa captiuitatis per diem in oculis eorum. Et tu egredieris vespere in conspectu eorum, sicut egredietur captiuus. Perfode tibi parietem*

d ¶ *Tu ergo fili hominis*, &c.] Nulli dubium quin vniuersa loci huius continentia, futurã captiuitatem indicet regis Sedechiæ tribus Iudæ, qui captus est cum Hierusalem. Sed quoniam quidam volunt captiuitatem Sedechiæ, qui interpretatur iustus dominus, in typum præcedere Saluatoris: qui de cælestibus ad terrena descendens, humanum corpus assumpserit, & hæc esse vasa captiuitatis: Ideo præmonendum puto prudentem cautumque lectorem, & hæc quidem nos ponere, ne quin prætorire videamur, sed non probare. Neque enim rex impius in figuram potest

צדקיהו

Hier. 39. & 4. Reg. 25.

4. Reg. 25. b

Ibidem.

Hiero. 39. b Infr. eod.

Zach. 3. c

Osee 12. c

Ante præcedere illius, qui totius pietatis exemplum est. Captum autem esse Sedechiam à Babyloniis atque Chaldæis, & Hieremias propheta, & Regum narrat historia, & ductum de loco in locum, hæc est, de Hierusalem in Babylonem, & cætera quæ Ezechiel in consequentibus loquitur. Qui autem referunt ad dominum Iesum Christum captiuitatem eius, & transmigrationem de loco ad locum, decensionem ex cælestibus ad terrena significari putant.

e ¶ *Et efferes foras vasa*, &c.] Facere iubetur propheta in figura, quæ Sedechias facturus est in veritate. Collige, inquit, sarcinas tuas: hæc enim vasa sunt transmigrantis, videntibus eis. Et postquam viderint quæ facturus es, egredieris vespere in similitudinem transmigrantis. Legimus Sedechiam nocte muro suffosso fugisse ad deserta Iordanis: ibique à Babyloniis esse comprehensum, & hoc significare perfossum parietem. Quod autẽ dicit: *In humeris portabis*, subauditur, sarcinas tuas, & quicquid ad viæ solatium fugientes portare consueuerunt. In caligine effugies, ne videaris à quoquam. *Faciẽ tuam velabis*, vel cæcitate quæ ei accidit, erutis oculis à Nabuchodonosor: vel ne cognoscatur quod ipse sit rex, & maior siat cura seruantiũ. Quodq; sequitur: *Et non videbis terram*: illud significat, quod cæcus ductus sit in Babylonẽ, eamque non viderit: *Quia portentum dedi te*, inquit, *domui Israel*: In signum enim & in figurã, prohetarum tam dicta quam facta sunt. Vnde & in Zacharia, viri portentosi vocantur, quod futura portendant. Et in Osee loquitur Deus: *In manib. prophetarum assimilatus sum.* Qui

autem volunt in Ezechielis persona Christum intelligi, vasa captiuitatis, humanum corpus accipiunt, & perfossum parietem, quo infernorum claustra perfregit, & resurgens à solis credentib. visus est: portatusque in humeris, quando cũ angelicis potestatib. ad cœlũ victor ascendit. Et quod abscõditus egreditur, & velat faciẽ suã, ne in carne mortali videatur diuina maiestas, & non videt terrã, ne oculis illius illustretur: quæ eius non meretur aspectũ. *Oculi enim domini super iustos, & auertit faciẽ suã ab impijs.* Hæc autẽ, inquiũt, omnia fecisse narratur, vt per similitudinẽ hominis, dura ad fidẽ Israelitici populi corda conuerteret. Et in portentũ datur domui Israel: iuxta illud quod scriptũ est: *Ecce hic positus est in ruinã, & resurrectionẽ multorũ, & in signum, cui cõtradicetur.*

a ¶ *Feci ergo sicut præceperat mihi vasa mea, &c.*] Quę supra iussus est facere, opere se complesse testatur, nec interpretatione indiget iuxta vtrãq; sententiã, quod supra expositũ est. Illud autẽ notandũ, quod vno atq; eodẽ tempore Hieremias prophetabat in Hierusalem, & Ezechiel in Babylone, & illius propheria mittebatur adcaptiuos, & huius ad eos qui habitabant in Hierusalẽ: vt vnius in diuersis regionib. Dei prouidẽtia probaretur, & intelligerẽt audientes, quæcunque accidebant populo, nequaquam idolorũ potestate, sed domini iussione consistere.

b ¶ *Et factus est sermo domini mane ad me, &c.*] Site (inquit) *interrogauerit domus exasperãs: Quare ista facis?* Vel secundũ Lxx. etiam si non interrogauerint, tu ingredere, vt sciant cur ista feceris: *Dic ad eos:*

c ¶ *Hæc dicit dominus Deus, super principem, &c.*] Primum exponamus historiam Dic, inquit, ad eos, ô filij hominis, qui vel interrogãt vel non interrogãt: Quid tu facis hęc? quod super ducem onus istud & visio sit, qui est in Hierusalem: ducẽ significans Sedechiam. Et dic: *Ego portentum vestrum*: siue vt Lxx. transtulerũt: *Ego qui portẽta facio*: vt ex præsentib. futura cognoscantur: quomodo feci, sic fiet illis: duci & cunctis qui in comitatu ducis sunt. In transmigrationem Babyloniã captiui ducentur, *& dux qui est in medio eorũ, in humeris portabitur* vel iumentorũ vel eorũ qui cum eo fugerãt. *In caligine*, & in noctis tenebris *egredietur*: murumque suffodient socij eius, vt educant eum. Facies illius velabitur vel timore fugientis, vel cæcitatis iniuria: vt cæcus terram non videat Babylonis. *Et ego extẽdam rete meum super illum, & capietur in sagena mea*, Concedente quippe domino à Babyloniis captus est, & hæc quæ ab hostibus passus est fieri, se fecisse testatur. Ductusque in Babylonem, terram Chaldæorum non videbit, ibique captiuus morietur. Omnes autem socios eius & adiutores & comites fugæ, cum ille fuerit cõprehẽsus, huc illucque dispergam, nec securos abire permittam: sed in manibus hostium euaginabo gladium meũ vt quando dispersi fuerint in gentibus intelligãt quod ego sim dominus, & mea cuncta voluntate sint facta. Et relinquã, inquit, ex sociis eius qui cum eo fugerit, & qui euadere potuerint, paucos, qui gladiũ, & famẽ, & pestilentiam euaserit: vt cum vel fuga, vel captiuitate ad diuersas peruenerint regiones, narrent omnia scelera sua, vel sermone, vel exẽplo propter quę tanta meruerint mala, & intelligãt, quod ipse sim dominus. Qui autẽ tropologiã, & cœptã explanationem super saluatore conatur exponere, ducẽ, qui est in medio Hierusalẽ, ipsũ interpretatur, qui in portẽtũ signũq; præcesserit, quod & ipse & socij eius captiui istius mũdi sint, & ab inferis victor ascendens, in humeris portatus sit Angelorum: in caligine egressus, ignotus incredulis, destructo medio pariete, fecerit vtrumque vnũ facies illius operta, vt tertã non respiciat Iudæorum. Nec mirũ si dominus celauerit faciem suam: cũ vsq; hodie ante vultum Moysi velamẽ positũ sit populo nõ credenti. Extẽditq; dominus rete suũ super illũ, iuxta id quod de eo sponsa loquitur in Cantico cãticorũ: *Ecce iste post parietem nostrum prospiciẽs per fenestras, apparẽs per retia.* De quo & Hieremias: *Spiritus vultus nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris.* Et: Cũ nõ fecisset peccatũ, pro nobis peccatum factus est. Et adducetur, air, in Babyl. confusionẽ istius mũdi, in terrã Chald. qui interpretantur, quasi dæmonia: vt eos qui dæmonib. fuerãt mãcipati, retraheret ad salutẽ & captiuã duceret pristinã captiuitatem. Ipsamq; (inquit) Chaldæorũ nõ videbit, & ibi morietur, vt oẽs nos suamorte viuificet. Cũctos autẽ adiutores eius & socios, Apostolos & Apostolicos viros, dispersit in vniuersũ orbẽ. Et euaginauit gladiũ post eos, vt variis coronarẽtur martyriis, & tũc intelligerẽt vel ipsi, vel hi qui per eos crediderant, quod ipse sit dominus, & idcirco dispersierit eos in gẽtib. & dissemineuerit in terras, vt multũ fructum facerent. Et reliquit ex eis paucos viros: sicut Ioann. Apostolũ, & cæteros, à gladio, & fame, & pestilentia liberatos, & persecutionum impetũ declinãtes: vt narrẽt scelera Iudæorũ, & iniquitates cunctarũ gẽtiũ, ad quas ingressi sũt: vt acta pœnitẽtia, scirẽt quod ipse esset dominus. Hæc diximus, lectoris arbitrio iudiciũ relinquẽtes. Cęterũ nulla dubitatio est, periculosũ esse, regis impij captiuitatẽ & necem sacramento domini comparare.

d ¶ *Et factus est sermo domini ad me, &c.*] Post principis & sociorum eius prophetiã, quæ sub corporali imagine mõstrabatur, venit ad populũ, & quidquid prophetæ dicitur, per Prophetã refertur ad habitatores Hierusalẽ: quod in obsidionis malo, panẽ suũ comedãt in angustia & egestate, & aquã suã nequaquã in abundãtia, sed cum tormento bibãt & tribulatione. Hæc autẽ, inquit, ô Propheta tibi dicuntur, vt tu loquaris ad populũ terræ tuæ, & dicas: hæc dicit dominus habitatoribus Hierusalẽ, quæ est in terra Israel: Obsessi à Nabuchodonosor atque à Chaldæis, famis & sitis sustinebitis malũ: vt omnis terra cũ sua plenitudine deleatur: habitatores significans per eã quæ inhabitatur. Et ne putent sibi hoc euenire sine causa: Dic, inquit, eis, quod propter scelera eorũ & impietates, oẽs vrbes Iudææ ad solitudinem redigendæ sint, & vniuersa terræ cultura dispereat: vt cognoscant Deum sæuientẽ, quẽ misertẽ cognoscere noluerunt. Possumus iuxta anagogen habitatores Hierusalẽ credentes Christo dicere, qui habitãt in Ecclesia. Et si per peccata, illius offensã meruerint, comedãt panem cum egestate, & bibãt aquã cũ mœrore & angustia: *Nõ cibũ panis, nec potum aquæ, sed famem* sermonis, & doctrinæ Dei sustinentes. Quando enim vel vitio principum, qui vel capiendi sunt, & tradendi Babyloniis, vel nostra duritia perdiderimus sermonem Dei, aquasque non meruerimus habere vtiles: tũc in dolore & penuria, nostrum sumens cibum, & terra perdet multitudinem credentium: & ciuitates quæ in toto orbe intelliguntur Ecclesiæ, desolabũtur, & terra deserta erit, vt omnes sciant, quia offensa sit domini. Quod quidem & in persecutionis tempore intelligere possumus.

a ¶ *Et factus est sermo, &c.*] Quod nos diximus: prouerbiũ iuxta Symmachum: oẽs alij interpretes, parabolã transtulerunt, quæ Hebraicè appellatur משל. Rursum vbi à nobis editũ est: Neque erit diuinatio ambigua, vertere Lxx. nec diuinans iuxta gratiam: per quo oẽs lubricũ interpretati sunt, quod nos ambiguum diximus, vt decipientia audientes suos Prophetarũ verba noscam⁹. Est autẽ sensus omnis capituli hic: Supra prophetauerat cõtra principẽ, qui erat in Hierusalẽ: deinde populo famẽ & ardoré sitis nunciauerat esse venturã. Quod multitudo nõ credẽs, vetus assumebat tritũq; prouerbiũ: In longũ tempus differtur cõminatio prophetarũ, & omnis visio peribit, dum frustra cernitur, vel iuxta Symmachũ διατεινόμενος, id est, in vẽtũ & auram tenuẽ dissoluetur. Dic ergo (inquit) eis, quod nequaquam mea cõminatio differatur: nec diuinatio falsa atq; ambigua proferatur in populos, quę finẽ habeat incertũ: vt alio dicatur tẽpore, alio impleatur: sed nũc viuẽte te qui loqueris, & his qui audiũt, verbũ quod locutus sum, cõpleatur. Significat autẽ vicinam captiuitatẽ vrbis Hierusalẽ, & Sedechiã cum populo Iuda iãiãq; capiendũ. Nõ solũ autẽ illo tẽpore, sed vsq; hodie vulgus incredulũ, & dura corda mortaliũ, prophetiã Dei nõ recipit: Sed omnia quæ Prophetæ cõminantur, qui prædicat Euãgeliũ, in aliud tẽpus existimãt differẽdũ. Sciamusq; hic parabolã, quæ à Septuaginta ponitur, accipi pro prouerbio, iuxta illud quod in psalmo legim⁹: *Et factus sum eis in parabolã.* Et in hoc eodem Propheta: *Quid est vobis parabola ista in Populo Israel, dicentiũ: Patres comederũt vuã acerbã, & dentes filiorũ obstupuerunt?* Manifesta perstringimus, vt in obscurioribus immoremur.

Commentarij Tertij in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

VEllem, si fieri posset, Eustochium, explanationes in Ezechielem, per singulos Libros propriis texere prophetis, & quod vaticinatione coniunctum est, nequaquam expositione diuidere: vt facilior esset cursus dictantis pariter & legentis: longumque & immensum interpretationis iter, certis spatiis separare: vt quasi titulis & indicibus, & vt proprius loquar, argumentis, ostenderem quid Libri singuli continerent. Sed quid faciam, cum aliæ Prophetiæ breues sint, aliæ longæ: vt sæpe necessitate cogamur, & plures in vnum Librum coarctare, & vnam in multos diuidere? Vnde & nunc, contra Prophetas & Prophetias, ad seniores quoque populi Israel, & ad terram, super quam inducuntur quatuor plagæ pessimæ, & de ligno vitis, quod cum fuerit abscissum, inutile est inter omnia ligna siluarum, catalogum etiam vitiorum Hierusalem volumus quarto Libro comprehendere. Quę quia vnius voluminis non patitur angustia, alteram partem eius quinto Volumini reseruamus, prudentissimi Lectoris solicitudinem præmonentes: vt sciat quid nobis in hoc explanandum, & quid sibi legendum sit.

COMMENTARIORVM S. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

CAPVT XIII.

EXT [a] *fact⁹ eſt, &c. qui proph. &c.*] Hoc quod nos poſuimus: Qui prophetant, & dices prophetãtib. de corde ſuo: omiſere Lxx. & pro eo quod nõ habetur in Hebr. addiderũt, & prophetabis, & dices ad eos. Eſt autẽ ſermo contra pſeudoprophetas, qui decipiebãt populũ, & contra Dei mãdata, aliud prophetabant. Nec quempiã moueat, quod prophetæ appellantur: hãc enim habet sãcta ſcriptura conſuetudinẽ, vt vnũquẽq; vaticinationis ſuæ & ſermonis prophetam nũcupet: ſicut 3. Reg. 18. Propheræ appellãtur Baal, & prophetæ idolorũ, & prophetæ cõfuſionis. Vnde & Apoſt. Paulus poëtam Græcum, prophetã vocat: *Dixit quidã propr⁹ eorũ propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Et in Oſee legimus: *Sicut Propheta inſaniens homo portãs ſpiritũ.* Quidquid autẽ eo tẽpore Iſraelitico populo dicebatur, hoc nũc refertur ad Eccleſiam: vt prophetæ ſancti ſint Apoſtoli & Apoſtolici viri, Prophetæ autẽ mendaces atq; furioſi, omnes hæretici, quorũ principes ex ſuo corde confingunt: qui autem ab eis ſeducti ſunt, aliorum mendaciis acquieſcant.

b ¶ *Væ proph. &c.*] Lxx. *Væ his qui prophetant de corde ſuo, & omino non vidẽt:* relinquentes illud quod à nobis propoſitũ eſt, qui ſequuntur ſpiritũ ſuũ. Cum prophetarum nomẽ ſecundum regulã ſcripturarum bonis maliſq; cõmune ſit, in eo differũt, quod boni prophetæ eſſe dicuntur ſapiẽtes, mali autẽ ſtulti & inſipientes: quorum alterum refertur ad Eccleſiaſticos viros, alterũ ad omnes hæreticos, qui Dei ſpiritum relinquentes, ſequũtur ſpiritum ſuum: quia nequaquam diuino inſtinctu, ſed proprio corde vaticinantur, vnde & nihil vident. Qui autem ſapiẽs eſt, non cordis ſui cogitationes, ſed Dei ſpiritum ſequitur, iuxta illud quod in ſuperioribus animalia & rotæ ſpiritum Dei ſequebantur. Et Propheta dicit: *Poſt dominum Deum tuũ ambulabis*: Et in alio loco: *Deduc me in ſemitam rectam.* Et iterum: *Spiritus tuus bonus ipſe deducet me in terrã.* Et populo Dei, columna ignis & nubes erat dux in ſolitudine. Et Hieremias loquitur: *Non laboraui ſequens te.* Quis autem hæreticorum qui ſequitur ſpiritum ſuum, non impingat in tenebris, & cæcus cæcos ducat in foueam? Vnde licet ſibi in myſteriis, imo orgiis ſuis plura Eccleſiaſticis doctorib. videre videantur, tamen nihil omnino vident, quia ſolem iuſtitiæ perdiderunt: fruſtraq; imitãtur eos qui prius vocabãtur videntes, & quib. dicitur. *Qui vides, vade: recede in terrã Iuda, & in Bethel nõ prophetabis.* Quamobrẽ viſio Eſaiæ & Abdiæ ponuntur in titulis. Et dominus Apoſtolis præcepit: Leuate oculos veſtros, & videte. Et Propheta ſuppliciter deprecatur: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.*

c ¶ *Quaſi vulpes in deſertis Prophetæ tui Iſrael erant, &c.*] Dicamus primum iuxta Hebr. Prophetæ Iſrael vulpium ſimiles ſunt, quotidie domeſticarũ auium furta faciẽtes: qui habitant, iuxta Aquilã & Lxx. in deſertis: iuxta Symmachum & Theodot. in parietinis atq; ruinoſis, qui non poſſunt aſcẽdere ex aduerſo, neq; murũ pro domo Iſrael opponere. Legimus Aaron aduerſum ignem Iſraelis populum deuorantem occurriſſe, & ſteteriſſe medium, & oppoſuiſſe murũ pro ſalute populi. Hieremiæ quoque dicitur, ne occurrat domino, neque ſteat contra iram eius orationis perſeueratia. Sicut enim murus hoſti opponitur, & aduerſario occurri ſolet ex aduerſo contráque venienti, ita Dei ſententia ſanctorũ precib. frangitur. Vnde & Moyſi dicitur: *Dimitteme, & delebo populum iſtum.* Cui enim dicitur: Dimitte me, oſtẽditur quod tenẽdi habeat facultatem. Iſti ſtare non poſſũt in prælio in die domini, vt pro populo precib. dimicent, & reſiſtant obſecrationib. ſententiæ Dei. Quia igitur vana conſpiciunt, & diuinant mendaciũ, & à domino miſſos eſſe ſe dicũt, cum non ſint miſſi ab eo: & perſeuerãt in erroribus & ſuũ cupiũt firmare ſermonẽ, arguũtur quod omnia ſint caſſa quæ prædicant, ſuũ mendacium, domini ſermonem eſſe dicentes. Porro iuxta Lxx. hic ſenſus eſt: Omnes hæretici propter fraudulentiã ac nequitiam vulpium ſimiles ſunt, de quib. ſaluator loquitur: *Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos.* Et de Herode ſcriptum eſt: *Dicite vulpi huic.* Et de eiſdem vulpib. quæ paruulos ſimpliceſque decipiunt & populantur vineam Chriſti, Salomon loquitur: *Capite nobis vulpes paruulas, diſſipantes vineas.* Et in pſalmo ſuper his qui corũ fraudulẽtia ſupplantãtur, canitur: *Introibunt in inferiora, &c.* Hi prophetæ qui vulpiũ ſimiles ſunt, non ſteterunt in firmamento: nec cum Petro audire meruerunt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Nec Moyſi ſimiles ſunt, cui dictum eſt: Tu vero hic ſta mecũ. Nec illius qui dicit: *Statuit ſupra petram pedes meos*, ſed fluctuauerunt omni vento doctrinæ. Nec ſteterunt in in firmamento: De quo in octauodecimo pſalmo legimus: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Iſti congregauerunt irrationabiles quoſque, & propter nimiam innocentiam pecudum ſimiles, contra domum Dei. Vnde nunc dicitur: *Et congregauerunt greges ſuper domum Iſrael*: nec ſurrexerunt ipſi, nec alios ſuſcitare potuerunt: ſed quæcunque egerunt & agunt, plena mendaciis ſunt. Quodque ſequitur: *Et cœperunt ſuſcitare ſermonem*: illud ſignificat, quod velint quidem conſurgere, & ſe ad excelſa ſuſtollere, ſed quod cupiant, implere non poſſint. Dicitur que eis: *Nonne viſionem falſam vidiſtis, & diuinationes vanas locuti eſtis?* Quodque ſequitur: *Et dicebatis, dicit dominus, & ego non ſum locutus*: in Septuaginta non habetur.

d ¶ *Propterea h.æc dicit dominus Deus: quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mẽdacium, ideo ecce, &c.*] Sub Prophetarum perſona, ſermo contra hæreticos eſt, qui loquuntur vana, & vident

LIBER QVARTVS.

CAPVT XIII.

ET [a] factus eſt ſermo domini ad me dicẽs: Fili hominis, vaticinare ad Prophetas Iſrael, qui prophetant, & dices prophetãtib. de corde ſuo: Audite verbũ domini: Hæc dicit dominus Deus.

HEB.	SEPT.
[b] Væ prophetis inſipiẽtib. qui ſequuntur ſpiritum ſuũ, & nihil vidẽt.	*Væ his qui prophetant de corde ſuo, & omnino non vident. Sicut vulpes*
[c] Quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erant.	*in deſertis Prophetæ tui Iſrael. Non ſteterunt in firmamento, & congregauerunt greges ſuper domũ Iſrael. Non reſurrexerunt in prælio, qui dicunt in die domini: videntes mendacia, diuinantes vana: qui dicunt dicit dominus: & dominus non miſit eos, & cœperunt ſuſcitare ſermonem.*
Nonne viſionem falſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis? & dicitis, ait dominus, cum ego non ſim locutus.	*Nonne viſionem falſam vidiſtis, & diuinationes vanas locuti eſtis? Et dicebatis, dicit dominus, & ego non ſum locutus. Ideo dic: Hæc dicit adonai dominus. Quoniam verba veſtra mendacia, & diuinationes veſtræ vanæ, idcirco ecce ego ſuper vos, dicit dominus Deus: & extendam manum meam ſuper prophetas, qui vident mendacium, & qui loquuntur vana. In diſciplina populi*
[d] Propterea hæc dicit dominus Deus: Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus.	
Et erit manꝰ mea ſuper Prophetas, qui vident vana, & diuinant mendaciũ. In concilio populi mei non erunt, & in ſcri-	

[a] *Ezech. 11. a*
[b] *Num. 16. b*
[c] *Hier. 7. c*
[d] *Exod. 32. c*
Matth. 8. c
Luc. 13. g
Cant. 2. d
Pſal. 62. c
Matt. 16. d
Deut. 5. d
Pſal. 9. a

vident mendaciũ, & perſeuerant ſuam firmare doctrinam: quod ipſe dominus cõtra eos veniat atq; cõſurgat, & extendat manum ſuã ſuper illos ad percutiendum, & non contrahat ad parcendũ, & cõminatur quod nõ ſint in cõcilio populi domini futuri, nec in Eccleſia eius, ſed in ſynagoga diaboli: nec ſcribantur in domo Iſrael. De quib. in alio loco dicitur: *Super terrã ſcribãtur*, non in terrã Iſrael, quæ terra viuẽtiũ eſt, & de qua nunc dicitur, nec in terrã Iſrael ingrediẽtur: ſed in terrã mortuorũ & vmbrã mortis: vt poſtquã iſta perpeſſi fuerint, ſeparati à cœtu populi Dei, intelligãt quod ipſe ſit domin⁹. Pro eo quod nos vertimus, *in concilio populi mei non erunt*: Lxx. tranſtulerũt, *in diſciplina* ſiue *in correptione populi mei non erunt.* Alia enim aduerſatiorum, alia filiorũ correptio eſt. Vnde & Hieremias: *Corripe*, inquit, *nos domine, verumtamẽ in iudicio & non in furore*: vt nequaquã paucos nos facias. *Effunde furorẽ tuum ſupergentes quæ te ignorauerunt, & ſuper regna, quæ nomen tuũ non inuocauerunt.*

a ¶ *Eo quod deceperint, &c.*] Prophetæ Iſrael qui non erũt in cõcilio populi Dei, nec ſcribentur in ſcriptura domus Iſrael, nec terrã repromiſſionis intrabunt: ideo iſta patientur, quia deceperunt populũ meũ: pro rigore pœnitentiæ & conuerſionis iniuria, pacem eis & proſpera nunciantes: ſecundũ illud quod alibi dicitur: *Pax, pax: vbi eſt pax?* Deus itaque Metaphoricè ædificabat eis per legis mandata, ſanctorumque prophetarum eloquia, & comminationes, maceriam. Hoc enim verbum Hebraicum ſignificat a גדר, vt omnem ab illis incurſionẽ beſtiarum, & hoſtilẽ impetũ ſubmoueret: dum cõuerſi ad Deũ hoc quaſi muro & pariete firmiſſimo cingerentur. Pſeudo vero Prophetæ nõ ſemel, ſed frequenter pollicebantur eis pacem (hoc enim repetitus pacis ſermo ſignificat:) Ipſumq; parietem, qui in ſequentib. [b] קיר appellatur, linebant pſeudoprophetæ abſque temperamento, vt interpretatus eſt Symmachus: hoc eſt puro luto, & quod paleas non haberet: vt nec præbere poſſet aliquẽ fortitudinem. Vt vero Lxx. & Theodotio, linunt eum ſtultitia: Aquila autem verbũ Hebraicum [c] תפל interpretatus eſt ἀνάλῳ, quod ſignificat abſque ſale: de tranſlatione tranſiẽs ad ad aliã trãſlationem: vt quo modo cibus abſque ſale nullum habet ſaporẽ, ita & lutũ abſque paleis, quib. firmatur & ſtringitur, nihil roboris poſſit præbere parieti. Dic, inquit, ad eos qui illis vana promittunt, & caſſum polliceantur auxilium: quod caſurus ſit iſte paries & hæc macheria, & immittã imbrem vehementiſſimum, hoſtes videlicet ſæuiſſimos: Babylonios autem Chaldæoſque ſignificat, & eoſdem lapides grandinis deſuper irruentes, omnia per metaphoram: quo inſtabilem maceriam ſubitus turbo ſubuertat & ſubruat & poſtea dicatur eis, id eſt, pſeudoprophetis: vbi eſt litura quam liniſtis, & vbi eſt quod polliciti eſtis auxiliũ? Quidquid autem de pſeudoprophetis diximus, & ad hæreticos referri poteſt: quod omnia eorũ Dei irraſigmẽta ſoluãtur, & ædificatio peſſimorũ dogmatũ, quæ ſpiritus sãcti nõ habet condimentum, corruat, & vſque ad fundamẽta & puluerẽ dilabatur, & adæquetur ipſa maceria terræ, & cadat, & conſumãtur Prophetæ, qui promittebãt, & populus cui promittebatur, in medio eius: vt poſtquã cõpleuerit indignationẽ ſuã, & dixerit eis: non eſt iſte paries: hoc eſt, non eſt veſtra defenſio, & non ſũt qui linũt eũ: ſed omnia vana ſunt, & in nihilũ proficiẽtia: tunc opere cognoſcatis, quod ego ſim dñs. Vt autẽ ſciamus, qui ſint iſti, qui linũt parietem, Sequitur. Prophetæ Iſrael, hoc eſt pſeudoprophetæ, qui prophetãt ad Hieruſalẽ, & vidẽt ei viſionẽ pacis, iſti ſunt cauſa peccati & ruinæ, & ſtultæ ſecuritatis. Non enim erit pax dicit dominus: quia dominus nõ miſit eos, nec eſt locut⁹ ad eos. Hoc quod Lxx. tranſtulerũt, & ſuper iũcturas eorũ, in Hebr. non habetur. Significat autẽ iuncturas lapidũ in pariete, vel adminicula lignorum, quib. parietes roborãtur. Necnõ illud quod ſupra legimus: ipſe ædificabat parietẽ: pleriq; ad populũ referunt Iſrael, qui vanum ſibi vel Ægyptiorum, vel pacis promittebat auxiliũ.

HEB.	SEPT.
in ſcriptura domus Iſrael nõ ſcribẽtur, nec in terram Iſrael ingrediẽtur. Et ſcietis quia ego dominus Deus.	*populi mei non erunt, nec in ſcriptura domus Iſrael ſcribẽtur, & in terrã Iſrael non intrabũt, & ſciẽt quia ego Adonai domin⁹. Quoniã deceperunt populũ meũ dicẽtes: pax, pax, & non erat pax, & iſte ædificat parietem, & iſti linunt eum ſtultitia. Dic ad eos qui linunt ſtultitia, cadet. Erit pluuia inũdãs, & dabo lapides magnos in iunctũras eorũ, & cadent. Et ſpiritus auferens, & diſrũpetur. Et ecce cecidit paries, & dicẽt ad vos, vbi eſt litura veſtra quã liniſtis? Propterea hæc dicit Adonai dominus: Et diſrumpam ſpiritũ auferentem in furore meo, & pluuia inundans in ira mea erit, & lapides magnos in furore inducam in conſũmationẽ, & ſuffodiã parietẽ quẽ liniſtis, & cadet. Et ponã eum ſuper terram, & reuelabuntur fũdamenta eius, & cadet, & conſumetur eum increpationib. & cognoſcetis quia ego dominus. Et complebo furorẽ meum ſuper parietẽ, & ſuper eos qui linunt eum, & cadet: dixique ad vos: Non eſt paries, neque qui linunt eum Prophetæ Iſrael, qui prophetãt ſuper Hieruſalem, & qui vident illi pacẽ: non eſt pax eis, dicit dominus Deus.*
Et tu fili hominis, obfirma faciem tuã ſuper filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo, & propheta ſuper eas & dices: Hæc dicit Adonai dominus. Væ his, quæ conſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus, & faciunt velamina ſuper omne caput vniuerſæ ætatis, vt peruertant animas. Animæ ſubuerſæ ſunt	*Et tu fili hominis, pone faciẽ tuã contra filias populi tui quæ prophetant de corde ſuo, & vaticinare ſuper eas, & dic: Hæc dicit dominus Deus: Væ his, quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt cerualia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas*

b ¶ *Et tu fili hominis, &c.*] Supra ad Prophetas diuinus ſermo directus eſt, qui luto linebant parietem, quod paleas nõ haberet, nec vllum poſſet parieti ſiue maceriæ robur tribuere: Nũc aduerſus filias populi prophetiſſas iubetur faciem ſuam ponere, ſiue dirigere &, vt Lxx. tranſtulerunt, obfirmare. Quo modo autem aduerſum prophetas alij pſeudoprophetæ inſpirabãtur diabolico ſpiritu, vt Dei mandata ſubuerterent: ita aduerſum prophetiſſas, qualis fuit Debora & Holda, & in Actibus Apoſtolorum Philippi Euangeliſtæ quatuor filiæ prophetantes, inſpirabantur demoniaco ſpiritu: aliæ eiuſdem ſexus: quarum fuit Priſca & Maximilla, quę vaticinatione mẽdacij, fidem ſubuerterunt veritatis. Has autẽ dicunt Hebræi;

Hier. 17. b
Sec. 70.
Ibid. 10. d
Sec. 70.
Hier. 8. d
Sec. 70.
Iud. 5. a
4. Reg. 22. b
Act. 21. b

A
maleficis artibus eruditas, per necromantias & pythicũ ſpiritũ: qualis fuit illa, quæ viſa eſt ſuſcitaſſe animã Samuelis. 2.Reg. 28.c Act. 16.d
Et in Actibus Apoſtol. cuius diuinatio multos dominis reditus acquirebat: de qua ad Apoſtoli Pauli imperium immundus eiectus eſt ſpiritus. Nos autẽ ita dicimus: alios hæreticos falſitate dogmatũ ſuorum prædicare virtutẽ. Quorũ fuit Pythagoras, & Zeno, à quo Stoici, Indorũ brachmanes, & Æthiopũ gymnoſophiſtæ: qui ob victus continentiã miraculum ſui gẽtib. tribuunt. Recteq; dicuntur parietem linire, & aliquã fortitudinẽ polliceri: ſed quia Chriſti non habẽt cõdimẽtum, vanus eſt eorũ labor, & peritura ædificatio. Pſal. 126.a *Niſi* enim *dominus ædificauerit domum, in vanũ laborauerũt qui ædificant eã.* Alij, autem voluptatũ libidiniſque doctores, dicuntur cõſuere puluillos, & ponere ſub omni cubito manus, Epicurei, & Pyrrhonij: & apud nos Iouinianus & Eunomius: qui dicunt: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* 1.Cor. 15.d Iubetur ergo propheta ponere ſiue obſtirmare faciem ſuã cõtra filias populi ſui. Primumq; dicendũ, quid ſibi velit poſita facies, ſiue directa & obſtirmata. Nẽpe illud quod de domino ſcriptũ eſt: *Facies domini ſuper facientes mala: vt diſperdat de terra memoriam eorũ.* Pſal. 33.c Ibid. 67.a
B
Sicut enim liqueſcit cera à facie ignis ſic pereũt peccatores à facie Dei. Secundũ quẽ ſenſum in hoc eodẽ Propheta dicitur: *Fili hominis obſtirma faciẽ tuã ſuper Themã & Darom & Negeb.* Et iterũ: *Factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis, obſtirma faciem tuã ſuper filios Hieruſalem.* Et poſt paululũ. *Factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, obſtirma faciẽ tuam ſuper filios Ammon.* Et rurſum: *Obſtirma vultum tuũ ſuper Pharaonem regẽ Ægypti.* Et iterum: *Fili hominis: obſtirma faciem tuã ſuper Gog & Magog.* Et in alio loco: *Firmabo faciem meam ſuper hominem illum, & ponam illum in deſertum, & in diſſipationem, & auferam eum de medio populi, & ſcietis quia ego dominus.* Væ igitur his hæreſib. hiſq; doctrinis, quæ requiẽ pollicentes: omnem ætatẽ ſexumq; decipiunt: vt capiãt animas miſerorum, & contaminent me ad populum meũ, dum credor diligere voluptatem, & hoc non propter eorum & hemicorum hordei, vt in Oſee legimus: ſed propter pugillum hordei, quo bruta veſcuntur animantia, & fragmentum panis: non panem integrum, nec ſolida teſtimonia ſcripturarum: ſed quæ hæretica prauitate fracta & decurtata, atque imminuta ſunt: vt ſanctos quoſque decipiant, & ad mortem trahant, & peccatores vanis promiſſionibus viuificare contendant. Propterea clemens & miſericors Deus non ipſas prophetiſſas interficit, ſed diſrumpit puluillos earum: qui inſtar retium volantes animas capiunt: vt poſtquam rupti fuerint, liberam vo- Infra. 20.g Sec. 70. Infr. 21.a 25.a Infr. 29.a Infr. 38.a Infr 14.c Sec. 70. Oſee 3.a

HEB.

das animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabãt animas eorũ. Et violabãt me ad populũ meum, propter pugillũ hordei, & fragmentũ panis: vt interficerẽt animas, quæ nõ moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentiẽtes populo meo credẽti mẽdacijs. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes: & diſrumpam eos de brachiis veſtris, & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et diſrumpam cerulcalia veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, neq; erunt vltra in manib. veſtris ad prædam & ſcietis quia ego Dominus. Pro eo quod mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quem ego non contriſtaui, & cõfortaſtis manus impij, vt nõ reuerteretur à via ſua mala, & viueret: Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius: & eruam populum meum de manu veſtra & ſcietis quia ego dominus.

CAPVT XIV.

ET venerunt ad me viri ſeniorum Iſrael, & ſederunt coram me. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili homi-

C
landi habeant facultatẽ. Et ſcindet velamina ſiue cerulcalia in quib. principale animæ recumbebat, & quibus deceptorũ capita operiebantur: cum Apoſtolus doceat virorũ capita nõ velãda, ſed reuelata facie domini gloriã contẽplãdã: Vos enim, inquit, falſis terroribus ſeruientiũ Deo animos frãgebatis, & promiſſionibus fraudulẽtis, impios tenebatis incluſos: ne agẽtes pœnitentiã, vitã reciperẽt, quã perdiderant. Propterea vanas nequaquam videbitis viſiones, nec vocabo veſtra mendacia propetias, ſed diuinationes: de quibus ſcriptũ eſt: *Nõ eſt augurij in Iacob, neque diuinatio in Iſrael*: vt eruam populũ meũ de manib. veſtris, & opere cognoſcatis me eſſe dominũ, qui perditos liberaui. CAP. XIV. 2.Cor. 3.d

SEPT.

ſunt populi mei. Et animas ſaluabant, & contaminabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis: vt occiderent animas, quas non oportuit mori, & ſaluarent animas, quas non oportuit viuere: dum loquuntur populo audiendi vanos ſermones. Propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ſuper cerulcalia veſtra, ſuper quæ vos colligitis animas: & diſrumpam ea de brachiis veſtris. Et dimittam animas quas vos peruertitis, animas eorum in diſperſionem. Et diſrumpam velamina veſtra, & liberabo populum meum de manibus veſtris, & non erunt vltra in manibus veſtris in congregationem, & cognoſcetis quia ego dominus. Pro eo quod peruertebatis animam iuſti iniquè, & ego non peruertebam eum, & confortabatis manus iniqui: vt penitus non conuerteretur à via ſua peſſima & viueret. Propter eam mendacia vltra non videbitis, & diuinationes nequaquam diuinabitis adhuc: & liberabo populum meum de manu veſtra, & ſcietis quia ego dominus,

ET venerunt ad me viri de ſenioribus Iſrael, & ſederunt ante faciem meam. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili homi-

D
ſuã, atque tormentum, dum meliora deſperãt, & parati ſunt ad ſuppliciũ, & ſic mea per te cupiũt verba cognoſcere? Quia igitur peruerſo ad te corde venerunt, reſpõde eis nõ ex perſona tua (ne leuis ſit auctoritas reſpõdentis) ſed ex meo imperio, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus. Eſt autẽ totius loci, vt latã explanationẽ breui ſermone cõprehendam, iſta ſententia. Homo homo non aliarum gentium, quarum error poteſt habere veniam, ſed domus Iſrael, qui cum priſtinis vitiis, de quibus ſupra diximus, ad Prophetam venerit ſciſcitandum: ego reſpondebo ei iuxta cor & immunditias Matt. 9.a Num. 21.d

E
ditias ſuas: vt iuxtà quod vult & credit, ita & audiat. Nõ enim meretur correctionẽ, qui non diſcendi, ſed tentandi animo interrogat. Receſſerũt enim à me, & idola ſũt ſecuti. Breuiſq; iſta eſt cõminatio: vt recedant ab idolis, cogitationibuſq; peruerſis, & cõuertantur ad me, priora ſcelera relinquẽtes. Nõ enim meretur audire veritatem, qui fraudulẽter interrogat, ſed ſuo corde capiendus eſt: ſecundum quod ſcribæ & Phariſæi interrogantes dominum, imo tentãtes, audiunt: *Quid me tentatis:* Et rurſum: *Nec ego dicam vobis, in qua virtute hæc faciam.* Qui autem homo talis eſt, & ſic interrogat, ponit Deus faciem ſuam ſuper illum, ſiue confirmat: vt auſteritate vultus, frontis duritia molliatur, & ſit in exemplum & in prouerbium, ſiue in ſolitudinem & in interitum: vt illo perdito de populo Dei, cognoſcant cæteri, quod ipſe ſit dominus qui cordis arcana cognoſcit & peruerſitatem mentis intelligit, nec conſiderat verba loquentiũ, ſed corda. Quodque ſequitur, & videtur facere quæſtionem. *Propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego dominus decepi prophetam illum:* non putemus de vero Propheta dici, ſed de pſeudopropheta, qui συνανυμῶς prophera appellatur. Et de illo ſcripturarũ loco ſolui poteſt, quando Achab rex Iſrael vadens ad prælium, non vult audire Micheam prophetam, ſed pſeudoprophetarum conſiliis acquieſcit. Dicitque Micheas, quod viderit dominum ſedentem in ſolio, & erroris ſpiritum vltro ſe obtuliſſe ad decipiendum regem. Diabolus quoque in volumine Iob circuiens terram, ſtare dicitur in conſpectum Dei: & in ſubſtantiam primo Iob, deinde in corpus eius accipere à domino poteſtatem. Sed & Balaam ariolus à domino mittitur, vt decipiat Balac filium Beor. Hoc autem totum dicitur, ne pſeudoprophetarũ fortitudini reputetur quod decipitur populus: & magis vult audire mẽdacium, quã veritati aurẽ accommodare: ſed quod Dei iræ ſit, vt peruerſus populus, & incredulus magis pſeudoprophetas audiat, quã Prophetas. Denique extendit manum ſuã ſuper eum: ſubauditur Prophetam: & deletur de medio populi eius, vt portet iniquitatem ſuam: quia ſimilis erroris, & pœna conſimilis ſit: vt tam ille qui interrogat, quam ille qui interrogatur portent iniquitatem ſuam: & nequaquam domus Iſrael, eorum qui Dei למאן ולמשולים 3.Reg. 22. Iob. 1. & 2. Num 22.b

HEB.

minis, viri iſti poſuerũt immũditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerunt cõtra faciẽ ſuã: nunquid interrogatus reſpõdebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit immũditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalũ iniquitatis ſuę ſtatuerit cõtra faciẽ ſuã, & venerit ad prophetã interrogans eum per me: ego dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarũ: vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad domũ Iſrael: Hæc dicit dominus Deꝰ: Cõuertimini & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis contaminationibus veſtris auertite facies veſtras. Quia homo homo de domo Iſrael, & de proſelytis quicunque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam & venerit ad Propheram, vt interroget per eum me: ego dominus reſpondebo ei per me. Et ponam faciem meã ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbiũ, & diſperdã eum de medio populi mei: & ſcietis quia ego dominus. Et Propheta cũ errauerit, & locutus fuerit verbũ: ego dominus decepi Prophetã illum, & extendã manum meã ſuper eum, & delebo eum de medio populi mei Iſrael. Et portabunt iniquitatem ſuam: iuxta iniquitatem interrogãtis, ſic iniquitas prophetæ erit, vt non erret domus Iſrael à me, & iniquitas ſimiliter prophetæ erit: vt nequaquã erret domus Iſrael à me,

SEPT.

hominis, viri iſti poſuerunt cogitationes ſuas in cordibus ſuis, & tormẽtum iniquitatum ſuarum poſuerunt ante faciem ſuam: ſi reſpondens, reſpondebo eis? Propterea loqueris eis, & dic ad eos. Hæc dicit Adonai dominus. Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentũ iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam: & venerit ad prophetã, vt interroget eum in me: ego dominus reſpõdebo ei in his, quib. tenetur mens eius: vt auerteret domũ Iſrael ſecundum corda eorũ, quæ abalienata ſunt à me in cogitationib. eorũ. Propterea dic ad domum Iſrael. Hæc dicit dominus Deus: Conuertimini & recedite ab inuentionibus veſtris & ab omnibus impietatibus veſtris, & conuertite facies veſtras ad me: Quia homo homo de domo Iſrael, & de aduenis, qui peregrinantur in terra Iſrael, qui abalienatus fuerit à me, & poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, & venerit ad Prophetam vt interroget eum in me: ego dominus reſpondebo ei, in eo quo tenetur, & ob firmabo faciem meam ſuper hominem illum, & ponam eum in deſertum, & in exterminum, & auferam eum de medio populi mei: & cognoſcetis quia ego Dominus. Et Propheta ſi errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus errare feci Prophetam illum. Et extendam manum meam ſuper eum, & exterminabo illum de medio populi mei Iſrael. Et accipient iniquitatem ſuam ſecundum iniquitatem interrogãtis,

G
verba audire voluerint, pertinacis vaticinationibus illudatur; ſed ſit populus Dei, & ipſe dominum habere mereatur. In eo quod dixit. *Ego dominus decepi illum:* Salomonis verba conſentiunt, qui de Deo diſputans, ait: *Et illuſoribus illudet*: illudque teſtimonium: *Si ambulauerint ad me peruerſi, & ego ambulabo contra eos in furore peruerſo.* Quodque ſecundo dicitur, *homo, homo filiorum Iſrael, aduenarum qui iunctꝰ ſunt eis*: duplicem in nobis iuxta Apoſtolum oſtendit hominem, exteriorem & interiorem. Multi enim habentes hominis faciem corporalem, diuerſarum beſtiarum aſſumunt imagines: quas diſſipari propheta cupiens, deprecatur: *Domine in ciuitate tua maginem eorum diſſipabis.* Illi de quibus ſcriptum eſt: *Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*: non ſunt homines homines: ſed ſunt homines in mẽta. Rurſum qui in Euangelio audiunt *Serpentes, germina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* non ſunt homines homines, ſed homines ſerpentes. Et de quib. ſcriptum eſt: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos.* Ac de Herode: *Dicite vulpi huic*: non ſunt homines homines, ſed homines vulpes. Qui vero vtrũq; hominis vocabulum poſſident: ſi errauerint, ideo per ſupplicia corriguntur, vt intelligant quod ipſe ſit dominus. Necnõ quod iuxta Lxx. poſuimus: *Homo qui abalienatus fuerit à me, & poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentum* ſiue *ſupplicium iniquitatis ſuæ ante faciem ſuam*: illi teſtimonio conuenit, quod in Eſaia ſcriptum eſt: *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flãma, quam ſuccendiſtis.* Vnuſquiſque enim ipſe ſibi flãmarum ſuccedit ardores, paratque ſupplicia, dum non vult pœnitudine errata corrigere, ſed permanet in erroribus, qui flammarum meretur incendium. Prou. 3.d Leuit. 26.d Sec. 70. 2.Cor. 13.f Pſal. 72.e Ibid. 48.d Matth. 23.d Matt. 8.e Luc. 13.g Eſa. 50.d

a ¶ *Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis terra,* &c.] Quatuor plagæ inducuntur ſuper tertam præuaricatricem: ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, peccatricem: fames, beſtia, gladius, peſtilentia: quarum ſi ſingulæ per partes inducte fuerint ſingulis regionibus & tres viri iſti Noe, & Daniel, & Iob, quorum iuſtitia ſcripturarũ vocibus prædicatur, pro terra peccatrice fuerit deprecati, non ſolum illam ſaluare non poterunt, ſed ne filios quidem H

& filias suas, si terræ peccatricis opera perpetrarint: sed ipsos tantùmodo poterũt liberare. Quæritur cum & Abrahã & Isaac & Iacob, Moyses quoq; & cæteri patriarchæ, & prophetæ iusti fuerint, cur horũ tantummodo fiat mentio. Quod facile soluitur: Noe enim imminẽs orbi terrarũ diluuium, quia omnis terra polluerat vias domini, prohiberenõ potuit: sed filios, qui forsitan eiusdem virtutis erãt, & ob seminariũ humani generis habuit reseruatos. Daniel quoq; iã imminentẽ captiuitatem populi Iudæorũ, nullis fletibus mitigauit Sed & Iob nõ ob peccata, sed ob probationẽ, nec domũ nec filios liberauit. Alij autẽ dicũt, quia hi tantũ tres viri & prospera & aduersa, & rursũ prospera conspexerunt: idcirco pariter nominatos: & hoc latẽter significari, vt quo modo illi & bona & mala, & rursũ læta viderunt: sic & populum Israel, qui prius bonis fruitus fuerat & posteà captiuitatis sustinuit iugum, si egerit pœnitẽtiam, redire ad pristinã felicitatem. Quod si Noe, Daniel, & Iob pariter congregati, & in vno loco positi, peccatricẽ terram hoc est eos, qui in terra peccatrice habitãt, non possunt iræ Dei subtrahere: qui dicẽdum est de his, qui putãt merito parentũ atque virtutibus posse filios peccatores de gehennæ ignibus liberari? Vnde nec peccatorem filiũ, iustus pater poterit liberare, nec sãctæ cõuersationis mater impudicæ filię dabit præmia pudicitiæ. Et ecõtrario, parentũ vitia filijs nõ nocebũt: sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Loth in Sodomis habitãs, sed & spiritu & carne peregrinus, vxorẽ, quia post tergum respexerat, non liberauit. sed tantũ filias quę forsitan nõ peccauerant. Et Iosias vir sanctus, non solũ peccatorem populum suis virtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est. Quod si aliquando propter Abraham, & Dauid, in posteros eorũ misericordiã suã dominus pollicetur: notandum quod non his parcat, qui in scelcribus perseuerẽt, sed qui agunt pœnitudinem, vt meritã patrũ, filiorum adiuuet conuersio. Cum, inquit, hæc sententia habeant, & terram peccatricem à singulis plagis tantorũ virorum non saluet deprecatio: sic dicit dominus Deus: quia Hierusalem nefanda peccauit, quatuor simul plagas inducam super eam: gladium, quo ab hostibus trucidatur: & famem, quam in obsidione sustinet: & bestias, quibus fugientes in desertis & saltibus deuorantur: & pestilentiam quæ semper famem ac penuriam sequitur: Pro qua vulgata editio, mortem transtulit. Hæc autem, inquit, inducam super eam, vt nec homines in ea remaneant, nec iumenta. Et tamen pro mea clementia quatuor simul imminentib. plagis, & cuncta vastantibus, relinquam in ea aliquos, qui educant filios suos, & filias, & captiui huc veniant: hoc est, in Babylonẽ & in Chaldæa: vt cum videritis eos, & opera ipsorũ perspexeritis, tunc intelligãtis iustè eos captos, & meã iustã fuisse sententiam: & habeat consolationẽ vestra captiuitas, dum intelligitis, idcirco me eos de gladio, fame, bestiis, & pestilentia liberasse, vt eorum peruersitate discatis, merito eorum subuersam Hierusalem, templumque succensum & populũ dictũ esse captiuũ, præter eos, quos gladius, fames, bestię, pestilentiaq; consumpserint. Hæc dicta sunt de illa Hierusalẽ, cui prophetãt Ezechiele apud Chaldæos appropinquabat captiuitas. Cæterum & super nostram terrã cui dicitur: *Terra es & in terrã ibis*: & super nostrã Hierusalẽ, singulosq; credẽtiũ: si Dei mãdata contempserint, & præuaricatores meruerint appellari, inducetur fames, *nõ fames panis neque sitis aquæ*, sed fames *audiẽdi verbũ Dei*. Inducetur & gladius, de quo legimus: Tradẽtur in manus gladij, partes vulpiũ erũt. Et ad Mariã: *Tuã quoq; animã pertransibit gladius*. Inducentur & bestiæ: quibus ne tradatur iustus, postulat: *Ne tradas bestijs animã confitentem tibi*. Inducetur & pestilentia: pro qua Lxx. mortem interpretati sunt. De qua scriptum est: *Mors peccatorum pessima est*. Et: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Et, si fic separat amara mors. De quib. cunctis, nec spiritualium parentũ, quos magistros intelligimus, doctrina, nec principes nos poterũt liberare, nisi filiorum fuerit assensus, & illorum obsecrationes suis conatibus iunxerint. *Iustitia enim iusti erit super eum: & iniquitas iniqui in ipso cõmorabitur*: Vnusquisque peccato proprio morietur: & iustitia sua saluabitur. Frustraque dicunt Iudæi, Abraham pater noster, cum opera Abraham non habeãt. Quod si in aliquo fiducia est, in solo domino confidamus. *Maledictus enim omnis homo qui spem habet in homine*, quãuis sancti sint, quãuis prophetæ. Legimus: *Nolite confidere in hominibus*. Et iterum: *Bonum est confidere in domino, quam confidere in principibus*. Non in principibus tantum sæculi, sed & in principibus Ecclesiarum: qui suas tantum animas, si iusti fuerint, liberabunt. Filios autem ac filias, quos in Ecclesia genuerint, si fuerint negligentes, saluare non poterunt: & tamen Apostolus loquitur. *Si cuius opus arserit, ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem*. Manus autem super terram præuaricatricem extenditur: vt virga siue fortitudo panis conteratur. Quæ extenta, minatur plagas, nolente qui eam extendit, & subleuat, peccantes percutere, sed extensione terrere & territos conseruare.

HEB.

neque polluatur in vniuersis præuaricationib. suis: sed sit mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

SEPT.

& non polluantur adhuc in cunctis delictis suis. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dicit Adonai dominus.

[a] Et factꝰ est sermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis, terra cũ peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricãs: extendã manũ meã super eam, & conterã virgã panis eius, & immittã in eã famem, & interficiã de ea hominẽ & iumentũ. Et si fuerint tres viri isti in medio eius. Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabũt animas suas, ait dominus exercituum. Quod si bestias pessimas induxero super terrã, vt vastẽ eã: & fuerit inuia, eo quod non sit pertrãsiens propter bestias. Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit dominꝰ Deus, quia nec filios nec filias liberabũt: sed ipsi soli liberabũtur, terra autẽ desolabitur. Vel si gladiũ induxero super terrã illã, & dixero gladio, transi per terrã: & interfecero de ea hominẽ & iumentũ, & tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego dicit dominus Deus, nõ liberabũt filios, neq; filias: sed ipsi soli liberabũtur. Si autẽ & pestilentiã immisero super terrã illã, & effudero indignationẽ meã super eã in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum: & Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Quoniã hæc dicit dominus Deus: Quod si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famẽ, & bestias malas, & pestilentiam misero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinuentiones eorum: & consolabimini super malo, quod induxi in Hierusalem in omnibus, quæ importaui super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum, & adinuentiones eorum: & cognoscetis quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait dominus Deus.

CAPVT XV.

ET factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, quid fiet ligno vitis ex omnibus

[a] *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, quid fiet ligno vitis, &c. Vtramque partem eius consumpsit ignis, &c.*] Pro eo quod nos interpretati sumus:

mus: vtrãq; partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam? Lxx. transtulerunt: Annuam purgationẽ eius consumit ignis, & dimittit in finem. Rursum vbi nos diximus: Cum posuero faciem meam in eos: illi verterunt, cum obstirmauero. Præuaricationem quoque delictũ interpretati sunt. Variis autem similitudinib. quas Græci parabolas vocant, prænunciatur subuersio vrbis Hierusalem. Et quomodo supra in sartagine, in qua carnes populi frigebantur, & in latere in quo munimẽta & aggeres arietum ac vineariũ machinæ pingebantur, eiusdẽ vrbis obsessio famesque descripta est, & posteà in hoc eodem lecturi sumus: In Hieremia quoque scriptum est: Ollã quę à facie aquilonis accẽditur, significare vrbem Hierusalem, saltusque Nageb & Theman, & Darom, succisus, hoc ipsum prænunciat: sic in præsenti loco eadẽ Hierusalem, vineæ & viti fructiferæ comparatur. De qua in alio loco scriptum est: *Ego plantaui te vineam frugiferam, omnem veram: quo modo cõuersa es in amaritudinem vitis alienæ?* Et in Esaia: *Plãtaui*, inquit, *vineam soreh*: quod electam & pulchrã sonat. Et in psalmis legimus: *Vineam ex Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius.* Et manifestius dicimus scriptura dicente: *Vinea autem Domini Sabaoth domus est Israel.* Hæc vinea quamdiu affert fructus, in omnibus lignis saltuum nihil ea pretiosus est. Sin autẽ vuas habere desierit, in nullo vtilis erit, nisi vt cum radice & propaginibus suis, tradatur incendio. Cætera ligna siluarum, (vt de pomiferis arboribus taceam, quorum & scriptura modo nullam facit mentionem, cum poma non habeant, succisa plurimam præbent vtilitatem: & in omnem agriculturam & in vsum armorum proficiunt: dum attenuantur id scuta, raduntur in hastilia, cludunt foribus, continent armariis, risco, loculis, omnemque domus tribuunt suppellectilem. Vitis autem si semel vuas afferre cessauerit, intantum inutilis est, vt ne paxillus quidem ex ea possit fieri, de quo aliquid pendeat. Cumque malleolos excideris, vtramque partem eorum primum ignis arripit, deinde flamma consumit: tantumque nihil prodest, cum redacta fuerit in fauillam, vt etiam cum integra sit, absque frugibus nullam præbeat vtilitatem. Ambiguitas autem verbi Hebraici שני quod tribus literis scribitur, a ש & b נ & c י. Si legatur [d] שני duo significat: si שני annos. Vnde factum est: vt pro duabus summitatibus eius, quod nos interpretati sumus vtramque partem eius: Lxx. interpretarentur, annuam purgationem eius, cum Aquila dixerit, duo nouissima eius, Symmachus & Theodotio, duas summitates eius, Et est ordo. Sicut vitis infructuosa incendio traditur in nullã vtilitatẽ, sic & Hierusalẽ, imo habitatores eius ttadentur ardoribus: vt egrediantur de igne, & ignis consumat eos: id est, etiam si de vrbe euaserint, foris hostili gladio consumentur: & qui remanserint, ipso miseriarum pressi pondere, me esse dominum recognoscent: cum posuero siue obstirmauero faciem meam super eos, & dedero illos in æternam solitudinem. Non enim peccatores sicut cæteræ gẽtes, sed preuaricatores extiterũt. Aliud est enim negligere quod ignores, aliud contẽnere quod colueris. Possumus vineam, & Hierusalem, iuxta intelligentiam spiritualem, intelligere credentium multitudinem. Quæ si negligens fuerit, & culturam pristinæ religionis amiserit, nec attulerit fruges virtutũ, nec vinũ fecerit quod lætificat cor hominis, æternis tradetur ardoribꝰ, & in nihilũ reputabitur. *Seruus enim qui scit voluntatẽ domini sui, & non facit eam, vapulabit multis.* Tale quid & dominus loquitur in Euangelio secundũ Ioannem: *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola. Omnis palmes qui manet in me & non facit fructum, tollet illum pater. Et omnis qui affert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Sin autem saluator vitis est, & nos palmites, & Deus pater agricola, quamdiu Dei præcepta seruamus, semper excolimur, & cultura nostra purgatio est. *Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis Dei.* Quod si afferentes fructum, purgamur à patre, vt fructus ampliores afferamus, ostenditur omnẽ nostrum conatum adiutorio Dei peruenire ad finẽ, & fructum facere plenitudinis. Qui autẽ palmes fruges non fecerit, tolletur à patre. Et cum sublatus fuerit, quid de eo pater faciat, scriptura non dicit: nisi fortè separatio à Christi corpore, pœna perpetua est & interitus. Quod in vinea & vite intelleximus, sub alia figura Saluator docet in Euãgelio: *Bonum est sal: si autem sal infatuatum fuerit, ad nihil est vtile: nisi vt foras proiiciatur, & ab hominib. conculcetur.* Et oculus qui totũ corpꝰ illuminat, si fuerit excæcatꝰ, audit à dominõ: *Si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Cõparatione quippe præuaricatoris, & eius qui cõfessum prius negauerit Deũ, leuior pœna est eorũ qui nunquam Dei habuere notitiã. Ligna autem saltuum siue siluarum, secundũ varietatem credentium, habent in magna domo aliquam vtilitatem: in qua non solum vasa aurea & argentea sunt, sed lignea & fictilia: *alia in honorem, alia in contumeliam.*

CAPVT XVI.

[a] *Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, notas fac Hierusalem abominationes suas, & dices, &c.*] In quib. breuis erat singularum prophetiarum circumscriptio, tota capitula posuimus, quid nobis videretur illico subiungentes. Hic autem quia longus ad Hierusalem sermo dirigitur, testificantis & docentis eam peccata quæ fecerit, & pene vsque ad ducentorum versuum numerum extenditur vaticinium (vsque ad eum videlicet locum in quo scriptum est: *Cum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, dicit dominus Deus*) necesse habemus omnem prophetiam per partes ponere, & his quæ proposuerimus, explanationes debitas coaptare. Sub persona mulieris meretricis, quæ primum viri fuerit consortio copulata, Hierusalem & ortus, & educatio, & pubertas: & nuptiæ, & adulterium, & repudium, & rursum reuocatio contexitur: vt & clementia viri atque iudicium, & adulteræ atque meretricis scelera cognoscantur: dum post vniuersa supplicia suscitat ei pactum sempiternum: vt recordetur iniquitatis suæ & confundatur: & non sit ei vltra aperire os præ confusione sua, cum placatus fuerit illi in omnibus quæ fecerat. Multum namque prodest peccatoribus scire quid fecerint. Vnde & pœnitens loquitur: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatũ meum coram me est semper.* Quatuor autem modis intelligi potest Hierusalem: Vel hæc quæ Babylonio & Romano igne succensa est: vel cœlestis primitiuorum: vel Ecclesia quæ interpretatur visio pacis: vel animæ singulorum, quæ fide cernunt Deum. Illudque quod plerique de cælesti Hierusa-

a sin b nua riod d scue e sane

Infra 18.a

Gen 6. & 7.

Dan. 1. b

Iob. 1. d

Gen. 19. d

4. Reg. 23. f

Infra 18.a

Gen. 3. d

Esa. 5. a

Psal. 67. a Luc. 2. d

Psal. 71. d

Psal. 33. d Infra 18. a 2. Reg. 15. g

Psal. 145. d

1. Cor. 3. d

Hier. 17. d

Amo 8. d

Sept.

Hebr.

Ioan 8. c

Infra 18. a

Sup. 4. a

Hier. 1. e

Hier. 2. c

Sept.

Psal. 79. b

Esa. 5. c

Deut. 32. a

Luc. 12. f

Ioan. 15. a

Rom. 9. a Ioan. 15. d

Matt. 9. g

Matt. 6. a

2. Tim. 2. c

Infra. Infin. cap.

Psal. 50.

lem interpretandum putant, Ecclesia non recipit: ne omnia quæ in præsenti prophetia contexuntur ad cœlestium fortudinum ruinas atque cruciatus, & restitutionem in pristinum statum suscipere compellamur.

a ¶ *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa, &c.*] Magna fides & grādis audacia prophetarū, vnum hominē, totam vrbem ignobilitatis arguere. Mirabilis Daniel, qui ad presbyterū delinquentem, & adulterio iungētem homicidiū, puer ausus est dicere: *Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te.* Magnus & Esaias, qui clamat ad principes, & ad populum Iudeorū: *Audite verbum domini principes Sodomorum: aurib. percipite verba domini populus Gomorræ,* Sed non minor Ezechiel, qui ad toram vrbem loquitur confidenter: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: *Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Quanquā & Stephanus primus martyr Euangelij, ad insanientē populum sit locutus. *Dura cervice, & incircumcisi corde, vos semper sancto Spiritui restitistis.* Et licet possimus radicem Hierusalem, & generationem eius terram Chanaan, secundum illud accipere, quod in Ægypto vocatus sit populus, & ibi multo tempore habitauerit. Cham quippe pater Chanaan princeps fuit gentis Ægyptiæ: tamē iuxta scelerum similitudinem, radicem Hierusalem terram Ægypti esse dicemus: Vnde & pater illius appellatur Amorræus qui interpretatur λαλυμένος, id est, multo sermone celebratur. *Et mater tua Cethæa,* id est, ἐξισώσα, quæ vel ipsa insanit, vel alios mittit in amentiam. Omnis enim qui facit peccatum, de diabolo natus est. Vnde & in toto orbe huius antiqui patris famosum vocabulum est, & multos vertens in amentiam. Præcipiturque Hierusalem vel iuxta literam, vel iuxta spiritum vt relinquat antiquum patrem, & dicitur ad eam: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: concupiscet rex decorem tuum.* Et promittitur ei, si post peccatum ad verū voluerit patrem reuerti: Restituam te sicut fuisti quando nata es. Cuius tanta nobilitas, vt vrbs Hierusalem, quæ de Abraham, Isaac, & Iacob stirpe descendens Deum habuit patrē, & tamen quia peccauit, & verum reliquit parentem, meretur audire: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Si illa hoc audiuit, quid de nobis fiet, qui vocati ex gentium sordibus, omnem maculam in lauacro Saluatoris amisimus, si polluerimus indumentum Christi, & non habuerimus in conuiuio vestem nuptialem? Vtique illud: vt vinctis manibus pedibusque, æternis tradamur ardoribus: in quibus est fletus oculorum, & stridor dentium.

b ¶ *Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, &c.*] Iuxta ordinem lectionis de singulis differamus. Quādo nata est Hierusalē de patre Amorræo & matre Cethæa, & effusa ex vtero, non est præcisus vmbilicus eius, quo fœtus aluntur in ventre, instar arborū & virgultorū, quæ per radices humore terræ nutriūtur occulto. Et quo modo virorum seminarium significatur in lūbis, ita genitalia feminarum honesto sermone iuxta consuetudinem scripturarum, vmbilicus vocantur, testimonio Iob, qui sub figura draconis loquitur de diabolo: *Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris.* Iste enim draco coluber antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, & decepit orbē terrarum, aduersus viros virtutem habet in lumbis, aduersus feminas in vmbiliço. Hoc autem significat de Hierusalem: quod non statim legē acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia sint abscisa: sed gentilē primum vixerit vitā: pro quo Lxx. interpretati sunt: *In die qua nata es, non alligauerunt mamillas tuas*: hanc habente scriptura sanctā consuetudinem, vt pro corde pectusculum, siue pectus & mamillas nominet, vt vnicuique loco congruum viderit. Sacerdotes in quibus debet esse doctrina, & legē requirunt ex ore eorum, accipiūt pectusculum. Ioānes super pectus recumbit Domini, vt de fonte vberrimo hauriret fluēta sapientiæ. Virginis in Cantico canticorū duę mamillæ sunt, quasi duo hinnuli gemini capreæ, qui pascūtur in liliis, donec respiret dies, & amoueantur vmbræ. Mater diligens, statim vt nata fuerit infantula, ligat mamillas eius, vt à tenero tumore desistāt, & pulchritudinē custodiāt virginalem. Cum autē ad ætatē venerit pubertatis dicetur de ea: *Numquid obliuiscetur sponsa ornatus sui, aut virgo fasciæ pectoralis suæ?* Sequitur. *Et in aqua non es lota in salutē.* Cruenta infantium corpora, statim vt emittūtur ex vtero, lauari solent: Ita & generatio spiritualis, lauacro indiget salutari. *Nullus enim mundus à sorde, nec si vnius quidē diei fuerit vita eius.* Et in psalmis legimus, *In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.* Secunda natiuitas soluit primam natiuitatem. Scriptum est enim: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Multaque sunt lauacra, quæ ethnici in mysterijs suis, & hæretici pollicentur, qui oēs lauant, sed nō lauant in salutē. Propterea additū est: & in aqua non es lota in salutē. Quod quidē non solum de hæreticis, sed de Ecclesiasticis intelligi potest: qui non plena fide accipiunt baptismum salutare. De quibus dicendum est, quod acceperint aquam, sed non acceperint spiritum: sicut & Simon ille magus, qui pecunia volebat redimere gratiam Dei, baptizatus quidem est in aqua, sed nequaquam baptizatus est in salutem. Tertio dicitur, nec sale salita. Tenera infantium corpora dum adhuc vteri calorem tenent, & primo vagitu laboriosæ vitæ testantur exordia, solent ab obstetricibus sale contingi, vt sicciora sint & restringantur. Porro Hierusalem, quæ de malis parentibus nata est, nihil saporis, nihil diligentiæ consecuta est. Qui autem renascuntur in Christo, dicitur ad eos: *Vos estis sal terræ.* Et præcipitur eis ab Apostolo: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Vnde & vulgo sapientes salsi, & stulti vocantur insulsi. Et in Leuitico lege sancitur: *Omne sacrificium vestrum sale salietur.* Non cessabit sal testamenti Domini de sacrificiis vestris: in cunctis muneribus vestris sal offeretis. Qui hoc sale conditus fuerit & omnem putorem humoremque noxium huius admistione siccauerit, vltra non dicet: *Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Scio me legisse in quodam volumine de Domino saluatore, quod ipse sit sal cæleste, & non solum terrena, & inferna, sed cælestia quoque suo sapore condiuerit: & impleatur illud quod scriptum est: *Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis.* Quartum est: nec inuoluta pannis. Et faluator pannis est inuolutus infantiæ: & omnis qui nascitur, per inuolucra pannorum, protectione indiget Dei. Naturale est, (vbi tamen parentum non deest diligentia) ortis infantibus, primùm præcidi vmbilicum, deinde ad eluendum sanguinem lauari eos aqua. Tertiò, humorem corporum paruulorum, salis adiectione siccari. Quartò, vt tenera infantium corpora pannis inuoluantur, duplicem ob causam: vt & sale siccetur corpus, quod pannis ne defluat seruatur & stringitur: & membra tenerrima ne facilè deprauentur. Vnde & corpora barbarorum, Romanis corporibus rectiora sunt.

Vsque

a Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.

HEB.

b Et quando nata es, in die ortus tui nō est præcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pānis. Nō pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his, misert° tui, sed proiecta es super faciē terrę, in abiectione animæ tuæ,

SEPT.

Et generatio tua in die qua nata es: non ligauerunt mamillas tuas: & vmbilicus tuus non est præcisus, & in aqua nō es lota in salutē, nec sale salita, & pannis nō es inuoluta. Nec pepercit super te oculus tuus, vt facerem tibi vnum ex omnibus istis: & pateretur quippiam super te, & proiecta es super

Leuit. 7. d Malac. 2. b

Ioan. 13. c

Cant. 4. b

Hier. 2. f

Iob. 14. c Sec. 70. Psal. 50.

Ioan. 3. a

D

Act. 8. d

Psal. 44. c.

Matt. 22. b

Iob. 40. b

אמרי חתית B

Ioan. 8. d

C

Dan. 13. f

Esa. 1. c

Act. 7. f

E

Vsque ad secundum enim & tertium annum, semper pānis inuoluuntur. Sed non talis Hierusalem, cuius nec vmbilicus abscisus, nec ligata sunt vbera, nec aqua lota est in salutem, nec sale salita, neque inuoluta atq; cōstricta pannis infantiæ. Cur autem nihil horum meruit, sequens scriptura testatur. *Nō pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his, misertus tui.* Pro quibus Lxx. posuerunt: *Non pepercit super te oculus tuus, vt faceret tibi vnū ex omnib. istis.* Et necesse est, vt duplex editio, duplicē habeat intelligentiam. Prior hoc significat: *Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his, misertus tui.* Et est sensus: Nullus tui misertus est, offenso Deo: nullius super te mota sūt viscera: vt de quatuor superioribus saltem vnum tibi faceret: quia omnia simul non merebaris accipere. In altera dicitur: *Nō pepercit super te oculus tuus, vt faceret tibi vnū de his, misertus tui.* Et hunc habet sēsū: Ita egisti, & sic in peccatis nata es, & in delictis cōcepit te mater tua, vt ne ipsa quidē tui misereris. Cumque sic gesseris, vt aduersū te per mala opera crudelis existeres, ego quid tibi potui facere, quæ nevnū quidē superiorū accipere meruerīs? Quia igitur nihil horum quæ fieri infantibus solent, in te factum est, & hoc nō sine causa, nec absque iudicio, sed tuo vitio, atque peccato, quæ nec ipsa quidem tui miserta es: ideo proiecta es in faciem terræ, siue campi: & proiecta propter prauitatē animæ tuæ, in die qua nata es. Oremus ne prauitate animæ, proiiciamur in faciem campi: in quo *lata & spatiosa via est, quæ ducit ad mortem*: in quo Chaldæorum debacchatur equitatus. Simulque considerandum, quod nullus in die quo nascitur, prauum aliquid committere potest, nisi lauacri tempore, quando sapiens generatio fide credentis assumitur.

Matt. 7. b

a ¶ *Transiens autem per te vidi te conculcatam in sanguine tuo. Et dixi tibi, cum esses in sanguine, &c.*] Postquā proiecta es in faciem campi, siue super faciem terræ, propter prauitatē animę tuæ, meum vltra non merebaris auxilium: attamen trāsiens per te vidi te conculcatam, siue commistam in sanguine tuo, id est, ream mortalium criminum: & prouocaui te tribuens pœnitentiam, dixitque tibi. Licet sis in sanguine tamen viue conuersa: tantaque fuit in te omnium rerum abundantia, vt agri vberrimi haberes similitudinem, & benedictionem Iacob, qua benedixit ei pater suus, diceps: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Et intrares penetralia domini, diceresque cum sponsa: Introduxit me rex in cubiculum suum. Et ad mundum muliebrem peruenires: pro quo Lxx. transtulerunt: & ingressa es in ciuitates ciuitatum: vt quomodo Canticum canticorum, & sæculum dicitur sæculorum, ita ciuitates appellentur ciuitatum. De quibus id euangelio dicitur: *Habeto potestatem super decem, siue super quinque ciuitates*: vt non solum ciuitas, sed metropolis ciuitas appelleris, secundū illud quod in Esaia legitur: *Mater vrbium fidelis Sion.* Porro quod interpretatus est Symmachus, & peruenisti ad ornatum mulierum: siue vt Theodotio, & ingressa es ad ornatum ornamentorum: pro quo nos secuti sensum Hebraicum diximus: & peruenisti ad mundum muliebrem: tempus pubertatis ostendit, quando puellæ nubiles appellantur, & possunt maritorum ampleximus copulari. Denique sequitur: *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit.* Honeste adolescentularum maturitas indicatur, quando intumescunt vbera, siue eriguntur, & germinat pilus. Cumq; parata esset ad nuptias, & haberet pulchritudinem corporis, vestimentorum tegmina non habebat, nec Dei protegebatur auxilio. Si quis Christi non habet indumentum, nudus est. Si quis non est indutus visceribus misericordiæ, bonitatis, humilitatis, pudicitiæ, mansuetudinis, patientiæ: iacet supet faciem terra, & pulchritudo eius confusione & nuditate turbatur.

Gen. 27. d

Cant. 1. Sec. 70.

Luc. 19. b

Isa. 1. g Sec. 70.

b ¶ *Et transiui per te, & vidi te, &c.*] Quanta clementia. Non sufficerat semel vidisse eā conculcatā in sanguine, & ad pœnitētiam prouocasse, sed peccantem rursum inuisit: & quia erat nuda, & cōfusionis plena, rursum venit & visitat: & ecce tempus eius tempus amantiū: siue iuxta Lxx. diuertentiū: & iuxta interpretationē Aquilæ secundam, συνάλλαγῆς, sponsalium videl. & temporis nuptiarum. Iuxta primā vero eiusdē editionē, & Theodotionis μασῶν, quod interpretatur vberū: à quo Symach° vertit ἀγαπῶν, quod dilectionem sonat. Illud igitur tēpus erat, quando possunt mulieres viris sociari, & sustinere coitum maritalem. Attamen misericors Deus expādit alas suas, & suscepit eos, & in humeris suis portauit eos: iuxta illud quod in euangelio scriptū est: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut galli na congregat pullos suos sub alas suas: & noluisti.* Siue amictum expandit pro alis: hoc.n. interpretatur πτερύγιον, quo operta est & Ruth ad pedes dormiēs Booz. Et in ora, id est, πτερυγίῳ vestimenti nostri, iubemur hyacinthinas fimbrias alligare. Hæc autem fecit vt operiret ignominiam Hierusalem: genitale feminarū sub hoc nomine corpus ostendens. Etenim iuxta Apost. *Inhonesta corporis nostri maiore honore circundamus.* Vnde & psalmista canit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Quæ Cham, quia nō protexit in patre, æterna malectione signatur. Quod de Hierusalem diximus, referamus ad animam nostram, quæ quādiu in infantia constituta est peccato caret. Cum autem ætatis eius tempus aduenerit, multi sunt amatores dæmonum & hæreticorum, peruersorumque dogmatum, qui ad eam cupiunt declinare. Qui protectione Dei repelluntur, vt non satellites diaboli, sed ministros Saluatoris recipiat. Pro diuertentium dilectione & vberum, in Hebraico habetur: דודים a dodim quod secundum linguæ eorum proprietatem, omnia quæ supra versa sunt significat. Potest tempus dilectionis & vberum siue amatorum Dei, intelligi Abraham, & Isaac, & Iacob: quando eis pollicitus est dominus post Ægyptiam seruitutem, suum populum liberandum.

Lev. 25. g Sec. 70. Num. 15. d Sec. 70. 2. Cor. 12. Psal. 31. a Gen. 9. d

Ruth. 3. c

c ¶ *Et iurauí tibi, & ingressus sum pactum tuum, &c.*] Quia expandi amictum meum, siue alas meas super te, & operui confusionem tuam: propterea iurauí tibi, & ingressus sum pactum, siue testamentum, tecum: vt mihi potius quā cæteris, qui ad te volebant diuertere, iungereris: iuxta illud: Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. *Omnis enim conuersiæ finis est iuramētum.* Et *vivo ego, dicit dominus nisi malo pœnitētiam peccatoris quam mortem.* Tēpore igitur nuptiarū, Israel iuramentum accipit Dei, pro omni dotali munere. Et quia Dauid de se dixerat: *Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius: Qui iurauit domino, votum vouit Deo Iacob*: & ipse dominus iurat ei, scriptura dicete: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum.*

Psal. 109. Heb 6. c Ezech. 18. Psalm. 131.

Ibid. b

d ¶ *Et facta es mihi, &c.*] Quia expandi alas meas, & operu

Ibid:

ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum: propterea mea es facta possessio: vt quæ aliena eras, quando videbaris immunda, mea esse cœperis, quando pactum meum tecum iuramento firmaui. Siue iuxta consuetudinem prophetarũ: facta es mihi ait, pro eo quod est, meo coniugio copulata es: & laui te, inquit, aqua baptismi salutaris. *Nisi enim quis renatꝰ fuerit ex aqua & Spiritus sancto, non poterit intrare in regnũ Dei.* Et alibi legimus: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* De quo baptismate & Esaias loquitur, dicens: *Lauabit dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem mundabit de medio eorum, spiritu iudicij, & spiritu combustionis.* Cum autẽ lauerit, & mundauerit sanguinẽ, quo & ἄγραν αἱ μοῤῥοῦσαν, q̃ duodecim annis cruore manabat, fimbriæ sanauit attactu: non sufficit ei lauare aqua, & mundare sanguine, nisi oleo quoque vnxerit: iuxta quod Samaritanus, qui interpretatur custos, seminecis vulnera, primum olei infusione liniuit, deinde vini austeritate compescuit. Dominus autem noster alio vnctus est oleo, quod non dolorem vulnerum mitigaret, sed lætitiam tribueret: dicente ad eum spiritu sancto. *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis.* habent & contrariæ fortitudines simulati olei lenitatẽ, dulcia per hæreticos pollicentes: quæ vertuntur in amaritudinem, & quæ detestatur propheta commemorans: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Sin autem ab vnctione vnctus, id est, Christus appellatur, vide quantum profecerit Hierusalem: vt & ipsa vncta oleo spirituali, Christi nomen acceperit: iuxta quod & in psalmis de Abraham legimus: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

Isaiæ 3.a
Marc. 1.a
Esa. 4.b
Marc. 5.c
Luc. 10.f
Psal. 44.b
Ibid. 140.b
Psal. 104.b

B

a ¶ *Et indui te variis.*] Legis cæremoniis: quarum occupata studio, idola derelinqueres. Ista sunt varia vestimenta quib. indutus est Ioseph: nec potuerunt eum fratres vendere, nisi prius eum tunicæ varietate nudassent. Et de sponsa dicitur in 44. psalmo: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* hoc est vestimentum, de quo & Apost. loquitur: *Induite nouum hominem, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris.* Volumus scire quæ sint varia vestimenta? Idem nos Apostolus doceat, credentib. scribẽs: *Induemini ergo visceribus misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ.* Quid hac varietate pulchrius? De qua & Iob loquebatur: *Quis dedit muliebus texturæ sapientiam, aut varietatis disciplinam?* Et pontifex semel in anno, quando pro populo adolebat incensum, ingrediens in sancta sanctorum, variis vtebatur. Certe si diuitiæ, varietatem vestium, & non sanctitas faceret, diuersitasq; virtutũ, Pharao & Nabuchodonosor hæc vestimenta habuisse scriberentur, & non Ioseph: qui sub peregrino & pastorali patre, vestes discolores, & regias habere non poterat.

Gen. 37.a

b ¶ *Et calciaui te ianthino.*] Aquila & Symmach. ianthina: Lxx. & Theodotio, hyacinthina transtulerunt. Pro quo in hebræo scriptum est b תחש. Et pulchre, quia ad Hierusalem sermo dirigitur, & sub persona feminæ, omnis eius ornatus exprimitur, hyacinthina siue ianthina calciamenta narrantur: quæ virorum personæ non conueniunt. Deniq; facturis pascha præcipitur absque vlla coloris varietate, vt accinctis lumbis, & pedib. calciatis sint. Ista sunt calciamenta, de quibus & Apostol. scribit: *Calciati pedes in præparatione euãgelij pacis.* Philo vir disertissimus Iudæorum, hyacinthon in vestibus pontificis aëri comparat: per quem superna atque cœlestia significari arbitratur. Nec prius Hierusalem calciatur hyacinthinis, nisi lauetur aqua. Vnde & Apostolorum, quibus prius præceperat dominus, vt excuterent pedum suorũ puluerem, lauantur à Saluatore pedes. Et sponsa dicit in Cantico canticorũ: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Et Moysen & Iesum diuinus sermo testatur, vt soluant corrigiam calciamenti sui: quia locus in quo stent, sanctus sit. Cum autem loti fuerint pedes, & omni sorde purgati calciantur hyacinthinis siue ianthinis: quod vtrumque aërij & κυανέου coloris est: vt rapiantur in occursum domini in aëre, & ad cœlestia regna festinent.

b tahas.
Exod. 12.b
Eph. 6.c
Matt. 10.b
Cant. 5.b
Exod. 3.b

c ¶ *Et cinxi te byssо.*] Hierusalem non solum vestitur discoloribus, & calciatur hyacinthinis, sed & byssо accingitur, de qua tenuissima in veste põtificis fila texuntur. Et vxor in Prouerbiis, quæ viro suo duas texuit chlamides, & præsentis sæculi & futuri, sibi de byssо & purpura fecisse dicitur vestimenta. Hac byssо accinguntur renes, quotiens pinguia libidinis incentiua tenuanda sunt: nihilque in eis crassi humoris relinquitur: & implemus præceptum Apostoli dicentis: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate:* quasi aliis verbis diceret, byssо. Et dominus ad Apostolos loquitur: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Nisi enim astrinxerimus fluentia lumborum reumata, lucernas in manibus habere non possumus. Vnde & ad Iob loquitur Deus: *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Et comesturi agnum, calciati pedes, tenentes baculum, stantes in euangelij veritate, & ad Christi sanguinem præparati, lumbos accinctos habere dicuntur. Qua zona mortificante lumbos, Helias quoque & Ioannes Baptista accinguntur. De quibus & pœnitens flebiliter ingemiscit, dicens: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus.*

Pron. 31.c
Ephes. 6.c
Luc. 12.c
Iob. 38.c
Exod. 12.
4. Reg. 1.b
Marc. 1.c
Psal. 37.b

d ¶ *Et circundedi te tricapto.*] Pro quo Aquila florido siue palpabili, Symmachus indumento, Theodotio ipsum verbũ hebraicum posuit emesi. תרפאות. Cumque diligenter inquirerem quid sibi vellet vocabulum trichapti, quod Lxx. transtulerunt, & à nullo Græcorum nec vsum, nec etymologiam possem inuenire sermonis: tandem didici à Lxx. esse compositum. Rebus. n. nouis noua fingenda sunt nomina: quod tãtæ subtilitatis fuerit vestimentum, vt pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur. Vnde & ego volens tenuitatem exprimere vestimẽti pro trichapto, subtilib. transtuli: quod tenui stamine atque subtegmine textum erat. Et congrue illis de quibus increpans dixerat: *Incrassatum est cor populi huius:* & manducauit & bibit Iacob, & saturatus est, & incrassatus: & calcitrauit dilectus, & dereliquit Deum factorem suum: nunc tenuitas vestium condonatur. Nam & in libro sapientiæ qui à quibusdam Salomonis inscribitur: spiritus sapientiæ vnigenitus & multiplex, tenuis & mutabilis appellatur. Et manna de quo scriptum est: *Panem angelorum mãducauit homo:* tenuissimum in similitudinem pruinæ, & sementis coriandri fuisse narratur. Possumus iuxta interpretationem secundæ editionis Aquilæ, qui floridum interpretatus est vestimentum, vbertatem terræ Iudææ per Metaphoram intelligere, vel diuini cultus pulchritudinem.

emesi. τριχαπτῷ
Deut. 32.b
Sap. 7.a
Psal. 77.b
Exod. 16.g

a ¶ *Et ornaui te ornamento.*] Generaliter ornamenta nunc ponit, de quibus in consequẽtibus per partes enumerat, armillas, & torquem, inaures, & coronam, & reliqua: quæ ornamenta tribuit Hierusalem. Et in Esaia dicitur, quod vitio suo vniuersa perdiderit. Scriptum est enim: *Pro eo quod eleuatæ sunt,* hoc est, superbierunt *filiæ Hierusalem, & ambulauerunt excelsa ceruice,* & reliqua: Pro zona accinctæ sunt funibus, & pro ornatu capitis, caluitio deturpatæ, & pro pulchris & mollibus indumentis, cilicij asperitate circundatæ.

Esa. 3.c

f ¶ *Et dedi armillas in manib. tuis.*] Quãdo nobis bona opera dederit Deus, circundat armillas manibus nostris. Vnde & in manibus prophetarum assimilatum esse dicit: & crebro in manu Aggei siue Hieremiæ, & reliquorũ factum sermonem legimus. In Iob quoque draconis labium perforatur armilla, omnesque eius venenati sibili, (qui in peruersis intelligũtur dogmatibus) bonorum operum circulo perforantur.

Osee 13.c
Aggei. 1.
Iob. 40.d

g ¶ *Et torquem circa collum tuum.*] Pro torque, quã nos iuxta Aquilæ secundam editionem & Symmachum interpretati sumus: Lxx. & Theodotio κλοιὸν transtulerunt, quod non solum hic, sed & in Esaia scriptum est: Auferet dominus gloriam vestimenti earum, & murenulas, & corymbos, & circulos

Esaiæ 3.d

E

culos & κατάπλασμα. Puto autem κλοιὸν ab eis dictum, ex variis gemmis in pectus mulierum monile descendens, qui & ipse ornatus pulcherrimus mulierum est.

d mesi

a ¶ *Et dedi,* &c.] Verbum Hebraicũ d נתן excepto Symmacho qui interpretatus est ἐπιβίωσιν, omnes inauré transtulerunt: nõ quod inaures ponãtur in naribus: quæ ex eo quod de aurib. pẽdeãt, inaures vocãtur: sed quo circulus in similitudinem factus inauriũ, eodẽ vocabulo nuncupetur: & vsq; hodie inter cætera ornamenta mulierũ, solent aurei circuli in os ex fronte pendere, & imminere narib. Quos tunc accipimus iuxta mysticos intellectꝰ, quando cũ Apostolo possumus dicere: *Christi bonus odor sumꝰ in his qui salui fiũt, & in his qui pereunt. Aliis quidẽ odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitã.* Quando viuimus, & de nobis dici potest: Non mortui laudabunt te dne, sed nos viuentes: tunc odoratur Deus odorem sacrificij nostri bonæ fragrantiæ: & aureũ circulum sensuũ ac dogmatũ diuinorum habemus in naribus. Quando vero mortui sumus, & versamur in cœno atque in sordib. turpitudinum: habemus illam inaurem in naribus, de qua scripsit Salomõ: *Sicut inauris aurea in naribus porcæ, sic mulieri male morat æ pulchritudo.*

a Et dedi inauré super os tuum (siue nares tuas.)

Heb.	Sept.
b Et circulos in auribus tuis. c Et coronam decoris in capite tuo.	*Et rotulas super aures tuas. Et coronã gloriationis super caput tuũ.*
d Et ornata es auro & argento.	
e Et vestita es byssо, & polymito, & multicoloribus.	*Et amictus tui byssini & trichapta, & versicoloria.*
f Similã & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehemẽter nimis. g Et profecisti in regnũ.	

Psal. 113.a
Pron. 11.c
Esa. 33.c
E. 18.d
Pron. 24.c

b ¶ *Et circulos in auribus tuis.*] Qui claudit aures suas ne audiat iudicium sanguinis: & sepit eas spinis, ne particeps fiat inuidis, & detractoribus de quibus scriptũ est: *Cũ detractoribus non commiscearis: quoniam repẽte veniet interitus eorũ: & ruinã vtriusq; quis nouit?* tã videl. eius qui detrahit, quã illius qui libenter auscultat: Iste circulos habet & rotulas in auribus: nõ rotas quæ sequuntur Cherubim (illud enim angelicarũ fortitudinũ est) sed rotulas diminutiuas, quæ humanæ conueniunt fragilitati. Quamobrem & ad Deum dicitur: *Vox tonitrui tui in rota.* In his enim qui terrena pertranseũt, & vix modicis vestigiis contingunt terram, de quibus scriptum est: *Lapides sancti voluuntur super terram,* vox tonitrui domini, & excelsorum dogmatum personat. Qui autem erroribus ducuntur humanis, & non habent solida vestigia, sed circumferuntur omni vento doctrinæ, & eiecti de paradiso firmitatis, habitant in regione Naid: quæ interpretatur fluctuatio: merentur linguæ mendacis ferre sententiam: *quæ inflammat rotam natiuitatis nostræ.*

F

Psal. 76.d
Zach. 9.d
Gen. 4.c
Sec. 70.
Iacob. 3.

c ¶ *Et coronam decoris in capite tuo.*] Decorẽ iuxta Symmachum ob sensus elegantiam interpretati sumus. Alioquin & Hebræo c תפארת & in reliquis translatoribus κόσμου gloriatio dicitur. Ornamenta cętera, membrorum sunt singulorum. Capitis ornatus, totius corporis dignitas est. Coronam autẽ vocat diadema feminarum, quo capillorũ stringitur & ornatur ambitio. Volumus scire quæ sit corona decoris in capite Hierusalem? reuoluamus Exodũ in quo scriptũ est: *Et fecit laminã auream, & scripsit in ea literas deformatas sigillo sãctificationis domini: & posuit super caput Aarõ.* Signũ dominicæ sanctificationis nomẽ est omnipotẽtis Dei, quod quatuor literis Hebraicis scribitur, & apud eos vocatur ineffabile, dum nomen eius nõ potest dici. Cuius maiestatem etiam gentilitas non ignorat, & Athenien sium testatur ara, ignoto Deo. Vnde & Apost. *Quem vos,* inquit, *ignorãtes colitis, hũc nos annunciamus vobis,* istã puto coronã esse, de qua & Psalmista dicit: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine.* Et Apostolus loquebatur: *Cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi iustꝰ iudex.* Et in alio loco ad credẽtes: Gaudiũ meũ & corona mea, *Gloria enim patrum filij.* Et in Salomone scribitur: *Corona gloriæ senectus,* eorum videlicet qui destruxerunt ea quæ paruulorum sunt, & post ætatem perfecti viri venerunt ad senectutem, & ad patrum nomina. Quibus scribit Ioannes post pueros & iuuenes, qui possunt dicere: *Quando eram paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando factus sum vir, destruxi ea quæ paruuli sunt.*

stipheret
Exod. 39.c
צִיץ
Act. 17.c
Psal. 4.b
2. Tim. 4.b
Phil. 4.a
Pron. 17.a
Sec. 70.
1 Ioan. 2.b
1. Co. 13.c

d ¶ *Et ornata,* &c.] Crebro diximus autũ ad mentem, argẽtum ad eloquium pertinere. Tribuatque nobis dominus, vt diuinum sensum accipere mereamur atque sapientiam, & id quod mẽte cõcipimus eloquij venustate proferre, & nequa q̃ ex his facere idolum, sicut faciunt hæretici, de quibus scriptum est; Dedi eis argentũ & aurum, ipsi vero ex argento & auro fecerunt Baal. Et hoc magis iuxta intelligentiam, spiritualẽ natui aptum est feminarũ. Alioquin argentivilior materia, rusticarum & pauperum ancillarumq; ornatus est, qui non conuenit Hierusalẽ, quæ in regnum dicitur profecisse.

Hos. 2.b

e ¶ *Et vestita es,* &c.] Vetbum Hebraicum f שש & hic Theodot. ipsum vt supra posuit, Aquila αὐσήριον, Symmach. polymitũ. Nos autem quod supra subtile, hic iuxta Symach. polymitum diximus: Lxx. ποικίλματα transtulerunt, seruantes interpretationẽ præteritam: vt ad similitudinẽ capillorum texturæ vestimenta monstrarent. Omnis autẽ ornatus describitur feminarum, vt lauetur, vt mundetur, vt vngatur oleo, & discoloribus vestiatur, calcietur hyacintho, accingatur byssо, induatur trichaptis siue subtilibus, accipiat armillas & torquem auream, circulos in ora pendentes, & rotulas in auribus, diadema in capite: auro argentoque decoretur. (quãquã argenti vilior sit materia) & post omnia inferatur: Vestita es byssо, & polymito, & versicoloribus siue vt Lxx. transtulerunt, amictu & palliis (hoc. n. περιβόλαια significant) vt non solũ cultu corporis esset ornata, & omnia haberet monilia feminarum, sed strati quoque eius & lecturi sollicita esset diligentia maritalis: vt postquam ista compleisset, veniret ad ciborum delitias, & ne in his quidẽ aliquid ei deesse putaretur. Quæ omnia iuxta superiorem explanationem aptabimus intelligentiæ spirituali: vt byssinis operiatur, atque subtilibus, ne delicata coniugis membra graui palliorum onere prægrauentur, & sed & vsum pariter exhibeant & decorem.

f mesi

H

f ¶ *Similam & mel,* &c.] Post vestitum, ciborum curam gerit, vt comedat Hierusalem similam & mel & oleum: vel per partes, vt plerique æstimant, vel cõmistione trium, dulciorẽ panem, qui panis de cœlo descendit, ac sub tribus nominib. (vt nonnulli putant,) sacramentũ indicat trinitatis: non quo alia atque alia substantia sit, sed quo diuersis similæ & mellis & olei nominib. Patris & Filij & Spiritus sãcti vna dulcedo monstretur. Et hoc animaduertendũ, quod in multis sacrificiis offeratur similа, medulla frumenti atque purissima: de qua scriptum est: *Et de adipe frumẽti saturauit eos:* nõ de hordeo nec de farina, quæ tũc solum offertur, quãdo maritus zelotypiæ spiritu commouetur. In Iudicum volumine Deboram legimus, quæ interpretatur apis: cuius prophetia mella dulcissima sunt, & refertur ad Spiritum sanctum, qui apud Hebræos appellatur genere femineo g רוחה. In euãgelio quoque Hebræorum, quod lectitant Nazaræi, Saluator inducitur loquens: Modo me arripuit mater mea, Spiritus sanctus. Porro similа, quæ de frumento cõficitur, refertur ad dominum, qui de semetipso ait: *Nisi granũ tritici ceciderit, & in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert.* Oleum vero, quod lassorum membra sustentat & reficit, & est luminis nutrimentum, & quo in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumen accenditur, patri dicitur conuenire. Quæ omnia vnam credentibus tribuunt gratiã, dicente Apostolo: *Diuisiones sunt gratiarum, vnus autẽ spiritus: & diuisiones ministeriorum, vnus autem dominus: & diuisiones operationum, vnus autem & idem Deus:* Qui talem comederit cibum, & hoc dulcissimo & suauissimo pane, oleiq; splendore fulgente pastus fuerit ac nutritus, vertetur in decorem, & fiet pulcherrimus, non semel sed repetito, nimis nimis. Duplicatum. n. aduerbium pondus facit orationis: quoad pulchritudinis magnitudinem addi vltra nihil possit.

Ioan. 6.d
Psal. 80.c
Num. 5.b
Iudic. 4.
g rouah
Ioan. 12.d
1. Cor. 12.d

g ¶ *Et profecisti,* &] Hoc in Lxx. non habetur: qui forsitan Alexandriæ in Græcum sermonem scripturas ex Hebraica veritate vertentes timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, dum à Deo Hierusalem debitum regnum esse cõmemorarent: quamquã eruditi solos quinq; libros Moysi ab eis interpretatos probent. Post ornatum ergo

multiplicem, post coronam, post auri & argenti abundantiã, post indumenta palliaq; pulcherrima, post decorem incredibilem, proficit in reginã, quia ciuitas est magni regis, de quo scriptũ est: *Deus iudiciũ tuũ regi da, & iustitiã tuã filio regis.* Et in Apocalypsi Ioan. Hierusalem quasi sponsa ornata atq; cõposita describitur viro suo. In psalmis quoque de eadẽ dicitur: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate.* Omne autẽ quodcunq; dicimus de Hierusalẽ, ne in singulis hæream⁹, & librorũ magnitudo tædiũ legẽtib. faciat, referamus ad ecclesiã. Si. n. Hierusalem, iuxta Apost. mater nostra est, mater autẽ nostra ecclesia est, consequenter, Hierusalem ecclesia est, mater primitiuorũ qui descripti sunt in cœlis.

a ¶ *Et egressum est*, &c.] Hunc locum manifestius interpretatus est Symmach. *Et egressũ est nomẽ tuũ in gentes*: q̃ perfectũ erat, ꝓpter dignitatẽ meã, quã posuerã super te, dicit dñs Deo⁹. Et est sensus: Meis beneficiis, meaque incredibili largitate ad reginæ vocabulum peruenisti, ita vt de te omnium gentium sermo loqueretur, & esses non tuis meritis atque virtibus sed mea liberalitate perfecta. *Nisi n. dominus ædificauerit domũ, in vanum laborauerũt qui ædificant eã. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat qui custodit eam.* Qui plantat enim, & qui rigat nihil est, nisi dominus dederit incrementum: quia non est volentis, neq; currẽtis, sed miserentis Dei: vt postquã omnia fecerimus, dicam⁹: *Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere fecimus.* Non quo ex beneficentia Dei liberum homini tollatur arbitrium, sed quo ipsa libertas dominum habere debeat adiutorem.

b ¶ *Et habens &c.*] Grande discrimen, non in Dei clemẽtia, sed in suo decore considere. Quando quisque quis sublimior fuerit, debet timere ne corruat, & fornicetur in nomine suo. Aduersariæ siquidem potestates solitos contemnunt cibos, & peregrina alimenta desiderant. Vnde de diabolo dicitur: *Escæ eius electæ.* Non vult quemliber decipere. Saul regem qui electus à domino est, & Iudam Apostol. supplantare festinat. Non ergo confidamus in propria pulchritudine, nec Dei liberalitatem, nostram putemus esse virtutẽ, sed potius audiamus: *Ne glorieris in crastinum*: Nescis enim quid ventura pariat dies. Et in alio loco: *Fratres si præuentus fuerit homo in aliquo peccato, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne forte & tu tenteris.* Neque exponamus, siue effundamus fornicationem nostram omni transeunti: vt non Dei in quem credimus, sed eius fiamus à quo polluimur. Qui cuncta recipit vitia, & diuersorum peccatorum spiritum transeuntem, suo suscipit gremio, & diuaricat pedes suos omni transeunti, iste effundit fornicationem suam, & eius incipit sustinere dominatum, cuius hospes extiterit.

c ¶ *Et sumens*, &c.] Symmachus hunc locum ita interpretatus est. Cumque tulisses de vestib. tuis, fecisti tibi excelsa multicoloria, & fornicata es in eis, non facta neq; futura. Pro consutis & versicoloribus, & excelsis siue idolis: Aquila & Theodotio ἐμβολίσματα transtulerũt: quod significat diuersos pannos hinc inde consutos, & instar emplastri factum idolum, quasi ποικίλμαρον, vestimentum. *Vestini*, inquit, *te versicolorib., & induta es bysso & polymito, & multarũ varietate formarum.* Tu autẽ vestimenta tua, quibus mea largitate donata es, & tulisti, & fecisti tibi idola vel excelsa, quæ Hebraice dicuntur במות, quod numquam ante factum est, neque fiet, vt quæ acceperis ad ornatũ, transtuleris ad iniuriam donatoris. Quod super Hierusalem iuxta literam intelligi potest: vt omnia præcepta legis, & diuitias, ac rerum omnium abundantiam idolis deputauerit: quod gens alia nõ fecerit, nec factura sit. Omnes. n. nationes, quæ à principio idolis seruierunt, non tanti criminis reæ sunt. Nostra autem Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, ab hæreticis scinditur, qñ vnum & alterum testimoniũ scripturarum de propriis carpentes locis, conantur assuere his, quibus non queunt coaptare. Ad quos & supra dictum in hoc eodẽ propheta legimus: *Væ his qui consuũt ceruicalia sub omni cubito manus, & faciunt operimẽta super caput vniuersæ ætatis:* q̃ dominus fieri prohibens, loquitur in euãgelio: *Nemo assumit cõmissurã pãni rudis in veteri vestimẽto*: Alioquin tollit de plenitudine ei⁹, & peior scissura fiet: nec mittũt vinum nouũ in vtres veteres. Tales sunt Nazaræi, qui veteris legis obseruantiam, euãgelicæ gratiæ aptare conantur. Et oẽs hæretici, qui testimonium in suo loco alteri sensui congruens, alteri nituntur assuere, cũ dñica tunica desuper texta per totũ, scindi omni no non possit, sed texta Spiritu sancto nullã recipiat scissionẽ. Quod autẽ dicitur iuxta Lxx. & non intrabis, neque erit, hoc significat: Cum tibi idola feceris peruersorum dogmatum, quæ arbitraris excelsa, & fornicata sis super eis, credens in his quæ ipsa finxisti, tẽplum Dei intrare non poteris, & simulacra tua substantiam non habẽbunt, neque erunt in perpetuum dicente Apostolo: *Scimus enim quia nihil est idolum in mundo.*

d ¶ *Et tulisti vasa decoris tui*, &c.] Iuxta literã dñs lege præcepit vt fierent thuribula, phialæ candelabrum, arca testamenti: cunctaque vel aurea vel deaurata, & alia ex argento, quæ omnia conflauit Hierusalẽ & vertit in idola Belis siue Baalis, Chamos & Astaroth, & Melchom. Iuxta intelligentiam spiritualem, de auro & argento sanctarum scripturarũ idola facimus, quãdo gratiã sensus & eloquentiæ, hæretica prauitate corrumpimus, & ponimus in cœlo os nostrum, *& lingua nostra pertrãsit in terrã.* Masculinæ aũt dicuntur imagines, in quibus omnis hæresis fornicatur: ex eo quod vnusquisque se putat robustissima colere, & habere quæ finxit, nec vlla posse oppugnatione subuerti. Hæ sunt imagines, quas de nostro corde confinximus, & quæ in cœlesti Hierusalẽ destruendæ sunt: de quib. propheta pronunciat: *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis.* Quicũq; n. homo est, & Dei nomen amisit, dicitur de eo: *Veruntamen in imagine perambulat homo*, veruntamen frustra conturbatur. Nos autem vnum habemus virum, & vnam veneramur imaginem, quæ est imago inuisibilis & omnipotentis Dei.

e ¶ *Et sumpsisti*, &c.] Subauditur imagines masculinas, vt oẽm cultũ quem acceperat ad vtendum, verteret in blasphemiã. Hoc autẽ facimus, quotiens prudentia, tẽperãtia, fortitudine, iustitia, cunctisque virtutib. hæreticã circundamus prauitatẽ, & sub occasione earũ, simplices quosq; decipimus: vt videntes mella virtutum, vitiorum venena non caueant.

f ¶ *Et oleũ*, &c.] Oleũ de quo supra dixim⁹, & thymiama siue incẽsũ, de quo Psalmista proclamat: *Dirigatur oratio mea sicut incẽsũ in conspectu tuo*: & panes propositionis, quos Deo iubemur offerre: similã quoq; sẽsũ purissimũ scripturarum, & mel quod gustauit Ionathã, & aperti sũt oculi eius, & cõfortatus est, posuit misera Hierusalẽ in cõspectu idolorum, siue corã imaginib. masculinis: vt essẽt his in odorem suauitatis. Quæ natura sua dulcia sunt atq. suauissima, sed dũ offeruntur idolis falsisque doctrinis, vertuntur in amaritudinem.

Commentarij quarti in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROOEMIVM.

NE Librorũ numerus confundatur, & per longa temporum spatia, diuisorum inter se Voluminum ordo vitietur, præfatiunculas singulis libris præposui: vt ex fronte tituli statim lector agnoscat, quotus sibi liber legendus, & quæ nobis prophetia explananda sit. In præterito igitur Volumine, id est Quarto, partẽ prophetiæ contra Hierusalem, cuius istud exordiũ est: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: vsque ad eum locũ, vbi scriptum est: Similã & oleũ & mel quibus enutriui te, posuisti in cõspectu eorũ, in odorẽ suauitatis: vt potui breui sermone disserui. Nunc eiusdẽ prophetiæ pars reliqua cũ cæteris quæ sequũtur, Quinto Volumini, & tuo Eustochiũ nomini dedicatur. In quo nihil ex arte Rhetorica, nihil ex cõpositione reperies, & venustate verborum: sed curam simplicis & solertis diligentiæ: vt ista & sola laus mea sit, si prophetæ per me dicta intelligas.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER QVINTVS.

CAP. XVI.

ET[a] factũ, &c.] Quod filios suos & filias suas Hierusal. de quibus scriptum est: *Filios genui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me*, idolis immolauerit, sancta Scriptura cõmemorat: *Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonib.* Et iterũ: *Effuderunt sanguinẽ innocentẽ, sãguinem filiorũ suorũ, & filiarum suarum, quas immolauerũt sculptilib. Chanaan.* Suos autẽ vocat iuxta Hebraicũ. Ipse enim de eis dixerat: *Filius primogenitus meus Israel.* Siue iuxta Lxx. tuos quos de fornicatione genuisti. In eo autẽ loco in quo nos posuimus: & dedisti illos consecrans eis: pro quo Lxx. trãstulerunt, & dedisti eos ad placandũ siue expiandum: Aquila, Symmachus & Theodotio posuerunt, transtulisti & transduxisti eos: quia ethnici per ignẽ filios suos vel transferũt paruulos, vel adultos transire compellunt. Cum hæc, ait, feceris, nõ es recordata infantiæ tuæ, qñ tu ite conspersam sanguine, & laui, & (post multa quæ ꝓpheticus sermo narrauit) copulaui mihi. Nostra quoq; Hierusalẽ si hæretica fraudulẽtia supplãtata fuerit, tollit filios suos, qui robustiores sũt in fide, & filias, q̃ nõ habẽt tantã fidei fortitudinẽ: Aut certe filios, qui mystica quæq; cognoscunt: filias q̃ simplicẽ sequũtur historiã: & tradit dæmonib. deuorandos: & cum interficiat eos, viuificare se credit, & placare simulacra, quorum occisione saturantur. Quodq; dicitur iuxta Lxx. h. est super omnem fornicationẽ tuam, & abominationes ruas: illud significat, quod cũctis peccatis & fornicationib. peior sit doctrina hæreticorum, quæ Dei filios facit filios dæmonum: imo interficit eos, quos vel multo labore genuerat Deo, vel suos fecerat filios, quos in fornicatione generauit.

b ¶ *Et accidit, &c.*] Hoc quod secundo dicitur, væ væ tibi, vulgata editio nõ habet, sed de Theodotionis editione additũ est. Rursumq; vbi nos diximus: *Et ædificasti tibi lupanar*, pro quo Lxx. transtulerunt: Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis: Symmachus & Theodotio πορνεῖον interpretati sunt: Aquila volens exprimere etymologiam sermonis Hebr. a גב posuit; βόθυνον, quod nos dicere possumus, foueam: vt significet ganeam ac deffossum specum atque tenebrosum, in quo prostitutarum libido versatur. Quodque sequitur: *Et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis*: pro quo Lxx. transtulerunt ἐπὶ πάσης, in Hebr. habet רמה, & tam Aquila, quam Symmachus & Theodotio, excelsum siue sublime interpretati sunt. Denique & in consequentibus, vbi scriptum est: Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ. Pro signo & fornicatione, rursum in Hebræo habet b רמה quod nos vel prostibulum, vel signum interpretati sumus, cum apud Hebræos vnum vocabulum sit. Hoc autem ponitur, siue excelsus fit, vt volentibus fornicari, procul appareat fornicationis locus, & non necesse sit quæri. Quod semel & iterum atque iterum diximus, in perpetuum dixisse sufficiat: sub persona mulieris post multa mariti beneficia fornicantis describi fornicationem Hierusalem, quomodo à Deo recesserit, & iuncta sit idolis, nec occulta fuerit fornicatione contenta, sed ædificauerit sibi lupanar, & in omni via signum transeuntibus posuerit: vt venirent ad scortum, & satiarent libidinem, non tam suam quã eius quæ diuaricauit crura sua omni transeunti, & pulchritudinis magnitudinem fornicationis magnitudine deturparit, & inter cætera etiam Ægyptiis vicinis suis amore magnarum carnium prostituta sit: Et vt omne genus turpitudinis demonstraret, multiplici spurcitiæ genere deformata sit. Nulli autem dubium, quod Ægypto vicina sit Palæstina, dicente domino ad Abraham: *Dabo ti omnem terram à fluuio Ægypti, vsque ad fluuium magnum Euphraten*: vt ex vna parte Ægyptios, & ex altera habeat Assyrios: cum quibus & in posterioribus dicitur fornicata. Fornicatio autem Hierusalem cum Ægyptiis, idololatriæ eorum imitatio est. Ad nostram autem Hierusalem, siue ecclesiam, siue credentium animas, si fuerint negligentes, & omnibus vitiis patuerint, duplex maledictionis sermo dirigitur, vt audiant: Væ væ tibi, ait dominus Deus iuxta illud quod in Apoc. Ioannis scriptum est: *Væ super omnes habitatores terræ.* Si enim sanctus dicit: *Aduena sum, & peregrinus sicut omnes patres mei*, quare non peccator habitator terræ esse dicitur? Ædificat autẽ sibi lupanar, qui tota frontis libertate delinquit: iuxta illud ꝙ scriptũ est: Peccator cum venerit in profundũ iniquitatis, contemnit. Et extruit altissimum locum in cunctis

platcis: *Lata* enim *& spatiosa via est, quæ ducit ad mortem.* Et in omni capite viæ ædificat: vt nulla peccatorum genera derelinquat: sed imitans scortum prouerbiorum, manifeste in plateis & in angulis platearum, prætereuntes stultos iuuenes ad suos inuitet amplexus, & polluat decorem animæ, quem pro beneficio à Deo cõditore sortita est. Et omnia itinera eius plenà sunt turpitudinis: cunctisque cogitationibus, quæ vitiorum incentiua suppeditant, aperit cor suum, & crura diuaricat, & fornicatur cũ Ægyptiis vicinis suis, quorum exẽpla sectatur, ethnicis videl. qui in suis turpitudinib. gloriantur, & tam nefaria est, vt ipsos quoq; superet in turpitudine. Et hæc omnia facit, vt Deum ad iracundiam prouocet. Magnarum autẽ carniũ, Ægyptij esse dicuntur, siue ob turpitudinis magnitudinem, siue ob peccatorũ deformitatem. Vnde sanctus carnium dicitur paruularum: quæ in eo decrescunt quotidie, & per virtutes attenuantur: ita vt nequaquam caro appelletur, sed spiritus, & loquatur in psalmo: *Sitiuit anima mea ad te Deus, quã multipliciter tibi caro mea:* Sine (vt quædam habent exẽplaria) quomodo consumpta est caro mea: *In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Quamobrem & Corinthius fornicator traditur in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. De hac carne scriptũ est: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnũ, & flos eius decidit: verbum autẽ domini manet in æternum.* De qua & Apost. loquebatur: *Caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebũt.* Et in Genesi loquitur Deus: *Non permanebit spiritus meus in hominib. istis, quia caro sunt.* Et ad credentes dicitur. Qui in carne sunt, Deo placere nõ possunt. *Vos autẽ nõ estis in carne, sed in spiritu.* Alia autem caro sanctorum est, de qua scriptum est: *Omnis caro videbit salutare Dei.*

a ¶ *Si autem extendero manum, &c.*] Quodque sequitur: ἀσέβησας, hoc est: Impie egisti, iuxta Lxx. sequenti capitulo coaptatur, iuxta cæteros finis superioris est. Extendit autem dominus super Hierusalem manum suam, vt corrigat delinquentem, & auferat legitima eius: quæ quãdiu Dei præcepta seruabat, legitima Domini dicebantur. Quando vero adorauit idola, & religionem in impietatem mutauit, nequaquam legitima illius appellantur: Quod non solum in lege & ceremoniis, sed in sabbathis quoque, & dieb. festis, & neomeniis accipiendum est. Dans enim legem, ait: Sabbatha mea, & dies festos meos. Quando autem recesserunt à Deo, dicitur eis: *Neomenias vestras, & sabbatha, & diem magnum non recipio: Ieiunium, & otium, & solemnitates vestras odit anima mea.* Quod & de populo scriptum est. Qui enim prius Dei populus vocabatur, postquã recessit à domino, dicitur de eo ad Moysen: peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti. Quæ hic extensio manus, alibi eleuatio siue visitatio dicitur. Quando enim peccantem non corripit Deus, contrahit manum suam: Sin autem peccauerit, & in Dei lege cœperit ægrotare, mittitur ad eum visitatio, iuxta illud quod in psalmo canitur: *Si dereliquerint filij eius legẽ meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: visitabo in virga iniquitates eorum.* Et in hoc propheta scriptum est: Terra si peccauerit mihi, vt delinquat delictum, extendam manum meam super eam, & conteram firmamentum panis eius, & reliqua. In quo quærimus quid sit inter extensionem manus, & emissionem eius. Loquitur diabolus ad dominum: *Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet: nisi in facie benedixerit tibi.* Videturq; mihi, mittẽ manus ad probationem eorum, quibus mittitur: Extendi autem ad pœnas eorum, qui merentur supplicia. Nec solum extensio, & immissio, sed expansio manus Dei dicitur, Esaia ex persona domini proclamante: *Tota die expandi manus meas ad populũ non credentem & contradicentem.* Sanctus quoque leuare narratur manus, scriptura dicente: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Sublatis autem legitimis Dei à populo Iudæorum, interrogemus eos, quã habeant legis obseruantiam. Victimas sublato templo atq; subuerso offerre non possunt: nec adulterarum lapidatio, cæterorũq; criminum lege concessa exerceri potest, & vacatio terræ anno remissionis, & cætera huiuscemodi. Datur autem in animas odiẽtium se filiarum Palæstinarum, quãdo traditur Palæstinis, quos indifferenter Lxx. alienigenas vocant: quas intelligere possumus vrbes vel oppida Palæstinæ. Nostra quoq; Hierusalem, si præterierimus ceremonias Dei, & extenta fuerit manus eius super nos, & ablata cuncta legis obseruantia, tradetur filiab. Palæstinæ, & non filiis. Neq; enim primum fortioribus suppliciis tradimur, sed iuxta peccatorum qualitatem, inferioribus: vt correpti in minori, maiora cruciatuum tormenta vitemus. Philistim, hoc est, Palæstini, prima literarum parte mutata, interpretantur cadentes poculo, siue fractura. Per quæ significatur tradẽdos nos aduersariis potestatibus, quæ biberunt de calice Babylonis & corruerunt, & quarum opera peruersa sunt. Tantaque erit miseriæ Hierusalem correptio atque ignominia, vt erubescant etiam ipsæ aduersariæ potestates super nostrorum magnitudine peccatorum. Quod nos interpretati sumus iuxta Symmachum, scelerata: Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit זמות. Sublatis autem ceremoniis Dei à populo Iudæorum, ad nos cum sacerdotio transit & legislatio, dicente scriptura: *Constitue domine legislatorem super eos.* Et in alio loco: *Legem mihi pone domine in via tua.*

b ¶ *Et fornicata es in filiis Assyriorum eo quod necdum fueris expleta, &c.*] Supra scriptum est, Hierusalem fornicatam cum filiis Ægypti vicinis suis, qui sunt magnarum carnium: hic altera Assyriorum vicinitas indicatur. Et propterea vtrisque traduntur gentibus: quia vtrarumque simulacra venerati sunt: ingredientesque Chaldæam, quæ est terra Chanaan, imitati sunt eorum errores, quorum imperio subiacebant. Secundum tropologiam: De aliis peccatis ad alia sæpe transimus: cumque non egerimus priorum scelerum pœnitentiam, augemus delicta delictis, & nullo errore satiamur: sed quasi fune longo, & corrigia iugi vitulæ trahimus peccata, & testamentum nostrum, siue fornicationem multiplicamus in terra Chanaan: quæ interpretatur quasi fluctuatio, & cum Chaldæis, qui & ipsi nobiscum sonant, quasi dæmonia. Semperque vestigia habemus in salo, & numquam possumus dicere: *Statuit supra petram pedes meos.* Hæreticorumque prauitatibus subiicimur, qui habent similitudinem dæmonum, siue ipsis dæmonibus, de quibus Paulus scribit: *Non est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersum rectores tenebrarum istarum, aduersum spiritualia nequitiæ in cœlestibus.*

c ¶ *In quo mundabo cor tuum, ait Dominꝰ Deus, cũ facis hæc omnia*

Heb.

abominabilẽ feciſti decorem tuum; & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicasti fornicationẽ tuã ad irritandum me. Ecce ego extendi manum meam super te, & auferam iustificationem tuam, & dabo te animis odientium te, filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. b Et fornicata es in filiis Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta, & postquam fornicata es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis, & nec sic satiata es. c In quo mundabo cor tuum, ait

Sept.

nicationes tuas, & corrupisti decorẽ tuum, & diuaricasti crura tua omni trãseunti, & multiplicasti fornicationem tuã: & fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis, qui sũt magnarum carniũ, & multipliciter fornicata es, vt me ad iracundiam prouocares. a *Si autẽ extendero manum meã super te, & auferam legitima tua, & dabo te in animis odientium te, filiarum alienigenarum, quæ te declinare fecerunt de via tua. Impie egisti, & fornicata es in filias Assur, & nec sic satiata es: & fornicata es, & nõ es repleta, & multiplicasti testamẽta tua ad terrã Chanaã & Chaldæorũ, & neq; in istis expleta es. Quid faciam cordi tuo, dicit Adonai dominus, cum feceris hæc omnia*

Hebr. alt dominus Deus, cum fãcias hæc omnia opera mulieris meretricis, & procacis? Quia fabricata es lupanar tuũ in capite omnis viæ, & excelsum tuum feciſti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium: a Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dãtur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarẽt ad te vndique, ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, non accepit: nec in constuprando eam aliqua fuit difficultas, sed ipsa se ingessit amatoribus suis. Est autem & alia fornicatio spiritualis, quando deserentes ecclesiam, hæreticis iungimur, & ædificamus lupanar nostrum in capite omnis viæ, cuibus præcipit sermo diuinus: *State in viis, & quærite semitas domini sempiternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea,* Moysi videl. Iesu, Iudicum, & Regum libris, Esaiaq; & Hieremia, & aliis Prophetis. In omnib. viarum principiis fabricatur lupanar suum, qui ad perueritatem doctrinæ, testimoniis male abutitur scripturarũ, & dicit: Hæc ait Esaias, hæc dicit Osee, hæc locutus est Moyses, hæc Daniel. Et pulchre non in mediis viis, nec in viarum terminis ponit lupanar suum, sed in principio. Si. n. ad scientiam, & profunda diuinorum venerit librorum, errare non poterit. Excelsum quoq; situm siue basim facit in omni platea, ethnicorum se & impiorum lasciuiæ vitiisq; permittens: etiam inter ipsos hæreticos cum ab eis fuerit deturpata, non habens gratiam, sed patens contemptui: quia facile præteritã fidei perdidit castitatem. Hoc autem φ (vt supra diximus) in Hebraico non habetur: *Fornicata es tripliciter in filiabus tuis*: siue ad Hierusalem iuxta literam dicitur, quod omni genere in suis oppidis & viculis fornicata sit, & nullus remanserit angulus vel platea, vbi nõ idololatriæ signa condiderit: Siue ecclesiæ credentibus sq; deceptis, qui non audierunt illud Apostoli: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in die aduentus domini nostri Iesu Christi seruetur*: sed omni genere fornicati sunt, & corpore, & anima & spiritu. Leginius in prouerbiis: Tu autem scribe ea tripliciter, vt respondeas sermones veritatis, qui proponuntur tibi. Et iubetur nobis, vt eloquia veritatis, id est, scripturas sanctas intelligamus tripliciter. Primum iuxta literam: secundo medie per tropologiam: tertio, sublimius, vt mystica quæque cognoscamus. Secundum literam, illud est: *Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.* Et: *Nolite murmurare, sicut quidam de eis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.*

Sept.

omnia opera mulieris fornicariæ & impudentis & fornicata es tripliciter in filiabus tuis, quãdo ædificasti lupanar tuũ in principio omnis viæ, & Basim tuum feciſti in omni platea, & non fuisti quasi meretrix congregans mercedes. Mulier adultera similis tui, à viro suo accipiẽs mercedes, omnibus qui fornicabantur cũ ea, dabat mercedes: & tu dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & onerabas illos, vt venirent ad te per circuitum in fornicatione tua. Et factum est in te peruersum contra mulieres in fornicatione tua, & post te non sunt fornicatæ: in eo quod dares mercedes, & mercedes non in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & tollã vestimenta mea, & linteamina mea: vt non operiant vltra ignominiã eius, & nũc reuelabo immunditiam eius in conspectu amatorum illius, & nemo eruet eam de manu mea. Cumq; omnes mulieres fornicãtes soleant accipere mercedes ab amatoribus suis, Hierusalem fecit cõtrarium, vt magis daret quam acciperet. Et vt largitatem mercedis ostenderet: Onerabat, inquit, eos vt venirent ad se per circuitum: ne quis esset vicinus qui eius ignominiæ non misceretur. Et quidem Hierusalem in hoc quoq; vicit alias meretrices: vt nõ solum sua daret, quæ proritu turpitudinis labore quæsierat, sed & munera maritalia amatorib. & stupratoribus suis tribueret. Tantaque fuit expositio adulteræ ad omnem turpitudinis magnitudinem, vt non solum præsentibus, sed etiam futuris meretricibus præferatur. Vnde & nos iuxta Symmachum interpretati sumus: *Et post te non erit fornicatio.* Collatione enim tui, omnis deinceps fornicatio leuior existimabitur. Quicquid de Hierusalem diximus, refer ad ecclesiam, animasque credentium: quæ munera maritalia, aurũ videl. in sensu, & argentũ in eloquio, & vestimenta quibus fœditas nostra ac turpitudo velatur, dant amatoribus suis: vel contrariis fortitudinibus, vel magistris dogmatum peruersorum: quando asserunt nihil nocere luxuriam, & passiuam libidinem, iuxta corporis genitalia, coitum naturali lege deposcere: cibis omnibus indifferenter vtendũ: qui ad hoc facti sunt, vt sumãtur. Prudẽtiam in eo tantam necessariam, vt sibi profit: nec iustitiam habere locum, quæ si valeat, mẽdicandũ sit, & cætera huiuscemodi. Quæ accipiens misera Hierusalem, in qua visio pacis esse deberet, acumen ingenij & eloquij venustatẽ, vertit in turpitudinẽ. Et pro amatoribus suis aduersum maritum ornata processit: his ornamentis in quibus in boni abusionem à viro fuerat ornata. Quodq; sequitur: *Et donabas eis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicandum tecum*: omne genus significat peccatorum, vt non vno sit cõtenta delicto, sed peccandi sustineat famem, & contra iura naturæ omnibus turpata membris vlque ad verticem polluatur.

omnia opera mulieris, &c.] Quodque dixere Lxx. *Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis*: in Hebraico non habetur, nec aliorum interpretum quispiam posuit. ἐπ' ἀπορημάτων autem hæc omnia ad Hierusalem loquitur Deus, quod inuenire non valeat, quo ægrotantem & semineccm possit curare medicamine, iuxta illud φ scribit Esaias: *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non fecerim ei?* Et Osee: *Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Idololatria enim tua non in occulto, sed tota libertate cõmissa est: vt in omnibus viarum principiis & compitis poneres aras, & basim siue excelsum tuũ, de quo supra diximus, faceres in omni platea. Nec imitata es callidas meretrices, quæ solent difficultate augere libidinis pretium, & ex hoc magis amatores ad insaniam prouocare. Siue iuxta Lxx. Non fuisti quasi meretrix congregans mercedes, sed dedisti quæ accipere debueras: vt nec in eo quod fornicata es, & secutadæmones, eorum protegereris auxilio: sed variis oppressa captiuitatibus, sentires calamitates tuas. Quod quidem & ad omnẽ animã Christianam referri potest, quæ deserto cultu Dei, vitiis se, luxuriæque permisit, & sæcularem secuta vitam, ne in ea quidem egit feliciter; sed & diuitias religionis perdidit, mundi diuitias nõ accepit: nec in constuprando eam aliqua fuit difficultas, sed ipsa se ingessit amatoribus suis. Est autem & alia fornicatio spiritualis, quando deserentes ecclesiam, hæreticis iungimur, & ædificamus lupanar nostrum in capite omnis viæ, cuibus præcipit sermo diuinus: *State in viis, & quærite semitas domini sempiternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea,* Moysi videl. Iesu, Iudicum, & Regum libris, Esaiaq; & Hieremia, & aliis Prophetis. In omnib. viarum principiis fabricatur lupanar suum, qui ad perueritatem doctrinæ, testimoniis male abutitur scripturarũ, & dicit: Hæc ait Esaias, hæc dicit Osee, hæc locutus est Moyses, hæc Daniel. Et pulchre non in mediis viis, nec in viarum terminis ponit lupanar suum, sed in principio. Si. n. ad scientiam, & profunda diuinorum venerit librorum, errare non poterit. Excelsum quoq; situm siue basim facit in omni platea, ethnicorum se & impiorum lasciuiæ vitiisq; permittens: etiam inter ipsos hæreticos cum ab eis fuerit deturpata, non habens gratiam, sed patens contemptui: quia facile præteritã fidei perdidit castitatem. Hoc autem φ (vt supra diximus) in Hebraico non habetur: *Fornicata es tripliciter in filiabus tuis*: siue ad Hierusalem iuxta literam dicitur, quod omni genere in suis oppidis & viculis fornicata sit, & nullus remanserit angulus vel platea, vbi nõ idololatriæ signa condiderit: Siue ecclesiæ credentibus sq; deceptis, qui non audierunt illud Apostoli: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in die aduentus domini nostri Iesu Christi seruetur*: sed omni genere fornicati sunt, & corpore, & anima & spiritu. Leginius in prouerbiis: Tu autem scribe ea tripliciter, vt respondeas sermones veritatis, qui proponuntur tibi. Et iubetur nobis, vt eloquia veritatis, id est, scripturas sanctas intelligamus tripliciter. Primum iuxta literam: secundo medie per tropologiam: tertio, sublimius, vt mystica quæque cognoscamus. Secundum literam, illud est: *Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.* Et: *Nolite murmurare, sicut quidam de eis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.*

Medie autem & iuxta tropologiam, quãdo recedimus à litera, & paululum ad altiora cõscendimus, dicente Apostolo: Scriptum est: *Non alligabis os boui triturãti*: Statimque sequitur: *Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique locutus est?* Extrema autẽ, id est, terria & sublimis sacraque intelligentia, iuxta illud eiusdem Apostoli: *Propterea relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori suæ. Sacramentum hoc magnũ est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia.* Filiæ autẽ sunt, ecclesiæ fornicantis, credentium prius, & postea deceptorum in hæresi animæ: quarum culpa refertur ad matrem.

a ¶ *Sed quasi mulier adultera, &c.*] Hoc quod in Lxx. scriptũ est: similis tui, in Hebraico non habetur, & lectionis cõturbat ordinẽ, & facit non minimam quæstionem, quę mulier cuius similis sit, cum Hierusalem ipsa mulier adultera esse dicatur. Tulit igitur Hierusalem rerum omnium abũdantiam, qua fuerat viri liberalitate donata, & dedit eam alienis, dæmonib. videlicet & idolis, iuxta illud φ scriptũ est in Osee: *Et hæc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & vinum, & oleum, & argentũ multiplicaui ei*: ipsa vero argẽtea & aurea fecit Baalim. Vnde iratus statim infert: *Propterea cõuertã, & auferam triticũ meum*

a ¶ *Propterea, &c.*] Primum hiſtoriæ fundamenta iaceamus. Quia hæc & illa feciſti, quæ ſuperior ſermo cõprehendit, idcirco audi meretrix quæ feceris, & quæ paſſura ſis. Effundiſti æs tuũ, quod à me acceperas, & dediſti mercedem amatoribus tuis, quæ accipere debueras, & interfeciſti filios tuos, dum eos offerres idolis:

HEB.

vt non ſolum adultera, ſed & parricida extiteris. Idcirco cõgregabo ſuper te omnes amatores tuos, cum quib. fornicata es: tã eos, quos dilexiſti, quã illos quos oderas: & adulterarũ te lege nudabo, vt omnes videant turpitudinẽ tuam, & genitalia, ꝑ quæ prius amoris amentia ferebãtur. Hæc autẽ omnia per metaphoram mulieris adulteræ & homicidæ, quæ non ſolũ cõtra virũ ſuum fornicata ſit, ſed & filios interfecerit, dicũtur ad Hieruſalem, & quod cõgregandæ ſint vniuerſæ gẽtes aduerſum eã, quarum adorauerit idola, & omnia Dei munera in cultum eorum cõuerterit, & deſtruatur tẽplũ Baal, & aræ omnis ciuitatis incendio ſubuertantur: nihilque in ea remaneat. Et ſicut ſolent contra adulteram omnes lapides iacere, & trucidare meretricẽ, vt ſingulorum vulnerib. occidatur, ita vt oẽs mulieres pœnã videant fornicariæ: ſic in cõſpectu aliarũ in circuitu ciuitatũ, & omniũ nationũ deſerẽdã Hieruſalẽ. Et hoc fieri, vt deſinat fornicari, & nõ det vltra mercedes amatorib. ſuis, & requieſcat indignatio Dei: nec iraſcatur ei, quã amare deſierit. Ex quo perſpicimus grandem offenſam eſſe, nequaquã curæ haberi à Deo, ſed permitti hominẽ ſcelerib. ſuis atq; peccatis. Auferetur, inquit, zelus meus à te, & requieſcam, nec iraſcar amplius quaſi alienæ, & quę à me receſſerit, & quam æternæ tradiderim nudicati. Si autem hoc paſſa eſt Hieruſalẽ, quia cum idolis fornicata eſt: quid eam paſſurã putamus, qñ Dei filium trucidarit? Et hæc, ait, vniuerſa feciſti, oblita beneficiorum priſtinorum, & me ad iracundiam prouocaſti, ſiue contriſtaſti me, quem bonis operibus debueras ad gaudia prouocare. Propterea & ego reddidi tibi opera tua in caput tuum. Et cum te ſubuertero ô adultera, tũ minus in te iræ meæ exercebo, quam meruiſti: quo & in hoc diuina clementia demonſtretur, vt maiora ſint peccata q̃ pœnæ. Iuxta tropologiam, omnis anima accipit à Deo pecuniam ſpiritualem, ſecundum illud euangelij, quod dicitur in parabolis, quinque & duum, & vnius talentorum, & ſeruorum decem mnas ſingulas accipientium: qui cum egerint negligenter, debitores

Matt.25.b
Luc.19.b
Luc.7.f

fiunt quinquaginta denariorum, & quingentorum, & propter hoc præſentib. amatoribus (quos dæmones, contrariaque virtutes intelligimus) reuelatur ignominia Hieruſalem: vel in die iudicij, vel in tempore pœnitentiæ, quando corripiuntur. Et prius quidem ſolus omnipotens Deus cernit occulta, dicente ſermone euãgelico: *Et pater qui videt in abſcondito*: Et in alio loco: *Scrutans corda & renes Deus*. Et in Regũ volumine: *Tu ſolus noſti corda cunctorum filiorum hominum*. Quãdo vero fuerit expletum: *Non eſt abſconditum quod non manifeſtetur, & opertum quod non reueletur*. Et in alio loco: *Nolite ante tempus iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus vnicuique erit à Deo*, & cum correptionis tempus aduenerit, tunc implebitur illud Oſee: *Nunc circundederunt eos cogitationes ſuæ*. Et in alio loco: *Inter ſe cogitationibus accuſantibus ſiue defendẽtibus, in die, quando iudicabit Deus abſcondita hominũ*. Et rurſum: *Ecce homo, & opera eius ante faciem illius*. Et videbunt omnes turpitudinem eius qui priùs cum ea fuerant fornicati, & dabit eam Deus in ſanguine furoris & zeli. Plenus eſt enim furor viri contra vxorem adulteram, & nullo pretio poteſt redimi. Sanguis autem filiorũ ſic intelligi poteſt, vt filios appellemus Hieruſalem, λογισμὸς καλὸς, id eſt, cogitationes bonas, quæ à Deo hominibus inſitæ ſunt: quos interficit adultera, quando ad mala opera declinaueris. Prodeſt quoque Hieruſalem, vt ſuffodiatur lupanar eius, & omnis fornicationis eius ſeminarium deſtruatur. Cum enim hoc factum fuerit, mercedes vltra non dabit, & requieſcet Dei indignatio, & nequaquam eam zelabitur, de illius caſtitate ſecurus: videl. iuxta eos qui in bonam partem accipiunt quæ dicuntur. Alij vero, vt ſupra diximus, ad contrariam partem referunt, vt magnæ iræ Dei ſit non iraſci, cum ſemel contempſerit fornicantem, & de ſalute illius deſperauit. Sin autem hæretici, qui vetus non recipiunt inſtrumentum, iuxta Lxx. editionem, in hoc loco reprehenderint illud, quod dictum eſt: Et contriſtabas me in omnib. iſtis: eo quod Deus non ſolum iram recipiat, ſed & mœrori ſubiaceat atque triſtitiæ: interrogemus eos, quomodo illud ſuſcipiãt, quod certe boni Dei mandatum eſt: nolite contriſtare ſpiritum ſanctũ Dei in quo ſignati eſtis in die redemptionis

SEPT.

non ſunt data tibi, & factum eſt in te peruerſum. Propterea meretrix audi verbum domini. Hec dicit Adonai dominus: Quia effudiſti æs tuum, & reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omnes cogitationes iniquitatum tuarum, & in ſanguine filiorum tuorum, quos dediſti eis. Ideo ecce ego ſuper te congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es, & omnes, quos dilexiſti cum vniuerſis, quos oderas, & congregabo eos ſuper te per circuitum, & reuelabo malitias tuas ad eos, & videbunt cunctam ignominiam tuam, & vlciſcar te vltione adulterarum, & effundentium ſanguinem, & ponam te in ſanguine furoris & zeli, & tradam te in manus eorum, & ſuffodient lupanar tuum, & deſtruent baſim tuam, & nudabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa glorationis tuæ, & derelinquent te nudam & plenam ignominiæ, & adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladijs ſuis. Et ſuccendent domos tuas igni, & facient in te vltiones coram mulieribus plurimis, & auertam te à fornicatione, & mercedes vltra non dabis. Et immittam furorem meum ſuper te, & auferetur zelus meus à te, & requieſcam, & non ero vltra ſollicitus: quia non es recordata diei infantiæ tuæ, & contriſtabas me in his omnibus. Et ecce ego vias tuas in capite tuum dabo, dicit Ado-

Ibid.6.a

Pſalm.7.c
3.Reg.8.d

Luc.12.a

1.Cor.4.d

Rom.2.c
Oſee7.c

Quidquid enim dixerint in defenſionem illius teſtimonij, hoc nos ſatisfactionem præſentis ſermonis aptabimus.

a ¶ *Ecce omnis*, &c.] Poſt κεφάλαιον vitiorum & correptionis Hieruſalem, per quam retrahitur ad ſalutem, aptatur ei trium vulgi ſermone prouerbium: ſiue vt Lxx. tranſtulere, parabola: Qualis mater, talis & filia. Mater autẽ Hieruſalẽ, ſicut & ſupra, & in conſequẽtibus ſcriptum eſt, Cethæa appellatur, interpretaturq; inſaniens, ſiue in amentiam vertens: per quæ ſæculi huius incẽtiua mõſtrantur, quæ captiuam animam ducũt ad interitũ, & à viro ſuo ſeparant: haud dubium quin verbum Dei doctrinaque dicatur: Et ſoror ſororum ſuarum, vt poſt paululũ lecturi ſumus, Sodoma vocatur & Samaria: quarũ altera gentilem vitam luxuriamq; ſignificat, altera, hæreticorum decipulas. Porro quod in Lxx. legitur: ſoror es ſororum tuarũ, quæ repulerunt viros ſuos & filios ſuos, non habet ſenſum. Quas. n. alias ſorores habebant Sodoma & Samaria? quæ ſorores ſunt Hieruſalem. Et hoc quærẽdum, quos viros Sodoma Samariaque dimiſerint, & quos proiecerint filios. Niſi fortè poſſimus hoc dicere, quod ſemper errãtium fluctuent pedes, nec ſint ſolida veſtigia, quæ contra veritatem ſunt, ſed huc illucque diſcurrãt *& circumferantur omni vento doctrinæ*, dum de falſitate trãſeunt ad aliam falſitatem. Et cum in primis fruſtra ſe ſudaſſe cognouerint, ad ſecunda, tertiaque tranſcendant.

b ¶ *Mater veſtra Cethæa*, &c.] Supra dixerat: *Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa*, hic ordine & numero cõmutato: *Mater veſtra Cethæa, & pater veſter Amorræus*. Cũ. n. ſcelera profecerint, ſcindũtur in partes, & vnione deſerta in turbam proficiunt ac multitudinẽ, quæ cum Ieſu non valet ad montana conſcendere Sorores autem Hieruſalem, Samariam, & Sodomam, quarum altera à ſiniſtris, & altera à dextris eſt, etiam ſecundum intelligentiã corporalem, ſi de templo Hieruſalem orientem aſpicias, approbabis. Maior quoque dicitur Samaria, quia prior peccauit, & ab Aſſyriis ducta eſt in captiuitatem, & minor ac iunior Sodoma, quæ refertur ad gentium turbam. Alioquin eo tempore Sodoma nõ erat, quæ priuſquam in ſcripturis legamus Hieruſalem, cum Gomorra, Adamma, & Seboim, diuino fuerat igne deleta. Media autem inter duas ſorores, Hieruſalem, quæ alio nomine appellatur Iuda, à Chaldæis ducta eſt in Babylonem: multoque Hieruſalẽ ſceleratiora peccauit quam Samaria & Sodoma, in templo adorans idolum zeli, & poſtea Dei filium interficiens. Porro ſecundum tropologiam, Samaria & Sodoma, id eſt, hæretici & ethnici, ſæpe leuiora committunt, quam hi qui putantur Hieruſalem, hoc eſt, Eccleſiaſtici. Vnde ad Corinthios dicitur, qui credebant quidem in Chriſtum, ſed malis operibus premebãtur: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, ita vt vxorem patris quis habeat*, &

HEB.

feci iuxta ſcelera tua in omnib. abominationibus tuis. a Ecce, omnis qui dicit vulgo prouerbiũ, in te aſſumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuę es tu, quæ proiecit virũ ſuũ, & filios ſuos, & ſoror ſororũ tuarũ tu, quæ proiecerũt viros ſuos & filios ſuos. b Mater veſtra Cethæa & pater veſter Amorræus, & ſoror tua maior, Samaria, ipſa & filiæ eius quæ habitant ad ſiniſtram tuã. Soror autẽ tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. Sed nec in viis earũ ambulaſti, neq; ſecundum ſcelera earũ feciſti: paulo minuſpæne ſceleratiora feciſti illis in omnib. viis tuis. c Viuo ego dicit dominus Deus, quia nõ fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abũdãtia, & otium ipſius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas ſicut vidiſti. Et Samaria dimidium peccatorũ tuorum non peccauit, ſed vici-

SEPT.

Adonai dominꝰ, & ſic feciſti iniquitatem ſuper cunctis iniquitatib. tuis. Hæc ſunt omnia quæ dixerunt cõtra te in parabola, dicentes: Sicut mater, & filia. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit virũ ſuũ, & filios ſuos, & ſoror es ſororũ tuarũ, quæ repulerunt viros ſuos & filios ſuos. Mater veſtra Cethæa & pater veſter Amorræus: ſoror veſtra ſenior Samaria, hæc & filiæ eius quæ habitant à ſiniſtris tuis, & ſoror tua iunior te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius: Et ne ſic quidẽ in viis eius ambulaſti, neq; ſecundũ iniquitates illius egiſti: paulo minus & tranſgreſſa es eas in omnib. viis tuis. Viuo ego dicit Adonai dominus: ſi fecit Sodoma ſoror tua hæc, & filiæ eius, & ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Veruntamẽ fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia in ſaturitate panũ, & in abundãtia. Delitiis affluebat ipſa & filiæ eius: Hoc habebat ipſa & filiæ eius, & manũ pauperis & egeni nõ aſſumebãt, & gloriabãtur magnifice, & fecerũt iniquitates in conſpectu meo, & abſtuli eas ſicut vidiſti. Et Samaria

Inſuper eod.in fine.

Amos 6.a

omnipotentis, mortui appellantur. *Qui eſt* enim *homo qui viuet, & non videbit mortem?* Vnde & Apoſtolus Paulus de Deo, *Qui ſolus*, inquit, *habet immortalitatem, & lucẽ habitat inacceſſibilem*. Et de fonte viuentium: *Vita*, inquit, *veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*. Iſte igitur qui iurat, & loquitur: *Viuo ego dicit dominus*, deſcribens Sodomæ & filiarum eius ſcelera, primam ſuperbiam poſuit: proprium diaboli, primumque peccatum. Vnde idem Apoſtolus: *Ne inflatus ait ſuperbia in iudicium incidat diaboli*: propter quam de cælo corruit. Dixerat enim: Fortitudine faciam, & ſapientia intelligentiæ auferam terminos gentium, & robur earum de uaſtabo, & commouebo ciuitates habitatas, & orbem terrarum totum apprehendam manu, ſicuti nidum, & ſicut contracta ouа auferã. Et *ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam*. Legimus & in alio loco. *Quid ſuperbis terra & cinis?* Et Euangelium refert Phariſæi ſuperbiam publicani humilitate ſuperatam: cuius ſeminarium eſt ſaturitas panum,

Matth.5.a
Ioan.6.a

Gen.19.a

Col.3.a

1.Tim.3.b

Eſai.10.c
Sec.70.

Iacob. 4.b
Eccl.10.b
Luc.18.b

& rerum omniũ abundantia, & otium: siue vt Lxx. transtulerunt: delitiarum luxuriæque opulentia. Diues ille in Euangelio purpuratus, nihil aliud refertur habuisse criminis, nisi quod opibus & diuitiis affluens, in tantam eruperat superbiam, vt manũ egeno & pauperi Lazaro non porrigeret, & sic oblitus sit conditionis suæ, vt ne hoc quidem misero daret, quod proiiciẽdum erat. Ob quã causam & in alio loco scribitur. *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Superbia, saturitas panis, rerum omnium abundantia, otium & delitiæ, peccatũ Sodomoticum est, & propter hoc sequitur Dei obliuio, quæ præsentia bona putat esse perpetua, & nũquã sibi necessariis indigendum. Quapropter & lege præcipitur: Attẽde ne comedẽs & bibens & saturatus, ædificatis domibus optimis, habensque oues & boues, argentum, & aurum, obliuiscaris domini Dei tui. Et in alio loco de Israel scriptum est: *Manducauit & bibit, & saturatus est, & impinguatus, & calcitrauit dilectus.* Quod sciens & sapiẽtissimus omniũ Salomon in Prouerbiis deprecatur: *Tribue mihi necessaria & quæ sufficiãt: ne saturatus mendax fiã & dicam: Quis me videbit? aut pauper effectus, furer, & peierẽ nomen Dei mei.* Quodq; sequitur, *& iustificati sorores tuas in cũctis abominationibus tuis, quas operata es*: nõ simpliciter iustas Sodomam & Samariã esse decernit, sed comparatione deteriorum: quo modo & publicanus, de quo supra diximus non absolute iustus dicitur, sed collatione peioris. Et tamen cum tales sint Sodoma, & Samaria, ne dimidium quidem peccauerunt comparatione Hierusalem, *seruus* enim *qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multis.* Et, *potentes potenter tormenta patientur.* Porro quod pro delitiis, otium in Hebraico continetur, sciendum ad illum sensum pertinere. In desideriis est omnis anima otiosi: quod videlicet semper aliquid agendum sit, ne ager pectoris nostri, cessante manu, malarum cogitationum sentibus occupetur.

HEB. vicisti, & eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnib. abominationibus tuis, quas operata es. [a] Ergo & tu porta confusionem tuã, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens illis: iustificate enim sunt à te. [b] Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. [c] Et conuertam restituens eas conuersione. Sodomorum, cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuã in medio earum, vt portes ignominiã tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti, consolans eas. [d] Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertẽtur ad antiquitatem suam in Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Et tu & filiæ tuæ reuertemini in præsentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: *Est confusio quæ ducit ad mortem, & est cõfusio quæ ducit ad vitam.* Spiritus quoque sanctus peccatores hortatur in Psalmis: *Confundantur & reuereantur oẽs inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter.*

SEPT. maria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, & multiplicasti iniquitates tuas super eas, & iustificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis quas operata es. Et tu sustine tormentũ tuum in eo quod corruperis sorores tuas in peccatis tuis, quibus iniquè egisti super eas, & iustificasti illas superte. Et tu confundere, & suscipe ignominiam tuam, eo quod iustificaueris sorores tuas. Et cõuertam cõuersiones earũ conuersione Sodomorum & filiarũ eius: & conuertam conuersionem Samariæ & filiarũ eius: & conuertam conuersionem tuam in medio earum, vt portes tormentum tuum, & habeas ignominiam ex omnibus quæ fecisti, vt me ad iracundiam prouocares. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius restituentur retrorsum, & confundantur valde velociter.

Scriptum est & in alio loco: *Dic tu primum peccata tua, vt iustificeris.* Et rursum: iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad cõfusionem & ignominiam: quæ intantum peccauit, vt iustificaret sorores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filiæ tuæ reuertemini in antiquum statum.

c ¶ *Et conuertam restituens eas*, &c.] Grandis profectus Hierusalem, vt post confusionem & ignominiam, quam illatam sibi Dei iudicio libenter excepit atq; portauit, dicens: *Iram domini sustinebo, quoniam peccauiẽi*: promittatur ei restitutio in antiquum statum. Sed tamẽ quoniam comparatione scelerum eius, iustificata est Sodoma & Samaria: quarum altera à dextris, altera à sinistris est, primum restituitur conuersio siue captiuitas Sodomæ, vt interpretatus est Aquila. Secundo captiuitas Samariæ, vt idem Aquila & Symmachus trãstulerunt, & nouissima restituetur Hierusalẽ, quæ maiore fuerat iniquitate depressa, & peccatrices sorores comparatione sui iustas esse monstrauerat. Cui. n. dubium, quin inter tres peccatores, imo impios, gentilem, hæreticum, Ecclesiasticum, multo maioribus pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis. *Potentes* enim, vt diximus, *potenter tormenta patientur.* Qui autẽ minimus fuerit dignus est misericordia. *Et seruus qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multis* Vnde & Petrus: *Tempus*, inquit, *est, vt incipiat iudicium à domo domini.* Et in hoc eodem propheta præcipitur fecures habentibus: *A sanctis meis incipite*: vt extrema Hierusalem, fororibus ante conuersis, & restitutis in pristinum statum, portet ignominiam suã, & confundatur & erubescat super his, quæ peccauerat: & in omnibus consoletur sorores suas, dum grauiora sustinet. Vel certe ideo confundatur & erubescat: quia Deũ ad iracundiã prouocarit. Ex quo perspicuum est, non esse naturalem irã Dei, sed nostris vitiis clementissimum & mansuetissimum Deum ad iracundiam prouocari, dicente Apostolo: *An diuitias bonitatis eius, & sustentationis, & patientiæ contemnis: ignoras quia bonitas Dei ad pœnitentiam te prouocat?* Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram, quam Deus naturaliter non habet. Vnde & in alio loco scriptum est. *Emisisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam.* Quod enim coniunctum est, & in vno corpore copulatum, mitti non potest, sed illud quod extra corpus est: Verbi gratia: lancea, telum, sagitta, gladius. Legimus & in euangelio: *Tolerabilius fore terræ Sodomorum in die iudicij, quam ei quæ apostolos non receperit.*

d ¶ *Et soror tua Sodoma*, &c.] Iudæi inter cæteras fabulas, & interminabiles genealogias, & deliramenta quæ fingunt, etiam hoc somniant: in aduentu Christi sui, quem nos antichristum scimus, & in mille annorum regno, Sodomã restituendam in antiquum statũ, ita vt sit quasi paradisus Dei & quasi terra Ægypti: & Samariam pristinam recipere felicitatẽ: vt de Assyriis reuertantur in terrã Iudæam. Legimus enim

enim decẽ tribus captas à Phul, & Salmanassar, & Teglathphalassar regibus Assyriorũ, & vsque hodie ibi esse captiuas. Hierusalem quoque tunc esse fabricandam, & omnes filias eius, vrbes videlicet & viculos & castella, quæ sub ipsius futura sint potestate, floriturasq; vt prius floruerunt: & ipsam Hierusalem auro & argento, & pretiosis lapidibus extruẽdã, de qua & Esaias vaticinatur: *Cõstituam iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut à principio: & post hæc vocaberis ciuitas iustitiæ, mater ciuitatũ, fidelis Sion*, & nostra loquatur Apocalypsis: Et Dauid canet: *Bene fac domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalẽ.* Et in alio loco: *Ædificabũtur ciuitates Iudæ, & habitabunt & cõmorabũtur ibi, & semẽ eorũ in æternum dirigetur.* Nos autẽ horum perfectã scientiã, Dei iudicio relinquentes, imo liquido cõfitẽtes, post secundũ aduentum domini saluatoris, nihil humile, nihil futurum esse terrenum, sed regna cœlestia, quę primũ in Euangelio promittũtur, hoc dicimus: quod in Ecclesiæ statu, cuncta completa sint, & quotidie cõpleãtur. Sodoma reuertitur in antiquũ statum, quãdo naturæ suæ reddita gentilis prius & impia anima intelligit creatorem. Samaria recipit antiquam beatitudinem, hæreticorum errore cõtempto, & iuncta doctrinæ, & fidei Christianæ. Cumq; illæ reuersæ fuerint, & Hierusalem, visio pacis, quæ interpretatur Ecclesia, reuertetur in pristinum statum. De qua scriptũ est: *Factus in pace locus eius.* Et: *Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsũ.* Et in Apostolo: *Quæ autẽ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra.* Et in eodem: *Accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatẽ Dei viuentis Hierusalẽ cælestem, & millia angelorum frequentium.* Et reuertetur cum filiabus suis, quæ in toto orbe dispersæ sunt. De quo plenius in Esaiæ explanationibus disseruimus.

a ¶ *Non fuit autẽ Sodoma*, &c.] Symmachus hunc locum ita interpretatus est: *Quia non fuit Sodoma soror tua in auditu per os tuum in die superbiæ tuæ antequam reuelaretur ignominia tua: sicut in tempore opprobrij filiarum Syriæ, & omnium quæ in circuitu tuo sunt filiarum Palæstinarum, quæ te ambiunt per gyrum: Scelus tuum & nefas tuum tu portabis.* Theodotio hoc modo. *Et non erat Sodoma soror tua in auditu oris tui, in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua: sicut tempus opprobrij filiarum Syriæ, & omnium per circuitum eius filiarum alienigenarum, quæ abominantur te per gyrum. Fornicationem tuam, & contaminationes tuas tu portasti, dicit Adonai dominus.* Editioni Aquilæ congruit nostra translatio: quas omnes posui, vt ex collatione cunctarum, aliquius sensus possimus reperire vestigium, & interim absque aliorum præiudicio, sic nobis videtur lectionis ordo reddendus. In diebus superbiæ tuæ, quando peccabas, non es recordata euersionis Sodomæ sororis tuæ, antequam pateret malitia tua, quæ hoc tempore reuelata est intantum, vt cunctis vrbibus Syriæ & Palæstinæ, quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobrium. Quia igitur vicisti in scelere sororem tuam, nec eius exemplo territa es, ne similia sustineres, & prohibetes pedem tuum, nunc autem reuelata est ignominia tua, Dei auscultа sententiam. Vel porta iuxta Lxx. vel portasti, iuxta Aquilam & Theodotionem: vel portatura es, iuxta Symmachum, scelus & ignominiam tuam: vt postquam pœnas pro sacrilegio sustinueris, veniam non ex pacto tuo, sed ex mea clemẽtia consequaris. Syria Hebræo sermone dicitur ארם quæ interpretatur, sublimitas. Et iuxta explanationem illius loci Esaiæ Prophetæ, in quo Aram & Ephraim consentiunt contra Iudam & Hierusalem, ethnicorum arguta sapientia, quæ sublimitatem scientiæ repromittat, iuncta malitiæ hæreticorum, impugnat Iudam, in quo vera confessio est, & nõ potest prævalere. Hic quoque eadem arrogantia Syriæ, id est, philosophorum cum filiabus alienigenarum, in quibus multiplex diuersorum in gentibus dogmatum error ostenditur, illudit Hierusalem, & opprobrio habet eam, cuius vitiis superata est.

SEPT. restituentur sicut fuerunt à principio. Et tu & filiæ tuæ restituemini, sicut fuistis ab initio. Nisi fuisset Sodoma soror tua audiendũ in ore tuo, in diebus superbiæ tuæ, antequam reuelarentur malitiæ tuæ, sicut nũc est filiarũ Syriæ, & nisi hoc fuisset quod factũ esset tibi, & oũm in circuitu tuo filiarũ alienigenarum, quæ circundãt te per gyrum? Impietates tuas & iniquitates tuas tu porta. Hæc dicit Adonai dominus: Et faciã in te sicut fecisti, sicut despexisti hæc, vt præterires testamẽtum meum. Et recordabor ego testamẽti mei, quod feci tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi testamẽtum sempiternũ. Et recordaberis viæ tuæ, & despicieris cum receperis sorores tuas te maiores, cum iuniorib. tuis, & dabo eas tibi in probationem, & non ex testamento tuo. Et suscitabo ego testamentum meum tecum, & cognosces, quia ego dominus: vt recorderis & cõfundaris, & non sit tibi vltra aperire os à facie ignominiæ tuæ, cum propitius fuero tibi iuxta omnia quæ fecisti, dicit dominus Deus.

HEB. mini ad antiquitatem vestram. [a] Non fuit autẽ Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuæ, antequã reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobriũ filiarũ Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarũ Palæstinarũ, quæ ambiũt te per gyrũ. Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus. [b] Quia hæc dicit dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactũ. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cũ receperis sorores tuas te maiores, cum minoribus tuis, & dabo tibi eas in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum, & scies quia ego Dominus: vt recorderis & cõfundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ cõfusione tua: cum placatus fuero tibi in omnibus quæ feci sti, ait dominus Deus.

Aquilæ congruit nostra translatio: quas omnes posui, vt ex collatione cunctarum, alicuius sensus possimus reperire vestigium, & interim absque aliorum præiudicio, sic nobis videtur lectionis ordo reddendus. In diebus superbiæ tuæ, quando peccabas, non es recordata euersionis Sodomæ sororis tuæ, antequam pateret malitia tua, quæ hoc tempore reuelata est intantum, vt cunctis vrbibus Syriæ & Palæstinæ, quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobrium. Quia igitur vicisti in scelere sororem tuam, nec eius exemplo territa es, ne similia sustineres, & prohibetes pedem tuum, nunc autem reuelata est ignominia tua, Dei auscultа sententiam. Vel porta iuxta Lxx. vel portasti, iuxta Aquilam & Theodotionem: vel portatura es, iuxta Symmachum, scelus & ignominiam tuam: vt postquam pœnas pro sacrilegio sustinueris, veniam non ex pacto tuo, sed ex mea clemẽtia consequaris. Syria Hebræo sermone dicitur ארם quæ interpretatur, sublimitas. Et iuxta explanationem illius loci Esaiæ Prophetæ, in quo Aram & Ephraim consentiunt contra Iudam & Hierusalem, ethnicorum arguta sapientia, quæ sublimitatem scientiæ repromittat, iuncta malitiæ hæreticorum, impugnat Iudam, in quo vera confessio est, & nõ potest prævalere. Hic quoque eadem arrogantia Syriæ, id est, philosophorum cum filiabus alienigenarum, in quibus multiplex diuersorum in gentibus dogmatum error ostenditur, illudit Hierusalem, & opprobrio habet eam, cuius vitiis superata est.

b ¶ *Quia hæc dicit dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum. Et recordabor ego pacti*, &c.] Ideo tibi dixi: scelus tuũ & ignominiam tuã tu porta, siue portasti, aut portatura es, vt recipias quod merereris: quia despexisti iuramentum meum, & irritum fecisti pactum meũ. Cum autem fuerit expletum: *ego occidam, & ego viuificabo: ego percutiam, & ego sanabo*: tunc recordabor pacti mei: quo olim tecum habui, & suscitabo tibi pactũ, nequaq; legis quod præteriit, sed pactum Euangelij sempiternũ: vt cum recordata fueris viarũ tuarũ, & receperis sorores tuas maiores vel minores Samariam & Sodomã, earumque socias: tribuã tibi eas in filias, siue in probationem. (*Oportet* enim *& hæreses esse, vt probati quiq; manifesti fiãt*) non ex tuo merito, sed ex mea misericordia, & tunc scias quia ego sim dominus, & recorderis beneficiorum meorum, & confundaris, & dicas iuxta Apostolum: *Qui non sum dignus vocari Apostolus: quia persequutus sum Ecclesiam Dei. Et non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua.* Sãctorum enim est aperire os, iuxta Apostolum qui ait: *Os meum ad vos patet ò Corinthij*: Et domini saluatoris, qui aperiens os suum, docebat eos dicens: & in Psalmo: *Aperiam*, inquit, *in parabolis os meum.* Peccatori autem dicitur: *Peccasti, quiesce.* Et: *Vt quid tu assumis testamentum meum per os tuum?* Et: *Non est pulchra laudatio in ore peccatoris.* Sanctusque meretur audire: *Aperi os tuum: & implebo illud.* Ex quo intelligimus, etiam cum per misericordiam Dei receperimus pristinam gloriam, imo acceperimus pactum Euangelij sempiternum: postquam placatus fuerit nobis dominus in omnibus, quæ fecimus memoriam præteriti nos habere peccati, & semper os claudere: quia non ex operibus nostris, sed ex Dei gratia saluati sumus.

Ibid. 16.e
Ibid. 14.c
Deut. 8.b
Deut. 33.b
Pro. 30.b
Luc. 18.c
Luc. 12.f
Sap. 6.a
Pro. 13.a
Sec. 70.
Hier. 3.b
Mat. 18.a
Rom. 5.a
Ezech. 1.b
Sap. 6.a
1. Pet. 4.d
Sup. 3.c
Rom. 12.a
Mich. 7.b
Exod. 15.a
Matt. 10.b
2. Cor. 7.a
Eccl. 2.c
Sec. 70.
Pro. 18.c
4 Reg. 15. 17.a
Esa 1.g
Apoc. 21.
Psal. 50.
Psal. 86.g
101.d
Heb. 12.f
Psal. 75.a
Ibid. 121.f
Gal. 4.d
Deut 32.f
Ibid 85.b
2. Cor. 6.
Matth. 5.a
Psalm. 77.a
Gen. 4.b
Sec. 70.
Psalm. 49.c
Eccles. 15.b
Psal. 80.
1. Cor. 11.a

CAP. XVII.

ET [a] factum est verbum, &c.] Quãdo Prophetæ dicitur, *Propone ænigma, narrat parabolã*: siue vt Lxx. trãstulerunt: *narra narrationẽ, & dic parabolam*, ostenditur obscurũ esse qꝺ dicitur. Nulli.n.dubium & ænigma, & parabolã aliud præferre in verbis, aliud tenere in sensibus. Et saluator.n. ad populũ loquebatur in parabolis quas secreto Apostolis disserebat. Ergo ænigma & parabolam ita debemus intelligere, quasi ænigma & parabolam. Duæ autem in præsenti Ezechielis prophetia aquilæ proponuntur. De prima nunc dicendum est: de altera in consequentibus differemus. Et interim simplicem carpamus historiam. Aquila grandis magnarum alarũ, lõgo membrorũ ductu, plena plumis & varietate: siue vt vertere Lxx. plena vnguium, Nabuchodonosor rex Chaldæorum est: de quo & Oseę loquitur: *Quasi aquila super domum Dei.* Iste multis imperans nationibus, & innumerabili vallatus exercitu, venit super domum Dei, haud dubium quin templum significet: siue vt nunc scriptura dicit, ad Libanum: de quo loquitur Zacharias: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus: quoniam magnifici vastati sunt.* Et crebro templũ, quod erat inclytũ atq; sublime, in scripturis sanctis Libanus appellatur. *Tulitq; medullam cedri, & summitatem frondium eius euellit, & transportauit eam in terrã Chanaan: in vrbe negotiatorum posuit illam.* Pro negotiatoribus, siue negotiationibus, muratam Lxx. transtulerunt. Indicat autem Iechoniam regem Iuda, quem cepit Nabuchodonosor cũ matre sua, & principibus populi, cunctisq; opibus Hierusalem & vasis templi, & transtulit in Babylonẽ, quæ est in terra Chanaan, ibique consenuit. De cuius postea genere, sicut Matthæi Euãgelistę scriptura testatur, dominus & saluator noster natus est per Salathiel & Zorobabel. Qui protulit de semente eiusdem terræ, id est, de stirpe regia, Mathaniam patruum Iechoniæ: cuius vertit nomen & vocauit eum Sedechiam, & posuit eum regem in Hierusalem multisque præfecit populis. Et tamen in superficie posuit illum, nec potestatem eius alta imperij radice firmauit: sed posuit eum vt respiceretur, & sub potestate esset Babylonia, siue humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: vt præsset quidem populis Iudæorum, sed respiceret ad Babylonij iubentis imperiũ: Hoc est enim quod scriptura dicit. *Humili statura*, respicientibus ramis eius ad eam, subauditur aquilam. Quod apertius vertere Lxx. ortum que est quod plãtatum fuerat, & factum est in vineam infirmam & paruulã: vt tantum apparerent rami eius, vt videretur quidem habere regnum, sed ipsum regnum eius humile atque infirmum, Babylonij principis regeretur arbitrio. Hoc interim de præsenti Capitulo, cui subnectamus & reliqua.

b ¶ *Et facta est aquila*, &c.] Aquila secunda, id est, altera, & ipsa magna, plena plumis, multorum vnguium, propter rapacitatẽ & vastationem gentium plurimarũ, rex Ægypti est Pharao. Et ecce vinea ista, subauditur rex Sedechias, qui à Nabuchodonosor in Hierusalem fuerat constitutus: Cœpit, inquit, mittere propagines suas ad eam, i.e. ad regẽ Ægyptiorũ legatos dirigere, & ab eo contra regem, cui subditus erat, auxilium postulare. Hoc est enim quod scriptura nũc dicit, vt irrigaret eam de areolis germinis sui. Quæ in terra bona à Nabuchodonosor plantata erat: vt faceret frondes, & afferret fructum, & creseceret in vineã latiorem: propterea iubetur Prophetæ, vt loquatur ad vineã, quæ à Nabuchodonosor plantata fuerat, & ramos suos ad aquilam Ægyptiam miserat: Numquid prosperabitur, quia hoc facere conata est, & non statim oẽs propagines eius & palmites siccabuntur? *Et non*, inquit, *in brachio grãdi, neq; in populo multo?* Fugiens.n. Sedechias, & regis Ægypti auxilio destitutus, à ducibus Nabuchodonosor in desertis Hierichontiis comprehensus est, & cuncti eius socij huc illucque dispersi sunt: sicut in volumine Regum, Paralipomenon, & Hieremiæ scriptum est.

c ¶ *Et factum est verbum domini ad me, dicens: Dic ad do.* &c.] Hoc est ænigma, hæc est parabola, quod sub duabus aquilis & vinea, duos reges Babyloniis & Ægypti scriptura monstraret, & regem Sedechiã, qui contra iusiurãdũ, deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regẽ Ægyptium trãstulit: Feriet, inquit, cũ eo fœdus, & accipiet ab eo iusiurãdum, vt custodiat pactum eius, & seruet illud. *Qui dissoluit*, ait, *pactum numquid effugiet?* Ex quo discimus, etiam inter hostes seruandam fidem, & nõ considerandum cui, sed per quẽ iuraueris. Multo. n. fidelior inuẽtus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit & deceptus est, te, qui per occasionem diuinæ maiestatis hosti tuo, imo iam amico, es molitus insidias. Quoniam, inquit, in loco regis, qui constituit eum regẽ, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactũ, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Legimus enim Sedechiã captum, ductũ esse in Reblatha, ibique interfectis filiis excæcatum, & instar feræ clausum cauea, translatum in Babylonem. Vnde & scriptura cũ videatur sibi esse contraria, tñ in vtroq; verissima est. Dictum enim erat ad Sedechiã: Et intrabis Babylonẽ, & nõ videbis eã. Intrauit enim, quia ductus est Babylonẽ, & nõ vidit, quia fuerat excæcatus. Hoc autem qꝺ sequitur. *Et non in exercitu grãdi, neque in populo multo, faciet cõtra eũ Pharao prælium: in iactura aggeris, & in exstructione vallorũ, vt interficiat animas multas*, dupliciter intelligitur. Siue rex Ægyptius contra Nabuchodonosor regẽ Babylonis veniens, non poterit præliari, neq; cum paruo exercitu tãtæ resistere multitudini: siue ipse Sedechias expugnabitur à Pharaone, à quo sperauit auxiliũ, nõ quo Pharao eũ expugnauerit, vel hoc alicubi scriptura testetur: sed quo expugnatio Nabuchodonosor per occasionẽ sit facta regis Aegyptij: nec iste visus sit expugnare Hierusalem qui obsidebat, sed ille in quo Sedechias frustra sperauerat. Ecce, inquit, dedit manum suam regi Aegypti, & tradidit se, & periurij contra Deum commisit sacrilegium: Nunquid, ait, proderit ei? *Et cum omnia hæc fecerit, non effugiet.*

a ¶ *Propterea*, &c.] Sententia sæcularis est: Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Quã solent nobis opponere, qui dicunt hostes fraude decipiendos. Cui vt acquiescamus, multo peius fecit Sedechias: non enim hostem decepit, sed amicum, cui fœdere domini fuerat copulatus. Ergo quamdiu non iures, & pactum non ineas sub nomine domini, prudentiæ est & fortitudinis, vel decipere, vel superare aduersarium, vtcunque potueris. Cum autem te constrinxeris iuramento, nequaquam aduersarius sed amicus est qui tibi credidit, & sub occasione iurisiurandi, id est, Dei nuncupatione deceptus est. Propterea scriptura nũc dicit: Iuramentum quod spreuit: & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Ac ne putaremus iuramentum, & fœdus, & pactum, regis esse Babylonij, vel Sedechiæ, qui fecerat, sequitur: In præuaricatione, qua despexit me. Ergo qui contemnit iuramentum, illum despicit per quem iurauit: illique facit iniuriam, cuius nomini credidit aduersarius, propter quam causam expandam, inquit, super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea, & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum illic. Quidquid igitur contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, non suis fecit viribus sed ira Dei, in cuius nomine fuerat peieratum. Secundum anagogen, licet violenta videatur interpretatio, hoc sciendum: quod quo modo cætera animantia, & ad bonam, & ad malam partem referri solent, ita & de aquila, & de leone. In bonam partem dicitur: Catulus leonis Iuda. In contrariam: *Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit.* Et illud in psalmo: *Insidiatur in abscondito, sicut leo in cubili suo: insidiatur, vt rapiat pauperem.* In bonam partem de aquila dicitur, quod iustus diues effectus faciat sibi alas sicut aquilæ: vt possit reuerti ad domum præcessoris sui. Et in Esaia scriptum est, quod iusti pennas asserant sicut aquilæ: currant, & non lassentur: ambulent, & nõ deficiant. Recte autem ille qui dixerat: Fortitudine faciam, & sapientia intelligentię auferam terminos gentium, & vires earum deprædabor: & commouebo ciuitates quæ habitantur, & orbem terrarum vniuersum apprehendam manu quasi nidum, & sicut constracta ova: nunc sub persona aquilę describitur, quod nequaquam velit de Libano (qui interpretatur candor, & refertur ad thymiama) paruula atque humilia virgulta perstringere, sed summitates cedrorum, & de principibus ac de stirpe regia: iuxta illud Habacuc: *Escæ eius electæ.* Ponitque testamentum cum his, quos ceperit, vt regi Babyloniio colla submittant, & impleant illud quod Apostolus loquitur: *Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.* Et in alio loco: *Quos tradidi*, inquit *satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Non debemus ergo, si forsitan ob aliquod peccatum de congregatione fratrum, & de domo Dei eiicimur, reluctari: sed æquo animo latam in nos ferre sententiam, & dicere cum Propheta: *Iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei, donec iustificet causam meam*, & cætera. Et frequẽter euenit, vt alteri subditi ad alterũ transeamus, qui nobis suum repromittat auxilium: nec faciat in pristina sententia permanere: Quod omni ratione vitandum est, ne siccentur palmites nostri, germinent, & in areis germinis sui arescant, & contra pactum Dei facere credamus.

b ¶ *Hæc dicit dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius: tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum*, &c.] Hoc quod in Septuaginta legitur: Et dabo de capite ramorum eius, de Theodotionis editione additum est. Rursumque quod sequitur: Et rami eius restituentur, obelo prænotandum est, quia in Hebraico non habetur. Verus Nabuchodonosor propterea sumit de medulla cedri sublimis, de vertice ramorum eius: vt sit regnum eius humile, & non eleuetur. Dominus autem Deus pater omnipotens, qui loquutus est ad Ezechielem, tollit de stirpe regia, & de genere Dauid, & plantat super montem excelsum & eminentem, qui loquitur in Psalmo: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Defecerat enim princeps de Iuda, & dux de Israel, *donec veniret cui repositum est, & ipse erat expectatio gentium.* Iste erupit in germen, & fecit fructum, & cedros omnes sua sublimitate superauit: ita vt habitent sub eo omnes volucres cœli, & cuncta volatilia illius protegantur vmbraculo. De quo dicit

HEB.	SEPT.
[b] Hæc dicit Dominus Deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponã de vertice ramorum eius: tenerum distringam, & plantabo super mõtem excelsum & eminentem: in monte sublimi Israel plantabo illud: Et erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum ma-	*Quia hæc dicit Adonai dominus: Et auferam ego de electis cedri de vertice, & dabo de capite ramorum eius: de corde eorum auferã, & plantabo super montem excelsum, & suspendã illud in monte sublimi Israel: & plantabo, & afferet germen, & faciet fructum, & erit in ce-*

Matth.13
Mala nohazoth
Oseę 8.a
Zach.11.a
Rechalim 4 Reg.24.d
Matt.1.b
4.Reg 14.
4.Reg.25.b Hier.52.b
Ezech.12.d
4 Reg.25.b 2.Par.36. Hier.39.a & 52.
Gen.49. 1.Par.5.c Psal.9.f
Prou 25.d
Esa.40.d Sec.70.
Esa.10.c Sec.70.
Habac.1.d
1.Cor.5.b
Mich.7.b
Psal.2.b
Gen.49.b

A Habacuc: *Cornua in manib. eius, ibi abscondita est fortitudo eius*: & quæ congregare desiderat quasi gallina pullos suos sub alas suas: vt oia regionis ligna cognoscant, q̃ ipse sit dominus. Tropologicè de credentibus loquens, iste est qui Israel quondam sublime lignum humiliauit, & exaltauit humilem gentium populum: qui exiccauit lignum viride Iudæorum, florens & germinans in lege & Prophetis, & frondere fecit lignum aridum nationum: vt quod semper loquutus est, opere compleret. Hoc idem significant Symeonis in Euangelio verba dicentis: *Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum.* Et granũ synapis, quod cum minimum sit omnibus seminibus, postquã creuerit, auium habitaculum est. Quidam aliter interpretantur, lignum sublime, humiliatum, & humile exaltatum, referentes ad passionem domini saluatoris. C

Matt. 23.d

Luc. 2.c

Matt. 13.d

Phil. 2.d

HEB. magnam, & habitabunt sub ea oës volucres vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Et sciẽt omnia ligna regionis, quia ego dñs humiliaui lignum sublime, & eleuaui lignũ humile, & siccaui lignũ viride, & frondere feci lignum aridum: ego dominus loquutus sum, & feci.

SEPT. *cedrũ magnã: & requiescet sub ea omnis auis, & omne volatile sub vmbra eius requiescet: * & rami eius restituentur: & scient omnia ligna cãpi, quia ego dñs qui humilio lignum excelsum, & exalto lignũ humile, & arefacio lignũ viride, & germinare facio lignum aridum. Ego dominus loquutus sum, & facio.*

Qui cũ in forma Dei esset, non est rapinã arbitratus, æqualẽ se esse Deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiens: & post resurrectionem, ipsum lignum postea sublimatum est, quod prius virẽs morte siccatũ est, & postea reuiuiscens, pristinum recepit virorem. Alij Iudaicè vtrũque referunt ad Israel: quod primo aduentu humiliatus sit & arefactus, & secundo restituatur in pristinum statum: impleto illo quod dicit. Apostolus Paulus: *Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.* Rom. 11.d

Commentarij quinti in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN SEXTVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

Matt. 24.b

B

Psal. 54.

Psal. 118.f

D

PRætabam quod medio serpente confosso, non reuiuisceret hydræ nouella plãtaria, & iuxta fabulas poetarũ, Scylla mortua, nequaquã in me Scyllæi ſæuirent canes, qui latrare non cessant, & hæreticis, Dei percussis manu, ne tentarentur, si fieri potest, etiã electi: Dei. Hæresis ipsa non moritur, hæreditariis cõtra nos odiorum suorum catulis derelictis: qui nostra simulãtes, genitricis antiquæ, & pellacis Vlyssis venena non deserunt: labia q; tantum melle circumlinunt, & iuxta eloquia scripturarũ: mollierunt verba sua super oleũ: ipsi autẽ sunt iacula, & iacula ignita, quæ scuto fidei repellenda simul & extinguenda sunt. Hæc dixi filia Eustochiũ, vt laborantẽ me in opere prophetali, & hæreticis resistentẽ, orationibus iuues. Et Sextum volumen explanationũ in Ezechielem, meo ore suo sensu dominus explicet: eiusdemque spiritus gratia, quo Prophetis reuelata sunt, quæ scripta legimus, nobis quoque differentibus reuelentur: vt posſimus dicere. Os meum aperui, & attraxi spiritum.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER SEXTVS

CAP. XVIII. SEPT.

Exod. 20.a Deut. 5.a

ET factus, &c.] Hoc quod Lxx. dixerũt, fili hominis, in Hebraico nõ habetur. Monet autẽ diuina scriptura illud q̃ in Exodo dictũ est: *Ego sum dñs Deus tuus, Deus æmulator, qui reddo peccata patrum super filios vsq; ad tertiã & quartam generationẽ his qui oderunt me, & facio misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiũt præcepta mea.* Et iterum: *Descendit dominus in nube, & astitit iuxta Moysen, & inuocauit Moyses nomẽ domini, & trãsiit dominꝰ ante faciẽ eius, & inuocauit: Domine Deꝰ miserator & misericors, & patiens, & multæ misericordiæ & verax, & iustitiã seruãs, & misericordiã in millia: auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata, & non emundabit reũ: reddẽs iniquitates patrũ super filios, & super filios filiorum in tertiã & quartã generationẽ*: sic accipi debere, quasi prouerbiũ & parabolã: vt aliud in verbis sonet, aliud in sẽsu teneat: quod in parabola quoq; duarum aquilarum supra diximus. Vnde & dñs in 70. septimo psalmo: *Aperiam*, inquit, *in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Et in Euãgelio, parabolã sementis, & lolij, & synapis, q̃ cum sit minimũ omnium seminũ, in magnam consurgit arborẽ, ita proponit, vt aliud prætendat in verbis, aliud in sensib. teneat. Et nos vsq; in præsentẽ diẽ putabamus duo testimonia Exodi, q̃ supra posuimus nõ esse parabolã, sed simplicẽ explicare sententiam. Et quanquam non auderemus quippiã dicere nec vas fictile loqui cõtra figulũ, quare itavel ita me fecisti, tamẽ scãdalũ patiebamur occultum, q̃ iniustitia videretur Dei, aliũ peccare, & aliũ luere peccata. Si. n. reddit peccata patrũ super filios, in tertiã & quartã generationem, iniustum videtur, vt alius peccet, & alius puniatur. Sed eo quod sequitur: *His qui me oderunt*, comminationis siue præcepti scãdalũ soluitur.

Matt. 13.

Esa. 29.c

HEB. ET factus est sermo Dñi ad me dicens: Quid est q̃ inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt?

SEPT. *ET factꝰ est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, quæ est parabola hæc inter filios Israel, dicentium: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt?*

Non. n. ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione, quia deliquerunt patres eorũ, cum patres potius qui fuerunt peccatores, puniri debuerint: sed quia patrũ extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hereditario malo, & impietate in ramos quoq; de radice crescẽte. Solent in hoc loco hæretici, qui vetus nõ recipiunt instrumẽtũ, contra creatorem dicere: Quam bonus & iustus Deus legis & Prophetarum, qui quiescẽs, & silens ad peccata patrũ, reddi his qui nõ peccauerunt, imo quãta in eo crudelitas, vt irã suã vsq; ad tertiam & quartã extẽdat generationẽ. Quib. nos respondebimus, & in hoc Dei creatoris clementiã demõstrari. Non. n. truculentiæ est & sæueritatis, irã tenere vsq; ad tertiã & quartã generationẽ, sed signũ misericordiæ, pænam differre peccati. Quando. n. dicit: *Domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ miserationis*: & infert: *Reddens iniquitatem patrum super filios, & filios filiorum*: hoc indicat, tãtæ misericordiæ sit, vt non statim puniat, sed sententiã differat puniendi. Sin autem vindicta peccantium differtur in tertiam & in quartam genera-

E

Prou. 10.d Sept. 70.

Exod. 20.a Deut. 5.a

Pro. 18.a

Iob. 14. Sept. 70. Prou. 10.b

F

Iob. 25. & 4.d

Rom. 7.d Luc. 17.c Psal. 126.a

Gen. 9.d

1. Tim. 2.d

Sap. 16. & 17.

generationem cum iustis sanctisque quid amplius facit? Sequitur: *Et seruans iustitiam & misericordiã in multa millia, his qui custodiunt mãdata eius, & faciunt præcepta illius.* Scriptũ est in Prouerbiis: *Sicut vinum acerbum dentibus noxia est, & fumꝰ oculis: sic iniquitas his qui vtuntur ea.* Ex quo perspicum est, non aliorũ dolore dentes, & obstupescere, sed eorum qui vuam acerbã comederint. Est autẽ loci istius hic sensus: Quo modo si quis velit dicere, *Patres vuã acerbam comederũt, & dentes filiorũ obstupuerũt*: ridiculum est, & nullam habens consequentiam, sic iniquum est atque peruersum peccare patres, & filios, nepotes q; crũciari. Sũt qui hoc quod in Exodo scriptum est: *Reddens iniquitates patrũ super filios in tertiã & quartã generationem*, ita edisserant: vt ad animam humanam sententiam referant: patrem in nobis, leuem punctum sensuum, & incentiua vitiorũ esse dicentes: filium vero, si cogitatio peccatum cõceperit: nepotes, si quod cogitaueris atque conceperis, opere perpetraueris: pronepotẽ autem, hoc est, quartã generationem, si non solũ feceris quod malum est & scelestum, sed in tuis scelerib. glorieris: secundũ illud quod scriptum est: *Impius cum in profundũ malorum venerit, contemnit.* Deus igitur primos & secundos stimulos cogitationũ, quas Græci προπαθείας vocant, sine quibus nullus hominum esse potest, nequaq̃ punit, sed si cogitata quis facere decreuerit, aut ipsa q̃ fecerit, noluerit corrigere pœnitentia. Vnde scriptũ est: *Nullus hominum sine peccato, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius*: numerabiles autem anni vitę illius. Et in alio loco: *Quis gloriabitur castum se habere cor?* Et rursum:: *Astra quoque nõ sunt munda in cõspectu eius, & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit.* Sin autem sublimis illa natura peccato non caret, quid dicendũ est de hominib. qui fragili carne circundari debẽt loqui cum Apostolo: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et illud: Vt cũ omnia fecerimꝰ, debeamus dicere: *Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* Et: *Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilauit qui custodit eam.* Ad probationem autẽ huius rei, quod nequaquã primus pulsus cogitationis imo paruus mentis instinctus puniatur à Deo; sed si quod mente cõceperis, opere consummes: illud de Genesi proferendum est: Cham peccauit, irridens nuditatem patris, & sententiam nõ ipse qui risit, sed filius eius suscepit Chanaan, *Maledictus* ait *Chanaã, seruus erit fratrum suorum.* Quæ enim iustitia est, vt pater peccauerit, & in filium sententia proferatur? Necnon quod in contrariam partem ponit Apostolus: saluam esse mulierem, si filij eius permanserint in fide, & sanctitate, & pudicitia: videtur sententia iustitiam non habere: vt si filij boni fuerint, & nepotes, saluentur parentes. Quanti enim parentes sancti sunt, & malos habent filios: & econtrario quanti parentes peccatores, iustos & sanctos filios, generãt. Ergo secundum hunc sensum cuncta accipienda quæ supra diximus: peccata parentum atque generantium, in ramis, nõ in radice puniri. HOC interim de prouerbio siue parabola dixisse sufficiat: Quod lex & Prophetæ, hoc est, Exodus & Ezechiel, imo ipse Deꝰ, qui & hic & ibi loquutus est, nequaquam in sententiis discrepare videatur, aut hic corrigere quod ibi male dixerit. Si quis autem vel meliorem vel alterum sensum potuerit reperire, qui contrariorum inter se testimoniorum scandalum tollat, illius magis acquiescẽdum sententiæ est.

a ¶ *Viuo ego*, &c.] Quid significet. *Viuo ego dicit dñs*, & parabola, vel prouerbium, supra plenius diximus: quæ nequaquam dicitur in Israel, sed in his qui Dei notitiam non habent, nec possunt perspicere veritatem. *Omnes*, inquit, *animæ meæ sunt*, iuxta creatũrã, nõ iuxta meritum: vt Moyses appellabatur homo Dei, de quo scriptum est: *Oratio Moysi hominis Dei.* Et Helias qui ad quinquagintanarium militum principem loquebatur: *Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo super te & super quinquaginta tuos.* Homo vero peccati & filius iniquitatis, non vocatur homo Dei sicut seruꝰ & famulus Dei, hi appellãtur, de quib. dici non potest: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Et iterũ: *A quo enim quis vincitur, eius & seruus est.* Sicut peccata filiorũ nõ nocẽt patribus, sic peccata patrũ, ad filios non redundant: sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur, non abolitione substãtiæ, sed ex eiꝰ cõsortio, qui dicit: *Ego sum vita.* Et alibi loquitur: *Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.* Et: *Amen amen dico vobis: qui sermonem meum custodierit, mortem non videbit in sempiternam. Vita enim nostra abscondita est cũ Christo in Deo*; quia victuri sumus, qñ Christus apparuerit vita nostra in gloria, & implebitur illud quod scriptum est: *Amẽn amen dico vobis, qui sermonem meũ audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternã, & in iudicium non venit, sed transibit de morte in vitam.* Illud autẽ quod à Balaam dicitur: *Moriatur anima mea in animabus iustorum*, hunc habet sensum, vt cupiat mori sæculo atque peccato, ac viuere cum iustorum animabus, quorum vita Christus est, & possunt canere: *Placebo domino in regione viuentium. Non est* enim *Deus mortuorũ, sed viuorum.* Et si Balaam (vt verissimum est in linguam nostrã translatum) vanum populum sonat, perspicuũ est quod vanus prius gentium populus desideret habere consortium cum animabus iustorum, Abraham, Isaac & Iacob, qui ἐυδεῖς, id est, recti & iusti nuncupantur. Vnde & Geneseos liber, ex eorum vocabulo nomen accepit.

Gen. 9.d

Num. 23.b Sept. 70.

Psal. 114.b Matt. 22.c

H

Ibid. 5.d

Ibid. 11.c

Ibid. 8.f

Iohn 14.b

b ¶ *Et vir*, &c.] Vultis, ait, scire hoc q̃ dictũ est, peccata patrũ reddã in tertiam & in quartã generationẽ, non id sonare quod pleriq; existimãt: nec esse simile huic sententiæ: *Patres comederunt vuã acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt?* Audite quæ illaturus sum: Si fuerit pater iustus, qui hęc fecerit, & illa non fecerit: & habuerit filium pessimum, qui desertis virtutibus patris, se flagitiis manciparit: nonne & iste vita viuet, quia iustus est: & ille morte morietur, qui omnia perperrarit, quæ pater vitando iustus effectus est? Videamus catalogum virtutum patris, quæ mihi videntur in decem & septem partes diuidi. Quarum primum est, fecisse iudicium. Secundum huic simile, iudicio copulasse iustitiam. Tertium, non comedisse in montibus. Quartũ oculos non leuasse ad idola, siue (vt Lxx. transtulerunt) ad cogitationes domus Israel. Quintum, vxorem proximi sui non violasse. Sextum mẽstruatæ vxoris vitasse cõplexus. Septimum, hominem non contristasse: siue vt Lxx. ediderunt, oppressisse per potentiam. Octauum, pignus debitori reddidisse. Nonum, per vim nihil rapuisse, vel iuxta Lxx. rapinam non rapuisse. Decimum: panem suum esurienti dedisse. Vndecimum, nudum operuisse vestimento. Duodecimum, ad vsuram pecuniam non dedisse. Tertiumdecimum, nihil ex his quæ dederat amplius accepisse. Decimumquartum, ab iniquitate auertisse manum suam. Decimumquintum, (quod simile videtur primo, sed in parte diuersum est:) iudicium verum fecisse inter virum, & virum, siue proximum suum. Decimũ sextum, in præceptis dñi ambulasse. Decimumseptimũ, iudicia & iustificationes illius custodisse. Quorum singula quid velint, dicemus in consequentib. Si fuerit, ait, vir iustus, & fecerit iudiciũ. Scriptum est in Prouerbiis: *Cogitationes iustorum iudicia*: Qui hanc virtutem possederit, vt nihil sine ratione faciat, & iudicio, potest illud propheticum dicere: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsis:*

Exod. 20.a Deut. 5.a

Prou. 12.a Psal. 18.c

A

Prou.12. Psal.118.d

& cum recte omnia iudicarit, non vt accipiat personã pauperis in iudicio, implebit præceptum domini: Sicut minorem, sic & maiorem iudicabis, audaciter dicens: *Desiderauit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore.* Et iterum: *Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus.* Et in eodem

Psal.35.b

Psal. *Cognoui quia iustitia iudicia tua:* & in tãta proficiet beatitudinem, vt intelligat iudicia domini, quæ sunt abyssus multa: & dicat cũ Apostolo: *O profundũ diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius.* Et in oratione cõmemoret. *Quoniam iudicia tua iucunda.* Post iudiciũ sequitur iustitia, quam qui habuerit,

Rom.11.d

Psal.118.e

Christum liquido possidebit:

1.Cor.1.d

qui (iuxta Apostolum) *factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio:* vt faciat iustitiam veram, nec personas respiciat in iudicio: sed de sua sciat in aliorũ iudicio iustitia iudicandũ. Tertium est, in montibus non comederit: quod Iudæi existimant ad idololatriæ pertinere peccatum. Crebro enim legimus in Regum & Paralipomenon libris: *Veruntamẽ ab excelsis nõ recessit. Adhuc populꝰ immolabat in excelsis, & adolebat incẽsum in sublimibus:* hoc scriptura significante, quod in mõtib. lucisq; idolis hostias immolauerint, & thura succenderint. Nos autem dicemus comedere eum in mõtibus, qui dicit cũ Pharisæo: *Gratias ago tibi Deus, quod nõ sum huic similis publicano: ieiuno bis in Sabbato: decimas do omnis substãtiæ meæ, &c.* Et econtrario *publicanus* audiens eum qui dixerat: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, percutiebat pectus suum manu*, hoc est pessimarum cogitationum thesaurum: & oculos ad cœlum non audebat extollere. Sed & illud quod alibi dicitur: *Maiora te nõ requiras. & fortiora te nõ scruteris*, oẽs hæreticos arguit, in montibus comedere

3.Reg.15.b 22.f 2.Par.20.g 3.Reg.3.a

Luc.18.b

Matt.11.d

Eccl.3.c

B

Iacob.4.b

superbiæ, & Ecclesiasticam despicere simplicitatem, & nescire de se scriptum: *Deus superbis resistit, humilib. autem dat gratiã.* Quarto loco ponitur: *Et oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel:* pro quibus Lxx. cogitationibus transtulerunt. Idola autem, id est, simulacra quæ de suo corde finxerunt, oẽs hæretici faciunt: ad quæ leuant cordis oculos, qui falsitatem eorum atque mendacium putauerint veritatem. Domus autem Israel simulacra dicuntur quæ reperiuntur in Ecclesia, & per occasionem falsi nominis scientiæ, simplices quosque seducunt: vt Philosophorũ dogmata introducant in domum Israel: eorum scilicet qui Deum mente conspiciunt. Quinto loco ponitur. *Et vxorem proximi sui nõ violauerit*, siue contaminauerit: quod aperte adulterium quidem prohibet: sed ex eo quod additur, proximi sui: nisi omnis homo proximus intelligatur, videtur esse præceptum, vt ab amicorum nos abstineamus vxoribus, inimicorum vero & ignotorum coniuges liberè polluamus. Proximus ergo omnis homo hominis accipiendus, iuxta parabolam Euãgelij, quæ à saluatore proponitur, cuiusdam hominis, qui Hiericho descendens, à latronibus vulneratus est: quãdo interrogat Pharisæus, qui fuerit proximꝰ eius: docens illũ esse proximũ, qui benefecerit. Potest iuxta mysticos intellectus vxor intelligi sancti viri sapientia: dicente Salomone: *Ama illã & amplexabitur te: dilige illã, & custodiet te.* Quam cõtaminare desiderat, qui aliorum bene dicta reprehendit: & facibus accensus inuidiæ, sancta violat, casta corrũpit, pura contaminat. Sextũ est: *Et ad mulierem*, siue *vxorem menstruatam non accesserit.* Per singulos menses, grauia atque torpentia mulierũ corpora, immundi sanguinis effusione releuantur. Quo tempore si vir coierit cum muliere, dicuntur concepti fœtus vitium seminis trahere: ita vt leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur: & fœda in vtroque sexu corpora, paruitate vel enormitate membrorum sanies corrupta degeneret. Præcipitur ergo viris, vt non solum in alienis mulieribus, sed in suis quoque (quibus videntur lege coniungi, scriptura dicente: *Crescite & multiplicamini & replete terram*) certa concubitus norint tempora, quando cocundũ, quando ab vxoribus abstinendum sit. Quod quidem & Apostolus & Ecclesiastes sonãt:

Luc.10.c

Prou.4.b

C

1.Cor.7.a Eccl.3.d

Tẽpus amplexandi, & tẽpus longe fieri à complexibus. Caueat ergo & vxor, ne fortè victa desiderio coeundi illiciat virum: & maritus, ne vim faciat vxori: putans omni tempore subiectam sibi esse debere coniugij voluptatem. Vnde & Paulus: *Vt nouerit*, inquit, *vnusquisque possidere vas suũ in sanctitate & pudicitia.* Pulchrè in Xisti Pythagorici sententiolis dicitur: adulter est vxoris propriæ, amator ardentior. Quem librum quidam iu Latinam linguam transferens, martyris Xisti nomine voluit illustrare: nõ cõsiderans in totovolumine, quod in duas partes frustra diuisit, Christi nomẽ & Apostolorũ omnino reticeri. Nec mirum sigentilem Philosophum in martyrem & Romanæ vrbis Episcopum transtulerit: cum Eusebij quoq; Cæsarienſis primum pro Origene librum, Pamphili martyris vocabulo cõmutarit: vt facilius tali laudatore, libros impiissimos περὶ ἀρχῶν, Romanis conciliaret aurib. Sequitur in loco septimo: *Et hominem nõ contristauerit:* siue vt Lxx. transtulerunt: nõ oppresserit per potentiã. Quo vitio atque peccato, nescio quis alienus sit. Et Ægyptij. n. opprimebãt Hebræos per potentiã. Vnde & Hababuc quæritur, quare impius opprimat iustum. Atque vtinã de solis his diceretur qui foris sunt, & nõ de his qui intus. Solent. n. & principes Ecclesiarum, opprimere plebem per superbiam. De quib. scriptũ est: *Principem te cõstituerũt, ne eleueris: esto inter eos quasi vnus ex ipsis:* Et Saluator præcipit: *Qui vult inter vos esse primus, sit omniũ minimus.* Quod autẽ iuxta Hebraicũ dicitur: & hominem non contristauerit: Apostolico congruit testimonio: *Nolite contristare spiritum sanctum, qui habitat in vobis.* Et in Euangelio quod iuxta Hebræos Nazaræi legere consueuerunt: inter maxima ponitur crimina, qui fratris sui spiritum contristauerit. Sin autem tristitia alterius interficit contristantem, quid de iniquitate & tyrannica mente dicendum est, cui illud conuenit: *Quid gloriatur terra & cinis?* vt oblitus conditionis suæ, quomodo plenus pituitis, felle, stercoribus, & post paululum vermibus exarandus, ponat in cœlum os suum, & lingua eius pertranseat vsque in terram: & dicat cum vero Nabuchodonosor: *Ascendã in cœlũ super sidera cœli ponam thronũ meũ, & ero similis altissimo,* Octauum est: *Pignus debitori reddiderit.* Non omni debitori, alioquin multis occasio recipiendorum pignorum: fiet diuitiarum materia: sed ei debitori, de quo in lege scribitur, quod pauper sit, & proprium opposuerit vestimentũ, & ante solis occasum operimentum recipere debeat: ne cruciatus frigore, clamet ad dominum, qui vltor est eius iniuriæ. Sin autem, iuxta ea quæ sequuntur, panem esurienti dare debemus, & nudum operire vestimento: quanto magis suum reddere, sit tamen debitoris indubitata paupertas est: Possumus quoque pignus reddere debitori, quando ei cui dilectione cõiungimur, & qui nobis debet mutuam charitatem, reddimus pignus suum, nihil debiti eius apud nos vltra retinentes. Nonũ possidet locum: *per vim nihil rapuerit:* siue iuxta Lxx. *rapinã non rapuerit.* De raptorib. & Apostolus loquitur, quod inter cæteros peccatores ne vescendum quidem cum huiusmodi sit, omnisque rapina mista violentiæ est. Nisi enim vis fuerit illata, rapina non proficit. Est autem & sancta violentia rapinaque optabilis, de qua scribit & Euãgelium. *A diebus Ioannis Baptistæ regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti diripiunt illud.* De qua & Iudas frater Iacobi loquitur: alios quidem de igne rapite, aliorum vero qui iudicantur misereminI. Et econtrario aduersariæ potestates, in perniciem eorum quos rapiunt, prædam rapere festinant. Quod significat & Iacob, dicens, *Bestia mala comedit eum: bestia mala rapuit Ioseph.* Vnde & oues domini quæ sequũtur eum, non rapiuntur de manibus eius. Et ipse dicit: *Pater quod dedit mihi, omnib. maius est: & nemo potest rapere de manu patris mei.* Ex quo perspicitur, vna patris filijque potestas, virtus atque substantia. Si enim de filij manu, quæ dedit pater, nemo

1.Reg.25.d

Gal.3.d Matt.22.b Sup.16.a

Deut.24.c Exod.22.d

Matt.7.a

Luc.6.d Prou.23.b

Eccl.3.a

Ecclus.44.b

Esa.14.d

Deut.15.& 23.b

Matt.11.b Iud.9

Gen.37.g

Ioan.10.

E

nemo potest rapere: & hæc eadem in patris manu sunt quæ non rapiuntur ab eo: liquido comprobatur, omnia patris & filij esse communia, & in filij manu tenere patrem, sicut patris manu tenetur quæ filij sunt. Decimum est: *Panem suum esurienti dederit.* Per quod docemur eleemosynam non sauris faciendam, sed esurientibus: nec dandum panem his qui ructant plenitudine, sed his qui inanitate cruciantur.

In pane autem omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, suum: ne de rapinis & vsuris & alieno malo quæsitũ panem vertamus in misericordiam. *Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ.* Quod multos facere conspicimus, clientes & pauperes, & agricolas, vt taceam de militantiũ & iudicum violentia: qui opprimunt per potentiã, vel furta committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in suis sceleribus gloriẽtur. Publiceque diaconus in ecclesia

Prou 13.b

recitet offerentium nomina: tantum offert illa, tantum ille pollicitus est: placentque sibi ad plausum populi, torquente eos conscientia. Damusque materiam miseris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint. Melius autem est vt intelligamus panem iusti eum esse, qui dicit: *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, & quem in oratione nobis tribui deprecamur: *Panem nostrum substantiuum*, siue *superuenturum da nobis*, vt quem postea semper accepturi sumus, in præsenti sæculo quotidie mereamur accipere. Hunc panem iustus esurientibus tribuit: de quibus scriptum est: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Quia qui iustus est, communem omnium panem, suum facit propriũ: qui defecerat in Iudæa, propheta dicente: *Auferam ab eis fortitudinem* siue *baculum panis.* Hoc quod loquimur, si tamẽ Christi sumus, iuxta quod propheta commemorat, panis credentium est esurientium. Qui omnino non dandus est his, qui manducauerunt & biberunt & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt: de quib. dicitur: *Væ qui saturati estis nũc: quia esurietis:* ne euomant illum, dicẽte Salomone: *Euomet. n. & contaminabit sermones tuos bonos.* Quod aliis verbis Saluator loquitur: *Ne detis sanctũ canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Vndecimum possidet locum: *Et nudum operuerit vestimẽto.* Qui sermo iuxta superioris versiculi explanationem, dupliciter disserendus est: vt & nudis tribuamus operimentum, Saluatore dicente: *Nudus eram, & operuistis me:* & nudus fide atq; virtutibus, tribuamus vestimẽtum Christi: de quo scriptum est: *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Hoc vestimẽto nudus erat, qui vestem non habens nuptialem, proiectus est de conuiuio. De hac nuditate & ad Hierusalem dominus loquitur: *Tu autem eras nuda & confusione plena.* Duodecimum numerum tenet: *Et ad vsuram non commodauerit:* siue vt Lxx. transtulerunt, *pecuniam suam ad vsuram non dederit.* In Hebraico cunctarum specierum vsura prohibetur: in Lxx. tantum pecuniæ. Iuxta quod & quartodecimo psalmo scriptum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Et quomodo dicitur: *Fratri tuo non fœnerabis, alieno autem fœnerabis.* Sed vide profectum: In principio legis à fratribus tantum fœnus tollitur: in prophæta ab omnibus vsura prohibetur, dicente Ezechiele: *Pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Porro in euangelio virtutis augmentum est præcipiente domino: *FœneraminI his à quibus non speratis recipere.* Sequitur in tertio decimo loco: *Et amplius non acceperit.* Putant quidam vsuram tantum esse in pecunia. Quod prætuidens scriptura diuina omni rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias quam dedisti. Solent in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarum que specierum vsuræ exigi: siue vt appellat sermo diuinus, superabundantiæ. Verbi gratia, vt hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. Qui iustissimum se putauerit, quartam plus accipiet portionem, & solent argumentari ac dicere. Dedi vnum modium, qui satus, fecit decem modios. Nonne iustum est, vt medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate, nouem & semis de meo habeat? *Nolite errare*, inquit Apost. *Deus non irridetur.* Respondeat enim nobis breuiter fœnerator misericors, vtrum habenti dederit, an non habenti. Si habenti, vtique dare non debuerat, sed dedit quasi non habenti. Ergo quare plus exigit quasi habẽte? Alij pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis, & non intelligũt vsuram appellari & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo quod dederint, plus acceperint. Quartus decimus gradus: Ab iniquitate, ait, auerterit manum suam, vt omni opere fugiat iniquitatem. Non enim solum manu, sed & aliis membris committitur iniquitas: dicente Salomone: Ini-

Gal.6.b

Prou.4.d Psal.72. Esa 53.c Luc.18.d

qua labia à te procul remoue. Et in psalmis: *Iniquitatem in excelso loquuti sunt.* Pes quoque currit ad iniquitatem, & oculus, si alienam mulierem concupiscat: nec sit eius imitator, de quo dicitur: Iniquitatem non fecit, & dolus non est inuentus in ore eius. Vnde & de iniquo mammona iubemur facere nobis amicos, qui nos in æterna recipiant tabernacula. Quintum decimum est: *Iudicium verum fecerit inter virum & virum*, siue *proximum suum.* Quod videtur idẽ sonare quod primum, vbi scriptum est: *Si fuerit iustus, & fecerit iudicium:* sed addita veritate iudicij, quod facit inter virũ & virum siue proximum suum, ὁσίως cernitur habere virtutum. Vnde & in Prouerbiorum exordio: post multa præcepta, correctio infertur iudicij. *Scire*, in quit, *sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ: suscipere versutias sermonum, & nosse iustitiam veram*, & post omnia, *corrigere iudicium.* Quamobrem & Apostolus reprehendit eos qui in

Prou 1.d Sec.70.

1.Cor.6.a

ecclesia constituti, quod habeant inter se iudicia, minimusque eligitur atque contemptus: qui iuxta euangelium primus est, *vt iudicet inter virũ & virũ*: qui destruxit ea quæ paruuli sunt, & peruenit vsque ad perfectum virum: & tamen maiori sententia indiget, vt possit ad veritatem iudicij peruenire. Sequitur in sextodecimo loco: *In præceptis meis ambulauerit.* Et in decimoseptimo: *Iudicia & iustificationes meas custodierit, vt faciat ea*, factaq; custodiat. Quorũ vtrũque multiplicem habet intelligentiam, si velimus omnia legis mandata replicare: in quibus præcepta domini, & in quibus iustificationes esse dicuntur. Plenus est præceptorum & iustificationum centesimus octauusdecimus psalmus: & ex parte octauusdecimus, in quo scriptum est: *Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda: & præceptum domini lucidum, illuminans oculos.* In quo quæritur, quomodo in hoc eodem propheta dixerit Deus: Dedi eis iustificationes non bonas, in

Matt. 20.d 2.Cor. 13.

Psal.18.b

Iusr.20.d

quibus non viuant in eis. Facilisque responsio est, & plenior in consequentibus non viuere Iudæos sequentes occidentẽ literam, & viuere Christianos intelligentes spiritum viuificantem. Longum est, si voluerimus probare testimoniis: vbi præcepta dñi, & vbi iustificationes esse dicatur: & quibus singula, vel diuersitatibus vel obscuritatibus inuoluantur. Vnde & in præsenti loco infertur: *Hic iustus est, vita viuet, ait dominus Deus.* Quæ hæc fecerit & illa nõ fecerit, neq; quam punietur delictis patris, sed suis viuet virtutibus.

a ¶ *Quod si genuerit filium latronem*, &c.] Pro latrone in Hebraico scriptũ habet a פריץ, quod Aquilæ secũda editio, peccatorem: Symmachus, transgressorem: Lxx. & Theodotio pestilentem interpretati sunt. Quomodo autem pestilentia morbos creat, & passim regiones in quibus incubuerit, vastare consueuit: sic pestilens homo vniuersa populatur. Dicamusq; primũ iuxta historiam, vt sciatis iniquitates patrum non redundare ad filios. Si iustus fecerit, quæ superior sermo per ordinẽ texuit, vita viuet. Quod si genuerit filium

a paric.

recedentem à domini seruitute,& patris virtutes vitiis commutantem:vt faciat quæ ille non fecit,& non faciat quæ ille operatus est:nunquid viuere poterit?Certe nõ viuet,sed erit reus sanguinis sui.Porro iuxta intelligentiam spiritualẽ, iustus vir ecclesiasticus, si fidem euangelicam prædicauerit, & filius eius atque discipulus hæretico fuerit errore deceptus, vocabitur pestilens De quo & in primo psalmo scribitur: *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Et in Prouerb. *Cõfidens & procax & superbus pestilẽs appellatur.* Iste effudit sanguinẽ deceptorum,& omnia in se peccata congeminat,comedẽs in montibus superbiæ,&ecclesiã proximi sui polluens: egenos & pauperes in scientia scripturarum contristans, opprimens atque supplantans:rapinam rapiens, eos, quos de ecclesia seduxerit: pignus non reddens, quod à magistro acceperat, vt impleret quod scriptum est: *Gratis accepistis, gratis date.* Et ad idola atq; simulacra,quæ de suo corde finxit, leuans oculos suos, cunctaq; faciens abominationes:&dans ad vsurã pecuniam, vt errorem magistri discipulorumq; augeat diligẽtia: & repetens ab his quibus tribuit amplius quã dederit:certe viuere non poterit, sed in suo sanguine morietur.

a ¶ *Quod si genuerit filiũ,* &c.] Nec, inquit, miremini, si iusti viri filius declinãs ad vitia atq; peccata, morte moriatur: cum econtrario filius peccatoris & impij, si viderit peruersitatem viarum patris sui,& conuerterit se,vt mala non faciat, & faciat bona, reus paternorũ scelerum non teneatur. Quod & in nobis accipi potest, quibus in psalmis dicitur: *Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui: & concupiscet rex decorem tuum.* Et qui de gentiũ sumus stirpe generati,vt relinquamus parentum crimina, & faciamus iudiciũ atq;iustitiam, & viuamus in ea. Repetit itaq; quæ supra latius prosequuti sumus. Et ideo breuiter cuncta percurrimus, ad illa quæ obscuriora & noua sunt transire cupientes.

b ¶ *Et dicitis: Quare nõ portauit filius iniquitatẽ patris? Videlicet,* &c.] Soluit quæstionẽ, q̃ ecõtrario poterat auditor opponere:Soletis, ait,dicere: Quare filius iustus nõ portauit iniquitatẽ patris? Ad quæ ipse respõdet: Videlicet, quia filius bene operatus est. & patris delicta non fecit. Iustũque est,vt quomodo peccator in suo scelere moritur, sic iustus in suis viuat virtutibus: & moriatur anima quæ peccauerit, & viuat quæ Dei præcepta custodierit.

c ¶ *Si autem impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis,* &c.] Intantum,ait peccata patrum ad filios non redundant, transtulerunt,& fecerit peccata in via patris sui iusti non ambulauerit,) & hæc quidem omnia non facientẽ, sed in montibus comedentem, & vxorẽ proximi sui polluentem,egenum & pauperem contristantem (siue opprimentem,) rapientẽ rapinas,pignus nõ reddentẽ, & ad idola leuantem oculos suos, abominationẽ facientẽ: ad vsurã dantem,& amplius accipientem numquid viuet? Non viuet cum vniuersa detestanda hæc fecerit?morte morietur, sanguis eius in ipso erit. a Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit,timuerit,& non fecerit similiter:super montes non comederit, & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit,& virum non contristauerit. pignus nõ retinuerit, & rapinam non rapuerit:panẽ suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: à pauperis iniuria auerterit manum suam,vsuram & superabundantiã nõ acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit:hic non morietur in iniquitate patris sui: vita viuet. Pater eius quia calumniatus est,& vim fecit fratri,& malũ operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua Et dicitis:Quare nõ portauit filius iniquitatẽ patris? Videlicet, quia filius iudiciũ & iustitiam operatus est: omnia præcepta mea custodiuit,& fecit illa: vita viuet. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatẽ patris,& pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super illum. c Si autẽ impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est,& custodierit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor.e Iniustitia sua, quam operatus est, viuet. e Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus,& non vt conuertatur à viis suis,& viuat? f Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid viuet?Omnes iustitiæ eius,quas fecerat, non erũt in memoria. In præuaricatione qua præuaricatus est.& in peccato suo, quo peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis:g Nõ est æqua via domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est æqua,& nõ magis viæ vestræ prauæ sũt? h Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniquitate, quam operatus est morietur. i Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est,& fecerit iudicium atque iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Considerans enim euertit se ab impietate sua, quam prius operatus est in idololatria, & fecerit ea quæ Israeli lege præcepta sunt, ipse prius mortuus viuificabit animam suam. Videnſque se interisse iniquitatibus, quas operatus est,credet in eum qui dicit: *Ego sum via, veritas & vita. vita viuet & non morietur.*

a ¶ *Et dicunt filij Israel,* &c.] Vsque hodie Israel blasphemat Deum, cur populũ suum reliquerit, & gentium assumpserit multitudinẽ. Quos arguit dominus, quod viæ eorum prauæ sint, domini autem iusta sententia : vt perditis colonis prioribus alios in vineam suã mittat agricolas. Quod intelligentes in euangelij parabola dixere Iudæi: *Non erit istud.*

b ¶ *Idcirco vnumquemq; iuxta vias suas iudicabo dom⁹ Israel,* &c.] Siue de gentium multitudine, siue de Israel populo sint qui iudicantur, nõ est personarum acceptio apud Deum, sed vnusquisque suã coronabitur fide, & impietate atq; infidelitate damnabitur.

c ¶ *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatib. vestris,* &c.] Proprie ad Israel iste sermo dirigitur: vt agãt pœnitentiam, & relinquant iniquitates siue præuaricationes suas, quibus in Deum præuaricati sunt. Potest autẽ & ad vtrumque populum intelligi: vt & Israel & gentium turba, sua vitia derelinquens, conuertatur ad eum, qui possit sanare contritiones suas.

d ¶ *Et facite vobis cor nouum, & spiritum nouum,* &c.] Vt vetustatem literæ deserentes, vinatis in nouitate spiritus. Cor nouum Israelis, est credere in eum, quem prius negauerat. Cor nouum gentium, est idola derelinquere : & mortuorum cultura contempta, credere in eum qui est Deus viuentium.

e ¶ *Et quare moriemini domus Israel?*] Melius est, vt supra diximus,exhortationẽ hanc in qua scriptum est : Conuertimini & agite pœnitentiam, super persona accipere Iudæorum,quos non vult mori,& quibus nunc loquitur:quare moriemini domus Israel, qui habetis patres Abraham, Isaac, & Iacob: de quibus scriptum est: *Deus viorum & non mortuorum.* Cur vestro vitio moriemini,qui patrum merito, & mea debetis viuere misericordia.

f ¶ *Quia nolo mortẽ,* &c.] Nolo, inquit, vos mori, quos in salutẽ genui. *Filios* enim *genui & exaltaui: ipsi autem spreuerũt me.* Reuertimini ergo & viuite. Non dicitur reuertimini, nisi his qui prius cum Deo fuerant, & postea eius deseruere comitatum. Et viuite per pœnitentiam,qui estis mortui per peccatum. Igitur Israel, quia non reuertitur ad pristinum statum, mortuus esse credendus est.

CAP. XIX.

Et tu assume planctum, &c.] Scio me in hoc loco multiplicem legisse explanationem, & tantis obscuritatibus impeditam,vt non tam aperuerit,quam inuoluerit lectionẽ: dum vniuersa quæ scripta sunt, refert ad contrarias fortitudines, & in cœlesti Hierusalem leones & bella describit: quomodo alter eorum captus sit, & rursum in locum eius alius constitutus, multaque ponit testimonia, diabolũ & cõmites eius, leones appellari solere : vt est illud de Apostolo Petro: *Aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens circuit, & quærit:* quomodo possit intrare: & de psalmis: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Certe vbi ad historiam venit dicit Iohanan filium Careæ ductũ in Ægyptum : qui quomodo fugiens cum paucis leo appellatus sit, scire non possum : & alterum leonũ Sedechiam, qui & ipse ductus in Babylonẽ sit; Nos autẽ istiusmodi explanationes lectoris arbitrio relinquentes, dicentes captiuitate vicina, prophetam nõ tam futura vaticinari,quã narrare præterita. Post sextum.n. Sedechiæ annum (siquidem statim in cõsequentibus legimus, *& factũ est in anno septimo, in quinto mense, decima mẽsis,*) assumitur planctus super principes, vel principẽ Israel, & dicitur: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? Planctus igitur super principes est,oẽs videlicet, qui de Iosiæ stirpe gerierati sunt. Mater principum Hierusalem leæna appellatur, quæ leunculos genuit & nutriuit; vnumq; de leunculis suis eduxit, & fecit leonem, Ioachaz significans filium Iosiæ,quẽ Nechao Pharao duxit in Ægyptum, & pro eo cõstituit Ioakim. Quo mortuo, Iechonias filius eius rex constitutus,cum matre & optimatibus ciuitatis Nabuchodonosor ductus est in Babylonem de quo nascitur Salathiel pater Zorobabel: qui ex eo quod in Babylone natus est,nomen accepit. Perspicuũque est sub metaphora leænæ, leunculorũ, & leonis,rursumque alterius leonis,illa describi,quę eo tempore iam facta erãt,quo hæc propheta dicebat. Postquã.n. Hierusalem eduxit de stirpe regia Ioachaz filium Iosiæ, & constituit in regem, tã crudelis in breui extirit tẽpore, vt tropologice cepisse prædas,& homines deuorasse memoretur: Ad quem cum venisset Ægyptius rex,cepit eum non absque vulneribus siue in fouea, vt proprie in Hebraico continetur: vt cõseruet tropologicam captionẽ leonum, qua semper in foueis capi solent: Et adduxit eum in camo, siue in catenis,in terram Ægypti, ibique mortuus est. Quod cum vidisset mater eius Hierusalem, quæ eũ genuerat, quæ nutrierat, quæ constituerat in regnũ,quod perisset expectatio eius, tulit de aliis regibus Iechoniam filium Ioacim,& constituit in regem. Qui& ipse præcessoris imitatus crudelitatem, sub leonis feritate describitur, quod homines deuorarit, multas viduas fecerit, ad desertum adduxerit ciuitates : & ad vocem rugitus eius territa sit vniuersa prouincia: ita vt conuenirẽt ad eum gentes,& expanderent super eum rete suũ,& in fouea caperent, & mitterent eum in caueam & in catenas: non quod hoc Iechoniæ factum sit, (ipse.n.se tradidit regi Babylonio,& in

Chaldæam aſportatus eſt,) ſed vt leonis ſeruetur tranſlatio, qui capitur in foueis, carenisque cõſtringitur, & in caueis reſeruatur. Alioquin iuxta hiſtoriã, hoc de Sedechia legimus, qui poſt Iechoniã rex Hieruſalem conſtitutus eſt. Et hæc fecit occaſio, vt quia catenæ leguntur, & caueæ, & carcer nominatur, Sedechiã potius quã Iechoniam plerique intelligãt. Seruatus igitur in carcere eſt, nec interfectus, & tantummodo ſublatus è regno. Cæterum Sedechiam cæcum ductum in Babylonem, ibique ſtatim occiſum, narrat hiſtoria.

a ¶ *Mater tua quaſi vinea*, &c.] Diuerſis ſermonib. vna res dicitur. Et quomodo in ſuperioribus legimus Hieruſalem pulchræ mulieri comparatam, & rurſum leænę, quę in cubili ſuo leones nutrierit: ſic nunc viti vel vineæ pulcherrimę comparatur, quæ ſuper aquas plãtata ſit multas, & idcirco humore nutriti palmites in tantum creuerint, vt vnus palmes, quem ſcriptura virgam ſolidiſſimam ſiue fortiſſimã nuncupat, profecerit *in ſceptra dominantium*. Pro quo vertere Lxx. *in tribum ducum*, vt ſcil. reges ex ea fierẽt. Tantæ autem erat ipſa vinea pulchritudinis, vt ſplendor vironis eius, floribus mali punici coęquaretur, quod in Hebraico dicitur, quaſi vinea in ſanguine tuo: rubore florũ ſanguine cõparato. Exaltata ergo vinea & erecta. (Quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam,) euulſa eſt in furore domini, in terramq; proiecta: vt ruinas Hieruſalem, elegans vitis trãſlatio cuſtodiret. Quãuis. n. pulchra ſit vinea, & lõgis propaginibus extendatur: ſi haſtilia calamoſque ſubtraxeris, terræ iuncta, areſcit calore, maxime ſi ventus vrẽs, quẽ Græci καύσωνα vocant, ſiccauerit fructum eiº, vt emarceſcat, & quaſi ignis cremetur ardoribus. Quod autem in Lxx. additum eſt: *Vindicati ſunt*, pro eo quod in Hebraico ſcriptũ eſt, *emarcuerunt*, q̃ conſequentiã habere poſſit, ſcire non valeo. Illa igitur vinea tantæ vbertatis & fructuum, tantæque pulchritudinis, quomodo nunc tranſplantata eſt in deſertum, in terra inuia & ſitienti? Significat autem terram Babylonis ad quã tranſlati ſunt: vel Ægyptum, quo confugerunt: aut ipſam terram Iudææam, in qua pauci pauperes remãſerunt: quibus præfectus erat Godolias, vt congregaret & regeret reliquias populi. Contra quẽ ſurrexit de ſtirpe regia & de virga ramorum vineæ Iſmahel, qui interfecit eũ in Maſphat, & comedit omnem fructum vineæ, & exinde non fuit in ipſa vinea virga fortis, & ſceptrum dominantium. Nullus enim remanſit de regibus qui populum gubernaret, ſed cum Iohanan filio Careæ ad Ægyptum confugerunt. Idcirco planctus eſt, & parabola lamentationis, vt plangatur regiũ genus, quod in Iudæa vltra ceſſauit, donec veniret cui repoſitũ eſt: *Etipſe erat expectatio gentiũ*. Ex quo perſpicuum eſt, & ſuperiorem lectionẽ in qua dicitur: *Quare mater tua leæna inter leones cubauit*, & hanc in qua ſcriptũ eſt: *Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquã plantata*, ad Hieruſalem pertinere: quæ perdidit leones & palmites ſuos, & non remanſit in ea virga quæ conſurgeret in tribũ, ſiue in ſceptra dominantium. A planctu. n. incipit, & finitur in planctu. *Aſſume plãctum ſuper principes Iſrael*. Hoc eſt in principio, & nunc in fine planctus eſt: & lamentatione plãctuque parabolæ ſtirps regia proſequenda. Porro ſecundum Anagogen, quod alij ad cœleſtem referunt Hieruſalẽ, vt dicant ex ea in iſtam vallẽ lacrymarum plurimos corruiſſe, & reges eſſe deſiiſſe, & vineam quondam pulcherrimam vẽto vrẽte ſiccatam, ita vt nullus in ea virentium palmitum remãſerit, q̃ poſtea ſub vrbis figura plangat Hieremias: nos intelligimus ſuper eccleſiã, eo quod in nouiſſimo tẽpore multiplicata iniquitate, *refrigeſcat charitas multorũ*: ita vt probentur ſi fieri poteſt etiã electi Dei, & principes eius capiẽtur retibus diaboli: qui non ſit vnius regis captione contẽtus, ſed quotidie reges & principes capere feſtinet, ſecũdũ illud quod ſcriptum eſt: *Eſcæ eius electæ*. Palmites quoq; eccleſiæ, qui dudũ floribus & rubori ſanguinis ęquabantur, poſtea vento vrẽte ſiccentur. Quam expoſitionẽ & euangelij quoque parabola ſonat: in qua ſole orto, ea quæ germinauerant, æſtuauerunt, & repẽte ſiccata ſunt: ita vt vir remaneat vnus è palmitibus, qui conſurgat in virgam, & dignº populi princeps fiat. Quod aliis verbis loquitur Amos: *Inducam famem & ſitim ſuper terrã: non famem panis & ſitim aquæ, ſed famẽ audiendi ſermonis Dei*. Vnde debemus plangere & lamẽtari ſuper principes Iſrael, quorum vitio & ſuperbia Iudæa deſerta, & capta eſt Hieruſalem.

HEB.

neribus earũ captus eſt. Et miſerunt eum in caueã, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miſeruntque eũ in carcerem, ne audiretur vox eius vltra ſuper montes Iſrael. a Mater tua quaſi vinea, in ſanguine tuo ſuper aquam plantata: fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominantium, & exaltata eſt ſtatura eius inter frondes. Et vidit altitudinem ſuam in multitudine palmitum ſuorum, & euulſa eſt in ira, in terramque proiecta, ventus vrens ſiccauit fructum eius: emarcuerunt & arefactæ ſunt virgæ roboris eius: ignis comedit eam. Et nunc tranſplantata eſt in deſertum, in terra inuia & ſitienti. Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit, & non fuit in ea virga fortis, ſceptrum dominantium, planctus eſt, & erit in planctum.

SEPT.

ptus eſt, & poſuerunt eum in camo, & in caueã venit ad regem Babylonis: & introduxerunt eum in carcerem, vt non audiretur vox eius vltra ſuper montes Iſrael. Mater tua quaſi vinea: ſicut flos in malis granatis in aqua plantata. Fructus eius, & germen illius factum eſt ex aquis multis. Et facta eſt ei virga fortitudinis, in tribum ducum. & exaltata eſt magnitudine ſua in medio propaginum: Et vidit magnitudinem ſuam in multitudine palmitum ſuorum: & confracta in furore in terram proiecta eſt, & vẽtus vrẽs arefecit electa eius. Vindicati ſunt, & arefacta eſt virga fortitudinis eius. Ignis conſumpſit eã, & nunc plantauerunt eam in deſerto in terra ſine aqua: & exiuit ignis de virga electorum eius: & comedit eam: & nõ erat in ea virga fortitudinis. Tribus in paraboIam lamentationis eſt & erit in planctum.

CAP. XX.

ET factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima menſis, venerunt viri de ſenioribus Iſrael, vt interrogarent dominum, & ſedebant coram me. a Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ſenioribus Iſrael, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Numquid ad interrogãdũ mevos veniſtis? Viuo ego, quia non reſpõdebo vobis, ait dominus Deus.

HEB.

b Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis. c Abominationes patrũ ſuorum oſtende eis, & dices ad illos. d Hæc dicit dominus Deus: In die qua elegi Iſrael, & leuaui manum meã pro ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meã pro eis dicens: Ego dominus Deus veſter. In die illa leuaui manũ meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terrã quam prouideram eis, fluentẽ lacte & melle, quæ eſt egregia inter omnes terras. e Et dixi ad eos: vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abiiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui. Ego dominus Deus veſter. f Et irritauerunt me. g Noluerũtque audire me. Vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum non proiecit, nec idola Aegypti reliquerunt. h Et dixi vt effunderem indignationem meam ſuper

SEPT.

Si vltus eos fuero vltione fili hominis. Iniquitates patrum eorum conteſtare eis, & dices ad eos. Hæc dicit dominus Deus. Ex qua die elegi domum Iſrael, & notus factus ſum ſemini domus Iacob, & cognitus eis in terra Ægypti, & ſuſcepi eos dicens: Ego dominus Deus veſter: in die illa apprehẽdi eos manu mea, dicens: vt educerẽ eos de terra Aegypti in terrã, quam paraui eis, terram fluentem lacte & melle: fauus eſt vltra omnẽ terram. Et dixi ad eos: Vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum proiiciat, & in adinuentionibus Aegypti nõ polluatur: ego dominus Deus veſter. Et receſſerunt à me, Et noluerunt audire me. Abominationes oculorum ſuorũ non proiecerunt, & adinuentiones Aegypti non reliquerunt.

d ¶ *Hæc dicit dominus Deus: In die qua elegi Iſrael*, &c.] Pro eo q̃ dixere Lxx. fauus eſt vltra omnes terras: pro quo nos interpretati ſumus, egregia eſt inter omnes terras: Aquilæ prima editio poſuit, firmamentum, ſecunda, inclytum: Symmach. regionem, Theodotio, fortitudinem: quod videl. omnium terrarum iſta ſit fundamentũ, quod, in ea Dei religio ſit & templum, & ceremoniæ & notitia Dei: & in tantum populus Iſrael in Ægypto conſtitutus ignorabat Deum, vt miſſus ad eos Moyſes: Si interrogauerint, ait, me, quis miſit te? quid dicam eis? *Dic*, inquit, *ad eos: Qui eſt, miſit me*. In Ægypto igitur notus factus eſt populo & ſemini domus Iacob: quando leuauit manum ſuam pro eis contra Ægyptios, & dixit: *Ego sũ dominus Deus veſter*, & elegit eos, vt educeret de terra Ægypti, *ad terram fluentem lacte & melle*. Necdum. n. capere poterant ſolidum cibum, ſed quaſi paruuli atque lactantes, melle & lacte indigebant infantiæ. Iuxta literã vero, inclytam eſſe terram Iudææ & cunctis terris fertiliorem, dubitare non poterit, qui à Rinocorura vſque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium cunctã cõſiderauerit terram, & vrbiũ potentiam, amœnitatemque regionum: Palæſtinã videl. & Phœnicen, Arabiam, Syriam, Cœlen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Iſraeli, ſi Dei præcepta ſeruaſſet, dominus repromiſit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius. Nam & in ipſa Palæſtina, Iudææque prouincia, gentes plurimæ remanſerunt, quæ non ſunt eiectæ. Neque enim ſponſor in crimine eſt, ſi ille cui repromittitur, indignum ſe fecerit ſponſione, præſertim cum proponatur optio promittẽtis. *Si volueritis & audieritis me, quæ bona ſũt terræ comedetis: Sin autẽ nolueritis, gladiº devorabit vos*. Eligũtur ergo præſẽtia, nec ſtatim qui eligitur, tentari non poteſt, nec perire: quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apoſtolum, ſuo poſtea vitio corruerunt. Eleuatio autẽ manus, ſiue extentio, habitũ percutientis oſtendit, vt percuteret pro eis Ægyptios, & populũ Iſrael de Ægypto liberaret.

e ¶ *Et dixi ad eos: Vnuſquiſque offenſiones*, &c.] Pro offenſionib. quæ Hebraice dicũtur, a שקוצים, Symmachus interpretatus eſt, nauſeas: Aquilæ ſecunda editio, abſciſiones, vt ſignificarent abiiciendas ab oculis lippitudines, & quaſi nauſeas, quæ nõ ſolum aſpectum impediunt, ſed & contra cernentibus vomitum creant: b גלולי quoque verbum Hebraicum eſt quod Lxx. adinuentiones. Aquilæ prima editio inquinamenta, ſecunda, Symmachuſq; & Theodotio, idola interpretati ſunt: quos & nos in præſentiarum ſecuti ſumus. Præcipit autem exeuntibus primum de Ægypto, vt obliuiſcantur idolorũ, quibus multo tempore ſeruierunt, imo abiiciant ea ab oculis ſuis, vt ne aſpectu quidem digna habeant, & quibus multo tempore polluti ſunt, vltra non acquieſcant. *Ego*, inquit, *dominus Deus veſter*: non portenta Ægyptia, non variorum figmenta monſtrorum. Sed & nobis, quãdo eximus de Ægypto, iubetur vt offenſiones oculorũ noſtrorum abiiciamus: ne ſcil. iis delectemur, quibus antea delectabamur in ſæculo: ne ſimulacris Ægypti polluamur, adinuentionibus videlicet philoſophiorum atque hæreticorum, quæ recte idola nominantur. A ſpectaculis quoque, imo offenſionibus Ægypti remoueamus oculos, arenæ, circi, theatrorum, & omnibus, quæ animæ contaminant puritatem, & per ſenſus ingrediuntur ad mentem: impleturque quod ſcriptum eſt: Mors intrauit per feneſtras veſtras.

f ¶ *Et irritauerũt me*.] Siue vt Symmachus interpretatus eſt, Non acquieuerunt mihi. Statimque vocati recedunt à Deo, vt nullum ſit ſpacium inter vocationem & receſſionem. Et hoc notandum, quòd nemo recedit à Deo, niſi qui ante cum eo fuerit. Vnde & draco in Iob volumine, apoſtata, præuaricator, & recedens appellatur.

g ¶ *Noluerunt q; audire me*, &c.] Propterea, inquit, irritauerunt me, & receſſerunt à me: quia noluerunt audire me: dũ liberum homini ſeruatur arbitrium: & fecerunt omnia, quæ ne facerent lege præcepi: ſtatim deſperantes ſalutem, & muſſitantes contra Moyſen, Deique repromiſſionibus diffidentes. Vnde ſequitur.

h ¶ *Et dixi vt effunderẽ indignationẽ*, &c.] Statim vt præcepi eis relinquere, ſiue abiicere offenſiones oculorũ ſuorum, & in idolis Ægypti nequaquã polluti: irritauerunt me, & noluerunt audire quæ dixi: ſed e contrario fecerunt quæ nõ facienda præcepi. Ideo decreuerã vt effunderem in eos furorẽ, & indignationẽ meam, & implerem iram meam, quã mente

ſciente, quid interrogarent, vt & in eo miraculum ſit ſcire cur venerint, & ad ea reſpondere, quæ tacitus ſermo in animo continebat.

a ¶ *Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ſenioribus Iſrael*, &c.] Sanctis & congrua interrogantibus datur promiſſio, adhuc loquẽte te, dicã, ecce ad ſum. Peccatoribus autem, quales fuerunt ſeniores Iſrael, & quorũ ſcelera in conſequentibus prophetã deſcribit, non datur reſponſio, ſed increpatio pro peccatis: & addidit iuſiurandũ, vtito ego, vt firmior ſit ſententia denegãtis. Quod autem dixere Lxx. *Si reſpondero vobis*: Symmachus manifeſtius tranſtulit, *non reſpondebo vobis*.

b ¶ *Si iudicas eos: ſi iudicas*, &c.] Illi quidem ad interrogandum me venerunt, cupientes de his quibus ambigunt & futura cognoſcere: tu autem fili hominis iudica eos, vt non prophetæ ſit reſpõſio, ſed ſententia iudicantis pro iniquitatib. quas fecerũt, & patrum ſecuti ſunt ſcelera: Vel certe ſiv tu ſeos fuero vltione, vt ſit ſenſus. Tãta iniquitate cooperti ſũt, vt ne emẽdatione quidem & correptione ſint digni, ſecundũ illud quod in prophetа dicitur: *Non miſtabo ſuper filias veſtras, cum fornicatæ fuerint, & ſuper ſponſas veſtras cum mœchatæ fuerint*. Vnde & peccatores qui in profundum venere peccati, dimittuntur vt faciant deſideria cordis ſui.

c ¶ *Abominationes patrum ſuorum*, &c.] Si peccata patrum non redundant ad filios, quo modo abominationes & iniquitates patrũ nunc ſenioribꝰ proponuntur? Hac videlicet cauſa, vt oſtendantur ſimilia parentib. agere, & hæreditario malo, longiſſimum funem trahere peccatorum, vt quorum imitantur vitia, eorum ſuppliciа pertimeſcant.

d ¶ *Hæc dicit dominus Deus: In die quа elegi Iſrael*, &c.] Pro eo q̃ dixere Lxx. fauus eſt vltra omnes terras: pro quo nos interpretati ſumus, egregia eſt inter omnes terras: Aquilæ prima editio poſuit, firmamentum, ſecunda, inclytum: Symmach. regionem, Theodotio, fortitudinem: quod videl. omnium terrarum iſta ſit fundamentũ, quod, in ea Dei religio ſit & templum, & ceremoniæ & notitia Dei: & in tantum populus Iſrael in Ægypto conſtitutus ignorabat Deum, vt miſſus ad eos Moyſes: Si interrogauerint, ait, me, quis miſit te? quid dicam eis? *Dic*, inquit, *ad eos: Qui eſt, miſit me*. In Ægypto igitur notus factus eſt populo & ſemini domus Iacob: quando leuauit manum ſuam pro eis contra Ægyptios, & dixit: *Ego sũ dominus Deus veſter*, & elegit eos, vt educeret de terra Ægypti, *ad terram fluentem lacte & melle*. Necdum. n. capere poterant ſolidum cibum, ſed quaſi paruuli atque lactantes, melle & lacte indigebant infantiæ. Iuxta literã vero, inclytam eſſe terram Iudææ & cunctis terris fertiliorem, dubitare non poterit, qui à Rinocorura vſque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium cunctã cõſiderauerit terram, & vrbiũ potentiam, amœnitatemque regionum: Palæſtinã videl. & Phœnicen, Arabiam, Syriam, Cœlen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Iſraeli, ſi Dei præcepta ſeruaſſet, dominus repromiſit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius. Nam & in ipſa Palæſtina,

conceperam in medio Ægypti: quia nec dum egressi fuerant de Ægypto. Sequitur. n. infra: Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi in desertum. Ex quo ostenditur, necdum eos fuisse egressos de Ægypto, quando effundere voluit indignationem suam, & implere iram suã super eos, & percutere eos in medio terræ Ægypti.

a ¶ *Et feci propter nomen tuum*, &c.] Quod facere cogitabam propter iustitiã, nõ feci propter clementiæ magnitudinem: ne pollueretur nomen meum, & viderer nõ potuisse complere, quod Israel repromiseram: peperci igitur nomini meo, ne haberent occasionẽ blasphemandi nationes, inter quas notus factus sum eis in terra Ægypti. Hucusque quid eis promiserit in terra Ægypti constitutis, & quo modo statim offenderint, & quid contra eos dominus cogitauerit, & tamen non fecerit, propheta describit. Quæ sequuntur, egressis de Ægypto locutus est.

b ¶ *Eieci ergo eos de terra*, &c.] Hæc ad eos dicuntur qui educti sunt de Ægypto in desertũ: vt Ægyptiorum vitiis liberati, facilius in solitudine Dei præcepta cõplerent, & iudicia eius facerent, & sabbata custodirẽt: Quæ in signũ data sunt inter eũ qui dedit, & eos quibus data sunt: scriptura dicente: Et locutus est dominus ad Moysen, dicẽs: *Et tu præcipe filiis Israel, dicẽs: Videte, & sabbatha mea custodite, quod est signũ inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quod ego est dominus, qui sanctifico vos, & custodite sabbathũ, quoniam sanctũ est vobis. Qui violauerit illud morte morietur. Omnis qui fecerit in eo opus, interficietur anima illa de medio populi sui.* Ergo sabbatum & circũcisio in signum data sunt veri sabbati, & veræ circũcisionis, vt sciamus nobis in perfecto, & æterno sabbato requiescendũ à sæculi operibus: & non præputiũ, sed cor circuncidamus. Vnde in sex diebus operantes, die septimo requiescimus, vt nihil aliud die ac nocte faciamus, nisi omne quod viuimus, deberi domino nouerimus, & redeunte hebdomade, totos nos eius nomini cõsecremus, vt per sãctificationẽ diei, recordemur dñi, qui sanctificat nos. Hæc præcepta, & iustificationes, & obseruãtiã sabbathi, dedit dñs in deserto, vt facientes illa, viuerẽt in eis, non de illis ad maiora transirent, sicut in euangelio promisũ est. Quæ illi violauerunt, non semel ac nec parum, sed vehementer, vt violationis *omnes* monstraretur. Dixit ergo, & in sua mente decreuit, vt effunderet furorẽ suum super eos in deserto, & consumeret eos, qñ locutus est ad Moysen: *Dimitte me, & iratus furore contra eos, delebo illos.* Sed noluit facere, parcens Ægyptiis, & cæteris gentib. ne scandalizarentur, & ipsis quorum misertus est, expectans pœnitentiam conuersorum. Notandumque quod quando constitutis in Ægypto loquebatur post offensam: feci ait, propter nomen meum, vt non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, de quibus eieci eos in conspectu earum. Tunc enim adhuc in medio erant, quia necdum exierant. Nunc autem postquam egressi sunt, dicitur: de quibus eieci eos in conspectu earum.

c ¶ *Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto*, &c.] Decreueram quidem vt totum furorem meum effunderem super eos, & delerem illos atq; consumerem, sed feci propter nomen meum, ne violaretur in gentibus Amalechitis videlicet & reliquis, quæ contra eos in solitudine dimicarunt: vt nequaquam inducerem eos in terram, quam eis pollicitus sũ, fluentem lacte & melle, quæ præcipua terrarum omnium est, siue fuus. Causa autẽ pœnæ est, istiusque sententiæ, quia iudicia mea proiecerant, & in præceptis meis non ambulauerant, & sabbata mea violauerant. Istiusque causæ hæc causa est, vt ista non facerent, quia cor eorum Ægypti idola sequebatur. *Pepercit* autem, ait, *oculus meus ne interficerem eos atque delerem, nec omnino consumerem.* In quo quæritur, quomodo eis pepercerit, quorum cadauera in solitudine corruerunt, & excepto Iesu Naue, & Caleb filio Iechonie terram repromissionis nullus ingressus est. Ex quo intelligimus viuere eos, nec æternis suppliciis reseruatos, nec deletos esse de libro viuentium, nec consumptos ante faciem domini. Si enim ex eo quod non sunt introducti in terram repromissionis perisse credendi sunt: ergo & Moyses periit, qui vidit tantum terram repromissionis, & non est ingressus in eam. De quo in libro Iesu dominus loquitur: *Moyses famulus meus mortuus est.* Et in Malachia: *Memento te legis Moysi serui mei.* Et in Hieremia, quasi de amico & familiarissimo suo loquitur Deus: *Si steterint Moyses & Samuel in cõspectu meo:* Alioquin & Moysi preces exauditas esse credendum est, quãdo pro populo interpellans, ait: *Si dimittis eis peccatum, dimitte: sin autem non vis, me dele de libro tuo, quem scripsisti:* Vt autem sciamus sententiam Dei in filios & famulos, non ad perditionẽ, sed emendationem fieri, audiamus testimonia scripturarum. *Fili ne contristeris ad disciplinam domini: neque deficias, quando ab eo argueris. Quem enim diligit dominus corripit: Flagellat autem omnem filium quem recipit.* Et in alio loco: *Cum interficeret eos, tunc quærebant eum.* Et in Deuteron. cantico: *Ego interficiam, & ego viuificabo.* Possumus & hoc iuxta literam dicere, quod non deleuerit eos, neque consumpserit cũ stirpe sua, atque progenie: sed interfectis patribus, pepercerit filiis, quos in terram repromissionis induxit.

d ¶ *Dixi autem ad filios eorum in solitudine*, &c.] Post interfectionem patrum qui in eremo corruerunt, præcepta dat filiis in quorum salutem misertus est patrum. Et pepercit, inquit, oculus domini super eos, ne omnino interficeret eos, atque deleret, sed patres in filiis reseruaret: eademque testatur, quæ & patribus est locutus, vt postquam in præceptis illius ambulauerint, & iudicia illius custodierint, & sanctificationem sabbati, quod signum datum est reseruauerint, tunc sciant quia ipse sit dominus Deus eorum. Præcepta autem & legitima patrum & iudicia eorum, errorem inolitum significat: ne peccata eorum imitentur, quorum tormenta perspiciunt.

a ¶ *Et*

HEB.

c Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: quia iudicia mea proiecerant, & in præceptis meis non ambulauerant, & sabbatha mea violauerant: post idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt nõ interficerem eos, nec consumpsi eos in deserto.

d Dixi autem ad filios eorũ in solitudine. In præceptis (siue legitimis) patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis (siue cogitationibus) eorum polluamini. Ego

SEPT.

Et ego leuaui manum meã super eos in deserto, vt omnino non introducerẽ eos in terrã, quã dedi eis, terrã fluentẽ lacte & melle: fauus est vltra oẽm terram: eo quod iustificationes meas repulerunt, & in præceptis meis non ambulauerũt, & sabbatha mea violauerunt, & post cogitationes cordiũ suorũ ambulauerunt. Et pepercit oculus meus super eos ne delerem eos, & non interfeci eos in consumptionem, in deserto.

Et feci propter nomẽ meũ, vt non violaretur coram gentibus, in quarũ medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Ægypti.

Dixi autem ad filios eorũ in deserto: Nolite ambulare in præceptis patrum vestrorum, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis vestris polluamini.

a ¶ *Et exacerbauerunt*, &c.] Sed & filij, inquit, parentum scelera sunt secuti, fecerunt que omnia quæ illi fecerant, vnde & similem meruere sententiam, sed eadem, qua & patres eorum misericordiæ meæ magnitudine, reseruati sunt: & ob easdem causas, quibus & patrum misertus sum, vt vnus atque idem creator amborum, simili iram meam patientia mitigarem. Manifesta percurrimus, & ad obscuriora transimus.

b ¶ *Iterum*, &c.] Vbi in veteri testamento contra filios eorum, qui in solitudine corruerunt, dominus leuauerit manum suam, volens eos dispergere in nationes, scriptura nõ dicit: sed ex eo quod hîc refert, factum esse credendũ est. Siue hoc significat, quod postquam terram repromissionis intrauerint, variis temporibus ob multa peccata, diuersis traditi sunt gentibus, regibusque, & eo tempore, quæ natura sua bona erant præcepta domini, & iudicia in quibus possent credentes viuere, facta sint eis non bona: dum nequaquam valent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere quæ diuinus sermo mandauit. Neque dixit, dedi eis præcepta mala, sed non bona. Nõ enim statim sequitur, vt quod bonum non est, sit malum: sicut & Apostolus docet, bonum esse homini vxorẽ vel mulierẽ nõ tangere, sed propter incõtinentiã vnumquẽq; possidere vas suũ in sanctificatione & castitate. Quod si nõ fecerit, nec bonũ nec malũ est. Dedit ergo eis Deus dispersis in gentib. præcepta non bona, hoc est, dimisit eos cogitationib. & desideriis suis, vt facerent quæ non conueniunt. Et polluit eos in muneribus suis: sicut sacerdos leprosos de populo separans, & eos pollutos esse demõstrans, dum idolis offerunt, quæ Deo offerre deberẽt. Et transducunt omne φ aperuit vuluam per ignẽ Baali, id est, primogenita: vt postquã deserti fuerint à Deo & idolorũ cultui traditi, tũc intelligãt, quod ipse sit dominus, quem suo vitio ad iracundiam concitauerũt. Hunc locum manifestius interpretatus est Symmachus, pro præterito ponens futurum. *Igitur & ego daho eis præceptã non bona, & iudicia propter quæ non viuent & polluam eos propter munera sua, quia consecrant & transducunt omne quod aperit vuluam, vt deleam eos, & sciant quia ego dominus.* Et est sensus. Quia vidi filios patrum sceleribus adæquari, & eadem facere, propter quæ illi offenderant Deum, voluiillos diuidere in nationes, & in toto orbe dispergere, & dare illis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuerent, vt polluerem illos in munerib. suis, (quia omnia primogenita idolis consecrabant,) & delerem eos in perpetuum, & scirent, quod ego essem dominus. Per quæ ostendit, eis se non dedisse præcepta non bona, qui in eremo morabantur, sed his quos dispergere voluit in nationes, & facere in toto orbe peregrinos, dare cogitasse quæ non dedit: vt ibi Dei præcepta bona, vitio suo non bona facerent, dum idolis exhibent, quæ Deus sibi præceperat exhibenda. Potest & hoc dici, φ ante offẽsam decalogũ tãtũ acceperint, post idololatriã vero, & blasphemiam, multiplices legis ceremonias, vt Deo potiũ offerrent victimas, quas dæmonib. offerebant: & comparatione sacrilegij, leuius fieret, quod non erat per se bonum, & nequaquã malum, quia Deo offerebatur, & tamen non bonum, quia boni auctorem offenderant.

c ¶ *Quãobrẽ*, &c.] Volui, inquit, eos in solitudine delinquẽtes in cũctas dispergere nationes, & dare illis pcepta non bona: vt φ mihi offerre debuerãt, idolis immolarent, & omne primitiuum suũ consecrarent eis per ignem, vt interficerem eos, atq; delerem. Quando autẽ dicit, volui, ostendit se non fecisse, φ voluit. Illudq; quod sequitur: *Et scient quia ego sum dominus*: in Lxx. non habetur. Non enim eis videbatur consequens, post interfectionem nosse, quod ipse sit dominus. Sed tu fili hominis rursum loquere ad eos, hoc est, ad seniores domus Israel, qui te interrogare venerunt: Patres vestri, de quorum vos stirpe descendistis, etiam in hoc blasphemauerunt me, & duxere pro nihili: postquam introduxi eos in terram, quam mea fortitudine possederunt, quam ego ad possidendum dederam, illi verterunt ad exasperandum me. Cum enim vidissent omnẽ collẽ excelsum, lignumque nemorosũ, sacrificabant in montibus, & in lucis, & in saltibus, & idolis victimas immolabant, & liba fundebãt: quod cũ vidissem, dixi ad eos: Quid est bama? (hoc enim interpretatur excelsum) aut cur ingredimini istiusmodi locumq; vobis in cunctis collib. elegistis, ita vt vsque hodie istiusmodi loca appellentur Bamoth, & antiquus error nomen pristinũ teneat? Pro bama, (quod nos in excelsum vertimus) in Lxx. editione error obtinuit, vt scribatur ἀββανὰ quod Hebraico sermone nil resonat. Potest bama, si vtramq; syllabam in duo diuidas verba, significare, in quo: sed præsenti loco sensus iste non congruit. Vbicunque autem in Regum & Paralipomenon libris scribitur: Adhuc populus adolebat incensum, & immolabat in excelso, Bama singulariter, & Bamoth pluraliter, excelsa significat.

d ¶ *Propterea dic ad domum Israel. Hæc dicit dominus*, &c.] Patrum vestrorum imitamini vitia, & per easdem incedetis vias, vt delicta similia similem mereantur & pœnam,

& in tantum scelus profeciſtis, vt filios veſtros per ignē dæmonibus conſecretis. Nec ſemel hoc feciſſe ſufficiat, ſed vſque in præſentiarum agaris eadem. Non quod hæc ſeniores in captiuitate faciant, ſed quod illi in Hieroſolymis morabantur & quibus captiuitas imminebat, hæc omnia facere non ceſſent. Et cum tantis flagitiis obligati ſitis, reſponſionem, inquit meam quæritis? Viuo ego dicit dominus Deus, & iuro per memetipſum, quia non reſpondebo vobis. Quodque ſequitur.

a ¶ *Neque cogitatio, &c.*] Hunc habet ſenſum: Ne puteris cogitationes veſtras, quibus contra me blaſphematis, poſſe cōpleri: dicitis enim, nolumus eſſe ſub dño, nec populus illius appellari: ſed ſicut cunctæ in toto orbe ſunt nationes, & vnaquæque gēs ſuo viuit arbitrio, vt colat ligna & lapides, & idolis ſeruiat, etiam nos vna gens erimus è pluribus. Ad q̄ reſpondet Deus, iuratque per ſemetipſum & dicit: Non vos relinquā, neq; cōtemnam, vt fugaces ſeruos domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meū retraham imperiū, & brachio extento ac percutiente, ac furore effuſo, in priſtinam vos redigam ſeruitutē, & regnabo ſuper vos: vt velitis nolitis, me habeatis regem, & ſentiatis regem iratum, cuius clementiam neglexiſtis.

b ¶ *Et educā, &c.*] Nec vos ait patiar eſſe in gentib. nec æterna captiuitate retineri: ſed educam de populis, & congregabo de terris, in quas vos ad ſeruiendum hoſtilis neceſſitas huc illucq; diſperſit. Hæc autem faciā, non vt perdam vos & deleam, ſed vt rex veſter ſim. Ex quo intelligimus etiam eam quam appellant hæretici creatoris crudelitatem, ſonare clementiam: dum ad hoc iraſcitur & deſæuit, & totum effundit furorem, vt retrahat eos ad regnum ſuum, qui dæmonum tyrannidem ad ſeruiendum elegerunt.

c ¶ *Et adducam, &c.*] Faciā, ait, dominus vobis, qui eſtis in Babylone & nunc ſeruitis idolis, quod feci patribus veſtris in Ægypto: vt educam vos in deſertum populorum, & ibi iudicer vobiſcum facie ad faciem, ſicut aduerſos illos iudicio contendi, quando egreſſi ſunt de Ægypto. Et poſtquam vos iudicauero, ſubiiciam vos ſceptro meo & imperio, & inibo pactum vobiſcum, & inducam vos in terram veſtrā in vinculis charitatis: vt ligari amore meo, nequaquam à me poſſitis recedere. Tranſgreſſores autem & impios, qui cordis duritia in malis operibus perſeuerant, eligam de vobis, non ad poſſidendum, ſed ad abiiciendum. Et educam quidem eos de terra incolatus eorum, vt educti nō ingrediantur terram Iſrael, ſed in diuerſis pereant regionib. & diſtinctione bonorum & malorum, cognoſcatis, quia ego ſum dominus, qui facio cuncta iudicio. Ad reliqua feſtinat oratio, breuiterque percurrimus ſingula, vt ſenſum tantum legentibus præbeamus.

d ¶ *Et vos domus Iſrael: hæc dicit dominus Deus: Singuli poſt idola, &c.*] Hunc locum manifeſtius interpretatus eſt Symmachus. *Vnuſquiſque idolis ſuis euntes ſeruite, quia noluiſtis audire me: nomen autem meum ſanctum nolite vltra polluere per munera veſtra atque ſimulacra: In monte vero ſancto meo, in mōte excelſō Iſrael, ait dominus Deus: ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael.* Symmachi tranſlatio hunc habet ſenſum. Quia mihi ſeruire nō vultis, ite ſeruite idolis, & ſimulacrorum veſtrorum calcate veſtigia. Me enim audire non vultis, vt nequaq̄ mihi hoſtias immoletis, nec adoleatis incenſum, nec meus populus appellemini. Mihi enim nequaquam in lucis & phanis & idolorum locis ſeruiēt cultores mei, quod vos facitis, ſed in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael. Porro Lxx. proprium explicant ſenſum. Derelinquite cogitationes veſtras priſtinas, & malarum adinuentionum auferte peccata: & ſi poſt hæc audieritis me, & nomen meum non polluerit is in muneribus veſtris atque ſimulacris, tunc in mōte meo ſancto offeretis mihi victimas, & ſeruietis, ô omnis domus Iſrael. Aquila vero Symmacho ex parte conſentiens, in parte diſcordat: Ite, inquit, poſt idola veſtra, & ſeruite eis: quia indigni eſtis meo imperio; nec me veſtra cultura delectat. Quod ſi & in hoc nequaquam audieritis me, ſed nomen ſanctum meum polluerit is, dum mihi offerre ſimulatis, quæ offertis idolis, & nomini meo tantum blaſphemiam faciſ, vt qui idolorum cultores eſtis, meos vos eſſe dicatis: hoc ſcitote, quod in mōte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ibi ſeruitura ſit mihi omnis domus Iſrael: non vos qui ſeruitis idolis, ſed omnis domus Iſrael, quæ poſtea creditura eſt.

HEB.

d Et vos domus Iſrael. hæc dicit domin⁹ Deus. Singuli poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis, Quod ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum polluetis vltra in muneribus veſtris, & in idolis veſtris.

SEPT.

Et vos domus Iſrael hæc dicit Adonai dominus. Vnuſquiſq; adinuentiones ſuas auferat, & poſt hæc ſi vos audieritis me, & nomē meum ſanctum non polluetis vltra in muneribus veſtris, & in ſtudiis veſtris.

e In monte vero ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait dominus Deus: ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes in quā in terra, in qua placebunt mihi: & ibi requiram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationib. veſtris. In odore ſuauitatis ſuſcipiam vos, cum eduxero vos de populis, & cōgregauero vos de terris, in quas diſperſi eſt, & ſanctificabor in vobis in oculis nationū: & ſcietis quia ego dominus. f Cum induxero vos ad terram

e ¶ *In monte vero, &c.*] De hoc mōte in quo ſeruitura eſt Deo omnis domus Iſrael, Eſaias & Micheas pari voce cecinerunt: *In nouiſſimis diebus erit manifeſtus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. De Sion enim exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem:* Et rurſum Eſaias: *In montem,* inquit, *excelſum aſcende qui annuncias Siō, eleua & exalta voccm tuam, qui euangelizas Hieruſalem.* Quem montem Sion, aut eccleſiam intelligimus, quæ interpretatur ſpecula, & in altitudine ſanctorum dogmatum cōſtituta eſt: aut ipſum dominum ſaluatorem, in quo & primitiæ & decimæ & omnis cultura in odorem vertitur ſuauitatis: vt omnes in circuitu nationes videntes populum domini eſſe ſaluatum, glorificent Deum, & cognoſcant qui ſaluati fuerint, quod ipſe ſit dominus.

Eſa. 2. Mich. 4.

Eſaiæ 40.

f ¶ *Cum induxero vos ad terram Iſrael, in terram pro qua leuaui manum meam, &c.*] Tunc ſcietis quod ego ſim dominus, quando induxero vos, air, in terram Iſrael, pro qua leuaui

leuaui manum meam, vt inducerem in eam patres veſtros, quam illi ſuo vitio perdiderunt, & vos non tam veſtro merito quàm mea clementia recepiſtis.

a ¶ *Et recordabimini viarū veſtrarū, & omnium ſcelerum veſtrorum, quibus polluti, &c.*] Non poſſumus recordari ſcelerum noſtrorum atque vitiorum, niſi inducti fuerimus in terram Iſrael, ibique poſiti dicamus cum Apoſtolo: *Quia non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Et diſplicebitis, ait, vobis in conſpectu veſtro, in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis. Siue vt interpretatus eſt Symmachus, & paruuli vobis videbimini propter omnes malitias veſtras, quas eſtis operati, vt poſtquam excelſi fuerint, humiles ſe eſſe credant, quia Dominus humilibus dat gratiam. Et in alio loco ſcriptum eſt: *Ante contritionem exaltatur cor viri, & ante altitudinem humiliatur.* Superbiam enim contritio, & humilitatem ſequitur exaltatio. *Et ſcietis quia ego dominus cum benefecero vobis.* Et dñm ſaluatorem tunc magis cognouimus, qñ benefecit nobis, & paſſus eſt pro peccatis noſtris, & portauit iniquitates noſtras, & pro nobis doluit, non pro aliquo merito eorum qui ſaluantur, ſed propter nomen ſuum. Alioquin viæ noſtræ, & ſcelera peſſima, non miſericordiam meruere, ſed pœnā. Quidquid autem de populo diximus Iſrael, qui liberatus de Ægypto in ſolitudine multa cōmiſit & offendit Deū, & poſtea in terram repromiſſionis inductus, veneratus eſt idola, lignaque & lapides coluit, & poſtea Dei clementia conſeruatus eſt: reteram Iſrael, in terram pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patrib. veſtris. a Et recordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis, & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis. Et ſcietis quia ego dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, non ſecundum vias veſtras malas, & ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait dominus Deus.

1 Cor 15.b

בקשתם

Iacob. 4.b Pro. 18.b

feramus ad eos, qui de Ægypto ſæculi huius, manu excelſa domini liberati ſunt, & introducti in vitiorum ſolitudinē, rurſum Ægyptum ſuſpirarunt, & fecerunt ea, per quæ puniri debuerant: ſed nihilominus per pœnitentiam non ſuo merito, ſed domini clementia conſeruati ſunt.

Commentarij Libri Sexti in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

LIM pueri legimus, nihil tam facile eſt quin difficile fiat, quod inuitus facias. Fateor me explanationes in Ezechielem multo ante tempore promiſiſſe, & occupatione de toto hoc orbe venientium implere non poſſe: dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & monaſterij ſolitudinem, hoſpitum frequentia commutemus: intantum vt aut claudendum ſit nobis hoſtium, aut ſcripturarum per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia relinquenda. Itaque lucratiuis, imo furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquante longiores eſſe cœperunt, hæc ad lucernulam, qualiacumque ſunt, dictare conamur, & æſtuantis animi tædiū, interpretatione digerere: Nec iactamus, vt quidam forſitan ſuſpicantur, fratrum ſuſceptionem, ſed morarum cauſas ſimpliciter confitemur: præſertim cum occidentalium fuga, & ſanctorum locorum conſtipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem præferat barbarorum (quos abſque lacrymis & gemitu videre non poſſumus.) Illam quondam potentiam & ignorationem diuitiarum ad tantam inopiam peruenisſe, vt tecto & cibo & veſtimento indigeat, & tamen nequaquam duri quorundam atque crudeles animi molliuntur, dum pannos eorum & ſarcinulas diſcutiunt, aurum in captiuitate quærentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis ſenectute, & aliquid ſuſtinentibus beati Iſaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere: qui etiam ad ſolis die ique fulgorem, literarum nobis paruitate cæcantur. Sed & Græcorum commentarios, fratrum tantum voce cognoſcimus. Nullique dubium, quod alienis dentibus commolii cibi, veſcentibus nauſeam faciant. Vnde obſecro te filia Euſtochium, vt iſta quæ notariorum ſtilo cudimus, & ad quæ emendanda ſpatium vix habemus, id eſt, Septimum in Ezechielem librum, poſt interualla ſuſcipias: & vt ante iam dixi, ſi librorum breuitas vel longitudo inter ſe fuerint inæquales, Viſionum imo ὁραμάτων breuitati imputes ac longitudini, dum & iuncta nolumus ſeparare, & diſſonantia in vnam coarctare congeriem.

Gen. 27.d

CAPVT XXI.

Sup.4.a

ET a fact⁹ est sermo domini, &c.] Quid significet, pone vel obfirma faciē tuā, supra plenius diximus. Obfirmatione. n. vultus opus est & frontis duritia, vt quæ imperātur prophetæ, loquatur intrepidus, maximè cum ad totam populi multitudinem tristia nuncianda sint. Theman autem, & Darom, & Nageb, & rursum Nageb: pro quo Lxx. ἀπολιβὸν interpretati sunt: quid sonent in Hebræo, expressit nostra trāslatio. Quodque dixere, ducem Nageb, melius habet in Hebræo, agri vel regionis meridianæ. Non enim a שר vt putauerunt Lxx. quod verbum ducem & principem sonat, sed b שדה scriptum est, quod proprie agrum regionemq; signat, & propter c ד & d ר literarum similitudinem, error inoleuit. Loquitur autem sermo diuinus per Metaphoram saltus contra Hierusalem, quæ bestiarum & ferocium hominum habitatio est: quod succendat eum; omniaque ligna illius concrementur: nequaquam arbores vocās quæ fructibus indigebant, sed ligna quasi incendio præparata. Primumque comburit in eo lignum viride, secundum quod in hoc eodē Propheta legimus: *Et à sāctis meis incipite*: & postea aridum, quod nihil in se poterat habere vitale: sanctos videlicet simul & peccatores: vt alij captiuitatis mala morte effugiāt alij suppliciis tradantur æternis. Quodq; infert: Ab austro vsq; ad aquilonē hoc indicat, ab Hierusalem vsq; ad Babylonē: vt omne iter pergentium in captiuitatem, gladio, fame, pestilentia ruentium cōpleatur. His. n. qui in Babylone sunt, Hierusalem ad austrum sita est: quo modo econtrario olla in Hieremia, quæ significat Hierusalem, à facie Aquilonis, id est, Babylonis succenditur. Et pulchre in principio: stilla, inquit, ad Aphricum: vt non tota Dei ira videatur effusa, sed stilla quædam & pars. Sin autē stilla tantæ sæuitiæ est, quid in totis imbribus æstimandum est? Vt omnis caro quæ visura est salutare Dei, per siluarum incendium, & flammam, quæ nullius extinguitur auxilio, cōgnoscat quod ipse sit dominus. Quod intelligens Prophetа respondit: *ah, ah, ah, domine Deus*: vel vt Lxx. transtulerunt, *nequaquam domine domine*. Et infert: *Et ipsi dicunt ad me: Nūquid non per parabolas loquitur iste*, vel *parabola est ista quæ dicitur*? Et est sensus. Planius loquere, non intelligimus per parabolam quid loquaris: aperto sermone, Dei nobis pande sententiam. Potest autem tropologicè Theman & Nageb & Darom Ægyptus intelligi: legimus. n. in Daniele crebro Austrum pro Ægygto accipi: Ægyptus autē refertur ad

a שור
b sade
c daleth
d res

B

Sup.7.c Sec. 70.

Dan.11.

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT XX.

ET a factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hominis, pone faciē tuā contra viā austri, & stilla ad Aphricū, & propheta ad saltū agri meridiani. Et dices saltui meridiano, Audi verbū domini: hæc dicit dominus De⁹. Ecce ego succendam in teigne, & comburā in te omne lignum viride, & omne lignū aridum: nō extinguetur flāma succensionis, & cōburetur in ea omnis facies ab austro vsque ad aquilonē. Et videbit vniuersa caro quia ego dominus succendi eā, nec extinguetur. Et dixi: ah, ah, ah, domine Deus: ipsi dicūt ad me: Nūquid non per parabolas loquitur iste?

CAPVT XXI.

ET b factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad Hierusalē, & stilla ad sanctuaria, & Propheta contra humum Israel, & dices terræ Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eiiciam gladiū meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. Pro eo autem quod occidi in te iustū & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnē carnem, ab austro vsque ad aquilonem. Et sciet omnis caro quia ego dominus eduxi gladū meum de vagina sua irreuocabilem. c Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborū tuorū, & in doloribus geme in conspectu eorū. Eritq; si dixerint ad te, quare tu gemis? dices: Propter nuncium, quia venit, & comprehendetur pauore omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet, ait dominus Deus.

a 2.Reg.18.b

CAPVT XXII.

ET factus est sermo domini ad me dicēs: *Fili hominis, obfirma faciē tuā super Themā, & respice ad Darom, vaticinare super saltū ducē Nageb, & dices, saltui Nageb. Audi sermonē domini, hæc dicit dominus. Ecce ego succendā in te ignem, & deuorabit in te omne lignū viride, & lignū aridū. Non extinguetur flāma succensa, & ardebit in ea oīs facies à meridie vsq; aquilonem: & cognoscet omnis caro, quia ego dominus succendi illam, nō extinguetur. Et dixi: Nequaquam domine domine: ipsi dicūt ad me: Nonne parabola est quæ dicitur hæc?*

CAPVT XXIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicēs. *Idcirco vaticinare fili hominis, & obfirma faciem tuam contra Hierusalē, & aspice ad sancta eorū, & propheta super terram Israel, & dices ad terrā Israel: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te, & educam gladiū meum de vagina sua, & interficiam ex te iniquū, & iniustū. Sic egredietur gladius meus de vagina sua super oēm carnē, à meridie vsq; ad aquilonem, & cognoscet omnis caro quia ego dominus eduxi gladiū meū de vagina sua: non reuertetur vltra. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum tuorum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis*, &c.] Primum dixerat: vaticinare, vel stilla ad austrum, Aphricum & meridiem, & ad saltum meridianum: Quod quia videbatur obscurum, & dicta Propheræ populus nesciebat, secundo ponitur manifestius, saltum meridianū esse Hierusalem, & omnes infructuosas arbores; ad quarum radices securis posita sit intelligi habitatores eius, gladiumque interpretari pro incendio. Tertio iubetur prophetæ, vt tacētib. illis, nec interrogantib. cur ista vaticinatus sit, faciat p quæ interrogetur, & respondeat q dñs locutus est. Ingemisce, inquit, eiulare, nō leui voce, nec dolore moderato, sed in contritione lumborū, vt gemitus tuus ex imis visceribus, & amaritudine animi proferatur. Et hoc facies coram eis, vt cum te interrogauerint cur tanto gemitu conteraris, & quid tibi mali acciderit, vt sic ingemiscas, tu eis meo sermone respōdeas: Idcirco plāgo, & dolorem cordis mei dissimulare non valeo, quia auditus, qui semper meis auribus insonuerat, opere cōpletur & venit, imminens videlicet Babylonij furentis exercitus: Qui cum venerit & vallauerit Hierusalem, nunc tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus: vt occupāte pauore mentes hominum, nullus audeat repugnare. Infirmabitur enim omniū bellatorum spiritus, & tanta cunctos occupabit trepidatio, atque formido, vt timore cogente, artus & viscera dissoluantur, & vesica humoré tenere nō valeat, ita vt vrina genua polluātur. Naturale est n. vt timore cogente, vesica laxetur, & aduersus hominis voluntatē, humor defluat. Quod quidem & in morborum magnitudine accidere solet, vt postquāvires defecerint ægrotantium, non solum genua sed & lectuli polluantur Ecce, inquit, venit quod sæpe prædixi, & opere cōpletur, ac fiet quod non ego, sed dominus locutus est: Scio quendam in contritione lumborum, & fluentibus aquis, multa testimonia replicasse, vt Prophetæ castitas impleretur, & amaritudo animi, & dolor mētis internus, quod aquæ seminum genua polluant. Sed hæc expositio ad præsentem non pertinet locum.

Sup.20. in fi.

בושׁ

Luc.23.b

a ¶ *Et factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, Propheta & dices: Hæc dicit dominus Deus: loquere, Gladius, gladius exacut⁹ est & limatus, vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat. limatus est: qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignū. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladi⁹ & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super fœmur: quia probat⁹ est, & hoc cum sceptrū subuerterit, & non erit, dicit dñs Deus. Tu ergo fili hominis Propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorū. Hic est gladi⁹ occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationē gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram siue ad siniſtram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus*

HEB.

fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumque dixerint ad te, quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet, ait dominus Deus.

SEPT.

contritione lumborū tuorū, & in doloribus geme in conspectu eorū. Eritq; si dixerint ad te, quare tu gemis? & dices: propter nuncium, quia venit, & comprehendetur pauore omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & examinabitur omnis caro, & omnis spiritus, & omnia fœmora polluentur humore. Ecce venit, & erit, dicit dominus Deus.

a Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, Propheta & dicēs: Hæc dicit dominus Deus: loquere, Gladius, gladius exacut⁹ est & limatus, vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat. limatus est: qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignū. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladi⁹ & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super fœmur: quia probat⁹ est, & hoc cum sceptrū subuerterit, & non erit, dicit dñs Deus. Tu ergo fili hominis Propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorū. Hic est gladi⁹ occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationē gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram siue ad siniſtram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus multitudinē. Dedi, inquit, istum gladium, vt teneatur manu Nabuchodonosor, & sit in manu viri robustissimi. Vnde ô Propheta, clama & vlula, & mala instantia, vocis lamentatione testare. Hic gladius nulli pepercit, nec aliquem imminentium malorum reliquit expertem, factus est in populo, factus est in ducibus Israel, factus in hospitibus meis ac sacerdotib. qui habitabant in templo meo. Idcirco percute fœmur, siue manū, & habitum plangentis assume. Hic enim gladi⁹ probatus est mihi, & hoc cum sceptrum meum regnumque subuerterit, quod vltra non erit, & in Sedechia rege finietur. Iterum tibi propheta iubeo, vt qui fœmur percusseras pro stupore & miraculo, percutias & manus: vt non solum semel, sed secundo ac tertio gladius veniat ad interficiendū. Primo enim venit Nabuchodonosor, quādo tulit Iechoniam, & secūdo quādo regnabit Ioaxim: tertio, quādo Sedechias. Et hic est gladi⁹ triplicatus, qñ facta est magna occisio, & in tantum multiplicauit ruinas, vt obstupescerēt animo, & corde tabescerēt, & in omnib. portis eorum darēt conturbationē. Præcipitur ergo illi, hoc est, gladio acuto & limato ad fulgendum, amicto qi & expedito & parato ad cædem, vt vadat siue ad dexteram voluerit, siue ad siniſtram. Quocūque, ait, faciei tuæ placuerit, audacter ingredere, me habens ducem, me adiutorē. Ego plaudā manu ad manum, vt sæuientē te cōtra aduersarios meos, quasi fautor tu⁹ & exhortator instigē. Ne dubites, ne formides, & pati timeas quod passus est Sennacherib: ego dominus sum locut⁹, meæ miniſter es voluntatis, meam comple sententiam. Possumus iuxta anagogen, gladium acutum paruumque ad cædem, accipere diabolum, de quo ait Apostolus: *Tradere huiusce modi satanæ in interitū carnis, vt spiritus⁹ salvus fiat.* Et in alio loco: Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. Et in psalmis scriptū est: *Misit furorē, & iram, & angustiam: immissionem per angelos pessimos.* Hunc quidā putant gladium & in manu fuisse angeli, qñ sub Dauid percutiebatur Hierusalem. Alij autē & de illo dici gladio suspicantur, de quo in Euangelio scriptū est. *Non veni pacem mittere super terrā, sed gladiū* & dividere inter se omnem consanguinitatis affectum: vt mali corruant, & sancti resurgant. Sed hoc impium est credere de gladio saluatoris, & non potius de diabolo, qui domini in Ecclesia sceptra subuertit: qui interficit iunctos in populo, & duces & hospites Dei, & tunc à domino comprobatur, quando Iudam proditorem, & similes eius subuerterit. Qui *postquam comedit buccellam, intrauit in illum satanas.* Duplicaturque & triplicatur gladius interfectorum, vt soluatur peccatum Hierusalem: quia susceperit de manu domini duplicia peccata sua. Gaudet aut ē dominus, & exultat, & hortator est gladij sæuientis: vt vadat siue ad dexteram, siue ad siniſtram, & quocunque eum faciei suæ tulerit appetitus, vt interfectis malis, remaneant boni, & impleatur illud quod scriptum est: *Quid paleis ad frumentum, dicit dominus?*

4.Reg.24. 25.

4.Reg.19.g

1.Cor.5.b 1.Tim.1.d Psalm.77.c

2.Reg.24.c Matt.10.d

Iohan.13.d Esa.40.b

Hier.23.g

a ¶ *Et factus, &c.*] Scio me in hoc loco iuxta Lxx. interpretes, cuiusdam multiplicem legisse expositionem: Rabbath filiorū Ammon, referentis ad gētium populum, Iudā vero & Hierusalem, ad eos qui sub Christi nomine congregantur, & factis dent nominis dignitatem: regemq; confusionis diabolum stare in omni viarum capite, & insidiari in occulto: impleriq; illum versiculum: *Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi*: & stare eum in biuio, vel eos qui sui sunt tenere cupiētem, vel nouum sibi acquirere seruitium: & ad dexterā semper pergere, ad eos scilicet qui in dextera parte sunt positi: vt expugnet eos, vt exultet in cæde, vt arietibus & congestione operum terrenorū capiat miseram Hierusalem, & primo quidem vt videatur ei nihil agere, & frustra conari. Illo vero recordāte iniquitates eorū, quæ in Ecclesia cōmorantur: imo malis operibus reducunt aduersarias potestates in memoriam scelerū pristinorum, patefiūt omnia peccata populi, & cogitationes eorum, & idcirco capiuntur, quia nouis vetera delicta cumularunt. Hæc alius dixerit, nobis cœpta historiæ veritas persequēda est. Cū, inquit, dixisset mihi sermo diuinus: *Propheta fili hominis, & loquere ad gladiū & dic: Gladi⁹, gladius*, & cætera q̄ Prophetia gladij cōtinetur. Secundo fact⁹ est ad me sermo domini, dicēs: Vis fili hominis scire quis iste sit gladius, & apertius personam discere gladij sæuientis? Ausculta quæ dico: pone duas vias, vt per illas gladius veniat regis Babylonis: qui egredietur quidem vno itinere Chaldæorum: sed cum venerit per desertū & solitudinem ad biuiū terræ Arabiæ, q̄ appellatur filiorum Ammon: quārum vna via, Hierusalem ducit ad dexteram partem, sinistra vero ad Rabbath filiorum Ammon, quæ est ciuitas Metropolis, & hodie Philadelphia nominatur. Memor inquit, internecionis, quæ accidit regi Assyrio, quando centum octoginta quinque millia vna nocte sūt cæsa: formidabit ad partem dexteram declinare, & ire contra munitissimam Hierusalem: sed stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare. Hanc autē Græci βελομαντίαν siue ῥαβδομαντίαν nominā̄t. *Interrogauit* igitur *idola, exta consuluit. Ad dexteram facta est diuinatio eius*, vt pergeret contra Hierusalem, & oppugnaret eam, aggeres comportaret, arietes poneret, ædificaret munitiones, vrbemque concluderet, & in cæde aperiret os suum, & fremitum exultantis & vlulantis exercitus concitaret. Hoc, inquit, faciens, videbitur habitatoribus Hierusalem oraculum frustra consulere, & quasi sabbathorum otium terere, ludere videlicet, & nihil operis perpetrare. Rex autem Babylonis, non in sua fortitudine, sed in iniquitate populi confisurus est, qua eos scit offendisse Deum, & peccata patrum nouis cumulasse delictis, & preuaricationes eorum omnibus patuisse, & idcirco non dubitabit de victoria, quia confidet de iniquitate Hierusalem: hæc iuxta Hebraicum, à quo Lxx. non tam sensu quam verbis in plerisque discordant.

b ¶ *Tu autē, &c.*] Symmachus hunc locum ita interpretatus est. *Tu autem prophane, inique dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis constitutus*: Hæc dicit dominus Deus: Abstulit cidarim, & tulit coronā: neque hoc neque illud: humilem subleuabit, & sublimem humiliabit. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem faciam illud. Et hoc non fuit iste, cuius iudicium est, quem daturus sum. Post vrbis Hierusalem subuersionē, & captiuitatem populi, ad ducem Israel sermo dirigitur: quē nemini dubium est significari Sedechiam, in quo regum Israel de stirpe Dauid imperiū finitum est. Venit, inquit, tibi dies, quæ longo tempore præfinita est in te: & propter te sacerdotium & regnum interiit populi Iudæorum. Cidaris enim insigne pōtificis est: corona, hoc est diadema, regis indicium. Nonne hæc est cidaris, & hæc corona, quæ nihil fecit iudicio; sed ad imitationem regis Babylonij, quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat? Propterea non semel, nec iuxta Lxx. bis, sed tertio iniquitatē ponā tibi in perpetuū: quæ non statim tibi reputata est, sed donec veniat Christus cuius est iudicium: & tradat ei pater regnum & Sacerdotium, vel Ecclesiam de gentibus congregatam. *Non* enim *iudicat pater quemquam: sed omne iudicium dedit filio.* Et in alio loco: *Deus*, ait, *iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.* Iste est cui repositum est imperium, & sacerdotium sempiternum: De quo loquebatur & Iacob: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium.* In eo loco vbi nos interpretati sumus: *Nōne hæc est*: pulchrè trāstulit Symmachus, *neque hoc neque* illud. Quia enim dixerat: *Auser cidarim, tolle coronam* subiunxit, *neque hoc neque illud*: id est regnum cessabit, & sacerdotium. Vnde qui postea vsque ad aduentum Christi reges fuerunt pariter & sacerdotes: quorum vnus Hyrcanus pontifex diadema capiti suo imposuit, frustra sibi & hoc & illud voluit vendicare, cum regnum ei non deberetur post Sedechiam, sed illi cui repositum erat, & qui fuit expectatio gentium: de quibus loquitur & Malachias: *Vos Sacerdotes, qui contaminatis nomen meum.* Et post paululum: *Non est voluntas mea in vobis, & victimas non suscipiam de manibus vestris. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Quæ munda oblatio, sine sanguine hircorum, arietum, atque tauorum, in Christi completur aduentu: quando venit desideratus gentibus, & ortus est sol iustitiæ, in cuius pennis est sanitas.

c ¶ *Et tu fili hominis, Propheta, & dic. Hæc, &c.*] Gladiū regis Babylonis stetisse in capite duarum viarum, in compito dexteræ & sinistræ, quarum altera ducebat Hierusalem, altera

Psal. 139.a

Esa. 37.d

Ioan. 5.d
Psal. 71.a

Gen. 49.d
Sec. 70.

Malach. 1.f

Psal. 49.a

Rom. 2.g

Aggei 2.b
Malac. 4.a

altera ad Rabbath filiorum Ammon: & exisse sortem vt pergeret prius cōtra Hierusalē, supra legimus: Qua expugnata & capta, regnū quoq; & Sacerdotiū eius in æternum perisse prænunciat. Residuum erat filiis Ammon, & ipse diuisionis ordo poscebat, quid de sinistra via factum esset. Vnde imperatur Prophetæ, vt loquatur ad filios Ammon, & ad opprobriū eorū: quod & ipsi capiendi sint: & ad eundem gladium sermonem dirigit: O mucro, mucro qui paratus es ad cædē qui limat⁹ vt fulgeas & interficias: licet tibi idola respondērint, & vanum sit omne quod à dæmonib. respondetur: vt videlicet vulneratorū ceruicib. immineres, & per te cōpleretur quod multo dūs tempore fuerat comminatus: tū expleto opere tuo, q̄ egisti contra filios Ammon, reuertere ad vaginam tuā, id est in Babylonem, ad locum in quo fact⁹ es & creatus: vt in terra natiuitatis tuæ iudicēte, & effundā super te indignationē meam, & Medorum atq; Persarum virtute capiaris. Quod plenius in Esaiæ volumine dicitur, in visione contra Babylonē: Ecce ego suscitabo super eos Medos. Et post paululū: *Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorū, sicut subuertit Deus Sodomā & Gomorrā: non habitabitur vsq; in finē.* Et quia semel sub persona gladij de rege, imo regno Babylonis loquebatur, seruat *ordo* per. *In igne* inquit, *furoris mei sufflabo in te*, vt faciam te igne consumi: & tradam te in manibus hominum stultorum & imperitorum: qui artem non habent cudēdi gladios & acuendi: vt nequaquam vltra acuaris, limeris, & fulgeas ad occidendum, sed sis ignis cibus: sanguisque tuus, quem fudisti cunctis spectantibus in te potius redunde: & tradaris æternæ obliuioni, & pereas in perpetuum: quia ego dominus locutus sum, cuius dixisse, fecisse est.

CAP. XXII.

ET a *factū est verbum, &c.*] *Et tu*, ait, *fili hominis* (vtar enim consueto ad te vocabulo) iudica ciuitatē sanguinum, & ostende illi omnes abominationes suas: vt sciat se imminentem captiuitatem merito sustinere, & in multis sanguinib. adduxisse tempus ruinæ suæ. Primum omniū scelerum, pro Deo idola venerata est, & adorasti opera manuum tuarum: & appropinquare fecisti tempus annorum tuorū, q̄ multo tempore dicebatur: & differebatur, vt ageres pœnitentiam. *Tu autem secundū impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ.* Idcirco dedi te opprobriū gentibus & illusionem vniuersis terris, quæ in circuitu tuo sunt, tam iuxta, q̄ procul: quæ triumphabunt de te, siue illudent tibi. *Sordida, nobilis, grādis interitu.* Sordida, quia munda esse desisti. *Nobilis* in malo: quæ quondam in bono cunctas vrbes nobilitate superabas. *Grandis interitu*: vt quando sublimior eras, tanto fortius rueres. Et interim (vt cætera prætermittam) pauca numerabo, quæ in te fuerint. Principes tui non iustitia, sed roboris & brachij fortitudine iudicantes, fuderunt in te innoxiū sanguinē. Alij patrē & matrē cōtumeliis affecerunt, siue maledixerunt parentibus scriptura dicente. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Aduenā & peregrinū oppresserunt in medio tui*: quasi nō illis sufficeret, p omni angustia peregrinatio & exiliū patriæ. *Pupillū & viduā contristauerunt*, siue *oppresserūt apud te*: vt quorū omne præsidiū est in legū iustitia, non solum cōtristarentur, sed opprimerētur à te. *Sanctuaria mea*, siue sancta contempsistis, & sabbatha mea polluistis: vt non discerneretis inter sanctum & pollutum: inter decretū religioni diē, otiūmq; sabbati ad culturam Dei, & cæteros dies, quib. operari & seruire carnis necessitatibus lege promissum est. *Viri detractores* siue iuxta Symmachum, & Theodotionem, *dolosi*, quod in Hebræo dicitur רכיל, *& homicidæ erāt in te*, vt blaphemarent Deum: siue cuncta dolo agerent, aut violentia. Et comederunt in montibus alta sapientes, & eleuati contra Deum superba, scelus, siue incestū operati sunt in medio tui: vt quod in angulis quoque & secreto raro fit, q̄n à malis conscientię hominū deuitātur, hoc tu in propatulo feceris. Quid sit aūt incestus, sequēs sermo significat: *Verecūdiora patris nudauerūt in te*, nouercæ cōtra fas & licitū copulati: & immunditiā mēstruatæ humiliauerunt in te: non parcentes naturę, nec inducias dātes turpitudini: & ad vxorem proximi sui adhinnientes. Quodque hoc sceleratius est, socer exarsit in nurū, & frater sororis iura nesciuit, vt nō vterinā, sed eodem patre violaret sororē. Acceperunt munera, vt innocētem sanguinē funderent. Necessitatem pauperum verterunt in lucrum, vt vsuram acciperēt, & superabundātiam: & propter auaritiā amicos calumniati sunt. Hoc aūt, inquit, fecisti ô Hierusalem, quia mei oblita es. Memoria. n. Dei excludit cuncta flagitia. Vnde habitū dñi irascentis assumpsi, & cōplosi manus meas contra auaritiam tuā, & contra sanguinē qui effusus est in medio tui: Nunquid vt intelligas, & mente cognoscas, vtrū vel animo, vel manibus possis meā iracundiā sustinere. *Ego* enim *dominus locutus sum, & ego faciā*: vt postquā capta fueris Hierusalem, *dispergam te in nationes, & ventilem in aerem*: quasi inutiles paleas huc illucq; rapiendas: tantæq; clemētiæ sum vt sæuitia mea vertatur in misericordiam. Omnia enim faciam, vt deficiat immunditia tua à te, & recipias pristinam puritatem. Quam cum receperis, possidebo te in conspectu omnium gentium: vt cum à me possessa fueris, tunc intelligas, quod ipse sim Dominus. Sin autem interpretationem Symmachi & Theodotionis sequimur: quorum alter ait: *Et vulnerabo te* siue *confodiam*: Alter: *Contaminabo te in conspectu gentium*: ad malam partem cuncta referenda sunt: quamquam illud huic sensui contrarium sit, quod supra dici-

Exod. 21.b

Esa. 13.d

Jer. 50.d

יקקלסר

נבחלת

tur: *Et defícere faciam immunditiem tuã à te.* Defectio. n. immunditiæ, reſtitutio puritatis eſt. Vtramq; editionem pariter differui, vt librorum magnitudinem declinarem.

a ¶ *Et factum, &c.*] Verbum Hebraicum b סיג, Symmachus ſcoriam, Aquilæ prima editio σεμψυλον γίγαρτον: quod vtrũque acinum vinacij ſignificat, interpretati ſunt. Secunda autẽ eius tranſlatio, & Lxx. vertêre cõmiſtionẽ. Porro ſcoria, ſordes & purgamenta metallorũ ſonat: vt cõſequenter captiuitate vicina, imo iã imminentevrbis excidio, ignis adhibeatur: vt ſub tranſlatione cõflationis, purũ argentũ remaneat, φ ære, ſtanno, ferro, plũboq; miſtum fuerat atq; violatũ: quorum tria, æs, ſtannũ, & plumbum, fuſilis materiæ sũt, & igni ſoluuntur. Ferrũ vero inter incudẽ & malleum molleſcit atq; tenuatur, & diuerſas accipit formas, prout voluntas artificis fuerit. Sicut igitur argẽtum, quod ſupradicta metalla violarunt, in fornacẽ mittitur: vt ablatis ſordib. & adulterinis materiis, purũ remaneat: ita, inquit, congregabo vos in medium Hieruſalem, & Babyloniæ obſidione circundabo: vt ſuccendam in vobis ignem ad conflandum quodq; ibi facit flammarum ardor immenſus, hic fames & peſtilentia faciet: vt poſtquam congregauero vos atq; ſuccendero in igne furoris, tunc requieſcã: & contemptus doloré, pœnarum veſtrarum vltione cõpeſcam. Et hoc totum faciã, vt poſtquam effudero indignationem meã ſuper vos, finis veſtri cruciat⁹, mei notitia ſit: & ſciatis quod ego ſim domin⁹ iudex omnium & retributor. Quod autem dicitur eſſe conflator, & in multis quidem aliis locis, ſed maximè in Malachia & Eſaia legimus:

Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebũt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus ſum, & faciã. Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciã immunditiã tuam à te: & poſſidebo te in conſpectu gẽtium. (ſiue iuxta Aquilæ primã editionẽ, & Theodotionem.) Et contaminabo te: (Vel iuxta Symmachũ: Et vulnerabo te in conſpectu gentiũ:) & ſcies quia ego dominus. a Et factum eſt verbũ domini ad me dicẽs: Fili hominis, verſa eſt mihi dom⁹ Iſrael in ſcoriã. Omnes iſti, æs, & ſtãnum, & ferrũ, & plumbum in medio fornacis, ſcoria argẽti facti sũt. Propterea hæc dicit dominus Deus: eo quod verſi eſtis omnes in ſcoriam, idcirco ecce ego cõgregabo vos in medio Hieruſalẽ, congregatione argenti, & æris, & ferri, & ſtanni, & plũbi, in medium fornacis: vt ſuccendam in ea ignem ad conflandum. Sic congrega in furore meo; & in ira mea, & requieſcam & conflabo vos: Et congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei: & conflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio eius, & ſcietis quia ego dominus effuderim indignationem meam ſuper vos. b Et factum eſt verbũ domini ad me dicens: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & nõ cõpluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius: ſicut leo rugiens rapiẽſque prædã, animas deuorauerũt: opes & pretiũ acceperũt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contẽpſerunt legem meam, & polluerunt sãctuaria mea: Inter sãctum & prophanum nõ habuere diſtãtiã, & inter pollutum & mundũ nõ intellexerunt: & Sabbatis meis auerterũt oculos ſuos, & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædã, ad effundendum ſanguinem, & perdendas animas, & auare ad ſectãda lucra.

quorum alter: *Ecce, inquit, dominus egreditur, quaſi ignis cõflatorij, & ſicut herba lauantium: & ſedebit conflans & emũdans quaſi argentum, & aurum: & emundabit filios Leui.* Alter: *Et lauabit dominus ſordes filiorum & filiarum Sion: & ſanguinem Hieruſalem mundabit de medio eorũ, ſpiritu iudicij, & ſpiritu combuſtionis.* Et puto illud ſonare quod in Pſalmis dicitur: *Proba me domine, & tenta me.* Poſt quod infertur: *Vre renes meos & cor meum:* vt vniuerſa lumborum noxij in me humoris pituita ſiccetur. Quod de Hieruſalem intelleximus, intelligamus de animarum ſtatu, quæ puræ à Deo conditæ ſunt, aurumque in ſenſu atque ſapientia, & argentum in ſermone atque eloquio ſuſceperunt, vt quod mente conceperint, verbis explicent. De argento legimus: *Eloquia domini, eloquia caſta: argẽtum igne examinatũ, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* De auro ſimiliter & argento, ſexageſimus ſeptimus continet pſalmus: in quo ſcriptum eſt: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora ſiue interiora dorſi eius, in virore aut pallore auri.* Omnis enim gloria *filiæ regis intrinſecus*: quæ loquitur in cantico canticorum: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Qui inter duos dormierit & requieuerit teſtamenta, ſtatim aſſumit pennas columbæ deargentatas: aurique in cordis theſauro fulgore radiabit. Ad hunc ſenſum reor & illa eſſe referenda: quod peccatoribus, & qui meruerunt offenſam Dei, cœlum æneũ, terra ſit ferrea; & maximè terra Ægypti: de qua educit dominus Iſrael quaſi de fornace ferrea. In Zacharia quoque: Iniquitas ſedet ſuper talentum plũbi. Et in Exodi cantico dicitur: *Demerſi ſunt quaſi plumbũ in aqua violentiſſima.* Graui. n. peccatorum põdere premebãtur, & loqui poterãt: *Quaſi on⁹ graue grauatæ ſunt ſuper me.* Quomodo autẽ auri ſpeciẽ adulterina æris ſimilitudo mentitur, ſic argenti candorẽ ſtãnũ ſimulat: φ ſimplex & ruſticus nõ facilẽ dignoſcit. Et ſæpe accidit, vt aurũ & argentum hæreticа prauitate cõmiſtũ, igne Spiritus ſancti, & dñi iudicio ſeparetur, & purum aurum remaneat & argentum; de quo Propheta dicit: *Dedi eis argentum & aurum: ipſi autem fecerunt ex eis Baal.* Cui ſimile eſt: *Eduxi eos in argẽto & auro: & non erat in tribub. eorum infirmus*: Finiſque pœnarum omnium ſit, noſſe quod ipſe ſit dñs. Lapidẽ ſtanneũ ſiue maſſam ſtanneam & in Zacharia legimus: quæ quid ſignificet, ſuo loco interpretati ſumus.

b ¶ *Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Fili hominis, &c.*] Poterat diligẽs auditor inquirere, quæ eſſet ſcoria, quę argenti violauerit puritatẽ, & ære, plumbo, ſtanno, ferroque miſcuerit. Quod ibi igitur ſub perſona vrbis & fornacis expreſſum eſt, & hic ſub ſpecie terræ, quæ non ſit rigata, nec pluuiam ſuſceperit, prædicatur. Pluuias illas debemus intelligere, de quibus ſcriptum eſt: *Mandabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrem*: quem expectamus: quando datur nobis pluuia temporanea & ſerotina: de qua ſcriptum eſt: *Pluuiã voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ.* Dies autem furoris eſt, quam vbi vnuſquiſq; conciliat multitudine peccatorum. Scire cupimus quæ ſit vrbis ſcoria, qui terræ dutiſſimæ, & plenæ veprium ſentiũque ſqualor. Coniuratio, inquit Prophetarũ, ſiue iuxta Lxx. ducum in medio eius, habentium ſimilitudinẽ leonis: de quo ſcribit & Petrus: *Aduerſarius veſter diabolus, quaſi leo rugiẽs circuit.* Qui leo omneſque eius ſocij non quærunt corpora deuorare, ſed animas: accipiuntq; mercedes, & pecunia cuncta diiudicãt. Quod in illo quidẽ tempore accidiſſe populo Iudæorũ, nulli dubium eſt. Propter ſacerdotes enim & principes & Prophetas adduxit dñs ſuper eos malum. Sed in noſtra Hieruſalẽ hoc ſæpe conſpicimus: qui iuxta Lxx. deuorant animas in potentia, & pretium accipiunt vt multas viduas faciant, quæ ſponſum dominum perdiderunt. Horum autem prophetarum factio eſt, & coniuratio: vt inuicem ſui fautores ſint, & omnia turpis lucri gratia faciant. Sacerdotes qui præſules templi eſſe deberent, & ex quorum ore notitia legis inquiritur, violant ſanctuaria: nullamque inter ſanctũ & prophanum, niſi pecuniæ habent diſtantiã. Auertunt oculos à ſabbathis: & Dei requiem, quæ in notitia ſcripturarum eſt, non recogitant: nec dicunt cum Propheta: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Neque illud Apoſtoli: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplamur.* Inter tales Prophetas & ſacerdotes, medius dominus inquinatur: de quo ſcriptum eſt: *Medius autẽ inter vos ſtat, quẽ vos ignoratis.* Prophetæ igitur ſiue duces, leonibus cõparantur. Principes autẽ, quos inferioris gradus hñes intelligimus, luporum imitantur rapinã, vt effundant ſanguinẽ non corporum, ſed animarũ: & auarè ſectentur lucra: nequaquã illo cõtenti: Qui ſeruiunt altari, viuant de altario ſed poſtquam ad miniſterium Dei acceſſerint, Crœſi diuitias cõgregant. Prophetæ quoque illi qui ventura prænunciant, *liniebant eos abſq; temperamento* (de quo & ſupra diximus) vaticinantiũ Prophetarum: qui abſque commixtione palearum linierunt parietem qui imbrib. diſſipatur. Iſtiuſmodi *vident vana*, & non tam prophetãt, *quã diuinãt mendacium, dicentes* terræ miſerabili: *Hæc dicit dominus*, dominus iſta promittit: *cum dominus non ſit locutus* ad eos. Populus autem terræ nequaquã Dei, ſed terre-norum operum, principum ac ſacerdorum æmulator exiſtẽs, per calumniam & potentiam cuncta faciebat: non diuites, ſed pauperes opprimens: de quib⁹ ſcriptum eſt: *Pauper aũt non ſuſtinet commínationem: & redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ.* Aduenam quoq; & peregrinũ, qui necdum ciuis Eccleſiæ fuerat effectus, ſed tñ auditor, & habens initia fidei, opprimebant calumnia: vt poſtquam circuiſſent mare, & aridam, facerent vnum proſelytum: & facerent eum filium gehennæ. Inter tanta autẽ vitia & ſcelerum multitudinem, quæſiui de eis virum, qui iræ meæ poſſet reſiſtere: & inſtar Moyſi & Aaron & Samuelis, igni meo & incẽdio ſe opponeret: & nõ potui reperire. Vnde loquebatur ad Moyſen: *Dimitte me, & delebo populum iſtum.* Et quia reſiſtẽtem mihi, retinentemque me, non potui reperire: propterea totam ſuper eos effudi indignationem meam: & conſumpſi illos non abſque menſuraatque iudicio, ſed vt redderem vias eorum in capita illorum: vel propria peccata, quæ fecerant, auctoribus tribuens, vel certe in capita populi ducis, principis ac prophetarũ: quorum nullus fuit, qui iraſcenti domino auderet reſiſtere: & quorum cauſa terra ſqualida atque deſerta, imbrem domini ſuſcipere non meruit.

Caput XXIII.

Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicens, Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt: & fornicatæ ſunt in Ægypto, in adoleſcẽtia ſua fornicatæ ſunt. Ibi ſubacta ſunt vbera earum & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum: (ſiue vt in Lxx. continetur: Ibi ceciderunt vbera earum, & ibi deuirginatæ ſunt.) *Nomina earum, Oolla maior (ſiue ſenior) & Ooliba ſoror eius. Et habui eas (ſiue factæ ſunt mihi:) & pepererunt filios & filias. Et nomina earũ, Samaria Oolla, & Hieruſalẽ Ooliba. Fornicata eſt igitur Oolla ſuper me: & inſaniuit (ſiue abiit) ad amatores ſuos, in Aſſyrios, qui appropinquabãt ei, veſtitos hyacinthinis, principes & magiſtratus, iuuenes cupidinis (ſiue electos) vniuerſos equites, aſcenſores equorũ. Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos, electos filios Aſſyriorum vniuerſos: & in omnibus in quos inſaniuit, in immunditiis (ſiue adinuentionibus) eorũ polluta eſt. Inſuper & fornicationes ſuas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nã & illi dormierunt cum ea in adoleſcentia eius, & illi cõfregerunt vbera pubertatis eius: (ſiue & ipſi deuirginauerant eam,) & effuderunt fornicationem ſuam ſuper eam. Et reuelata eſt ſcortatio tua, & patuit ignominia tua: fecit hæc tibi, quia fornicata es poſt gentes, & polluta es in idolis eorum. In ſanguine filiorum tuorum quos dedisti eis, ſimilis facta es eis. Et in omnibus abominationibus tuis & fornicationibus tuis non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando nuda & confuſa eras, & conculcabaris calcibus tuis. Et poſt omnem malitiam tuam, væ, væ tibi, dicit dominus Deus. Et ædificaſti tibi fornicem, & feciſti tibi excelſum in omni platea. In capite omnis viæ ædificaſti excelſum tuum, & abominabilem feciſti pulchritudinem tuam: & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas. Fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis grandibus carnibus, & multiplicaſti fornicationes tuas ad irritandum me. Ecce ego extendi manum meam ſuper te, & diminui iuſtificationes tuas, & dedi te in animas odientium te, filiarum Philiſthiim, quæ confunduntur in via tua nequitiæ. Fornicata es cum filiis Aſſyriorum, eo quod inſatiabilis fuiſti: & fornicata es cum eis, & non ſaturata es. Et multiplicaſti fornicationes tuas à terra Chanaan vſque ad Chaldæam, & in hac non ſaturata es. Quomodo implebitur cor tuum, dicit dominus Deus, cum hæc omnia faciat opera meretricis dominatricis fornicantis? In capite omnis viæ tuæ ædificaſti fornicem tuum, & feciſti excelſum tuum in omni platea. Et non fuiſti ſicut meretrix, quia deridens mercedem non accepiſti. Mulier adulteras ſuſcipiens pro viro ſuo, omnibus meretricibus dat mercedes: tu autem dediſti mercedes omnibus amatoribus tuis, & mercenarios conduxiſti ex omni parte ad fornicandum tibi. Et factum eſt in te contra morem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te fornicata es, & in mercedibus quas dedi tibi, & merces non eſt data tibi: & factum eſt in te contra morem.*

Cap. XXIII.] Duodecim tribus Iſraël quæ fuerũt iunctæ in Ægypto, poſtea eſſe diuiſas in duas & decem tribus, appellatasque Iudam & Iſrael, Regum & Paralipomenon ſcriptura teſtatur. Iudæ regnauit de ſtirpe Dauid, Roboam filius Salomonis in Hieruſalem, vbi erat templũ & ſacerdotes, & magna pars tribus Leui. Decẽ autem tribubus in Samaria Ieroboam filius Nabat de tribu Ephraim & Ioſeph: quarum Samaria nũc appellatur Oolla, quod in lingua noſtra ſonat tabernaculum: Hieruſalem vero Ooliba, h. e. tabernaculum meum in ea. Si quidẽ & in decẽ tribubus erat tabernaculum nõ Dei, ſed idolorum. Aureos. n. Hieroboam, vt populum auerteret à cultu Dei, vitulos collocarat in Dan & Bethel, Dicamus ergo de ſingulis. Duæ iſtæ mulieres, Samaria & Hieruſalem, filiæ fuerunt matris vnius de Iſrael ſtirpe generatæ, & fornicatæ ſunt in Ægypto in adoleſcentia ſua. Neque. n. accepiſſent legem eductæ de Ægypto in monte Sina, prohibentem eos venerari idola, niſi in Ægypto fuiſſent Ægyptia portenta veneratæ. Põt autem mater ambarum eſſe Cethæa, de qua ſupra legimus. *Pater veſter Amorræus, & mater veſtra Cethæa.* Sed & qñ dici-

A Et deuirginata est à viris Assyriis, qui in malitia perseuerãt, siue vltoribus. Aduersarius. n. noster diabolus, ipse est inimicus & vltor. Illi confregerunt vbera Samariæ,& virginitatẽ eius q̃ habuerat in Ecclesia, perdiderunt. Propterea tradita est amatorib. suis:iuxta Apostolum qui scribit: *Tradidi eos Satanæ, vt discãt nõ blasphemare.* Et: *Tradidi eos in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Illi discooperuerunt ignominiam miseræ Samariæ, & omnem illius ostenderunt turpitudinẽ: filiosque & filias, qui de illa generati sunt, scientia præditos, & simplices, atque imperitos duxêre captiuos: & ipsam interfecerunt gladio spirituali:totiusque mundi in malam partem sermone celebrãtur, & fiunt famosi inter cuncta sæculi dogmata: vt in exẽplum omnium fœminarum, turpitudo illius puniatur.

a ¶ *Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit, &c.*] Iuxta literam facilis interpretatio est: quod videns Ooliba, id est, Hierusalem, in qua erat Dei tabernaculum, plagas sororis, non est exemplo cõmonita, vt retraheret ab errore pedẽ suum: sed auxit germanæ fornicationem. Illa enim semel & foris idola fabricata est in Dan & Bethel: Ista autem crebro in excelsis, & in templo Dei adorauit statuã Baalis:& cum Assyriis fornicata est. Idolum autem Baal siue Bel, & (vt apertius dicã) Belis, Assyriorũ religio est, cõsecrata à Nino Belis filio in honorẽ patris. Et fornicationẽ suam Assyriis præbuit impudenter ducibus & magistratibus,qui induti erant veste varia & multicolori, equitib. & adolescentib. forma cunctis egregia:ita vt ambarum sororũ vna fieret fornicatio. In eo autẽ auxit Hierusalẽ fornicationes suas, quod vidẽs in parietibus imagines Chaldæorum, insaniuit libidine: & forma eorũ vestituq; decepta misit ad eos nũcios auxilium postulãs: qui venerunt & polluerunt eam. Et quia voluptas non est perpetua, sed cito affert satietatẽ, polluta & saturata in eos, recessit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernens turpitudines & fornicationes omnibus publicatas, recessi ab ea: vt q̃ sororis scelera vicerat, pœnarũ quoque sororem magnitudine superaret. Quæ tãtæ procacitatis fuit, vt cunctos errores adolescentiæ suæ in grauiori iam ætate committeret: & Ægyptia vitia, in Chaldæorũ quoque libidine sectaretur. Insaniuit enim quondã in concubitu Ægyptiorum, quorum carnes sunt ad similitudinẽ asinorũ: & tam largus seminum fluxus, siue verenda tam grandia, vt equorum superent deformitatem. Nec cessauit scelus adolescentiæ eius: imo reuersa est, postquam facta est mihi, vt & in eremo & in terra repromissionis suspirarent antiquam libidinem: in qua deuirginata est, & fracta sunt vbera eius, & ois decor

B

nẽ suã super eã. Propt. tradidi eã in manᵃ amatorũ suorũ,in manus filiorũ Assur,super quorũ insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiã eius:filios & filias illius tulerũt, & ipsam occiderũt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres(siue facta est in fermone mulierum:)& iudicia(siue vltiones)fecerunt in ea.ª Quod cum vidisset soror eius Ooliba,plusquam illa insaniuit libidine:& fornicationẽ suã super fornicationẽ sororis suæ, ad filios Assyriorũ præbuit impudenter,ducib.ac magistratib ad se venientibus,indutis veste varia(siue pretiosa) equitibus qui vectabantur equis, & adolescentib. forma cũctis egregia. Et vidi quod polluta esset via vna ambarũ;& auxit fornicationes suas. Cũq; vidisset viros depictos in pariete,imagines Chaldæorũ expressas colorib. & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorũ,formã ducum omniũ(siue tristatarũ omnium) similitudinẽ filiorũ Babylonis,terræque Chaldæorũ in qua orti sunt:Insaniuit super eos cõcupiscẽtia oculorũ suorum: & misit nuncios ad eos in Chaldæã Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarũ (siue diuertentium) polluerũt eam stupris suis: & polluta est in eis, & saturata est,(siue recessit) anima eius ab illis. Denudauit quoq; fornicationes suas, & discooperuit ignominiã suam:& recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Multiplicauit.n. fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti. Et insaniuit libidine super concubitũ eorũ, quorum carnes sunt, vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorũ: (siue verenda equorum, verenda eorum.) Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

HEB.

ᵇ Propterea Ooliba, hæc dicit dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu. Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos nobiles, tyrannosque & principes, omnes filios Assy-

SEPT.

Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego suscitabo amatores tuos contra te à quibus recessit anima tua:& adducam eos aduersum te per circuitum: filios Babylonis, & omnes Chaldæos φακουδ & σουε & κουθ, & omnes filios Assyriorum cum eis, iuuenes, electos,

C

periit virginitatis. Porro secundũ Tropologiã, difficilis intelligentia:quo modo Ecclesia hæretica vincat libidinẽ: nisi fortè possim hoc dicere, q̃ seruus *qui scit voluntatem domini sui, & non facit eã, vapulabit multis:* & q̃ hæretici foris nefãda cõmittant,& extra arcam Noe naufragio pereant. Ecclesiastici autem si verã fidem sequẽtes, Assyria atq; Chaldæa imitentur vitia, & discolores sequãtur imagines peccatorũ maiorib. digni sint cruciatibus An non mittimus nuncios ad Chaldæos (qui interpretantur quasi dæmones) quando pandimus eis, atq; præbemus eis frangẽda in pectore vbera, vbi mentis hospitiũ est: & saturati voluptatibus, ab aliis transimus ad alias: & non tam fornicationẽ, quam meretricũ numerum desideramus: & ad tantam venimus rabiem, vt post multa tempora dominicæ seruitutis reuertamur ad Ægyptũ: & ea faciamus, quæ in sæculo fecimus, antequam nomen fidei acciperemus.

b ¶ *Propterea Ooliba, &c.*] Quia Ægyptiarum carnium recordata es, & imitara turpitudinẽ gentis immundæ, quæ ois um bestiarum simulacra veneratur, propterea adducam contra te amatores tuos: quorum faciata complexu, recessisti ab eorũ fœdere: vt quantus prius amor fuerat, in tãta odia vertereris. Filios, inquã, Babylonis, omnesq; Chaldæos, nobiles, tyrannos & principes: pro quibus in Hebraico habetur, ª פקוד & ᵇ שוע & ᶜ קוע quas multi gẽtes oriẽtales intelligunt:cũ huiusce modi nomina, nec in Regum volumine nec in Paralipomenon, neque in Hieremia quidẽ, qui describunt captiuitatẽ Hierusalem, aut in aliquo loco scripturæ sanctæ inueniamus. Nec mirũ,si Lxx. ipsa Hebraica posuerunt nomina:cum Symmachᵍ quoque & Theodotio in eadẽ verba cõsentiant. Omnes inquit, Assyrios, equites, & iuuenes, forma egregia, duces & magistratus, siue tristatas, quos nos principes principum interpretati sumus. De quibus & in Exodo legimus: *Electos ascẽsores tristatas*: pro quib. Latina simplicitas ternos statores trãstulit. Tristatæ autem nomẽ est apud Græcos, secundi gradus post regiã dignitatem. De quibus scriptum est: *Veruntamen ad tres primos nõ peruenit:*

D

ª pekod
ᵇ soagh
ᶜ koagh

שלשים

τριακοντα.

Exod.15. Sec.70.

ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας.

1.Par.11.

qui principes equitum peditumque erant & tributorum: quos nos magistratus vtriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus. Omnes, inquit, in curribus & in equis, lorica armati, galea & clypeo, obsederunt te per circuitũ. *Et dabo eis iudicium:* vt quos relinqueras, & quorũ irritum feceras pactum, ab his iudiceris: & iudicabunt te iudiciis suis quasi adulteram. *Et ponam,* inquit, *zelum meum in te*, quem exercẽt recum in furore. Zelus enim meus est inter hostes fidei etiam non seruatæ. *Nasum,* inquit, *tuum & aures*

E *aures tuas præcident*, quasi adulteræ & deprehensæ in stupro vt deformata placere desistas. Quomodo enim in facie omnis pulchritudo oris in narium decore consistit,& in aurib. è quib. in fœminis vniones & margaritæ dependent, ita dignitas regis & iudicium, quæ in ore auribusq; signatur, eorũ gladio præcidetur. Ipsi filios tuos & filias tuas capiẽt. Tuos, inquit, & tuas, non meos & meas, quia de adulterio generati sunt, & cætera vorabũtur incẽdio. Et denudabũt, inquit, te vestimentis tuis, quib. te ornauerã,& vasis gloriæ tuæ,quę tibi ad cæremonias templi aurea argenteaq; concesserãm: de quib. scriptũ est:*Ego dedi eis aurũ & argentũ: & ipsi fecerũt,ea Baal.* Hæc autẽ omnia faciã, vt perdita pulchritudine,& vultu veneficio deturpato, quiescat aliquãdo scelus tuũ,& fornicatio quam didicisti,& exercuisti in Ægypto. Vt postquã nasum auresque perdideris nequaquã audeas oculos tuos leuare ad Chaldæos, & amatorib. pristinis ostendere fœditatẽ tuã, nec recorderis amplius Ægyptiorũ libidinis, quorum magnitudine carniũ delectabaris. Quæ vniuersa dicũtur sub trãslatione adulteræ,& propter adulterium deturpatæ: vt nequaquã vltra glorietur in decore suo: sed erubescat in fœditate, quã magnitudine meruit voluptatum. Quidquid de Hierusalẽ προφητικῶς dicitur, & ad animã referri potest, quæ virtutibus Dei iuncta cõplexui, postea adulterauit in vitia, & recessit ab eo,& patefactis vniuersis sceleribus eius, denudata est atque turpata,& ostensa omnib. vt à scelere suo aliquando desistat: nec glorietur in nominis dignitate, sed pro mali cõscientia & recordatione Ægypti, oculos vltra ad cælum non audeat tollere. Vnde & nasus ei præciditur,& aures amputantur, quia odoré bonæ fragantiæ verterat in fœtorem, & audierat iudicium sanguinis, quod non solum de odore & auditu, sed de visu quoque intelligimus,quo quia male fuerant abusi Samson & Sedechias, priuantur. Surdum quoque Deus & mutum fecit, ne lingua eorum pertranseat vsque ad terram,& tactus omnis auferetur in his qui vitam penitus perdiderunt. Et hæc fient, vt igni cuncta purgẽtur, & pereat Ægypti fornicatio, nec vltra oculos suos ad mala possit attollere.

a ¶ *Quia hæc dicit dominus Deus : Ecce ego tradam, &c.*] Prodest & Hierusalem inimicitias habere contra Assyrios atque Chaldæos,& nequaquam Ægypti recordari,sed tradi eis in manus ad puniendum,qui illã oderant,quib. ante non traditur, nisi satiata fuerit de eis anima eius, vt postquã pæniterit veterum peccatorum, tunc purgetur suppliciis:& perdat omnes labores, quos arte meretricia conquisiuit,vi-

SEPT.

electos,duces, & magistratus oës, tristatas & nominatos, equitantes in equis. Cuncti venient super te ab aquilone, currus & rotæ cum multitudine populorum, clypei & peltæ, & mittent custodiam super te in circuitu. Et dabo ante faciem eorum iudicium: & iudicabunt te iudiciis suis: & dabo zelum meũ in te: & faciẽt tecum in ira furoris. Nasum tuum & aures tuas auferent, & reliquos tuos gladio deuciẽt. Ipsi filios tuos & filias tuas tollent & residuos tuos deuorabit ignis: & denudabunt te vestimẽto tuo, & assument vasa gloriationis tuæ: Et auertẽt impietates tuas à te, & fornicationem tuã de terra Ægypti: & non eleuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius.

ª Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quib. satiata est anima tua. Et agẽt tecum in odio: tollent omnes labores tuos, dimittent te nudam, & ignominia plenam,& reuelabitur ignominia fornicationum tuarũ. Scelus tuum, & fornicationes tuæ fecerũt hæc tibi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earũ. In via sororis tuæ ambulasti,& dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus Deus: Calicẽ sororis tuæ bibes, profundum & latum. Eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima, ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illũ, & epotabis vsq; ad fæces, & fragmẽta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis (siue vt Lxx. trãstulerunt: festiuitates & neomenias eius auferam.) quia ego locutus sum, ait dominus Deus. Propterea hæc dicit dominus Deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum & fornicationes tuas. ᵇ Et ait dominus ad me

F

G

H

pulaui,lectoris fastidio prouidens. Consequens autem erat, vt qui Samariæ & Hierusalem adulteria separatim describerat, pariter earum supplicia nunciaret. Omnia autem dicuntur quasi ad adulteras: & facta ἀνακεφαλαίωσιν breuiter earum scelera proponuntur, vt recte iuxta legis imperium in adulteras, lapidatio populi consequatur. Quia

Deut.16.b

Iud.16.c
4.Reg.23.b
Esai.4.c

Psal.74.b

Esa.51.f
Sec.70.
Hier.25.d

igitur adulteræ sunt, iustã pro me sententiã. Sunt enim mæchatæ in idolis, & sanguis in manib. earum, eorum videlicet, quos idolis immolarunt, vt filios quos mihi genuerant, dæmonibus consecrarẽt. Nec hoc fecerunt foris & in montib. ac lucis, vt sæpe facere consueuerant, sed ad extremum polluerunt templum meum, vt statuã Baal in eo ponerent: Et sabbatha mea prophanauerũt: vt nec loci, nec temporis custodiretur apud eas religio. Sed nec pręsẽtib. tãtũ adulteriis cõtentę erãt: neq; sufficit eis quod filios meos immolauerũt idolis suis vel dæmonib. sed peregrinis quoq; voluptatib. lasciuiẽtes, Assyriorũ atq; Chaldæorũ simulacra veneratæ sunt. Qui cũ venisset, Ooliba Hierusalẽ, oẽm adulterę habitũ implesti super eis, vt lauares corpus, oculos stibio linires: vt assumeres cultũ muliebrem, sederes in lectulo libidini præparata, epulas proponeres, quib. fractas ad libidinẽ vires reparares amatorũ tuorũ: thymiama meũ & vnguẽtũ quod mihi specialiter iussera fieri, & exterminari animã illã de populo, quæ in priuatos vsus hoc facere voluisset tu offerres idolis, vt cõgregares frequẽtiã populorũ: siue omni genere musicorũ caneres, vt nõ solũ visu, sed & auditu & odoratu, & cunctis sẽsib. placeres amatoribus. Qui venerũt ad te ebrii, nõ vrbanæ alicuius elegãtiæ, sed de deserto ac solitudine, rusticorũ ac latronũ habitum præferẽtes. Et in tantã exarsisti, O sorores pessimæ, insaniã voluptatũ, vt armillas vestras & discriminalia imponeretis manib. & capitib. amatorũ vestrorũ, siue vobis ipsis, vt plenæ ornatu turparemini. Quamorẽ dixi ci, vel Hierusalẽ, vel Samariæ, vel vtriq;. Sic attriuistis frõtẽ, vt nequaquã secreto polluamini, vel mariti, vel hominũ vitetis aspectũ sed instar meretricum publice præstituamini, qui ingressi sunt, ad vos, quasi ad meretrices certatim vos polluere cupiẽtes. Tradã igitur vos ad puniendũ his quib. vltro traditæ estis ad deturpãdũ. Iusti enim viri sunt, in eo quod adulterã & parricidã me iubẽte discruciãt. Hæc enim dicit dominus Deꝰ: Monitu vocis tuæ cõgrega ad eas. O propheta multitudinẽ populorũ, & primũ diripiatur carũ vniuersa substãtia, deinde lapidẽtur & cõfodiantur gladiis, & filij earum & filiæ trucidentur, & domus ardeant. Et hæc omnia fiẽt, vt auferatur de terra impietas, & discant omnes mulieres, vniuersæq; prouinciæ procul positæ, pœnis earum similia deuitare. Vt postquã receperitis quæ meremini, & portaueritis scelera idolorum vestrorum, tunc cognoscatis quod ego sim dñs. Hæc autem omnia tropologice, & sub Typo adulterarum dicta sunt contra Samariam & Hierusalem quod Assyriis traditæ atque Chaldæis, ductæ sint in captiuitatem, & vrbes earũ incendio concremarint, interfecti sint populi, qui pro Deo dæmonũ simulacra venerati sunt. Possunt hæc & post aduentum Christi intelligi, quod viri iusti de populis nationum, ipsi Samaritanos & Iudæos comparatione sui iudicent, & tradant eos ad deuorandum, quibus dominus dixerat: *Relinquetur vobis domus vestra deserta*: & quando videritis circundari ab exercitu Hierusalem, scitote quia appropinquat desolatio eius. Vsque hodie enim adulteratæ sunt, & totius orbis lapidibus opprimuntur. Quoniã miserunt nuncios ad eos qui erant procul, & dicere non poterant: *Ergo Deus appropinquans, & non Deus de longe, dicit dominus*: & præparauerunt se amatoribus suis dæmonibus, & omnẽ cultum atque ornatum, quem & Deo acceperant naturali bono, verterũt in cultum dæmonum, & opera sua decoremque quem in armillis & diademate intelligimus, adulteris amatorib. præbuerunt: quorum pœna gentib. timor est, imo his qui ex gentib. crediderunt, ne similia patiãtur, si ea fecerint quæ fecit Samaria & Hierusalẽ. A quibus tunc auferentur impietates, cum receperint scelera sua, & velamen quod positum est ante vultum Moysi, abstulerint ab oculis suis, vt cognoscant quod ipse sit dominus Iesus Christus, quem Dei filium negauerunt.

Exod 30.d

Matt.23.d Luc.21.d

Hier.23.e

Exo.34.g 2. Cor.3.e

CAPVT XXIV.

ET factum est verbũ domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicens: Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Hierusalem hodie: Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Pone ollã, pone, inquam, & mitte in eam aquã. Congere frusta eius in eã, oẽm partẽ bonã, fœmur & armũ, electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, cõpone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sũt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea, per partes, & per partes suas eiice eam, non cecidit super eam sors. Sãguis enim eius in medio eius est, super limpidissimã petram effudit illum: non effudit illum super terram vt possit operiri puluere. Vt superducerem indignationem meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinẽ eius super petram limpidissimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus Deus: Væ ciuitati sanguinũ, cuius ego grandem faciam pyram. Congere ossa quæ igne succẽdã: consumentur carnes, & concoquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eã super prunas vacuã, vt incalescat & liquefiat æs & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia emundare te volui, & non es emundata ab immunditiis tuis: nec vltra poteris emũdari, donec in te compleam indignationẽ meã. Ego dominus locutus sum, & sẽtentia mea non potest præterire. Venit iam vrbis obsidio, faciam quod minatus sum: nec transibo, sicut sæpe feci, scelera tua, & vltra non parcã, nec placabor tibi, etiã si multiplicaueris preces, sed vias tuas, & adinuentiones tuas reddam tibi, imo iudicabo te iuxta opera & cogitationes tuas, vt in hoc quoque ostendã clementiã meã instar medici, qui putridis non parcit carnibus, vt sana mẽbra saluẽtur, non parcit, vt parcat, crudelis est, vt misereatur, nec considerat patientis dolorem, sed vulneris sanitatẽ: iuxta illud euangelicum, magis volens vnum perire membrum, quam totum corpus interfici. Notandum quoque quo modo à principio prophetiæ vsque ad præsentem diem, quando obsideri cæpit Hierusalem, per ordinem captiuitas veniat. Primum, gladius prouocatur, deinde duæ viæ ponuntur, Ammon & Hierusalem, quarum ad dexteram partem sors cadit Nabuchodonosor: Conflatur argentum in ciuitate, æs, stãnum, plumbum, & ferrũ: Terra quoque non compluitur, sed sentibus occupatur: Postea sub nomine duarum sororum Oollæ & Oolibæ, Samariæ, & Hierusalem peccata narrantur, quomodo illa sit capta & ista capiẽda. Ad extremum nono anno, decimo mense, decima die mẽsis, in captiuitate posito Ezechiele, & his qui cum eo erant, & tradiderant se cum rege Iechonia, ostenditur qua die vrbs cæperit obsideri, & similitudo lebetis ponitur: vt quomodo carnes & ossa congesta in lebetem, ossa incendio concremantur, sic cuncta ciuitas cum suis interitura sit ciuibus & nullus remaneat eorũ qui obsessi sunt, quin fame, gladio, pestilentia, consumantur, & pars reliqua captiua ducatur in Babylonem. Potest hæc eadem prophetia & ad tempus pertinere dominicæ passionis, propter quã exercitu circũdata est Hierusalẽ, & interfecti filij eius, & obsidente Tito filio Vespasiani, ad salutem nullus euasit templumque subuersum est, & post quinquaginta annos sub Hadriano, ciuitas æterno igne consumpta est. Præsentem autem captiuitatẽ quãdo Ezechiel in Babylone ista cernebat, & Hieremias in principio ponit voluminis sui: *Quid tu vides Hieremia?* Qui respondens ait: *Ollam succensam, & faciẽ eius à facie aquilonis.* Sũt qui iuxta tropologiam, totum locum istum ad consummationem mundi transferant, nonnunquam numerũ qui in scripturis sanctis pœnarũ & dolorũ est, & semper sequitur iustitiã, decimi mensis & diei decimæ clementia temperant. Idcirco enim adhibentur egrotantibus pœnæ, vt dolorem sanitas consequatur. Mundus ergo qui *in maligno positus est*, die iudicij diuino igne succen-

Mat.5.d

Sup.21.d

Sup.22.d

Sup.eod.d

Hier.2.b

1. Ioan.5.d

HEB.

parabolam, & loqueris ad eos. Hæc dicit dominus Deꝰ: Pone ollã, pone, inquam, & mitte in eam aquã. Congere frusta eius in eã, oẽm partẽ bonã, fœmur & armũ, electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, cõpone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sũt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea, per partes, & per partes suas eiice eam, non cecidit super eam sors. Sãguis enim eius in medio eius est, super limpidissimã petram effudit illum: non effudit illum super terram vt possit operiri puluere. Vt superducerem indignationem meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinẽ eius super petram limpidissimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus Deus: Væ ciuitati sanguinũ, cuius ego grandem faciam pyram. Congere ossa quæ igne succẽdã: consumentur carnes, & concoquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eã super prunas vacuã, vt incalescat & liquefiat æs & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia emundare te volui, & non es emundata ab immunditiis tuis: nec vltra poteris emũdari, donec in te compleam indignationẽ meã. Ego dominus locutus sum, & sẽtentia mea non potest præterire. Venit iam vrbis obsidio, faciam quod minatus sum: nec transibo, sicut sæpe feci, scelera tua, & vltra non parcã, nec placabor tibi, etiã si multiplicaueris preces, sed vias tuas, & adinuentiones tuas reddam tibi, imo iudicabo te iuxta opera & cogitationes tuas, vt in hoc quoque ostendã clementiã meã instar medici, qui putridis non parcit carnibus, vt sana mẽbra saluẽtur, non parcit, vt parcat, crudelis est, vt misereatur, nec considerat patientis dolorem, sed vulneris sanitatẽ: iuxta illud euangelicum, magis volens vnum perire membrum, quam totum corpus interfici. Notandum quoque quo modo à principio prophetiæ vsque ad præsentem diem, quando obsideri cæpit Hierusalem, per ordinem captiuitas veniat. Primum, gladius prouocatur, deinde duæ viæ ponuntur, Ammon & Hierusalem, quarum ad dexteram partem sors cadit Nabuchodonosor: Conflatur argentum in ciuitate, æs, stãnum, plumbum, & ferrũ: Terra quoque non compluitur, sed sentibus occupatur: Postea sub nomine duarum sororum Oollæ & Oolibæ, Samariæ, & Hierusalem peccata narrantur, quomodo illa sit capta & ista capiẽda. Ad extremum nono anno, decimo mense, decima die mẽsis, in captiuitate posito Ezechiele, & his qui cum eo erant, & tradiderant se cum rege Iechonia, ostenditur qua die vrbs cæperit obsideri, & similitudo lebetis ponitur: vt quomodo carnes & ossa congesta in lebetem, ossa incendio concremantur, sic cuncta ciuitas cum suis interitura sit ciuibus & nullus remaneat eorũ qui obsessi sunt, quin fame, gladio, pestilentia, consumantur, & pars reliqua captiua ducatur in Babylonem. Potest hæc eadem prophetia & ad tempus pertinere dominicæ passionis, propter quã exercitu circũdata est Hierusalẽ, & interfecti filij eius, & obsidente Tito filio Vespasiani, ad salutem nullus euasit templumque subuersum est, & post quinquaginta annos sub Hadriano, ciuitas æterno igne consumpta est. Præsentem autem captiuitatẽ quãdo Ezechiel in Babylone ista cernebat, & Hieremias in principio ponit voluminis sui: *Quid tu vides Hieremia?* Qui respondens ait: *Ollam succensam, & faciẽ eius à facie aquilonis.* Sũt qui iuxta tropologiam, totum locum istum ad consummationem mundi transferant, nonnunquam numerũ qui in scripturis sanctis pœnarũ & dolorũ est, & semper sequitur iustitiã, decimi mensis & diei decimæ clementia temperant. Idcirco enim adhibentur egrotantibus pœnæ, vt dolorem sanitas consequatur. Mundus ergo qui *in maligno positus est*, die iudicij diuino igne succen-

SEPT.

& dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Pone lebetem: & infunde super eã aquã, & mitte in eũ diuisiones: omnẽ inciſuram bonã, crus, & humerum, carnib. separatis ab ossib. de electis pecorib. assũpta: & incende ossa sub eis: ferbuit, & sunt cocta ossa eius in medio illius, Propterea hæc dicit Adonai dominus: O ciuitas sanguinẽ, lebes in quo est rubigo in eo, & rubigo non est egressa ex eo: per partes suas protulit, non cecidit super eã sors: quia sãguis eius in medio illius est. Super leuissimã petrã posui illũ, non effudi illũ super terram, vt operiretur terra. Vt ascenderet furor vltionẽ vindictæ, dedi sanguinẽ eius super limpidissimam petram, vt non operiretur. Propterea hæc dicit Adonai dominus: Væ ciuitas sanguinũ: & ego magnificabo torrẽ, & multiplicabo ligna, & succendã ignẽ: vt tabescant carnes, & imminuatur ius, & ossa concremẽtur, & stet super carbones suos. Incensa est vt exuratur & frigatur æs eius, & concremetur in medio illius immunditia eius, & deficiat rubigo eius. Humiliabitur rubigo, & non exiet de ea multa rubigo eius, confundetur rubigo illius, in immunditia tua Záua, pro eo quod contaminata es tu, & non es emundata ab immunditia tua. Et quid erit si non fueris emundata vltra, donec impleam furo-

a zimma Záua.

b zimma

E

ditur:& ciuitas ſanguinum ponitur ſuper carbones ignis:vt impleatur illud quod ſcriptũ eſt in Eſaia: *Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: hi erũt tibi in adiutorium.* Illudq; difficile eſt, quo modo cũ carbones & oſſa conſumãtur, quib. pleni ſunt etiã phariſæi, quib. dominus loquitur in euangelio: *Væ vobis ſcribæ & phariſæi, quiſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ intus plena ſũt ſpurcitia, & oſſib. mortuorũ:* nũc dicatur quod rubigo, ſordeſque mundi conſũptæ non ſint, ſed etiã poſt iudicij ſeueritatẽ malitia remaneat. Quod facile ſoluitur, ſi intelligamus illud apoſtoli: *Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnib. miſereatur vanitati enim, creatura ſubiecta eſt.* Et ponitur ſanguis qui effuſus eſt in propatulo creaturæ vniuerſæ, vt omniũ ſcelera pateant. Petram autem limpidiſſimã poſſumus accipere, & dominum Saluatorẽ, quæ ſequebatur in ſolitudine populũ Iſrael: de qua ſcriptum eſt: *Bibebant autẽ de ſpirituali conſequente eos petra, petra autẽ erat Chriſtus:* quod in illo reuelentur omnia, & impleatur quod ſcriptũ eſt: *Nihil occultum quod nõ reueletur.* Dicitq; ſe dominus non miſereri, nec mundi præterire peccata: neque parcere impiis, nec placari: vt viæ pereant impiorũ: ſecundum illud quod in primi pſalmi fine ponitur: Et iter impiorum peribit.

Eſai. 47. d
Sec. 70.
Matth. 23. c
Galat. 3. d
Rom. 11 d
Rom. 8. d
Col. 2. a
Matth. 10. c

F

a ¶ *Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Fili hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in, &c.*] Supra ollę lebetiſq; ſuccẽſio, obſidioné vrbis oſtenderat: nunc captã eam atq; deletã, & omnẽ populum, vel interfectum, gladio, vel ductum in captiuitatem, propheralis ſermo teſtatur. Et primum iuxta cõſuetudinem noſtram, hiſtoriæ fundamenta iaciamus. Fili, inquit, hominis, ecce auferam de conſpectu oculorum tuorum quid tibi deſiderabile eſt, & auferam in plaga: ſiue vt Lxx. verterũt, in præparatione: vt videlicet præpares te ad ea non facienda, quę ſolent in luctu fieri. Non planges, neque plorabis, nec fluentes lacrymæ dolorem cordis oſtendent: ſed ſi forte nimio fueris mœrore ſuppreſſus tacitũ habeto gemitum, neque prorũpas in verba. *Mortuorum luctum non facies*: vel vt vertere Lxx. *gemitus ſanguinis, renum luctus eſt.* Per quod oſtẽdit vxorem eius eſſe moriturã. Statim enim ſequitur: *Et mortua eſt vxor mea veſperi:* quod proprie ad cõiunctionẽ renũ pertinet. Nihil enim viro vxore

כמגפה
ἐν παραπτώσει.

האנק
דם מתים
אבל
לא תעשה

HEB.

es mundata à ſordibus tuis: ſed nec mũdaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meã in te. Ego dominꝰ locutꝰ ſum: venit & faciã nõ rrãſibo, nec parcã nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuẽtiones tuas iudicabo te, dicit dominus. [a] Et factũ eſt verbũ domini ad me dicens: Fili hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile oculorũ tuorũ in plaga, & nõ plãges, neq; plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ. Ingemiſce tacens, mortuorũ luctum non facies. Corona tua circumligata ſit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus ſum ergo ad populum mane, & mortua eſt vxor mea veſperi: feciq; mane ſicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus. Quare nõ indicas nobis quid iſta ſignificent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo domini factus eſt ad me, dicens: Loquere domui Iſrael, hæc dicit dominus Deus: Ego polluã ſanctuarium meum, ſuperbiam imperij veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima veſtra, & filij veſtri, & filiæ veſtræ quas reliquiſtis, gladio cadent. Et facietis ſicut feci: ora amictu nõ velabitis, & cibos lugẽtiũ nõ comedetis. Coronas habebitis in capitib. veſtris, & calciamenta in pedibus: non plãgetis, neq; flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatib. veſtris, & vnuſquiſq; gemet ad fratrẽ ſuũ. Eritq; Ezechiel

SEPT.

furorem meum in te: Ego dominus locutus ſũ, & veniet, & faciã nõ differã, nec miſerebor, nec deprecabilis ero. Secũdũ vias tuas & ſecundũ adinuentiones tuas iudicabo te: iuxta ſanguinẽ tuum & iuxta cogitationes tuas iudicabo te, immũda atq; famoſa & nimia ad irritãdũ. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs. Fili hominis, ecce ego auferã à te deſiderabilia oculorum tuorũ in acie (ſiue in præparatione) nõ plãges, neque flebis, nec veniẽt lacrymæ tibi: gemitus ſanguinis, renum luctus eſt. Erunt crines tui colligati ſuper te, & calciamenta tua in pedib. tuis: nec conſolaberis in labiis eorũ, & panẽ hominũ nõ comedes. Locutus ſum ad populũ mane, ſicut præceperat mihi & mortua eſt vxor mea veſperi: feciq; mane ſicut præceptum eſt mihi. Et dixit ad me populus: non annuncias nobis quid ſunt hæc quæ tu facis? Et dixi ad eos. Sermo domini factus ad me, dicens: Dic ad domũ Iſrael, hæc dicit adonai dominus: Ecce ego contaminabo ſanctũa mea, ſuperbiam fortitudinis veſtræ, deſiderabilia oculorum veſtrorum, & quibus parcunt animæ veſtræ: Filij veſtri & filiæ veſtræ, quos reliquiſtis, in gladio cadent, & facietis ſicut feci. Ore eorum non conſolabimini, & panem virorum non comedetis, & come veſtræ ſuper capita veſtra & calciamenta veſtra in pedibus veſtris. Non plangetis nec flebitis, & conſumemini in iniquitatibus veſtris: & conſolabitur vnuſquiſque

Prouerb. 31
2. Reg. 13. f

G

H

H

memini in iniquitatib. veſtris, & vix liberũ habebitis gemitum: ne offendatis victorum ſuperbiam, ſi publice flere videamini: ita vt Ezechiel propheta ſit vobis in portentum, & omnia quæ ille non fecit in morte vxoris ſuæ, vos in euerſione vrbis, & tẽpli nõ faciatis. Et adhuc apertius: O inquit, fili hominis, in tẽpore quãdo abſtulero ab eis fortitudinẽ eorũ, templi vt diximus confidentiã, & gaudiũ dignitatis, & in quo ſpem ſolã habebant, ac deſiderium, in quo requieſcebant animæ eorum: inſuper filios eorũ & filias (ſubauditur ex ſuperioribus abſtulero) eo inquit, tempore, cum venerit ad te Hieruſalem fugiens, vel qui euaſerit, dicens vrbem eſſe ſubuerſam: tunc qui prius tacueras, & gemitum liberum non habebas, & tantæ eras patientiæ, vt in vxoris nece & lumborum dolore, lacrymam non emitteres: aperies os tuum & loqueris, non ad eum qui venerit, ſed cum eo: vt quæcunque tu ventura prædixeras, ille nunciet iam perfecta, & vltra non tacebis, ſed argues eos, & dices cuncta illis merito proueniſſe: ita vt ſis illis in portentum, iuxta illud quod in Zacharia ſcriptum eſt: Prophetas viros eſſe portendentes. Et dominus alibi loquitur: *in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.* Hæc iuxta hiſtoriam dicta ſint. Veniamus ad anagogen: ſi tamen violenta non fuerit viſa cauti lectoris prudentiæ: Filiũ hominis dici dominum Saluatorem, nulli dubium: qui extrema hoſta, hoc

Zach. 3. c
Oſee 12. c

F

HEB.

zechiel vobis in portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit iſtud, & ſcietis quia ego dominus Deus. Et tu fili hominis, ecce in die quo tollã ab eis fortitudinẽ eorum, & gaudium dignitatis, & deſideriũ oculorũ eorum ſuper quo requieſcunt animæ eorum filios & filias eorum. In die illa cum venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi: In die, inquam, illa aperietur os tuũ cum eo qui fugit, & loqueris, & non ſilebis vltra: eriſque eis in portentum, & ſcietis quia ego dominus.

SEPT.

que fratrem ſuum, & erit Iezekiel vobis in portentum. Secundum omnia quæ fecit, facietis. Cumque venerint hæc, cognoſcetis quoniam ego Adonai dominus. Et tu fili hominis, nonne in die quando abſtulero fortitudinem ab eis, elationem gloriationis eorũ, deſiderabilia oculorum eorum, & elationem animæ eorum, filios & filias eorũ. In die illa veniet qui ſaluus factus fuerit ad te, vt annunciet in auribus tuis. In die illa aperietur os tuum ad eum qui fugerit, & loqueris, & nequaquam vltra reticebis: & eris eis in portentum, & cognoſcent quoniam ego dominus.

Iſrael, quod ipſe ſit dominus & Deus, qui hæc mane ventura prædixerit, & veſperi atque in conſummatione mundi eſſe completa, ſuo probarit aduentu.

H

G

Commentarij Libri Septimi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN OCTAVVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM
PROOEMIVM.

QVid alijs profit in Prophetas noſtra dictatio, Dei iudicij eſt, eorumque conſcientiæ, qui omiſſis declamationibus ac plauſu & compoſitione verborum, cupiunt ſcire quid eorum ſermo vel narret præteritum vel præſens arguat, vel prædicat eſſe venturum. Nobis interim prodeſt. Dum enim hoc facimus, & nihil aliud cogitamus, in modum furti explanationes aggredimur, & dierum miſerias, noctium ſtudio compenſamus: paſcitur animus & obliuiſcitur ſæculi calamitatum, quod in extremo fine iam poſitum con-
2. Theſſ. 2. b *gemiſcit & parturit,* donec qui tenet de medio fiat, *& pedes ſtatuæ quondam ferrei, fragilitate digitorum fictilium*
Dan. 2. e *conterantur. Cadit mundus & ceruix erecta non flectitur. Pereunt diuitiæ, & nequaquam ceſſat auaritia. Congregare feſtinant quæ rurſum ab alijs occupentur. Aruerunt lacrymæ, pietas omnis ablata eſt. Multi qui petant, pauci qui tri-*
Luc. 16. e *buant. Nec erubeſcimus, paupertatem vili palliolo præferentes, Cræſi opibus incubare, in famemque & interitum plurimorum noſtros cuſtodire theſauros, ſecundum illum diuitem purpuratum, qui vt nihil aliud fecerit, (neque enim rapinas eius & iniquitates ſcriptura teſtatur) crudelitas eius atque ſuperbia non habebat modum: Lazaro ante fores iacenti atque ſemineci, ne ea quidem iuſſit dari, quæ canibus proiiciuntur. Quanti nunc Lazari iacent, & quanti purpurati diuerſis veſtium coloribus proteguntur, ne in vſum quidem proprium vertentes quæ peritura conſeruant? Hæc virgo Chriſti Euſtochium ex cordis abundantia os locutum ſit, & paulo liberius quam humilitati noſtræ conuenit, dixerimus: cæterum octauus in Ezechielem Liber, qui filiorum Ammon, & gentium cæterarum increpationem continet, & vaticinium futurorum, hoc habebit exordium.*

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER OCTAVVS.

CAP. XXV.

ET factus eſt ſermo [*&c.*] Capta vel obſeſſa Hieruſalem, poſtquam venit in Babylonem qui poterat euadere, & nunciauit vrbem iam iamque capiendam, vel cum templo eſſe ſubuerſam: iuxta conſuetudinem omnium prophetarum aduerſum cæteras in circuitu nationes, quæ inſultauerant ruinæ Hieruſalem, templique incendio, ſermo conuertitur prophetalis, primumque contra filios Ammon, qui habebant Metropolim nomine Rabbath, quæ hodie à rege Ægypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nuncupata eſt. Fili, inquit, hominis, pone ſiue obfirma faciẽ tuam contra filios Ammõ, qui de Loth ſtirpe generati ſũt, & dices ad eos: *Hæc dicit dominus Deus* (non ſunt enim prophetæ verba, ſed domini: De obfirmatione vultus, in hoc eodẽ propheta plenius diſputauim⁹) *Pro eo quod dixiſtis, euge euge,* ſiue inſultaſtis, & gauiſi eſtis, quia templum & ſanctuarium meum hoſtium ingreſſione pollutum eſt, & ſuper terram Iſrael, quoniam deſolata eſt, & ſpecialiter ſuper domũ Iuda, id eſt, duarum tribuum, quę nunc ductæ ſunt in captiuitatem, propterea & ego tradam te filiis Kedem, quos Orientales interpretati ſumus. Nulliq; dubium eſt Madianitas, & totam eremi vaſtitatem adiacere terræ Arabiæ, qui habent camelorum greges, ouiumque & caprarum multitudines, & his opibus victitant. Quod & terræ Iſrael in Iudicum libro accidiſſe narrat hiſtoria: quãdo venerunt Madianei, & depaſti ſunt vſque Gazam oẽs regiones eorum. Μεταφορικῶς ergo per Madianeos, Iſmaelitas, & Agarenos, qui nunc Sarraceni appellantur, aſſumentes ſibi falſo nomen Saræ: quod ſcilicet de ingenua & domina videãtur eſſe generati, ſcriptura ſignificat: Diciturque de rege Nabuchodonoſor & omni eius exercitu, quod veniat & capiat vrbẽ Rabbath: quæ vel proprie hoc appellatur nomine, vel ob magnitudinem. Rabbath enim maxima dicitur. Et ne dubitemus Nabuchodonoſor ſubuertiſſe Arabiã, poſtquam captа eſt Hieruſalem, ſupra ſcriptura teſtatur: *Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, Ammon & Hieruſalem, & veniet gladius regis Babylonis.* Et iterum: *In capite viæ ciuitatis coniiciet,* viam pones, *vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Hieruſalẽ munitiſſimam.* Et rurſum: *Hæc dicit dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum.* Venient ergo filij Kedẽ, & collocabunt caulas ſuas quaſi paſtores, figentque tentoria. Ipſi vaſtabunt fruges tuas, & bibent lac & vbertate terræ, immiſſis gregibus camelorum & omnium populorum: ita vt ſint filij Ammon in cubile pecorum, & malorum neceſſitate intelligant, quod ipſe ſit dominus, qui & futura prædixit, & vt fierent imperauit. Nec hoc ſuffecit filiis Ammon vt inſultarent & dicerent, Euge euge ſuper templo & ſanctuario domini, quod pollutum erat diuerſarum introitu nationum, ſed tanta fuit inſultandi laſciuia, vt cunctus ſimul populus manibus & pedibus concreparet, & ex toto corde clamaret affectu, eo quod terra Iſrael eſſet deſolata. Propterea non per Angelos neque per alia miniſteria, ſed ipſe dominus extendens manum ſuam ad percutiendum, tradet eam in direptionem, nequaquam camelis & ouium gregibus ſed manifeſtius gentibus, vt de populorum numero penitus eradicetur, & pereat, & redigatur ad nihilum: & poſtquam contrita fuerit, tunc intelligat quod ipſe ſit dominus, qui cuncta diiudicet, & in omnes terras habeat poteſtatem. Poſſumus iuxta tropologiam filios Ammon intelligere (qui de Lot in ſpelunca generati ſunt ſemine, & generati in ebrietate & inceſtu) omnes hæreticos, de quibus dicit & Apoſtolus Ioannes: *Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcũ:* Iſti enim de inclinatione orti ſunt (hoc enim Lot in linguam noſtram vertitur) Quia *omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Aduerſum hos ponitur ſiue obfir-

Sup. 21. d

Ibidem.

Gen. 19. f

2. Ioan. 2. c

Pſal. 13. d

matur facies prophetalis, vt eos ſua auſteritate cõterat, & dicit eis: Quia inſultaſtis eccleſiæ meæ tempore perſecutionis: diuerſorũq; vitiorũ, quod pollutũ eſſet ſanctuarium meum (ſiue eorum vitio qui mihi ſeruiebant, ſiue hoſtium crudelitate, qui meos perſequebantur.) Et quod terra Iſrael, hoc eſt, ſenſus videntes Deũ, eſſet deſolata virtutũ choro, & quoniã filij domus Iuda, id eſt, Deũ cõfitentis, in qua eſt vera fides & recta confeſſio, ducti ſint in captiuitatem, & ſeruire domino deſierint: Idcirco omnis inſultãs, traderis filiis oriẽtalib, qui de vero lumine ſunt perfecti, & traderis in hereditatẽ, vt tu quoq; diſcas dãm cõfiteri. Et per trãſlationem dicitur, quod filij oriẽtis ponãt ſuper eos caulas ſuas, & figãt tẽtoria, & bibant lac, & comedãt fruges: & ciuitas quõdã ſuperbiæ fiat in habitaculũ camelorum, qui poſſint depoſito onere peccatorũ intrare per foramẽ acus, & in cubile pecorum, quæ regũtur à paſtore bono: Vt cũ hoc fecerint, miſti & traditi oriẽtis paſtoribus intelligãt quod ipſe ſit dominus. Rurſũq; exprobrat eis, quare inſultauerint nimio cordis affectu ruinis populi Dei, & terrã Iſrael putauerint omnino deſertã, pro quo mereãtur manũ vlciſcẽtis Dei: vt qui exceſſerãt modum exultationis & gaudij ſuper ruina domus Iudę, nequaquã tradãtur filiis oriẽtis, ſed ſint in direptionẽ cunctarum gẽtiũ, & interficiãtur de populis, & pereãt & cõterantur: & nequaquã de ſtirpe Abrahã, ſed de cũctis nationibus eſſe credendi ſint, & tunc malorum cognoſcãt magnitudine & contritione ſua & interfectione populi, quod ipſe ſit dominus. Quod generaliter de eccleſia intelleximus, ſuper vnumquemque ſanctorum intelligi poteſt, ad quorum ruinam gaudent ſæculi homines, & aduerſariæ poteſtates: ſi multi tẽporis perdiderint pudicitiam: dum mali conſolationem ſuorũ ſceleriũ putant, ſi plures habeant conſortes criminum atque ſupplicij: & hoc nemo faciat, niſi fuerit filius Ammõ, h.e. filius populi, qui in declinatione generatus eſt.

a ¶ *Hæc dicit dominus*, &c.] Hoc quod nos interpretati ſumus, & Seir, in Lxx. non habetur, ſed de Theodotionis editione additum eſt. Ridiculam vero in hoc loco Hebræi narrant fabulam. Poſtquam vrbs aperta templumque reſeratũ eſt, filiiq; Ammon & Moab & Seir ingreſſi ſunt tẽplum viderunt que Cherubim protegentia propitiatoriũ, dixerunt: Sicut cunctæ gentes colũt ſimulacra, ita & Iuda habet ſuæ religionis idola, & idcirco inquiũt iratus eſt dominus, & tradidit eos captiuitati. Nos autẽ hoc dicemus, quod & iſti inſultauerint domui Iudæ, quando à Chaldæis capta eſt: putantes ſicut in cæteris gentibus non ibi eſſe auxilium Dei, & ideo regnũ Iudæ & Hieruſalẽ Dei præſidio deſtitutum, patuiſſe Babyloniæ poteſtati. Idcirco non multo poſt tẽpore, ſed in præſentiarum dominus cõminatur, ſe humerum, robur videlicet, & fortitudinẽ Moab, de ciuitatib. eius diſſoluturum ſiue aperturũ: vt ad ipſos quoq; Babylonius victor introeat, & ciuitates in Moab eſſe deſiſtant, & in finibus eius ac terminis vrbes inclitæ deſtruantur: quarum ponit nomina. Beth Ieſimoth & Beelmeõ & Cariathaim: pro quibus neſcio quid volentes Lxx. interpretati ſunt, domũ Beth Iaſimuth, cum hoc vocabulum villã deſertam ſignificet: Beelmeon quoq; vſque hodie in Moab vicus ſit maximus: quẽ illi verterunt ſuper fontem, & Cariathaim ciuitatem maritimã: traduntq; & ipſa cum filiis Ammõ filiis orientis, Babyloniis videlicet: iuxta illum ſenſum, quẽ contra filios Ammon interpretati ſumus. *Et dabo*, inquit, *Moab in hæreditatem*: vt quo modo filiorum Ammon non eſt memoria vltra in gentibus, ſic & in Moab vltiones faciam atque iudicia: vt cognoſcant quod ego ſim dominus, qui Iudam tradidi pro peccato, & in filios Ammon & in Moab vltor exiſtam. Vſque hodie autem Moab qui interpretatur ex patre, & Seir, qui in piloſum vertitur & hirſutum, deſpicit & contẽnit domum Iuda, in qua vera confeſſio eſt, & putat tam facile eam poſſe ſubuerti, quam cæterarum ſubuertuntur vrbium munimenta. Vnde & dominus comminatur aperturum ſe ſiue diſſoluturum omnem fortitudinem Moabitarum: vt ciuitates habere deſiſtant, & nequaquam in dialectica arte confidant: ſed cuncti illius termini, quos pro illiſione fluctuum vocant promontoria, deſtruantur, & inclytæ atque electæ terræ Beth Ieſimoth, quæ interpretatur domus ſolitudinis atque deſerta, & Beelmeon, quæ & ipſa vertitur habens fontem, ſiue ſuper fontẽ, & Cariathaim, quam Lxx. ciuitatem maritimam tranſtulerunt, pereant. Quamuis enim habeant robora pugnatorum, & inclyta pergant ad prælium arte pugnãdi, & ex omni parte circunſepti munitique gradiantur: tamen inclyta eorum terra non eſt domus habitationis, ſed domus ſolitudinis. Quodque ſe putant habere fontem ſcientiæ, & vrbem maritimam, quæ cunctas ſuſtinere poſſit ſæculi tempeſtates, patientiam ſibi & fortitudinem promittentes, tamen illuc cõuertentur, vt & ipſi tradantur filijs orientis, veri in Chriſto luminis: ſicut traditi ſunt filij Ammõ, qui ſibi in hæretica multitudine cõfidebant. Et cõſideremus profectũ atq; in ipſa cõminatione clementiã Dei, vt tradantur cum filiis Ammõ filiis orientis, in hæreditatem, & nequaquã hæreſis vlla nominetur in gentibus, ſed factis in Moab iudiciis ſuis & vltionibus pro arrogantia, rerum fine cognoſcant, dominum eſſe qui cuncta diſpenſet. Ad approbandum autem quod Moab in præſenti loco ſuper philoſophorum intelligatur ſuperbia, de quibus dicitur: *Perdam ſapientiam ſapientium, & intelligentiam intelligentium reprobabo*, pauca de prophetis exempla replicanda ſunt. Amos loquitur: *Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Moab, & ſuper quatuor non aduerſabor eum, pro eo quod cõbuſſit oſſa regis Idumææ in cineres.* Vere enim quidquid in ſæculo dogmatum peruerſorum eſt, quidquid ad terrenam ſcientiam pertinet, & putatur eſſe robuſtum, hoc dialectica arte ſubuertitur, & inſtar incendij in cineres fatillaſque diſſoluitur: vt probetur nihili quod putabatur eſſe fortiſſimum. Sed Eſaias ſuperbiam agitur Moab dicens: *Audiuimus contumelioſius eſt nimis: ſuperbiam eius abſtuli.* Hieremias quoque contra omnes vaticinans nationes, proprie loquitur ad Moab: *Quoniã confidebas in munitionibus tuis.* Et poſt paululum, *Habebas fiduciam in gloria tua.* Et iterum: *Quo modo dicitis, fortes ſumus?* Ac deinde: *Iuxta eſt dies Moab vt veniat, & malitia eius velox nimis.* Et manifeſtius: *Dicite quo modo contritus eſt baculus glorioſus, virga magnificentiæ?* Et iterum: *Contritum eſt cornu Moab.* Hæc autem dicuntur, vt ſub nomine Moab, ſtulta ſæculi in cælum ſe efferens ſuperbia conteratur.

b ¶ *Hæc dicit dominus Deus*, &c.] Supra duo propoſuerat,

Luc. 18. e

Iſai. 16. b & Sec. 7. c

Hier. 48. b

Ibidem. c

Ibidem. d

pro eo quod dixerunt Moab & Seir, & postea de Seir tacens, cõtra Moab tantũ locutus est: nunc reddit cœptũ problema, quid Seir, hoc est, Idumæa fecerit. Quod autem Esau & Seir & Edõ & Idumæa & Duma, vna gens appellentur, non ambiget qui scientiã habuerit scripturarũ. Et vt, de cæteris prophetis taceam, Esaia, Hieremia, Amos, qui cõtra Idumææ, & Dumã & Edom vaticinati sũt, Abdias propheta totã prophetiã cõtra hanc dirigit nationem, quẽ vt potuimus, olim disseruimus. Arguitur igitur Seir, qui quia hispidus erat, pilosi nomẽ accepit, & Edõ sãguinarius, qui ob lenticulæ ũfæ coctionẽ primogenita perdidit, & ab edulio sortitus vocabulum est: Esau quoque facta interpretãtur. Et hoc sciendum, quod in Hebræo nũquã scribatur Idumæa, sed semper Edom, quem Idumææ expressit Græca translatio: Nequaquã ergo Idumæa vt Moab locutus est, sed fecit vltionem de filiis Iuda, peccauitque, siue memoriã pristini doloris tenuit: vt vltionem de eis caperet, à quibus in vtero supplãtatus est. Idcirco non per Angelos, neque per alium quẽlibet, sed ipse Dominus manum extendens super Idumææ, abstulit de ea hominem & iumentum, & ciuitates illius redegit in desertum, id est, Themã, quã nos in austrum vertimus: de qua & dealia vrbe Dedan, interfecti gladio cadent. Cumque illi se de Iuda vlti fuerint, ego dabo vltionem super Idumæos per manum siue in manu populi mei Israel: vt ab his opprimantur in quos exercuerũt vindictam. Qui facient in Edõ siue Idumæam, iuxta iram & furorẽ meum: vt meam expleãt indignationẽ, & per manus populi mei Israel in inimicam gẽtem, mea ira desæuiat, & intelligant contra iniquam vltionẽ Idumeæ, meam iustã fuisse vindictam, dicit Adonai dominus. Secundum tropologiã, hic mihi sensus videtur. Idumæa terrena appellatur & carnea: quæ consurgit cõtra spiritum vt non faciamus ea quæ spiritus sunt, & animã in meditullio positã ad se retrahere festinat: vultq; vltiones reddere, quib. prius subdita fuerat, filiis Iuda: & recordatur doloris ãtiqui, quod nõ propriæ fuerit potestatis, & ideo vindictam experiuit de eis, qui recedẽtes à carne, spiritũ sequebãtur. Propterea ipse dominus filiorũ Iuda vltor existẽs, extẽdit manũ super Idumæã, & aufert de ea hominẽ & iumẽtũ, quidquid vel rationis videtur habere, vel simplicis fidei, vt eã redigat in solitudinẽ: Et de Themã (quæ interpretatur deficiẽs) & Dedã (quæ & ipsa cognationẽ sonat) oẽs gladio interficit: quẽ posuit in manu populi sui Israel, vt subuertatur Edom: & iram domini sentiat ac furorem, & intelligat vindictã eius ad hoc profeciſſe, vt seruiat domui Iudæ. Hoc est illud de quo & Apostolus disputat scribens: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Diligit autem Iacob, quia carneum atque terrenum suplantat & superat, & benedictiones illius meretur accipere. Primũ enim iuxta carnẽ, & postea secũdũ spiritũ viuimus. Ante vitia, deinde virtutes, quib. vitia subruũtur: quia appositũ est hominis ad malitiam à pueritia: errorẽque adolescẽtiæ, ætas matura cõdemnat. Vnde & Dauid: *Delicta, inquit, iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Et tamen sciendũ quod Iacob primam accepit benedictionem, Esau secundam. Et quod ad extremum dicitur de eo, seruus eris fratris tui: hoc significat, quod postquã caro spiritui subiecta fuerit, illique coniuncta, caro esse desistat, & Idumæa transeat in Iudæam.

Gen. 25. d

עשו

ואשמו אשום

תימן דדנה

Rom. 9. c

Gen. 8. d

HEB.

& vindictam expetiuit de eis. Idcirco hæc dicit dominus Deus: Extendã manũ meã super Idumæã, & auferã de ea hominẽ & iumentũ, & faciã eam desertã ab austro, & qui sunt in Dedã gladio cadẽt. Et dabo vltionem meam super Idumæã per manũ populi mei Israel, & facient in Edom iuxta iram meam, & furorẽ meũ, & scient vindictã meam, dicit dominus Deus. [a] Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Palæstini in vindicta, & vlti sunt se toto animo, interficientes & implẽtes inimicitias veteres: Propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego extendam manum meã super Palestinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: faciamque in eis vltiones magnas, arguens in furore: & scient quia ego dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

SEPT.

mali, & vlti sunt vltione: propterea hæc dicit Adonai dominus: Extendam manum meam super Idumæam, & interficiam de ea hominem & pecus, & ponam eam desertam, & de Themam fugientes gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumæam in manu populi mei Israel, & facient in Idumæa iuxta iram meam, & furorem meum, & cognoscent vltionem meam, dicit Adonai dominus. Propterea hæc dicit Adonai dominus. Pro eo quod fecerunt alienigenæ vltionem, & suscitauerunt vindictam insultantes ex animo, vt delerent vsque in æternum. Propterea hæc dicit Adonai dominus: Ecce ego extendam manum meam super alienigenas, & disperdam (siue interficiam) Cretenses, & perdam reliquias litoris maritimi, & faciam in eis vltiones magnas in vindicta furoris: & cognoscent quia ego Adonai dominus, cum dedero vltionem meam super eos.

C

Psal. 136

Gen. 27.

CAPVT XXVI.

ET [b] factum est in vndecimo anno, prima (siue vna) mensis, factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus

disperdam vos ex habitatione, & erit Creta in pabulum pastorũ, & cubile ouium: Et hic enim cum Lxx. Cretam verterint, cæteri translatores ὄλεθρον, id est interfectionem vel perditionem interpretati sunt. De quo in supradicto propheta, Deo præstante, quod nobis visum est diximus. Vnde & duarum legionum Dauid, quarum vna appellabatur Phelethi, & altera Cerethi, vltima ab eo quod interficerent atque iugularent, Cerethim, hoc est, interfectorum nomen accepit. Perditque dominus omnes reliquias maritimæ regionis, quæ salsis tunditur fluctibus, & vindictas non partias, sed magnas faciet in furore: vt furor eius finem habeat misericordiæ, & postquam vltiones fecerit arguens cum furore tunc cognoscant Palæstini quod ipse sit dominus.

2. Reg. 15. d

CAPVT XXVI.

ET [b] *factum est in vndecimo anno, prima siue vna mensis, factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus, siue Sor, de Hierusalem, euge, confractæ sunt, &c.*] Consequenter prophetiæ ordo contexitur. Locutus erat contra filios Ammon & Moab & Seir, qui

a *Hæc dicit*, &c.] Post filios Ammon, Moab & Seir, qui & ipsi sunt Idumæi, & per Lot & Esau populo Israel, & domui Iudæ cognatione sociantur, venit ad Philistiim, quos Lxx. ἀλλοφύλους, id est, alienigenas trãstulerunt nõ generali nomine omnium gẽtiũ, quæ nõ sũt de genere Iudæorũ, sed speciali gẽtis suæ: quæ nunc dicitur Palæstina: mutata ס littera iuxta Græcorũ cõsuetudinẽ in π: sicut & apud nos pro Hebr. פסח Græcũ & Latinũ Pascha celebratur. Philistim interpretãtur cadentes populo, qui & ipsi de aureo Babyloniis calice inebriati sunt, & fæuiunt, & toto animo insultant, inimicitiarũ cõtra Israel veterũ recordãtes, quib. à Dei populo diuisi sunt. Cũq; dominus dicat: *Mihi vindictã & ego retribuã:* ipse se vlciscũtur, interficientes & implẽtes antiqua odia. Propter quę extẽtã super se manũ dñi sentient, quę interficiet interfectores. Pro quo Lxx. nescio quid volentes, Cretenses interpretati sunt: cum & Aquila & Symmachus & Theodotio ipsum verbum Hebraicum כרתים vel interfectores, vel interfectionem verterint, nõ solum in præsenti loco, sed ẽt in Sophonia, vbi cõtra Palæstinos ista dicuntur: *Gaza direpta erit, & Ascalon in perditionem, & Azotus in meridie eiicietur, & Accaron eradicabitur. Væ habitatoribus funiculi maris, accola Cretarũ: verbũ domini super vos Chanaan terra alienigenarum: &*

a pe

b pesah

פלשתים

c cerethim

Sophon. 2. a

Deut. 32. f

Rom. 12. d

D

qui & ipsi sunt Idumæi, & Philistim qui sunt in litore, & in funiculo maris, & eundem limitem tenent. Post Palæstinos enim succedit Phœnices regio, cuius Metropolis est ciuitas Tyrus, quæ appellatur Hebræo Syroque sermone a צור. Et quia capta Hierusalẽ, eriã ipsa gaudia est, & insultauit, ac dixit: cõfractæ sunt portæ populorum, ego portum tutissimum habeo: Illaque subuersa, ad me omnis multitudo conuersa est, quæ illius regebatur arbitrio: & quia illa deserta est, idcirco ego implebor, siue quæ plena fuit ante, redigetur in solitudinem. Quia igitur ista dixisti, & ruinis Hierusalem, quæ meo iudicio propter peccata sua subuersa est, insultasti: propterea non per nuncios, nec per quoslibet alios, sed ego ipse ero aduersum te Tyre, & instar fluctuum maris ascẽdere faciã contra te Babylonios cum plurimis nationibus: quarum oppugnatione, muri tui, & turres destruentur: intantum vt vsque ad solum concidant, & puluis illius radatur, siue in partes varias ventiletur: & sic humiliabitur, vt petræ nitidissimæ comparetur: tantaque erit in vrbe quondam frequentissima solitudo, vt sagenæ piscatorum expandantur, & siccentur in medio eius: Ego enim dominus locutus sum: cuius verba irrita esse non possunt, & tradam eam in direptionem gentibus. Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro siue in campo, hoc est in Phœnices litore, vrbes & oppida, vici atque castella interficientur gladio. Μετωνομασμένως quia filias appellauit, interfectionem ponit gladij, vt rerum fine cognoscant, me esse dominum, qui fieri ista præcepi. Potest iuxta tropologiam (quia Sor nomen Hebraicum vertitur in angustiam) omnis anima, quæ perturbationibus occupata est, Sor appellari: quæ quando viderit pro suis vitiis atque peccatis Dei iudicio subuerti Hierusalem, in qua fuit templum & pacis visio, exultat, & ad se putat vrbis quondam inclytæ imperium transferendũ. Quod & in contrariis dogmatibus accipitur, & in hominib. sæculi: quando viderint hominem sanctũ per negligentiam esse prolapsum, gaudent & exultãt, quasi aliorum ruina, sua sit resurrectio. Propterea dominus cõminatur, quod ipse contra huiuscemodi homines dimicet, & ascendere faciat cõtra eos, instar marinorum fluctuũ, plurimas nationes, quæ destruant in eis quidquid munitissimum & firmum videtur, & ita omnia eorum argumenta subuertat, vt in puluerẽ redigãtur. Sagenas quoque & retia, quibus prius deceptam multitudinem piscabantur, cessare faciat, & in desertæ vrbis solo, expandi atque siccari, vt pro illis alij subeant piscatores, quos dominus ad piscandũ misit. Sed & filias eius, quæ prius quasi in thalamo seruabãtur. & pro mysticis secretioribusque doctrinis nulli facile credebantur, processuras protrahendasque in publicum, & ecclesiastico mucrone trucidas: vt tunc intelligãt quod ipse sit dominus, qui & Hierusalẽ pro peccatis parũper reliquit, & Tyri pro insultatione eius & gaudio munimenta destruxit.

E

F

a Sor.

צור

e

Tyrus (siue Sor) de Hierusalem: euge, cõfractæ sunt portæ populorũ (siue gẽtes,) conuersa est ad me: implebor, deserta est: (siue quæ fuit plena, deserta est,) Propterea hæc dicit Dominꝰ Deus: Ecce ego super te Tyre (siue Sor,) & ascendere faciã super te gentes multas, sicut ascẽdit mare fluctuãs. Et dissipabũt muros Tyri, & destruent turres eius, & radã (siue ventilabo) puluerẽ eius de ea, & dabo eam in limpidissimã (siue nitidissimã) petrã. Siccatio sagenarũ erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait dominus Deus, & erit in direptionẽ gentib. Filiæ quoq; eius, quæ sunt in agro (siue in cãpo) gladio interficiẽtur: & sciẽt quia ego dominus. [a] Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego adducã ad Tyrũ (siue ad te) Sor Nabuchodon. regẽ Babylonis ab aquilone, regẽ regũ, cũ equis & currib. & equitib. & cœtu, populoq; magno. Filias tuas, quæ sunt in agro, gladio interficiet: & circũdabit te munitionibus, & cõportabit aggerẽ in gyro, & leuabit cõtra te clypeũ: & vineas & arietes (siue lãceas) tẽperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua. In vndatione equorum eius, operiet te puluis eorum: à sonitu equitum & rotarum & curruum mouebuntur muri tui, dum ingressus fuerit portas tuas, quasi per introitũ vrbis dissipatæ (siue quasi ingrediens vrbẽ de cãpo.) Vngulis equorũ suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent (siue subst̃ãtiam fortitudinis tuæ in terram deducet.) Vastabunt (siue vastabit) opes tuas, diripiẽt negotiationes tuas, (siue spoliabit substantiã tuã) & destruẽt (vel destruet) muros tuos, & domos tuas præclaras (siue desiderabiles) subuerrẽt (siue vertet) & lapides tuos, & ligna tua: & puluerẽ tuum in medio aquarum ponent (siue in medio maris iniiciet.) Et requiescere faciã multitudinem cantorũ tuorum (siue destruam multitudinem) tuorum, & ipsi mercedẽ, & propterea tradi ci Ægyptũ, quia Dei sententiæ in Tyri oppugnatione seruierit: Græcas & Phœniciũ, maximeque Nicolai Damasceni, & alias barbarorum aiunt, se qui huic historiæ contradicunt, legisse historias, & nihil super oppugnatione à Chaldæis inuenisse Tyriæ ciuitatis, cum probare possimus multa dici in scripturis facta quæ in Græcis voluminibus non inueniantur: nec debere nos cõtã auctoritati acquiescere, quorum perfidiam & mendacia detestamur. Potest ergo quod dicitur, *nec ædificaberis vltra*, sic accipi: quod nequaquam vltra sit regina populorum, nec proprium habeat imperium: quo modo habuit sub Hirã & cæteris regibus: sed vel Chaldæis vel Macedonibus, vel Ptolemæis, & ad postremum Romanis regibus seruitura sit. Nulli autem ambiguum iuxta Anagonen, Nabuchodonosor regem Babylonis, qui venit ab Aquilone, diabolum intelligi: qui cum sit ventus durissimus & siniſter, nomine dexter vocatur, præsumens sibi nominis dignitatem, & est rex regum, omniumque regnorum, quæ ostendit domino, dixitque ad eum: *Hæc omnia mihi tradita sunt, quæ dabo tibi si procidens adoraueris me.* Iste habet equos, & currus, de quib. scriptum est: *Fallax equus in salutem: & dormierũt omnes qui ascenderunt equos.* Et in alio loco. *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Iste filias Tyri, animas in angustia & in quo-

Prou. 27. c

Sec. 70.

Matt. 4. a

Psal. 32.

75. a

Exod. 15. a

H

dam peccatorum carcere positas, interficit in agro campoque latissimo, & circundat Tyrum munitionibus suis, vt clausam teneat, & nullus ex ea Babylonij regis euadere possit imperiũ. Destruet muros, turresq; subuertet, & quidquid forte habuit in dogmatibus, inundatione equorum & sonitu equitũ rotarũque & curruũ strepitu pertremiscet, & ingredietur portas eius nullo prohibente: & plateas ciuitatis. (Quia *lata & spaciosa via est, quæ ducit ad mortem*,) equorum eius calcabunt vngulæ, vniuersamque substantiam, siue statuas nobiles, (quibus sibi imagines finxerant falsitatis, de quibus scriptum est: *Domine in ciuitate tua imagines eorum dissipabis*,) ad terram deiiciet, & destructis muris, domus quoque nobiles subuertẽtur, quas sibi parauerat, & in quibus exultabat: atque in tantam desolationem veniet, vt lapides eius & ligna, quibus ædificauerat muros, & cementa construxerat, proiiciant in profundum: canticaque eius & musica, quibus sibi in sapientia huius sæculi confidebat, & omnis cithararum sonus non audietur amplius: & piscatio eius cessabit, & erit humilis, ita vt sit siccatio sagenarum, & vltra non ædificetur: quia ad domini sententiam tradita Nabuchodonosor omnino subuersa est iuxta quod & Apostolus dicit: *quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.*

Loca difficilia sunt, & prudens lector ac diligens debet ignoscere labori meo. Aut si melius quid potuerit inuenire, & ego in eius transibo sententiam, dummodo nouerit, veniam quam mihi tribuet, se ab aliis accepturum.

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus Tyro: Numquid*, &c.] Primum ipsa historiæ verba pandamus breuissima μεταφράσει sensum dictorum aperientes. Hæc dicit adonai dominus Tyro, quæ Hebraice appellatur [b] צור: Numquid in die ruinæ ruæ, quando Nabuchodonosor oppugnante corrueris, & in gemitu vulneratorum siue interfectorum qui occisi fuerint in medio tui, non commouebuntur insulæ? Et descendent omnes reges de sedibus siue soliis suis, & principes maris qui diuersis imperant insulis: & auferent diademata de capitibus suis, omnem regnandi gloriam deponentes: & vestes pretiosissimas, & incredibili varietate fulgentes abiicientes à se, & stuporis magnitudine vertentur in amentiam: atque humilitate deiecti, sedebunt in terra, & cum te viderint corruisse, sibi similia formidabunt: nihilque putabunt in terræ bonis esse perpetuum, sed econtrario assumẽt super te lamentum, & flebile canticum commemorabunt, dicentes: *Quomodo periisti quæ habitas in mari, vrbs inclyta* siue *laudata*? Tyrum enim fuisse insulã, & nullã habuisse de terra introitũ, in Græcis Latinisque & barbaris historiis legimus: sed postea à Nabuchodonosor rege Chaldæorũ: vel vt nonnulli affirmant, ab Alexãdro rege Macedonum iactos esse aggeres, & oppugnatione vineisque & arietibus locum præparatum, ac de insula factam esse peninsulã. Tu igitur ô Sor, ô Tyre, quæ quondam fuisti in cunctis fortissima insulis, sine in vrbibus omnium voce laudata, cum habitatoribus tuis, quos vniuersi timebant, quo modo subito corruisti: *Nunc stupebunt* siue *pauebunt super te insulæ*, & vt melius habetur in Hebraico, *naues, in die pauoris & ruinæ tuæ, & turbabũtur insulæ in mari.* Vnde cõsequẽtius est supranaues legere, ne secũdo ponantur insulæ; eo quod nullꝰ egrediatur ex te: siue vt Lxx. trãstulerunt, in die egressionis tuæ, quando fueris ducta captiua. Hęc interim quasi quædã historiæ iacta sint fundamenta: nũc spirituale nitemur culmen imponere. Finge aliquẽ diu seruata pudicitia, multis floruisse virtutib. & postea in aliquo graui mortaliq; peccato esse collapsũ. Nõne ad sonitũ ruinæ eius, interfectarũq; virtutũ, oẽs insulæ mouebũtur: hi videlicet qui falsis amarisque huius sæculi tũdũtur fluctibus? & descẽdẽt de throno superbiæ suæ, oẽs qui in sæculi huius salsugine principes videbantur & humilitate deiecti auferẽt diademata de capitib. suis, quæ videbãtur bonis operib. possidere, & vestimenta varia diuersitate virtutũ abiiciẽt: & induẽtur stupore, siue timoris magnitudine quodãmodo videbuntur insani: sedebũtque humi, & stupẽtes super repẽtino casu eius admirabũtur: intãtũ vt oẽs assumant planctũ, & lamẽtationẽ super eum qui corruit, & dicãt. Quomodo periisti qui prius saluus eras? quomodo corruisti, qui tanto tẽpore steteras: qui in mari huius sæculi inter oẽs inclytos putabaris, qui eras cunctorũ opinione robustus? & habitatores Tyri, hoc est, cogitationes fortissimæ aduersum omnia ignita diaboli iacula resistẽtes, quæ prius erant formidini omnibus aduersariis, versæ sunt in stuporẽ. Sed & naues oẽs, videlicet sancti, qui huius sæculi fluctus trãseunt, obstupescẽt, cum te viderint cõcidisse. *In die pauoris & ruinæ tuæ turbabuntur insulæ*, ne & ipsæ similia sustineant. Aliorum enim ruinæ, exempla iustorum sunt, dum omnes infirmo & imbecillo statu fluctuantique vestigio in isto sæculo commoramur, & numquam est nostra certa securaque victoria: quando egredientur ex te qui prius steterant: vel in exitu tuo, in fine & ἀπὸ τῆς ἐξόδου σου. consummatione tua: Non enim ex præteritis, sed ex præsentibus iudicamur. Cauendumque est & semper timendum, ne veterem gloriam & solidam firmitatem, vnius horæ procella subuertat.

b ¶ *Quia hæc dicit dominus Deus*, &c.] Cum superioribus iunge quæ dicta sunt, Quando te dedero ô Tyre vrbem in perpetuum desolatam, sicut ciuitates sunt aliæ quæ omnino non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ: vel hostium infinitæ multitudines, vel certe, qui ad insulam loquitur & ad vrbem in insula constitutam, tropologice aduersariorum frequentiã abyssi fluctibus comparat, & detraxero te cum his qui descendunt in lacum siue in foueam, ad eos qui in inferno sunt, de quibus & in psal-

HEB.

[a] Hæc dicit dominus Deus Tyro: Nũquid nõ à sonitu ruinæ tuę, & gemitu interfectorũ tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, cõmouebũtur insulæ? Et descẽdent de sedib. suis oẽs principes maris, & auferẽt exuuias suas, & vestimenta sua varia abiicient, & induẽtur stupore. In terra sedebũt, & attoniti super repẽtino casu tuo admirabuntur, & assumẽtes super te lamentũ, & dicẽt: Quomodo periisti quæ habitas in mari cũ habitatoribꝰ tuis, quos formidabãt vniuersi? Nũc stupebũt naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te.

[b] Quia hæc dicit dominus Deus: Cum dedero te vrbem desolatam, sicut ciuitates quæ nõ habitantur, & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cum his qui descendunt in lacum (siue ad eos qui descendunt in foueam (ad populum sempiternum, & collocauero te in terra nouissima (siue in profũdo terrarum sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum (siue descendunt

SEPT.

Quia hæc dicit dominus Deus Sor. Nonne à voce ruinæ tuæ, cum ingemuerint vulnerati tui, cum euaginatus fuerit gladius in medio tui, commouebuntur insulæ, & descendẽt de sedibus suis omnes principes maris, & auferent coronas suas, & vestimentis suis variis nudabuntur? Furore insanient, in terra sedebunt, & formidabunt perditionem suam, & gemẽt super te, & assument super te lamentũ, & dicent tibi: Quomodo periisti & dissipata es in mari vrbs laudata, quæ fuisti fortis in mari, ipsa, & habitatores eius, quæ dedit timorem suum omnib. habitatoribus suis? Et formidabunt insulæ in die ruinæ tuæ, & turbabuntur insulæ in mari in exitu tuo.

in psalmis legimus: *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt*: ad populum sempiternũ, vbi est fletus oculorum & stridor dentium, & posteaquã te in terra nouissima, in qua antiquus draco constitutus est, & sicut veteres solitudines atque deserta, vbi nulla bonorum recordatio, sed pœnæ erunt sempiternæ: neque te fecero suscitari in terra viuentium, de qua scriptũ est. *Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terrã.* Et in alio loco: *Placebo domino in regione viuorum*: tunc redigeris in nihili: siue peribis in ęternum, & vltra non eris, secundum illud quod in alio psalmo scriptum est: *Dimitte mihi vt refrigerer priusquã abeã, & amplius non ero.* Non quod esse desistat, qui in pœnis est sempiternis, sed quod qui Deo non viuit, in scripturis sanctis dicatur non subsistere. Vnde & Hester cõtra idola loquens. *Ne tradas, inquit, sceptrum tuum his qui nõ sunt.* Vtique erant quibus obsecrat ne tradatur, sed Deo non erant, qui virtutibus & viuenti Deo esse cessarent. Et hoc notandũ, quod quæritur Tyrus ab eo qui venit *quærere & saluum facere quod perierat*: & nonaginta nouem ouibus in montibus derelictis, quærit vnam erroneam ouem. Mulier quoque quæ vnã drachmam perdiderat, quærit & inuenit, & vicinas conuocat ad lætitiæ societatem. Sin autem requisita non inuenitur Tyrus, non est quærentis vitium, sed eius qui boni pastoris fugerit manum. *Et vltra*, inquit, *non eris in sempiternum*: siue vt in Hebraico c olam, & in Græco εἰὼν scribitur, vnum seculum significat, iuxta illud Esaiæ: qui post septuaginta annos dicit Tyrum restituendam in integrum statum. Aiunt autem vnũ sæculũ, id est, humanæ tempus ætatis, septuaginta annorum numero supputari, psalmista dicente: *Dies annorum nostrorũ, in ipsis septuaginta anni. Sin autẽ in potentatibus octoginta anni*: quidquid supra, labor & dolor est. Hoc μεταφραστικῶς breuiter de Tyro diximus. Quod & ad eos referri potest, qui in angustia huius sæculi constituti, deducuntur ad inferos, & operiuntur abyssis fluctibusque pœnarum, & trahuntur ad inferiora terræ, & his copulantur qui in veteri solitudine sunt, & deducuntur in lacum siue in foueam sempiternam, vt vltra non habitentur à Spiritu sancto: De quibus scriptũ est: *Impius cum ceciderit in profundum malorũ, contemnit.* Nec de cætero erunt in terra viuentium, sed peribunt, & redigẽtur ad nihili, & Deo esse cessabunt. Quibus testimoniis abuntur, qui dicunt impiorum atque peccatorum pœnas non esse perpetuas, qui quæsiti à Deo, non sint inuenti, & in æternum esse cessarint, quia suo vitio perdiderunt eum qui dicit, ego sum vita.

SEPT.

Beelim fili tui circundederunt tibi decorem: cedrus de Sanir ædificata est

tibus

corde, hoc est, in medio maris sita, & quasi insula moueatur & fluctuẽt & vndarum illisionibus confringatur. Quod autem cor maris, medium significet, & ille propheticus sermo demonstrat: *Propterea non timebimus cum conturbata fuerit terra, & translati montes in cor maris: Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum.* Sed & dominus noster in corde terræ, hoc est, in medio, & ad inferos dicitur descendisse. Vera autem & perfecta pulchritudo in nullo hominum, nisi in Christi corpore, quod interpretatur ecclesia, & multorum sanctorũ virtutibus, congregatur. Vnde & ipse loquitur ad sponsam. *Tota pulchra es proxima mea, & macula non est in te.*

c ¶ *Finitimi tui qui te ædificauerunt, &c.*] Pro quo nescio quid volentes, ita Lxx. trãstulerunt: Beelim filij tui circundederunt tibi decorem: cedrus de Sanir ædificata est tibi: tenues tabulas cypressinas de Libano tulerunt, vt facerent tibi malos abiegnos. Sermo enim Beelim, in hoc loco apud Hebræos penitus non habetur, sed pro Beelim scriptum est a גבוליך, quod significat terminos tuos. In eo quoque quod dixerunt, filij tui: verbi ambiguitate decepti sunt, & scripturæ similitudine, dum pronunciatione diuersa cædem literæ, cementariorum & filiorum [b] בניך, & [c] בניך, leguntur: O igitur Tyre, quæ dixisti per superbiam, perfecti decoris ego sum, siue ego decorem mihi circundedi, cum sis sita in medio mari, audi quanta tibi Dei largitate collata sint. Finitimi & contermini tui, qui non de longinquis sed de vicinis sunt regionibus ipsi impleuerunt decorem tuum, & tu putas tuum esse quod alienum est? Et loquitur quasi ad nauem τροπικῶς, vrbis significans pulchritudinem, & rerum omnium abundantiam: vt postquam vniuersam illius supellectilem descripserit, malum, antennas, remos, vela, proram, carinam, funes, opertoria, pelles, & cætera quibus nauium optime instructarum vsus indiget, tunc tempestatem illi & ventum austrum, quo fluctus maximi commouebuntur venire denunciet, & eam subiacere naufragio. Per quæ significat vrbis Tyriæ euersionem à rege Nabuchodonosor, siue vt multi putant ab Alexandro rege Macedonum, qui sex mensibus ipsam vrbẽ obsedisse, & cepisse narratur, postquã Dariũ vicit in Lycia. Iuxta mysticos vero intellectꝰ, abietib. siue cedris de Sanir, nauis Tyriæ tabulata cæduntur, quibus texitur atque compingitur, & cedro siue cypariſſo de Libano malus eius erigitur, abietib. propter leuitatem iuncturasq; tabularũ mollius inuicem se tenentiũ atque mordentiũ: siue cedris quod lignũ imputribile est. De Sanir autẽ dicitur, quod interpretatur vialucer næ: aut vt nos verius arbitramur, deus vigiliarum: eo quod omnis nauis prosperitas & illustratio venerit ex vero lumine. Sanir autem mons iuxta

Matt. 7.b

Psal. 72.c

1. Tim. 1. d

b Sor.

Psal. 62. Luc. 13. f

Matt. 5. a

Psal. 114. b

Ibid. 38. c

Hest. 14. c

Luc. 19. b

Ibid. 15. a

Ibid. 6.

c olam Esai. 23. c

Psal. 8 9. c

Psal. 106. c

Matt 13. c

Cant. 4. b

a geboulaich.

b bonaich

c banaich.

Prou. 18. a

Ioan 14. a

1 Reg. 15. g

1. Cor. 12. g

literam ipse est qui & Hermon, quē alij vocant Sanior. Lege historiam. Libanus interpretatur candor siue dealbatio. quod & ipsum ad gratiam pertinet aliunde venientem.

a ¶ *Quercus de Basan, &c.*] Quanta pulchritudo nauis & supellectilis eius, vt remos haberet cedrinos, non vndelibet sed de Basan, & transtra eburnea, & prætoriola siue cellaria, in quibus merces pretiosissimæ reponūtur, de insulis Chetiim, quod nos in Italiā vertimus, ex ea regione quæ Græciæ propinquior est, oēs occidētaliū insularū partes intelligētes. Dicam[a] ergo iuxta Anagogē, remos fieri nauis Tyriæ de Basan, de qua & in psalmis scribitur: *Dixit dominus, de Basan conuertā, cōuertā de profundo maris.* Baās in lingua nostra interpretatur ignominia. Eos igitur qui fuerunt in profundo maris, & ignominia peccatorum, cōuertit Deus, & conuertit in remos, vt cum apostolis nauigātes, possint ad terrā & ad litora præuenire: Et fiūt trāstra de ebore, cū mortificauerint corpora sua, vel vsum dētiū ad laudes Dei cōtulerint, & prætoriola siue cellaria de insulis Chetiim quæ iuxta Hebraici sermonis etymologiam vertitur in percussam, vt plagis diaboli nō tā interfecta sit quā probata. Possumus ex ebore & sylvestres domos dicere de insulis Chetiim, quas hæretici nō in domo Dei, sed in naui Tyria fabricare conātur. Et ipsi habētes ebur suum sermonis & linguæ, ædificātes tēpla, Dei templo contraria, & domos sylvestres habitacula bestiarū cum scriptura dicat, in domo Dei, ne mora & sylvas, ac lucos non esse plantandos:

b ¶ *Byssus varia de Ægy. &c.*] Quia dixerat Tyrus, perfecti decoris ego sum, vel circundedi mihi ipsa pulchritudinem, arguitur quid à singulis acceperit regionib. secundū illud scripturæ. *Quid habes quod nō accepisti: Si autē accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis?* Describitur ergo quid vnaquæque mittat prouincia, secundum illud Virgilianum: *India mittit ebur: molles sua thura Sabæi: At Calybes duri ferrum, viroſaque Pontus Castorea,* & cætera. Byssus in Ægypto quam maxime nascitur, ex qua contextum est Tyriæ nauis velum, quod suspenditur malo, & operimentum illius, quod in solis calore atque tranquillo nautis atque vectoribus præbet vmbraculum, de hyacintho & purpura fit, quæ sunt de insulis Elisa: Ionij maris sic appellans insulas. Porro iuxta Lxx. de byssо in stratum & in requiem Tyriæ nauis velamenta texuntur, vt his operta gloriosior sit, & circundata amictum habeat puchriorem. Byssum autem referri ad terram, quia ex terra oritur, & hyacinthū ad aërem, purpuram ad mare ex quo conficitur, addito coccino bis tincto, quibus pontificis vestimēta texuntur, sæpe admonuimus quod quatuor elementa significent: terram, ignem, aërem, & aquas: ex quibus cōstāt omnia quæ sibi assumit Tyrus, vt Dei creaturis non vtatur cum gratia, sed dicat: perfecti decoris ego sum, vel decorem mihi ipsa circundedi.

c ¶ *Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remig. &c.*] Dixerat supra: *finitimi tui qui te ædificauerunt, implenerunt decorem tuum:* antequam veniat ad eos qui longe habitant, proximarum prouinciarum describit auxilia. Habitatores, inquit, tui siue principes Sidonis, & Aradij, quę vicina est insulæ remiges tui Sapientes tui ô Tyre, facti sunt gubernatores tui. Ad sapiētes enim propriæ pertinet gubernatio, scriptura dicēte: Quib. non est gubernatio, cadēt quasi folia. Senes siue seniores Giblij & prudentes eius præbuerunt nautas ad ministrium tuum, siue confortauerunt consilium Tyri, & variam supellectilē præbuerunt: omnesque naues maris & nautæ earū fuerunt in populo negotiationis Tyriæ, siue in occidentē occidentis. Hoc interim secundū literam. Cæterū iuxta mysticos intellectus: quia Sidonij interpretatur venatores, & Aradij deponētes, dicemus Tyrū gloriosā & superbissimā ciuitatem, quæ vento flāte postea conterāda est, habere ciues siue principes venatores de quib. scriptū est. *Anima nostra quasi passer erepta est de laqueo venātium.* Vbi enim nos legimus venātiū, in Hebræo scriptum est, Sidoniorum. Isti venantur incautas animas in sublimib. constitutas, vt ad terrena deducant, & efficiuntur remiges, vt ducant eos ad naufragia. Sapientes autē Tyri, qui in malā partē accipiūtur, (per quam *sapientiores sunt filij tenebrarum à filijs lucis*) ipsi gubernant Tyrū naufragio præparatā. Seniores Giblij & prudentes eius præbuerunt nautas Tyro ad ministerium: siue confortauerūt consilium eius Sacra narrat historia, seniores plurimos fuisse à domino reprobatos, & iuniores electos in typum synagogæ & ecclesię. Senior Cain abiicitur, & Abel iunior eligitur: Ismael filius Abraham alienus à patre est, & Isaac iunior hæreditatē accepit. Filiorum quoque Isaac senior Esau venator est, & vagatur in saltibus iunior Iacob simpliciter habitat domi. Vnde scriptū est & in Malachia: *Iacob dilexi, Esau autē odio habui.* Et recte, iuxta Apostolū, nihil in matris vtero cōstituti boni vel mali fecerāt, nec habebant meritū nec offensam, vt alter eligeretur, & alter abiiceretur, nisi in typo, vt diximus synagogę & ecclesiæ, senior repellitur, & assumitur iunior. Oēs, inquit, naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis Tyriæ, siue in occidētē occidētis. Quomodo dicitur canticū canticorū, & seculū seculorū, & opera operū, vt canticū maius aliis cāticis sit, & seculū prolixus aliis seculis, opusque cæteris operibus vtilius: sic appellatur occidens occidētis, vt magnitudine occidēte alium partiū significet. Et pulchre naues maris & nautæ earum & remiges, qui in Tyriæ nauis auxilio sunt, nō pergūt ad orientem, nec ad ortum luminis, vbi sol iustitiæ nascitur, sed ad occidentem occidentis, vbi lumen occumbit, & vbi tenebrarum exordium est.

d ¶ *Persæ, &c.*] Persas fuisse fortissimos, quorū rex Cyrus, (vt Esaiæ vaticinio prædicatur) subuerso Astyage rege Medorū, Babylonem ceperit, & sacra & sæcularis narrat historia. Lydos quoq; illo tēpore inter gētes robustissimas reputatos, quorū rex Crœsus ab eodē Cyro captus sit, Xenephon scribit plenissime. Et Lybias cum Troglodytis & Æthiopibus venisse contra Hierusalem, in Paralipomenon volumine legimus: Qui quia illis temporibus florentissimi erant, & famosi ad prælia pugnatores, Tyriæ vrbis defensores esse memorantur, & ad terrendos hostes, scuta & galeas inter murorū propugnacula suspendisse. Spiritualis autē intelligentia illud sonat, quod Persæ qui interpretantur tentantes siue

HEB.

tibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis malis. Cedrō de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum.

HEB.

[a] Quercus de Basan dolauerūt in remos tuos, trāstra tua fecerūt tibi ex ebore Indico, & prętoriola de insulis Italiæ. [b] Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo, hyacinthus est purpura de insulis Elisa, facta sūt operimētū tuum. [c] Habitatores Sidonis, & Aradij, fuerūt remiges tui. Sapientes tui Tyre, facti sunt gubernatores tui, Senes Giblij & prudētes eius præbuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earū fuerunt in populo negotiationis tuæ.

[d] Persæ & Lydii & Lybies erant in exercitu tuo viri bellatores tui, clypeum & galeā suspenderunt in te pro ornatu tuo (siue peltas & galeas suspenderunt in te) ipsi dederunt gloriam tuā.

SEPT.

est tibi. Tenues tabulas cypressinas de Libano tulerunt, vt facerent tibi malos abiegnos.

SEPT.

De Basan fecerunt remos tuos, & templa tua, & fecerunt tibi ex ebore domos sylvestres de insulis Chetiim. Byssus cum varietate de Ægypto facta est tibi in stratum, vt circūdaret tibi gloriā, & operiret te hyacintho & purpura: de insulis Elisa facta sunt opertoria tua. Principes tui, qui habitabant in Sidone, & Aradij, fuerunt remiges tui. Sapientes tui Sor, qui erāt in te, isti gubernatores tui. Senes Biblij & sapientes eius erant in te: isti confortabant consilium tuum, & omnes naues maris & remiges earum facti sunt tibi in occidentem occidentis.

siue tentati, & Lydij, quos generatos intelligimus, & Lybies qui Hebraico sermone appellatur [d] פוט & vertūtur in os, ab ore nō ab osse, frustra Tyrum nitantur defendere, cum tentatione superētur, & generationi ac libidini seruiant, cassaq; tantū verba multiplicent, non habentes galeam salutis, nec scutum fidei, sed gloriam tantū strepitumque sermonum prætendant ad ornatum illius.

a ¶ *Filij Aradij cum, &c.*] Verbum [e] גמדים Aquilæ prima editio, Pygmæos: Symmachus, Medos: Lxx. custodes: Theodotio [f] גמדים ipsum Hebraicum, interpretati sunt Aradum insulam, quæ tota sit cititas, & cōtra se positum oppidum Antaradū habeat vicinaq; sit Tyro, & prætendat in Phœnices litore continentis terræ, vsque hodie cernimus. Hi sunt in exercitu vrbis Tyriæ, custodesque turrium eius, & suspenderunt pharetras suas per gyrum, cōplentque pulchritudinem eius, vt sagittarij esse doceantur, siue Pygmæi sunt, hoc est bellatores, & ad bella promptissimi: ἀπὸ τῶν πυγμῶν, quæ Græco sermone in certamen vertitur. Sin autem. Aradij deponentes sonant, omnis prætendit falsi nominis scientiam, & habet in pharetra pectoris sui ignita diaboli iacula, quibus deceptorum corda vulnerat atque succendit, Aradius appellandus est. Cupit enim deponere eos qui nituntur ad alta conscendere, & complet pulchritudinē Tyride qua in Prouerbiis scriptū est: *Non te decipiat pulchritudinis desiderium, ne capiaris oculis tuis.* Et iterum: *Sicut inauris in naribus porcæ, sic mulieri male moratæ pulchritudo.*

b ¶ *Carthaginenses negotiatores tui à multitudine, &c.*] Non solum in præsenti loco, sed & in Esaia vbi scriptum est: *Vlulate naues Carthaginis:* cæteri interpretes verbum Hebraicum transtulerunt [g] תרשיש, quam coloniam esse Tyriorum nulli dubium est. Ipsi de occidentis partibus argento, ferro, stanno, & plumbo, Tyri nundinas repleuerunt. Tharsis in lingua nostra sonat, exploratio gaudij. Exploratores autem hic non in bonam partem debemus intelligere, quales Moyses miserat ad explorandam terram repromissionis, sed in contrariam, quales & Apostolus vitare se dicit. *Propter subintroductos falsos fratres, qui intrauerūt explorare libertatem nostrā, quam habemus in Christo*: & de quibus Ioseph loquitur: *Exploratores estis*, considerare vestigia regionis veniſtis. Fratresque eius intelligentes crimen esse non modicum aliena per insidias explorare, respondérunt, *Non sunt exploratores serui tui.* Isti ergo nundinas Tyri non auro, nec lapide pretioso, sed argento, ferro, stanno, plumboque multiplicant, habentes eloquij venustatem, & arma ad expugnandum: & in stanno eloquij similitudinem, quod mentitur argētum: & in plumbo impietatem grauissimam iuxta Zachariam, in quo mulier sedit super talentum plumbi: & Ægyptij demersi sunt in profundum sicut plumbum. Longa singulorum disputatio metallorum, sed breuitati studendum est.

c ¶ *Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui mancipia & vasa ænea adduxerunt, &c.*] Iones, inquit, qui Hebraice appellantur Iauan: & Thubal, id est, Iberi Orientales, vel de Occidentis partibus Hispani, qui ab Ibero flumine hoc vocabulo nuncupantur: & Mosoch, quos Cappadocas intelligimus: quorum metropolis quæ postea ab Augusto Cæsarea, Cæsarea appellata est, vsque hodie lingua ipsorū Mazaca dicitur: Isti pretiosum Tyri fecere cōmercium: vt mancipia & ænea vasa ex Corintho adducerent Tyrum: & *de domo Thogorma*, id est, de Phrygia, *equos & equites & mulos*, quorum, quondā illa prouincia maximā habuit copiam. Aiunt Hebræi Græciam, id est; Iauā, interpretari, est, & non est: quod proprie refertur ad sapientiam sæcularem: in qua si recte aliquid reperiunt, est appellatur: si in contrariā partē, non est. Multa enim naturæ bono & ipsi differunt de officiis, de continentia, de opibus contemnendis, quod proprie sibi. Stoici vendicant, & videtur animas hominū quos deceperunt, lucrifacere: habētq; vasa ænea quibus mentiuntur auri similitudinē, quæ ingerūt populi Tyri, vt eos falsæ doctrinæ opinione supplantent. De domo quoq; Thogorma, (quod interpretatur peregrinus & aduena,) ad forū & nūdinas eius qui adducentur & equites & muli, de quib. scriptum est: *Fallax equus ad salutē.* Et in alio loco: *Dormitauerūt oēs qui ascenderūt equos.* Et: *Nolite fieri sicut equus & mulus, in quib. non est intellectus.* Quamobrē & Doech accusator & interfector sacerdotū, præfectus mulorū fuit, hos esse de domo aduenæ atque peregrini, qui non comedunt carnes agni, de quib. scriptum est: *Aduena & mercenarius nō comedent ex eo* vt omnes nundinæ Tyri his mercimoniis compleantur.

d ¶ *Filij Dadan, &c.*] Pro quo nescio quid volentes. Septuaginta filios Rhodiorum interpretati sunt, nisi forte: primæ literæ falsi similitudine vt pro Dadan legerent Radā, quæ & ipsa Cycladum maxima est, & in Ionio mari quondam vrbs potentissima, naualique certamine gloriosa, & propter tutissimū portum, mercatorum omnium receptaculum. Et quia R hodij in linguam nostrā verterunt videntes iudicium, de his nunc tropologice dicitur, qui cernunt iudicij veritatem, & ipsi non faciunt, dicente Apostolo: *Propter quod inexcusabilis es. O homo omnis qui iudicas.* In quo enim iudicas alium, teipsum cōdēmnas: *Eadem enim facis quæ iudicas.* Sed melius est Dadan alterius loci nomen accipere, & vt in Hebraico, & apud cæteros interpretes habetur,

e ¶ *Insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus, propter multitudinem operum tuorum, gemmam, &c.*] Multum ab Hebraico in præsenti loco Septuaginta editio discrepat, ideo iuxta vtramque pauca dicenda sunt, ne in Tyri mercimoniis occupati, ad reliquas prophetias tradius transeamus. Filij Dadan negotiatores Tyri, de multis insulis multiplicauerunt negotiationem eius, ita vt dentes elephantorum darent his qui veniebant ad commercium eius, & haberent homines in nundinis propter negotiationis multitudinem. Haberent autē in naphec (quod de Theodotionis editione in septuaginta additū est, pro quo Symmachus vertit, polymita.) Stacten quoque, pro quo omnes alij purpurā interpretati sūt, quæ Hebraice dicitur [h] ארגמן, & varietates ex Tharsis, pro quo in Hebræo [i] ברץ, dicitur, quæ ab omnib. in byssū trāslata est. Tharsis autē in præsēti loco penitus nō habetur. Et ramoth, inquiunt, & chodchod dederūt in nundinis tuis, quod ita habetur in Hebræo: nisi quod

SEPT.

Filij Aradiorum & fortitudo tua super muros tuos: in circuitu custodes in turribus tuis erant: Pharetras suas suspenderunt super propugnacula tua per gyrum. Ipsi perfecerunt decorem tuum.

SEPT.

Græcia vniuersa & aduitentia eius ipsi negotiatores tui in animabus hominum, & vasa ænea dederūt mercatum tuum de domo Thorgama, equos & equites, & mulos dederunt nundinas tuas.

Ex insulis multiplicauerūt negotiationem tuā: dentes elephantinos, & his qui introducebantur reddebas mercedes tuas. Homines negotiationem tuam à multitudine mercatus tui, in naphec statēen, & polymita de Tharsis, & Ramoth & Chod-

pro ramoth Aquila serica vel subtilia interpretat° est. Chodchod vero omnes interpretes, ita vt in Hebræo positum est, transtulerunt. Igitur iuxta Septuaginta, filii Rhodiorum negotiatores Tyri, de insulis plurimis multiplicauerunt negotiationem eius. Iuxta Hebraicum, post filios Dadan negotiatores eius: insulæ quoq; diuersarũ gentium auxerũt mercimoniũ eius: afferentes dẽtes eburneos ex India, & ligna hebenina, quæ nigri coloris pretiosissima sunt: & cõmutauerũt cum aliis Tyri mercibus Syrus quoque fuit negotiator Tyri: pro quo in Hebræo positũ est, [k] ארם in cuius loco Septuaginta, homines, interpretati sunt, pro Aram legentes Adam: [l] & [m] ר literarũ, sicut supra, decepti similitudine. Vsque hodie autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundũ lucri cupiditate discurrunt, & tantam mercandi habent vesaniam, vt occupato nunc orbe Romano, inter gladios, & miserorum neces quærãt diuitias, & paupertatem periculis fugiãt. Istiusmodi homines negotiatores Tyri sunt, qui polymita, purpurã, & scutulata mercantur, byssum quoque & sericum & chodchod proponunt in mercatu eius. Pro purpura, quã oẽs interpretati sunt, stacten, id est, guttam, Septuaginta transtulerunt. Chodchod autẽ quid significet vsq; in præsentiarũ inuenire non potui. Aiũt Hebræi omnes pretiosissimas merces: hoc nomine significari: vel speciem quandam esse pretiosarum mercium, quã Romanus sermo non resonet, vel communi vocabulo scruta vendẽtium. De multis autem insulis, (vt transeamus ad Anagogen) quæ falsis & amaris huius sæculi tunduntur fluctibus, deferunt negotiatores Dedan dentes eburneos, candorem eloquentiæ pollicentes, de quibus scriptum est: *A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Sed non sunt candidi, nec imitantur sponsam, de qua dicitur: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innitens super fratruelẽ suum?* verũ hebenini nigri coloris, qui non possũt suam mutare nigredinem, Hieremia dicente: *si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus varietatẽ suam.* Syrus quoq; id est, Aram, qui interpretatur excelsus, & tumet superbia, negotiator Tyri est, & in multitudine operũ Tyriorum defert falsi nominis scientiam, multas varietates, & stacten odoris optimi repromittens, & purpuram regiæ dignitatis, & scutulata ex arte dialectica: & byssum, (pro qua Septuaginta Tharsis interpretati) terræ operibus deditos: & sericum, pro quo in Hebræo scriptum est, ramoth: quod interpretatur visio mortis. Omnia enim opera terrena ad interitum properant: & chodchod (quidquid illud est, quod intelligitur) proponens in nundinis Tyri: Dedan autem, ex his mercibus, quæ à negotiatoribus eius insulisque dicuntur afferri, vel Indiæ regio intelligenda est, vel Idumæorum ac vastæ solitudinis, vt nonnulli æstimant, sonatque cognationem, vt similitudinem diuinorum dogmatum in hæreticis cognoscamus.

a ¶ *Iuda & terra Israel, &c.*] Verbum Hebraicum [n] פנג, Aquila, Symmachus & Theodotio, ita vt apud Hebræos positum est, trãstulerũt, pro quo Lxx. vnguenta: nos balsamum vertimus. Dicitur autẽ quib. terra Iudæa, quæ nũc appellatur Palæstina, abũdet copiis, frumẽto, balsamo, melle & oleo & resina, quæ à Iuda & Israel ad Tyri nundinas deferuntur. Cumque manifesta sit litera, iuxta spiritualem sensum dicemus, non debere terram confessionis & sensum cernentis Deum, qui refertur ad ecclesiam, deferre Tyro primũ triticum, quod cadens in terram multiplicatur, & accipitur pro verbo Dei: *Non enim in pane solo viuit homo sed in omni sermone Dei.* Deinde balsamum quod nascitur in vineis Engaddi: siue vnguentum, de quo scriptum est: *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Et mel, super quo loquitur & Salomon: *Meli inuenisti, comede quantum satis est.* Si enim plus comederis, euomes illud, dum saturitate nimia vel vertitur in absinthium. Oleũ quoque, de quo in tabernaculo Dei lucerna accenditur: ne apterur nobis illud propheticum. *Oleum in Ægypto venundabas.* Quod si in Ægypto & in Tyro fuerit, vertetur in contrariũ, & dicetur de eo: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ.* Sed & resina lenis est apta corporibus & pro medicina accipitur. Vnde & in Hieremia scriptum est: *Nunquid resina nõ est in Galaad: aut medicus non est ibi?* Quare non ascendit curatio filiæ populi mei? Hanc resinam habebat & Iacob, quam mittebat filio suo Ioseph cum melle & terebintho, nucibus, thymiamate & stacte. Ismaelitæ quoque qui emerunt Ioseph de terra Israel, hæc in Ægyptum portabant: thymiamata & resinam de Galaad, & stacten. Et vt manifestius scire possimus, quid sit frumentum, balsamũ, mel & oleum, resinamque ad mercatum ferre Tyri: audiamus domini verba dicentis: *Nolite dare sanctum canibus, neque margaritas vestras mittatis ante porcos.* Mulieri quoque Chananeæ, quæ pro filia precabatur, dicens: Filia mea male vexatur à dæmonio: respondit dominus: *Non oportet tollere panem filiorum & dare eum canibus.* Sed quia exierat de finibus Tyri, & Sidonis, & propinquabat terræ Israel: idcirco quod rogauerat consequuta est.

b ¶ *Damascenus negotiator, &c.*] Pro vino pingui, quod interpretatus est Symmachus, & apud Aquilam & Theodotionem, & in ipso Hebraico habet vinum de [o] חלבון. Rursumque vbi nos posuimus, lanis coloris optimi, siue splendentibus: Aquila & Theodotio transtulerunt, in lanis Soor. Significat autem quod inter cæteras negotiationes Tyri, ad nũdinas eius de Damasco deferebatur vinũ pinguissimũ, & lana præcipua, quod vsq; hodie cernimus. Sin autẽ Damascus interpretatur, sanguinẽ bibens, & Hebræorũ vera traditio est, campum in quo interfectus est Abel à parricida Cain fuisse in Damasco: vnde & locus hoc insignitus vocabulo fit, iuste & Paulus post interfectionem Stephani primi in Christo martyris perrexit Damascum, vt credentes in Christo vinctos duceret Hierusalem, Deique misericordia, qui fecit videntem & cæcum, oculos carnis amisit vt mẽtis acciperet, ceciderunt que squamæ draconis ex oculis eius, quib. lumen perdiderat veritatis, vt iret ad vicum qui appellatur rectus, & inueniret Ananiam, qui in lingua nostra interpretatur obediens. De hac igitur terra, cui dictum est: *Maledicta terra, quæ aperuit os suum, & hausit sanguinem fratris tui,* Tyri nundinę cõgregantur, & vinum pingue, & lanæ splendentes. Siue vinum de Celbon, quod interpretatur lacteus: Lxx. pro lanis coloris optimi, lanæ de Mileto siue Soor senserunt. Miletum in Hebraico non habetur, sed quia inde lanæ præcipue deferuntur, pro Soor Miletum interpretati sunt. Ex quo perspicuum, quod Tyrus lacte vescatur infantiæ & vestimenta non habeat propria, sed aliũde & ex variis cõuecta prouinciis. Illud autẽ quod Damascus interpretatur sanguis cilicij, & sanguis oculi, præsẽti non conuenit loco. Frequẽter enim Hebræa nomina pro diuersitate accẽtuum & mutatione literarũ vocaliumque, vel maxime, quæ apud illos habent proprietates suas, varie interpretantur.

c ¶ *Dan & Iauan & Meuzel, &c.*] Quæ in editione eorum de Theodotione addita sunt. (*Ferrum factum opere, & rota in commistione tua est.*) Ex nomine patriarchæ Dan & tribus, & locus in quo habitauit tribus nomen accepit: vbi hodie Paneas, quæ quondam Cæsarea Philippi vocabatur. Vnde & Iordanis fluuius sortitus est vocabulum: Ior videlicet riuus, Dan qui fluit de Libano, Iauan autem Græciam sonat, quæ interpretatur, vt diximus, est & non est. Pro Meozel

HEB.

proposuerunt, in mercatu tuo. [a] Iuda & terra Israel, ipsi institores tui, in frumẽto primo balsamum, & mel, & oleũ, & resinam proposuerũt in nundinis tuis. [b] Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in copia diuersarum opum, in vino pingui in lanis coloris optimi.

[c] Dan & Græcia & Meuzel in nundinis tuis posuerunt ferrum fabre-

SEPT.

Chodchod dederunt in nũdinas tuas. Iudas & filij Israel, isti negotiatores tui in frumenti commercio & vnguentis primum mel, & oleum, & resinam dederunt in nundinis tuis. Damascus negotiator tuus, in multitudine operum tuorum ex multitudine omnis fortitudinis tuæ: vinum ex Chelbon & lanas de Mileto.

Dan & Iouan & Meozel in nundinis tuis. Ferrum factum opere & rota [p] *in commistione tua est. Dedan negotiatores tui cum iumentis electis ad currus.*

a ¶ *Dadan, &c.*] Multũ Hebraicũ & Lxx. in præsenti loco discrepãt: præter nomẽ regionis quod vicinum est Dedã & Dadan. Infinita quippe distantia in tapetib. ad sedendũ, & iumẽtis electis ad currus, nec dubiũ quin quadrigę, currus & equi in malã partẽ accipiantur si terreni sint. Alioquin & Helias ad cælestia curru rapitur, appellaturque ab Heliseo pater, pater, auriga & currus Israel. Et Giezi aperiũtur oculi vt currus in monte & equos videat sine ascensoribus, sessioni domini præparatos. In tapetib. autẽ sermonũ pulchritudo monstratur: in quib. vehuntur & requiescũt institores Dedan sessione cõposita venientes ad nundinas Tyri.

b] ¶ *Arabia & vniuersi principes, &c. agnis & arietib.* &c.] Pro agnis, arietib. & hœdis: Lxx. camelos & arietes & agnos interpretati sunt. Arabia autẽ & principes Cedar, (quæ hodie Saracenorum regio est, sicut in Hieremiæ sermone, qui aduersum Cedar scribitur plenissime demonstratum est, & abundant his animantibus, agnis videlicet & arietib. & hœdis, & Tyri nundinas hac illatione multiplicant. Sed & camelorum fertilissima regio est ob pascuarum eremi latitudinem, aërisque temperiem, quibus hoc animal delectatur, Arabia autem interpretatur vespera, & Cedar tenebræ. De qua & in psalmis dicitur: *Habitaui cum habitantib. Cedar.* Quæ regiones deferunt Tyro camelos grauissimis peccatorum oneribus prægrauatos, siue agnos & arietes & hœdos, quos immolant in altarib. suis, qui de iniquo ac rebelli corde simulant. Sed & in hoc eodem propheta in visione pastorum, arietes aquas puriſſimas conturbantes & impingentes laterib. oues, & cornibus dimicantes legimus: hœdos quoque qui ad sinistram stare consueuerunt & agnos qui mentiuntur agnum, de quo scriptum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* In bonam autem partem camelos scribit Esaias, de Madian, quod interpretatur domini iudiciũ, venire Hierusalem, & Epha, & arietes de Nabaioth & Saba, deferentes aurum & thus: quorum duo vltima etiam à Magis offeruntur domino. Istique cameli depositio onere peccatorum, possunt intrare arctam & angustam viam, quæ ducit ad vitam.

c ¶ *Venditores Saba, &c.*] In psalmis vbi scriptum est: *Reges Arabum & Saba munera offerent tibi*: in Hebræo habet, *reges Saba, & Saba munera offerent tibi*: quorum vnum Saba per [p] ש literam scribitur, alterum per [q] ס quæ nostræ literę similis est. Quia igitur Saba interpretatur conuersio: hoc dicendum est, quod in præsenti loco non conuersionem significet, sed auersionem: de qua Tyro munera deferuntur cum vniuersis aromatibus & odoribus optimis, & lapide pretioso & auro, quæ omnia in Tyri nundinis proponuntur. Et ipsi enim mentiuntur odorem optimum, lapidemque pretiosum, quo extruere peruersitatis suæ nituntur ecclesias, &

HEB.

fabrefactum: stacte & calamus in negotiatione tua. [a] Dadã institores tui in tapetibus ad sedẽdũ.

[b] Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cũ agnis & arietib. & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. [c] Venditores Saba & Raama, ipsi negotiatores tui cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo.

HEB.

[d] Aran & Channe & Edẽ negotiatores tui. Saba, Assur, Chelmad vẽditores tui: Ipsi negotiatores tui multifariam, inuolucris hyacinthi, & polymitorũ, gazarumque pretiosarum quæ obuolutæ & astrictæ erant funibus.

[e] Cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris (siue vt in Hebraico continetur, Tharsis) principes tui in negotiatione tua.

[f] Et repleta es & glorificata (siue aggrauata) nimis in corde maris.

[g] In aquis multis adduxe-

SEPT.

& rota in commistione tua est. Dedan negotiatores tui cum iumentis electis ad currus.

Charram & Chana & Edenei isti negotiatores tui: Saba, Assur, & Chalmad institores tui deferentes negotiationem in Machalim, & in Galima, hyacinthum & polymita, thesauros electos funibus colligatos.

ergo Tyri, per carneos sensus, qui indicantur in foraminib. tota sæculi hominum præparatio est: qui solas delicias putãt, si augeant Tyriæ vrbis commercia. De Saba supra diximus. Assur interpretatur dirigens: Chelmad, siue vt in quibusdã exemplarib. continetur, Cherma transfertur in vineas: haud dubiũ quin Sodomorum, qui veniunt in mercatum Tyri vt praua dirigant, imo arguant pœnis, & corrigant quæ fuerant deprauata: iuxta illud quod in psalmis dicitur: *Vt destruas inimicum & vltorem.* Habentque multifariam supellectilẽ, & incredibili varietate distinctam, quæ inuolucris hyacinthi astricta est: siue thesauri eorum funibus constringuntur, quos thesaurizauerunt sibi in terra: iuxta illud quod scriptũ est: *Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* Nec habuerunt negotiationem liberam, sed cuncta peccatorum vinculis innexuerunt. Inuolucra hyacinthina, propter coloris similitudinem, referamus ad aëreas potestates, quæ thesauros suos sæculi nundinis largiuntur.

e ¶ *Cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris*, &c.] Pro cedris, Lxx. cyparissos transtulerunt. Et quia supra de vtroque diximus, superfluum est lectoris augere fastidium.

f ¶ *Et repleta es & glorificata* (siue *aggrauata*,) &c.] Nihil inquit, tibi defuit, quod ad diuitias pertinet insularum. Quæ tamẽ glorificatio, fuit aggrauatio possidentis, dum non potes moderate ferre diuitias: quanquam & paupertatis sæpe tentatio sit. Vnde & Salomon necessaria tantum postulat, & diuitias & paupertatẽ pariter detestatur: ne in altero superbia, in altero subrepat impatientia atque mendacium.

g ¶ *In aquis multis adduxerunt te remiges tui.*] Supra remiges Tyriæ ciuitatis Sidonios legimus & Aradios: quorum alteri venatores, alteri interpretantur deponentes. Venantur enim eorum animas, quos inter sæculi huius fluctus suo ducunt arbitrio, & non ad excelsa subleuant, sed in profunda demergunt, nec imitantur eos qui vsque ad matutinam vigiliam nauigantes, fregerunt insanos maris fluctus, & dominum saluatorem susciperе meruerunt, statimque tali vectore & comite peruenerunt ad portum quietis. De quo in euangelio plenius scribitur.

Meozel quoq; Symmachus transtulit deferens, vt sit sensus: Dan & Græcia detulerunt in nundinis tuis ferrum fabrefactum, &c. Aquila vero pro Meozel posuit de Vzal. De quib. credendum est regionib. ferrum & stacten, & calamum ad Tyri nundinas deportata. Dicamusque quod Græcia, id est, Iauã, ferrum habeat fabrefactum, & ad bella promptissimum, dialecticaq; arte cõstructũ, iactans se cuncta iudicio & ratione proferre: vocalemque sonum, qui interpretatur in calamo, & stacten odoris optimi repromittat: siue ferrũ fabrefactum, & rotam, quæ verborum cõpositione voluatur & cursũ habeat orationis.

a ¶ *Dadan, &c.*] Multũ Hebraicũ & Lxx. in præsenti loco discrepãt: præter nomẽ regionis quod vicinum est Dedã & Dadan. Infinita quippe distantia in tapetib. ad sedendũ, & iumẽtis electis ad currus, nec dubiũ quin quadrigę, currus & equi in malã partẽ accipiantur si terreni sint. Alioquin & Helias ad cælestia curru rapitur, appellaturque ab Heliseo pater, pater, auriga & currus Israel. Et Giezi aperiũtur oculi vt currus in monte & equos videat sine ascensoribus, sessioni domini præparatos. In tapetib. autẽ sermonũ pulchritudo monstratur: in quib. vehuntur & requiescũt institores Dedan sessione cõposita venientes ad nundinas Tyri.

b] ¶ *Arabia & vniuersi principes, &c. agnis & arietib.* &c.] Pro agnis, arietib. & hœdis: Lxx. camelos & arietes & agnos interpretati sunt. Arabia autẽ & principes Cedar, (quæ hodie Saracenorum regio est, sicut in Hieremiæ sermone, qui aduersum Cedar scribitur plenissime demonstratum est, & abundant his animantibus, agnis videlicet & arietib. & hœdis, & Tyri nundinas hac illatione multiplicant. Sed & camelorum fertilissima regio est ob pascuarum eremi latitudinem, aërisque temperiem, quibus hoc animal delectatur, Arabia autem interpretatur vespera, & Cedar tenebræ. De qua & in psalmis dicitur: *Habitaui cum habitantib. Cedar.* Quæ regiones deferunt Tyro camelos grauissimis peccatorum oneribus prægrauatos, siue agnos & arietes & hœdos, quos immolant in altarib. suis, qui de iniquo ac rebelli corde simulant. Sed & in hoc eodem propheta in visione pastorum, arietes aquas puriſſimas conturbantes & impingentes laterib. oues, & cornibus dimicantes legimus: hœdos quoque qui ad sinistram stare consueuerunt & agnos qui mentiuntur agnum, de quo scriptum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* In bonam autem partem camelos scribit Esaias, de Madian, quod interpretatur domini iudiciũ, venire Hierusalem, & Epha, & arietes de Nabaioth & Saba, deferentes aurum & thus: quorum duo vltima etiam à Magis offeruntur domino. Istique cameli depositio onere peccatorum, possunt intrare arctam & angustam viam, quæ ducit ad vitam.

c ¶ *Venditores Saba, &c.*] In psalmis vbi scriptum est: *Reges Arabum & Saba munera offerent tibi*: in Hebræo habet, *reges Saba, & Saba munera offerent tibi*: quorum vnum Saba per [p] ש literam scribitur, alterum per [q] ס quæ nostræ literę similis est. Quia igitur Saba interpretatur conuersio: hoc dicendum est, quod in præsenti loco non conuersionem significet, sed auersionem: de qua Tyro munera deferuntur cum vniuersis aromatibus & odoribus optimis, & lapide pretioso & auro, quæ omnia in Tyri nundinis proponuntur. Et ipsi enim mentiuntur odorem optimum, lapidemque pretiosum, quo extruere peruersitatis suæ nituntur ecclesias, & aurum quod pollicentur in sensu, omniaque peruersa sunt. Nihil enim gratuito accipiunt, nec gratis tribuunt, sed vniuersa mercãtur, cum reges Arabũ & Saba gratis Christo munera offerant. Hi sunt qui omnia turpis lucri causa faciũt: & ab eo hæc munera susceperunt, qui dicit in euangelio: Hæc enim tradita sunt mihi, quę dabo tibi, si procidens adoraueris me. Raama, siue iuxta Lxx. Rhãma, in nullo alio scripturarum loco inuenire potui, nec quæ regio sit quidve significet: nisi quod manifestum est, & ex eo quod iungitur Saba, vicinam huic prouinciæ esse regionem.

d ¶ *Aran & Channe, & Eden negotiatores tui, Saba, Assur, Chelmad, venditores tui, &c.*] Et istæ gentes diuersorum locorum nomina continentes. Quod autẽ de Theodotione in Lxx. additum est, in Machalim & in Galima: Symmachus interpretatus est, pretiosis inuolucris. Polymita quoque, quæ Theodotio varia interpretatus est, de Aquila & Symmacho addidimus. Tã pretiosæ autem vestes negotiatorũ inuolucris ferebantur, vt funib. hyacinthinis stringerentur. Arã, siue vt Lxx dixere, Charran, & in nostra lingua sonat foramina: Channe præparationem: Eden delitias: pro quo apud Lxx. Edene, quod in Hebraico non habetur, quid sonet ignoramus: & ficti nominis etymologiam quærere non debemus. In negotiatione ergo Tyri, per carneos sensus, qui indicantur in foraminib. tota sæculi hominum præparatio est: qui solas delicias putãt, si augeant Tyriæ vrbis commercia. De Saba supra diximus. Assur interpretatur dirigens: Chelmad, siue vt in quibusdã exemplarib. continetur, Cherma transfertur in vineas: haud dubiũ quin Sodomorum, qui veniunt in mercatum Tyri vt praua dirigant, imo arguant pœnis, & corrigant quæ fuerant deprauata: iuxta illud quod in psalmis dicitur: *Vt destruas inimicum & vltorem.* Habentque multifariam supellectilẽ, & incredibili varietate distinctam, quæ inuolucris hyacinthi astricta est: siue thesauri eorum funibus constringuntur, quos thesaurizauerunt sibi in terra: iuxta illud quod scriptũ est: *Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* Nec habuerunt negotiationem liberam, sed cuncta peccatorum vinculis innexuerunt. Inuolucra hyacinthina, propter coloris similitudinem, referamus ad aëreas potestates, quæ thesauros suos sæculi nundinis largiuntur.

e ¶ *Cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris*, &c.] Pro cedris, Lxx. cyparissos transtulerunt. Et quia supra de vtroque diximus, superfluum est lectoris augere fastidium.

f ¶ *Et repleta es & glorificata* (siue *aggrauata*,) &c.] Nihil inquit, tibi defuit, quod ad diuitias pertinet insularum. Quæ tamẽ glorificatio, fuit aggrauatio possidentis, dum non potes moderate ferre diuitias: quanquam & paupertatis sæpe tentatio sit. Vnde & Salomon necessaria tantum postulat, & diuitias & paupertatẽ pariter detestatur: ne in altero superbia, in altero subrepat impatientia atque mendacium.

g ¶ *In aquis multis adduxerunt te remiges tui.*] Supra remiges Tyriæ ciuitatis Sidonios legimus & Aradios: quorum alteri venatores, alteri interpretantur deponentes. Venantur enim eorum animas, quos inter sæculi huius fluctus suo ducunt arbitrio, & non ad excelsa subleuant, sed in profunda demergunt, nec imitantur eos qui vsque ad matutinam vigiliam nauigantes, fregerunt insanos maris fluctus, & dominum saluatorem susciperе meruerunt, statimque tali vectore & comite peruenerunt ad portum quietis. De quo in euangelio plenius scribitur.

A a ¶ *Ventus. Auster contriuit te in corde maris.*] Oēs diuitiæ Tyri, Austro flante dispereunt, quæ significantius Hebraice, קדים. Græce καύσων interpretatur, quem nos in ventum vrentem transferre possumus. De quo dicebat sanctus Dauid: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Hoc vento Iacob exustus erat, & tamen non cōtritus, dum loquitur: Fui per diem exustus æstu, & gelu noctis. Illi quoque qui ab hora prima conducti sunt, totius diei calorem & æstus tulerunt, & tamen accipiunt denarium: quia exusti sunt & non contriti. Vnde & sponsa dicit in cantico: *Nigra sum, sed formosa, quia despexit me sol:* siue (vt melius in Hebraico continetur,) *decoloravit me sol.*

b ¶ *Diuitiæ tuæ & thesauri tui, &c.*] Multi ita legunt: In corde maris diuitiæ tuæ, & thesauri tui & multiplex instrumentum tuum, vt omnes Tyri diuitiæ, & thesauri, vniuersaque substātia in corde maris sit posita, & sæculi fluctib. obruatur: nihilq; habeant stabile habitatores eius atq; perpetuum: impleto illo euangelico: *Stulte hac nocte auferent animam tuam à te, quæ autem parasti cuius erunt?* Et illo apostolico: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & muscipulas multas, & trahuntur in profundū.* Manifesta est historia, & propterea singulis pene versiculis breues sententiolas coaptamus. Iam enim ad finem libri festinat oratio.

B c ¶ *Nautæ siue, &c.*] Remiges siue nautas vrbis Tyriæ, Sidonios legimus & Aradios, de quibus iam dictum est, & iuxta editionem Lxx. *consiliarios Bybli* quæ Hebraice appellatur גבל: viros quoque bellatores eius Persas, Lydos, & Lybias, qui omnes cadent, & esse nihili monstrabuntur cum ceciderit Tyrus, & vniuersa gloria eius finē habuerit ruinarum. Multitudinem autem quam commistionem Lxx. trāstulerunt, exceptis principibus vulgus significat, qui absque nomine dignitatum, simili iudicio conterentur. Mistaque propheta est inter vrbem & nauem, vt ex altero alterum intelligas, & tamen vtrumque ad consummationem sæculi pertineat, atque in naufragium.

d ¶ *A sonitu clamoris gubernatorum tuorum cōturbabuntur classes, & descendent, &c.*] Quod autem sequitur: Et radent super te caluitium, & accingentur ciliciis: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te. In Lxx. non habetur, sed de Theodotionis editione additum est. Quando Tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentque de classib. & remiges vectoresque ac proretæ siue nautæ, & vniuersi gubernatores maris iactati fluctib. stabili aliquando consistent gradu, & eiulabunt super ea voce magna, quā prius suis locupletabant mercibus & mentis amaritudinem clamore signabunt: pulverem quoque siue terram iacient super capita sua, pro terrenis operibus agentes pœnitentiā. Et cinere conspergentur, vel vitulæ iuxta legem, vt purificētur, vel certe substernent cinerem sibi, iuxta illud quod dicitur ad Hierusalem: *Sparge terram super caput tuum, & cinerem substerne tibi, & fac planctum.* Et in euangelio scriptum est: *Si in Tyro & Sidone facta essent signa hæc, olim in sacco & cinere egissent pœnitentiam.* Et psalmista dicit: *Cinerem quasi panem manducaui.* Radentque super Tyro caput, & facient caluitium, (quod in luctu fieri solet,) eo tempore quo magnitudo doloris omnē excluserit lætitiā. Apostolorum vero capilli numerati erant, quia crinem suum instar Nazarenorū domino consecrarant. Et Samson quādiu crines habuit, possedit fortitudinem: ablata vero cæsarie, captus est ab Allophylis. Quando autē dicitur, & accingentur ciliciis, vetus lumborum libido damnatur, vt qui vixerant in deliciis, postea pœnitētes viuant in austeritate atque duritia. Niniuitę habuere saccos. Et iterum ad Hierusalem dicitur: *Plange ad me quasi sponsa accincta cilicio super virum suum virginalē. Et plorabunt te,* inquit, *in amaritudine animæ ploratu amarissimo: Melius est* enim, *ingredi in domum luctus, quam in domum conuiuij,*) vt plangāt Tyrū, & carmen lugubre congeminēt, quod sequens scriptura subiungit. Vt autē sciamus profectū esse eorum qui plangunt ruentem, & qui prius in maris corde & in medio illius versabantur, prophetæ nos doceat exemplum, qui & ipse plāgere iubetur Tyrum, vt expleto tēpore pœnitentiæ, restituatur in antiquum statum, & assumpta cithara domino personet. Lege Esaiam. Quidam ridicule, (sed tamen quod legimus est dicēdum,) gubernatores episcopos hæreticorum, consiliatores presbyteros, proretas archidiaconos, remiges atque nautas diaconos interpretantur: vectores vero ad cunctum populum referūt, quod si adidissent nauclerum diabolum, implessent tragœdiam. Qui omnes eiulabunt pariter, & flebunt amarissime, & agent pœnitentiam, postquam naufragium senserint nauis suæ, & in terra steterint: omnemque decorē falsi nominis scientiæ amiserint: & pro gaudio atque lætitia, in cordis amaritudine pœnitentiam mærore signauerint.

e ¶ *Quæ est vt Tyrus, &c.*] Gubernatores, remiges, proretæ, atque vectores, in planctu Tyri ista memorabunt. Quæ alia ciuitatum ita conticuit, vt loquendi fiduciam non haberet, & audiret illud euangelicum? *Tace, & obmutesce.* Et de psalmis: *Peccatori autē dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Quantis mercibus ô Tyre ditata es? Et quid tanto labore quæsisti, vt diebus ac noctibus peritura naufragio congregares? Implesti quidem populos multos, & opibus tuis locupletasti reges, de quib. scriptū est: *Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Sed nunc contrita es in mari, & in aquarum profundis: iuxta illud quod de Pharaone scriptum est: *Currus Pharaonis, & fortitudinem eius proiecit in mare.* Qui demersus est in profundum quasi lapis, & dicere poterat: *Veni in profundum maris, & tempestas demersit me.* Omnes insulæ vel habitatores insularum, quæ sæculi huius fluctibus verberātur, stupebunt super te, & reges earum tempestate perculsi sentiēt interitum suum, imitantesque vocem colubri, sibilabunt & dicent: *Ad nihilum deducta es,* siue facta perditio es, vt non naturam perditionis habueris, sed voluntatem. *Et non eris.* Quod si hucusque dixisset, magna quæstio nasceretur, quo modo nō esset, quam nunc videmus extructā. Sed ex eo quod sequitur: *Vsque in seculum,* vnius sæculi tempus ostendit, quod iuxta ætatem hominis annorum septuaginta circulo supputatur. Siue non eris Deo dicente Apostolo: *Qui vocauit ea quæ non erant.* Et Esaia propheta: *Ecce confundentur, & erubescent omnes aduersarij tui:* Etiuit enim quasi non sint. Et Hester iuxta Lxx. interpretes: *Ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt.* Et in psalmo: *Dimitte mihi vt refrigerer prius quam abeam, & amplius non ero.* Quæ testimonia quo sensu accipienda sint, supra diximus. Omnia autem hæc ad hæreticorum possumus referre personam: qui in contritione Tyri atque naufragio, sentient errorem suū: & in medio maris positi, liberare suas animas concupiscēt: plangētque male diuitias congregatas, quibus multos ditauerant reges: patriarchas videlicet suos, & vulgus ignobile: quorum opes in medio corruent mari. Habitatores quoque omnium insularum (si tamen voluerimus ad bonam partem referre quæ dicta sunt) obstupescent super contritione Tyri, & reges insularum omnium: vel ipsi quasi tempestate perculsi, mutabunt vultus: vel certe cordis mœrorem fletu & lacrymis indicabunt: stuporisque magnitudinem, admiratione & sibilo testabuntur: quomodo nihili facta sit & perierit, quæ salutem multis gentibus promittebat. Et vltra non erit, nequaquam certo tē-

C Matt.10.] Luc.6.c Iud.16.c

D

E Hist.3.4.c Psal.28.c

F

pore vt εἰῶνα interpretemur, in sæculo, sed in perpetuum: quia idem sermo vtrumque significat. עד עולם

Commentarij Libri octaui in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

CONsequens erat filia Eustochium, vt prophetiam Tyri & principis Tyri, vno Volumine comprehenderem: & tam locis quam vaticinatione coniunctos, nequaquam librorum ordine separarem. Sed quia plura sunt quæ dicuntur, & modum prolixitatis excedunt: ideo in nonum Librum dilata est explanatio: quam orationibus tuis, omniumque sanctorum, ad calcem credimus peruenturam: vt contra Pharaonem quoque, & vniuersam Ægyptum, quæ in Ezechiele scripta sunt, disseramus. Quæ & ipsa nobis longitudine sua, in Librum decimum diuidenda sunt: quo & Voluminum inter se mensura seruetur, & diuisus dictantis scribentisque & legentis labor respiret in partibus.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER NONVS.

CAP. XXVIII.

G

H

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit dominus Deus: Eo quod elevatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cum sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Ecce sapientior es tu Daniele? Omne secretum non est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis. In

ET factus est sermo domini ad me, dicens: *Et tu fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, habitationem Dei habitaui in corde maris: tu autem es homo & non Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei: nunquid sapientior es Daniele? Sapientes non erudierunt te disciplina sua: nunquid in eruditione tua, aut prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & fecisti aurum* in Deuteronomij cantico: *Quando diuidebat altissimus gentes, & disseminabat, filios Adam, constituit terminos nationū iuxta numerū angelorum Dei:* siue (vt melius habetur in Hebraico,) *iuxta numerum filiorū Israel: Et facta est pars domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Israel.* Nec mirabimur in parte contraria pessimos reges in typo præuaricatorum præcedere principum: cum optimos reges Dauid, & Salomonē, & Iosiā, & patriarchas, ac prophetas in figura dominiSaluatoris præcessisse doceamus. Igitur iuxta vtramque intelligentiā, regum pariter superborum, & apostatarū principū, quæ scripta sunt, differamus. Ait ergo: Licet in medio maris, & insulæ teneris angustiis, plus dicā, cum sis homo & humanæ carnis fragilitate circundatus, tumore cordis

יהוה אדני

Eph.6.b

1.Cor.2.d

Ibid.

Dan.10.a

Deut.32.a Sec.77.

elatus in solio Dei, in cœlis te habitare arbitratus es. Simul & quia iactas sapientiam, intantum vt regni tui homines Salomonē ænigmatibus prouocarent: nunquid sapiētior es Daniele, qui Dei gratia vicit omnes magos, & ariolos, & nūc in Babylone sapientissimus est? Siue ita intelligēdum, Etiam si sapientior sis Daniele, qui omnū confessione sapientissimus est: & diuitiarū ac potētiæ magnitudine Dei te cupias potētiæ cœquare: tamē capieris ab aduersariis, & vrbe perdita, multis cōfodieris vulnerib⁹, & vltra nō dices: Deus ego sum: sed doctus interitu, hominē te esse cognosces, nō Deū. Sin autē volueris⁹ principē Tyri eādē dicere potestatē, cui à Deo tradita est ipsa ciuitas siue prouincia, illud assumam⁹ testimoniū. *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oēs. Vos autē sicut homines moriemini, & sicut vn⁹ de principib. cadetis.* Traditæ enim illis sunt ad regendum prouinciæ, quasi iudicibus ab imperatore. Qui obliti honorē suum ex alterius iussione pendere (qualis nuper Heraclianus in Africa fuit (erecti sunt mente tyrānica cōtra regē & dominum suum: vt in toto orbe dispersi, sub nominib. idololatriæ, deorum sibi nomina assumerent, & inflati superbia, in iudicium diaboli inciderent & laqueum. De quo & Saluator locutus in euangelio est: *Vidi satanam quasi fulgur cadentem de cœlo.*

B

a ¶ *Et factus, &c.*] Quia diximus, qui sit princeps Tyri, & quomodo corruerit per superbiā, lamentationes eius super pristina gloria cognoscamus. Primū cōmonetur quid fuerit, vt doleat se perdidisse quid habuit. *Tu*, inquit, *signaculum similitudinis*: iuxta illud, ꝙ proprie de Saluatore dicit Ioannes euangelista: *Hunc* enim *Deus signauit pater*. Et de hominibus: *Signauit quoniā Deus verax est*. Et in psalmis: *Signatū est super nos lumen vultus tui domine*. Et in alio loco: *Charissimi, nūc filij Dei sumus, & nec dū apparuit quid futuri sumus: Sciⁿ quoniā cum apparuerit, similes ei erimus*. Vnde & ad Deū dicitur: *Quis similis erit tibi?* Aliud est enim similitudo, aliud æqualitas. Vnde sæuissima hæresis est, quæ in Christo tantum patris similitudinē cōfitetur, aufert naturā. Nos autem in filio non solū similitudinē dicimus, sed æqualitatem. *Propterea enim eum persequebātur Iudæi: quia nō solū soluebat sabbatum, sed & æqualem se faciebat Deo.* Vbi autē æqualitas est, ibi eadem natura, vnaq; substantia: Hoc est illud quod de similitudine loquitur & Apostolus: *Filioli mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in vobis*: vt recipiatis videlicet similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis. Et quia in Latinis codicibus pro signaculo, resignaculum legitur: dum χαρακτῆρα verbū è verbo exprimēs, qui interpretatus est iuxta Lxx. trāslationem ἀπαράχαραγμα, id est, resignaculū posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quod signaculum Dei & figurā, q̄ velut in cera mollissima expressa sit, rex Tyri resignauerit: atq; perdiderit: vt pro signaculo fecerit resignaculum: nequaquā habēs imaginem & similitudinem Dei, iuxta quā & primus homo cōditus est, dicente Deo: *Faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostram*. Et notādum quod imago tunc facta sit tantū, similitudo in Christi baptismate cōpleatur. Et cōsequēter ei cui dictū est: tu signaculū similitudinis, iungitur: plenus sapiētia, perfectus de core: siue corona decoris. Vbi enim similitudo Dei est, ibi & plenitudo sapiētiæ, & perfectus decor: siue quasi diuersis floribus, ornata, atq; cōposita corona virtutum, quā propitio studio auget diligēs, dum naturæ bonū nutrit industria, & negligēs minuit, iuxta illud quod in Prouerbiis sub figura mulieris pulchræ, & male moratæ dicitur: *Sicut inauris in narib. porcæ, sic mulieri male morātæ pulchritudo.* Sequitur: in delitiis paradisi Dei fuisti: pro quo in Hebraico habetur: in עדן: quod & Geneseos narrat historia. Eden autē vertitur in delitias. Et pulchre ad distinctionem, paradisum Dei nominat: vt ostendat esse & contrarium paradisum non Dei, apud eos qui veritatē mutant mendacio, & paradisum habere se iactant. Quo sermone demonstrant, nequaquam hominem esse de quo scribitur, sed contrariam fortitudinem: quæ quondam in Dei paradiso cōmorata sit: licet Iudæi hoc per τρόπον qui appellatur ὑπερβολήν, de Hiram rege Tyri existimēt prophetari. Cui autem dicitur: In delitiis paradisi Dei fuisti, siue factⁿ es: quid habuerit, ostēdit, quidue perdiderit. Porro quod habitatio paradisi copulatur: omnis lapis pretiosus operimentū tuū, siue colligatio tua, & circūdatio sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onix, & berillus, sapphirus & carbunculus, & smaragdus: siue vt in Lxx. diuerso ordine nominibusque aliis, duodecim lapides cōtinētur. Hoc obseruandum est, nō omni lapide pretioso regē Tyri fuisse circūdatum, siue opertum, & vt Symmachus trāstulit, vinctū atque constrictū: sed omnem lapidem, quem habuit princeps Tyri, fuisse pretiosū. Alioquin multi sunt pretiosi lapides, quos in præsenti loco scriptura non nominat: chalcedonius, sardonix, chrysoprasus, hyacinthus, crystallus quoque, & pretiosissimum margaritum. Sed & Aquila & Symmachus ac Theodotio in præsenti loco multum inter se, & Lxx. interpretes, non solum ordine, sed & numero discrepāt atque nominibus. In Apocalypsi quoq; Ioannis, vbi de viuis lapidib. Hierusalē extructa memoratur, paululum extremis partib. ordine cōmutato, iidem in fundamentis eius ponuntur lapides: ita vt portæ illius crystalli lumine scribantur ædificatæ. Sed & in pectore pontificis, per quatuor ordines in rationali, iidem lapides describuntur, & in humeris eius duo lapides onychini: in quibus duodecim patriarcharum scriptā sunt nomina: quos verus pontifex (de quo scriptum est: *Tu es sacerdos in æternum, secundū ordinē Melchisedec*) portat in pectore, portat in humeris: vt in duodecim lapidib. apostolorū numerū, & in duob. vtriusq; testamenti sacramenta demonstret: quorū vn⁹ Ioannes euāgelista recubuit in pectore eius, vt hauriret fluēta sapientiæ, & posset dicere: *In principio erat verbum, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū*: hoc erat in principio apud Deū. Isti sunt viui lapides de quib. ædificatur ecclesia, & de quibus scribit apostolus Petrus: *Si credidistis, quia suauis est dominus: ad quē accedentes lapidem viuentē, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autē electum & honorabilē*: & ipsi sicut lapides viuentes ædificamini domus spirituales in sacerdotium sanctum, offerre spirituales victimas, placētes Deo per Iesum Christū: quoniā dicit scriptura: *Ecce ponā in Sion lapidē angularē, electū, pretiosum, & qui credit in eo, nō cōfundetur*. Sup quo & vas electionis pari voce cōsentit, dicēs: *Superædificati in fundamēto apostolorum & prophetarum, ipso angulari lapide Christo Iesu dño nostro: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctū in domino.* Hi sunt lapides, de quibus & in alio loco legimus: *Lapides sancti voluuntur super terram*: instar rotarum, paululum tangentes humum, & volubilitate sua ad cœlestia festinantes: De quib. & scriptura commemorat: *Ecce ego præparo carbūculū lapidē tuum. & fundamenta tua sapphirū, & ponā propugnacula tua iaspidē, & portas tuas lapides crystalli, & muros tuos lapides electos, & oēs filios tuos doctos à Deo, & in multa pace filios tuos, & in iustitia ædificaberis*. Super quo quid nobis videretur, in eiusdē ꝓphetæ explanationib. diximus. De huiusce modi lapidibus & xx. psalmus canit: *Domine in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuū exultabit vehemēter. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eū. Quoniā prœuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso*. Iste sunt margaritę prophetarū & apostolorū, quæ cōparatione Christi, omnes venūdantur in euangelio, vt emātur pretiosissimum margaritum, & lapis de quo Zacharias scribit: quod septē habeat oculos, id est, septem gratias spiritⁿ sancti. Lege Esaiam. Et ponitur per apostolū Paulum in fundamento ecclesiæ: super quo ædificētur aurū, argentū, & lapides pretiosi: quorū colores atq; naturas & efficientias singulorū, nō est huius tēporis disserere, sed proprium volumē desiderant: ita vt in Ezechiele & in Exodo, & in Apocalypsi, & in Esaia, sibi oēs lapides & lapidū ordines cōparati, magnam & legenti & differendi faciāt quæstionē. Super quib. & vir sanctus Epiphanius episcopus, proprium volumē mihi præsens tradidit. Et xxxvij liber Plinij secundi, naturalis historiæ, post multiplicē omnium rerum scientiā, de gemmis & lapidib. disputat. Ad quorum notitiam, diligens à nobis mittendus est lector. Porro Symmachi interpretatio, istum principē Tyri, quasi pretiosissimū monile lapidib. scribit esse distinctum. Denique auri tympanum vocat, in quo infixi sint lapides. Vñ & iuxta Hebraicum sequitur: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua cōditus es, ꝑparata sunt. Pro quo posuere Lxx. Auro repleti thesauros tuos, & apothecas tuas, ad sensum mentemq; referentes: quod cogitatio eiⁿ, diuinis patuerit sacramentis, & congregauerit sibi diuitias spirituales: de quib. dominus præcepit: *Thesaurizate vobis thesauros in cœlos: vbi nec erugo, nec tinea demolitur: nec fures effodiūt & furantur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Iste est thesaurus absconditus: de quo & in euangelio loquitur: *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quē qui inuenerit, abscondit, & præ gaudio suo vadit, & vendit omnia quæ habet & emit agrum illum*. Apothecæ autē sunt siue horrea, de quibus in alio loco scriptum est: *Benedicta apotheca tua & reliquiæ tuæ*. Post hæc dicitur iuxta Hebraicū: Tu cherub extentus & protegens, subauditur arcā Dei & propiciatorium: vel iuxta Lxx. ꝙ ipse cum Cherub vnctus sit & creatus. Ex quo ostenditur ad hominē vrbis Tyriæ principē hoc pertinere non posse: sed ad sanctā quondā & præcipuā fortitudinem, q̄ vrbis Tyriæ princeps posita sit. Et posui te, inquit, in mōte sancto Dei: Haud dubiū quin paradisum significet: ad quem post cœlum tertium Paulus apostolus raptum esse se dicit. Cherub autē genere masculino, numero singulari, & plurali dicūtur cherubim, qui interpretātur scientiæ multitudo: super quibus requiescit, & sedet Deus, & hoc curru vtitur, dicente ꝓpheta ad eum: *Qui sedes super Cherubim, manifestare*. Et in alio loco: *Ascēdit super cherubim & volauit: volauit super pennas ventorū*. Iste autem cherub, siue creatus cum cherub, extētus, & protegens sacramenta, positus est in mōte sancto Dei, de quo crebro diximus. Et Paulus apostolus loquitur, si quis tamē ad Hebræos epistolā suscipit, *Accessistis ad Siō mōtem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalē cœlestē, & millia angelorum*. Vel certe mōs sanctⁿ Dei, paradisus (vt diximus) intelligēdus est. Ambulauit quoq; in medio ignitorū lapidum, de quibus scriptum est: *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem*. Et non solum Deus, qui vocatur ignis consumēs, fenum, ligna, stipulamq; consumat: sed & angeli, qui vocantur igniti lapides, spirituq; feruentes. Vnde dñs: *Ignē, inquit, veni mittere super terrā, & quam volo vt ardeat*. Quodq; sequitur: *Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ*: pro quo posuere Lxx. *Fuisti immaculatus in diebus tuis à die qua creatus es: donec inuentæ sunt iniquitates in te. A multitudine negociationis tuæ replesti cellaria tua iniquitate, & peccasti, & vulneratus es à monte Dei, & adduxit te cherub obumbrans de medio lapidum ignitorum. Et eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in pulchritudine tua: in terram proieci te: ante faciem regum dedi te, ut testatis, quam acceperas, tenebatur inclusa. In multitudine quoque negotiationis eius repleta sunt interiora illius, siue cellaria iniquitate*. Dū. n. multa conquirit, & non est contentus scientia quam acceperat, nec potestate cui præpositus erat: repleuit cellaria & interiora pectoris sui: vt saturatus & incrassatus calcitraret contra creatorem suum. Manducauit. n. Iacob, & saturatus est: & recalcitrauit dilectus, *incrassatus & impinguatus & dilatatus: & dereliquit Deū qui fecerat eū*. Et *de corde procedunt cogitationes pessimæ*: propter quas dicit Deus: *peccasti, & eieci te de monte Dei*, siue *vulneratus es à monte Dei*: quod legentes, timere cōpellimur. Si enim cherub extētus & protegens positus in monte sancto Dei, & in medio ignitorum lapidū perfectus & immaculatus, propter multitudinē negotiationis repleuit interiora sua iniquitate: & peccauit, & eiectus est de mōte Dei, hoc est, de habitatione paradisi, siue vulneratus à mōte Dei, qui perspicue Christus intelligitur, aut certe in monte Dei constitutus & habitans, à semetipso vulneratus est, & conscientiæ compunctus malo, dum se intelligit habitatione montis indignum, quid de nobis existimandum est? Propter quod dicitur ei: *Et perdidi te O Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum*, vt nequaquā inter ignitos lapides consisteres, sed perires. O ipse Cherub, siue cherubim, qui protegebas, *eduxi te de medio lapidum ignitorum*: iuxta illud quod & de Adam scriptum est: *Eiecit Adā, & constituit eum contra paradisum deliciarum*. Causasque reddit, cur eductus sit siue proiectus de medio lapidum ignitorum. *Eleuatum est enim cor tuum in decore tuo*: dum tuum putas esse quod Dei est. Vnde & apostolus

lus, ſtimulũ carnis & angelum ſatanæ accepiſſe ſe dicit, qui eum colaphizaret, ne reuelationũ magnitudine ſuperbirer, & in iudicium incideret diaboli. Et idcirco corrupta eſt, inquit, doctrina tua cum decore tuo, ſiue perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo: vt dum plus vis eſſe, quam conditus es, & magis ſapere, quam à Deo acceperas: etiam id perderes quod habebas, & pro pulchritudine atque doctrina, deformitas te & ſtultitia poſſideret. Vnde in terram proiectus es, qui ante habitabas in monte Dei. De quo & Eſaias ſcribit *Quo modo cecidit Lucifer qui mane oriebatur?* Et Saluator in euãgelio: *Videbam*, inquit, *ſatanã quaſi fulgur de cælo cadẽtẽ.* Quod & Hieremias loquitur ad Hieruſalẽ. *Quo modo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Dispersi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum.* Et Ezechiel ad Tyrum: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, tu cũctis ornatus lapidibus: tu cherub, vel creatus cum cherub. cum eo contrario peccaueris, & in cinerem diſſoluendus ſis?* Adduntque fabulæ ſuæ miraculum: vt contra ſcripturam, imo ſine ſcripturæ auctoritate dicant Hiram mille vixiſſe annis. Verum hæc quam violẽta ſit interpretatio, abſq; noſtro iudicio prudens lector intelligat.

a ¶ *Et factus eſt, &c.*] *& ſcient quia ego dominus Deus eorum.*] Quodque ſequitur iuxta Lxx. *Et Deus patrum eorum*, in Hebraico nõ habetur. Conſequenter autem poſt Tyrum, ſermo fit ad Sidonem. Vnius n. vtraque vrbs prouinciæ eſt. & in euãgelio, Tyrus & Sidon pariter nominantur. *Si in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te.* Vnde & Chananæa, cuius filia à dæmonio vexabatur, quia egreſſa eſt de finib. Tyri & Sidonis; quod poſtulauerat, impetrauit. Prædicit autẽ ſermo diuinus, quod à Babyloniis & ipſa capiẽda ſit, & malorum cognoſcat põdere, quod ipſe ſit dominus, cum iudicauerit eam, & ſanctificatus fuerit in illa, & fame eã ac peſtilentia, gladioque cõſumpſerit: ita vt corruat in plateis illius, & nequaq̃ vltra ſit in offendiculũ populo Dei, nec eos frequenter impugnet. Cũ autem hoc factũ fuerit, reuertatur populus Iſrael, quos in diuerſas diſperſerat nationes, in terrã ſuam, & ſanctificetur in eis: nequaq̃ vt in Sidone in malam partẽ, ſed in bonam, cum eis miſertus fuerit, & habitauerint in terra q̃ dedit patri eorum Iacob, & habitauerint ſecuri, & in dño confidentes, & ædificauerint domos, & plantauerint vineas, cum ſua promiſſa cõpleuerit: & tũc cognoſcant quod ipſe ſit dñs, cuius p̃miſſa firmiſſima ſunt. Quod multi ad tẽpus referunt Zorobabel, Ezdræ, & Neemiæ, quãdo reuerſus eſt populus Iſrael, & habitauit in terra Iudæa. Alij vero in vltimo tẽpore, in mille annis ſperant eſſe complendum. Porro ſecundum intelligẽtiam ſpiritualem, hic nobis ſenſus videtur. Sidonij interpretantur venatores: de quib. & in pſalmis ſcriptũ eſt: *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ.* Et in Prouerbiis: *Oculus meretricis, laqueus eſt peccatoris.* Sunt autem & in bonam partem his contrarij venatores. De quibus ſcribit & Hieremias: *Ecce ego mittam piſcatores & venatores, qui venentur vos de omni colle & mõte*: quos & dominus mittit ad piſcãdum, & facit eos de piſcatoribus piſcium, piſcatores hominum. Vnde & viculus Petri & Andreæ hoc appellatur vocabulo, Bethſaida enim in lingua noſtra interpretatur, domus venatorum. Aduerſum hos igitur peſſimos venatores, Dei ſermo dirigitur, & imperatur prophetæ, vt ponat ſiue obfirmet faciem ſuam contra Sidonẽ, & nequaq̃ fluctuet omni vento doctrinæ: ſed in veritate conſiſtens, interficiat venatores. Quæ ſunt ergo quæ Sidoni dominus comminatur? Ecce ego ad te ipſe veniã, & glorificabor in te c ũte interfecero, & ſcient omnes qui vixerint, quod ego ſum dominus, cũ tibi reddidero quæ mereris: mittamque peſtilentiam & ſanguinem in plateas tuas. Rectequa plateæ dicuntur Sidonis. *Lata enim & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad mortem.* Et corruent interfecti, qui male ſteterant, gladio per circuitum: illo gladio quem venit dominus mittere ſuper terram, vt male iuncta diſſocíet: & ſciant qui remanſerint, quod ipſe ſit dominus. Cumque illic ceſſauerit, nequaquã vltra erit offendiculum amaritudinis, & ſpina doloris compungens & vulnerans populum Dei. Omnia autem

autem hæc dicuntur contra aduerſarias poteſtates, quod in extremo tempore deleantur, & ſit æterna ſecuritas, quando congregauerit dominus domum Iſrael, eos qui ſenſu cernunt Deum, & ſanctificatus fuerit in eis, & complebitur illud quod ſcriptum eſt: *Sanctieſtote, quoniã ego ſanctus ſum.* Et habituerint in terra ſua. De qua & alibi legimus: *Credo videre bona domini in terra viuentiũ.* Quam dederat Iacob, qui priorem ſupplãtauerat fratrẽ, & primitiua eius meruerat accipere. *Et habitabũt in ea ſecuri, ſiue in ſpe, & ædificabũt domos, plantabuntq; vineas, & habitabunt ſecundo in ſpe*, iuxta illud quod legitur in Eſaia: *Qui ablactati eſtis à lacte, qui abſtracti ab vbere, tribulationẽ ſuper tribulationẽ expectate, & ſpẽ ſuper ſpem.* Ædificabũt autẽ domos, quas & in euangelio ædificat, qui non ſuper arenã, ſed ſuper petram fundamenta cõſtituit. De quibus ſcriptũ eſt: *Niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eã.* Et in Exodo iuxta Lxx. *Quia timebãt obſtetrices dominum, fecerũt ſibi domos*: & multa huiuſmodi. Cum autem fecerit dominus iudicium cõtra eos qui aduerſantur, ſiue contumeliis afficiunt Iſrael in circuitu: tunc omnis creatura cognoſcet quod ipſe ſit dominus, cuius vera iudicia ſunt, *& iuſtificata in ſemetipſis.*

Caput XXIX.

In anno decimo (ſine iuxta Lxx. *duodecimo*) *in decimo, &c.*] Poſt Sidonem, quæ & ipſa in Phœnices litore conſtituta eſt, ſermo fit ad prophetam decimo anno captiuitatis regis Ioakim, & duodecimo menſe, vna die menſis: vt ponat faciem ſuam ſiue obfirmet contra Pharaonem regem Ægypti, & loquatur de eo, & de vniuerſa Ægypto, ſiue ad omnem Ægyptum (ex alia enim parte Iudææ in eodem litore conſtituta Ægypti prouincia eſt) & quæ illi ventura ſint, prophetet. Sin autẽ oportet de numeris aliquid dicere, quem locum habeat inter decem dies vna. (Vnde & in principio Geneſeos, non eſt dictum: *Factum eſt veſpere & mane dies* prima, ſed *vna*: vt eandem diem reuolui ſemper doceat) Eundem ordinem inter decẽ decadas hoc eſt, centenarium numerum decimus numerus poſſidebit: quo ad victimam agnus aſſumitur, vt immoletur die quartadecima: atq; hoc modo vſque ad mille & decem millia, & centum millia, & vltra per decadas ſuas numerorũ ordo procedit. Poſt decimum autem annum, menſis duodecimus ponitur: vt perfectus duodecim apoſtolorum ac prophetarũ (qui in vno volumine continentur) numerus demonſtretur. Porro iuxta Lxx. decimus menſis qui Hebraice appellatur [a] טבת, & apud Ægyptios *τυβί*: apud Romanos, Ianuarius dicitur: eo quod apud illos anni ſit ianua: omni calore ſublato, hiberni frigoris cõrinet principatum. Hoc de numeris dixiſſe ſufficiat. Cæterũ illud vel maxime requirendum eſt, vtrũ ipſe ſit Pharao qui in Exodo, & Eſaia, & Hieremia, & Ezechiele, multiſque aliis in locis, & in Cantico canticorum nominatur: *Equitatui meo in currib. Pharaonis aſſimilaui te proxima mea*: an alius atque alius? Videturque mihi non eſſe vnus, ſed apud Ægyptios hoc vocabulo demonſtrari regiam dignitatem: ſicut apud Romanos, Cæſares & Auguſti reges eorum appellantur à primo Caio Cæſare, & ſecundo adoptiuo eius Octauiano, qui poſtea Auguſtus eſt nominatus: & apud Syros, Antiochi: apud Perſas, Arſacidæ: apud Philiſtim, Abimelech: & poſt Alexandrum in Ægypto Ptolomæi vſq; ad Cleopatram: qua victa apud Actium, Ægyptus Romana eſt facta prouincia. Ergo in præſentiarũ aduerſum vnũquemlibet regem Ægypti ſermo ſit domini: qui interpretatur [b] διαστροφὴς, interfector videlicet & lacerator, & gladio cuncta concidens & diuidens. Quod iuxta myſticos intellectus referendum eſt ad eam poteſtatem, cui ſubiecta eſt Ægyptus. Numquã enim homo auderet dicere: mea ſunt flumina, & ego feci illa: nec draco appellaretur magnus, & ſedens in medio fluminum ſuorum. Ægyptus autem Hebraice appellatur [b] מצרים, & in linguã noſtram vertitur ἐκκλίσεις, coanguſtãs videlicet & tribulans eos qui ſibi ſubditi ſũt, & non dimittẽs oculos ad cœlum leuare: ſed iuxta euangelium & exẽplũ mulieris illius, quam decẽ & octo annis diabol⁹ incuruauerat, ſemper ad terrena demergens. Videamus igitur quæ ſit cõminatio cõtra Pharaonẽ & omnem Ægyptũ.

b ¶ *Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, &c.*] Studio breuitatis editionem vtramq; miſcemus, vbi non multũ inter ſe diſcrepant. Alioquin vbi magna diuerſitas eſt, vtrãq; proponimus. Dicit autem contra Pharaonem principem Ægypti, & ſub figura eius ad magnã loquitur poteſtatem, cui Ægyptus tradita eſt ad regendum, & nihilominus ſuperbit contra creatorẽ ſuum, ſibi dominationem terræ vendicans, & ſe colendam Ægyptiis gentib. tradens. Loquiturque iuxta ſi-

tum prouinciæ, quaſi ad regẽ, quod in Nili inundatione cõfidat, & pluuias de cælo non magnopere deſideret, auctoremque ſui ſeipſum putet: vel fluuios, hoc eſt, ὑφυγρὰς & rius Nilij à ſe factos iactitet. Non, inquit, angelum mittã, ſed ô draco magne, qui cubas & reſides in medio fluminũ tuorum, ipſe ad te veniam puniendum. Auſus es enim dicere meus eſt Nilus fluuius, & ego mei cõditor ſum: vel, ipſe feci flumen, quo omnis Ægyptus irrigatur. Cumque venero, ponam frenum in maxillis tuis: ſiue conſtringam laqueis os tuum, quo magnifice loquebaris, & omnes ſocios ac duces tuos quos piſces vocat. adhærere faciam pennis vel ſquamis tuis: vt extract⁹ è flumine, proiiciaris, ſiue deponaris. Nimiũ enim te extuleras in deſerto. *Et cades ſuper faciem campi*, vel terræ tuæ: eo quod Ægyptus campeſtris prouincia ſit. Nec colligetur cadauer tuum, nec cõgregaberis: id eſt nequaquã ſepelieris: ſed beſtiis & volatilibus cœli dabo te deuorandũ: vt cũ hæc viderint in te meo iudicio perpetrata habitatores Ægypti, cognoſcãt quod ipſe ſim dominus. Hæc autem tibi euenient, quoniam populum meum Iſrael tuo auxilio decepiſti: vt nequaquã in Deo creatore ſuo, ſed in te confiderent. Fuiſti eis baculus arundineus iuxta Eſaiam: vel virga vacua & calamus fragiliſſimus: cui innitentes, caſſum deprehendere præſidium: ita vt incumbentibus illis frangereris, & lacerares humerum, & manũ qua tenebaris: & dum in te ſecuri ſunt, comminuerentur omnes lumbi eorũ cadentium in terram, & pro auxilio accipientium vulnera. Hæc autẽ per metaphoram dicuntur quaſi ad regem Ægypti: eo quod & ipſa prouincia nequaquam aduerſaria fuerit Iſraeli, ſed dum magna promittit, à Dei eos auxilio ſepararet. Draconem autem iuxta anagogen, contrariam poteſtatem ſæpe legimus. Vnde & Pharao dicitur διαστροφὴς, quod à Deo ſeparet atque ſeiungat, & Ægyptus, id eſt, [c] מצרים, in tribulantes & affligentes vertitur: eos videlicet quos ſibi potuerit ſubiugare. Iſte draco eſt præuaricator, de quo Iob pleniſſime loquitur. Et in pſalmis ſcriptum eſt: *Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum in eſcã populis Aethiopũ.* Et draco magnus ad comparationem minorum draconum dicitur, de quibus canitur in pſalmo: *Tu confregiſti capita draconum in aquis.* Et in alio loco: *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: Illic reptilia quorum non eſt numerus: animalia puſilla cum magnis, illic naues pertrãſibunt: Draco iſte quẽ formaſti ad illudendum ei.* De quo & in alio loco dicitur: *Ipſe eſt rex omnium*

qui in aquis sunt, & principium figurationis domini: qui factus est, vt illuderetur ab angelis eius. Sedet autem siue cubat in medio fluminũ suorum: non vnius fluminis, sed multorum: quæ in diuersis hæresibus accipimus: per quas fluxit in Ægyptum sæculi istius, & irrigauit animas seductorum; non pluuiis de cælo venientibus, sed de terra aquis turbidis: quas bibere nos prohibet Hieremias dicens: *Quid tibi & viæ Ægypti, vt bibas aquã Geõ?* Pro quo in Hebraico דשחור scriptum est: quod verbum in *aquas turbidas* transfertur atq; cœnosas. Vt autẽ intelligamus quæ sint Ægyptij draconis flumina, ex contrariis scire poterimus. Dominus loquitur de fluminibus suis: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluẽt aquæ vinæ.* Et ad Samaritanã: *Qui biberit de aqua, quã ego dedero ei, non sitiet in æternũ*: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Ista sunt flumina de cœlo venientia, de quibus Dauid canit: *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei*: haud dubiũ quin ecclesiam significet. Cõsideremus ergo, quæ draconis pœna, quodve supplicium sit. Sequitur: *Et ponam frenum, vel laqueũ in maxillis tuis.* Cui simile est illud Iob: Adduces autẽ draconẽ in hamo, & pones capistrum circa nares eius. Confidit quod introeat Iordanis in os eius: in oculo suo suscipiet illum. Perforabit autem nares eius armilla, & labia illius. Ponit autẽ dominus in maxillis draconis istius frenum, & perforat labia eius atq; cõstringit armillæ circulo: quando per ecclesiasticos viros, qui in scripturis sanctis eruditi sunt, imponit ei silentium, & vniuersa peruersitatis dogmata dissoluuntur. Agglutinatq; pisces fluminum eius pennis ipsius vel squamis: quibus hæretici per superbiam ad alta festinãt: vt & ipsi vincti cũ dracone, vnum cum eo corpus efficiãt, & copulentur ei vel in erroris consortio, vel in pœnæ similitudine: quo modo *qui adhæret domino, vnus spiritus est.* Neq; vero vnum habet flumen draco Ægyptius, sed multa flumina: quibus irrigat Ægyptum humilem atque deiectam, & nihil in se habẽtem montium: nec *aquas Siloe, quæ vadũt cum silentio*, sed turbidas & cœnosas. Vnde & extrahit eum dominus de medio fluminum suorum: vt nequaquam eis incubet, nec sedeat in eis & omnes pisces squamis illius adhæreant: pro qualitate vitiorum per totum corpus draconis, vel capiti, vel ventri, vel caudæ, & extremis partibus adhærentes: vt extracto dracone, pisces quoque qui adhærent ei, pariter extrahãtur. *Et proiiciam te*, inquit, *in desertum*: vt nequaquã reperias, quos decipias. Vel certe deponam te de culmine superbiæ tuæ, & deponã velociter, iuxta illud Apostoli: *Deus autẽ pacis conterat satanam subpedibus vestris velociter*: vt dracone contrito atq; depositio, pisces quoq; fluminis illius deponantur, & cadat auctor criminum, qui prius stare se arbitrabatur, & in toto orbe discurrere. Cadat autẽ super faciem terræ suæ, ad quã de cœlo præcipitatus est: vt nequaquam vltra in hæreticorum ecclesiis colligatur, neque congregetur siue sepeliatur in his qui crediderint ei, cum ab eo fuerint liberati: sed detur ad deuorandum bestiis terræ, & volatilibus cœli: Bestiis, de quibus scriptum est: *Ne tradas bestiis anim.m confitentem tibi*: Et volatilibus cœli, quæ iuxta viam sementem comedunt & à Saluatore interpretantur esse diabolus. Non solũ enim princeps malitiæ, sed & discipuli eius diaboli nominantur, iuxta illud quod de Iuda dicitur: *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus de vobis diabolus est?* Cœli autem vocantur volatilia, quia sibi sublimia repromittunt, vt postquã draco cum piscibus suis depositus fuerit atque proiectus, & traditus ad deuorandum bestiis terræ, quæ nihil in se habent mãsuetudinis, & his qui circumferuntur omni vento doctrinæ: tunc intelligãt habitatores istius sæculi, quod ipse sit dominus. Omnis autẽ causa pœnarum est, quod frustra domui Israel promisit auxilium, & fuit ei virga vel baculus arundineus, vacuus & inanis, nihilque in se habens plenitudinis: quia non poterat dicere: Nos autẽ *omnes de plenitudine eius accepimus*: cũ scriptura præceperit: *Non apparebit in cõspectu domini dei tui vacuꝰ*, aut *inanis*. Quod autem non debeamus ab Ægypto auxilium postulare, & alibi scriptura testatur: *væ eis qui descendunt in Ægyptum ad auxiliũ*. De istiusmodi baculo arundineo, & Rabsaces frustra exprobrat Ezechiæ regi Iudæ dicens: *Ecce cõfidis in virga arundinea atq; cõfracta ista, super Ægypto, cui qui innixus fuerit, ingreditur in manum eius. Sic est Pharao rex Ægypti omnib. qui confidũt in eo.* Et ille quidem de iusto rege mentiebatur ista commemorãs, qui interpretatur multus poculo. Inebriatus enim erat de aureo calice Babylonis, & idcirco quæ sua erant, ingerebat populo dominum cõfiteri. Hic vero exprobratur Pharaoni quod fuerit domui Israel virga siue baculus arundineus, vanum eis & fragile, & cito comminuendum auxilium repromittens. Vt autem scire valeamus, qui sit baculus arundineus, super quo domus Israel confidere non debeat, ex contrario baculo & virga dñi intelligere poterimus, de qua ad dominum dicitur: *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Hanc virgã habuit & Aaron, quæ dracones Ægyptios deuorauit: & quando percussit aggeres Nili, & Cyniphes in tota Ægypto generatæ sunt. Moyses quoq; iuxta Lxx. extendit hanc virgã, & leuauit in cœlum: & dominus induxit vẽtum austrum super terram toto illo die & tota nocte: & mane leuauit vẽtos, & adduxit locustas super omnem terrã Ægypti. De hac puto virga scribi & in Numerorũ libro, quod floruerit, & nuces siue amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apostolus cum dicebat: *Quid vultis: in virga veniam ad vos?* Et qui pascha celebrabant, baculos tenebant manibus: sine quib. imbecillitatem humani corporis sustentantibus, carnes agni comedere non poterant. Hæc est virga de radice Iesse: super quam septem spiritus requieuerunt. Sed non talis Pharao, nec baculus Ægypti & virga arundinea, quæ decipit apprehendentes se, & lacerat humeros eorum, id est fortitudinem. Et quicumque super eam fuerit innixus, dissoluuntur lumbi eius, & stare non potest, nec accinctus renibus pascha celebrare. Quod his congruit, quorum scrutatur corda & renes Deus.

a ¶ *Propterea hæc dicit Dominus, &c.*] Iunge prioribus quæ sequuntur. Quia fuisti baculus arundineus domui Israel, & non solum confractus es in manu eius, sed iuxta Esaiam perforasti manum eius: & nunc lacerasti humerum, & ipse comminutus es, & innitentium super te dissoluisti lumbos. Idcirco ego inducam super te hostium gladium, & cum hominibus iumẽta vastabo, & redigetur terra Ægypti in solitudines, & secundo sciẽt Ægyptij quod ego sum dominus. Nec hoc ero fine contentus, sed quia in tantam prorupit blasphemiam, vt suos esse diceret fluuios, & omnẽ abundantiam Ægypti, ideo & ipsum auferam, qui se dixerat creatorem, & flumina quæ à se creata iactauerat, & redigam terrã Ægypti in longissimam solitudinem, & gladio dissipatam, à turre Syene vsque ad terminos Æthiopiæ. Pro turre q̃ Hebraice מגדול dicitur: Lxx. loci nomen posuerunt, vt μαγδαλὸν scriberent. Turris autẽ Syene vsq; hodie permanet castrum ditioni Romanæ subditum, vbi sunt Nili cataractæ, & vsque

vsque ad quem locum de nostro mari Nilus nauigabilis est. Totam igitur Ægyptum dicit esse depopulandam vsque ad terminos Æthiopiæ, quibus extrema Ægypti regio iungitur: ita vt pes hominis in Ægypto non pertranseat, nec iumenta reperiantur in ea, & non habitetur per quadraginta annos. Parcitur. n. Ægyptiis, & quia hospites quondam fuere Israel, breuior tẽporis condemnatio est. Tyrus sabbatizauit sabbata sua per annos septuaginta, & sic in antiquum statũ restituta est. Captiuitas quoque Iudææ, templique subuersio, vsq; ad Cyrum regem Persarum, septuaginta compleuit annos. *Potentes* enim *potenter tormẽta patiẽtur.* Quod autem dicit: Dabo terram Ægypti desertã in medio terrarũ desertarum: Palæstinos significat, Idumæos & Moabitas, omnesq; alias regiones, aduersum quas supra prophetæ vaticiniũ est. Tunc disperget siue disseminabit Ægyptios in nationes, & vẽtilabit eos in terras. Et quia clemẽs & miserator est dominus, patiens, & multarum miserationum, post quadraginta annos Ægypti restitutio est, & reducetur in antiquum solũ vniuersa captiuitas, & collocabitur in vrbe metropoli, quæ appellatur Phatures vbi orta est, & vnde profecta est: ita dũtaxat vt pro vtilitate sua amittat antiquam superbiam, & sit regnum humile, imo humillima omnium nationum: vt non eleuetur vltra contra gentes, nec in eas habeat imperium: sed redacta in paucitatem, nequaquam decipiat domum Israel sui confidentia, nec doceat eos iniquitatem, siue redigat eos in memoriã iniquitatis, quod deserto Dei auxilio, Ægypti quæsierunt adminiculum. Et hæc omnia fient, vt tertio cognoscant Ægyptij quod ipse sit dominus. Hæc breui sermone perstrinximus, historiæ fũdamenta iacientes. Nunc allegoriæ nubilum differendũ est, & eadem breuitate vitare conabimur, & huius explanationis longitudinem. Ad draconem sermo est, qui dixerat: *Mea sunt flumina, & ego feci ea*: quod inducat super eũ ipse dominus gladium, de quo in Esaia scriptum est: *Inebriatus est gladius meus in cœlo: nunc descendet in terram, vt perdat ex ea hominem & iumentũ*: quidquid vel rationis videtur habere, vel simplicitatis: & perdat non absolute, sed draconi: vt draconi pereant, & viuant Deo, & fiat Ægypti terra perditio secundum superiorem sensum, quod draconi pereat: & post perditionẽ redigatur in solitudinem, pessimum hospitẽ habere desistens. Et nunc cognoscent homines & iumenta, & terra disperdita quod ipse sit dominus: illo sensu quo in septuagesimo septimo psalmo scriptum est: *Cum interficeret illos, tunc quærebant eum.* Omnis enim qui quærit, inueniet. Dei quidẽ misericordiæ est, vt mundi huius pereat abundãtia, & Ægypti fluenta siccẽtur, imo terra eorũ sit in solitudines, & sententia domini dissipetur à turre Syene (quæ interpretatur gyr°, vt nihil in se recti habeat) vsq; ad terrã Aethiopum, qui humiles appellantur: vt videlicet omnis superbia quæ se contra Dei scientiam erexerat, destruatur, & humilietur in salutem suam: Nec pes hominis, hoc est, rationale quippiam transeat per Aegyptum: neque pes iumenti gradiatur in ea: vt simplices quoisque non teneat, quod dimissis hominibus, Pharao in Aegypto tenere cupiebat, Moyse cõtradicente, & volente iumenta cum quoque de Aegypti captiuitate liberari. *Et non*, inquit, *habitabitur quadraginta annis*: qui numerus semper afflictionis & pœnæ est. Vnde & Moyses & Helias & ipse Saluator, quadraginta diebus ieiunauerunt & noctibus: & per quadraginta annos populus erat in solitudine, vt postea circumcisus in Galgalis, opprobrio & ignominia Aegypti liberetur. In cuius numeri sacramento, & hic idem propheta pro tribu Iuda quadraginta diebus dormit in dextro latere: & quadringentis annis populus seruituris in Ægypto nunciatur: qui faciunt quadraginta decadas, siue quatuor ἑκατοντάδας. Pluuiæ quoque diluuij quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Iustum enim erat, vt qui per quatuor elementa mundi, quib. omnia cõstare dicuntur, dum ea diligit & fouet, Deum offenderat, in ipso numero plectetur: & Israel qui peccauerat in sabbatũ, septem decadarum, hoc est, septuaginta annorum supplicio sustineret. Daturque terra Ægypti deserta, & ciuitates eius in medio terrarum & vrbium subuersarum, quæ nõ sunt extructæ de lapidibus, sed latere & paleis, vt dispergatur Aegyptus, quæ male sibi fuerat copulata, & ventiletur in terras, quo sc. frumentum à paleis seperetur: & quadraginta annorum fine cõpleto, sit restitutio Aegypti, & reducatur captiuitas eius, & collocetur in terra Phatures, q̃ interpretatur panis conculcatus: vbi panis ille qui dixerat: *Ego sũ panis qui de cœlo descendi*, prauitate hæretica conculcatus est: Vt cum venerint ad ecclesiam, habitẽt in pane conculcato, & nequaquam eleuentur in superbiam, sed sint in regnum humile: Et vt etiam cum restituti fuerint in pristinum statum, se per humilitatem deiiciant, quod in Aegypto vixerint, & latericias extruxerint ciuitates, & inter multa regna ecclesiæ sint humiles, & sciant in quem peccauerint: & vltra non eleuetur Aegyptus super ecclesias in toto orbe diuisas, sed redigatur in paucitatem, & pauci in ea remaneant inter gentes, iuxta illud quod scriptum est: *Da illis domine. Quid dabis illis? Da illis vuluæ sterilem, & vbera arentia*: vt nequaquam gaudeant, & extollant se in multitudine deceptorum, sed redigantur in paucos: *Multi* enim *vocati, pauci vero electi.* Et vltra non decipiant domum Israel, id est, ecclesiam: nec vanam eis spem confidentiamque repromittant, docentes iniquitatem: vt fugiant ecclesiasticam disciplinam, & sequantur Aegyptias voluptates. Hæc autẽ fient, vt tertio cognoscant Aegyptij quod ipse sit dominus. Quod mihi propterea videtur dici, vt cognitio prima Aegyptiorum in carne sit: secunda in anima, tertia in spiritu. Primo, super terram, secundo, mundi huius conuersatione finita: tertio, post resurrectionem.

a ¶ *Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis, factum est verbum domini ad me, dicens, &c.*] Quæritur quo modo post decimum annum superioris sermonis, statim vicesimus & septimus ponatur annus, & in cõsequẽtibus decimus duodecimusque, & in extrema descriptione templi, vicesimusquintus. Sed facilis solutio est. Quia enim de Aegypto & superior, & hæc quæ nunc dicitur, prophetia contexitur, licet diuersis sit facta temporibus, tamen quia de vna prouincia prophetatur, iunctæ sibi sunt. Quod & in Hieremia crebro legimus, vt præpostero ordine tempora describantur. Prius enim Sedechiæ in quibusdam gesta referuntur, & postea Ioachim qui ante eum fuit. In psalmis autem, quia carmen est lyricum, historiæ ordo nõ quæritur. Dicamus ergo prius iuxta literam. Nabuchodonosor cum oppugnaret Tyrum, & arietes, machinas, vineasq; (eo quod cincta esset mari) muris non posset adiungere: infinitam exercitus multitudinem iussit saxa & aggeres comportare, & expleto medio mari, imo freto angustissimo, vicinum litus insulæ fecit continuũ. Quod cum viderent Tyrij iamiamque perfectum, & percussione arietes, murorũ fundamenta quaterentur, quidquid pretiosum in auro, argento, vestibusq; & varia suppellectili nobilitas habuit, impositum nauibus ad insulas asportauit, ita vt capta vrbe, nihil dignum labore suo inueniret Nabuchodonosor. Et quia

Dei in hac parte obedierat voluntati, post aliquot captiuitatis annos Tyriæ, datur ei Ægyptus: multoque fæuior Tyrus Ægypto. Illa enim oppugnabat Hierusalem: hæc vanũ pollicebatur auxilium. Aliud est enim spe imbecillitatem decipere: aliud aduersum populum Dei dimicare. Hoc est ergo quod dicit, Nabuchodonosor rex Babylonis, & oppugnatione Tyri, suũ mihi seruire fecit exercitum, vt implerem volũtatem meam: *omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est.* gestãtiũ cophinos terræ, & lapides quibus raduntur humeri, & decaluatur caput: & tamen nec ipse, nec exercitus eius aliquid dignum inuenit in Tyro. Et cum in hoc mihi seruierit, & meam contra Tyrum impleuerit voluntatem, idcirco dabo ei terram Ægypti. Quod quidam dicunt sub Nabuchodonosor esse completũ: alij sub Cambyse filio Cyri, qui Ægyptum vsque ad Æthiopiã vastauit, ita vt Apim interficeret, & omnia eorum simulacra deleret. Quã ob causam putãt eum versum in amentiã, casu equi, & proprio pugione confossum. Pleniſſime hanc historiam narrat Herodotus: vbi & omnis Ægyptus per pagos & castella & vicos describitur: & Nili origo gentisque illi⁹ populi, & mẽsura terræ per circuitũ vsq; ad desertum Æthiopiæ, & litora magni maris, Libyæque & Arabiæ cõfinia demonstrantur. Causa autẽ iræ domini cõtra Ægyptum, illa est: q̃ populum Dei suo deceperit auxilio, ne sperarent in Deum, & illũ ad iracũdiã prouocaret. *In illo*, inquit, *die* quo Ægyptus capta fuerit, *pullulabit cornu domus Israel*: haũd dubiũ quin regiũ genus significet. Quod quidam ad Zorobabel filium Salathiel, qui per Iechoniam de Dauid stirpe generatus est: alij ad vltimum tempus referunt, quando putant & Heliam esse vẽturum. Nos autem cornu domini super Christo intelligentes, præsentem carpimus historiam. Cumque ait, ô propheta hoc prius fuerit expletum, tunc aperietur os tuum, & vaticiniũ tuum neq̃quam dubia promissione pẽdebit, sed cernetur opere perpetratum: vt sciant omnes qui audierint, me esse dominum, cuius dixisse, feciſse est. Hæc secundum literam, imo iuxta veritatem dicta sint prophetiæ. Cæterum ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiã, Nabuchodonosor columba Dei appellatur, eo quod aduersum populum peccatorem, Dei seruierit voluntati. *Et adducam*, inquit, *seruum meum Nabuchodonosor.* Ex quo perspicuũ est condemnari nos comparatione gentilium, si illi lege faciant naturali, quæ nos etiam scripta negligimus. De quo pleniſſime ad Romanos Paulus Apostolus disputat. Ac ne aliquid præterire videamur: secundum intelligentiam spiritualẽ quærimus vbi hunc numerum, hoc est, vicesimumseptimũ legerimus. In Geneseos libro scriptura testatur, sexcentesimo anno vitæ Noe, secundo mense, vicesimaseptima die mensis secundi super faciẽ terræ aquas inductas esse diluuij. & postea septimo mense eiusdem anni, qui vicinus est sabbato, & vicesima septima die eiusdem mensis septimi, aquas cessasse diluuij, & sedisse arcam Noe super montes Ararat, qui interpretãtur Armeniæ. Ex quo intelligimus, medium esse numerum, & ad vtrumque posse conferri: quando in hoc & ira Dei incipit à diluuio, & clementia eius septimo mense in eodem dierum numero demõstratur. Et quia apud Hebræos, mensis, qui apud nos Kalendis & nonis, idibusq; deuoluitur, secundũ lunæ cursum supputatur (vnde, & Græco vocabulo μὴν, id est, luna à mense nomen accepit) hoc dictum est, in vicesimo septimo lunæ die parum quid luminis remansisse, ne penitus ira eius absque misericordia sit. Quando autẽ totus lunæ orbis lumine impletur, tunc & Pascha celebratur, & omnes maximæ solemnitates. Quod strictim posuimus, vt sciamus in hoc numero, & bona & mala pariter contineri. Bona Nabuchodonosor, cuius labori merces redditur: Mala Ægyptiis, quorum vastitas nunciatur.

ptimo anno, in primo, in vna mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suũ seruitute magna aduersum Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersum eã. Propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti: & auferet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illi⁹: Et operi, quo seruiuit aduersum eam, dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laborauerũt mihi, ait dominus Deus. In die illo pullulabit cornu domus Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient quia ego dominus.

Caput XXX.

Heb.

ET factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta, & dic, hæc dicit dominus Deus: Vlulate, væ, væ, diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini: dies nubis, tempus gentium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata

Sept.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, vaticinare, & dic. Hæc dicit Adonai dominus: O ò dies: quoniam iuxta est dies: & iuxta viam domini dies nubis, finis gentium erit. Et veniet gladius super Ægyptios, & erit conturbatio in Æthiopia. Et cadent vulnerati in Ægypto, & auferẽt multitudinem eius, & concidentur fundamẽta illius. Persæ & Cretẽses, & Lydi, & Lybies, & omnes cõmisti, & de filiis testamẽti mei gladio cadent. Hæc dicit Adonai dominus: Et concident sustẽtacula Ægypti, & descender contumelia fortitudinis eius: à Magdalo vsque ad Syenem gladio cadent in ea, dicit Adonai dominus. Et desolabitur in medio regionũ desolatarũ: & ciuitates eius in medio vrbiũ desertarũ erũt: & scient quoniam ego sum dominus, quando dedero ignem super Ægyptum, & contriti fuerint omnes auxiliantur ei. In die illa egredientur nuncij à facie mea, festinantes disperdere Æthiopiæ spem, & erit conturbatio in eis in die Ægypti, quia ecce veniet. Hæc dicit dominus Deus: Et disperdam multitudinem Ægyptiorum per manum Nabuchodonosor regis Babylonis, ipsius, & populi eius cum eo, pestilentes qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram. Et euaginabunt omnes gladios suos super Ægyptum, & replebitur terra vulneratorum. Et dabo fluuios eorum desertos, & tradam terram in manu pessimorum: & disperdam

Cap. XXX.

ET factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis propheta, & dic, hæc dicit dominus Deus: Vlulate, væ, væ, &c.] Post vicesimum & septimum annum captiuitatis regis Ioachim, reuertitur ad præsens tempus, quando contra Ægyptum cœperat prophetare, id est, ad annum decimum, & decimum mensem, vndecimi mensis die: & dicit sibi præceptum à domino vt loquatur ad omnes nationes, & cum omnibus specialiter ad Ægyptum. Quæ sunt ergo quæ loquitur? Vlulate, væ, væ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini: non claro sole rutilans, sed operta nubibus, & Babyloniam afferens tempestatem. Cumque cœperit gladius vastare Ægyptũ, pauor erit in Æthiopia, quæ vicina est Ægypto, ne ad se vsq. Babylonius mucro perueniat. Cadent. n. in Ægypto vulnerati, & auferetur multitudo illius: & vsque ad fundamẽta omnia destruentur: ita vt si quis in Ægypto reperiatur de Æthiopia, & Libya, & Lydia, & in commune de variis populis & Chub, quod Symmachus vertit in Arabiã: & de filiis terræ fœderis, hoc est, de populo Iudæorum, cum illis gladio cadat. Pro quibus gentib. Lxx. posuerunt, Persæ, & Cretenses, & Lydi, & Libyes, & omnes commisti, & filij testamenti mei gladio cum ipsa cadent. Et vt sciremus has omnes gentes fuisse in auxilio Ægypti, sequens sermo demonstrat: *Et corruent fulcientes Ægyptum*, siue *sustentacula Ægypti*, id est, socij: & omnis superbia imperij, siue contumelia fortitudinis illius destruetur ac deponetur, à turre Syenes, quam in extremis finib. Ægypti sitam diximus: siue à Magdalo vsq; Syenem, sicut Lxx. transtulerunt: omnes ciuitates Ægypti desertæ erunt, vt cognoscant dominum, quando ignis Chaldæorum vniuersa vastauerit: & attritiã fuerint vniuersi auxiliatores eius, & peruencrint nuncij iuxta Aquilam & Theodotionem a עִם, quos Symmachus transtulit, festinantes: nos in trieres vertimus (ita enim ab Hebræis accepimus) vt omnis Æthiopiæ fiducia conteratur, & quando fuerit vicina prouincia desolata, pauor teneat proximam. Vt autem sciremus quis esset iste gladius qui vastaret Ægyptum, & terreret Æthiopiã, sequitur manifestius: Et cessare faciam multitudinẽ Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: qui non solũ veniet, sed veniet multis comitatus nationibus: ita vt omnis Ægyptus interfectorum

ctorum sanguine compleatur: tantaq; erit ira domini, vt siccentur alueifluminum, hoc est, Nili διώρυχες, vsque ad solum, & in manu pestilentium, siue hominum pessimorum, plenitudo Ægypti desoletur. Mea enim verba irrita esse nõ possunt: illucque proficiet indignatio, vt simulacra Ægypti disperdantur, & essent idola de Mẽphis, quæ vsque hodie metropolis est superstitionis Ægyptiæ, siue optimates & principes de Mẽphis, & de terra Ægypti. Tãtus autẽ terror cuncta Ægyptũ possidebit, vt terra Phatures omnis pereat, & ignis vastet Taphnis: siue vt Lxx. trãstulerunt, Tanin. *Faciãque* ait, *iudicia in Alexãdria*, quæ hodie sic vocatur. Cæterum pristinũ nomen habet: No: quod Aquila, Symmachus, & Theodotio, sicut in Hebræo positum est, transtulerunt. Pro quo nescio quid volẽtes Lxx. dixere Diospolim, quæ Ægypti parua ciuitas est. Nos autẽ pro No, Alexãdriam posuimus, per anticipationẽ, quæ Græce προλήψις appellatur, iuxta illud Virgilianũ: *Lauinaque venit littora*: non quod eo tempore quando venit Æneas in Latiũ Lauinia dicerẽtur, sed quæ postea Lauinia nuncupata sunt, vt manifestior locus fierer lectoris intelligentiæ. *Et effundam*, inquit, *indignationẽ meã super Sain*, q̃ nos in Pelusiũ vertimus, & robur appellatur Ægypti, eo q̃ portum habeat tutissimum, & negotiationes maris ibi vel maxime exerceãtur. Vnde & poëta Pelusiacam appellat lentẽ, non quod ibi genus hoc leguminis gignatur vel maxime, sed quod è Thebaida & omni Ægypto per riuũ Nili illuc plurimũ deferatur. Et interficiã, ait, multitudinẽ Alexandriæ, quæ rursũ in Hebræo posita est נו: pro qua nequaquã Diospolim, vt supra, sed Memphim Lxx. transtulerunt. Et vt ostẽdat populosam iam illo tẽpore fuisse vrbem. *Perdam*, ait, *multitudinẽ No*: *& dabo ignẽ*, hoc est, regem Babylonis in Ægypto: qui instar ignis cũcta depopuletur. *Quasi parturiens dolebit Sain*, id est, Pelusiũ: siue cõturbatione turbabitur, & in Alexãdria, id est, in No, erit scissura, & diffundentur aquæ, pro qua rursum Lxx. Diospolim transtulerunt. Moris autem Ægyptiorum est propter inundationem Nili, excelsos aggeres construere ad ripas Nili. Qui si custodum negligentia, vel nimia aquarum magnitudine rupti fuerint, subiacentes campos, neq̃quam rigant aquæ, sed opprimunt, atque populantur. Per quod significatur, sic Chaldæorum exercitu occupandam Ægyptum, quo modo inundantibus Nili aquis & super modum crescentibus operiri solet atque corrumpi. Pro inundatione aquarum & irruptione atque scissura aggerum, in Hebræo positum est: Et erunt in Memphis angustiæ quotidianæ: vt vnde Nilus diuiditur, & vbi Apis templum est, & consulta respondent oracula, ibi quotidianæ angustiæ fiant. *Iuuenes quoque Heliopoleos*, quæ Hebraice appellatur b אֹן, *& Bubasti* alterius ciuitatis, *gladio corruent*: ita vt ipsæ vrbes, hoc est, habitatores, siue mulieres earum ducantur in captiuitatem, qui sexus iniuriæ subiacet. In Taphnis vero, quæ est regia ciuitas, conterentur sceptra Ægypti, id est, omne regium genus. Cumque potentia eius interfectis principibus defecerit; tunc nigrescet dies, & caligine ac tenebris omnia complebunt: ita vt ipsa vrbs operiatur nube mœroris ac luctus & filiæ eius, id est, oppida reliqua ducãtur in captiuitatem: vt postquam fecero iudicia in Ægypto, & me cunctis iudicem demonstrauero, tunc sciant Ægyptij quod ego sum dominus. Hæc quasi paruulis elementa describimus, vt per literas, syllabas, nomina, verborumque contextũ, possint ad lectionem prosæ vel carminis peruenire. Nunc aggrediamur tropologiam, & latissimum disputationis pelagus, breui quasi picturæ tabula demonstremus. Sermo domini, qui erat semper in patre, factus est ad prophetam, & vocat eum nequaquam nomine suo, sed filiũ hominis. Quod in scripturis sanctis, in bonam partem semper accipitur, duntaxat numero singulari, vt in hoc eodem propheta, & in Daniele, & in euangelio: Alioquin plurali numero in cõtrarium legitur, vt est illud: *Filij hominum, dentes eorum, arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.* Et rursum: *Filij hominum vsquequo graui corde? Leo* enim *rugiet, & quis nõ timebit?* Dominus locutus est, & quis non prophetauit? *Vlulate*, inquit, *væ væ, diei, quia iuxta est dies, & appropinquat*, dicit dominus, *dies nubis*, tempus siue finis gentium erit. Duplex consummatio est: aut generaliter omnium, quando finis mundi aduenerit, aut specialiter singulorum, quando tempus mortis institerit. Iuxta autem dicitur, quia æternitati comparatum, omne tempus breue est. Vnde & Iacob centum & triginta annos quibus vixerat: pauci, inquit, & pessimi sunt dies mei. Et psalmista de vniuersi generis humani fragilitate disputans ait: *Dies nostri quasi vmbra pertranseunt.* Quod reputantes, nec potentia erigemur, nec diuitiis incubabimus, nec felicitate lætabimur, cito omnia auferenda noscentes. Pulchreque dies dicitur domini, quando omnis sæculi conuersatio destruetur, & errore sublato, vna veritas apparebit: dieſque nubis & nebulæ. Nullus enim intrepidus, incertusque de sententia, absque pauore iudicem præstolatur: & tempus siue finis gentium erit: non vnius gentis Aegyptiæ, sed vniuersarum, vt manifestum fiat de cunctis gentibus prophetari. Sequitur, veniet in Aegyptum gladius, gladius versatilis & flammeus, sermo diuinus: qui bonos à malis diuidat, & pessimos suo igne cõsumat: in Aegyptum autem huius sæculi, ita vt pauor sit in Aethiopia: qui trans Aegyptum in nocte erroris & tenebris commorãtur, & quorum nigredo in candorem, aut difficulter, aut

Ier. 25.

Rom. 1.

Gen. 7. d

b Auen.

Ibid. 4. a

Amos. 5. b

Gen. 47.

Psal 14. 4.

A

Matt.7.b

Matt.7.b

Hier.1.b

σπαράγματα ἐκμύκησαν.

Ephes.2.b

1.Cor.10.d

אוֹן וּבְנֵי בֹּשֶׁת B

Sup.eod.a Esa.31.a Num.11.a

Luc.12.f 2.Cor.3.e

Psal.67.b

Matt 13.b Iohan.13.f

לְהַחֲרִיב

nequaquam conuertitur. Cadentque vulnerati in Ægypto, qui male sperauerant in nequitia. Et auferetur multitudo Ægypti. *Lata* enim *& spatiosa est via, quæ ducit ad mortem.* Et fundamenta illius destruentur: vt nihil in Aegypto pristinæ resideat firmitatis, sed desertis fundamentis pessimis, ponatur fundamentū Christi, super quo ædificetur ecclesia. *Omnis* quippe *plantatio, quam non plantauit cœlestis pater, eradicabitur.* Vnde & Hieremias destruere iubetur quæ constructa erāt vt ædificet meliora. Peribunt quoque in Ægypto Aethiopes, Libyes, & Lydi (siue iuxta Lxx. Persæ, Cretenses, & Lydi, & Libyes) & Chub, id est, Arabes, & omne reliquū vulgus, quos Hybridas atq; Myxticios Lxx. trāstulerunt. Quos omnes pro diuersitate vitiorum & interpretatione nominum, quæ in visione Tyri posuim⁹, diuersas possum⁹ intelligere nationes. Vnde & apostolus: *vos*, inquit, *gentes in carne, qui dicimini præputium.* Nūquā enim dixisset, in carne gentes, nisi essent aliæ in spiritu: vt in alio loco: *Videte Israel secundum carnem.* Vnde magnopere prouidendum est, ne corde reuertamur in Aegyptum, de qua semel exiuimus, & inter cæteras gētes inueniamur: & pereamus gladio, de quo in consequentib. dicitur:

Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, maxime cū iungatur, & filij terræ fœderis, siue testamenti mei simul mucrone ferientur: de quibus scriptum est. *Væ qui descendūt in Aegyptū ad auxiliū, in equis & currib⁹ confidentes.* Sin autē cæterarum gentium homines trucidantur in Aegypto, quanto magis filij terræ fœderis & testamenti Dei: qui contemnentes angelorum panem. Aegypti peponum, & ceparum, & alliorum & cucumerum recordati sunt? Tunc corruent sustētacula & fulcra Aegypti, quæ eam nequitia sustentabant, dialecticorū argutiæ, & Philosophorum strophæ. Contumeliosum quoque ac superbum imperium destruetur: qui omnia loquuntur per arrogantiam, & ecclesiasticam simplicitatē ducunt pro nihili. A turre enim Syenes cadēt in ea, quæ in extremis terminis Aegypti, Aethiopiæ, Blemmyarūq; confinis est: vbi Nilus innauigabilis est, & cataractarum fragor, & omnia inuia plenaque serpētum, & venenatorum animantium. Sin autem (vt supra diximus:) Magdalus, magnificentiam, & Syene, gyrum sonat, persicuum est quod Aegyptiæ opes, & cōtumeliosa fortitudo, & magnificentia, id est, iactantia & exaltationes vi percant, vsque ad gyrum Aegypti, vbi nihil stabile est, sed incerto voluitur lapsu, & peruenit ad ruinam. Tunc dissipabuntur Aegyptiæ ciuitates, & terra deserta erit, & nulla cōgregatio remanebit, habēs aliquid firmitatis: vt rerum fine cognoscant quod ipse sit dominus, quando miserit ignē in Aegypto, quem dominus ardere desiderat, vt fenum, ligna, stipulam, quæ supra fundamentum Christi ædificata sunt, concremētur: & omnes auxiliatores peruersorum dogmatum conterantur. Ex quo intelligendum, falsi nominis sciētiam, & eos de quibus scriptum est: *Dissipa gentes quæ bella volunt:* socios & auxiliatores Aegypti nuncupari. In die, inquit, illa egredientur nuncij à facie Dei, de quibus scriptum est in euangelio: *Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est.* Et in semētis parabola: messores angeli, id est, qui nuncij sunt, mittuntur, vt vniuersa scandala congregent, & mittant ea in caminum ignis: vbi est fletus oculorum, & stridor dentium. Festinabuntque implere præceptum, vt deterreant siue conterant Aethiopiæ confidentiam, quiad summum malitiæ verticem peruenerunt, vt in

euersione Agypti, Aethiopia conteratur & paueat, eo quod dies domini sit vltionis atque vindictæ, qua fugentur tenebræ peccatorum, & lux virtutū remaneat. *Et cessare*, inquit, *faciā, multitudinē Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis*, cūi traditi sunt ad puniendum. Ipse est enim inimicus & vindex, qui etiam mercedem accepit (eo quod seruierit in expugnatione Tyri) Aegypti multitudinē: vt multi in Aegypto esse desistant, qui semper in ea fuit. Sin autem aliquis opposuerit, quo modo illud dicatur in Deuteronomio: *In septuaginta animabus descēderunt patres vestri in Aegyptū: nunc autem facti estis vt stellæ cœli in multitudine.* Facile soluitur. Neque enim exemplum terrenæ multitudinis posuit, sed cœlestis, quæ virtutibus fulgeat, & plena sit luminum: super quam multitudinem Aegypti, adducuntur fortissimi gentium, vt disperdant terram, pro quibus Lxx. pestilentes, interpretati sunt: Quod nescio quo modo cōueniat his qui adducuntur à domino, nisi forte iuxta illud exēplum, immissionem per angelos pessimos: Qui euaginabūt gladios suos super Aegyptū: & implebunt terrā interfectis siue vulneratis, vt occisos vulneratosque esse se sentiant: & intantū Aegyptum esse destructā, & ad nihili peruenisse, vt omnia flumina eloquentiæ, quibus errores Aegyptij, iuncus & calamus rigabantur, arefiant, & tradātur in manu pessimorum, qui eos torqueāt: & plenitudo terræ Aegypti, quæ malecreuerat, deleatur in manu alienorū à Deo. Neque enim boni, sed mali angeli tormentis præpositi sunt. Hæc necesse est vt sciant, quia locutus est dominus. Quod frequenter assumitur, vt sciant qui audiunt non prophetæ verba esse, sed domini, cuius præcepta irrita esse non possunt. Sequitur: *Et disperdā simulacra*: quæ abominationes Lxx. transtulerunt. *Et cessare faciā idola vel optimates de Memphis, & dux* siue *principes in terra Aegypti nō erunt amplius*: Clementissimi enim domini est, male ficta subuertere, vt nulla similitudo, quæ mētitur imaginē veritatis, remaneat in Aegypto: optimates quoque pereant de Memphis, quæ interpretatur ex ore: de quo omnia idola confinxerunt, vt truncatis capitib. & magistris idolorum, non sit princeps in Aegypto, & terrore ac perditione omnis Aegyptus compleatur. De cuius vrbibus dicitur: *Et disperdam terram Phatures, & dabo ignē in Taphnis*, siue *Tanin, & faciā iudicia in No*, (quam Lxx. Diospolim transtulerunt) & effundam indignationem meam super Sain, robur Aegypti. Phatures interpretatur, panis conculcatio: Taphnis, mandatum humile: Diospolis, pro qua in Hebræo posita est No, requies: Sain, tentatio: quibus nominibus diuersa hæreticorum & omnium mendaciorum conciliabula demonstrantur: qui conculcant panem ecclesiasticum atque contemnunt, sequuntur mandatum humile, & ad cælestia non perducens, & deliciis vacant, & sunt in requie (qualem in Euangelio legimus diuitem purpuratum) & tentationibus inseruiunt: quorum vnus expetiuit à domino, vt tentandi Iob haberet potestatē. Hæc omnia dominus disperdet atque succendet, & effundet super ea indignationem suā, & robur Aegypti dissipabit: vt redacti ad nihilum, nequaquā populum Dei sollicitēt, & in suo sperare faciāt auxilio: vt deserta veritate quærant mendacia, & quasi à baculo arundineo, sic suo præsidio vulnerentur. Post hæc dicitur: *Et interficiā* siue *disperdam multitudinem Memphæos*, pro qua in Hebræo habet: *No*: quā supra iidem Lxx. Diospolim transtulerunt, quæ interpretatur, requies.

Multi

Heb.

& dissipabo terram & plenitudinem eius in manu alienorum, ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus Deus: Et disperdam simulacra, & cessare faciam idola de Memphis, & dux de terra Aegypti non erit amplius, & dabo terrorē in terra Aegypti Et disperdam terram Phatures, & dabo ignem in Taphnis: & faciam iudicia in Alexandria, & effundam indignationem meam super Pelusium robur Aegypti: & interficiam multitudinem Alexandriæ, & dabo ignem in Aegypto. Quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ.

Sept.

dam terram, & plenitudinem eius in manibus alienigenarum: ego dominus locutus sum. Quia hæc dicit dominus dominus. Et perdam abominationes, & deficere faciam optimates de Memphis, & principes de terra Ægypti, & non erunt vltra. Et dabo terrorem in terra Aegypti, & disperdā terram Phatures: & dabo ignem super Tanin, & faciā vltionem in Diospoli. & effundam furorem meū super Sain, robur Aegypti, & disperdam multitudinem Memphæos. Et dabo ignem super Aegyptū, & cōturbatione conturbabitur Sais, & in Diospolieric scissura, & diffu-

Iuue-

mina eloquentiæ, quibus errores Aegyptij, iuncus & calamus rigabantur, arefiant, & tradātur in manu pessimorum, qui eos torqueāt: & plenitudo terræ Aegypti, quæ malecreuerat, deleatur in manu alienorū à Deo. Neque enim boni, sed mali angeli tormentis præpositi sunt. Hæc necesse est vt sciant, quia locutus est dominus. Quod frequenter assumitur, vt sciant qui audiunt non prophetæ verba esse, sed domini, cuius præcepta irrita esse non possunt. Sequitur: *Et disperdā simulacra*: quæ abominationes Lxx. transtulerunt. *Et cessare faciā idola vel optimates de Memphis, & dux* siue *principes in terra Aegypti nō erunt amplius*: Clementissimi enim domini est, male ficta subuertere, vt nulla similitudo, quæ mētitur imaginē veritatis, remaneat in Aegypto: optimates quoque pereant de Memphis, quæ interpretatur ex ore: de quo omnia idola confinxerunt, vt truncatis capitib. & magistris idolorum, non sit princeps in Aegypto, & terrore ac perditione omnis Aegyptus compleatur. De cuius vrbibus dicitur: *Et disperdam terram Phatures, & dabo ignē in Taphnis*, siue *Tanin, & faciā iudicia in No*, (quam Lxx. Diospolim transtulerunt) & effundam indignationem meam super Sain, robur Aegypti. Phatures interpretatur, panis conculcatio: Taphnis, mandatum humile: Diospolis, pro qua in Hebræo posita est No, requies: Sain, tentatio: quibus nominibus diuersa hæreticorum & omnium mendaciorum conciliabula demonstrantur: qui conculcant panem ecclesiasticum atque contemnunt, sequuntur mandatum humile, & ad cælestia non perducens, & deliciis vacant, & sunt in requie (qualem in Euangelio legimus diuitem purpuratum) & tentationibus inseruiunt: quorum vnus expetiuit à domino, vt tentandi Iob haberet potestatē. Hæc omnia dominus disperdet atque succendet, & effundet super ea indignationem suā, & robur Aegypti dissipabit: vt redacti ad nihilum, nequaquā populum Dei sollicitēt, & in suo sperare faciāt auxilio: vt deserta veritate quærant mendacia, & quasi à baculo arundineo, sic suo præsidio vulnerentur. Post hæc dicitur: *Et interficiā* siue *disperdam multitudinem Memphæos*, pro qua in Hebræo habet: *No*: quā supra iidem Lxx. Diospolim transtulerunt, quæ interpretatur, requies.

Multi

Deut.10.b

Psal.77.d

Luc.16.d

Iob.1.

נוֹף וְתַחְפַּנְחֵס

פַּתְרוֹס וְצֹעַן

נא סִין

וְהִכְרַתִּי

Matt.7.a.

כא

אוֹן

בֵּי בֹּשֶׁת

F

עֵין

נאון עזז

גִּלּוּלִים אֲלִילִים

Esa.36.b

Sup.29.a Sup.30.a Ibidem d

Psal.18.c

Iean 14.a

Psal.33. 31. 16.

Multi enim sunt qui quærunt requiem, & iacere volunt super lectos eburneos, & comedere agnos lactentes. Siue iuxta Lxx. qui interpretati sunt Mempheos: multi sunt qui loquuntur aliis: *Dimitte vt auferam festucam de oculo tuo*, cū ipsi trabes habeant in suo. Daturque ignis in Ægypto, qui

Heb.

Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies, cum contriuero ibi sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius, ipsam nubes operiet, filiæ autem eius incaptiuitatē ducentur. Et faciam iudicia in Ægypto: & scient quia ego dominus.

Sept.

fundentur aquæ. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & mulieres captiuæ ducentur: & in Taphnis tenebrescet dies, quando contriuero ibi sceptra Ægypti: & peribit ibi cōtumelia fortitudinis eius, & ipsam nubes operiet, & filiæ eius captiuæ ducentur: & faciam iudicia in Ægypto, & scient quoniam ego sum dominus.

verbositates atque delitias, suo ardore consumat. Dolebit vniuersa tentatio, & in diospoli (quæ rursum in Hebræo Noponitur) erit scissura: effundātur aquæ, omnisq; pessima cōgregatio dissipetur, & huc illucque dispereat: Vel iuxta Hebraicū, in Memphis erunt angustiæ quotidianæ, vt pro omni verbo otioso reddant rationem, vt intelligant nihil dictorum suorum domini iudicium prætorire. *Iuuenes quoque Heliopoleos & Bubasti gladio cadent.* Heliopolis Hebraicæ On dicitur, quod interpretatur, dolor. Bubastus autē iuxta linguā Ægyptiacam, oris experimentum. Omnes isti qui dolorem sæculi ferre non poterant, sed delitias. Diospoleos sectabantur, & confidebāt sibi in volubilitate sermonū, & aduersum cætera dogmata disputātes, habuerāt experimenta victoriæ, gladio sermonis Dei concidēt: &qui nequaquam iuuenes, sed imbecillitate mentis mulieres appellantur, captiui ducentur. Siue ipsæ vrbes, dolores & oris iactantia, ducentur in captiuitatem. *Et in Taphnis*, inquit, *nigrescet dies.* Taphnæ interpretātur, cedentes ori: subauditur diaboli, cui qui cesserit amittēt lumen veritatis, & diem in nocte mutabunt, & sceptra Ægypti atque omnę imperium sentient in Taphnis esse contritū: ita vt deficiat in ea cōtumeliosa fortitudo siue superbia potentiæ eius, & solis iustitiæ radij in nube cæcētur, & nequaquā mulieres, sed filiæ ducantur in captiuitatem: faciatque dominus nō vnum iudicium, sed multa iudicia in Ægypto.

Sicut enim bonorum apud patrem diuersæ sunt mansiones, ita & Ægypti suppliciorum diuersa iudicia: vt cum hæc omnia facta fuerint cognoscant Ægyptij quod ipse sit dominus: cuius *iudicia vera, iustificata in semetipsis.*

a ¶ *Et factum est in vndecimo*, &c.] Reuertitur ad ordinem prophetiæ, post vicesimum enim & septimum annum, nunc ponit vndecimum. Quæ quæstio etiam in superioribus continetur. Cum enim sermo domini contra Tyrum factus sit in anno vndecimo, qui prius positus est, in consequentibus loquitur ad Pharaonem anno decimo, rursumque ponit vicesimum septimum, vt diximus, & nunc vndecimum. Vt cætera prætermittam, quæ in Psalmorum ordine continentur: quæritur, quo modo tertius psalmus præponatur his psalmis, in quibus mutauit faciem suam Dauid corā Abimelech, & de Doech Idumæo, & quando inuentus est in spelunca: & quinquagesimus pœnitentiæ, in cuius titulo demonstratur, quod introierit ad Bethsabeæ vxorem Vriæ, cū priores sint isti psalmi tertio, in quo fugere notatur à facie filij sui Absalon. Sed in psalmis facilis responsio est, carmen esse lyricum, & in huiuscemodi opere non quæri ordinem historiæ sed factorum carmina singulorum. In historia vero illud dicendum est, ea quæ de vna re diuersis sunt dicta temporibus, non debere oratione diuidi, sed vnius loci narratione concludi. Verbi gratia: vt quæ de Ægypto dicta sunt alio atque alio tempore, vno lectionis ordine cognoscantur. Cum hæc dixerimus, manet nihilominus quæstio. Cur in hoc eodem loco primū factus sit sermo domini ad Pharaonem anno vndecimo, & postea vicesimo septimo, & deinceps anno decimo: cum vtiq; iuxta ordinem primo decimus, secundo vndecimus, tertio vicesimus septimus annus, singulis prophetiis debuerint prænotari. Ad quod illud possum⁹ respōdere: *O profundū diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Et in alio loco: *Abyssum & sapientiam quis inuestigabit?* Possumus autem hoc dicere quod & in prophetis nequaquam historiæ ordo seruetur, duntaxat non in omnibus, sed in quibusdam locis: neque enim narrant præterita, sed futura prænunciant, prout voluntas Spiritus sancti fuerit. In historia vero, vt sunt Moysi quinque libri, & Iesu, & Iudicum volumina, Ruth, quoque & Hester, Samuel & Malachim, Paralipomenon liber & Ezdræ, iuncto sibi pariter Neemia, prępostęrum narrationem nequaquam reperiri. Hæc de annorum ordine dixisse sufficiat: Nunc videamus quæ cōtra Pharaonem siue de Pharaone prophetia sit. Brachium eius confregisse se dicit, & non esse obuolutum neque ligatum, nec fartum linteolis, nec accepisse malagma, iuxta illud quod scriptum est: *Nō est malagma imponere, nec oleum, nec alligaturas.* Quod si factum fuisset, vtique recepta fortitudine posset tenere gladium, & ad bella procedere. Idcirco clemens & misericors Deus rursum comminuit brachium eius siue brachia: vt penitus cadat gladius de manu eius, & in gentes Ægyptus dispergatur, & ventiletur in terras. In brachio autem robur accipe & fortitudinem: dicente scriptura. *Contere brachium peccatoris & maligni.* Quod conteritur in aduersariis nostris, quando nos persequuntur quidem, sed opprimere nequeunt. Et pro salute seruorum Dei aduersus Pharaonem rex Babylonis sæpe consurgit: vt potentē opprimat potentior, & mala tradantur peioribus, confortante Deo brachia pessimorum, vt sciat qui liberatus est, quod ipse sit dominus: Profectum autē esse virtutis scire quod ipse sit dominus. Ecōtrario possumus dicere: *Filij Heli, filij pestilentiæ, nescientes Deum.* Et in bonam partē de regibus, qui rectum fecerunt in conspectu Dei, scriptum est, quod nouerint dominum, Illud autem quod in Lxx. dicitur: Et cōteram brachia eius fortia & dispositā, quod Græce dicitur πεπαγμένα, scriptorum vitio depranatum est. Illi enim interpretati sunt non πεπαγμένα, sed πεπιεσμένα: hoc est, non dispositā sed extentā. Pro quo, iuxta consuetudinem suam, alij interpretes excelsa posuerunt.

Sup.29.

Rom.11.d

Eccles.1.d

H

Esa.1.b Sec 70.

Psal.9.g

1.Reg.2.c

ἐσχίσθησαν πεπιεσμένα

Commentarij Libri Noni in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

VELLEM vt ante iam dixi, prophetias contra vnam prouinciam aut vnum regem, iisdem explanare libris, & nequaquam sensum lectoris diuidere. Sed quid faciam longitudini, quæ nisi diuidatur in partes, modum voluminis egreditur? & infinita congeries, tam dictanti quã legenti molesta est? Itaque post sermonem contra Ægyptum & planctum eius, regemque Ægypti, de cuius brachio nequaquam obuoluto neque restituto pristinæ sanitati in vltima parte noni Libri diximus: transimus ad principium Decimi Libri contra eundem Pharaonẽ regem Ægypti, qui comparatur regi Assyrio: & post longissimam prophetiam, lamentatio super eodem assumitur, & deinceps contra omnem Ægyptum. In quibus disserendis ô virgo Christi Eustochium, eleua cum Moyse manus: vt nostra victoria, tuarum orationum fructus sit. Non est *enim* volentis neque currentis, sed miserentis Dei: *qui loquitur ad prophetam*, Aperi os tuum & adimplebo illud: *propheta ad dominum respondente*: Aperui os meum & attraxi spiritum: *qui vbi vult spirat. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas, qua libertate donauit nos dominus, Quam frustra se Iudæi habere iactabant dicentes*: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, *multis vitiis peccatisque subiecti, & ignorantes illam sententiam: à quo quis vincitur, eius & seruus est.*

Exod.17.d
Rom.9.e
Psal.80.b
118.f
Ioan.3.d
2.Cor.3.d
Ioan.8.d
2.Petr.2.d

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER DECIMVS

CAP. XXXI.

B

ET *factum est in vndecimo anno, tertio, vna mensis, factũ est verbum domini ad me dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Ægypti, & populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua?* &c.] Vtramque editionem ex more commiscui, vbi tamen plurimum discrepabant, ne duplex propositio augeret librorum magnitudinem. Ac primum sciendum, quod quæcunque dicuntur de rege Assyriorum futuro tempore, in Lxx. quasi transacta memorantur: & sic vel ad arborem vel ad principem loquitur Assyriorum: vt tam masculino quam fœminino genere de vna persona intelligatur: dum & arbor refertur ad Assyrium, & Assyrius in arbore nominatur. Nec de rege Babylonio in præsenti sermone vlla fit mentio: ne videatur contra captiuum populum positum in Chaldæa, dominorum atque regnantium iracundiam prouocare: sed dicitur de rege Assyriorum, qui eo iam tempore captus fuerat à Chaldæis, & omne robur Assyriorum Babylonio subiaceat imperio. Vnde & decem tribus, hoc est Israel, Assyrij capiunt: duas autem, hoc est, Iudam & Beniamin, Chaldæi superant, & vrbem subuertunt Hierusalem. Dicturus igitur contra Pharaonem regem Ægypti, & populum eius sermo diuinus, tali aduersum illum est vsus exordio: Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi Cedrus in Libano, & reliqua. Et est sensus. Non mireris si à Babyloniis sis vincendus atque perituras, & tuum perditurus imperium, omnesque opes Ægyptiæ destruendæ sint: cum Assur multo re fortior, eodem Chaldæo superante, deletus sit. Describitque potentiam regis Assyrij sub figura arboris Cedri, iuxta Hebraicum: iuxta Lxx. Cyparissi, in monte Libano constitutæ: quæ sit pulchra ramis & condensa frondibus, & ad nubes vsque subiecta: quæ idcirco tãtum creuit, quod non aquis sed abyssis, hoc est aquis abundantissimis irrigetur. Abyssus enim multitudo sonitus aquarum: ita vt omnes aues nidos fecerint in ramis eius, & sub frondibus illius genuerint omnes bestiæ saltuum. Et ne dubitaremus quæ essent cœli volatilia, quæ siluarum bestiæ, apertius posuit: Et sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. Cedri, inquit, siue cyparissi, abietes siue pinus, & platani siue cyparissi, non fuerunt æquæ ramis illius. Et ne figillatim de cunctis arboribus diceret: & omnia, inquit, ligna paradisi Dei non sunt assimilata illi, & pulchritudini eius. Per quæ nonnulli intelligunt, nõ de rege dici Assyrio, sed de contraria fortitudine, quæ in sermone Tyri inter Cherubim dicitur esse generata, & pretiosis distincta lapidibus, & postea ad terrena suo vitio concidisse: qui & in Esaia cadens lucifer appellatur, & in euangelio signatur à domino: *Videbam satanam quasi fulgur de cœlo cadentem.* Sed nos hæc omnia (vt interim sequamur historiam) ὑπερβολικῶς dicta intelligamus, quod tantæ Assyrius fuerit potentiæ, & sic cunctas oppresserit nationes, vt se angelorum fortitudini comparauerit. Omnia autẽ metaphorice sub altissima Cedro siue Cypariſſo dicuntur ad Assyrium, interfectioque illius appellatur succisio. Quodque sequitur: Tradidi eam in manu fortissimi gentium: regem Babyloniũ vocat: vt quod vicit Assyrium, non propriæ fortitudinis, sed diuinæ intelligat potestatis. Iuxta impietatem, inquit, eius eieci eam: vt occulte Babylonium moneat non debere esse crudelem, nec opprimere populum Dei, qui sibi traditus sit: ne similia patiatur ab Assyrio, qui crudelis & impius fuit. Et succident illam alieni & crudelissimi nationum: siue iuxta Lxx. pestilẽtes: quod numquam diceret positus in Chaldæa: ne illum aduersum gentem suam commoueret. Proiicitur quoque super montes, & in cunctis conuallibus corruunt rami eius, & confringuntur in rupibus, & à cunctis derelinquitur populis, hoc est, volatilibus cœli, & bestiis campi: & in tantam veniet perditionem, vt omnes arbores, quæ putabantur excelsæ comparatione Assyriæ arboris, suo exemplo eleuari, & in sublime erigi vltra desistant: nec stent in altitudine sua, sed illa succisa, omnes metu pariter succidantur.

Quodque

C

4.Reg.17.
4.Reg.25.

אשור

תחום

D

ארזים
ברושים
ערמנים

Sup.28.

Esa.14.c
Luc.10.c

E

Quodque per translationem dictum erat, sit manifestius: Omnes, ait, traditi sunt, subauditur, reges in mortem ad terram vltimam, hoc est, ad infernum, in medio filiorum hominum, nequaquam inter arbores, ad eos qui descendunt in lacum; haud dubium quin inferna significet. Post succisionem arboris Assyriæ: siue in die quando descendit ad inferos Assyrius, & induxit dominus luctũ, rursum per translationẽ de eo loquitur, quod opertus sit abysso: iuxta illud qꝺ scriptum est: *Veni in profundum maris, & tẽpestas demersit me*: Et omnia flumina, omnes videlicet nationes, eum vltra rigare cessauerint, & cõtristatus sit siue contenebratus super eam, id est, arborem: vel cum, id est, Assyrium, Libanus. Ac ne putaremus de arbore esse sermonem, sequitur: *A sonitu ruinæ eius commoui gẽtes.* Quæ enim tanta ruina esse vnius arboris potest, vt ad sonitum eiꝰ vniuersæ commoueantur gentes? Cum deducerem, inquit, eam ad infernum: iuxta literam, arbor ad inferos deduci non potest: cum aliis qui in lacum, id est, ad inferos descendebãt. Et cõsolata sunt in terra infima: in corde videlicet terræ, omnia ligna voluptatis siue deliciarũ, quod Hebraice appellatur a עדן, vt nemorosos saltus syluasq; significet egregias atq; præclaras, q̃ fuerũt in Libano, & irrigabantur aquis. Nam & ipsę arbores cũ eo, hoc est, cum Assyrio, descẽdent ad infernum: ad interfectos siue vulneratos gladio. Ligna gladiis non vulnerantur, sed cædduntur: nec descendunt ad infernum. Et brachium, inquit, siue semen (quoniã apud Hebræos sermo ꝺ זרוע vtrumque significat) requiescet in vmbraculo eius in medio nationum: nequaquam syluarum, sed gẽtium. Ad extremũ fit apostropha ad ipsum Assyrium, siue ad Pharaonem. *Cui assimilatus es O inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis?* Nullus tibi, inquit, par fuit: sed omnes reges potentia superasti, & tamen cũ cæteris regibus, qui erant in comitatu tuo, ad terras vltimas, id est, ad inferos deductus es: dicente scriptura: *Ingredientur ad extrema terræ: tradentur in magnus gladij, partes vulpium erunt.* In medio ait, incircuncisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Ostendit quæ essent ligna, quæ Cedrus siue Cypariſſus gladiis vulnerata, & iacens cum incircuncisis: Et vt extrema anterioribus iungeret (quia supra dixerat, cui similis factus es in magnitudine tua? ecce Assur quasi Cedrus in Libano, pulcher in ramis & frondibus, & reliqua) nunc infert: *Sic est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit dominus.* Quo modo, inquit, Assyrius, Cedrus & Cypariſſus Babylonio succidente deiecta est: sic Pharao & populus eius, hoc est, ipsa arbor, & rami illius à Babylonio succidentur. Hæc interim iuxta historiam dicta sint: quæ plerique in consummatione mundi futura intelligunt: & regem Pharaonem, hoc est eam potestatem cui Ægyptus subiecta sit, comparari regi Assyriorum potentissimo, id est, antichristo: quod si ille corruerit, vtique & alij rectores tenebrarum istarum & principes mundi facilius corruant. Dicamus ergo de singulis breuiter omnia perstringentes: vt non tam differamus & explanemus obscura, quã explanare cupientibus materiam dedisse videamur. Primumque discutiendum, cur vndecimo anno, tertio mense, vna die mensis factum est verbum domini ad Ezechielem, dicens: *Fili hominis, dic Pharaonis regi Ægypti & multitudini eius.* Locuturo ad Pharaonem, vndecimo anno sermo fit domini: nec dum enim venerat ad duodecimum: qui numerus plenæ cõsummatæque virtutis est. Vnde & duodecim sunt filij Iacob: à quibus postea duodecim nomina prophetarum vno volumine cõtinentur. Et apostoli duodecim sunt, quorum quia vnus Iudas proditor fuit, in locum eius Matthias legitur. Et Archisynagogi filia annorum duodecim à domino suscitatur. Hæmorrousa quoq; anno duodecimo recipit sanitatẽ. Sed quia corripitur Pharao, & postea plãgitur, propterea tertius mẽsis & vnus dies vndecim annorum numero copulãtur. Vnde & in consequentib. duodecimo anno, mense duodecimo, vna mẽsis fit verbum domini ad Ezechielem, dicens: fili hominis assume plãctum super Pharaonem regem Ægypti & dices ad eum: Qui enim plãgitur, ideo plangitur, vt intelligat quanta bona perdiderit: & tamen quia Pharao erat, & brachium eius necdum fuerat colligatũ, nec pristinam receperat fortitudinem, propterea in anno & in mense duodecimo, viginti nouem dies adhuc remanent, vt duodecim annorum numerus compleatur. Vno igitur mẽsis die, sermo fit domini ad prophetam, & præcipitur ei vt loquatur regi Ægypti, & multitudini eius. In quo mirandum quod quatuor interpretes non populum dixerint, sed multitudinem. *Multi* enim *vocati, & pauci electi.* Et in lege scriptum est: *Non eris cum multitudine in malo.* Diciturque ad regem Ægypti: Cui similis factus es in magnitudine siue in altitudine tua: Quod & ipse se exaltauerit, & subiaceat illi sententiæ: *Omnis qui se exaltat humiliabitur*: sed tamen non sit eius altitudini similis: qui quasi Cedrus siue Cypariſſus in Libano fuerit, pulcher ramis, & frõdibus nemorosus, excelsusque altitudine & ad nubes vsque erexerit caput: ad quas secundum Dauid veritas Dei peruenit, & quibus mandatur ne pluant super Israel imbrem. Pulchritudo quoque illius prædicatur, quæ in turpitudinẽ prauæ voluntate mutata est: ita vt dicatur de eo: *Confringet dominus Cedros Libani*, & excelsus ipse in altissimo montium Libano constitutus, quanto sublimior fuerat, tanto fortius cederet. Cuius scriptura sancta volens altitudinem demonstrare, appellat cedrum magnam, quam nutrierunt aquæ: non aquæ Siloe, *quæ vadunt cum silentio*, sed aquæ

Ecce Assur quasi Cedrus (siue Cyparissus) in Libano pulcher ramis & frondib. numerosus, excelsusq; altitudine: & inter condensas frondes (siue in medio nubiũ) eleuatũ est cacumen eius: Aquæ nutrierunt illũ, abyssus eleuauit eum: flumina eius manabãt in circuitu radicũ eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eiꝰ super omnia ligna regionis (siue cãpi) & multiplicata sunt arbusta (siue rami) eius, & eleuati sũt rami eius præ aquis multis. Cumq; extendisset vmbrã suã, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frõdib. eius genuerunt oẽs bestiæ saltuũ, & sub vmbra illiꝰ habitabat cœtus gentiũ plurimarũ. Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatione (siue multitudine) arbustorũ (vel ramorũ) suorũ, erat enim radix illius iuxta aquas multas Cedri (siue Cyparissi) nõ fuerunt altiores illo in paradiso Dei: abietes (siue pini) non adæquauerunt summitatem eius: & platani (vel abietes) nõ fuerunt aquæ (vel similes) frondibus (siue ramis) illius. Omne lignũ paradisi Dei (siue in paradiso Dei) non est assimilatũ illi, & pulchritudini eius: Quoniam speciosam feci eam, & multis condensisq; frondibus: & æmulata sunt eam omnia ligna voluptatis (siue deliciarũ) quæ erãt in paradiso Dei. Propterea hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod sublimata est in altitudinẽ, & dedit summitatem suam virentem atq; condensam (siue in medio nubium) & eleuarum est cor eius in altitudine sua, tradidi eam, (siue eũ) in manu fortissimi (siue principis) gentium: faciens faciet ei (siue & faciam perditionẽ eius:) iuxta impietatem eius eieci eam. Et succident eam alieni & crudelissimi nationum (siue pestilentes gentium:) & proiicient eam super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius: & confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus (siue campis) terræ, & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eam. In ruina eius habitauerunt (siue requieuerunt) omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. Quamobrem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum: neque ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa (siue in nubibus) nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irriganpsal.68.a

b zatoagh.

Psal.62.c

H

Gen.35.d

Luc.6.c

Marc.3.a

Matth.9.

Inf.c.seq.

Matth.22.b

Luc.4.c

Psal.35.b
Esa.5.b

Psal 28.a

Esa.8.b

A
Hier. 2.d
שחר
Ged. 1.a
Luc. 8.e

Rasin & aquæ Ægypti, de quibus scriptum est. *Quid tibi vt bibas aquas Geon* siue *Sior*? quod aquas turbidas sonat. Abyssus quoque exaltauit eum, super quam in principio mundi tenebræ ferebantur, & ad quam in euangelio dæmones ne mittantur rogant. Flumina eiusdem abyssi in circuitu radicum eius erant: de quibus dicitur: quid tibi & viæ Assyriorum, vt bibas aquas fluminũ? Et in alio loco: *Ecce dominus inducet super vos aquam fluminis fortem & multã: regem. Assyriorum & omnẽ gloriam eius.* Riuos quoque suos emisit abyssus ad vniuersa ligna regionis: vt non solum principem mũdi huius, sed & socios illius irrigaret. Propterea eleuatꝰ est, & super omnia ligna altissima succreuit, & multiplicata sunt arbusta eius, & totius orbis possedit imperiũ, dicens: Hęc oĩa mihi tradita sũt. Et eleuatis sũt rami eius, qui aquis abyssi fuerant irrigati. Qui extendit siue dilatauit vmbraculũ suum, vt oẽs subiiceret suæ ditioni. Inramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli. *Omnis. n. qui facit peccatũ, de diabolo natꝰ est*, & de ramorũ eius numero cõputatur. Illa autem volatilia fecerũt nidos in ramis eius, quæ iuxta viam euãgelicam comedere sementem: siue quia omnes peccauerunt & indigent misericordia Dei: De quib. dictum est: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt*: Idcirco in ramis eius fecerunt nidos. Sequitur: Et sub frondib. eius genuerunt omnes bestiæ saltuum: quæ Christi mansuetudiné perdiderunt: & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum, vt nullus esset qui non eius tegeretur vmbraculo: præter eum qui dixit: *Ecce venit princeps mundi istius, & inueniet in me nihil.* Per vnum enim hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & sic in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauimus: & in Adã omnes morimur, cunctique peccauimus, & indigemus gloria Dei. Et tamen in ipsa habitatione diuersa conditio est. Alij habitant in ramis eius quasi volatilia, scientiam sibi in philosophia, & in hęreticorum dogmatibus pollicentes. Alij quasi bestiæ ferę, immites atque crudeles: Alij quasi multitudo gẽtium plurimarum: vt commistos diuersis vitiis significet atque peccatis. Erat autẽ Assur pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorũ suorũ: quia aquis multis radix eius fuerat irrigata: in tantum vt in paradiso Dei nulla cedrorum & cyparissorum esset altior, nec abietes piniq; adæquarẽt sublimitatem eius, siue platani non essent æquæ frondib. illius. Idcirco nulla arborum in paradiso plantatarũ ei fuerat adæquata: quia omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius. Nequaquam enim erectæ sunt per superbiam, sed scierunt humilitatem suam: neque similitudinẽ Dei sacrilego sibi animo vendicare conatæ sunt. Quodque sequitur: Et æmulata sunt eam omnia ligna deliciarum, quæ erant in paradiso Dei: sic edisserimus. Æmulata sunt ligna paradisi multitudinem ramorum eius: *Multi* enim *vocati, & pauci electi*. Et, *lata & spaciosa via quæ ducit ad mortem.* Cupit enim tantos habere in salutem, quantos Assur habuit in perditionem. Vnde quia Assur sublimatus est in altitudinem, & dedit sublimitatem suam virentem atque condensam: siue vsque ad nubes cacumen erexit, & eleuatum est cor eius, vt diceret: *Ero similis altissimo*: propterea traditus est in manu fortissimi gentium, quam intelligimus aliam detestabilem potestatem, cui traditur ad puniendum, ipse est. n. inimicus & vltor: vt Assur intelligatur antichristus: & fortissimus gentiũ cui traditus est sathanas: iuxta illud Apostoli: *Quos tradidi satanæ, vt discãt non blasphemare*: Qui faciens faciet ei quæcunq; ei à domino fuerint imperata. Ista autẽ cyparyssus eiecta est de paradiso Dei propter impietatẽ suam: & succident illam alieni, & crudeles siue pestilentes in gentibus: vt impleatur illud quod scriptum est: *Pestilẽte flagellato, stultus astutior fiet.* Et iterũ: *Iã securis ad radices arboris posita est*: Qui proiiciẽt eã super montes, vt corruat in superbia sua. In cunctis autem conuallibus corruent rami eius: vt ad tartarũ deducantur oẽs qui in eius fuere comitatu: & recedant de vmbraculo illius, & relinquant eam: vt volatilia cœli & bestiæ terræ, quæ prius sub illa fuerãt, & illius vmbraculo tegebantur, postea pœnæ eius participes sint. Cumq; viderint cætera ligna siluarum siue paradisi, Assur cyparissum sentẽtia Dei corruisse, nõ eleuabuntur in superbiam, nec se esse aliquid æstimabunt, nec irrigationem aquarum suarum proprias arbitrabuntur diuitias: eoq; omnes rami, & volatilia cæli, & bestiæ terræ, quæ erãt sub imperio Assur, deducantur in mortem ad terram vltimã. De quibus scriptum est: *In conspectu eius cadent omnes qui descẽdunt in terram.* Et in alio loco. Ingrediẽtur ad extrema terræ: Et erunt nequaquam cum angelis, sed cum filiis hominum, qui descendunt in lacum, siue foueam sempiternam. Cum autem ille descenderit, ad extrema terræ, & pars vulpium fuerit, à quibus lacerandus est: tunc luctus erit, vel omnium sociorum eius, vel sanctarum fortitudinum, quæ illum dolebunt ad inferos descendisse. Vnde dicit Dominus: *Operui eum abysso*, cuius aquis fuerat ante nutritus: & prohibui flumina eius, id est, abyssi: & coercui aquas multas, ne eum irrigarent, sed magis opprimerent. Contristatus est super eum Libanus, in quo fuerat exaltatus: & omnia agri ligna concussa sunt, succisionem similem formidantia. *A sonitu ruinæ eius commoui gentes*: vt nullus perditionem illius ignoraret, & deductionem ad inferos cum cæteris sociis eius. Acceperuntque consolationem omnia ligna voluptatis, id est, paradisi, dum vidẽt & mala malis, & bona bonis restitui. Hæc autem ligna Libani, sunt aquis irrigata fluminum domini: quibus & illa arbor fuerat irrigata, quæ corruit. Siue omnia ligna, quæ quondam fuerunt bona, & irrigabantur aquis, & in Libani altitudine morabantur, accipient consolationem, quando principem suum similia viderint sustinere tormenta. Et ipsa enim descendent ad infernum ad interfectos gladio domini: & omnis fortitudo lignorum habitabit sub vmbraculo eius, id est, in pœna: in medio omnium nationum, quæ clausţris inferni tenebuntur. Post hæc ad ipsum Pharaonem sermo conuertitur, cui dictum fuerat in principio: cui similis factus es in magnitudine tua: & dicitur ad eum: *Cui assimilatus es ô inclyte atq; sublimis inter ligna voluptatis?* Nempe Assyrio qui corruit. Et tu eras inclytus atque sublimis inter ligna eden, hoc est deliciarum & paradisi, & ecce deductus es sicut Assyrius cum omnibus lignis, quæ quondam fuerant in deliciis, ad terram vltimam, & ad inferos: & dormies non in requie, sed in pœnis: in medio incircumciſorum, hoc est immundorum: & cum his qui in gladio domini concidерunt. Et vt sciamus quis sit ille cui dixerit, *O inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis*: ponit manifestius: *Ipse est Pharao & omnis multitudo eius*: siue iuxta Lxx. sic est Pharao & omnis multitudo eius: vt quo modo supra Assyrius succisus est & corruit, sic & Ægyptius subruatur.

Ioan. 8.d
Rom. 3.e
Matt. 20.b
7.b
Psal. 14.d
1. Tim. 2.d
Ioan. 14.d
Rom. 5.b
1. Cor. 15.e
Rom. 3.e
B
Psal. 33.a
Hier. 2.d
Esa. 8.b
Prou 19.d
Matt. 3.c
C
עריצי
D
בחרטו ובשחיך
E
F
עדן
H

Cap.

E
Cap. XXXII.

Et factum est duodecimo anno, in mense duodecimo (siue decimo,) &c.] Editionem vtramque miscemus, in his dũtaxat in quibus discrepant. Alioquin vbi vnus sensus est, Hebraicum sequimur. In multis autem exẽplaribus iuxta Lxx. duodecimus annus, & mensis decimus pohitit: Iuxta cæros autem interpretes, de annus & duodecimus s: vt veliam capta sit Hieru. , & gaudium Pharaonis malis sibi imminentibus auferatur: vel certe capienda, & suis magis miseriis doleat, quam aliorum captiuitate lætetur: Et interim breuiter quædam historiæ fundamenta iacientes, quid Hebræi super hoc loco intelligant, percurramus. Leoni comparatur Pharao, non vnius gentis, sed multarum gentium: siue draconi in mari, vt terrani aquasque possideat: Qui irrigatione fluminum erigebatur in superbiã, quæ cornu vocatur: & multitudine exercitꝰ sui omnes aquas transiens poterat cõturbare: Idcirco expandere se dicit rete suum super multitudinem eius, & extrahere eum sagena sua vel hamo, & proiicere siue extendere eum super terrã: quasi coluber multis spiris fuerat inuolutus, à cunctis cœlivolatilibus deuoretur. Cũque non solum aues, sed omnes bestiæ terræ eum lacerauerint, reliquæ carnes eius, montes & valles, camposque complebũt: ita vt cuncta vermibus scateãt. Hęc autem loquitur per metaphoram: vt postquam volatilia cœli & bestiæ carnib. eius fuerint saturatæ, id est exercitus eius, & vniuersa multitudo: reliqua pars in vermes & saniem conuertatur. Tunc inquit, cæli tenebris obtenebrabuntur: sol & luna & cætera luminaria non dabunt lumen suum: sed super te cuncta nigrescent nihilque tibi lætum erit: & ad tuum interitum omnes populi, & cũcti reges eorum horrore nimio formidabunt, cõspicientes gladium meum huc illucque volitare, & nulli parcere: & in tua ruina, ruinam similẽ pertimescẽt. Vt autem scias quis iste sit gladius, audi manifestius: *Gladius regis Babylonis veniet tibi*: *in gladiis fortium* siue *gigantium deiiciam omnem multitudinem tuam.* Qui gigantes inexpugnabiles gentes sunt, quæ Babyloniꝝ regis tenebãtur exercitu. Isti vastabunt siue disperdent superbiam Ægypti, & omnem multitudinem eius: nihilque in Ægypto remanebit, sed cum hominibus, & iumenta, brutaque animalia pariter auferentur. Et tãta erit solitudo in Ægypto, vt nec pede hominis nec vngula iumenti aquæ illius conturbentur: sed quieta sint omnia: & aquæ fluminum eius, quasi oleum fluãt purissimæ ac nitentes, nullo per eas trãseunte, nec earũ fluẽta turbante. Hoc autem fiet propter Ægypti solitudinẽ: quæ redigetur in desertũ ab omni multitudine sua, quando habitatores eius dominus percusserit: vt intelligant qui remanserint, quod ipse sit dominus. Idcirco planctus est Pharaonis, & plangent eum filiæ gentium in circuitu. Non solum autẽ super illo, sed & super multitudine eius, quæ domino vastãte deleta est. Hæc super simplici litera cursim dixisse sufficiat: veniamus ad intelligẽtiam spiritualem. Nec puto magnopere laborãdum, nosse qui sit Pharao rex Ægypti, cum supra plenius dixerimus, eã videlicet potestatẽ, cui Ægyptus credita est, vel vna prouincia, vel Ægyptus totius mundi: quę nõ est leo condita, sed proprio vitio assimilata leoni gentium. *Homo* enim *cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* De hoc leone & Petrus loquitur: *Aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Et in nono psalmo scriptũ est: *Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua: insidiatur vt rapiat pauperem.* Et in Hieremia Spiritus sanctus ait: *Leo de silua percussit eos.* Draconem autem dicit diabolum, pro quo Aquila interpretatus est Leuiathan, nomen draconis exponens, iuxta superiorem explanationem multis testimoniis docui: qui dixerat, mea sunt flumina & ego feci ea. Iste igitur draco fluminibus suis, quasi cornibus vẽtilabat plurimas nationes, quæ sũpẽr Marcione, Valentino, Ario, & Eunomio cæterisque hæreseon principibus intelligere possumus: qui imitantur ecclesiasticos viros, dicentes ad dominum saluatorem: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & non ventilant ad salutem*, vt de terra ad cœlum leuent, sed vt in profundum abiiciãt. Denique sequitur: *Et conturbabas aquas pedibus tuis*: iuxta illud Apostoli: *Qui autem conturbat vos, portabit iudicium.* Nõ vult enim aquas Siloe bibere, quæ vadunt cum silentio, sed aquas Ægypti turbidas, atque cœnosas, quæ antequam pedibus cõculcarentur draconis, puræ erant, & suo fluentes ordine: postquam autem pedibus illius conturbatæ sunt, cursus suos ordinem perdiderunt. Neque enim vtuntur hæretici testimoniis scripturarũ, sibi cohærentibus, sed conturbant omnia. Et quia ipse est inimicus & vltor: non solũ aquas alienas draconis, sed conculcat flumina sua, ne parcat eis, quos semel in suam redegerit potestatem. Quod deuitare cupiens iustus, precatur: *Non veniat mihi pes superbiæ*: Et in alio loco, conculcatus petit ne iterũ conculcetur: *Miserere, inquit, mei domine, quoniã conculcauit me homo.* Inimicus autem homo diabolus est, de quo & alter psalmus loquitur: *Vt nõ magnificetur vltra homo super terrã.* Propterea hæc dicit dominus Deus: *Expandam super te rete meum, in multitudine populorũ multorũ.* Rete domini veteris & noui testamenti ratione contextũ mittitur super draconẽ, qui habitat in populorum multitudine: & semper turbis, & populorum multitudine delectatur: vt extrahat eum in sagenã suã, siue in hamo suo. Ista est sagena, quæ in mare huius sæculi mittitur, & extrahit pisces multos: alios eligendos, & alios abiiciendos. Siue iste est hamus, de quo in Iob scriptum est: *adduces autem draconem in hamo, & circundabis capistrum circa nares eius*: pro quo interpretatus est Aquila: *extrahes Leuiathan in hamo, & funibus colligabis linguã eius.* Extrahitur autem draco siue Leuiathan de mari hamo, vel sagena dominivt proiiciatur siue extendatur super terram: & omnes spiræ eius, quibus suas insidias occultabat, aperiantur, & proferantur in publicum, & in terram abiiciantur: & iaceat qui in cœlo posuerat os suum, & se altissimo similem esse iactabat. Vnde sequitur: *Et habitare* siue *sedere faciam super te omnia volatilia cœli: & saturabo de te bestias vniuersæ terræ*, secundum illud quod scriptum est: *Dedisti eum escam populis Æthiopum.* Qui vel volatilia vocantur vel bestiæ terræ. Volatilia, quæ sementem, vt diximus, iuxta viam rapiunt. Bestiæ terræ, vitiis efferatæ: quod ad hæreticos atque gentiles referri potest. Quod autem sequitur: *Et dabo carnes tuas super mõtes, & implebo colles tuos sanie tua*: siue *implebo valles*

1. Pet. 5.b
Hier. 5.b
Sup. 29.a
Psal. 35.b
Gal. 5.b
Esa. 8.b
Psal. 34.d
Psal. 55.d
Psal. 9.d
Matt. 13.f
Iob. 40.d
Sec. 70.
Psal. 73.c
Act. 14.d
Psal. 48.d
F
G
H
בגוריש ושדד
עגמיהם

Cap.

A *sanguine tuo*: hunc habet sensum: vt volatilia cœli, & bestias terræ, deceptorum populos intelligamus, crudelitatemque gentilium: montes autem ad principes referamus hæreticos: qualis fuit Valentinus & Marcion: colleſque ſucceſſores eorum, qui ſaturantur ſanie draconis: ſiue valles, quæ implentur draconis ſanguine, inferiores quoſque credentiũ. Aut certe montes aduerſarias poteſtates, quæ in aere diſcurrunt: & valles, quæ inferna penetrant, & æternis ſuppliciis, mancipatæ ſunt. Porro quod dicitur: *& irrigabo terram putore ſanguinis tui ſuper montes, ſiue irrigabitur terra de ſtercoribus tuis ſuper montes, & valles implebuntur ex te*: illud ſignificat, quod omnis ſuperbia, & arrogans hæreticorum tumor, non tam vitali & puro, quam putrido atque fœtenti ſanguine compleatur: iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Pone eos ſicut ſtercus terræ.* De quo ſanctus à domino liberatur: *Qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Vt collocet eum cum principibus cũ principibus populi ſui.* Valles autem in ima depreſſæ, (vt ſupra diximus,) aut inferna ſignificant, aut humilem hæreticorum ſenſum propter voluptatem & terrenas opes cuncta facientium. Quod autem iũgitur: *Et operiam, cum extinctus fueris, cœlum, & nigreſcere faciam ſtellas eius: ſolem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum: omnia luminaria cœli mœrere* vel *tenebreſcere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper terram tuam, ait dominus Deus*: ſi ſequamur literam, penitus intelligi nõ poteſt. Quando enim interfecto Pharaone ſiue dracone, ſol & luna & ſtellæ non dederunt lumen ſuum: & cœlum opertũ eſt tenebris: iuxta illud Poeticum: Impiaque æternũ timuerunt ſæcula noctem: Ergo hoc dicendum eſt, quod extincto Pharaone, qui transfigurabat ſe in angelũ lucis, de quo in alio loco ſcriptũ eſt: *Lux impiorũ extinguetur: cœlũ* ſiue *cœli operiẽtur tenebris.* De quibus & Paulus loquitur: *Et ſpiritualia nequitiæ in cœleſtib. Et nigreſcere faciet dominus ſtellas eius*, vel draconis, vel cœli. Super quo & Iudas apoſtolus ſcribit: *Sidera errantia, quibus caligo tenebrarum in æternum reſeruatur.* Sol quoque nube tegetur: ſol iniquitatis qui contrarius eſt ſoli iuſtitiæ, nube autẽ, vel ipſo domino ſaluatore, qui deſcendit in Ægyptum ſuper nubẽ leuem, nullo peccatorum pondere prægrauatã, vel prophetis & apoſtolis, de quibus legimus. *Mandabo nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem.* Et in Pſalmis: *Veritas tua uſque ad nubes.* Cum autem ſol iniquitatis fuerit obſcuratus: luna (quam hæreticorum ſentimus eccleſiam, & quæ à ſole iniquitatis lumen putabatur accipere,) non dabit lumen ſuum: nec decipiet credentes falſi nominis ſcientia. Omnia quoque luminaria, & quicquid videtur in hæreticis eſſe doctrinæ, extincto dracone cæcabitur: ſiue mœrebunt principe perdito: ira vt ipſe dominus terram hæreticorum operiat tenebris, ignorantia ſcilicet veritatis, vt cæci cæcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittantur in tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium. Poſt hæc dicitur: *Et irritabo cor populorum multorum, cũ induxero contritionem* ſiue *captiuitatem tuam in gentibus, ſuper terram quam neſcis*, vt qui prius Pharaoni ſeruierant, iraſcantur contra eum: videntes captiuitatem eius ad aliam terram, qua draco neſciebat, eſſe perductam. Nec debemus ambigere bonas (ſiue contriſtabũtur) ſuper te populos multos (vel gentes multas,) & reges eorum horrore nimio formidabũt ſuper te, cum volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent repente ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ: (ſiue expectantes ruinam ſuam à die ruinæ tuæ:) Quia hæc dicit dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi. In gladiis fortiũ (ſiue gigantium) deiiciam multitudinẽ, (ſiue fortitudinem) tuam: inexpugnabiles gentes omnes hæ, (ſiue peſtilentes de gentibus cũctis:) & vaſtabunt (ſiue perdent) ſuperbiam (vel iniuriam) Ægypti, & diſſipabitur multitudo eius (ſiue cõteretur omnis fortitudo illius.) Et perdã omnia iumenta eius, quæ erant ſuper aquas plurimas (ſiue ab aquis multis: & non conturbabit eas per hominis vltra, neq; vngula iumẽtorum turbabit (ſiue calcabit) eas. Tũc puriſſimas reddam aquas eorum, (ſiue vt aliquando quieſcant aquæ eorũ,) & flumina eorum quaſi oleum adducam (ſiue vt oleum fluent) ait dominus Deus: cum dedero terram Ægypti deſolatam (ſiue perditam.) Deſeretur autem terra à plenitudine ſua (ſiue cum plenitudine) quando percuſſero (ſiue diſſeminauero) omnes habitatores eius: & ſcient quia ego dominus. Plãctus eſt, & plangent eum: filiæ gentium plangent eum, ſuper Ægyptum: & ſuper multitudinem eius (ſiue omni fortitudine illius) plangent eum, air dominus Deus.

[a] Et factũ [b] eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factum eſt

Et factũ eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factus eſt

esse terras, quas Phargo neſciat, ſcilicet quando captiuitas Pharaonis alia captiuitate mutatur: de qua dicitur ad ſaluatorem: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: accepit*, ſiue iuxta Apoſtolum, *dedit dona hominibus. Et ſtupefcere*, inquit, *faciã ſuper te populos multos*: vt qui prius Pharaonis admirabantur potentiã, poſtea eum admirentur de ſuo culmine cecidiſſe. Reges quoque populorum horrore nimio formidabunt ſuper eum, quorum regna domino diabolus oſtendit, & de quib. in pſalmo dicitur: *Aſſiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Hoc autem fiet cum volare cœperit gladius domini ſuper facies eorum: ſubauditur regum ſiue populorum. Gladi⁹ autem domini intelligẽdus eſt *viuens ſermo Dei, & efficax, & acutus ſuper omnem gladium ex vtraque parte acutum*: qui volat atque diſcurrit, & perſtringit cernentium oculos, vultuſque deterret, vt obſtupeſcentes ſuper ruina Pharaonis, ſe in illo videant eſſe deiectos. Et domini quidem gladius de quo ſcriptũ eſt: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum*, iacentes eleuat, & male erectos humilitate commutat. Gladius autem regis Babylonis veniet ſuper draconem Ægyptium: vt in gladiis fortium ſiue gigãtium deiiciat dominus multitudinem eius, qui regem Ægypti ſectabatur. *Inexpugnabiles*, inquit, ſiue *peſtilentes de gẽtibus omnes iſti*: vt mali ad puniendum tradantur peioribus: de quibus ſcriptum eſt: *Immiſſionem per angelos peſſimos.* Et Apoſtolus: *Quos tradidi*, inquit, *ſatanæ: vt diſcant non blaſphemare*: vel in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſiat. Cum autem per huiuſcemodi miniſtros deiecta fuerit ſuperbia Ægypti, & multitudo illius diſſipata: perdentur omnia iumẽta illius, quæ erant ſuper aquas plurimas: & nõ conturbabit eas pes hominis vltra. Si enim *beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcat*: e contrario infelix, qui ſimplices quidem ſuo vltra poterit errore retinere: ita vt pes hominis non calcet in eis: quo ne ſignum quidem ſapientiæ atque rationis aquæ Ægyptiæ in ſe habere videantur. Vngula quoq; iumẽtorum non turbauit eas: vt de limpidiſſimis atq; nitentibus faciat turbidas atque cœnoſas. Tunc reddentur, non ab alio ſed ab ipſo domino aquæ puriſſimæ, quę draconis fuerãt dominatione turbatæ: ita vt flumina earum labantur quaſi oleum, & ſint veri luminis nutrimentum. Hęc autẽ fient, cum dederit dominus terrã Ægypti deſolatam, & perdiderit multitudinẽ eius, & percuſſi fuerint omnes habitatores illius: vt iſto profectu ſcire poſſint quod ipſe ſit dominus. Quod autem iungitur: *Planctus eſt, & plangent eum filiæ gentiũ ſuper Ægyptũ, & ſuper multitudinẽ eius plangent eum, ait dominus Deus*: perſpicuum eſt animas omnium gentium, quæ nequaquam in Ægypto morabantur, ſed in regione viuentium, interfectum draconem plangere, & omnem multitudinem eius: non ſpe ſalutis, ſed quod de tanta potentia, ſuo vitio & ſuperbia deiectus ſit in æterna ſupplicia.

a ¶ *Et factum eſt in duodecimo anno*, &c.] Multum in hoc loco Lxx. interpretum editio, & ordine & tranſlatione diſcordat: & quædam in ea de Theodotione addita ſunt. Vnde neceſſe habuimus & ipſam ponere: nequaquam parcentes longitudini, & ſtudioſi lectoris diligentiæ ſeruientes.

b ¶ *Et factum eſt in duodecimo anno*, &c.] Non ignoro, faſtidioſam fore delicato lectori tantam inter duas editiones diſcrepantiam. Sed quid faciam calumniatoribus meis: quid ſi aliquid de Lxx. interpretũ trãſlatione ſubtraxero, me ſacrilegũ, & abſq; timore domini vociferantur: maximè qui cũ in fidei veritate diſcordent, & Manichæorum ſequantur errores, in eo imperitorũ animas commouent, ſi de veteri quippiam mõſtrare potuerint mutatum conſuetudine, libentius errare cupiẽtes: quam aliquid ab æmulo verum diſcere. Et interim iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus. In eodem enim anno duodecimo, & in eodẽ, vt putamus menſe: ſed non in vna, vt ſupra menſis, verum inquinta decima die nequaquã ſuper Pharaone, ſed ſuper fortitudine ſiue multitudine Ægypti planctus aſſumitur: Qui detrahitur de ſuperbia ſua cũ vniuerſis filiabus ſuis, ſiue gẽtium robuſtarum, ad terrã vltimam, id eſt, in profundum inferni, dicitur: ad regem Ægypti: Quo meliores, vt mortem mercaris euadere? Cum enim Aſſur, & Ælam, id eſt, Perſæ: & Moſoch, qui interpretantur Cappadoces: & Thubal, quos alij Iberos, alij Italos intelligi volunt: Idumæi quoq; & principes aquilonis, ac Sidonij, cũ vniuerſis exercitib⁹ ſuis (quorum auxilio horrorem cunctis gentibus præbuerunt,) mortui ſunt, & interfecti gladio: & poſuerint gladios ſuos ſub capitibus ſuis, (quod dictũ ἐμφατικώτερον accipiendum eſt) tu ſolus poteris non eodẽ ſuſtinere? Quin potius cũ videris tantam tecũ apud inferos multitudinẽ dormientium, & ſepulchrum tuum fortiſſimorum quõdam principũ circundari memoriis: habebis conſolationẽ leuiora tormenta æſtimans conſortio plurimorũ. Hæc interim iuxta ſimplicem ſenſum ſtrictim dixiſſe ſufficiat. Nunc eadem breuitate, quantũ explanationis patitur difficultas, ſpiritualis intelligentiæ ſumma quoq; carpamus. Supra vna menſis die factus eſt ſermo domini ad prophetã, hic quintadecima. In prima autem die, hoc eſt in Kalendis menſis exordium eſt: in quintadecima quando totus lunæ orbis impletur: & ſi quidẽ primus menſis fuerit, azymorum eſt prima dies: ſin autẽ ſeptimus, ſcenophegiarum, quando ſiguntur tabernacula: Quæ ſolẽnitates apud Hebrẽos vel maximæ ſunt. Fit autem planctus ſuper fortitudinẽ Ægypti, vt fortis in malo eſſe deſiſtat, & recipiat infirmitatem: & qñ infirmior fuerit, tunc fortior ſit. Pro *fortitudine Ægypti*, in Hebraico habet *multitudinẽ*. Lata enim & ſpatioſa *via eſt quæ ducit ad mortẽ: & multi ingrediuntur per eã*: ſicut ecõtrario dicitur ad Iſrael: *Vos autem eſtis pauci inter omnes gẽtes*: ſemper enim virtus rara eſt, & *arcta & anguſta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ingrediuntur per eam.* Quod autẽ Ægyptus plangitur, & mortuæ filię eius iuxta Lxx. ſiue gentium robuſtarum deducuntur ad terram vltimam, in lacum ſiue in foueã profundiſſimam: ſignificantur animæ in Ægypto huius ſæculi cõmorantes, quæ perdiderũt eum qui dicit: *Ego ſum vita*: & peccatis mortuæ, pondere eorũad inferos detrahuntur, dicẽte peccatore: *Quoniã iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ: ſicut onꝰ graue grauatæ ſũt ſuper me.* Iſtæ ſunt de quibus ſcriptũ eſt in alio loco: *Ingrediẽtur in inferiora terræ, tradẽtur in manꝰ gladii, partes vulpiũ erunt.* Qui n. fodit foueam, incidet in eam. Vnde & legimus: *Lacũ aperuit & effodit eũ: & incidit in foueã, quã fecit.* Quodq; ſequitur: *Quo pulchriores deſcende, & dormi cũ incircũciſis*: propriè ad Pharaonem regem Ægypti ſermo dirigitur, ſiue (vt in Lxx. de Theodotione additũ eſt,) ad ipſam Ægyptum: De aqua pulcherrima deſcende, & dormi cum incircunciſis. Quod ſpecialiter ad eum pertinet, qui in baptiſmate Chriſti renatus, & audiẽs cum Eccleſia: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de albata, innitens ſuper fratruelem ſuum*? poſtea vel fornicatione, vel aliis vitiis ſordidatus, eiicitur de Eccleſia: & dicitur ad eũ. De aqua pulcherrima deſcende, & dormi cum incircunciſis: id eſt, cum immundis: iuxta illum ſenſum, quem ponit Apoſtolus: *Nos ſumꝰ circumciſio*: qui in ſpiritu Deo ſeruientes, & gloriantes in Domino, & non in carne confidentes. Hi omnes in medio vulneratorum ſiue interfectorum cadent cum Pharaone, illo gladio quem venit mittere Dominus ſuper terrã. Sicut enim Chriſti gladius bonos à malis ſeparat, dicẽs: *Non veni pacem mittere ſuper terrã, ſed gladium*: ſic hæreticorũ gladius omnes truncat populos, & vulneratos ad infernũ deducit. Iſti ſunt gigantes potẽtiſſimi, & rebelles, & ponentes in excelſum os ſuum: & quanto per ſuperbiam ſe ad excelſa ſuſtollunt, tanto ad profundum foueæ, & in inferni nouiſſima derrahuntur: qui omnes interfecti ſunt gladio. Et vt ſciretvel Pharao, vel omnis Ægypti fortitudo, quę ad inferna detracta eſt, quos haberet in pœnis ſocios, ſequens ſermo demõſtrat. Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius: vel ſynagoga eius. Princeps enim hæreticorũ diabolus, cuius verè congregatio ſynagoga eſt: de qua in Apocalypſi dicitur: *Qui ſunt ſynagogæ ſatanæ*. Sequentes autem verſiculos qui obelo prænotantur, prætereundos puto, dicendumque quod habetur in Hebraico: *In circuitu illius ſepulcra eorum*: videlicet decepto rum ab eo. Qui omnes vulnerati vel interfecti ſunt gladio: & ideo corruerunt, quorum ſepulcra data ſunt in nouiſſimis laci. Quod autem lacus vocetur infernus, perſpicuè pſalmus ille demõſtrat, in quo præ-

HEB. *eſt verbum Domini ad me, dicẽs: Fili hominis, cane lugubre ſuper multitudinem Ægypti: & detrahe eam ipſam, & filias gentium robuſtarum ad terram vltimã, cum his qui deſcẽdunt in lacũ. Quo pulchriores, deſcende, & dormi cum incircunciſis. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus eſt, attraxerũt eã, & omnes populos eius. Loquentur ei potẽtiſſimi robuſtorum de medio inferni qui cũ auxiliatoribus eius deſcenderũt & dormierũt, incircunciſi interfecti gladio. Ibi Aſſur & omnis multitudo eius, in circuitu illius ſepulchra illius, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorum data ſunt ſepulcra in nouiſſimis laci, & facta eſt multitudo eius per gyrum ſepulcri eius, vniuerſi interfecti, cadenteſque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viuentium. Ibi Ælam, & omnis multitudo eius per gyrum ſepulcri illius, omnes hi interfecti, ruẽteſque, gladio, qui deſcenderunt incircunciſi ad terram vltimam, qui poſuerunt terrorẽ ſuũ in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. In medio interfectorum poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius, in circuitu eius ſepulcrum illius. Omnes*

SEPT. *eſt ſermo Domini ad me dicens: Fili hominis, plange ſuper multitudinem Ægypti, & deducent filias eius gentes mortuas in profundum terræ, ad eos qui deſcendunt in foueam. (Porro ſub aſteriſcis additum eſt. *) De aqua pulcherrima deſcende & dormi cum incircũciſis. (Rurſum ordo ſequitur.) In medio vulneratorum gladio cadent cum eo: & dormiet omnis fortitudo eius, & dicent tibi gigantes, in profundo foueæ: deſcende, quo meliores deſcendo, & dormi cum incircunciſis in medio vulneratorum gladio. Ibi Aſſur & omnis congregatio eius. (Quodque ſequitur.) Omnes vulnerati ibi dati ſunt, & ſepulcrum eius in profundo foueæ: & facta eſt congregatio eius (in Hebraico non habetur, ſed à Lxx. additũ eſt. Rurſum dicitur): In circuitu ſepulcri eius omnes vulnerati, qui ceciderant gladio. (Et iterum de editione Theodotionis ſub aſteriſcis additum eſt. *) Qui dederunt ſepulcra eius in lateribus laci: & facta eſt congregatio in circuitu ſepulcri eius. Omnes iſti vulnerati, cadẽteſq; gladio. (Poſt quæ poſuere Lxx.) Qui dederunt timorem ſuum in terra vitæ. Ibi Aelã & omnis fortitudo eius in circuitu ſepulcri eius, omnes vulnerati & cadentes gladio, & qui*

A nitens loquitur: *Assimilatus sum cum his qui descendunt in lacum.* Quem nequaquã debemus iuxta Latini sermonis proprietatem eum intelligere, qui Græcè λάκκον dicitur: vt est lacus Tiberiadis, & lacus Larius, & Benachus, multique alij: sed quas nos solemus appellare cisternas. Quos lacus, quia aquas refrigerant, & omnem ab eis calorẽ spiritus auferunt, peccatores cunctique hæretici fodiunt: & quantũ in mea memoria est, nullum sanctorum, lacum, id est, cisternam fodisse, scriptura testatur: sed omnes peccatores. Quorũ fuit Ozias rex leprosus, & qui per suã superbiam corruit, de quo scribitur, quod homo fuerit terræ operibus incubans, & multas superbiæ turres ædificarit in angulis, & lacus foderit. Econtrario ad iustum dicitur: *Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorũ tuorum fontibus.* Et rursũ: *Fons aquæ tuæ sit proprius.* Vnde loquitur & dñs: *Me dereliquerũt fontẽ aquæ viuæ, & foderũt sibi lacus,* (id est, cisternas,) *quæ aquas cõtinere nõ possunt.* Sequitur: *Et facta est multitudo eius per gyrũ sepulchri eius.* Hi omnes cingunt Assyrium, & est eorũ plurima multitudo, qui vniuersi vulnerati sunt & interfecti, & cadentes gladio. Nemo enim eorum stare potest cum Moyse, nec audire: *qui statis in domo domini:* sed omnes vulnerati interfectiq; sunt & cadentes, qui quondam dederãt formidinẽ in terra viuentium formidinem autem his, qui erant ecclesiis præpositi: ne in terra viuẽtiũ faceremt populos mortuorũ, & simplices quoſq; deciperẽt. Vnde & Paulus aiebat. *Timeo autẽ, ne forte sicut serpẽs decepit Euã malitia sua, ita corrũpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo.* Sed hic timor ipse Dñi mitigatur, dicẽte ecclesiastico viro *Dñs illuminatio mea & salus mea, quẽ timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo*: Post hæc dicitur: Ibi Ælã & omnis multitudo eius per gyrũ sepulchri eius, haud dubiũ quin Assyrij, Ælã in liguã nostrã vertitur ascensus corũ. Omnes enim qui Christi humilitate contempta diaboli ascendere superbiam, & se in falsi nominis scientia esse aliquid æstimauerunt. Ælamitæ sunt nuncupandi, qui Assyrij regis sepulcrũ ambiũt, & interfecti sunt vulneratique gladio. Et licet in excelso posuerint os suum, tamen descẽderunt immundi & incircunsi ad terram vltimam, vt quanto sublimius fuerant eleuati, tanto fortius caderent. *Isti posuerunt terrorem suum* non semel, sed secundo, *in terra viuentium.* Quis enim ecclesiasticorum ab huiusce modi Ælamitarum terrore securus est, & non aliquem sui perdidit gregis: Pulchreque ecclesia Christi appellatur terra viuentium,

Psal.17.a

2.Par.26.b

Prou.5.c

Ibid.

Hier.2.c

Exod.16.b

B

Psal.134.a

2.Cor.11.a

Psal.28.g

עילם

HEB.

nes hi incircuncisi, interfectiq; gladio. Dederunt enim terrorem in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum in medio interfectorum positi sunt. Ibi Mosoch & Thubal, & omnis multitudo eius, in circuitu eius sepulcra illius. Omnes hi incircuncisi interfectique gladio. Quia dederunt formidinem suam in terra viuẽtium. Et non dormient cum fortibus, cadentibusq; & incircunciſis, qui descẽderũt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos, sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircuncisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio: & qui cum incircuncisis dormierunt, & cum his qui descenderunt in lacum. Ibi principes aquilonis omnes, & vniuersi Sidonij (siue venatores) qui deducti sunt cum interfectis pauentes, & in sua fortitudine confusi, quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & consolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta

qui descendunt incircũcisi in terræ profundum, qui dederunt terrorem suum in terra vitæ, & acceperunt tormentum suum cum his qui descendunt in foueã, in medio vulneratorum. Ibi dati sunt Mosoch & Thubal, & omnis fortitudo eorum in circuitu sepulchri eius: omnes vulnerati eius, vniuersi incircuncisi & vulnerati gladio. Qui dederunt terrorem suum super terram vitæ, & non dormierunt cum gigantibus, qui ceciderunt ab æterno. Qui descenderunt in infernum cum armis quibus vtebantur ad bella, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & factæ sunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terruerunt gigantes in vita sua. Et tu in medio incircuncisorum contereris, & dormies cum vulneratis gladio. Ibi Edom & reges eius, & & oẽs principes Assur qui dederunt fortitudinem eius in vulnere gladij, ipsi cum vulnerati dormierunt, cum his qui descenderunt in foueam. Ibi principes Aquilonis omnes, vniuersi magistratus Assur qui descenderunt vulnerati cum terrore suo, & in fortitudine sua confusi dormierunt incircuncisi cum vulneratis gladio: & abstulerunt tormentũ suum cũ descendẽtib. in foueam. Videbit eos Pharao, & consolationem accipiet super omni fortitudine eorum: Vulne-

vt econtrariò hæreticorum conciliabula, mortuorũ terra esse credantur. *Et portauerunt,* inquit, *ignominiam* siue *tormentum suum,* cum his quos secum detraxerũt in lacũ, & in profundum inferni: quorum cubile in medio interfectorũ est, (eorũ videlicet quos suo mucrone iugularũt,) & circundantur huiusc. populis. Hi populi Assyrij regis populi sunt, & licet circũcisos esse se iactent, tamẽ incircunsi interfectiq; sũt gladio, & tertio dederunt terrorẽ atque formidinẽ in terra viuentium. Vnde portauerunt tormẽtũ suum atque suppliciũ in medio eorũ, quos suis fraudibus deceperunt. Ibi quoque est, id est, iuxta Assyrium, Mosoch & Thubal, & omnis multitudo eius in circuitu sepulcri eius: omnes incircuncisi interfectiq; & cadentes gladio, qui dederant formidinem suam in terra viuentium. Pro Mosoch & Thubal, Symmachº & Theodotio interpretati sunt, cubile eorum, vt ostenderent cubilia hæreticorum, imo foueas sempiternas. Assyrij regis esse supplicia. Mosoch interpretatur insania, Thubal conuersio: nõ in bonum à malo, sed de bono in malũ: siue vniuersa, vt ostendat omnes hæreticos insanire, & paristudio ad peiora cõuerti. Nec mirum si insanientes & coaceruati in malum habẽt multitudinem, cum Ægyptij regis socij sint, qui gaudent multitudine. *Oẽs hi interfecti gladio, qui dederant formidinem suam,* non semel, nec secundo, sed tertio *in terra viuentiũ*: de quibus supra plenius diximus. Sequitur: *Et nõ dormiẽt cũ fortibus,* siue *gigãtib. cadentibusq; & nõ circũcisis, qui descenderũt ad infernũ cũ armis suis,* & posuerũt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortiũ facti sunt in terra viuentium. Hi, inquit, qui hæreticorum principes exiterãt, ad tantum malitiæ peruenere culmen atque cruciatũ: vt nec cum fortib. atque gigantibus, qui à principio corruerunt, similia mereãtur ferre supplicia. Qui nequaquã erroris sui acta pœnitentia, descenderunt ad inferos cũ armis suis: rebelles cõtra Deum & ecclesiam eius: secum arma deferẽtes, de quibus scriptum est: *Filij hominũ, dentes eorũ, arma, & sagittæ.* Et posuerunt ait, gladios suos sub capitibus suis: requiescentes in animo perduelli, & pro summa victoria, sententiarum suarum iacula complexantes, intantum vt iniquitates eorum fuerint in ossibus eorum, hoc est fortissima figmenta, & erroris sui dogmata possidentes. Quia terror fortium facti sunt in vita sua, siue in terra viuẽtium. Quod quarto dicitur vt fortissimos quoſq; & habentes scientiã scripturarum, & qui essent de regione viuentiũ, sua

C

בלמותם

D

גבורים נפלים

Psal.56.a'

E sua peruersitate terreret, dum descendunt ad infernum cũ armis suis, & ponũt gladios suos sub capitibus suis, & iniquitates eorum vsque ad ossa peruenerũt. Post hæc scriptum est: Et tu ergo in medio incircuncisorum cõtereris: quod vel ad Pharaonem, vel ad fortitudinem, siue multitudinẽ Ægypti dicitur, quod & ipsa conteratur: iuxta illud quod scriptum est: *Deus autem conterat satanã sub pedibus vestris velociter.* Et dormies, inquit, cum interfectis gladio somno perpetuo. Ibi cum Assyrio, & cum Ægyptia multitudine erit. Idumæa & reges eius, omnes qui tetrenis operibus seruierunt, siue sanguine delectati sũt. Etenim Idumæa & terrenam & sãguinariam sonat. Omnes reges & vniuersi principes, de quibus crebro & Apostolus loquitur, terrenis operibus incubãtes & effundẽtes quotidie sanguinẽ eorum, quos sua fraude deceperint, cum incircũcisis & immundis dormierũt, & cum his qui descenderunt in lacum, de quibus supra diximus. In ipso comitatu erunt & principes aquilonis, à quo exardescũt mala super terram. Et à quo velit Hieremia vel in hoc eodẽ propheta, olla illa plena carnium ossiumque succenditur: Et non solum principes aquilonis, verum omnes magistratus Assur, pro quo in Hebraico verius positum est, vniuersi Sidonij: quos nos in venatores vertimus, iuxta illud quod scriptũ est: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:* pro quo in Hebraico positum est, Sidoniorum. Qui Sidonij siue venatores, deducentur ad inferos pauentes, in sua quõdã confusi fortitudine: & dormient immũdi, & portabunt confusionem siue tormẽtum suũ: habentes malæ conscientiæ pœnitudinem sempiternam: ita vt *ignis eorum non extinguatur, & vermis eorũ non moriatur.* Quos omnes cum viderit Pharao, consolabitur, vel habens adhuc malitiã pristinã, & multos pœnæ suæ socios habere se cernens, vel certè consolatus est, videns & illos confundi in suppliciis & terroribus suis, super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharaonis scilicet, vel omniũ sociorũ eius, præcipueq; Assyrij regis, & Mosoch, & Thubal, & Idumęorum, & principum aquilonis, & Sidoniorũ. Hi enim dederant terrorem suum in terra viuentium. Quod quinto dicitur, vt oẽs istiusmodi nationes cauere & fugere debeamus quæ cunctis non sensibus deceperunt, & scire esse horribiles, nec facile posse vitari, nisi omni custodia seruauerimus cor nostrum. Dormiuit inquit, & ipse Pharao cũ sociis suis interfectis gladio, qui socij multitudo eius sũt, per latam & spatiosam viam pergentes ad supplicia sempiterna.

HEB.

interfecta est gladio, Pharao & omnes exercitus eius, ait Dominus Deus: Quia dedi terrorem meum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, ait dominus Deus.

SEPT.

Vulnerati gladio, Pharao, & omnis fortitudo eius, dicit Dominus Deus. Quia dedi formidinem eius super terram vitæ, & dormiet in medio incircuncisorum cum vulneratis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus Deus.

Rom.16.c

אדים

Phil.3.d

Hier.1.c

Sup.24.a

וכל עדתו

ל

Psal.123.a

Isa.66.g

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis: (siue hominem vnum de suis,) & constituerit eum super se speculatorem, & ille viderit gladium veniẽtem super terram, & cecinerit buccina, & annũciauerit populo. Audiens autem, quisquis est ille, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit (siue comprehenderit) eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonitum (vel vocem) buccinæ audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam saluabit. Quod si speculator viderit gladium veniẽtem, & nõ insonuerit buccina, & populus nõ se custodierit, veneritque gladius, & tulerit de his animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinẽ autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me: Si me dicente ad impium, impie, morte morieris, non fueris locutus vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sãguinem autem eius de manu tua requiram. Sin autem annunciante te ad impium facere noluerit, ille quidẽ in sua iniquitate morietur, tu autem liberasti de interitu negligentiæ animam tuam. Ex quibus verbis discimus, posse hominem, quamuis iniquum & impium, si magistri verba audierit, & egerit pœnitentiam, à sua impietate saluari: nec minus magistrum subire discrimen si docere noluerit, vel timore discriminis, vel desperatione peccantis, dum reus est sanguis eius, qui liberari potuit & de morte erui, nisi magistri silentio concidisset, & in vtroque liberum seruari arbitrium, dum & in magistri voluntate est, vel tacere vel loqui, & in auditoris arbitrio, vel audire & facere atque saluari, vel contemnere & proprio perire cõtemptu. Nec statim sequitur, vt quia propheta prædicit, veniat quod prædixit: Non enim prædicit vt veniat, sed ne veniat: nec quia Deus loquitur, necesse est fieri quod minatur: sed ideo comminatur, vt conuertatur ad pœnitentiam cui minatur, & non fiat quod futurum est, si verba domini contemnantur. Possumus autẽ tripliciter locum istum differere, vt terra, quæ sibi speculatorẽ constituit, vel iuxta literã terra Iudæa sit, vel iuxta spiritualem intelligentiam ecclesia, quæ sæpe de nouissimis populi sui speculatorem eligit, illũ videlicet, quem & Apostolus scribens ad Corinthios, assumit indicem, vel certe anima credentis, quæ mẽtem atq. rationem præponit populo, ac turbæ cogitationũ suarũ, ut non omnia

1.Cor.15.d

A cogitationum incétiua ſuſcipiat, ſed iudicet atque diſcernat, quæ ſectãda ſibi, quæue fugienda ſint. Speculator terræ Iudææ, vel rex poteſt intelligi, vel propheta: ſpeculator autem eccleſiæ, vel epiſcopus, vel presbyter, qui à populo electus eſt, & ſcripturarũ lectione cognoſcens, & præuidẽs quæ futura ſint, annunciet populo, & corriget delinquentem. Vnde magnopere formidandum eſt ne ad hoc officium accedamus indigni, & aſſumpti à populo, negligentiæ nos demus atque deſidiæ, & quod his peius eſt, deliciis ventriq; & otio ſeruiẽtes, honorem nos accepiſſe
Matt. 20. d putemus, non miniſterium. Siquidem *filius hominis nõ venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, & pedes diſcipulorum lauit, vt oſtenderet omnes ſordes & vi-
Ioan. 13. d tia, à magiſtris in diſcipulis, debere dilui atque purgari. Nec ſtatim reſpõdeamus: quid prodeſt docere, ſi nolit auditor facere quod dõcueris: Vnuſquiſque enim ex ſuo animo atque officio iudicatur: Tu ſi locutus non fueris: ille ſi audire contẽpſerit. De magiſtris negligentibus Salomon loquitur: *Sapientia abſcondita, & theſaurus occultus, quæ vtilitas in vtriſque?*
Eccl. 20. d Tale quid ſignificatur & in euangelio, quod *qui ſcandalizauerit vnum de minimis eccleſiæ, expediat ei, vt alligetur ad collũ eius mola aſinaria, & abiiciantur in profundũ*: quã in ſpecula
Mar. 9. g conſtitutus, plurimis noceat.

B a ¶ *Tu ergo fili hominis dic ad domum*, &c.] Si negligenter legamus, videtur nobis eadem prophetia eſſe quæ ſupra, in qua dicitur: Numquid volens cupio mortem iniqui, dicit dominus: niſi conuerti eum à via ſua mala, & viuere? Et in fine eiuſdẽ prophetiæ, *Conuertimini, & recedite ab vniuerſis impietatibus veſtris, & non erunt vobis in tormentum iniquitatis*. Ibi. n.
Sup. 18. a Sec. 70. ad eos ſermo fit, qui volũt agere pœnitentiam, & iuſtitia peccata delere, vt cum fiducia cõuertantur, & pleno animo agãt pœnitentiam. Hic autem ad eos loquitur, qui magnitudine peccatorum, imo impietatum ſuarum, deſperant ſalutem, & dicunt: *iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis tabeſcimus*: quo modo ergo viuere poterimus? Et eſt ſẽſus: Cum ſemel nobis mors propoſita ſit, & vulneribus noſtris nulla medicina poſſit reſtituere ſanitatem: quid neceſſe eſt laborare, & fruſtra conſumi, & præſentem vitam nõ cum deſperatione tranſigere, vt ſaltem hac fruamur, quia futuram perdidimus? Quibus reſpondet Deus, non velle ſe mortem impij, ſed vt reuertatur, & viuat. Et apoſtropham facit ad impios deſperantes: conuertimini à viis veſtris peſſimis. Atque vt ſciamus qui ſint impij, ad quos loquitur, ſequens ſermo demonſtrat: *Quare moriemini domus Iſrael?* Vita autem & mors in hoc loco, non hæc ſignificantur, qua omnes cõmuni cum beſtiis lege naturæ vel viuimus vel morte diſſoluimur: ſed illa de qua ſcriptum eſt: *Placebo domino in regione*
Pſal. 114. b *viuentium*. Et *anima quæ peccauerit ipſa morietur*. Et à ſpeciali commonitione, qua Iſrael domui loquebatur, ad generalem tranſit diſputationem, quod & iuſtum præteritæ non ſaluẽt iuſtitiæ, ſi nouis ſceleribus fuerit occupatus, & peccatorem vel impium antiqua peccata non perdant, ſi operibus
Sup. 18. a iuſtitiæ veteres emendarit errores: Deumque non præterita C in vtroque iudicare, ſed preſentia. Si dixero, inquit, iuſto, vita viues, & ei præmia iuſtitiæ pollicitus fuero, cõfiſuſq; ille peccauerit, omnes iuſtitiæ eius priſtinæ obliuioni tradentur, & præſenti iniquitate morietur, nec mea eſt mutata ſententia, cum non poſſim in eodem homine, peccatori reddere quod iuſto promiſeram. Econtrario ſi peccatori, & impio fuero cõminatus, & dixero: *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*, & Ione 3. b Sec. 70. ille egerit pœnitentiã, boniſque operibus veterẽ emendarit erroré: ita vt iudiciũ faciat & iuſtitiã: pignus reſtituat, rapinãq; reddat, in mãdatis vitæ ambulet, nec faciat quicquã iniuſtũ nonne debet vita, quæ Chriſtus eſt, viuere, & nequaquam mori, cũ comminatio peccaris iuſtum punire nõ debeat? Tale quid loquitur ſermo diuinus ad Hieremiã, quando deſcẽdit in domũ figuli, & audit vel pro miſſa, vel cõminationẽ Dei id Hier. 18. d agere, vt vel homines prouocent ad ſalutẽ, vel deterreant à peccato. Vnde qui dicunt: *Non eſt æqua via domini*, arguuntur, quod ipſorũ ſit iniqua ſententia, habẽtium oculum peſſimum, & nequaquam noua, ſed vetera iudicantium. Quibus omnibus demõſtratur, nec peccatorem ſalutẽ deſperare debere ſi agat pœnitentiã: nec iuſtum in ſua confidere iuſtitia, ſi perdiderit negligenter, quod magno labore quæſierat. Manifeſta tranſcurrimus, vt in obſcurioribus immoremur. In quibus autẽ præſens prophetia diſcrepet à præterita, & in quibus loSup. 3. a quatur ſimilia, collatio vtriuſq; poterit iudicare. Porro quid ſit iudicium facere, & iuſtitiam, pignus reſtituere, rapinã reddere, in mandatis vitæ ambulare, & cætera, in hoc eodem propheta ſupra diximus.

b ¶ *Et factum eſt in duodecimo*, &c.] Vndecimo año regni Sedechiæ, quinto menſe, capta Sup. 18. eſt ciuitas Hieruſalem. Hæc autem prophetia, duodecimo anno decimo menſe, quinta menſis captiuitatis ſiue tranſmigrationis, quando captus eſt 4 Reg. 25. a Iechonias. Ex quo oſtenditur, poſt vnũ annum, & quatuor menſes, & vigintiquinq; dies capta eſt Hieruſalẽ, veniſſe Babylonem vnum ciuium Hieruſalem, qui nunciaret captam vrbẽ atq; vaſtatam. Ante vnum autem diem quam veniret, qui iſta narraret, veſperi facta eſt manus dñi ad Ezechielem prophetam: quæ aperuit os eius quod diu clauſum fuerat, & quidquid erat ille dicturus, hic factum ante replicauit: nec ſiluit amplius vidẽs prophetiam ſuam opere completam, & nequaquam dubitare populũ, qui erat in Babylone, vel eos qui capti erant, de vaticinio prophetali. Tunc enim aperitur os prophetę, quãdo quod prius nũciauerat, opere mõſtrarit effectum, & tota libertate proclamat: qui nequaquam futura, ſed vel preſentia, vel tranſacta demonſtrat. Hoc ſecundum literam. Cęterum iuxta anagogen, ſi Ezechiel interpretatur fortitudo Dei: Chriſtus autem eſt Dei virtus & Dei ſapientia: hoc intelligendum, quod capta Hieruſalem & ſubuerſa; quicunque perfidiam Iudæorũ potuerit euadere, quales fuerunt apoſtoli, & reliquiæ, quæ ſaluæ factæ ſunt: ipſe Chriſto nunciat omnes ceremonias Iudæorũ eſſe ſubuerſas quas

E quas quidam vſque hodie obſeruandas putant, non audientes illud Apoſtoli: *A gratia excidiſtis, qui in lege iuſtificamini.*
Gal. 5. a Mirorque hominum pertinaciam, id velle ſermone defendere, quod opere implere non audeant, niſi forte ſub pelle ouium, id eſt, Chriſtianorum, lupi cælantur Iudaici. Quid autem increduli tate & ſceleribus occupatos, etiam ſi plures ſint poſſidere non poſſe. Simulque enumerat, quid facientes offendant Deum: ſex videlicet genera peccatorũ. Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immunditias, hoc eſt, ad idola veſtra, & ſanguinem funditis, hoc eſt, homicidium perpetratis, numquid iſta facientes poteritis terrã hereditate retinere? Nec hoc eſtis ſcelerum fine contenti, ſed ſtatis in gladiis veſtris, quotidie parati ad occidendum, & imi- Gen. 27. f tantes Eſau, qui ſtetit & vixit in gladio ſuo facitis abominationes incredibiles: videlicet libidinũ turpitudines, & vnꝰ quiſq; vxorem proximi ſui polluit, vt in eo ſit ſceleratior, quod amici & proximi polluerit vxorẽ. Et cum hæc, inquit, faciatis, arbitramini vos terram hereditate retenturos: Reſponde igitur eis ô Propheta, & hanc ſuper eos ex meo ſermone promeſententiam. Iuro per memetipſum, quod qui habitant in ruinoſis & parietinis, gladio cadent, & qui in agris ſunt ſiue in campo, à beſtiis deuorentur, & qui in muratis ſiue in præſidiis ac ſpeluncis, Dei ira vitare non poſſint, ſed fame moriantur & peſtilentia. *Et dabo*, inquit, *terram Iudæam in ſo-* 1. Pet. 5. b *litudinẽ, & deficiet ſuperba fortitudo eius*, quæ quondam fuerat fortitudo. Superbis autem reſiſtit Deus, & humilibus dat H gratiam. Montes quoque & omnia deſerentur, & in tantam venient ſolitudinem, vt nullus per eos tranſeat: & tũc nequaquam confident in multitudine ſua pauci qui remanſerant: ſed cognoſcẽt ſolitudinis magnitudine, quod ego ſim dominus, qui dedi terram in deſertum propter omnes abominationes, quas operati ſunt. Hæc dicta ſint aduerſus eos, qui capta Hieruſalẽ, omniq; Iudæorũ regione vaſtata, pauci habitabant in ruinoſis, & in deſertis vrbibus, villuliſque. Nunc veniamus ad tropologiã, & iuxta conſuetudinem noſtram, latam diſputationem ſtringamus potius, quam diffeſamus. Omnis hæreticus in parietinis habitat & deſertis, & poſſidere ſe putat terram Iſrael, dicitque: Si Abraham fide ſua vnus homo in tantam venit beatitudinem, vt ſemen eius multiplicaretur ſicut arena maris, & ſicut aſtra cæli: quanto magis nos plures terram Iſrael, hoc eſt, cernentium Deum, & Iudæam confeſſionis dominicæ poſſidebimus? Quibus reſpondit dominus. Ille poſſedit terram fidei merito, veſtra autem infidelitas imo blaſphemia terram Iſrael, id eſt, eccleſiam poſſidere non poterit. Primum enim comeditis in ſanguine, effundentes eorum ſanguinem quos ſcandalizatis. Deinde oculos veſtros leuatis ad immunditias vel abominationes veſtras, quas de veſtro animo confinxiזלולים ſtis: cum debueritis imitari eccleſiaſticum virum, & dicere: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo*. Tertiò ſanguinẽ Pſal. 122. b funditis, non viuificantes eos, quos ſeduxiſtis, ſed interficiẽtes. Nec vobis ſufficit tria iſta feciſſe, ſed ſtatis in gladiis veſtris, hoc eſt, perſeueratis in prauitate ſententiæ, & parati eſtis ad cædes, & feciſtis abominationes, ea agentes in cubilibus, quæ turpe eſt loqui, & vxorẽ proximi veſtri polluiſtis, eccleſiaſticam videlicet conuerſationem, quotidie de cõplexu Chriſti deceptos rapere feſtinantes. Et cum hæc feceritis putatis vos terram Iſrael hereditate tenturos? Quibus loquitur Deus, quod quicumque in ruinoſis hæreticorum habitauerit conciliabulis, gladio cadat eccleſiaſtico: de quo ſcriptũ Pſal. 149. 9 Matt. 10. eſt: *Gladij ancipites in manibus eorum*. Et in Euangelio: *Non* Luc. 12. f

F a ¶ *Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper*, &c.] Primum ſciendum, quod octo plus vel minus verſus ab eo loco quem poſuimus. Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immũditias veſtras: vſq; ad eum locum vbi ſcriptum eſt: *Hæc dices ad eos, ſic dicit dominus Deus*, in Lxx. non habentur: qui cum multis aliis & hæc prætermiſerunt: ſiue interpretata ab eis, ſcriptorum paulatim ſublata ſunt vitio. Et Latini noſtri, imo inuidi Chriſtiani, & vt apertius dicam, Grunnianæ factionis heredes aduerſum nos latrant cur iuxta Hebraicum diſſeramus: quaſi nolentibus ingerendi ſint ſibi, & non his epulæ præparentur, qui eas cum gratiarum actione ſuſcipiunt. Certè ſi nobis non habent fidem, legant alias editiones, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: interrogent Hebræos non vnius loci (ne eos à me redemptos iactitent) ſed diuerſarum prouinciarum, & cum errori meo, vel imperitiæ cunctos viderint conſonare, tunc ſe intelligant nimium eſſe prudentes, & magis cupere dormire quam diſcere: habitentque in ſeptuaginta cellulis Alexandrini Phari: ne vela perdant de nauibus, & funium detrimenta ſuſpirent. Hæc contra inuidos: nunc quod propoſuimus diſſeramus. Capta vt diximus Hieruſalem, temploque ſubuerſo, pauperes terræ, de quibus ſcribit Hieremias, ſoli relicti fuerant in Hieruſalem: qui vineas & agros colerent, & in ruinis incenſæ vrbis habitarent. Cumque deberent agere pœnitentiã ſuper his, propter quæ captiuitas venerat, ſeipſos caſſa ſpe decipientes loquebantur: Vnus fuit pater noſter Abraham, & tamen hanc terram hereditate poſſedit: non quod ipſe poſſederit, ſed quod ſemen eius terram repromiſſionis acceperit. Si igitur ille vnus in tantos multiplicatus eſt populos: nos multo plures, qui relicti ſumus in terra Iudæa, & habitamus in vrbibus deſertis ac ruinoſis, vtique multo amplius multiplicabimur, vt poſſideamus plures, quod vnus ille poſſedit. Quibus reſpondit dominus, Abraham vnum, fide poſſediſſe terram repromiſſionis. *Credidit enim Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã*. Iſtos

Hier. 39. c

Gen. 15. b

veni pacem mittere, sed gladium. Et, seruus qui se luxuriæ tradit & otio, diuidetur, id est, mucrone ferietur, & pars eius ponetur cum infidelibus. Et qui in agro siue in cāpo est, bestiis tradetur ad deuorandum: quas propheta vitare desiderās deprecatur: *Ne tradas bestiis animam confitentē tibi.* Qui autem in præsidiis, & in muratis est (de quibus scriptum est:) Ciuitates firmas ascendit iustus, & destruxit munitiones earum, in quibus confidebant impij: & versatur in speluncis de quibus dicitur: *Scriptum est: Domꝰ patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam ſpeluncam latronū)* iste fame sermonis domini, & peste morietur: & dabitur omnis terra hæreticorum in solitudinem, ita vt frangatur eorum superbia, & redigantur montes in solitudinem, qui sibi altitudinem scientiæ promittebant. Qui montes vocantur Israel: quia sub Christi nomine deceptos quosque supplantant: nulluſque per eos trāsibit, nec dicere poterit quod Moyses: *Transiens videbo visionem hāc magnam*: habitatores enim sunt peruersorum montium, nō peregrini nec accolæ: Vt cum hæc passi fuerint, tunc cognoscant, quod ipse sit dominus, qui dederit terram eorū in solitudinem propter abominationes, quas operati sunt. Sequitur: Eadem quidem die & eodem tempore, hoc est, duodecimo anno, decimo mense, in quinta mensis, quādo venit qui fugerat de Hierusalem, & quando locutus est propheta ad eos, qui erāt in terra Iudæa, & æternæ possessionis sibi spē pollicebantur, & iubet prophetæ, & dicat populo, qui in Babylone versatur, & habitat cū eo, & arguat eos super insidiis blandiētibus, qui prophetæ verba audire desiderant, non ad animæ salutem, sed ad aurium voluptatem. Isti iuxta muros sedebant, & in ostiis domorū: nequaquā in sensum prophetæ intrare cupiētes, sed mutuò se hortantur, & dicunt: Venite & audiamus qui sit sermo egrediens à domino: Et sic veniunt quasi populus, qui ingrediatur ecclesiam Dei, & sedent corā te populus meus, qui meū esse se dicit, & nolunt facere quod audierunt: Istiusmodi mihi videntur eorum similes, qui theatralibus luduntur carminibus, & vel tragœdos audiunt vel comœdos, & ibi cum voluptate palpantur: ita vt cum egressi fuerint à te, replicēt ea, & decantēt, & dulci sono se decipiant. *Et audient*, inquit, *verba tua, & non facient ea.* Tales sunt vsq; hodie multi in ecclesiis, qui aiunt: Venite, audiamus illum & illum: mira eloquentia prædicationis suæ verba voluentem plaususque commouēt, & vociferantur & iactant manus: Et quæ operibus neglexerant, postquam aduenisse cognouerint (necesse est enim venire, quod propheta Dei sermone pronunciant) tunc incipient approbare & nosse, quod cuncta quæ audierant, non fuerint hominis verba sed domini, qui per prophetam & virum ecclesiasticum locutus est.

Commentarij Libri decimi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

VNDECIMVS in Ezechielem explanationem Liber, in extrema sui parte contra Gog & Magog vaticinium continebit, & vsque ad exordium ciuitatis in monte positæ, & templi in ea siti veniet. Quem si adiuuante Domino, & sua mysteria differente, potuero ad calcem vsque perducere, diu mihi erit multumque dubitandum, vtrum ad spiritale templum debeam mittere manus, an aperte ignorantiam confiteri: præsertim cum & apud Iudæos, & apud nos, super interpretatione eius grande silentium sit, aliis in futuro tempore extruendum esse censentibus: aliis bono quidem animo, sed imperito, scientibus spiritualia esse, quæ dicuntur, & tamen ipsa spiritualia, quo modo differi debeant, nescientibus. Et interim vt præsentis operis cura nos teneat, scias ò virgo Christi Eustochium, orandum tibi esse pro nobis. In prophetia difficillima, illud breuiter admoneo, quod vir nostræ ætatis haud ignobilis, ad imperatorem scribens super hac natione dixerit: Gog iste, Gothus est, cui qua ratione possint omnia, quæ in ea scripta sunt, coaptari, non est meum, sed eorum qui hoc putant, disserere.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER VNDECIMVS.

CAP. XXXIV.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta de pastoribus (siue ad pastores) Israel: propheta, & dices pastoribus. Hæc dicit Dominus Deus. Væ pastoribus Israel, quæ pascebant semetipsos (siue eranſmigrationis siue captiuitatis Iechoniæ, & qui cum eo capti fuerāt vsq; ad vicesimū & quintum annū, quando super montem vrbis ædificatæ templum extruitur, & incredibilia ecclesię sacramēta panduntur, nullus in medio annus, nullūque tempus est positū: sed simpliciter dicitur: factus est sermo dominī ad me dicens: Fili hominis, loquere ad illas & ad illos: vt intelligere debeam⁹ omnia quæ leguntur tredecim annis, diuersis dicta temporibus, & tamen certa inter se spatia temporū nō habere. Ad pastores autem Israel sermo dirigitur, quos vel reges vel principes scribas & Pharisæos, ac magistros Iudaici populi debemus accipere:

accipere: Vel certè in euangelico populo, episcopos, presbyteros, & diaconos: aut iuxta mysticos intellectus, angelos singularum ecclesiarum, ad quos scripsit Ioannes in Apocalypsi sua. Et quorū angeli quotidie vident faciem Dei. Primumq; dicitur: *Væ pastoribus Israel*: qui cum gregem domini pascere debeant, & saluti illius prouidere, pro sua festinat luxuria. Vnde magnopere cauendum est, & obseruāda illa præcepta: *Ne quæras iudex fieri, ne forte non possis auferre iniquitates.* Et iterū: *Quāto maior es, tanto magis te humilia, & in cōſpectu domini inuenies gratiā.* Et rursū: *Ducem te constituerūt, ne eleueris: sed esto inter eos quasi vnus ex illis.* Vnde & apostolus quasi paruulum atq; lactentem inter discipulos esse se dicit. Quodq; sequitur: *Lac comedebatis, & lanis operiebamini*: per Metaphoram pastorum ad principes loquitur, de quibus & in alio loco scriptū est. *Qui deuorant plebē meā sicut escam panis.* In lacte, omnes escas intellige, in lanis, multiplicē vestium varietatē. Quod autem dicitur: *Et quod crassū erat, occidebatis*: de diuitibus populi loquitur, quos mali principes in ecclesiis iugulare narrātur, dum eos prædicant, & vitia eorū increpare non audent. De quibus & propheta dicit: *Populus meus, qui beatos vos dicunt, seducunt vos, & semitā pedum vestrorū supplantant.* De quibus & Iacobus loquitur, ꝙ cū ingressi fuerint ad eos prętiosis circūdati vestibus, & annulo aureo, honorātur ab eis & sanctis pauperibus dicitur: Tu verò sede in scabello siue in terra, aut sta. Isti ꝙ infirmum est, non confortant siue consolidant. Vnde & Paulus Apostolus loquitur: *Suscipite infirmos*: & infirmum in fide assumite, & multi inter vos infirmi & ægrotantes. Ad quos mittitur sermo diuinꝰ, de quo scriptum est in Psalmis: *Misit verbū suum, & sanauit eos, & eripuit eos de corruptionib. eorū.* Et quod fractū est, ait, nō alligāt, nequaquā mortalia in populis considerantes vulnera, qualis est adulter, homicida, sacrilegus. Et quod abiectū est, siue quod errare viderint, non reducunt, permittentes eos ab hæreticis decipi. Et quod perierit non requirunt, non tam perditos saluare cupientes, quā eos qui sunt in ecclesiis deuorare, sed cum austeritate imperantes eis, & cum potentia: (siue, quod forte erat, afflixistis labore.) Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor (siue pastores:) & factæ sunt in deuorationem omnibus bestiis agri, & dispersæ sūt. Errauerūt greges mei (siue oues) in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnē faciem terræ dispersi sunt greges mei (siue oues) & non erat qui requireret, nō erat, inquam, qui requireret (siue qui reduceret.) Propterea ò pastores, audite verbum domini: Viuo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei (siue oues) in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor (siue pastores,) neque enim quæsierunt pastores gregem meum, sed pascebāt pastores semetipsos, & greges meos nō pascebant. Propterea pastores audite verbum domini, hęc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, vt vltra non pascāt gregem meum, nec pascāt amplius pastores semetipsos, (siue oues,) & liberabo gregem meū (siue oues) de ore eorum, & non erit vltra eis in escam. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: (siue quando fuerit caligo & nubes in medio ouium suarum separatarum,) sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam meas (siue eos) de populis (siue de gētibus) & congregabo eas (siue eos) de terris (siue regionibus,) & inducam eas (siue eos) in terram suam, & pascam eas (siue eos) in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas (siue eos) & in mōtibus excelsis Israel erunt pascua eorū (siue ouilia eorum,) ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam (siue requiescere) dicit Dominus. Quod propriè ad supercilium episcoporum pertinet, eorum videlicet, qui opcribus dedecorant nominis dignitatem, & pro humilitate assumunt superbiā, vt honorem se putent cō secutos, non onus, & quoscunque in ecclesia viderint præpotentes, & Dei habere sermonē, opprimere nituntur. Vnde iuxta Lxx. scriptū est: *Et quod forte erat, affligebatis labore.* *Et dispersus est populus Dei*, vel vitiis, vel errore hæreticorū: *eo quod non esset pastor* bonus, qui poneret animam suam pro ouibus: sed omnes mercenarij, qui lucra tantum de gregibus considerant, & cum lupum viderint, fugiunt. Quorum negligentia, grex domini deuoratur à bestiis agri, de quibus scriptū est: *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ agri: catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.* Et disperguntur, & errant in cunctis montibus, qui eleuantur contra scientiam Dei, & in vniuerso colle excelso: qui per hæreticam superbiam, ecclesiasticam despiciunt simplicitatem. Et super omnē faciē terræ dispergunt: terrena, non cœlestia requirētes. Et non erat qui requireret, nec qui reduceret: quia deliciis occupati, gregis dominici damna non curant. Vnde ad malos pastores sermo fit dñi: Quia ista & ista fecistis, quę supra exposui, & quę secundo enumerat: Ecce ego ipse ad pastores veniam, & requiram gregem meum de manu eorum, quibus expedit, vt mola asinaria alligetur ad collum, quam vt minimum scandalizēr de populo meo. Et hæc erit corū pœna vel maxima, vt vltra nō pascant gregē meum: ne sub occasione ouiū seipsos pascant, & opes congregēt. Et liberabo populum meū de ore eorum. Requiram, inquit, de manu, & liberabo de ore, ꝙ auidis faucibus deuoratur. Cum autem requisierit oues, visitat eas quasi ægrotātes, atque macilentas, & pastorū negligentia dissipatas, & liberabit de omnibus locis in die nubis & caliginis, de qua loquitur & Ioel: *Adest dies domini, & prope est dies tenebrarū & caliginis, & dies nubis & nebulæ.* Tunc educentur de terris, vt inducantur in terrā suam, quæ est terra viuentium, & ipse eas pascet in montibus Israel, de quibus loquitur Dauid: *Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.* Et nō solum in mōtibus, sed in riuis, & in cunctis sedibus terræ, in pascuis vberrimis, & in monte excelso, de quo Esaias & Micheas plenius vaticinantur, siue in mōtibus excelsis Israel: *Ibi requiescent in herbis virentibus, & dicēt, dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquas refectionis educauit me.* Et pascentur in pascuis pinguissimis super montes Israel. Est infinita promissio, spesq; beatitudinis quādo ipse dominus pollicetur, dicens: Ego pascā oues meas, & nequaquā eas cōmittā malis pastoribus, & ego eas accubare faciā, dicit dominus Deus: vt requiescāt in sinu Abrahā, Isaac, & Iacob. Tunc quod perierat in gentium populis, requiretur, & quod errauerat in hæreticorū persuasione, reducetur, quod confractū fuerat, alligabitur, & quod contritum atque infirmum, consolidabitur, vt impleatur quod scriptum est: *Qui sanat infirmitates eorum, & alligat cōtritiones eorum.* *Cor enim contritum, & humiliatum Deus non*

A
Ibid.50.

spernit. Vnde & sanctus loquitur: *Sana me domine, quoniã cõturbata sunt ossa mea.* Et in tricesimoseptimo psalmo pœnitẽs: *Non est*, inquit, *pax ossibus meis à facie peccatorum meorũ. Et quod pingue*, ait, *& forte, custodiã*: ne voretur à bestiis. Et paſcet oues suas in iudicio: sciens cui oui quæ paſcua debeãtur.

Ioan.14.a
Ibid.5.d

Diuersæ enim sunt mansiones apud patrẽ, & non iudicat pater quẽquã, sed omne iudiciũ dedit filio. Hæc aduersum pastores locutus est, nũc loquitur ad oues, id est, ad populũ, & ad vtriusq; pecoris gregẽ, id est ouium, & caprarum: & non solũ ad oues & capras, sed & ad arietes & hircos, qui sunt in gregibus principes, quibus ait: Nõne vobis satis erat, quod bonis scripturarũ paſcuis vescebamini? sed insuper reliquias paſcuarũ vestrarum cõculcabatis pedibus: Et cũ aquã eloquiorũ Dei purissimũ bibere tis, reliquas aquas pedib⁹ turbabatis: vt populus meus cõculcatus à vobis, paſcuas, & turbidas aquas manducaret & biberet, & vestro vitio, quod per se bonũ erat, corruptum violatũq. susciperent. Quod & omnes quidem hæretici faciunt, vt carpãt eloquia scripturarum, & quantum in se est, maculent. Sed & ecclesiastici viri, qui dogmatũ non custodiunt veritatem, sed de suo corde cõfingunt, magistramq. habent præsumptionẽ suam, simili errore retinentur.

B

Qui cum populo persuaserint vera esse, quæ fingũt, & in theatralem modum plausus concitauerint & clamores, immemores fiunt imperitiæ suæ & adducto supercilio, libratisq; sermonibus atque trutinatis, magistrorũ sibi assumunt auctoritatem. Videamus igitur quod sit iudicium inter pecus & pecus, & quo iudicio iudicet eos bon⁹ pastor & verus, qui accepit omne iudicium à patre. *Ecce*, inquit, *ipse ego iudico inter pecus pingue & macilentũ*, siue inter forte & infirmum. Fortes enim lateribus & humeris suis impingunt atq; collidunt infirma pecora, & cornibus ventilant: nesciẽres in lege taurum cornupetã debere puniri. Impingebant autem lateribus, & cornibus vẽtilabant, donec dispergerent, & eiicerẽt oues foras. Superbia enim maiorũ, & præpositorum iniquitate, frequenter pelluntur de ecclesia, vt dispergantur à dño, quos ipse saluauit. Sed non dimittet eos vltra dominus in rapinam, & iudicabit inter pecus & pecus, non inter nomina dignitatum, quibus tument præpositi, sed inter hominem & hominem: iuxta id quod vterque seruus est domini. Tunc suscitabit pastorem vnum (qui dicit in euãgelio: *Ego sum pastor bonus*) seruum suum Dauid, secundum id quod formam serui dignatus est assumere: qui Dauid interpretatur, manu fortis. Ipse paſcet eos, & dominus erit eis in Deum, vel filius & pater, vel certè pastor iuxta assumptam carnem: dominus autem & Deus iuxta verbum, quod erat in principio apud Deum. Qui Dauid, proficientibus pecudibus in rationale animal, nequaquam pastor vocabitur, sed princeps in medio eorum, de quo scriptum est: *Medius autem vestrum stat, quẽ vos ignoratis.* Tunc ponet cum eis pactum pacis, nequaquã bellorũ atq; discordiæ, quia *factus est in pace loc⁹ eius*: sed paeis Christi, quæ exuperat omnem sensum, qui dicit: *Pacem meã do vobis, pacem meã relinquo vobis.* Et cessare faciet bestias pessimas de terra, vitia vel perturbationes, quibus animæ vexantur humanæ: vel aduersarias potestates à quibus impugnantur. Et qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. *Dominus.n. reuelabit condensa siluarũ, & in tẽplo eius omnes dicent gloriam.* Eiectis autẽ bestiis, & redacta terra in solitudinẽ, ab istiusmodi animantibus securi dormient, & dicẽt: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo?* Et ponet eos qui securi dormient, in circuitu montis vel collis sui, & erunt benedictio. Tũc dabit imbrem in tempore suo, & pluuię benedictionis erunt, quas in Deuteronomij benedictionib. pollicetur. Et dabit, inquit, lignum vitæ, de quo in Genesi scriptum est. *Lignumq; sapientiæ*: de quo dicitur: *Lignum vitæ est omnibus, qui assumunt eã.* Dabit autem fructum suum, quando & terra dederit fructũ suum: Siue ligna regionũ, sanctorum plurima multitudo. Et terra dabit germen suum: *Veritas enim de terra orta eſt.* Et erũt in terra sua absque timore, siue in spe pacis: in terra viuentium, terra mansuetorum, de qua scriptum est: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã.* Vt rerum omniũ felicitate cognoscant quod ipse sit dominus: quando contriuerit catenas, vel circulum ferreum iugi eorum: quo quasi grauissimo premebantur imperio, & eruerit eos de manu imperantium, siue seruitute affligentium eos. Seruus est enim vnusquisque eius, à quo vincitur. Et nequaquam erunt vltra in rapinam dæmoniacis gẽtibus: nec bestię terræ deuorabunt eos, de quibus diximus: sed habitabunt confidenter absq; vllo terrore, iuxta superiorem expositionẽ. Et suscitabo, inquit, eos germẽ nominatum, siue plantationẽ pacis, quæ loquitur in euangelio: *Ego sum vitis vera.* Et non erunt vltra imminuti fame in terra. Ergo fames in terrenis est: fames autem audiendi sermonem Dei: quæ sub pastore bono, & germine nominato, atque omnium sermone celebrato, & plantatione pacis, nequaquam erit in terra, neq; amplius opprobriis gentium subiacebunt, vt dicant: *Vbi est dominus Deus eorum?* Et scient post hæc omnia, quod non solum ipse sit dominus, quod & supra quoque dixerat: sed cum additamento, quod dominus omnium propriè Deus eorum sit cum eis, qui dicit in euangelio ad apostolos: *Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus, vsque ad consummationem seculi.*

C
Ioan.1.d

D
ξύλα τῆς ζωῆς.
Ibidem.
לבטח

Psal.73.a
Phil.4.b
Ioan.14.d

Psal.28.b

Psal.26.b

Deut.28
Gen.2.b

Prou.3.c

Psal.84.b

מטעת עולם

מיד הערים
2.Pet.2.b

Ioan.15.a

Psal.133.

E
Matt.28.d

F

Num 11.d

שים

saculi. Cum autem fuerit ipse dominus Deus eorum, tunc & ipsi erunt populus eius, non quilibet, sed qui meruerint appellari domus Israel. Ac ne putaremus vniuersa quæ dicta sunt ad pastores, & oues hircosq; & arietes pertinere, soluit ænigma, imo metaphoram, & ponit manifestius: *Vos autem oues meæ, & oues paſcuæ meæ, homines estis.* Omnis igitur sermo diuinus de hominibus est, ad quos dicit, Ego sum dominus Deus vester, dicit dominus Deus.

CAP. XXXV.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone (siue conuerte) *faciem, &c.*] Illud autẽ quod in Lxx. additum est: & consumentur: in Hebraico non habetur. Si semper in prophetis esset sermo Dei, & iuge in pectore eorũ haberet auspitium, nũquã tam crebro Ezechiel poneret: *Et factus est sermo domini ad me, dicens.* Sed quia ob humanam fragilitatem, & vitæ hui⁹ necessitates, interdum recedebat ab eis, propterea Ioannes Baptista loquitur: *Qui misit me baptizare, ipse dixit mihi: Super quem videris spiritum sanctũ, in specie columbæ descendẽtem, & manentem in eo, ipse est.* Nũquã enim proprium esset in Christo quod additur, & manentẽ in eo, nisi ab aliis nonnunquã recederet. Alioquin & ad Moysem loquitur Deus: *Auferã de spiritu qui est in te*: quem vtique non haberet, nisi ad eum à domino descendisset. Omnis autem istius capituli prophetia, est contra montem Seir: filiorum videlicet Esau & Edom, qui Græca & nostra lingua appellantur Idumæi: eo quod tẽpore necessitatis & angustiæ, quãdo Iudas capiebatur à Babyloniis, insultauerint eis, & eiecto populo Iudæorum, sibi putauerint terram traditam ad possidendum & non solũ non susceperint fratres suos, filios videlicet Iacob, sed persecuti sint, & concluserint in manus gladij. Vnde manifestius interpretatus est Symmachus: *Sanguinẽ tuũ odisti, & sanguis persequetur te.* Prophetatur autẽ, quod & ipse capiendus sit, & redigendus in solitudines sempiternas & rerum fine cognoscat, esse iudicem Deum, eo quod dixerit. *Duæ gẽtes & duæ regiones meæ sunt*: vel Idumæorũ & Iudæorum, vel certe Iudæ & Israel, duarum videlicet & decem tribuum. Et locutus es de montibus Israel, dicens: *Deserti nobis dati sunt ad deuorandum* nõ cõsiderans quod hæc contra Deum blasphemia redundaret. Vnde sequitur: *Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigã.* Et est sensus: Cum omnis terra Iudæa receperit pristinum statum, tu permanebis in solitudine sempiterna. Quodque infertur. Sicuti gauisus est super hereditate domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciã tibi, in Lxx. non habetur, sed sub asteriscis de Theodotionis editione additum est. Omnis autem ira Dei illuc proficit contra montem Seir, vt cum fuerit dissipatus, & ipse vniuersa Idumæa cognoscant, quia ipse sit dominus. Hæc iuxta historiam, & sensum magis quam verba cursim dixerim: Trãsibo ad anagogen, & studio breuitatis pauca perstringam. Pone, inquit, siue conuerte faciẽ tuã grex paſcuæ meæ (siue oues) homines estis. & ego dominus Deus vester, dicit dominus Deus.

CAPVT XXXV.

ET factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, pone (siue conuerte) faciem tuã aduersum montem Seir, & prophetabis de eo (siue ad eũ) & dices illi, hæc dicit dñs Deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manũ meã super te, & dabo te desolatum atque desertum. Vrbes tuas demoliar (siue in vrbibus tuis faciã solitudinem) & tu desertus eris, & scies quia ego sim dominus: Eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij (siue & assederis domui Israel fraudulenter in manu gladij) in tẽpore afflictionis eorũ, in tempore iniquitatis extremæ. Propterea viuo ego, dicit dominus Deus, quoniam sanguini tradam te, (siue quoniam in sanguine peccasti) & sanguis te persequetur, & cum sanguinẽ oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montẽ Seir desolatum & desertum & auferã de eo eũtem & redeuntem (siue homines & iumenta.) Et implebo montes eius occisorum suorum (siue vulneratorum:) in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque torrẽtibus, interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis (siue scies) quoniam ego sum dominus: Eo quod dixeris, duæ gentes, & duæ terræ (siue regiones) meæ erunt, & hæreditate possidebo eas, cũ dominus esset ibi. Propterea viuo ego, dicit dominus Deus, quia faciã iuxta iram (siue inimicitiã) tuam, & secundum zelum tuum, quem fecisti, odio habens eos, & not⁹ efficiar tibi, cum iudicauero te. Et scies quia ego domin⁹ audiui vniuersa opprobria tua, (siue vocẽ blasphemiarũ tuarum) quæ locutus es (siue quia locutus es) de montib. Israel, dicens: deserti nobis dati sunt ad deuorandum. Et insurrexisti super me ore vestro, (siue magnifice locut⁹ es super me ore tuo) & derogastis aduersum me, siue vociferati estis contra me) verba vestra, ego audiui. Hæc dicit dominus Deus: Lætante vniuersa terra, in solitudinem

Vnde dicit & psalmus: *Irascimini, & nolite peccare*: vt cito cõciliemur inimicis, & odia charitate, mutemus. Sed non talis mons Seir, qui super inimicitias sempiternas concluserit siue obsederit filios Israel dolo in manu gladij. Ex quo intelligimus, quod quicunque gladium arripuerit contra filios Dei, & dolose aliquid egerit, & obsederit eos, tradatur in manus gladij, sicut mõs Seir, in tempore iniquitatis extremæ: quãdo dies pessimi sunt, *& mundus in maligno positus est*, & multiplicata iniquitate, *refrigescit charitas multorum.* Est autẽ & aliud peccatum montis Seir: vt quoniam oderat sanguinem iustorum, quem singulis persecutionibus cupiebat effundere, ab ipso sanguine sustineat persecutionem. Vnde & sub altari, sanctorum animæ clamitant, & vltionẽ à domino sui sanguinis deprecantur. Et auferuntur de monte Seir, euntes & redeuntes, id est, omnis habitator: siue homines & iumẽta, quæ saluantur in Ecclesia, de quibus scriptum est: *Homines & iumenta saluos facies domine.* Quod in monte Seir vtrunq; deletur: vt & hi qui videntur aliquid habere rationis & illi qui simplici fide cõtenti sunt Deo iubente dispereant,

G
ἐπίτροπος.
Ioa.
2.Cor.3.d
יהוה

Gen.10.b

Hier.1.b.g

Psal.4.a

ורתצר

Eph.5.d
1.Ioan.1.a
Matt.24.b

Apoc.6.c

Psal.35.b

Et implentur montes eius vulneratorum, & occisorum. Et
non solum montes, qui ad impietatis verticem peruenerũt,
sed colles quoq; hoc est, inferiores discipuli montis Seir, &
valles, quæ in ima depressæ sunt: siue torrentes, qui turbidas
habent aquas, & hinc inde collectas, venientesque de super-
bia: vel iuxta Lxx. cãpi qui medij inter colles & valles sunt.
Hi oẽs interfecti cadent gladio domini, & extentæ manꝰ eius,
atq; percutientis: vt redigãtur in solitudines sempiternas: &
si q̃ erant ciuitates, hoc est, cõciliabula malæ habitationis, &
ipsæ dispereant, & desinant in malã partẽ habere consensum
& diuidãtur linguæ eorum, ne turrẽ blasphemiæ contra Deũ
possint extruere, & redactæ in solitudinẽ atq; desertũ cognoscãt, quod ipse sit dominus. Nec
sufficit monti Seir tanta dixisse
quæ præteritus sermo narrauit
sed hoc quoque per superbiã
locutus est: Duæ gẽtes, & duæ
terræ, siue regiones, meæ sunt:
Idumæa videlicet & Iudæa: &
hereticos & ecclesiasticos possidebo pariter. Et hoc (inquit)
dixisti, cum dominus esset ibi,
qui suo populo præsidebat.
Propterea iurat dominus, &
dicit: *Viuo ego, dicit dñs Deus*,
quod iuxta irã tuã qua sæuiebas in populum Dei, & zelum
tuũ quo persequebaris Christi
familiã, odio habens eos, quos
possidere cupiebas, cũ te percussero, & iudicauero, tunc tibi notus efficiar: & scies, quod
opprobria tua, & blasphemias
non alio referẽte cognouerim,
sed ipse audierim: quæ locutus
es contra montes Israel, dicẽs:
deserti nobis dati sunt ad deuorandũ. Montes Israel, Moysen, prophetas & apostolos debemus accipere: quos hæretici & hæreticorum princeps
diabolus sibi putant traditos
ad deuorandum: quando aut
rarus, aut nullus in ecclesia reperitur qui possit pugnare pro
montibus domini, & eorum
lacerationem sua voce defendere. *Et insurrexistis*, inquit, *super me ore vestro*, siue *magnifice locuti estis*: non vt putatis contra montes Israel, sed per illos
aduersum me, & rogastis siue
clamastis aduersum me. Omnes enim preces vestræ mons
Seir, & socij montis Seir (de
quibus supra dictum est: *Implebo montes eius, & colles & valles, & cãpos* siue *torrẽtes*) fuerunt aduersũ me: nequaquã
preces & orationes, vt putatis ad Deum, sed clamores, vociferationes, atque blasphemiæ. Vnde & dominus commi-
natur, & dicit: Sicuti gauisus es super hæreditate domus Israel, quando tuis persecutionibus dissipata est, atque lacerata, & in toto orbe dispersa, sic faciam tibi. Lætante enim
vniuersa terra viuentium, terraque sanctorum, & omnibus
conuersis ad seruitutem Dei, tu dissipatus eris mõs hispide,
mons pilose, & omnis Idumæa, opera videlicet terrena, &
cruori & sanguini dedita: vt tunc cognoscas quod ipse sim
dominus, qui alibi sum locutus: *Ego sum dominꝰ Deus vester.*

CAPVT XXXVI.

Tu autem fili, &c.] Supra ponitur prophetæ facies siue
conuertitur aduersum montẽ Seir: hic filius hominis
loquitur ad montes: siue super montes Israel, qui iubentur
Dei audire sermonẽ. Et vt parumper differã tropologiã, to-
tius ad montes Israel prophetię breuiter hic sensus est. Quia
insultauit vobis inimicus, hoc
est, mons Seir, & putauit quod
in perpetuũ ipse vos possideret
& altitudines quondam domini nunc desertas cessisse sibi
in hereditatem: & non solum
dixit, sed & aliquanto tẽpore
vos possedit, intantum vt superbe loqueretur contra vos,
quod opprobrium essetis cunctis gentibus. Propterea hæc
dicit dominus Deus, non solũ
monti Seir, sed & montib. eius
& collibus, torrentibus, vallibusque & desertis atq; vastatis,
& vrbibus derelictis: quoniam
in igne zeli sui, & aduersũ omnes quidem gentes, sed præcipue contra Idumæam locutus
sit. Quæ cum ceteris, inquit,
gentibus tenuit terrã meam in
possessionem, & possedit gladio, & toto corde possedit, vt
eiiceret habitatores de ea, terramq; vastaret. Propterea loquere (ait propheta) super terram Israel, & dices montibus
& collibus, & iugis (pro quib.
Lxx. τοῖς ὄρεσιν interpretati
sunt: quæ nos nemorosa intelliginus loca) & vallibus: Hæc
dicit dominus Deus: In zelo &
in furore meo, opprobrij vestri
vltor existam, & leuabo manũ
meam, vt gentes, quæ in circuitu vestro sunt, ignominiam
& confusionem suam portent:
vos autẽ ô mõtes Israel, secundum priscum statũ germinetis virgulta, ramosque mittatis:
siue iuxta Lxx. afferatis vuas,
quibus populus meus saturetur Israel. Quod non putetis
post longum tempus futurum
prope est, instat, & veniet tempus. Ac ne vobis videatur hoc
esse difficile, ipse ego veniam
ad vos, & qui à vobis recessera
cõuertar ad vos: vt pristinã culturam recipiatis, & semente
omnia cõpleantur: ita vt multi
in vobis sint homines, & habitentur ciuitates, quæ prius destructæ fuerant. Et non solum
homines multiplicabo, sed &
iumenta æque multiplicabuntur & crescent, & habitare vos

vestra possessio, sed ecõtrario multiplicetis homines, & largissimam prolem vestra posteritas germinet. Nec audies,
inquit, amplius, nec sustinebis confusionẽ gentium: sed nec
amittes gentem tuam, vt aliquando sustineas captiuitatem:
quia dominus locutus est. Hæc *κατ' ἐξοχὴν* more Iudaico dixerimus: quę illi expectãt
in mille annorum regno, quãdo ciuitatem Hierusalem asserunt extruendam, & templum
quod in fine huius voluminis
describitur, & rerum omnium
felicitatem: quorum nonnulli
arbitrãtur sub Zorobabel hæc
fuisse completa. Sed quo modo stare poterit hoc quod dicitur: *Et habitare vos faciã sicut à principio: bonisq; donabo maioribus, quam habuistis ab initio*?
Sub Zorobabel enim Ezdra &
Neemia pauci de populo sunt
reducti, & ipsi obedientes Medis ac Persis, & deinceps Macedonibꝰ & Ægyptijs atq; Romanis vsq; ad Titum & Vespasianum diuersarum gentium
regib. seruierunt, & vsq; hodie
seruiunt, vt stare omnino non
possit hoc q̃ in extrema dicitur prophetia: *Et opprobrium populorum nequaquã portabis, & gentẽ tuam non amittes amplius*. Et quia longum est nunc
aduersum dogma Iudaicum, &
beatitudinem ventri & gutturi Iudaico seruientem (qui
omnia terrena deliderãt, & dicunt: *Mãducemus & bibamus*:
de quibus & Apostolus loquitur: *Esca ventri, & venter escis Deus autem & hunc & illam destruet*) in breui explanatione
dicere: nunc ad spiritualẽ intelligentiã trãseamus, iuxta quã
& Esaiæ extremas partes interpretati sumus. Neq; enim iuxta Iudaicas fabulas, quas illi *δευτερώσεις* appellant, gemmatam, & auream de cælo expectamus Hierusalem: nec rursum passuri circuncisionis iniuriam: nec oblaturi taurorum
& arietũ victimas: nec sabbathi otio dormiemus. Quod &
multi nostrorũ, & præcipue Tertulliani liber, qui inscribitur de spe Fideliũ, & Lactantij institutionum volumẽ septimum pollicetur, & Victorini Pictauiensis episcopi crebræ
expositionis, & nuper Severus noster in dialogo, cui Gallo
nomen imposuit. Et vt Græcos nominem, & primum extremumq; coniungam. Irenæus & Apollinarius. Nos ergo mõtes Israel, prophetas & apostolos esse dicemus, qui audiunt
verbum Dei, & quibus diabolus insultauit inimicus, dicens:
Euge, excelsi quondam montes de quib. scriptum est: *Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui*, mihi dati
sunt in possessionẽ: quando persecutionis angustiis desolati
sunt, & conculcati per circuitum, & facti in hereditatem reliquis gẽtibus, & ab omnib. blasphemati. Propterea loquitur
dominus conculcatis montibus & desolatis, & non solum montibus, sed & inferioribus, ac per singulos gradus in
terra Iudæa, hoc est, in monte ecclesiæ constitutis, de qua
scriptum est: *Non potest ciuitas abscondi super montem posita*:
& collibus atque torrentib., quorum hyeme persecutionum
& tempestate, pressuræ augetur fides: Vallibus quoque his
qui in humilitate depressi sunt & desertis ecclesiis & parietinis, atque in toto orbe ecclesiarum conciliabulis derelictis:
qualis sub Diocletiano & Maximiano in toto orbe persecutio fuit: per quam proscriptæ sunt ecclesiæ atque vastatæ:
Quando subsannauerunt ecclesiam omnes gentiliũ & hæreticorum gentes per circuitum: quod in igne zeli furori sui
locutus sit, & proprie aduersum Idumæam, quæ terrenis operibus volebat omnes, deposita imagine cœlestis, portare
imaginem terreni. Illi enim dederunt terram Dei sibi in hæreditatem, & ex toto corde atque ex animo ecclesiã domini
persecuti sunt, & eiecerunt eam de sedibus suis, & vastauerunt. Sed quid profuit nationibus? quid iuuit hereticorum
gentes insultasse terræ domini: cum dominus loquatur ad
eam, & montibus illius collibusque ac iugis siue nemorosis
locis, quæ amœnitate virebant paradisi? & collibus, de quibus supra dixim⁹, in zelo & in
furore suo locut⁹ sit, & pro opprobrio gentiũ leuet manum
suã contra aduersarios, qui ecclesiam persecuti sunt, vt portent confusionem & ignominiam suã? Tunc persecutoribꝰ
interfectis, & pace ecclesiæ
reddita, montes Israel, apostoli videlicet & apostolici viri,
germinabunt arbores suas, &
extendent ramos, vuasq; afferẽt calcandas in prælo domini:
de quib. musta fundũtur, quæ
inebriant credentiũ populos,
& exprimitur vinũ, quod lætificat cor hominis: vt omnis
fructus montium, de quibus
conficitur panis de cælo descẽdens, comedatur à populo Dei
Israel. Et ne forsitan desperemus in persecutionibus, additur: Prope est tẽpus vt veniat.
Veniens enim *veniet & nõ tardabit*. Vnde suum ad montes,
& ad eos qui in tribulationib.
perdurarunt, pollicetur aduẽtum: atq; promittit, quod post
persecutionis ardorẽ exerceatur terra prius decerpta Christi vomere, & omnem virtutũ
sementem recipiat de qua nascantur & multiplicẽtur homines, & omnis domus Israel.

Cumque ciuitates, hoc est, ecclesiæ credentium fuerint inhabitatę redeuntibus tũrbis, tunc nequaquam solum homines qui pollebant scientia scripturarum, sed & iumẽta, simplices quique credentium, multiplicabuntur atque succrescent, & habitabuntur ecclesiæ sicut à principio, hoc est,
priusquam esset persecutio: bonisque florebunt maioribus
quam habuerunt ab initio, martyrum victoriis coronatæ. Et
tunc scient, quod ipse sit dominus, qui restituit plebem suã
pristino statui: quæ pollideat ecclesias, & ipsa sit ecclesiarum
hæreditas, & nequaquam vltra absque liberis sit quos in persecutione perdiderat. Vnde iubetur prophetæ, vt loquatur
ad terram mansuetorum, terramque viuentium, siue ad
montes Israel, & dicat: Persecutorum vltra non patieris opprobrium: nec insultabunt iugulatum populum tuum, sicut
oues occisionis. Pace enim reddita, opprobria vniuersa cessabunt: nec sustinebis confusionem & ignominiam inter
diuersas in circuitu nationes: sed gentem tuam habebis &
populum: quia veritas promissionis, domino loquente firmata est.

a ¶ *Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis, domus Israel habitauerunt, &c.*] Perspicua sunt, quæ dicuntur, omnis sensus montiũ Israel, qui prius deserti fuerãt,
& postea restituti, nunc manifestius, ponitur. Redditq; causas Deus, quare populum Israel captiuitati tradiderit, & propter suam clementiam pollicetur reducturum se eos in terram Iudææam, & multo ampliora tributorum quã abstulerat.
Quod quidam Iudæorum referunt ad Zorobabel tempora
quando Cyro rege Persarum laxante captiuitatem eorum,
de tribu Iuda & Beniamin plurimi reducti sunt in Iudæam.
Alij vero ad mille annorum regnum referunt, quando
sub Christo, quem putant esse venturum, sperant: vt ciuitas
extruatur Hierusalem, & ædificetur templum, de quo in
vltima parte huius prophetiæ dicturi sumus. Et interim, vt
Iudaicas fabulas relinquamus, & interminabiles genealogias, iuxta consuetudinem nostram, breuiter *περιοχὴν* huius capituli percurramus, & quid nobis videatur,

iuxta ecclesiasticam intelligentiam disseramus: Domus Israel, hoc est, populus iudeorum, habitauit quondam in terra sua, hoc est, in terra Iudææ, quando educta est de Ægypto sed polluerunt eam in viis & in studiis, siue idolis suis: & in tantum extitere polluti, vt immunditiæ mulieris menstruatæ cõparati sint. Propter quod Deus effudit indignationẽ suã super eos, pro sanguine prophetarum atq; iustorũ, quem fuderant super terrã, dicẽte in cuãgelio Saluatore: Hierusalem, *quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.* Et iterum: *Amen amen dico vobis: requiretur sanguis, qui effusus est, à generatione hac, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem effuderunt inter altare & templũ.* Non solum autem effuderunt sanguinem, sed & polluerunt terram sceleribus suis. Quamobrem dispersit eos vel sub Babylonia captiuitate, vel sub Romana: quando vere effuderunt sanguinem Christi, & ventilati sunt in terras, quo modo paleæ ventilantur, & iuxta vias suas & inuentiones pessimas iudicati, ita vt in gentib. quoque ad quas captiui ducti fuerunt, polluerent nomen sanctũ Dei: eo quod per irrisionem dicerent vniuersæ nationes: Ecce populus Dei iste est, qui se iactabat proprie nosse cultum Dei. Quod cum vidissem, ait, non propter eos, sed propter nomen meum sanctum (creator enim omnium sum) peperci eis, & sanctificaui illos, & gloriæ pristinæ restitui, ita vt super credentes, & ab errore conuersos, effunderem aquam mundam baptismi salutaris, & mundarem eos ab abominationibus suis, & ab vniuersis erroribus, quibus fuerant occupati, & darem eis cor nouũ, vt crederent in filium Dei & spiritum nouum, de quibus Dauid loquitur: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Et considerandum, quod cor nouum & spiritus nouus detur per effusionem, & aspersionem aquæ. Quando autem cor nouum datum fuerit, & spiritus nouus, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duritia, quæ lapidi comparatur: vt pro lapideo corde, sit cor carneum, molle & tenerum, quod spiritum Dei in se possit recipere, & inscribi literis salutaribus. Tunc ambulabunt in præceptis domini, & custodient iudicia eius, & habitabunt in terra confessionis, quam dederat patribus eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, & cunctis sanctis ac prophetis: & erunt in populum Dei, & dominus eris eis in Deũ, quod præsenti tempore cõprobatur. Cumq; saluati fuerint, vocabit dominus frumentum, & multiplicabit illud. *Nisi enim granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Et nequaquam patientur famem: non famem panis, & sitim aquæ, sed famẽ audiendi sermonem Dei: quã passus est ille, qui à patre profectus, omnem quam acceperat substantiam, dissipauit: quando famis necessitate cogente, porcorum pastus est siliquis. Tunc multiplicabitur fructus ligni, hoc est sapientiæ, de quo scriptum est: *Lignum vitæ est omnib. qui requirunt eã*: & genimina agri, in similitudinẽ Iacob: cuius odor erat *quasi odor agri pleni, cui benedixit dominus.* Nec vltra portabunt opprobrium famis in gentibus, quod hodieque Iudæorum patitur incredulitas, sed postquã beatitudinẽ fuerint consecuti, imitabuntur Apostolũ qui dicit: *Non sum dignus vocari apostolus: quia persecut⁹ sum ecclesiã Dei.* Et recordabuntur viarũ suarum pessimarũ, & studiorũ non bonorum, quib. offenderant Deum, & displicebunt eis iniquitates suæ, & scelera sua, quib. prius errauerãt. Hæc autem omnia tributurus est dominus: non propter eos, qui proprio errore perierunt, sed propter nomẽ sanctum suum. Vnde prouocat domum Israel vt confundatur, & erubescat super prioribus vitiis, & suum intelligat creatorem. Postquã autem mundauerit credẽtium ex Iudæis populum ab iniquitatibus suis, & habitari fecerit vrbes ecclesiæ, & instauraurerit ruinosa, quæ in synagogis ceciderant: & terra confessionis fuerit exulta ceremoniis Dei: quæ quondam visa est desolata omnibus sanctis, qui terrenæ conuersationis opera præterierunt: Tunc omnes dicent: quomodo terra Iudæa, quæ quondam fuerat inculta, nunc habet similitudinem paradisi Dei, & ciuitates Iudææ, quæ desertæ fuerãt & destitutę, & sua incredulitate suffosæ nũc erectæ & munitæ sunt in confessione, & nomine domini saluatoris, ita vt omnis creatura cognoscat, & multitudines angelorũ, quæ tertã ambiunt Israel quod dominus dissipatas ædificauerit ciuitates, & incultas plãtauerit regiones, & quod pollicit⁹ fuerat per prophetas, opere compleuerit? Nec hoc erit liberalitatis suæ in populum quẽ saluauerit, contẽtus munere, sed multo maiora præstabit. Inuenietur enim à domo Israel, qui multo tempore quæsitus fuerat, & non inuentus. Et postquam inuenerit eũ multiplicabit eos sicut oues, (nõ brutorũ animantium, sed oues hominũ, quæ rationis confessionisq; & plan-

Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierũt, & polluerũt nomẽ sanctum meum, cum diceretur de eis, populus dñi iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo (siue peperci eis, propter nomẽ meũ sanctũ) quod polluerat dom' Israel in gentib. ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel; hæc dicit dñs Deus: Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomẽ meũ sanctum, quod polluistis in gẽtib. ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meũ magnũ, quod pollutũ est inter gẽtes quod polluistis in medio earũ vt sciant quia ego sum dñs, dicit dñs exercituũ cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentib. & congregabo vos de vniuersis terris, & adducã vos in terrã vestrã. Et effundã (siue aspergam) super vos aquã mundã & mũdabimini ab omnib. inquinamẽtis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouũ, & spiritũ nouũ ponã in medio vestri (siue dabo vobis) & auferã cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ. Et spiritũ meũ ponã in medio vestri: (siue dabo vobis & faciã vt in præceptis meis (siue iustificationib. meis) ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini (siue faciatis) ea. Et habitabitis in terra, quã dedi patrib. vestris: & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in Deũ. Et saluos vos faciã ex vniuersis inquinamentis (siue immũditiis) vestris: & vocabo frumẽtum & multiplicabo illud, & nõ imponam (siue dabo) vobis famẽ. Et multiplicabo fructũ ligni, & genimina agri, vt non portetis vltra opprobrium famis in gẽtibus. Et recordabimini viarum vestrarũ pessimarum, studiorumque non bonorum, & displicebunt vobis iniquitates vestræ: & scelera vestra. Nõ propter vos ego faciã, ait dominus Deus, notum sit vobis: cõfundimini, & erubescite super viis vestris, domus Israel. Hæc dicit dominus Deus. In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatib. vestris, & habitari fecero vrbes, & instauraueró ruinosa, & terra deserta fuerit exulta quæ quondã erat desolata in oculis omnis viatoris, dicent. Terra illa inculta (siue deserta) facta est vt hort⁹ voluptatis, & ciuitates desertæ, & destitutæ, atque suffosæ, munitæ sederunt. Et scient gentes quæ derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego dominus ædificaui dissipata & plan-

sunt plenæ: sicut oues sanctas, & greges Hierusalem: in qua proprie Dei cultus, & visio pacis est,) in solemnitatib. eius, Quando comedimus azyma synceritatis & veritatis, & agni carnib. vescimur, & cruore potamur, & in septẽ hebdomadibus, & in tabernaculis huius sæculi dominica festa celebramus: vt ciuitates quondam desertæ, plenæ fiant gregibus hominũ, & hac ratione cognoscant quod ipse sit dominus, qui cũcta præstiterit. Hæc iuxta historiæ veritatẽ, imo iuxta propheriæ fidẽ, quo modo populus Israel restituatur in integrũ statũ, & reliquiæ populi Iudæorũ, apostolo Paulo docẽte saluæ sint in apostolis & in omnib. qui ex Iudęis in principio crediderunt, & vsque hodie redeunt ad ecclesiam: breuiter dixisse sufficiat. Nunc Tropologiæ eadem breuitate aperiendus

Psal. 50.

Ioan. 13. d

Amos 8.

Luc. 15. e

Ro. 9. f. 11. g

aperiendus est sensus: Quicumq; de domo est Israel, & cernit pacem Christi, *qua exuperat omnem sensum*, habitat in terra sua ecclesia, vel in carnis hospitio, quod ei à Deo traditũ est. Sin autem polluerit vtramque terrã in viis suis pessimis, & immunditiæ mulieris menstruatæ fuerit cõparatus: effundit Deus indignationem suam super eũ, pro sanguine vel suo vel eorum quos scandalizauerit, & effuderit super terram, & peruersis cogitationib. quibus polluit eam. Tunc dispergetur in gẽtes, vt incredulis coæquetur: & ventilabitur in terra instar palearum, vt à frumẽto ecclesię separetur, & iudicetur secundum vias suas. Quod si nec sic senserit peccatũ suum, sed polluerit nomen sanctum eius dicent omnes, inter quos habitauerit: Ecce populus Dei, ecce qui egressus est de terra eius, imo proiectus. Sin autem egerint pœnitentiã, & sanctificatus fuero in medio eorũ: tunc omnis gentilium turba cognoscet, quod ego eos tollã de terris, in quas desperſi erãt, & reducam in terrã ecclesiæ & effundam super illos, nequaquã aquas baptismi salutaris, sed aquas doctrinæ & sermonis Dei & mundabo illos ab omnibus inquinamentis suis, & ab vniuersis idolis atque errorib. quæ in suo corde simulauerant. *Et dabo*, inquit, *eis cor nouũ*, quod per peccatum perdiderant, & spiritum rectum innouabo in cordibus eorũ. *Et auferam cor lapideum*, cor videlicet incredulũ: *& dabo cor carneũ*, molle & tenerum, quod Dei præcepta suscipiat: ita vt ambulent in præceptis meis, & faciant iudicia, quæ prius neglexerant, & & habitent in terra, quã dederam patribus eorum, magistris videlicet atque doctoribus: & rursum sit populus Dei, & dominus eis vertatur in Deum, quem prius offenderãt. Tunc saluabũtur ab vniuersis inquinamentis suis, & multiplicabitur eis frumentum, de quo efficitur cœlestis panis: & nõ patientur vltra famem sermonis Dei, & multiplicabitur in eis lignũ sapientiæ, & genimina in eorũ pectore complebuntur. Nec erunt vltra opprobrium in gentib. sed postquam miserus fuerit eorum Deus, recordabuntur viarũ suarum pessimarum: & sciẽt vbi fuerint, & displicebunt sibi in iniquitatibus suis. Quod dicit dominus, nõ propter illos, sed propter suam se facere clementiam. Vnde & cohortatur errantes vt confundantur & erubescant in viis suis, & restituãtur in vrbes ecclesiæ, quæ rursum habitẽtur ab eis, & omnia quæ in eis corruerãt, ædificẽtur: & ad pristinas redeant ceremonias & terra quondã deserta, quæ accolis & peregrinis, & mundi huius cõuersationem transeuntibus visa fuerat desolata, reuertatur in pristinum statũ: omnesque mirẽtur & dicant: terra illa inculta, terra deserta, in qua omnes quondã periere virtutes: nunc facta est quasi hortus voluptatis, & paradisus Dei: & ciuitates quondã desertæ, quæ Deum hospitem nõ habebant, & destitutæ erant à Spiritu sancto, & suffossæ incrudelitate, munitæ erunt fide Christi: vt sciant omnes in circuitu, quod dominus ædificauerit ahirnas dissipatas, & plantauerit in eis atque consecuerit cunctarum virtutum arbores, & ipse rebus præstiterit, quæ sermone promisit. Rursumque cohortatur sermo propheticus pœnitentes, vt eriã cum egressi fuerint in ecclesias semper requirant dominum & inueniant eum: vt multiplicẽtur redeuntium turbis greges domini non iumentorum & brutorum animantium, sed greges hominum, qui fidei rationisque sint pleni, greges sãcti, greges verbis Hierusalem, & in cunctis solemnitatibus quas Dei clementia receperunt, vt postquam ciuitates domini huiusce modi gregum multitudo compleuerit, tunc sciant omnes, quod ipse sit dominus.

Philip. 4. b

Ioan. 1.

CAPVT XXXVII.

FActa est super me manus domini, & eduxit me in spiritu dñi, & dimisit me in medio cãpi, qui erat plen⁹ ossib⁹, & circũduxit me per ea in gyrũ. Erant autem multa valde super faciẽ cãpi. ficcaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne viuẽt ossa ista? Et dixi: Domine Deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum domini: hæc dicit domin⁹ Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis quia ego dominus. Et prophetaui sicut præceperat mihi: factusque est sonitus prophetante me, & ecce commotio & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi multa, sed multa nimis & propter tẽporis vetustatẽ, arida siccaq; vehemẽter, & nihil in se humoris habẽtia. Cumque interrogasset eũ sermo diuin⁹, vtrũ existimaret hæc ossa posse viuere, respõdit: Domin⁹ Deꝰ tu nosti, qui plenã habes scientiã futurorũ. Dixitque ad eum dñs: *Vaticinare de ossibus*, siue *super ossa hæc, & dices ad ea: Ossa arida audite verbum domini.* In quo mirandum quo modo ad ossa arida sit locutus: quæ ante neruos, carnes, & cutem, & spiritum viuificantem, Dei possent audire sermonem. Primumq; ossa cum aliis ossibus neruorum vinculis colligantur, deinde implentur carnibus & desuper ob pulchritudinem extenditur cutis, quæ nudarum carniũ operiat fœditatẽ: & tunc accipiunt spiritum qui viuere ea faciat, & postquã vixerint, tũc cognoscant, quod ipse sit dominus. Dicente itaque propheta quod ei fuerat

Et facta est super me manus dñi, & eduxit me in spiritu dñi, & posuit mẽ in medio cãpi & hic erat plenus ossiũ hominũ, & circunduxit me super ea per gyrũ in circuitu, & ecce multa nimis super faciẽ cãpi, & arida vehemẽter: & dixit ad me: Fili hominis si viuent ossa hæc? Et dixi: Vnde dñe, dñe tu nosti hæc. Et dixit ad me: Fili hominis, Vpheta super ossa ista, & dices eis: Ossa arida audite verbũ domini. Hæc dicit dominus Deus ossibus istis. Ecce ego adducam super vos spiritũ vitæ, & dabo super vos, & inducam super vos carnes, & extendam super vos pellem, & dabo spiritum meum super vos, & viuetis, & cognoscetis, quoniam ego sum dominus. Et prophetaui sicut præcepit mihi, & facta est vox cum ego prophetarem, & ecce commotio, & accedebant ossa ad ossa ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui

Ioan. 5.

דגיתיכי

על
הגעצמות
האלה

imperatum, statim est facta commotio, ossaque in suam sũt applicata compagem: astricta neruis, plena carnibus, pelle cooperta: iacebantque humana corpora spiritum non habentia. Idcirco propheta vaticinatur ad spiritum & ait: Hæc dicit dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, à quatuor videlicet mundi plagis, vt quo modo in prima conditione hominis, *insufflauit Deus in faciem eius, & factus est in animam viuentem*: sic & secunda conditio, id est, resurrectio mortuorum, insufflante spiritum viuificetur: Qui ingressus est humana corpora statimque vixerunt, steteruntq; super pedes suos. Vnde & resurrectio dicitur mortuorũ, congregatio siue ecclesia multa, & vt in Hebræo habetur, grandis exercitus, eoque cõpletur tempore: *Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.* Quod autem sequitur. *Et dixit ad me: Fili hominis ossa hæc, vniuersa domus est Israel*: videtur facere quæstionem: eo quod non generali resurrectione, proprie de resurrectione dicatur domus Israel, quæ dicat: *Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus à terra nostra*, siue omnino desperauimus, quibus ista dicẽtibus, tertio Ezechiel prophetare compellitur, & dicere ossibus aridis: *Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros.* In quo quæritur: Si aperit tumulos, quo modo supra dixerit: *Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et educam*, inquit, *vos de sepulcris vestris populus meus*, secundũ illud quod scriptum est in euangelio: *Venit hora, quãdo qui in sepulcris sunt, audient vocem filij Dei, & exibunt qui bona egerunt in resurrectionem vitæ.* Et iterum, *Qui audierint, viuent.* Et ſ, sicut nonnulli arbitrãtur, de generali resurrectione dicit sermo diuinus, quid necesse fuit specialiter dici: *Et inducam vos in terrã Israel*: cum in omni orbe terrarum resurgere debeant mortui ex his locis, in quib. sepulti sunt? *Cũque* ait, *eduxero vos de tumulis vestris, & dedero spiritum meũ in vobis & vixeritis, tunc requiescere vos faciam super humũ vestrã* vt postquã requieueritis in terra Israel, tũc cognoscatis quod ipse sim dominus, qui promissa mea opere compleuerim. Qui ergo de generali resurrectione hæc dicta intelligunt, illud quod videtur facere quæstionẽ: *Ossa hæc vniuersa domus est Israel*: ad sanctorum resurrectionem referũt, de qua & Apostolus Ioannes in Apocalypsi loquitur: *Beatus & sanctus qui habet partẽ in resurrectione prima, super eũ secũda mors non habet potestatem*, quod videlicet alia sanctorũ, alia peccatorum sit resurrectio. Vnde & in psalmo primo dicitur: *Nõ resurgũt impij in iudicio, neque peccatores in cõsilio iustorum.* Terram autem Israel, quam resurgentibus dominus pollicetur, illam esse confirmant, de qua scriptum est: *Beati mites quoniã ipsi possidebũt terrã.* Et, *Placebo domino in regione viuentium.* Hæc loquuntur, qui de generali, vt diximus, resurrectione Ezechielem scripsisse autumãt. Qui autẽ aliter interpretantur ista, non debent nobis facere inuidiam quod istũ locũ aliter exponẽtes, resurrectionẽ negare videamur. Scimus, n. multo robustiora testimonia, & in quib. nulla sit dubitatio, in scripturis sanctis reperiri: vt est illud Iob. Suscitabis pellẽ meã, q̃ ista sustinet. Et in Daniele: *Multi qui dormiunt in terræ puluere, resurgẽt, isti in vitã æternã & isti in opprobriũ & in confusionẽ æternam.* Et in euangelio *Nolite timere eos qui corpus interficiũt, animã autẽ non possunt occidere, timete autẽ eũ magis, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.* Et apostolus Paulus: *Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit mortalia vestra corpora, propter inhabitantem spiritum eius in vobis*, & multa alia. Ex quo perspicuum est, nõ nos resurrectionem negare, sed hæc non scripta de resurrectione contendere & per resurrectionis parabolam, de restitutione Israel prophetari: qui eo tempore captiuus erat in Babylone. Nec statim hæreticis occasionẽ dabimus, si hæc de resurrectione communi intelligi denegemus. Nunquam enim poneretur similitudo resurrectionis ad restitutionem Israelitici populi significandã, nisi staret ipsa resurrectio & futura crederetur: qui nemo de rebus non extantibus incerta cõfirmat: Totaq; nostra illo tẽdit assertio, quod quomodo videtur incredulum, quod ossib. aridis, & multa veritate cõfectis, futura resurrectio promittatur & tamen futurũ est ꝙ promittitur, sic & restitutio populi Israel, qui ductus est in captiuitatem, & in toto orbe dispersus, videtur quidẽ incredibilis his qui Dei nõ norunt potentiã, sed tamẽ futura est: quia ego inquit, dñs locutus sum, & faciã sicut pollicitus sum. Deniq; & in anteriori ꝓphetia, in qua montibus Israel antiquus repromittitur status, dicit ad eos dñs. *Et conuertar ad vos & arabimini: & accipietis sementẽ & multiplicabo in vobis homines, omnẽque domum Israel.* Et rursũ quod dom⁹ Israel habitatura sit in terra sua, q̃ quõdã inculta, postea futura sit quasi hortus voluptatis, & ciuitates desertæ, & destitutæ muniantur, & multiplicetur in eis domus Israel, sicut grex ouium: & cætera quæ sequuntur, ad eundem sensum, pertinere, qui nunc sub tropologia & parabola dicitur aridorum ossium, & pœnitus nullum humorẽ vitæ habentiũ: impleto illo ꝙn euangelio scriptũ est: *Quæ apud homines impossibilia videntur, apud Deũ possibilia sunt.* Eiecti sũt autẽ de sepulcris suis, de sepulcris captiuitatis & vinculis, quibus seruitute Babylonia tenebantur astricti. Sed hæc omnia Iudæi vel sub Zorobabel, vt prius dixi, expleta confirmãt, quando magna est facta cõmotio, & regnũ Chaldæorum in Medos Persasque translatũ: vel in præsentia Christi sui, quẽ putant esse vĕturũ. Nos autẽ spiritualiter post crucẽ domini saluatoris cõpleta memoram⁹, & quotidie fieri in his, vel maxime qui instar Lazari peccatorũ suorũ fasciis

HEB.

vidi & ecce super ea nerui, & carnes ascẽderũt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum nõ habebãt. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritũ, hæc dicit dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut ꝑceperat mihi, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt steteruntque super pedes suos, exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc, vniuersa domus Israel est. Ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus. Propter ea vaticinare, & dices ad eos hæc dicit dominus Deus: Ecce ego aperiã tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel, & scietis quia ego dominus, cum aperuero sepulcra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populus meus, & dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram, & scietis quia ego dominus locutus sum & feci, ait dominus Deus.

SEPT.

nerui & carnes oriebãtur, & ascendebant super ea pelles desuper, & spiritus nõ erat in eis. Et dixit ad me: Propheta fili hominis, propheta super spiritum, & dic spiritui. Hæc dicit dominus Deus. A quatuor spiritib. veni spiritus & insuffla super mortuos istos, & viuant. Et prophetaui sicut præceperat mihi, & ingressus est in eos spiritus & vixerũt & steterunt in pedibus suis congregatio multa vehementer nimis. Et locutus est dominꝰ ad me dicens: Fili hominis ossa hæc omnis domus Israel est. Ipsi dicunt, Arida facta sunt ossa nostra, perit spes nostra, desperauimus: propterea vaticinare, & dic ad eos, hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aperiam memorias vestras, & reducam vos de sepulcris vestris populus meus, & introducam vos in terram Israel, & cognoscetis, quoniam ego sum dominus, cum aperuero sepulcra vestra, vt educam vos de sepulcris vestris populus meus. Et dabo spiritum meum in vobis, & viuetis, & ponam vos super terram vestrã, & cognoscetis quia ego sum dominus locutus sum, & faciam dicit dominus Deus. Et

Gen.2.d — σύνταγμα νεκρῶν. חיל גדול — Psal.103.d — Ioan.5.d — Ibid. — Apoc.20. — Matt.5.a — Psal.31.4.b — נגדרנו לבן — Iob.19.d Sec.70. Dan.12.d Sec.70. — Matt.10.c — Rom.8.d — Sup.36.c — Ibid.g — Matt.19.d

fasciis colligati, ad vocẽ domini suscitantur: & vere sunt domus Israel, arens quondã, & nullam spem habens salutis: sed intrante in se spiritu gratiæ, & porrigente domino manum, de profundo inferi liberentur, & qui prius dixerant: *Domine Deus tu nosti hæc*, postea audiant liberati, *Modicæ fidei, quare dubitastis?*

Ioan.11.c — Matt.14.d

SEPT.

a ¶ *Et factus est sermo domini, &c.*] Regum narrat historia, sub Roboam filio Salomonis duodecim tribus fuisse diuisas & duas, hoc est Iudam & Beniamin, cum Leuitis ac Sacerdotibus secutas esse Roboam, qui regnauit in Hierusalem, & regnum eius appellatum est Iuda. Alias vero decem tribus, quæ dixerunt: *Non est nobis pars in Dauid neque hæreditas in filio Isai*: Hieroboam filio Nabath de tribu Ephraim, qui fuit filius Ioseph submisisse ceruices: & seruisse ei, appellatasque ex magna parte populi antiquo nomine Israel, & multo tempore regnum Iuda & Israel aduersũ se habuisse certamina, propriisque paruisse regibus. Primasque decem tribus captas ab Assyriis: & post, aliquantum temporis eas quæ appellabãtur Iuda à Chaldæis in Babylonem ductas esse captiuas: & tribum Iuda post annos septuaginta, antiquæ terræ redditam: decem autem tribus, quæ vocabantur Israel, vsque hodie in montib., vrbibusque Medorum seruire captiuas. Præsens igitur prophetia hæc ex ore dñi pollicetur, quod vtrumque sibi iungatur imperium hoc est, regnum Iudæ, & regnum Israel: tollaturque virga Ephraim, qui de Ioseph stirpe generatus est, cũ reliquis tribubus, quæ ei sociatæ sunt: & iungatur virgæ Iuda. Vt nequaquam vocetur Iuda & Israel, sed vno nomine appellentur Iuda & sub figura prophetæ qui præcedit in typo domini saluatoris, nequaquã duabus manib., sed vna Christi tenẽtur manu. Dicit enim se assumere filios Israel de medio nationum, ad quas captiui ducti sunt: & reducturum eos in terram & in montes Israel, de quibus supra legimus: & appellandam vnam gentem, vniusque regis regendam imperio. Vt vltra non polluantur in idolis & abominationibus suis sed cum fuerint de captiuitatis sedibus liberati, in quibus peccauerunt, omnibus vitiis esse mundandos, & futuros populum Dei: ita vt dominus sit Deus eorum. *Et seruus*, inquit, *meus Dauid rex super eos.* De quo & angelus loquitur in euangelio, quod regnaturus sit super domũ Iacob, & regni eius non sit finis. Tantæque erit clemẽtiæ, vt non solum rex, sed & pastor appelletur: eo quod superbum nomen imperij, pastoris vocabulo mitiget. Qui postquã fuerint in gentem vnam, & in terra Israel ac montibus habitauerint, ambulaturi sint in omnib. iudiciis domini, & præceptа illius custodituri: habituri autem non in alia terra, sed in ea quam dedit seruo suo Iacob: in qua habitauerũt patres eorum, Abraham, Isaac, & Iacob, & reliqui sancti: & nõ solum ipsi habituri sint, sed & filij eorum ac nepotes, iuxta illud Virgilianum: *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis*: habitentque non ad breue tẽpus, sed in perpetuum. Vultis autem, ait, scire qui sit iste rex & pastor? Ipse est de quo supra dixi, seruus meus Dauid. *Qui cum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed se exinaniuit, formam serui accipiẽs: & factus est obediens patri vsque ad mortẽ mortem autem crucis.* Cumque sub tali rege fuerint, percutiam illis fœdus pacis: nequaquam vt in veteri testamento certaminum atque bellorum, sed pactum pacis, *quæ exuperat omnem sensum*, de qua saluator loquitur ad Apostolos: *Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis.* Et propheta dicit: *Factus est in pace locus eius.* Quos cum in ecclesia fundauerit & stabiliuerit, ita vt possint dicere: *Statuit supra petrã pedes meos*: tunc multiplicabũtur vel credentium numero, vel multiplicatione virtutum. *Et dabo*, inquit, *sanctificationem meam, siue sanctuarium, in medio eorum in perpetuũ*: quod Iudæi de templo interpretantur, quod sub Zorobabel extructum est. Sed quomodo stare poterit hoc quod dicitur, in perpetuum, cum templum illud quod à Zorobabel extructum est, & postea à multis instauratum, Romano igne succensum sit? Quæ omnia referenda sunt ad ecclesiam, & ad tempora saluatoris: quando tabernaculum eius positum est in ecclesia, vbi factus est Deus noster, & nos populus eius. Profectusq; omnium est, vt sciant quod ipse sit dominus: & ipse sanctificet Israel, non iuxta carnem, sed iuxta spiritum: quando sanctificatio eius in medio credentium facta est in perpetuum. Quod autem dominꝰ abiecerit tribũ Ephraim, & elegerit tribum Iuda, & in psalmis legimus, in quib. scriptum est: *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda*: de qua scriptum est: *Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium.* Vere enim in aduẽtu domini Saluatoris, duæ virgæ, & (vt in Hebraico positum est,) duo ligna, in vnum iuncta sunt sceptrum: & in baptismate Christi dudum separata sociantur, vt fiant in vnum nouum hominem, & in vnam gentem: neque polluantur vltra in idolis & abominationibus sed mundi lauacro, sint populus Dei, & imperet eis Christus, & habitent super terram mitiũ, terrã viuentium, quã dederat seruo suo Iacob

1.Reg.12.d — Sup.36. — 4.Reg.17.a — 4.Reg.25.a — Luc.1.c

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, assume tibi virgam vnam, & scribe super eam Iudã & filios Israel, qui appositi sunt ei: & virgam secũdã assumes tibi, & scribes super eã, Ioseph, virgã Ephraim & oẽs filios Israel, qui appositi sunt ei. Et coniunges eas tibi in virgã vnã vt copules eas: & erunt in manu tua. Et erit quando dixerint tibi fili Israel, loquentes: Non indicas nobis quod sint ista tibi? Et dices ad eos: hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumam tribũ Ioseph per manum Ephraim tribus Israel quæ adiunctæ sunt ei: & dabo eos oẽs super tribum Iuda: & erunt in virgã vnam, & erunt vna in manu Iuda. Et erunt virgæ, quas inscripsisti sic, in manu tua coram eis, & dices eis. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumam oẽm dominum Israel de medio gẽtium, ad quas ingressi sunt, & congregabo eos ex omnibus qui in circuitu eius sunt, & inducam eos in terram Israel: & dabo eos in gentem vnam in terra mea in montibus Israel, & princeps vnus erit omnium istorum in regem. Et non erunt vltra in duas gentes, nec diuidentur vltra in duo regna: vt non polluantur vltra in idolis suis, & in offendiculis suis, & in omnibus impietatibus suis. Et eruã eos ex omnibus

SEPT.

a *Et factus est sermo domini ad me, dicẽs: Et tu fili hominis, sume tibi lignum vnũ, & scribe super illud Iudæ & filiorũ Israel sociorũ eius: & tolle lignum alterũ, & scribe super illud Ioseph lignum Ephraim: & omnis domus Israel sociorumque eius. Et adiunge illa, vnum ad alterũ tibi in lignum vnum: & erunt in vnionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filij populi tui, loquentes: Nonne indicas nobis quid in his tibi velis. Loqueris ad eos. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumã lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel quæ iunctæ sunt ei: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas lignum vnũ, & erunt vnum in manu eius. Erunt autem ligna super quæ scripseris in manu tua, in oculis eorum: & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumã filios Israel, de medio nationum, ad quas abierunt & congregabo eos vndique, & adducã eos ad humum suam, & faciam eos in gentem vnam in terra in montib. Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. Et non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna: neque polluentur vltra in idolis suis, & in abominationibus luis, & in cunctis iniquitatibus suis, & saluos eos faciam de vniuersis*

tum est,) duo ligna, in vnum iuncta sunt sceptrum: & in baptismate Christi dudum separata sociantur, vt fiant in vnum nouum hominem, & in vnam gentem: neque polluantur vltra in idolis & abominationibus sed mundi lauacro, sint populus Dei, & imperet eis Christus, & habitent super terram mitiũ, terrã viuentium, quã dederat seruo suo Iacob

Gen.49.b Sec.70.

qui populum Israel in matris vtero supplantauit. Sin aũt voluerimus iuxta prophetiam Osee, quæ pene omnis ad decẽ tribus dirigitur, id est, ad Ioseph & Ephraim, & Samariam, & Israel, intelligere falsi nominis scientiam, & diuersas turbas hæreticorum: hoc dicemus, quod in vltimo tempore quando subintrauerit plenitudo gẽtium, & omnis Israel saluus fuerit: tunc etiam aduersarij populi, qui contra domum Iudæ & confessionem ecclesiæ pugnauerunt, tradant se ecclesiasticæ fidei: & vniuersis erroribus derelictis, & principibus mundi istius qui destruuntur, & patriarchis suis, qui eos in blasphemiarum barathrũ deduxerunt: consurgant & relinquãt idola sua, & abominationes suas, quas de suo corde cõfinxerant: & de cunctis sedibus suis, in quib. peccauerũt, transeant ad ecclesiasticam fidem: & mundentur, & sint populus Christi, & ipse sit Deus eorum quæ plenius in Osee propheta dictasse me noui. Quod si Iudæi & Christiani Iudaizantes, hæc ad mille annorum voluerint referre regnũ: necessitate coguntur, vt suscipiant omnes qui salui fuerint habituros in terra Israel, ædificandam Hierusalẽ, extruendum templum, cunctas legis ceremonias exercendas obseruãdum sabbathũ accipiendam circumcisionis iniuriam, manducandum & bibendum, & diuitiarum abundantiam pro summa beatitudine, & cunctis opibus æstimandam: cum Apostolus dicat: *Esca ventri, & venter escis: Deus autẽ & hunc & illas destruet.* Quo modo autem in typo resurrectionis superior sermo propheticus, restitutionem Iudaici populi demõstrauit, non carnalem, sed spiritualem: sic & ista prophetia nequaq̃ ad carnis, sed ad animæ pertinet felicitatem, & ad Christi fidem, qua mundamur in baptismate: cuius regnum in perpetuum est: vt nõ expectemus ventura quæ transacta sunt, & quotidie transigi nouimus.

A Gen.25.c Rom.11.d

B 1.Cor.9.c

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, &c.] Primum historiæ fundamenta iacienda sunt, sciendumque quod ad Ezechielem propheta iste extremus sermo sit domini. Neque enim post hunc simile quid possumus inuenire, præter illud quod in vicesimo quinto anno scriptum est transmigrationis Iechoniæ. Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc, hoc est, in terram Israel, quando ædificatio templi describitur, & ceremoniarum eius ordo narratur. Deinde obseruandum est, quod ponitur siue obfirmatur facies prophetæ contra Gog terram, siue terram Magog. Obfirmatione enim & multa consideratione vultus opus est, vt quæ dicuntur, nosse possimus, secundũ illud Apostolicum: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem reformamur, à gloria in gloriam, quasi à domini spiritu.* Igitur Iudæi & nostri Iudaizantes putant Gog gentes esse Scythicas, immanes, & innumerabiles, quæ trans Caucasum montem, & Mœotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam vsque tẽdantur, & has post mille annorum regnum esse à diabolo commouendas, quæ veniant in terram Israel, vt pugnent cõtra sanctos multis secum gentibus congregatis. Primũ Mosoch, quos Iosephus interpretatur, Cappadocas, deinde Thubal, quos idem Iberos vel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur, habentes secum in exercitu Persas, Æthiopas, & Libyas: Gomer quoque & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretatur: Sabeos quoque, & Dedam, & Carthaginẽses, siue Tharsis: & hoc est quod Ioannes quoque in sua ponit Apocalypsi. *Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua: & egredietur vt seducat gentes in quatuor angulis terræ,* Gog & Magog: vt congreget eos ad bellum, quorũ numerus est sicut arena maris. Et ascenderũt super latitudinẽ terræ, & circundederunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. *Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos, & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi erat bestia & pseudopropheta, & cruciabuntur diebus & noctibus in secula seculorum:* non intelligentes totum volumen Ioannis, quod reuelationis titulo prænotatur, esse mysticum: & reuelatione nos indigere, vt possimus cum propheta dicere: *Reuela oculos meos. & considerabo mirabilia de lege tua.* Alii vero terrenum sensum relinquentes, & Iudaicas atq; aniles fabulas, quæ noxiæ sunt, & acquiescentes sibi detrahunt in profundũ, nimiũ ad alta conscendunt, & multo peiores fingũt nænias: vt in cælesti Hierusalem diaboli & omnis exercitus eius bella desciscant, & sub τοπολογίας gentiũ singularum interpretantur spiritualia nequitiæ in cælestibus. Quæ nos omnia lectoris arbitrio cõcedentes, non tam aliena damnare, quam ecclesiasticam explanationem affirmare conabimur. Gog Græco sermone δέμας Latino tectum dicitur. Porro Magog interpretatur de tecto. Omnis igitur superbia, & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra notitiam veritatis, his nominib. demonstratur. Ista sunt tecta, de quibus & Esaias loquitur in visione contra vallẽ Sion: *Quid tibi factum est nunc, quoniam ascendisti omnes in tecta vana?* Tectumq; interpretabimur, hæreticorũ principes: & de tecto, eos qui illorum suscepere doctrinas. Et pulchre post multas & mysticas in hoc volumine prophetias, extremum vaticiniũ est contra Gog & Magog. Si enim tempus iudicij est, iuxta Petrum, vt incipiat à domo Dei: & iuxta hunc eundẽ Ezechielẽ, qui ait: *Et à sanctis meis incipite:* & nouissimus inimicus destruetur mors. In Esaia quoque primus sermo fit contra Iudæam, in qua confessio domini est: & extremus contra quadrupedes, quæ in deserto sũt: recte & hic nouissimus sermo fit contra Gog & Magog, qui oppugnant ciuitatẽ Dei, quam fluminis impetus lætificat. Et quæ in Esaia dicit: *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur.* Et de qua in euangelio scriptũ est: *Non potest ciuitas abscondi super montẽ posita.* Et plenius in psalmo: *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsũ. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui.* Porro quod in exercitu Gog siue Magog, qui iuxta Lxx. Symmachum, & Theodotionẽ, princeps est Ros, Mosoch, & Thubal: primã gentem Ros, Aquila interpretatur caput, quem & nos sequuti sumus, vt sit sensus: *Principẽ capitis Mosoch, & Thubal,* Et reuera, nec in Genesi, nec in alio scripturæ loco, nec in Iosepho quidẽ, qui omnia Hebraicarũ gentiũ in primo antiquitatũ libro exponit nomina, hanc gẽtem potuimus inuenire. Ex quo manifestum est, Ros nõ gentẽ significare, sed caput. Illud quoque breuiter annotandum quod in Ezechiele Gog, princeps terræ Magog esse dicatur. Apocalypsis verò & Gog & Magog nationes esse cõmemoret, quę egrediuntur de quatuor angulis terræ. Et quo modo à Iacob qui postea appellatus est Israel, omnis populus Hebræorum Israel fortitus est nomen, & ab Aram Syria, à Mesraim Ægypt⁹, quorum in Genesi scripta sunt nomina: sic & à principe Gog omnes qui ei subditi sunt, Magog appellantur. Mosoch autẽ interpretatur, amẽtia, & Thubal tota vel omnia. Princeps igitur & caput superbientis amentiæ, & omniũ malorũ (iuxta illud quod scriptũ est: *Mundus in maligno positus est*) Gog & Magog appellãtur. Quæ gẽtes, inimicæ, aduersariæq; sanctorũ, egrediuntur ad angulis terræ: rectam lineũ relinquentes, & dispositionem castrorum Dei, quæ narratur in Numeris, & illud testimoniũ nescientes: *Multi de Oriente, & Occidente, & Septentrione, & Meridie venient, & discumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei.* Et in alio loco: *Dicam Aquiloni, affer, & Aphrico, noli prohibere. Adduc filios meos de terra longinqua: & filias meas ab extremo terræ: omnes qui vocati sunt nomine meo.* Sed non tales anguli terræ, de quibus egrediuntur Gog & Magog: iuxta quos angulos stat meretrix in Prouerbiis, quæ prætereũtes stultos inuenes per plateas: per latam videlicet & spatiosam viam quæ ducit ad mortem, decipere festinat. Scribæ quoque & Pharisæi orant in angulis platearum, vt ab hominibus videantur: qui receperunt mercedem suam. Quæ est igitur contra Gog commiatio? *Circumagam te siue conuertam, & ponam frenũ in maxillis tuis.* Primum à sententia tua fluctuare te faciam, atque conuerti: Et ponam frenum in maxillis tuis, de quo scriptum est: *In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te:* vt indomitus equus aque lasciuiens & corruens per præcipitia, freno Domini subiugetur: ad quem propheta dicit: *Ascende super equos tuos: & equitatio tua salus.* Et ad Iob per nubem & turbinem dicitur: *Tu circumdedisti equo fortitudinem?* Tales erant equi & equites, quorum multitudinem Ioannes vidit in cælo. Dicit ergo ad Gog: *Educam, siue congregabo te, & omnem exercitum, vel fortitudinem tuam.* Qui educitur, & de dispersione congregatur, retrahitur ad salutem: iuxta illud quod in lege promittitur: *Si fuerit dispersio tua à summitate cæli vsque ad summitatem eius, inde congregabo te:* Equos quoq; & equites vestitos loricis: qui imitantur armaturam Apostoli, & loricas iustitiæ habere se iactant, quorum multitudo nimia est: omnesque arripiũt contra ecclesiam clypeum & gladiũ, & sunt magnam, hastã & clypeum arripiẽtium, & gladiũ (siue peltas & galeas & gladios) Persæ, Aethiopes, & Libyes cum eis, oẽs scutati & galeati: Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma, latera Aquilonis (siue ab extremis Aquilonis) & totũ robur ei⁹, populiq; multi (siue gẽtes multæ) tecũ. Præpara & instrue te, & omnẽ multitudinẽ tuã, quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptũ) siue & eris mihi in custodiã.) Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorũ venies ad terrã, quæ reuersa (siue auersa) est à gladio, & cõgregata est de populis multis, ad montẽ (siue terrã) Israel, qui fuerũt deserti iugiter: Hæc de populis educta est, & habitabunt cõfidenter vniuersi. Ascendẽs autẽ quasi tẽpestas veniẽs, & quasi nubes, vt operias terrã tu, & omnia agmina tua, & populi (siue gentes) multi tecum. Hæc dicit dominus Deus: In die illa ascendent sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimã, & dices: Ascendam ad terram (siue super terram) absque muro (siue proiectã,) veniam ad quiescentes habitantesq; securè (siue in pace,) hi omnes habitãt sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum qui est congregatus ex gẽtibus, qui possidere cœpit, & esse habitator vmbilici terræ. Saba & Dedan, & negotiatores Tharsis (siue Carthaginenses) & omnes leones) siue villæ) eius dicent tibi: Nũquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendam prædam cõgregasti multitudinem tuam, vt tollas argẽtum, & aurum, & auferas supellectilem, atque substantiam. Ista sunt deserta, & inaquosa, in quibus diabolus locum inuenire non poterat, quia vocati fuerãt ad salutem: & postea assumptis aliis septem dæmonibus nequiorib. se, reuersus est in domum suam, ad gẽtem videlicet Israel. Hæc, inquit, de populis educta est, subauditur terra: siue hic de gentibus eductus est, vt intelligatur credentium populus, qui habitauit in pace, & confidit in domino. Ascendens autem Gog cum omni exercitu suo, quasi tempestas veniet, quasi nubes, vt operiat terram credentium. Quis enim hæreticorum, quorum princeps diabolus est, non quasi tempestas venit contra ecclesiam: & nube verborum suorum simplices quosque credentium opprimere & operire festinat? Vnde dicitur ad eum: Quantum in te est, cuncta operies tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Pulchreque ascendens Gog non habet pluuiam voluntariam, non imbrem temporaneum & serotinum, qui arentia arua lætificat, sed tempestatem & caliginem, vt cuncta tenebris & errore confundat. Propterea hæc ei loquitur dominus Deus: in illo tẽpore, hoc est, in diebus nouissimis, ascendẽt sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam: scriptura dicente: *Si spiritus potestatem habentis ascendere voluerit super te, locum tuum ne derelinquas.* Econtrario autem in sancti cor ascendit Deus: De quo scriptum est: *Ascensiones in corde suo disposuit.* Dicit q; Gog: Ascendam ad terram absque muro siue proiectam, hoc est, quæ Dei auxilio destituta est, nec dialecticorum argumentatione munita: veniã ad quiescentes habitantesque securè, siue in pace. Rex enim nostrer pacificus est, & in pace locus eius. Omnes, inquit, ha-

C Deut.30.d Eph.6.c

D

E Psal.45.d Esai.37.c Sec.70. Matt.5.b

Psal.121.a

ראש

Apoc.20.c

Apoc.20.c

F

Gen.32.f

Ibid.10.

משך תובל

1.Ioan.5.d

1.Tim.4.b

Matt 8.b

Esai.43.a Sec.70.

Prou.7.b

Matt 6.a

גוג מגוג

ושובבתיך

Psalm.31.b

Habac.3.b

Iob.39.a Sec.70. Apoc.7.a

ודהוצאתי הילך

Esaiæ 22.c Sec.70.

1.Pet.4.d Sup.9.c 1.Cor.15.f Esa.2.a Ibid. 30.

Infr.40.a

שים

2.Cor.3.d

Deut.30.d Psal.67.g

H

Esa.54.a Matt.12.d

זויא סער.

משובבת

Ecclus.30.c Psalm.83.b

ארץ פרזות אשר שקטים בטחון.

לבזזת

Prou.17.c Sec.70.

Psal.28.a

1.Ioan.2.a Matt. 20.a

bitāt ſine muro, vectes & portæ non ſunt eis. Hoc diabolus princeps hæreticorum loquitur, quod nulla habeat munimenta eccleſia, nec ſapientiam ſæcularem, quæ apud Deum ſtultitia eſt, vt diripiat ſpolia, & inuadat prædam eccleſiæ, & inferat manum ſuam ſuper eos qui deſerti fuerant, quando Dei notitiam non habebant: & poſtea reſtituti per Chriſtum, veniant ad patrem, cui loquitur in euangelio: *Pater reuelaui nomen tuum hominib.* Et vt ſciamus populum, qui deſertus fuerat & poſtea reſtitutus, ſignificare populum Chriſtianum, ſequitur: Et ſuper populum, qui eſt congregatus ex gentib. Qui populus poſſidere cœpit hæreditatē Chriſti, & eſſe habitator vmbilici terræ: de qua ſcriptum eſt: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ: Veritas* enim *de terra orta eſt*: quæ dicit in euangelio: *Ego ſum via, & vita, & veritas.* Hęc illo cogitante atque dicente, & & poſſeſſionem eccleſiæ rapere feſtinante: gentes, quæ ab errore priſtino conuerſæ fuerant ad ſalutē: Saba, & Dedan, & negotiatores Tharſis Charthaginis ſiue maris, qui inter ſæculi huius fluctus bonis operibus quærunt mercimonia, & omnes villæ earum, ſiue leones, aut catuli leonum, vt in Hebraico continetur, loquentur ei quæ ſequuntur. Vt autem pro catulis leonum, qui Hebraicè dicuntur, [a] כפרים Lxx. & Theodotio ponerent villas, error perſpicuus eſt. Si enim [b] כפיר per [c] כ litteram in prima [d], in vltima ſyllaba ſcribas, appellatur catulus leonis. Sin autem ſine [e], כפר ager appellatur & villa. Vnde & Capharnaum ager pulcherrimus dicitur. Dicēt ergo Saba & Dedan, & negotiatores Tharſis, & omnes ſancti, qui leonum catuli nuncupantur, vel certè villæ, habitatio neſque credentium ô Gog numquid idcirco venis vt ſpolia rapias eccleſiæ: & ideo multitudinem cōgregaſti, vt Chriſti poſſeſſio tua fiat hæreditas? Aut putas te argentū & aurū, quod in eloquio ſenſuq; intelligitur, eccleſiæ poſſeſſurum, vt auferas ſupellectilem, omnemq; ſubſtantiam, & diripias manubias infinitas, Chriſti victoriis congregatas? Propterea ô propheta Ezechiel, qui in typo Chriſti appellaris filius hominis, loquere ad Gog & dic ei: Hæc dicit dominus Deus, quādo totius mūdi errore ſublato, populus meus Iſrael, qui mente cernit Deum, habitauerit in eccleſia confidēter ſiue in pace, tunc ſcies ſiue cōſurges & venies de loco tuo. Quis ſit autem locus hæreticæ prauitatis, ſequens ſermo demonſtrat: A laterib. Aquilonis, qui omnem calorem credentiū refrigerare conatur. Venientq; cum eo populi multi, omnes aſcenſores equorum, de quibus ſcriptū eſt: *Equum & aſcēſorem proiecit in mari*: cœtus magnus, & exercitus vehemēs, cum quibus aſcēdes, ait, ſuper populum meum Iſrael, quaſi nubes & caligo, vt operias terram meam, de qua ſupra ſcriptum eſt: In nouiſſimis diebus eris, quando euangelica prædicatio: Et adducam te ſuper terram meā. *Oportet enim & hæreſes eſſe, vt probati quique manifeſti fiant*: & Dei voluntate *οἰκονομικῶς* diabolus, & omnia peruerſitatis dogmata derelicta ſunt, vt ſciant omnes gentes & intelligāt me, cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog: hoc eſt, cum pœnis tuis me intellexerint iudicē. Et facit apoſtropham ad ipſum Gog. Nonne tu ille es, de quo locutus ſum in diebus antiquis, in manibus ſeruorum meorū prophetarum Iſrael, Moyſi videlicet, qui ait in Numerorum libro dūtaxat iuxta Lxx. *Egredietur homo de ſemine eius: & dominabitur gētium plurimarum, & eleuabitur Gog regnū eius, & creſcet regnum illius.* Cæterum iuxta Hebraicum ita ſcriptum reperi: *Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius*: eo quod regnū Iſrael in Saule propter Agag regē Amalech deſtructū ſit. Et in alio loco: *Mundabit terrā populi ſui.* Ioel quoq; in valle Ioſaphat, hoc eſt, iudicij Dei, deſcribit populos congregandos. Et Eſaias, oēſq; prophetæ, in quorū manib. & bonis operib. ſermo fit domini. Cū igitur veneris ſuper terrā Iſrael, aſcendet indignatio mea in furore meo contra te, & in zelo meo pro populo meo. In igne iræ meæ locut⁹ ſum, qui omnia vitiorū tuorūligna cōſumat. Illo, inquit, tēpore, erit magna cōmotio ſuper terrā Iſrael. Immittēte enim diabolo, crebra contra eccleſiā perſecutio fiet: quę quando ſopita fuerit, & Dei victa præſidio, tūc cōmouebuntur à facie eius piſces maris, & volucres cæli, & beſtiæ agri, & oē reptile, quod mouetur ſuper terram, cūctiq; homines, qui ſunt ſuper faciem terræ. Quod manifeſte de habitatoribus eccleſiæ demonſtratur, quorū alij vt piſces maris, alij vt volucres cæli, alij vt beſtiæ agri, & omnia reptilia, quæ mouētur ſuper terram, alii vt retinētes hominis dignitatē, habitant ſuper faciem terræ, quod autē morum diuerſitas, variis ſignetur nominib. & Apoſtol⁹ ſcribit ad Corinthios: quia alia corpora poſt reſurrectionē dicit eſſe cælestia, alia terrena: & aliud corpus piſcis, aliud volucris, aliud beſtiarū, aliud reptiliū, & aliud hominū, qui nomē priſtinū ſeruauerūt. In Actib. quoq; apoſtol. linteū illud, quod quatuor principiis tertiò Petro apoſt. demōſtratur, varietatē credētiū ſignificat, quæ in arca quoq; diluuij continetur. Tunc autē à facie domini & à cōſpectu maieſtatis eius tubuertētur mōtes qui ſe eleuabāt contra ſcientiā Dei: & cadent ſepes ſiue valles, quæ vel humilitate sēſus ad ima demerſæ ſunt: vel certè munitiones, quę aliquid pollicentur, vt imitentur eccleſiam Dei, de cuius ſepibus dicitur: Qui deſtruit ſepem, mordebit eum coluber. *Et omnes muri in terram corruent.* Cum enim eccleſiaſtici ſermonis apparuerit fortitudo, omnia hæreticorum corruent munimenta. *Et vocabo*, inquit, *aduerſum illū*, hoc eſt, hæreticorū principem Gog, *in cunctis montibus eius gladium*: vt principes exercitus eius gladio domini confician-tur. Tunc hæreſis dimicabit aduerſum hæreſim, quorum inter ſe compugnatio, noſtra victoria eſt. *Et iudicabo*, inquit, *eum morte* vel *peſte, & ſanguine & imbre vehementi, & lapidibus immenſis* ſiue *grandinis.* Iudicatur autem Gog morte ſua, & ſanguine quem effudit, & imbre vehementi, ſermonibus eruditi & perfecti rixi, & lapidib. immenſis, qui cum obruant teſtimoniis ſcripturarū, ſiue grandinis, qui calorem illius faciant refrigeſcere. *Omnes enim adulterantes quaſi clibanus corda eorum. Ignē*, inquit, *& ſulphur pluam ſuper eum*: per quæ demonſtratur pœna iudicij ſempiterni. Et non ſolum ſuper eū qui auctor peruerſitatis fuit, ſed & ſuper omnē exercitū, & multitudinem eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo. Plures enim habent hæretici ſocios, imo diabolus princeps eorum infinita multitudine circumdatur. Omnique errore ſublato, & punitis atque deſtructis hæreticorum principibus, magnificatur dominus, & ſanctificatur in credentibus, & notus fit in oculis gentium multarum, quæ

A
Ioan. 17. a
Pſal. 73. c
Ibid. 84 b
Ioan. 14. a
תרשיש
B
a cephirim κῶμαι.
b cephir
c caph
d iod
e iod
f caph
כפרנום
Num. 24. b
C
Zach. 14. b
בתוכה
מאגג
מלכו
Ioel. 3. a
יהושפט
D
E
Deuter. 3. d
Num. 20. c
F
יהמונה
ראש
משך
תובל
Hier. 1. c
2. Cor. 6. b
Pſalm. 10. a
Eph. 6. e
G
Matth. 13. d
Pſalm. 73. a
על פני
הישרה
Luc. 12. f
Abac. 2. d
H
Pſalm. 45. b
Exod. 21. a
Leuit. 25. b
Luc. 24. c
ביהעברים
קדמם

quæ illius fidei crediderunt: & tam ex beatitudine ſui, quam ex aduerſariorum pœnis ſcient atque cognoſcent, quod ipſe ſit dominus. Hęc vt potuimus, interpretati ſumus, obediētes illi præcepto: *Neq; ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā declinabis, ſed via regia ingredieris.* Si quis autem noſtra reprehēdit, aut meliora proferat, quæ ſequēmur, aut ſi nihil voluerit dicere, perfectam Deo ſcientiam derelinquat, dum tamen ſciat nequaquam in nobis vires, ſed animum iudicandum.

CAP. XXXIX.

TV autem fili hominis vaticinare aduersus Gog, &c.] Et hæc Iudaicæ traditionis hæredes, & diſcipuli interminabilium fabularum, poſt mille annorum regnum futura contendunt, interficiendumque Gog principē Ros, Moſoch & Thubal in finibus Iſrael, & ab omnibus volatilibus & beſtiis deuorandum: & habitatores vrbiū Iſrael ſeptem annis lignorū vſum nequaquā habituros de ſucciſione ſyluarum, ſed de armis Gog, ſcutis videlicet & haſtis, ſagittiſq; & baculis ſiue cōtis: ipſum autem Gog ſepeliēdum in valle, quæ Hebraicè dicitur [a] גיא, & nomen ſepulcri illius appellandum poliandrion: vbi ſcilicet multitudo hominū ſit ſepulta. Septē autem menſibus eū ſepeliendum à domo Iſrael, vt terra mundetur, & incliā futuram diem, quando interfectus ſit Gog, conſtituendoſq; qui oſſa diligenter inquirant & ſepeliāt, quo ſcilicet nihil in terra remaneat inſepultū. Poſt menſes autē ſiue in mēſibus ſeptem peragrandam terram, & ſicubi os hominis iacere perſpexerint, titulo prope poſito demonſtrandū, vt poſtea ſepeliant illud qui huic operi præpoſiti ſunt: nomen autē ciuitatis appellari Amona, quæ Græcè dicitur πολυανδρίον, hoc eſt, multitudo hominū ſepulcrorum, & ſic terram eſſe mundā. Hoc illi dixerint: Nos autē cæptæ explanationis ſenſū tenentes, ſingula quæ propoſuimus diſſeramus. Haber Gog & ipſe trinitatē ſuam: Ros, Moſoch, & Thubal, caput videlicet, & inſaniam, & vniuerſa: vt nullū ſit vitiū quod non in Gog poſſeſſione cōſiſtat. Iſte educetur ſiue circūagetur, & palpabitur, ſiue lactabitur: vt ſperans victoriā, occidēdus ducatur ad prælium. Et aſcēdet de laterib. ſiue de nouiſſimis Aquilonis: Ex quo exardeſcūt mala ſuper oēm terrā. Et ab eo ipſos adducetur ſuper mōtes Iſrael, quos apoſtolos & apoſtolicos viros atq; eccleſiaſticos intelligere debemus, vt poſtquā adductus fuerit ad montes Iſrael, tunc percutiatur arcus, qui eſt in manu ſiniſtra ei⁹, & ſagittæ quæ manu tenētur dextera. Et ipſe enim imitatur, ad interficiendos eos quos deceperit, habere arma à ſiniſtris & dextris, per bonā & malā famā. Iſtæ ſagittæ ſunt, & hæc iacula, de quib. & pſalmiſta loquitur: *Ecce* enim *peccatores intenderunt arcū: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Quæ ignita diaboli iacula, ſcuto fidei reſtinguēda ſunt. Deiiciētur autem ſiue cadet Gog, qui aſcēderat ſuper montes Iſrael, in ipſis montibus cum omni exercitu ſuo, cunctiſque agminibus: & erit in eſcam feris, auibus, omnibuſq; volatilibus & beſtiis terræ, aduerſariis videlicet poteſtatibus quę iuxta viam comedere ſementem, & ſanguinariis beſtiis. Quo modo enim ſcriptum eſt de draconē: *Dediſti eum eſcam populis Æthiopum*: ſic decepti quiq; ab hæreticis dæmonum cibi ſunt. Cadet autem Gog vel in campi latitudine, vel in agri, qui cultus eſt à Dei agricolis. Neq; enim fieri poteſt, vt Domini verba ſint irrita. Tunc mitteturignis in Magog, in eos videlicet qui Gog ſuſcepēre doctrinam, & in eos qui ad ſimilitudinem inſularum ſæculi fluctibus verberantur, & putant ſe debere eſſe ſecuros: ille ignis, de quo dominus loquitur: *Ignē veni mittere ſuper terrā, & quam volo vt ardeat*: vt ſciant omnes & intelligant quod ego ſim dominus: & nomen ſanctum meum notum fiat in medio populi mei, qui nequaquā Gog auctoritate ſeductus eſt: neque vltra per occaſionem falſi nominis ſciētiæ polluatur nomen meum in hæreticis, & ſciant gentes, quæ in circuitu ſunt, quod ego ſim dominus. Quod autem ſequitur: *Ecce venit, & factū eſt*: de iudicio Chriſti dicitur: *Qui venturus eſt veniet, & non tardabit.* Et ipſa eſt dies pœnarū atq; vindictæ, de qua per omnes prophetas locutus eſt dominus. Et egredientur habitatores vrbiū Iſrael, credētium populi: vrbes autē Iſrael, intelligimus eccleſias rectæ fidei. Et ſuccendent, & comburent arma, de quib. & in alio loco ſcriptū eſt: *Arcum cōteret & confringet arma, & ſcuta cōburet igni*: clypeos & haſtas, arcum & ſagittas, baculos manus, in quibus peruerſum paſcha celebrabant: lanceas ſiue contos, quibus lata & inſanabilia inferebant vulnera doctrinarū, clypeoſque arcus & ſagittas, de quibus ſupra dictū eſt. Quoq; ſequitur: *Et ſuccendent ea igni ſeptē annis*: de Exodo & Leuitico exponendū eſt, in quibus lege præcipitur, vt ſeptimo anno remiſſionis, quando ſeruis Hebræis libertas redditur, & debita cūcta ſoluuntur, & ad dominos redit antiqua poſſeſſio, & quies terrę tribuitur, & oēs fruges pauperib. cōdonātur: Quo ſcilicet in ſeptem annis, numero ſacrato atq; perfecto, hæreticorū armatura diſpereat: & eccleſiaſtici viri nequaquā ligna ſuccidāt de cāpis & regionib. ſiluiſque & ſaltib. gentiū, quos magis ſaluare cupiunt quā perdere: ſed de hæreticorū, quos vicerint clypeis, haſtis, ſagittis, baculis, contiſq; & lanceis. Habēt enim & ipſi ad impugnādam eccleſiam Chriſti tela diuerſa: quæ ab eruditis hominibus igne ſancti Spiritus ſuccendēda ſunt, ſermone videlicet eccleſiaſtico: quem qui habuerit, poterit dicere: *Nonne cor noſtrum erat ardens in via, cū aperiret nobis* Ieſus *ſcripturas*? Nec poſſumus plenā habere pacē, & habitationis confidentiam, niſi cunctam aduerſariorum ſupellectilem deprædemur, vt pereāt omnia, & in cinerē concrementur: & deprædemur eos, qui nos fuerant ante prædati: & vaſtemus illos, qui vaſtauerunt prius eccleſiam. *In die illa*, in claro prædicationis lumine. *Dabo*, inquit, *Gog locum nominatum ſepulcri in Iſrael*: iuxta Hebraicum, *vallem viatorum ad orientem*

maris, quæ obstupescere facit prætereuntes. Cuius sermonis hic sensus est: Sepulcrum Gog non erit in montibus, sed in depressis vallibus, & in conflagosis locis, quæ Hebraice appellantur [b] גיא, quæ hæretici cum in Occidente sint, Orientis loca esse confingunt, vt decipiant viatores, eos videlicet quæ sæculum istud pertranseũt & non sunt habitatores, sed peregrini, dicentes illud propheticũ: *Aduena sũ ego, & peregrinus, sicut oẽs patres mei.* Quis enim prætereuntium, de quibus scriptum est: *Et non dixerũt qui prætereũt, benedictio domini super vos*: non admiratur & obstupescit, cum vallẽ viderit viatorum: quæ viatoribus vallis, habitatoribus mons videtur? Hoc iuxta Hebraicum. Cæterum Lxx. transtulerunt, polyãdrion eorum qui venerint ad mare, & ædificabunt in circuitu introitum vallis. Labor enim est eorum, qui egrediuntur de vrbibus Israel, vt omnẽ introitum & exitum hæreticæ prauitatis (qui venerant ad mare, & amaritudine illius delectabantur, vndarumq; molibus & crudelitate naufragij) claudant & circumædificent, & in voraginibus terræ sepeliant, ne vltra exire valeãt & aliquos sua fraude decipere. Ibi ergo sepelient Gog & omnem multitudinem eius: qua semper hæretici delectantur. Et vocabitur nomen vallis illius, in qua Gog sepult[a] est, multitudinis ge, siue πολυανδριον, hoc est, sepulcrum plurimæ multitudinis. Et quo modo supra diximus, per septẽ annos aduersariorum arma succẽdi: sic per septẽ menses sordibus hæreticorum terra mundabitur. A primo enim mẽse quãdo pascha domini celebramus, & exterminatoré Ægypti, agni in postibus nostris cruore vitamus, vsque ad exitum anni, hoc est, vsque ad septimum mensem quando tabernacula figimus, & inter cæteras frondes, palmarum quoque ramis protegimur, vt perfecta contra hostes victoria demonstretur, festiuitates omnes complemus in populis, nec solũ magistri, sed & omnis populus hoc certatim faciet & sepeliat Gog, & terra operiat, & nequaquam aërem liberum capere permittat. Post necem autem & interfectionẽ siue sepulcrum Gog, eligentur viri ecclesiastici, qui hoc habeant studij, ne quid in terra Israel maneat sordium pristinarũ, ne quid morticinum: qui lustrent terram, & requirãt mortuos & sepeliant, vt videlicet mundetur terra ecclesiæ. Sin autem post septem menses, quando debent esse cuncta purgata, hi qui terrã peragrant atque circumeunt, in aliquo os hominis, hoc est, duritiã hæreticæ prauitatis, siue morticinum quid doctrinæ pristinæ viderint remansisse, ponent iuxta illud, siue ædificabunt titulum, vt postquã notati fuerint qui huiusce modi sunt, tunc vel emundẽtur vel sepeliãtur cum Gog, & in tumba sepulturæ illius retrudantur. Nomen autẽ ciuitatis, vbi seruorum domini victoria est, & iacent aduersarij, & omnis inimicorum eius multitudo prostrata est, appellabitur amona siue polyandrion, vt finis omnium, restitutio puritatis sit. Denique sequitur. Et mundabunt terrã, haud dubium quin hi, de quibus supra scriptum est, quærere incipient, & circuibunt peragrantes terram.

a *¶ Tu ergo fili hominis, hæc dicit dominus Deus: Dic ergo omni volucri, &c.*] Hoc quod transtulimus iuxta Hebræos: & congregabo eos super terrã suam, & non derelinquã quemquam ex eis ibi: in Lxx. non habetur. Rursumque quod iuxta Hebræos pro benedictione in vltimo ponitur, eo quod effuderim spiritum meum, Lxx. transtulerunt furorem, qui ad iram pertinet: præsertim cum in Hebræo [c] רוחי positũ sit, quod propriè sonat spiritum meum, & nequaquam furorem meum. Omnia autem vsque ad eum locum in quo succedit templiædificatio. Hi quos supra diximus Iudæi, & nostri Iudaisantes, ad vltimũ tempus referunt, quod carnibus Gog, cunctique eius exercitus, quasi pinguissimis hostiis volucres bestiæque saturandæ sint, & restituatur Israel in pristinum statum, & nequaquam vltra à gentibus expugnetur, sed effundat spiritum suum super eos Deus vt habitent in terra sua, non omnes gentes, se propriè domus Israel. Nos autem cœptam tropologiã sequentes, hoc dicemus, quod omnes volucres, & vniuersas bestias conuocet dominus, vt tradat eis hæreticorum principes quasi pinguissimas hostias deuorandos. Volucres autem & bestiæ, vel propter celeritatem in omnia discurrendi, vel propter feritatem & crudelitatem appellantur: quibus traduntur aduersarij in *interitum carnis, vt spiritus saluus fiat, & discant non blasphemare.* Comedent autem grandẽ & pinguissimam victimam, non alibi, sed super montes Israel: quos prophetas, & apostolos, & sanctos viros intelligere debemus. In illis enim contrariorum dogmatum magistri corruunt, & ab ipsis pereunt vulnerati, super quos ædificatur ecclesia, & vt verius dicam, super montium montẽ: de quo Esaias loquitur & Micheas: *Venite ascendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis vias suas.* Istæ autem aues, & istæ bestiæ, celeres atq; crudeles, comedent carnes, & bibent sanguinem quæ regnum Dei possidere non possunt: carnes fortium siue gigantium, qui contra Dei scientiam rebellabant: & sanguinem principum, non cæli, sed terræ bibent, qui cuncta terrena sapuerunt, sanguinem arietum, & agnorum, & hircorum, siue iuxta Lxx. arietum, vitulorum, & hircorum, vt tria significent animantia, quæ in Dei victimis immolãtur. Imitantur enim & hæretici ecclesiasticam mansuetudinem, sed oblatio eorum non in Dei cultum, sed in dæmonum cibum proficit: quæ est pinguissima hostia eorum, & quasi adipe saturantur, & bibunt sanguinem deceptorum vsque in ebrietatem. Hanc autem victimam Deus immolat per ecclesiasticos viros, vt multitudine deceptorum saturentur conuiuæ pessimi, & bibant vsque ad vomitum & ebrietatem. Quando videris

videris sanctos viros, & scripturis diuinis eruditos truncare equos hæreticorum & ascensores, de quibus scriptũ est: *Equum & ascensorem proiecit in mare*: & omnes rebelles & gigantes suo mucrone concidere, & cunctorum bellatorũ falsi nominis sciẽtiæ sanguinẽ fundere: tunc scito mensam domini præparatam, vt ponat gloriam suam in cunctis gentibus quæ illius credunt nomini: & intelligant ecclesiæ sanctorum illius iudiciũ, quod fecerit super aduersarios, & manum fortem qua eos percusserit, & sciant domus Israel atque cognoscãt, quod & ipse sit dominus Deus eorum qui locutus est: Ego sum dominus Deus vester, à die victoriæ domini vsque in perpetuum: & recogitent idcirco captã esse quondam ab hæreticis domũ Israel & in toto peruersorũ dogmatũ orbe dispersã quod reliquerint eum, qui parumper abscõdit siue auertit faciem suã ab eis: & tradidit eos in manu hæreticorum, & ceciderunt illorum mucrone confossi, propter immunditias & iniquitates suas, quæ causa extitit vt abscõderet, & auerteret faciem suam ab eis: Expositis autem rationibus, secundũ illud quod scriptũ est: *Oportet & hæreses esse, vt probati quique manifesti fiant*: captiuitati Israel, videlicet ecclesiæ, in qua habitant cernẽtes Deum, nunc pollicetur, quod reducat in ecclesiam captiuitatem Iacob, qui Iudaicum populum supplantarat, & postea hæreticorum fraudibus supplantatus est: & misereatur omni domui Israel, non iuxta carnem, sed iuxta spiritũ. Et assumam, inquit, zelum meum pro nomine sancto meo, quod blasphemabatur in gentib. propter hæreticos, vt postquam eos liberauerim, erubescant & confundantur, quare fide ecclesiastica derelicta, præuaricati sint in me. *Confundantur* autem *& erubescant valde velociter*, cum habitauerũ & scelera (siue iniquitates) eorum feci eis, & abscõdi (siue auerti) faciẽ meam ab illis. Propterea hæc dicit dominus Deus: Nũc reducã captiuitatẽ Iacob, & miserebor omni domui Israel: & assumã zelũ pro nomine sancto meo: Et portabũt confusionẽ (siue ignominiã) suã, & omnẽ prævaricationẽ, qua prævaricati sunt in me, cũ habitauerint in terra sua confidenter (siue in pace) neminẽ formidantes: Et reduxero eos de populis (siue gentib.) Et congregauero de terris inimicorum suorũ (siue de regionibus gentiũ) & sanctificatus fuero in eis in oculis (siue in cõspectu) gentium plurimarum. Et scient quia ego dominus Deus eorũ, cum transtulerim eos *in* nationes (siue cum apparuero eis in gẽtibus,) & congregauero eos super terram suam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi. Et non abscondam (siue auertam) vltra faciem meam ab eis, eo quod effuderim spiritum (siue furorem) meum super omnem domum Israel, ait dominus Deus.

Hinc vsque in Ezechielem prophetam, Deo, vt optamus & credimus, auxiliante, & aperiente os nostrum, locuti sumus, non aliorum, si qui scripserunt, vel deinceps scripturi sunt, sententiam destruentes, sed asserentes qualiacumque sint nostra. In ædificatione autem templi, & ordine sacerdotum, terræque sanctæ diuisione, & flumine egrediente de templo, & ardoribus ex vtraque ripa semper virentibus, & per singulos menses afferentibus fructum, & reliquis, quæ vsque ad finem prophetico volumine continentur, apertè imperitiam confitemur: melius arbitrantes interim nihil, quam parum dicere.

Commentarij Libri vndecimi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN DVODECIMVM COMMENTARIORVM
EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM
PROOEMIVM.

Repidationem meam in explanationem templi Ezechielis, imo tacendi perseuerantiam, tuæ filia Eustochiũ preces, & domini promissa superarunt, dicentes: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. *Et qua nos excusatione vsi sumus, vt in calce anterioris voluminis diceremus, melius est nihil, quam parum dicere: tu eam vertisti in contrariam, vt referre putes saltem parum, quam nihil dicere: quia in altero voluntas prompta, in altero totius operis desperatio est: naturamque huiusce modi hominum esse commemoras, vt non tantam gratiam habeant pro his quæ tribuetis, quantum dolorem super his quæ negaueris. Minore enim studio virtutes laudamus, quam vitia reprehendimus: & quamuis pulchra sint corpora, vnius prauitate ac deformitate membri insigniora fiunt. Obsequar igitur voluntati tuæ, & flante Spiritu sancto, vela suspendam, ignorans ad quæ sim litora peruenturus, & cum hoc eodem Propheta clamitans: à quatuor ventis venit spiritus: fastidioso que Lectori, imo animo perduelli nostra lecturo, illud in explanatione templi tota libertate denũcio: vt si veritatem desiderat: quærat eam ab aliis. Nos autem ea, quæ in opere difficillimo possemus suspicari, simpliciter confitemur, atque dicta mus gratias acturi domino, si non omnibus (quod impossibile est) sed in plerisque nobis aperuerit fores scientiæ. Prima enim, vt ait sublimis Orator: Quæque sectanti honestum est etiam in secundis tertiũs consistere.*

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER DVODECIMVS
CAPVT XL.

IN viceſimo & quinto anno, &c.] Si quinto anno captiuitatis ſiue tranſmigrationis regis Ioachim, in quarto mẽſe, in quinta menſis, aperti ſunt cęli Ezechieli prophetæ iuxta fluuium Chobar, & vidit viſiones Dei: nunc autẽ dicitur quod in viceſimo & quinto anno tranſmigrationis eiuſdẽ Ioachim, in exordio anni, decima menſis, facta ſit ſuper eum manus domini: adductuſque in terram Iſrael, & poſitus ſuper montẽ excelſum nimis, vt videret ædificiũ ciuitatis vergẽtis ad Auſtrũ: nulli dubiũ eſt, quin decẽ & nouẽ annis, nouemque menſib. & quinq; dieb. anni viceſimi completis, omnis illius prophetia cõtexta ſit. Quod ſi iuxta Theodotionẽ qui in eo loco, vbi nos poſuimus, in exordio anni, interpretatus eſt, in nouo anno, decima mẽſis (nouus autem annus apud Hebræos vocatur mẽſis ſeptimus, qui apud eos habet vocabulũ תשרי, vt Kalend. menſis ſeptimi ſit tubarũ clãgor: & decima dies eiuſdẽ menſis, dies iciunij, & placationis: quintadecima verò, quãdo totius lunæ orbis expletur (dies ſcenophegiarũ) datur intelligi quod decima die placationis dominicæ mõſtratũ fuerat Ezechieli ædificiũ ciuitatis. Et quo modo reſtitutionem populi, imo viuificationẽ in oſſibus cãpi ſub reſurrectionis imagine demõſtrauit, ſic nunc inſtaurationẽ vrbis, quæ Babylonio fuerat ante annos quatuordecim igne deleta, ſub deſcriptione eius dominus pollicetur, vt ſicut captiuitatẽ & euerſionem ollæ ſuccenſæ à facie Aquilonis monſtrauerat, typus & prophetiæ veritas opere cõprobata eſt: ita ex præteritorũ fide, futuræ ædificationis veritas vaticinio probaretur. Ne hoc de illo tẽpore dicitur, quod quidã imperiti Iudæorũ volunt, quando ſub Zorobabel, & ſub Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno templũ extructũ eſt, prophetantib. Aggeo & Zacharia. Hoc enim tẽplum, quod nunc deſcribitur, & ordo ſacerdotij, terræq; diuiſio & fertilitas, multo anguſtius eſt, quã fuit quod Salomon extruxerat. Illud autem quod ædificatũ eſt ſub Zorobabel, intantũ paruum erat, & prioris cõparatione nihili: vt qui prius tẽplum viderant, & poſtea hoc aſpiciebãt, eiularent, doloreque ſuũ lacrymis teſtarentur: & multo maior eſſet clamor vlulantiũ, quam clãgor turbarum. Lege Ezdræ librũ. Porro quod additur, *quatuordecimo anno poſt quam percuſſa* ſiue *capta eſt ciuitas*: iuxta myſticos intellectus quatuordecim ſignificat generationes, quib. cõpleris à Dauid vſque ad natiuitatem Chriſti, vrbis reſtitutio promittitur ab eo, de quo ſcriptum eſt: *Ipſe ædificabit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ populi mei reducet*. Et iterum: *Venit vt prædicaret captiuis remiſſionẽ, & cæcis viſũ: dicẽs his qui erant in vinculis, exite: & qui erant in tenebris, reuelamini*. Fit autem ſuper eum manus domini, vt iuxta carnem in Babylone poſitus, in ſpiritu ad terram veniret Iſrael, & nequaquã in viſione, ſed in viſionib. Dei poneretur ſuper montẽ excelſũ nimis, de quo Eſaias & Micheas vaticinantur: *Venite aſcendamus in montẽ domini, & ad domum Dei Iacob*. Qui mõs excelſus eſt nimis ad comparationem montiũ cæterorum, de quib. propheta teſtatur, dicens: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*: Et in alio loco: *Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui*. De quo & Eſaiæ dicitur: *In montem excelſum aſcende tu, qui euãgelizas Sion*. Super hunc montem oſtenditur ædificium ciuitatis: iuxta Lxx. & Aquilam, è regione, & ex aduerſo Aquilonis, vnde ad terrã Iſrael propheta veniebat: iuxta Theodotionem verò & Symmachum, vergẽtis ad Auſtrũ: vbi plenum lumen eſt, vt ſol iuſtitiæ in ſummo cæli vertice poſitus. Vnde & in Cantico dicitur canticorum: *Exurge, Aquilo, & veni, Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*. Fugatur enim de horto domini Aquilo vẽtus duriſſimus: ne refrigeretur dilectionis calor, floreſque marceſcant. Quando autem dicitur: Quaſi ædificium ciuitatis, nõ verè ciuitas ſed ciuitatis ſimilitudo mõſtratur, de qua ſcriptũ eſt: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei*: quæ eſt Hieruſalem, ædificata vt ciuitas, *cuius participatio eius in idipſum*: & in qua magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius. Et in turribus ciuitatis iſtius Deus cognoſcetur, quando ſuſcipiet eam. De qua & alibi: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*. Et: *Non poteſt abſcondi ciuitas ſuper montẽ poſita*: quæ loquitur in Eſaia: *Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur*. Non dixit quę expugnatur ſed oppugnatur: quæ ædificata eſt ſuper terrã, & nulla tẽpeſtate cõcutitur. Sequitur: *Et introduxit me illuc*: ſubauditur, man⁹ Dei. Illuc autẽ, hoc eſt, quaſi ædificiũ ciuitatis, vt mihi cuncta, quæ erant intrinſecus, demonſtraret. Et ecce, inquit, vir, cuius erat ſpecies ſiue viſio quaſi ſpecies æris fulgẽtis, ille videlicet de quo ſcriptũ eſt: Ecce vir, oriẽs nomẽ ei⁹: Habebat autẽ ſpeciẽ nequaquã electri, vt in principio huius voluminis dicitur: neq; accinct⁹ erat zona aurea, vt in Ioãnis Apocal cõtinetur: ſed habebat ſpeciẽ iuxta Hebr. quaſi æris. Hæc enim materia cũctis metallis vocalior eſt, & tinnitu lõge reſonat. Vnde & in Daniele in imagine, quæ erat ex auro, argẽto, ære, ferroq; cõpacta, regnũ Alexãdri atq; Græcorum in æris ſimilitudine demõſtratur: vt Græcæ linguæ eloquentia ſignaretur: per quã manifeſtũ eſt adhuc eos indigere doctrina, qui tẽpli ſpiritualiter ædificãdi necdũ plenè nouere myſteria. Funicul⁹ quoq; erat lineus, ſiue cemẽtariorũ in manu eius, de quo & in Zacharia ſcriptũ eſt, quod funiculũ habuerit geometricũ: vt latitudinẽ & longitudinẽ vrbis metiretur. Cementariorũ autẽ, vel angelorũ, qui Dei imperio miniſtrabant, vel Moyſi, & omniũ prophetarũ atque apoſtolorum, qui ædificant ciuitatem Dei, & adiutores vel miniſtri ſunt dominicæ voluntatis. Vnde & Paulus apoſtolus loquebatur: *Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis*. Quodq; ſequitur: *Et calamus menſuræ in manu eius*: deſignat gratiã prophetam, de qua ſcriptũ eſt in quadrageſimo quarto pſalmo: *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis*. Et de Ioãne propheta atque Baptiſta: *Quid exiſtis in deſertum videre, calamũ vento agitatum*? Quem calamum imitari cupiunt, qui ſcribentes ſcribunt iniquitatem: & quibus imprecatur propheta: *Increpa feras calami*. Stabat autem in porta: quia per ipſum ad patrem ingredimur, & ſine ipſo ciuitatem Dei intrare non poſſumus: vt dignos ſuſcipiat, indignos abiiciat. In porta quoque iudicium eſt. Vnde & propheta dicit: *Oderunt arguentes in porta*. Et in alio loco: *Non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta*. Hic vir locutus eſt ad prophetam, in cuius manu erat funiculus, & cuius erat ſpecies quaſi æris, & qui calamum tenebat manu. Locutus eſt ad Ezechielem verus architectus, quem imitabatur & Paulus Apoſtolus, dicens: *Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui*. Sapientem autem vocat architectum, ad diſtinctionem illius qui ſtultus eſt, & in Zacharia paſtor inſipiens appellatur: Locutus eſt autem quæ ſequuntur: *Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi*: non oculis carnis, ſed ſpiritus, nec auribus corporis, ſed animæ. *Leuate*, inquit, *oculos veſtros, & videte quia meſes iam albæ ſunt ad metendũ*: & *qui habet aures audiẽdi, audiat*. Videtur autem ædificatio ciuitatis, & auditur ordo ceremoniarum, & ſacerdotum, terræque deſcriptio. Nec ſuffecit præcepiſſe, vt cerneret oculis, & audiret aurib. ſed adiecit: Et pone cor tuum in omnia, ſiue & pone in corde tuo omnia, quæ ego oſtendam tibi. Nihil enim prodeſt vidiſſe & audiſſe, niſi ea, quæ videris & audieris, in memoriæ repoſueris theſauro. Quando autem dicit: omnia, quæ ego oſtendam tibi, intentum facit auditorem, facit & cordis oculis præparatum: vt memoriter teneat quæ ſibi oſtendenda ſunt, quia vt omnia oſtendantur tibi, adductus es huc. Quo dicto oſtendit ſpecialiter, nihil theoria & ſcientia dulcius, quam propheta deſiderat, dicens: *Vnam petiui à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meæ: Vt videam voluptatem domini, & viſitem templum eius*. Vnde iungit & loquitur: *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. Annuncia inquit, omnia, quæ tu vides domui Iſrael, vt qui per ſe videre non poſſunt: per te diſcant, quæ tibi à domino demonſtrantur. Domui autem Iſrael, his qui mente conſpiciunt Deum, de quibus erat & Nathanael, qui Chriſtum ſtudioſiſſimè requirebat, & merui audire: *Ecce verus Iſraelita, in quo dolus non eſt*.

a ¶ *Et ecce murus foriſecus, in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo, & menſus eſt, &c.*] Dum eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis & propoſiti, diebus dominicis ſepulcra apoſtolorum & martyrum circuire: crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ, ex vtraque parte ingredientium, per parietes habent corpora ſepultorum, & ita obſcura ſunt omnia, vt propemodum illud propheticum compleatur: *Deſcendant ad infernum viuentes*: & raro deſuper lumen admiſſum, horrorem temperet tenebrarum, vt non tam feneſtram, quam foramen dimiſſi luminis putes: rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circundatis, illud Virgilianum proponitur: *Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent*. Hoc mihi dictum ſit, vt prudens lector intelligat, quam habeam ſententiam ſuper explanatione templi Dei in Ezechiele, de quo ſcriptum eſt: *Nubes & caligo ſub pedibus eius*. Et rurſum: *Tenebræ latibulum eius*. Vnde & Moyſes nubem ingreſſus eſt & caliginem, vt poſſet domini myſteria contemplari, quæ populus longè poſitus, & deorſum manens, videre non poterat. Denique poſt quadraginta dies, vultum Moyſi vulgus ignobile caligantibus oculis non videbat: quia glorificata erat, (ſiue vt in Hebraico continetur) cornuta facies Moyſi: Ita & mihi legenti deſcriptionem templi myſtici) quod Iudæi ſecundum literã in aduentum Chriſti ſui, quem nos eſſe antichriſtum comprobamus, putant ædificandum, & nos ad Chriſti referimus eccleſiam, & quotidie in ſanctis eius ædificari cernimus) accidit: Vbicumque oculus cordis aperitur, & me aliquid videre æſtimauero, & tenere ſponſum, & gaudens dixero: *Inueni, quem quæſiuit anima mea: tenebo eum, & non dimittam eum*: rurſum me deſerit ſermo diuinus, fugitque ſponſus è ma-

nibus, & clauduntur oculi cæcitate, ita vt cogat dicere: *O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ illius*. Et quod alibi ſcriptum eſt: Iudicia domini abyſſus multa. Et: *De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam*: Et illud Hæliſæi, qui raptum à ſe magiſtrum cordis oculis ſequebatur dicens: *Pater, pater, currus Iſrael, & auriga eius*. Simpliciter igitur eſt fatendum me templum beati Ezechielis, quod ſæcula cuncta tacuerunt, non temeritate velle differere, ſed fide & timore Dei, coniecturam animi mei cupere legentibus demonſtrare: Vt ſi ego in tabernaculum Dei pelles caprarum piloſque obtulero, vnde peccatorum ſpinæ & aculei protegantur, & arceantur pluuiæ & tempeſtates, alius qui diues eſt pro qualitate meritorum, vel ferrum, vel æs, vel argentum, aurumque & pretioſiſſimos lapides offerat, & non noſtra, quia ſunt minora contemnat, ſed propriis gaudeat opibus. Niſi enim ima fuerint, ſumma eſſe non poterunt, & vt maiora laudentur minorum comparatione ſuccreſcunt. Videamus igitur quid ingreſſus Ezechiel ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum primum viderit, deinde audierit. Et ecce, inquit murus foriſecus in circuitu domus vndique. Pro muro, quem Aquila & Theodotio interpretati ſunt: Symmachus & Lxx. poſuere περίβολον. Murus ergo ſiue περίβολος ex omni parte domum, hoc eſt, templum domini, circundabat, habebatque vir, cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris, non ſolum funiculum geometricum & cementariorum, ſed & calamum tenebat in manu: cuius ſupra menſura tacita eſt, & nunc ponitur cubitorum ſex & palmo, qui rectius Græcè dicitur παλαιστὴ & eſt ſexta pars cubiti: Alioquin palmus σπιθαμὴ ſonat, quam nonnulli pro diſtinctione palmam, porrò παλαιστὴν palmum appellare conſueuerunt. Hoc igitur calamo menſus eſt altitudinem & latitudinem muri, & vtrumque, hoc eſt, latitudo & altitudo vno fuere calamo, hoc eſt, ſenis cubitis & palmo vno. Cumque eſſent portæ plurimæ, noluit per alias intrare portas, ſed per eam, quæ reſpiciebat ad orentalem plagam. Et quia non erat æqualis locus (& murus enim per circuitum, & ipſa ædes Dei in excelſioribus locis ædificata erat) propterea per gradus ingreditur imo conſcendit, quos ſoli Lxx. ſeptem nominant, cum & in Hebræo, & in cæteris tranſlatoribus, gradus tantum abſque numero legerimus. Ingreſſuſque portam, ſtatim menſus eſt limen portæ, quod Septuaginta θεὲ nominat, pro quo in Hebræo ſcriptum eſt סף. Et diligentem & ſtudioſum lectorem admonendum puto: ſi tamen ſcientia ſcripturarum, & non vanis oratorum declamationibus ducitur: vt ſciat omnia prope verba Hebraica, & nomina, quæ in Græca & Latina tranſlatione ſunt poſita, nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorumque vitio deprauata, & dum de inemẽdatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imo nullius gentis, dum & Hebræa eſſe deſierint, & aliena eſſe non cœperint. Limen igitur portæ ſiue θεὲ, imo ſaph, quod Symmachus ὲδὸν, Aquila, & Theodotio πρόθυρον interpretati ſunt: habebat calamum vnum, hoc eſt, ſex cubitos & palmum in latitudine, pro quo neſcio quid volentes Septuaginta, addidere de ſuo, ſex hinc, & ſex inde. Poſt limen autem portæ, iuxta Hebraicum menſus eſt thalamum ſiue cubiculum, vt Symmachus tranſtulerit ϖαραδὸμος, id eſt, poſtes ex vtraque parte, calamo vno tam in longum quam in latum, quod & ipſum Septuaginta ælam

A

transtulerunt, quod in consequentibus Symmachus anteliminare interpretatus est. Inter thalamos autem duos siue cubicula & παραστάδας erant quinque cubiti, & aliud prolimen portæ iuxta vestibulum intrinsecus calamo vno. Tertium quoque vestibulum portæ, octo habebat cubitos, & in

HEB.

frõte eiusdem, siue in marginibus duos cubitos. Quod vestibulum ne quis putet idem esse quod supra, addidit: Vestibulũ autem erat portæ interioris: pro quibus Septuaginta primum, & secundum & tertium vestibulum transtulerunt. Thalami autem, id est, cubicula, quę post portam orientalem erant ædificata in vestibulis respiciebant ad viam orientalem. Et vt sciamus quod fuerint thalami iũgitur, & tres hinc & tres inde, ad septentrionem videlicet & ad meridiem respicientes, & ad orientalem viam, vnaq; mensura frõtiũ erat ex vtraq; parte. Mensus est quoque mensuram in latum liminis portæ, & reperit decem cubita, & in longum tredecim cubita, & in vnũ cubitum artabãtur extrema thalamorum, vel vt Symmachus transtulit παραστάδων, & vtraq; frõs singulos habebat cubitos. Thalami autem siue παραστάδες, & vt Septuaginta de suo posuere σκιαλὸν, ex vtraq; parte sena habebant cubita. Mensusque est portam à tecto thalami

SEPT.

& æqualem calamo in longitudine trium: & ælã portæ qui iuxta ælam portæ octo cubitorum, & ælam duorum cubitorum, & ælã portæ intrinsecus, & thee portæ è regione, tres hinc & tres inde, & mensura vna trium: mensura mi ælam hinc & inde. Mensus est latitudinẽ introitus portæ decem cubitorum, & latitudinem portæ cubitorum tredecim, & cubitus vnus redigebantur in conspectu theim cubiti vnius, & cubiti vnius terminus hinc inde: & thee cubitorum sex hinc, & cubitorum sex inde. Et mensus est portam à muro thee, vsque ad partie-

C

vt diximus, altitudo refertur ad animũ, qui ad alta festinat. Illud autem semel monuisse sufficiat: nosse me cubitum & cubita neutrali appellari genere: sed pro simplicitate, & facilitate intelligentiæ, vulgique consuetudine ponere & genere masculino. Non enim curæ nobis est vitare sermonum vitia, sed scripturæ sanctæ obscuritatem quibuscumq; verbis differere. Ingreditur igitur vir, cui Oriens nomen est, per portam orientalẽ, vt illuminet eos, quos in prima vestibuli frõte repererit siue in ipso introitu portæ, non per vnum, sed per plures gradus, quorum filetur numerus, vt ascẽsionis appareat difficultas & quotcũque gradus tibi proposueris, scias minus esse ab eo quod dubiũ derelinquitur. Istã arbitror portã, de qua & in psalmis canitur. *Hæc porta dominiin-ibi intrabunt per eam.* Mensusq; est limen portæ; vt scire valeamus omnia patere notitiæ Dei. Quod limen in latitudine vnius dicitur calami, & de altitudine siletur ac lõgitudine. Via enim est & introitus, & per eã ad interiora pergẽdum est, licet in hoc loco Lxx. superfluè longitudinẽ, vel, vt in pleriscq; codicibus continetur, altitudinẽ dixerint: Cubicula autẽ, id est thalami & παραστάδες tam in longũ quam in latũ singulos habent calamos: sed vt interiora cubiculorum plenam habeant mensuram calami, id est, sex cubitorum & palmi vnius, dum opera pariter ratioque cõsentiunt. Ea verò quæ extrinsecus sunt, hoc est, inter thalamum & thalamũ quinque cubita: necdum enim Christi secreta penetrarunt, nec possunt dicere: *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Et alibi: *Omnis gloria filiæ regis intrinsecus*: Sed discipulis cum Christo domi cõmorantibus, mysteria eius audire non possunt, & foras ad se cupiunt Dei exire sermonem, & propterea quinque cubitorum mensura in eis ponitur, vt ad sensus quinque omnia referre doceantur. Limen quoque alterius portæ, siue vt in Septuaginta continetur, secundi vestibuli & tertij, eiusdem calami, vnius mensuræ est. Post quod vestibulum eius, hoc est limen portæ, in introitu octo ponuntur cubita, vt interiora vestibuli nequaquam septenarium numerum, & sex cubita & palmũ vnum, sed octonarium teneant: quia ad resurrectionis, & diei dominicæ pertinent sacramentum. Et in fronte, inquit, eiusdẽ vestibuli duo erant cubita, quæ vel ad vtrũque pertinent instrumentum, vel ad literam & spiritum, vel ad mysterium forcipis, qua in Esaia de altari carbo comprehenditur, & defertur ad prophetæ labia purganda. Et vt sciamus quod sit hoc vestibulum, quod octo & duobus cubitis terminatur, ponit manifestius. Vestibulũ autem portæ erat intrinsecus, per quod peruenimus ad templum Dei. Thalami quoque & cubicula, quæ erant ad viam portæ orientalis, pro quibus Lxx. ἐλεῦ scribunt, tres erant hinc & tres inde, mensuræ vnius, id est, calamo vno: qui sex cubita & vnum palmum habebat, de quibus supra dictum est: Et ωλαμ vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos. Ne igitur putaremus duos tantũ esse thalamos ternos ex vtraque parte posuit, vt senarium numerũ demõstraret, qui & in hydriis euangelij indicatur, in quibus aquæ in vina mutatæ sunt, & quotidie Iudaici lauacri vertũtur in vinũ, quod lætificat cor hominis, & Christi cruore fit dulcius. Mẽsus est quoque latitudinem liminis portæ decẽ cubitorũ, qui perfectus est numerus, & vel decalogo cõtinetur, vel euangeliorum quatuor sacramento: Qui ab vno incipiens: ita ad quatuor peruenit, vt denarium impleat numerum.

Cuius

E

Cuius longitudo habebat tredecim cubitos, pro qua in Lxx. rursum ponitur latitudo, quod mihi videtur scriptorum negligentia deprauatum. Neq; enim in vno loco latitudinem, & rursum latitudinem decem vel tredecim cubitorum scriptura dixisset. Potest autem porta liminis, in quo sacratus est numerus veteris & noui testamenti, velipse dominus intelligi, qui dicit: *Ego sum ostiũ: vel* Ioan 1. b certè omnes sancti, per quos ingredimur ad notitiam Dei, quorũ apostolus Paulus loquebatur: *Os nostrũ patet ad vos ô* 2.Cor.6. b *Corinthij, & dilatamini & vos.* Tredecim autẽ cubiti post octonarium numerum, librorũ Marc.14.b Moysi continent sacramentũ: qui & in quinque monstrãtur panib. & in Samaritana euangelij, quæ arguitur quod quinque habuerit viros, & sextum, quẽ se putabat habere, non habebat: & tamen octonarius & quinarius numerus, vno cubito, id est, quartodecimo consũmatur, quia in Christo recapitulantur omnia. Vnde dicitur: & cubitus vnus finis, vtrinque: dum & vetus & nouum testamentum, vna Christi mensura cõplectitur, & altitudinem triginta cubitorum arcæ Noe, vnus cubitus includit. Thalami autem, inquit, siue vt Lxx. posuere thau vel thee (vertentes atq; mutãtes per singula loca: vt voluerunt, Hebraica nomina) sex cubitorum erant ex vtraque parte, quod dicitur *hinc & inde*: & nequaquam habebat palmum, nec rationem desuper additam, quæ præsentẽ conuersationem ad futuram beatitudinem prouocaret, sed tantum sex cubita. Vnde sequitur: *Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum* siue *parietem eius: & inuenit latitudinis viginti & quinque cubita*: qui & ipse numerus, licet quadrus sit, tamen refertur ad sensus. Si enim quinos cubitos contra se quinquies ordinaueris, vicesimum & quintum numerum efficies, qui est inter tectum thalamorũ & tectũ: & tamen vtrumque è regione sui positum, à summis partib. habet ostiũ cõtra ostium. Hæc non friuola videntur esse lectori licet & mihi ipsi, qui dico displiceãt, sentiens me clausam pulsare ianuam, sed legenda cum venia sunt: alioquin potui simpliciter ignorantiam confiteri, & omne studio sorũ amputare desiderium. Sicut enim à perfe[illegible]a scientia procul sumus, leuioris culpæ arbitramur, saltem parum quam omnino nihil dicere.

HEB.

bitorum, ostium cõtra ostium. [a]Et fecit frõtes per sexaginta cubitos, & ad frontẽ atriũ portæ vndique per circuitũ. Et ante faciẽ portę, quæ pertingebat vsq; ad faciẽ vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos & fenestras obliquas in thalamis, & in frontib. eorũ, quæ erãt intra portã vndiq; per circuitũ. Similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus & ante frontes pictura palmarum. [b] Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & quit, *porticuum, pictura* siue *cælatura palmarum*: per quæ ostẽditur in introitu portæ, statimq; ingredientibus murum, sexaginta occurrere cubita cum variis ornamentis: quę referuntur ad conditionem mundi, vt ex creaturis creator intelligatur & omnia ordine & ratione currentia, ostendãt mũdi varietatem, qui apud Græcos κοσμὸς ab ornatu nomen accepit, & in sex diebus factus est, vt per singulos dies, decades singulæ supputentur, quem perfectum numerum supra diximus. Post hæc ingredientibus nobis atrium interius, occurrunt ante ipsum vestibulũ portæ interiotis thalami cum obliquis fenestris, quinquaginta cubitorum tenẽtes spatiũ: qui & ipse sacratus est numerus. Et post septẽ hebdomadas plenas festiuitatis & gaudij, Ogdoadis prima incipit dies, quæ est resurrectionis, & introducit nos ad viciniam tẽpli. Cum enim omnia fecerimus; agentes prioris erroris pœnitentiam, tũc vicini & proximi efficimur Deo: vt in exteriori atrio, notitiam creatoris creaturarum ordo nos doceat atq; constantia, & in interiori, verus iubileus, in quo omnia nobis debita dimittuntur, instruat θεολογίαν, & introducat ad sancta sanctorum. Notandum quoque, quod interius atriũ plures fenestras habeat, nõ directas & æquales, sed obliquas & angustas exterius, & se intrinsecus dilatantes: vt per parua quædam foramina possimus ad interiora penetrare, & ad clarissimi luminis, quod versatur in templo, plenitudinem peruenire. Deniq; post sexaginta & quinquaginta cubitos, & thalamos, & porticus & frontes porticuũ, fenestras plurimas per circuitum, palmarum nobis cælatura vel pictura monstratur, vt de mundo victoriam possidentes, digni efficiamur plagas videre virtutum.

SEPT.

parietẽ thee, latitudine vigintiquinq; cubitorũ. Hæc porta contra portã. Et sub diuo ælam portæ sexaginta cubitis, & theim atrij portæ per circuitũ. Et sub diuo atrij extrinsecus ælã portæ interioris quinquaginta cubitis: & fenestræ absconditæ super theim, & super ælã intra portã atrij per circuitũ. Et similiter elamoth, & fenestræ in circuitu intrinsecus & super ælã palmæ hinc & inde. Et introduxit me in atriũ interiõ, & ecce thalami, & inter colum-

&

a ¶ *Et fecit frontes per sexaginta, &c.*] Symmachus hunc locum ita interpretatus est: *Et fecit* παραστάσεις, quas nos circunstantias possumus dicere: pro quibus in Hebraico habet [b]אילים, quæ Aquila interpretatus est προίωμα, & nos in frontes vertimus. Rursum vbi Lxx. posuere theim atrij: in Hebraico habet numero singulari, quod Symmachus propè atriũ, Aquila πρόωμα, id est, frontem atrij, transtulerunt. Sub diuo quoque ælam portæ: Aquila, ante faciem postium portæ: Symmachus, contra faciem vestibuli portæ, interpretati sunt. Fenestras absconditas, quæ Hebraicè appellantur [c]אטמות: Symmachus, πρόκλεισις, transtulit. Et vbi dixere Lxx. super theim & super ælam, idem Symmachus postes posuit & circunstantias: Aquila, thalamos & frontes eorũ: pro quibus in Hebraico scriptum est [d] תאים & [e]אלמות. Porro [f] אלמות quod Lxx. & Theodotio similiter ελαμὼθ trãstulerunt: Symmachus circunstantias: Aquila, frontes, interpretati sunt. Ælam autem, pro quo in Hebræo scriptum est [g]איל, ostium vel porticus appellatur. Pro palmis quoq; in Hebraico scriptum est [h] תמורים numero plurali: quia singularis numerus, palmam [i]תמר vocat. Hæc fastidioso lectori scio molesta fore: sed volui breuiter ostendere, quantum tẽporis longitudine, imo scriptorum vitio, & vt apertius loquar imperitia, ab Hebraica veritate discrepet antiqua translatio: præ-

b elim
אל
חאצר
על-לפני
אלם
השער
c atumoth
εἰς τὸ αὐθέντον αἰλὰμ τῆς πύλης, ἐπ' τὸ αὐλὰμ.
d taim
e ele
f elamoth.
g ail
h timmorim
i tamar

לשכות

וחצבון

A

μὲν πέν ἀυ-
λὴν τὴν
ἐσωτέραν.

Lxx. cõtinetur, introduxit ad atrium interius. Satisq; miror iuxta literã & Lxx. quo modo poſt exteriora atrij, ſexaginta & quinquaginta cubitos tenentia, interius ſit atrium, quod in latitudine centum cubitorum tendatur ſpatiis: niſi fortè iuxta myſticos intellectus, & profectus ingredientium, quæ interiora in doctrinis fuerint, latiora ſint. Introductus autẽ in atriũ interius, ſiue ductus ad exterius atriũ, vt in Hebraico continetur, ſtatim intuitus eſt triginta thalamos vel gazophylacia, ſiue vt Symmach⁹ interpretatus eſt, exedras, quę habitationi leuitarũ atq; ſacerdotum fuerant præparatæ, & pauimentum viuis ſtratum lapidibus, ſiue intercolumnia, vt oſtẽdatur interius atrium vel exterius habere ante fores ordinẽ columnarũ, & pauimentum in fronte portarum, ſiue porticus poſt tergum portarũ. In quibus porticibus puto colũnas ordine fuiſſe diſpoſitas: vt ante gazophylacia eſſẽt porticus, & in frontibus porticuũ colũnæ porticus ſuſtinentes. Pauimentum autẽ quod ſtratũ erat lapidib. & ante porticus atrij tendebatur, inferius erat in aſcenſione porticuũ, & eandem habebat longitudinem quã thalamorũ edificatio poſſidebat. Menſuſq; eſt idem vir, in cuius manu erat funiculꝰ & calamus, à facie portæ inferioris, ſiue vt Lxx. volunt, exterioris, vſque ad frontem atrij vel portæ interioris, cẽtum cubitos ad orientem (& vt in Hebraico dicitur) & ad aquilonẽ.

HEB.

& pauimentum ſtratũ lapide in atrio per circuitũ, triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti, & pauimẽtum in fronte portarũ ſecundum longitudinem portarũ erat inferius. Et mẽſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrij interioris extrinſecus, centum cubitos ad orientem & ad aquilonem. a Portam quoq;, quæ reſpiciebat viam aquilonis atrij exterioris, menſus eſt, tam in lõgitudine quam in latitudine. Et thalamos eius, tres hinc & tres inde, & frontem eius, veſtibulum eius, ſecundum menſuram portæ

SEPT.

columnia atrij per circuitum, triginta thalami per columnas, & porticus poſt ianuas in longitudinem ianuarum ante colũnas inferius. Et menſus eſt latitudinem atrij ab eo loco, qui erat ſub diuo portæ exterioris, vſque ad interius ſub diuo portæ interioris, quæ reſpiciebat exteriora, cubitos centum, & vergebat ad orientem. Et introduxit me ad aquilonem, & ecce porta reſpiciens atrium exterius. Et menſus eſt eam in longitudine & in latitudine, & thee eius tres hinc & tres inde, & elau & elamoth (& quod in Hebraico non habetur) & palmas eius: Et

B

Matt. 13. a

Ex quibus intelligimus illud euangelicum, quod ſaluatore narratur: miſſæ in agrũ ſemẽtis in terram bonam quæ multiplicet fruges pro varietate virtutum, in tricenarium, & in ſexagenarium, & centenarium numerum, huius loci vaticinio conuenire: Et hic enim triceſimus, & ſexageſimus, & centeſimus numerus ponitur: vt his quaſi gradibus ad perfectam ſcientiam peruenire valeamus, ita duntaxat vt ad interiora eccleſiæ quinquagenarius nos perducat numerus, qui finito ſeptem hebdomadarum ſabbato, in diem reſurrectionis erumpit. Gazophylacia autem appellantur, quæ plena ſunt ſpiritualibus diuitiis, de quibus ſcriptum eſt: *Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ.* Super quibus & Paulus Apoſtolus gratulatur diſcipulis ſuis, quod pleni ſint omni verbo, & omni ſcientia, Gaza autem lingua Perſarum diuitiæ nuncupantur. Vel certè thalami, quiGræcè dicuntur σωφόρια oſtendunt ſponſi aduentui cubicula præparata: quæ fuere triginta numero, vt perfectam ætatem habitantium demonſtrarent. Et pauimentum ſtratum erat lapide, ne luto & terra & puluere peccatorum habitantium pollueretur veſtigia, ſed vt ſuper viuos incederent lapides, quibus ædificatur templum Dei: Siue intercolumnia erant ante thalamorum fores, quæ impoſitum deſuper ædificium ſuſtentarent. Iſtæ ſunt columnæ, de quibus & Paulus Apoſtolus ſcribit: *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ. Petrus & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* Et in alio loco: *Columna, & firmamentum veritatis.* Et in Ioannis Apocalypſi legimus: *Qui vicerit: faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Pauimentum ergo quod erat in fronte portarũ, de quo iam diximus, ſiue porticus poſt tergum portarum, quæ habitatores thalamorum ab imbribus defendebant, erat inferius. Semper enim quæ inferiora ſunt in altiorib. collocantur, vt ad myſtica atque ſecreta, & plena diuitiis ſpiritualibus, aſcenſu & gradibus peruenire poſſumus. Plenuſque numerus atque perfectus, in decem decadarum numero eſt, qui & ſementem Iſaac centena fru-

Prou. 13. b
Phil. 1. b

Galat. 2. b

1. Tim. 3. d
Apoc. 3. c

Gen. 26. c

C

Psalm. 38. i
Matt. 13. a

Ioan 12. d

ge multiplicat. Sed quia in terra erat, & adhuc dicere poterat: *Aduena ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei:* hordeum ſeuiſſe, & centeſimam frugem meſſuiſſe narratur. Necdum enim granũ tritici mortuum fuerat in terra, quod multas fruges faceret, & famem Iudaici populi audiendi ſermonis Dei, ſaturaret eo pane qui de cælo deſcendit. Quo modo autem centum cubitinõ ſolum ad portam orientalem fuerint, ſed & ad portam aquilonis, ſequens teſtimonium demonſtrabit.

a ¶ *Portam quoque, quæ reſpiciebat viam aquilonis atrij exterioris menſus eſt, tam in logitudine, &c.*] Quid ſignificent verba Hebraica thee & elau & elamoth, ſupra plenius diximus: ſed & in præſentiarum, collatione ſui docebit noſtra tranſlatio. Menſus eſt autem vir, cuius funiculus in manu erat, portam quoque aquilonis atrij exterioris: ſiue introduxit prophetam per portã aquilonis ad atrium exterius. In quo conſiderandum, quod primum introducatur per portã aquilonis, ſecundo per portã auſtri, tertio per portã oriẽtalẽ. *Ab aquilone* enim *exardeſcunt mala ſuper habitatores terræ.* Pulchreq;, qui habitator terræ eſt, & nõ aduena atque peregrinus, patet iaculis eius, qui venit ab aquilone, cuius ignita ſunt iacula, quæ iuxta apoſtolum ſcudo fidei reſtinguuntur. Et ad aquilonem exterius atrium nominatur, ad meridiem vero, hoc eſt ad auſtrum non exterius ſed interius. Dicit enim ſcriptura: *Et introduxit me ad atrium interius ad portam auſtralem:* quod & in orientali atrio ſcriptum ſimiliter inuenitur. Primus enim ad virtutem ingreſſus eſt, aquilonem calcare pedibus, & per quinquagenarium & viceſimum & quintum numerum, ad ſum mitatem centenarij peruenire: deinde introduci ad auſtralem plagã, & aquilonis frigus expellere, & tunc ad perfectam venire virtutem, id eſt, ad portam orientalem, in qua oritur ſol iuſtitiæ, & per quam ſolus ingreditur pontifex. Et hoc obſeruandum quòd cum quatuor plagæ ſint, de occidentali porta taceatur, de qua in principio ſexageſimi ſeptimi pſalmi ſcriptum eſt: *Iter facite ei qui aſcendit ſuper occidentem, dominus nomen eius:* vt poſtquam nobis præparantibus iter domino, & illud implentibus, quod Ioannes Baptiſta clamat in eremo: *Parate viam domino, & rectas facite ſemitas eius:* vt poſſimus audire, quod in extrema parte eiuſdẽ pſalmi dicitur: *Cãtate Deo, pſallite domino, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad orientem.* Quod autem dicuntur thalami, tres hinc, & tres inde: hoc docet, quod tam litera quam ſpiritus, & vtraq; intelligentia, & hiſtoriæ & tropologiæ, ad trinitatis ſacramenta pertineant. Illudque quod additur: Et frontem eius & veſtibulum ſecundum menſuram portæ prioris: oriẽtalem portam ſignificat, quæ prior non ordine, ſed merito nuncupatur. Et habebat, inquit, quinquaginta cubitos in longitudine, & vigintiquinque in latitudine: vt in quinquaginta, poſt ſeptem hebdomadas æterna requies demonſtretur: tendens per diem reſurrectionis ad regna cœlorum, in quibus vera requies eſt. In vigintiquinque autem, de quo numero ante iam diximus, quinque ſenſuum per quinque ordines quadranguli menſura ſeruetur: quorum alterum longitudini, alterum latitudini coaptatur: vt in longitudine requies & delectatio ſacratioris ſcientiæ, in latitudine præſentium, quæ ad ſenſus pertinet, ratio demonſtretur. Quodque infertur. *Et feneſtræ eius, & veſtibula, & ſculpturæ,* ſiue vt Lxx. addidere, *palmæ, erat iuxta men-*

Matt. 3. i

Ephes. 6. c

F

menſuram portæ, quæ reſpiciebat ad orientem: hoc ſubtiliter indicatur, quod quicunque in introitu virtutũ poſitus, tres & tres thalamos fuerit ingreſſus, frõtemque & veſtibulum menſuræ portæ prioris agnouerit: ad ea perueniat, illaque conſpiciat, quæ & in porta orientali pleniſſimè ſuſcepturus eſt. Porrò quod ſequitur. *Et ſeptem graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eam* ſiue *interius*: hunc habet ſenſum, quod per ſeptẽ gradus hebdomadis & ollæ quæ à facie aquilonis accẽditur, & ceremonias Iudæorũ, quibus dedit Deus *præcepta non bona, & iuſtificationes in quib: nõ viuant*, in eis ſcandamus ad altiora, & ad veſtibulum eius, id eſt, portę: pro quo Lxx. elamoth tranſtulerunt. Quod veſtibulũ ante portam eſt, ſiue interius: Nec ſolum vna porta eſt aquilonis, quæ ſupra porta appellatur exterior: ſed & altera interior, quæ habet ſimilitudinem portæ orientalis vt manifeſtius dixere Lxx. *Et porta atrij interior reſpiciens portam aquilonis, ſicut erat porta, quæ reſpiciebat ad oriẽtem.* Menſuſque eſt à porta exteriori aquilonis vſque ad portam eiuſdem aquilonis interiorem, centum cubitos, vt his quaſi gradibus atque menſuris, recedentes à porta exteriori ad interiorem peruenire valeamus, de cuius numeri ſacramento ſupra dictum eſt.

a ¶ *Et eduxit me ad viã auſtralem, &c.*] Lxx. in eadem verba conſentiunt, præter thee & elau, & elamoth & ælam: pro quo in Hebræo poſitum eſt vlam. Thee autem interpretatur limen ſiue frons: Elau, circa eum ſiue ſuſtentacula: Elamoth propyla, ſiue veſtibula: Vlam προόπυλον id eſt ante fores. Illud autem quod iuxta Hebraicum poſuimus, & veſtibulum ſiue προόπυλον in circuitu per gyrũ longitudinis vigintiquinque cubitorum, & latitudinis per quinque cubitos: in Lxx. non habetur. Sed & hoc notandũ, quod in auſtrali porta iuxta Lxx. non dicatur via, ſed ſimpliciter, & eduxit me ad auſtrum, & ecce porta, quæ reſpiciebat ad auſtrum. Per ſingulos igitur introitus Ezechiel, quem confortauit Deus (hoc enim nomen eius ſonat) ducitur, & de porta aquilonis tranſit ad portam auſtralem: cuius frontes & limina προσώπεια, ſiue veſtibula feneſtræque per circuitum ſimiles habebant menſuras, quinquaginta cubitorum longitudinem, & vigintiquinque cubitorum latitudinem, per gradus ſeptem aſcendebatur ad eam, id eſt, ad portam auſtralem, & veſtibulum eius, hoc eſt, Elamoth ante fores eius: duæ quoq; palmæ celatæ, de quibus in ſeptentrionalis plagæ porta diximus. Et hoc tantum admoniſſe ſufficiat, quod quæcũq; ibi ponuntur iuxta intelligentiam viliorem hoc eſt, iuxta literam, in meridiana porta intelligimus iuxta ſpiritualem ſenſum. Eiſdem enim lineis & hiſtoria currit, & tropologia: ſed illa humilior eſt, iſta ſublimior: Illa hæret terræ, iſta ad cœleſtia ſubuolat. Et in circuitu per feneſtras cuncta plena erant luminis. Singula enim προπύλαια habent terminos ſuos, & proprium per illa ad animã credentis lumen ingreditur, præſertim ſi longitudo vitæ eius quinquagenarij anni, hoc eſt, iubilei myſterio fuerit protelata, & ad diuinioris ſenſus latitudinẽ potuerit peruenire. In qua latitudine & plateis, agit ſapientia confidenter, & cũ ſublimi voce clamitat: ſeptemque gradibus ingreditur, vt perueniat ad veſtibulũ, & per palmas propoſiti ſui atque conatus, victoriã teneat ſempiternam. Et ne putaremus vnum eſſe ad auſtralem partem atrium, de ſecundo dicitur atrio: *Et porta atrij interioris in via auſtrali, & mẽſus eſt à porta vſq; ad portã in via auſtrali centũ cubitos*: vt poſt hebdomadis & inſtrumẽti veteris ſacramẽta ad terrã bonam, & euangelij gratiam perueniret. Nec ſolum in porta auſtrali ſecundum atrium eſt, ſed tertiũ, de quo nunc dicitur: Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem, & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores, &c. Singulæ enim atria habent menſuras & ordines ſuos, & in eiſdem menſuris diuerſa gratia eſt, dum eaſdem res aliter in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoſcimus. Hoc verò quod in Lxx. nõ habetur, & veſtibulum ſiue προόπυλον per gyrũ longitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum: videtur facere quæſtionẽ, propter quod in veteri interpretatione nõ poſitum eſt, quo modo poſt profectũ tertij gradus vigintiquinq; cubiti & quinq; ponãtur. Sed tollit ambiguitatem illud quod ſequitur: *Et veſtibulũ eius ad atrium exterius, & palmæ eius in frõte*: vt ſcilicet hoc atrium, quod habebat in longitudine vigintiquinque cubitos, & in latitudine quinq; non interioris ſed exterioris atrij ſit, vt prioris atrij latitudinẽ hoc eſt, vigintiquinq; cubitos, exterioris atrij poſſideat lõgitudo, & in latitudine quinq; cubitos teneat. Quas mẽſuras, id eſt, vigintiquinq; & quinq;, ad eoſdẽ ſenſus referimus, viſum videlicet, & audirum, guſtum & odoratum, & tactum: quas ſi ad altiora conſcendimus, quinquies duplicamus, & de carnalibus ſenſibus faci-

sup. 20. d

אולם

יהוקאל

G

Ezech. 1. c

H

mus ſpirituales, vt eſt illud: *Leuate oculos veſtros, & videte, quoniam iam meſſes albæ ſunt ad metendum.* Et: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Et: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus.* Et: *Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui credunt.* Et in Ioannis epiſtola dicitur: *Quod audiuimus & vidimus, & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ.* Et ad extremum nequaquam vt in ſeptentrionali plaga ſeptem tantum gradus ſufficiũt: ſed poſt ſeptem octonarius ponitur numerus: vt de ſynagoga ad eccleſiam, de veteri inſtrumento ad nouum, de terrenis ad cœleſtia tranſeamus.

Ioan 4. e
Luc. 8. b
Pſalm. 23. b
2. Cor 2. d
1. Ioan 1. d

b ¶ *Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem, & menſus eſt portã ſecundum menſuras ſuperiores: thalamum eius, & frontem eius, &c.*] De ſeptentrionali plaga, in cuius

A atrium ſeptē tantum aſcendebatur gradibus tranſit ad auſtralē portam, & atrium eiuſdem plange, ad quod non ſolū ſeptem, vt ſupra, ſed octo gradibus aſcenditur: videlicet vt per vetera tranſeamus ad noua, & vt loquar manifeſtius, per patriarchas & prophetas veniam ad Apoſtolos: vt in altero hebdomadas, in altero ogdoas ſit. Nunc autem venit ad vltimum, imo ad ſummum, & introducit prophetam per viam portæ interioris, ſiue per atriū: ad quod itur per viam orientalē. Via iuxta Lxx. in hoc tantum habetur loco in ſeptentrionali & auſtrali plaga omnino tacita eſt, vt poſſumus intelligere non orientali tantum porta illā intelligendam viam, quæ dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Per ipſum enim venimus ad patrem, & de ipſo ſcriptum eſt: *Pſalm. 118.* *Beati immaculati in via*: qui nihil de Chriſto ſiniſtrum ſapiūt, ſed fides eorum pura eſt, & nequaquā hæreticorū ſorde polluta. Idēq; numerus thalamorum, frōtium, & veſtibulorum & feneſtrarum, & luminis earum, & eadem menſura longitudinis & latitudinis, quinquaginta videlicet & vigintiquinque cubitorū ſacramenta conſeruans, & veſtibulū eius portæ ſiue atrij interioris, quod iuxta Hebraicum exterius ponitur: vt orientali lumine omnia teneantur incluſa: ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* *Pſal. 18.b*

Sin autem & exterius & interius accipimus atrium: ſic intelligendum eſt, quod Deus & circunfuſus ſit & infuſus: dicens per prophetam: *Qui tenet cælum palmo & terram pugillo*: vt omnia ab illo videantur includi. Et rurſum: *Cælum mihi thronus eſt: terra autem ſcabellum pedum meorum*, vt intra omnia eſſe credendus ſit: iuxta illud Virgilianum: *Principio cælum, ac terras, campoſque liquentes: Lucentemque globum lunæ. Titaniaque aſtra, Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus. Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.* Cumque *per arma iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris: per gloriā & ignominiam, per bonam & malam famam*, per laudes & vituperationes, victoriam de iſto ſæculo ceperimus: tunc palmæ nobis dantur ex vtroque latere, quos nec gaudia mutauere nec mœror, nec proſpera nec aduerſa ſuperarunt, & nequaquam per ſeptem gradus ſicut in aquilonis plaga, nec per ſeptem & octo, ſicut in meridie continetur, ſed per octo tantum gradus ad ſumma conſcendimus: eo quod ſufficiat nobis octonarij numeri, id eſt, Euangelicum ſacramentum: vt poſſimus iuxta Apoſtolum dicere: *Et ſi noueramus ſecundum carnem Chriſtum, ſed iam nunc non nouimus eum*, ſubauditur iuxta carnem.

a¶ *Et introduxit me ad portam quæ reſpiciebat ad aquilonem, & menſus eſt ſecundum, &c.*] Multū in hoc teſtimonio Hebraica veritas à Lxx. interpretum editione diſcordat. Hoc enim quod diximus: Ibi lauabunt holocauſtum, & in veſtibulo portæ duæ menſæ hinc, & rurſum, Vt immoletur ſuper eas holocauſtum & pro peccato, in Lxx. non habetur: ſed in pleriſque codicibus de Theodotione additū eſt. Rurſum vbi nos diximus: *Et labia earum palmi vnius reflexa intrinſecus per circuitum.* Lxx. tranſtulerunt, *& γείσ Θ. palmi habētes dolatū intrinſecus per circuitū.* Quod verbum, vtrum Hebræum, an Græcum ſit, ſcire non poſſumus: niſi hoc tātum quod pro *ſγείσῳ* Symmachus & Theodotio, *χείλΘ.*, id eſt, labia: Aquilæ prima editio *ἐπιδόσει*, numero plurali: ſecunda, labia tranſtulerunt: pro quo in Hebræo habetur *k* שפתים. Et vbi nos diximus: *Super menſas autem carnes oblationis*: Lxx. poſuere de ſuo, *& in menſis deſuper tecta, vt operiātur à pluuia & ſiccitate.* Illud autē quod Hebræis nominibus ediderunt, *Thce, & Elau, & Elamoth, & Aelā*: quid ſignificet, & ſupra admonuimus, & è regione oſtendere poteſt noſtra tranſlatio: Nec neceſſe eſt ſuper hoc ſæpe admonere lectorem, & prudētia eius ſtudioque diffidere. Introducitur ergo rurſum ad portā, quæ reſpiciebat ad aquilonem: ſed nequaquam vt ſupra ad atrium exterius ſed interius. In eo enim quod in conſequentibus dicitur: *Veſtibulum eius reſpiciebat in atrium exterius*: oſtenditur hoc atrium fuiſſe intrinſecus: Per quæ profectus ingredientis oſtenditur, dum in ſingulis locis nomina menſurarq; ſunt propriæ, & feneſtræ per circuitum, luminis plenæ ſcientiæ vniuerſa monſtrantes, & per quinquaginta & vigintiquinque cubita remiſſionis diuinorumq; ſenſuū ſacracramēta ſunt poſita: vt in veſtibulo atrij interioris poſiti, exteriora videamus, præteritorū & præſentium notitiam contemplātes per quam veniamus ad duplices palmas atq; victorias, & octo graduū myſteria cognoſcamus, introgreſſi gazohpylacia, in quibus templi diuitiæ continentur, & lauātur orationes noſtræ ab omni ſorde peccati: menſæq; ex vtraque parte binæ ſunt poſitæ, vt primum immoletur holocauſtum, quod totū ſacer ignis aſſumat, deinde pro peccato, & ad extremum pro ignorantia: quod vel ſcientes commiſimus vel ignorantes. Ad latus quoque exterius iuxta Lxx. erat riuus fabrefactus, qui holocauſtorum cineres, & carnium virulentias efferebat exterius, ſiue erant duæ menſæ & ad latus alterum veſtibuli eiuſdem portæ, duę menſæ: id eſt, ex vtraque parte quaternæ, quatuor hinc, & quatuor inde, & poſt tergum, ſiue ad latus earum aliæ octo menſæ, vt ſimul faciant menſas ſedecim: quo numero prophetarū myſteria demonſtrātur, vt quidquid per euangelicā offerimus dignationem prædictum eorū vaticinationibus approbemus. Quodque inferuntur quatuor mēſæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipſæ ad ſacrificium & holocauſtū, iſti ſunt viui lapides, qui voluuntur ſuper terrā, & habēt ſecū angularē lapidem, quo veteris & noui inſtrumenti parietes cōtinentur. Quatuor autem numerus, euangelica ſacramenta demonſtrat: longitudine & latitudine habens vnū cubitum & dimidium, id eſt per quadrum, quæ ſimul iuncta, tres cubitos faciunt, qui tres cubiti habent in altitudine cubitum vnum: vt myſteria Trinitatis, vnius cubiti, hoc eſt, diuinæ maieſtatis menſura conſeruet, dicente domino ad diſcipulos: *Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Nomen autem Dei, quaſi vnius altitudinis cubitus eſt, qui tres complectitur proprietates, & holocauſta oblationum noſtrarum ſemper aſſumit. Super ipſas autem quatuor menſas holocauſtorum de viuis lapidibus extructas, quarum longitudo, & latitudo, & altitudo deſcripta eſt, ponuntur vaſa in quibus immolatur holocauſtum martyrum: de quibus dicitur: *Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius*: & eorum victimæ, qui cōtinentia & corporis ſanctitate, animas ſuas immolant Domino. Mēſarumque iſtarum nomina, puto in Matthæo, & Luca, Marco, & Ioanne Apoſtolis contineri: quarum corona deſuper flexa intrinſecus, per circuitum margines ambiebat, vt holocauſta contineret intrinſecus, & non paſſim fluere permitteret, tenererque carnes oblationis: ſiue vt Lxx. tranſtulerunt: Et ipſe menſæ tectæ erant deſuper propter imbrium

E imbrium violentiam, & æſtiui ſolis nimiam ſiccitatem, vt carnes deſuper poſitæ, poſſint dicere cum prophetā: *Per diē* *Pſal. 120.b* *ſol non uret nos neque luna per noctem.* Quorum alterum, nimiis pluuiis & tēpeſtatibus tribulationum diſſoluit oblationes: alterum vehementi æſtu perſecutionum arefacit quidquid oblatum eſt. Ignoſce lector difficultati locorum, aut ſi melius quid inuenire potes, doce: libenter diſcimus quod neſcimus.

c¶ *Et extra portam interiorē gazophylacia cantorum, in atrio* לשכות *interiori, &c.*] Pro gazophylaciis: Lxx. *πέξεδρας* tranſtulerunt. Illudq; quod nos diximus exedræ ſiue gazophylacia cantorum, ab eis prætermiſſum eſt, rurſumque poſt menſuram veſtibuli quinque cubitorū hinc & quinque cubitorum inde, addidere de ſuo, & latitudo portæ cubitorum quatuordecim: cum in Hebræo tantum poſitum ſit, & latitudo portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Hæc lectorem admonui, ne tranſlationum diuerſitate turbetur, ſed vt in præſenti loco, & maximè in menſuris templi, Hebraica veritate contentus ſit. Igitur poſt murum, quem *περίβολον*, Lxx. tranſtulerunt: qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, introductum prophetam legimus in atrium interius, & deinde ad aquilonem, & ad auſtrum, ſed ad portam orientalē, & rurſum ad aquilonē: De quibus vt potuimus, diximus, & in quorum diuerſitatib, vel nominum, vel menſurarum, quid nobis videretur, præteritus ſermo mōſtrauit, quorum ſenſum teſtimonium ſaluatoris breuiter oſtendit, dicentis: *In domo patris mei multæ ſunt manſiones.* Quib. expletis, in- *Ioan.14.a* greditur rēplum, hoc eſt, ſancta ſanctorum: de quibus nunc dicitur, & intra portam interiorē, gazophylacia, ſiue exedræ cantorum. Ad quos illud imperium eſt: *Cantate domino can-* *Pſal. 95.a* *ticum nouū.* Qui cum angelis clamāt: *Gloria in excelſis Deo,* *Luc.2.b* *& ſuper terrā pax in hominibus bonæ voluntatis.* Quod atriū interius erat ſitum in latere portæ, quæ reſpiciebat ad aquilonem, & ad auſtrum, & ad orientem: vt ſemper meminerint cantores domini, & qui angelorum officio detinentur, per quos gradus ad ſumma peruenerint, & myſteria ſingulorū locorū diligenter agnoſcant. Denique vir ille cuius calamus & funiculus erat in manu, introducto propheta in atriū interius, quod reſpiciebat viā meridianā, hæc locutus eſt: Hoc eſt gazophylaciū ſiue exedra, & vt Theodotio poſuit thalamus, qui habitationi ſacerdotū ſeparatus eſt, obſeruātium in excubiis tēpli. Porro gazophylacium, quod reſpicit ad viā aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubant ad miniſteriū altaris. In quo notandum: quod ſacerdotes, quibus cuſtodiæ tēpli delegatæ ſunt, habitāt in gazophylacio quod reſpicit ad viā meridianā, in qua lux pleniſſima eſt. Hi autem qui excubant ad miniſterium altaris, in quo offeruntur victimæ pro peccato, in gazophylacio ſint quod reſpicit viā aquilonis, eos qui ab aquilone veniunt, & offerunt victimas pro peccatis, ſuſcipere & ſaluare cupientes. Qui vtriq; pro officiis ſuis domino ſeruientes, appellantur filij Sadoch, qui צדוק *Pſal. 10.b* interpretatur, iuſtus ſiue iuſtificans, omnipotens videlicet Deus, de quo ſcriptū eſt: *Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit,* לוי *æquitatem vidit vultus eius.* Iſti autē filij Sadoch de filiis Leui, qui interpretatur, aſſumptus, & ipſi aſſumuntur à domino, vt accedant ad eum, & nequaquam de ſolo dicatur Moy- *Exod. 19.a* ſe: Moyſes accedebat ad dominum, alij verò non accedebāt: ſed & omnes qui ſeruiunt ei & miniſtrant, domino appropinquare dicuntur. Iſte autem vir qui introduxit Ezechiēlem in atrium interius, & vt ita loquar, ad ſancta ſanctorū menſus eſt ipſum atrium, in quo erant duæ exedræ ſiue gazophylacia cuſtodum tēpli, ſiue altaris habitaculis delegata & reperit longitudinis & latitudinis per quadrum centenos cubitos, vt ſacerdotes Dei miniſterio ſeruientes, qui per arctam & anguſtam viam intrauerant, habeant deambulacra latiſſima, & in perfecto conſummatoque virtutum numero commorentur. Et in ipſo atrio erat altare ante faciem templi: vt nunquam ſanctorum ad Deū ceſſet oratio. Supradictus quoque vir introduxit Ezechielem in veſtibulum ſiue *πρόπυλον* tēpli: quod menſus eſt quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: quoniam qui introductus eſt, diuinis ſenſibus fuerat eruditus, & nec dexteram nouerat nec ſiniſtram, ſed via regia ingrediebatur. Latitudo autem ipſius portæ, per quam introitus erat ad veſtibulum tēpli, habebat ternos cubitos hinc & inde. In quo ſcripturæ ſanctæ obſeruanda elegantia: quod non dixerit, à dextera & ſiniſtra, ne videretur in ſanctis ſanctorum ſiniſtrū aliquid nominare: ſed hinc & inde, id eſt, ex vtraque parte. Statimq; prudens lector intelligit, trinum numerum ad Trinitatis myſterium pertinere quæ porta eſt ingrediētium ad Deum, dum & pater in filio eſt, & filius in patre, & in vtroque Spiritus ſanctus. Qui ternus numerus, vna porta eſt eorum, qui poſt baptiſmum Trinitatis perueniunt ad ſalutem. Quod autem ſequitur: *Longitudo veſtibuli viginti cubitorum, & latitudo vndecim cubitorum*: videtur facere quæſtionē, quo modo dualis numerus, qui refertur ad duas decadas, & vndecimus qui vnum videtur habere minus, vt ſacrū numerū expleat duodecimum, in veſtibulo templi eſſe dicatur. Quod plerique ſic ſoluunt: Quamuis ſancti ſint ſacerdotes, & in templi miniſteriis collocati, & quotidie victimas offerant Chriſto: tamē quia in hoc mortali fragilique corpuſculo, & ægrotationib. vitiiſque ſubiecto commorātur, vicenarium habent numerum, & vndecimum. Vnde dicebat & Apoſtolus: *Miſer ego* *Rom 7.d* *homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Non quod *2.Cor.15.d* iuxta ſæuiſſimam hæreſim: abolenda corpora eſſe credamus, ſed quod voti noſtri ſit ſuperueſtiri, non ſpoliari, & *mortale hoc accipere immortalitatem, & corruptiuum induere incorruptionem*: Illud autē quod ſequitur: *Et octo gradib. aſcendebatur adeā*, id eſt ad portam interiorem, ſcientibus Hebræam linguam, facit magnā difficultatem. Denique Symmachus, quem in hoc loco ſecuti ſumus, octo gradus poſuit: Lxx decem: Theodotio & Aquilæ ſecunda editio, vndecim: prima autem nullum numerum poſuit, ſed abſolutè ait, & gradib. in quibus aſcendebatur ad eam, vt vel iuxta conſuetudinem priorum portarum, octo intelligamus gradus, ſicut intellexit & Symmachus: vel certè quos habebat porta interior: quorum numerū ſcriptura non dixit. Hæc Hæbræi ſermonis expertibus deliramēta videantur: ſed nunc non controuerſias ſcribimus, aut orationes, in quib. ludi ſolet compoſitione verborum, ſed explanationes & commentarios Hebræorum voluminum. Verum redeamus ad cœptum: Octo ſiue decem gradibus, qui perfectus eſt numerus, aut vndecim, de quo iam diximus, aſcenditur ad portam ſanctorum: in cuius frontibus columnæ erant, vna hinc, & altera inde. Non dixit, duæ ne in dualem incurreret numerum, ſed vna & vna, qui perfectus eſt numerus, & vnione ſui imitatur Deum. Iſtæ autem erant columnæ duæ, de quibus & in A- *Apoc.3.c* pocalypſi dicitur: *Qui vicerit, faciam eum columnam in tem-* *Gal.2.b* *plo Dei mei, & foras non egredietur.* Et Petrus, ac Ioannes columnæ appellantur eccleſiæ, per quos ingredimur ad ſancta ſanctorum, & quorum doctrina, ad Chriſtum noſter introitus eſt.

A

CAPVT XLI.

ET a introduxit me, &c.] Post multa mysteria, varioſq; introitus, & locorum ſingulorum proprietates, tandem aliquando vir, cuius funiculus cementariorum & menſuræ calamus in manu erat, Ezechielem prophetam introduc-
it in templum, & menſus eſt frontem templi: pro quo ælam Lxx. & ælim Theodotio, & in circuitu Symmachus tranſtulerunt. Et ex vtraque parte latitudo tabernaculi ſenum cubitorum erat ſacramentũ creaturarum omniũ continens. In ſex enim dieb. mundus eſt cõſummatus. Per quorũ notitiã cauſaſq; conditionis atque rationem intramus ad templum Dei, & ex creaturarũ ordine atque conſtantia cognoſcimus creatorem. Latitudo autẽ portæ templi erat decem cubitorũ, qui ſacratus & perfectus eſt numerus, & in quo menſe ſeptimo, die decimo mẽſis, ieiuniũ & propitiatio eſt. Decima autem die mẽſis primi, qui appellatur Niſan, ad immolationẽ & præparationẽ paſchæ, agnus aſſumitur. Septimo igitur mẽſe, decimæ offerũtur in Dei horrea, ſiue, vt ſcriptura appellare cõſueuit, torcularia. Vnde dicit & Apoſtolus: *Dilatemini & nos*: vt poſtquam per decem portæ cubitos templum quis fuerit ingreſſus ex vtraq; parte portæ ipſius latera, ſiue vt proprie in Hebraico dicitur, humeri menſurentur, qui ſemper referuntur ad opera. Vnde & Iſachar deſiderauit bonum, requieſcens inter medios cleros: *videſque requiẽ, quia bona eſt, & terram, quia pinguis, ſuppoſuit humerum ad laborandum, & factus eſt vir agricola*. Et in veſte põtificis, humerale cum rationali ſtringitur, vt rationi opera copulentur, & poſſit dicere vir eccleſiaſticus: *A mãdatis tuis intellexi*: Qui humeri portæ, ex vtraque parte, quinas habebant porticus, vt per terrenos ſenſus atque diuinos, ſuper quorum differentia ſæpe ſcripſimus, ingrediamur adita templi: cuius menſus eſt vir ille, qui ductor prophetæ erat, longitudinem quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ſiue vt melius eſt, portæ longitudinem ac latitudinem: quia ſupra tantum de latitudine & humeris eius dixerat. Quod autem vicies quadraginta octingenteſimum numerum faciat, qui vicinus eſt octonario, nulli dubium eſt. Vnde & in Eccleſiaſte præcipitur: *Da partes ſeptem, da & octo*. De cuius numeri ſacramento, crebro diſputaſſe me noui: ſiue quia per tribulationes & anguſtias huius ſæculi intramus ad ſanctuarium domini, idcirco longitudo portæ habebat cubitos quadraginta, qui numerus ſẽper in labore poſitus eſt. Vnde & Moyſes & Helias quadraginta dieb. non comedunt panem, & aquam non bibunt: Et annis quadraginta populus Iſrael vexatur, & probatur in ſolitudine, & per multos labores terrã repromiſſionis ingreditur. Et dominus atque ſaluator, ſecundum aſſumpti corporis fragilitatem quadraginta diebus tentatur in ſolitudine, vt poſt victoriam accedant angeli & miniſtrent ei. Cum autem per tribulationes & anguſtias poterimus dicere illud Apoſtolicum: *In omnibus tribulati, ſed non coanguſtati*: atq; illud propheticum: *In tribulatione dilataſti mihi*: tũc nobis latiſſimus aperitur introitus, qui viginti cubitorum habet latitudinẽ, & ſuperatis mundi certaminibus atque terrenis, qui & ipſe dualis eſt numerus, ingrediamur templi penetralia, & audiamus imperantem diſcipulis dominum: *Confidite, ego vici mundum*.

b ¶ *Et ingreſſus intrinſecus ſiue in atrium interius, mẽſus eſt in fronte* (ſiue ælã) *portæ duos cubitos, &c.*] Quantumuis proficiamus, ſemper nobis maior profectus aperitur. Vnde poſt introitum templi, rurſum ingredimur intrinſecus, ſiue vt Lxx. tranſtulerũt, interius atrium: in cuius fronte ſiue αἴλαμ pro quo Symmachus πρὸ τοῦ ναοῦ, id eſt, circa portã: Theodotio Hebraicum אול el, Aquila oſtium, nos frontem interpretati ſumus, duo erant cubiti: vt iuxta ſuperiorem sẽſum per dualem numerum ingrediamur ad eum locum, vbi ſunt ſancta ſanctorum. Vnde & ipſa porta ſex cubitorum erat, per quam ingreſſi, æternam requiem poſſidemus, quæ in ſeptenario numero demonſtratur: Pro quo Lxx. tranſtulerunt, & latitudinem portæ ſeptem cubitorum hinc, & ſeptem cubitorum inde: in Hebræo, & cæteris editionibus ſemel tantum ſeptem cubiti in latitudine portæ poſiti ſunt: Quod autem ſequitur: *Et menſus eſt longitudinem eius*: ſiue vt Lxx. tranſtulerunt, *oſtiorum viginti cubitorum*, pro quo in pleriſque codicib. iuxta Lxx. *quadraginta* continentur, *latitudinem quoque viginti cubitorum ante faciem templi*: illud ſignificat, quod ante templi faciẽ, & introitum eius præteriti laboris, atque certaminis nobis menſura ſemper occurrat. Quam enim rationem in ſingulis numeris duplex numerus poſſidet, eandem duæ habent decades. Et hoc conſiderandum, quod ingreſſus intrinſecus per portam duorum in cubi-
fronte cubitorum, & ſex habentem cubitos, ſeptemque in latitudine ex vtraque parte, & viginti cubitos in longitudine, totidemque in ipſis templi foribus, doceatur prophetа quis ſit ille locus, vel quo appelletur vocabulo. *Dixit* enim, inquit, *mihi*: Hoc *eſt ſanctum ſanctorum*. Sin autem ante templum ſiue vt ſcriptura cognominat ante faciem templi, ſanctum ſanctorum eſt, quantam beatitudinem in templi adytis, & in interioribus eius exiſtimare debemus. De qua prophetа loquitur: *Hoc labor eſt in conſpectu meo, donec ingrediar in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum*. Sed & hoc notandum, quod in deſcriptione tabernaculi, dicuntur ſancta ſanctorum, plurali numero: hic autem ſanctum ſanctorum numero ſingulari: vt poſt ſancta veniamus ad ſanctum: quomodo poſt multa cantica peruenimus ad Canticum canticorum, quod omnium carminum carmen eſt, & quod canentes ſponſi copulamur amplexibus.

c ¶ *Et menſus eſt parietem domus ſex cubitorum, &c.*] Quod autem in Lxx. ponitur: *Et de mediis ad triſtega*, id eſt, ad tria cenacula & Thrael: in Hebraico non habetur. Pro Thrael quo que, quod neſcio quid ſignificet apud illos in Hebræo legitur a ורחיו, quod & nos & cæteri tranſtulerunt, & vidi, vt ſequatur ordo teſtimonij.

d ¶ *Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata, &c.*] Poſtquam peruenit ad ſanctum ſanctorum (de quo ſupra diximus) vir ille venerabilis, menſus eſt ſancti ſanctorum parietem, qui propter fabricam mundi & omnem viſibilem creaturam, quæ in ſex diebus condita eſt, ſex habebat cubita & latitudinem vnius lateris quatuor cubitorum, non exv-
no latere, ſed per circuitum. Quatuor autem cubita tenebãt per circuitum domus latitudo, vt quatuor elementa monſtraret, ex quibus vniuerſa compacta ſunt, & maximẽ humana corpora, contra quæ ſancti dimicantes & ſubiicentes ſe animæ poteſtati, interiora merentur intrare, & domini

B

Gen. 49. c Sec 70.

Exod. 28. d

Pſal. 118. n

Eccl. 11. a

Deuter. 9. b 3. Reg. 19. b Dan. 29. a

Matth 4. a

2. Theſ. 2. c Pſalm. 4. a

Ioan. 16. g

C

לפנימה

D

E

Leuit. 12. a

Sept. ead.

F

1. Cor. 13. d

3. Reg. 17. d 4. Reg. 4. b Act. 9. g Ibid. 10. b

Matt. 14. b

τριόροφα τεγέα. a veranbi

G

dominũ arcana cognoſcere. Ipſe autem latera, quę in circuitu domus erant, & quatuor cubitorum ſpatio à templi parietibus ſeparabantur, iuncta ſibi erant, ita vt vnum latus aliud latus contingeret, & haberet in lõgitudine non triginta & tres cubitos, ſed bis triginta tres, hoc eſt, ſexaginta ſex. Vetus in Leuitico loquitur teſtamentum, in ortu maris poſt vnam hebdomadam, & illam qui genuit, & illum qui genitus eſt, triginta tres explere dies, vt veniãt ad purificationẽ. Porro ſi genuerit feminã, duplicẽ obſeruari numerum, id eſt, ſexaginta ſex. Et quia, vt veniamus ad ſancta ſanctorum, non ſolũ prima indigem⁹ natiuitate, ſed & ſecunda: vt nati in carne, renaſcamur in ſpiritu: Idcirco nõ ſexaginta ſex, ſed bis triginta & trium ponitur numerus: vt vtraq; natiuitas Deo auctori debeatur, illiuſque clementiæ, & duplici muro circũcant latera domus, quæ templi fulciunt ædificium. Quodq; ſequitur iuxta Hebraicum: Et erant quædã eminentia, quæ egrederentur per parietem domus per latera in circuitu: vt continerent & non attingerent parietem templi: illud ſignificat, quod ſancti viri in multitudine credẽtium erumpãt per parietẽ templi: per omnia videlicet latera in circuitu, & cõtineant eccleſię fundamenta, & tamen non tangãt parietem templi tãtum vidiſſe contenti, & de longe inenarrabilia adoraſſe myſteria. *Nunc* enim *videmus per ſpeculum in ænigmate*, & pleniſſimam tangere atque comprehendere non poſſumus veritatem. Quod autem platea erat in rotundum, aſcendens ſurſum per cochleam, & in cœnaculum tẽpli deferebat per gyrum: & idcirco latius erat tẽplum in ſuperioribus, & ſic de inferiorib. aſcendebatur ad ſuperiora & mediũ: puto perſpicuum eſſe lectori, ſemper anguſtiora eſſe, quæ deorſum ſunt in ieiuniis, χαμαιευνίαις, & victus continentia: paulatimq; dum ad ſumma cõſcendimus latiorem nobis aperiri viam, & impleri quod ſcriptum eſt: in tribulatione dilataſti mihi. Per rotundum autẽ, & per cochleã aſcendimus tẽpli cœnaculum: quæ figura inter omnia σχήματα à philoſophis quoq; huius ſæculi pulchrior approbatur: dum & cælum, & ſol, & luna, & aſtra cætera, & punctũ terræ: in corporibus quoque humanis oculi, quaſi altera ſidera, & figura capitis, quod omniũ ſenſuũ receptaculũ eſt tereteſq; digiti, & femina, & brachia hãc præferũt rotunditatẽ. Porro cœnaculũ tẽpli, ad quod de anguſtiorib. ad latiora cõſcendimus, illud puto eſſe quod in Regũ volumine Helias habuit & Heliſæus, & in Apoſtolorũ actib. Tabitha, id eſt, δόρκας, & damula noſtra poſſedit, quæ bonis operib. ad ſũma cõſcenderat, Apoſtolus autẽ Petrus, ſuper quẽ dominus eccleſiæ fundamẽta ſolidauit, tranſcẽdit cœnaculum, & venit ad tectũ, quod ſignificantius Græce δῶμα dicitur, id eſt tecti ſolariũ, & incognita prius ſæculo eccleſiæ ſacramenta cognouit. Saluator quoq; generis humani paſcha fecit in cenaculo, & magno latoque cœnaculo, atque omni ſorde purgato ſtratoq; & ad ſpirituale conuiuiũ præparato: vbi myſteriũ corporis & ſanguinis, ſuis tradidit diſcipulis, & æternam nobis agni immaculati reliquit feſtiuitatem. Quodque addidit: Et de mediis ad triſtega, id eſt, tertia cœnacula, & θερεὰ, videtur mihi obelo prænotandũ. Quid enim neceſſe eſt dubia, & non ſcripta differere: cum in ea, quæ Hebræorũ tenẽtur, libris, debeamus incumbere? Sequitur. *Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad menſuram cala-
mi, ſex cubitorum ſpatio: & latitudinem per parietẽ lateris forinſecus quinque cubitorum, & inter gazophylacia*, (quæ Symmachus ἐξέδρας vocat) *latitudinem cubitorum viginti per circuitum domus*. Quibus numeris oſtenditur, quod de mundo hoc, & de terrenis ſenſibus, & de duarum decadarum numero, qui refertur ad viginti, non ſolum in ſancta ſanctorũ ſed & in cœnacula eorũ mereamur aſcendere: & ſemper habere in memoria, quod per ſex dies conditionis noſtræ, & per quinque ſenſus, & per viginti cubita latitudinis aſcẽderimus ad cœnaculum tẽpli, & terrenã humilitatẽ, ſenſumque literæ relinquentes, tranſierimus ad ſummitatem eccleſiæ, ſpiritusq; ſancti conſortio gaudeamus. *Et oſtium*, inquit, *lateris ad orationẽ contra viam aquilonis*, à quo exardeſcũt mala ſuper omnem terrã: & quẽ dominus abacturũ ſe à nobis pollicetur, dicens: *Et eum qui ab aquilone eſt, abigã à vobis*. Pulchreque in oſtio cõtra aquilonẽ locus orationis eſt: vt ſecundum Apoſtolum, oremus ſine ceſſatione: & dicamus cum Hieremias: *Non ſileat pupilla oculi mei*: vel ptæſẽtia mala vitare cupientes, vel agentes gratias pro præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis, huius ſum⁹: ingemiſcimus dicimuſque: *Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*? Sed & ad viã auſtralem erat oſtium: & ipſum iuxta Hebraicum habẽs locum orationis, & quinque tendens cubitis per circuitũ. Poſt frigus enim aquilonis ad auſtalem tranſimus caloreẽ: & tamen rurſum orationis quærimus locum, in aquilonis oſtio, vt euadamus pericula, in auſtrali, vt agamus gratias pro præteritis, & ſit nobis victoriæ ſecura poſſeſſio. Quinque autẽ cubiti, & in hoc loco diuinos indicant ſenſus, per quos de terrenis ad altiora conſcẽdimus. *Et ædificium*, inquit, *quod erat ſeparatum verſumq; ad viã reſpicientẽ ad mare latitudinis ſeptuaginta cubitorum*: vt poſt labores, & pericula, & fæculi iſtius fluctus atque naufragia, & annos ſeptuaginta: (de quibus Hieremias ſcribit, & Daniel, & Zacharias,) verum & legitimum ſeptem decadarum ſabbatũ conſequamur: vt ſit nobis æterna requies: & per quinque cubitorum latitudinem, veniamus ad longitudinẽ nonaginta cubitorũ: in qua ætate de repromiſſione filium Sara generauit: quæ nonaginta annorum, id eſt, nouẽ decadarum, peperit Iſaac, iuncta Abrahã centenario, id eſt, decem decadarum habenti myſterium. Qui numerus quid ſignificet, ſequens ſcriptura monſtrabit.

Leuit. 12. a

Hier. 3. a

Ioel. 2. c

1. Theſ. 5. d

Threno. 2. f

Rom. 7. d

H

a ¶ *Et mẽſus eſt domus lõgitudinem centum cubitorum: &c.*] Verbum contra, quod Lxx. tranſtulerunt in principio teſtimonij, vbi ſcriptum eſt: *Et menſus eſt contra domum*, in Hebraico non habetur: & idcirco obelo prænotandum eſt: vt ſit rectius & verius, & menſus eſt: domum longitudine cubitorum centum, & reliqua: Deſcribuntur autẽ ſancta ſanctorum, & templum interius, quod poſt nonaginta cubitos, ex tribus partibus centenos cubitos habere dicatur: perfectũ videlicet numerum decadarum decem: vt & mente, & ſermone, & operibus domino ſeruiamus: recordantes illius Apoſtolici exempli, in quo ait: *Vt ſcire poſſimus, quæ ſit latitudo, & longitudo, & profundum, & altitudo*. Quod autem in Hebraico dicitur, ædificium ſeparatum, & parietes eius, Lxx. reliqua interpretantur & ſeparantia: quæ non hæreant parietibus templi, ſed propinquos, & ſuos habeant parieres. Ipſum quoque templum & anguli eius, & Ælam,

Eph. 3. d

τὰ ἀπόλοιπα καὶ τὰ διορίζοντα.

id est, προπύλον siue vestibulum, exterius erant strata ligno: sapientia videlicet, quod lignum vitæ situm in paradiso scriptura commemorat. Fenestræ quoq; erant factæ in modum retis instar cancellorũ: vt non speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrasilibus, & vermiculatis clauderentur: pro quibus in Hebraico, obliquas fenestras habet: quæ in tribus tãtum erant partibus templi, ad dexteram videlicet & sinistram, & post tergum: id est ad meridiem, & ad Aquilonem, & ad occidentem, Orientalis autem pars nõ habebat fenestras quia ipse introitus clarum immittebat lumen intrinsecus, & cuncta interiora templi, ianuarũ lumine complebantur: ita vt per singulas fenestras, & cancellorum foramina intro quis posset aspicere. Et non solum exteriora erant strata ligno, sed tanta erat lignorum copia per circuitum, vt & pauimentum, & de pauimento vsque ad fenestras, lignis omnia iungerentur. Quę fenestræ iuxta Lxx. aperiebantur tripliciter: vt apertis eis, triplex in templo Dei intelligentia mõstraretur: iuxta illud ꝙ alibi dicitur. *Tu autem describe ea tripliciter.* Prospicitur autem per eas non solum interius, sed & exterius: vt quæ interiora sunt inuisibilia: quæ exteriora, visibilia cognoscamus: vt aliud mẽtem, aliud carnem: aliud spiritualem intelligentiã aliud simplicem monstret historiam: & per omnes parietes in circuitu, tãintrinsecus, quã extrinsecus, erant mensuræ suæ. Nihil enim absque ratione & mẽsura in tẽplo Dei, & maxime in sanctis sanctorum à Deo factũ est. Cælata quoque erant Cherubim, (haud dubium quin in lignis,) de pauimento vsque ad fenestras pertingentibus: & tam fabrefactæ erant cælaturæ, vt nõ sculptæ sed appositæ viderẽtur. Cherubim interpretatur, scientiæ multitudo. Igitur intrinsecus in interioribus templi, post scientiæ multitudinem cælantur & palmæ: in quibus signum victoriæ est: dicente Apostolo: *Persequor* autem *ad statutum brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Quæ palmæ erãt inter Cherub & Cherub vt vnum Cherub duarum palmarum lateribus vallaretur. Quod Cherub nequaquam, vt in principio huius prophetæ legimus, quatuor habebat facies, hominis scilicet, & leonis & vituli, & aquilæ: sed tantum duas, hoc est, hominis & leonis: quorum primum ad rationẽ pertinet, sequens ad furorẽ: qui significantius Græce θυμὸς, appellatur. Furorem autem dicimus, non eum qui perturbationi, & vitio proximus est: sed qui mentis confolidat mollitiem, & fortiorem facit animũ dimicantis. In principio enim subiacemus concupiscentiæ: quæ refertur ad vitulũ propter terrena opera, & alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremum aquilæ deputatur. Cum autẽ intrauerimus sancta sãctorũ, & interiora tẽpli possederimus, nequaquã alia re indigemus, nisi ratione atq; fortitudine: quorum alterũ ad sensum atque prudẽtiam: alterum refertur ad animi perseuerantiã: Omnis igitur paries per circuitũ tẽpli à pauimento vsq; ad laquearia, Cherubim habebat, & palmas mira arte cælatas: postquam aperiebatur sanctuarium, & templum per quatuor angulos cõtra faciem sanctorum. Prius enim habemus scientiæ multitudinem, per quam victoriã de hoste consequimur: & postea nobis sanctuarium aperitur, & tẽplum: quod habet quatuor angulos, & stationem firmissimam & quæ in nullam partem declinior sit. Hanc enim habet naturam mensura quadranguli, vt stabili consistat basi, & in mystico numero, qui prudenti lectori perspicuus est, elementa quatuor, ex quib. constant omnia, solida perpetuaq; possideat. Et cuncta cõtra faciem sanctuarij aspiciebant: ante quod sanctuariũ, siue in quo sanctuario, erat species altaris lignei trium cubitorum altitudine, & longitudine, cubitorũ duorum: & latitudine cubitorum duorũ, qui iuncti, septem faciunt cubitos. Quod altare habebat cornua: & tam bases, quam parietes eius, hoc est latera erant lignea: in quo scripturæ sanctæ mysteria, humanus sermo non potest explicare: quo modo altare in quo ignis succendendus erat, mensa videlicet thymiamatis, nihil ab igne patiatur: sed vt ita dicam, igne purius fiat. Sicut enim sanctorum opera, de quibus scribit Apostolus: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, non pereunt, sed per ignem puriora monstrantur: ita & altaris ligna, quæ de lignis paradisi sunt, non cremantur igne vicino, sed puriora reddũtur. Nec mirũ hoc de sanctuario, & interioribus tẽpli & altari thymiamatis credere: cum etiã ἀμάραντον, quod genus est ligni, vel ligni habens similitudinem, quanto plus arserit, tanto mundius inueniatur. Ignosce lector difficultati, & veniam tribue pauperi intelligentiæ. Per fenestras enim obliquas, & in modum retis factas, & quæ semper clausæ sunt, vix vsq; ad interiorem domũ cordis nostri oculum possũt ius intromittere vt omnia quæ cernimus in vmbra videamus & in imagine: & cum Apostolo clamemus. *O profundum diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei: quam inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viæ illius.* Et: *Quis cognouit sensum Dei:* nisi ille qui est magni consilij angelus, & sua potest dignis aperire mysteria? Thecas autem Romæ appellant solaria de cænaculorum parietibus eminentia, siue Meniana, ab eo qui ea primus inuenit, quæ nonnulli Græcorum ἐξώστρα vocant.

HEB.

dorsum, & ethecas ex vtraq; parte, centũ cubitorũ: & tẽplum interius, & vestibula atrij. Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, cõtra vniuscuiusque limen stratũ q; ligno per gyrũ in circuitu: terra aut erat vsq; ad fenestras, & fenestræ clausę. Super ostia, & vsque ad domum interiorem & forinsecus per omnem parietẽ in circuitu intrinsecus, & forinsecus ad mensurã. Et fabrefacta Cherubim & palmæ, & palma inter Cherub & Cherub: duasq; facies habebat Cherub: Faciem hominis iuxta palmã ex hac parte, & faciẽ leonis iuxta palmã ex alia parte expressã per omnẽ domũ in circuitu. De terra vsq; ad superiora portæ, Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete tẽpli. Limẽ, quadrãgulũ erat: & facies sãctuarij, aspectus contra aspectũ altaris lignei triũ cubitorũ altitudo eius & longitudo eius duorũ cubitorum: & anguli eius, & lõgitudo eius & parietes eius lignei.

SEPT.

cubitorum centum longitudinem, & templum, & anguli, & Ælã exterius strata ligno: & fenestræ in modũ retis factæ, tres ad lucendum vt prospiceretur per eas. Et domus, & ea quæ proxima erãt strata ligno per circuitum & pauimentũ, & de pauimento vsque ad fenestras. Et fenestræ aperiebantur tripliciter, vt prospiceretur per eas: & vsque ad domũ interiorem & exteriorem & per omnem parietem in circuitu, intrinsecus, & extrinsecus mẽsura, & cælata Cherubim, & palmæ inter Cherub & Cherub. Duæ facies Cherub: facies hominis ad palmã hinc & facies leonis ad palmã inde: cælatus omnis paries per circuitum à pauimento vsque ad laquearia Cherubim & palmæ cælatæ. Et sanctuarium & templum aperiebatur per quatuor angulos contra faciẽ sanctorũ. Visio quasi species altaris lignei: trium cubitorum altitudo eius, & longitudo cubitorũ duorum, & latitudo cubitorum duorum: & cornua habebat. Bases quoque & parietes eius lignei.

a Et locutus est ad me: Hæc est mensa corã domino. Et duo ostia erãt in tẽplo, & in sãctuario. Et in duob. ostiis ex vtraq; parte bina erãt ostiola quæ in se inuicẽ plicabantur. Bina enim ostia erant inter cætera ostenderat ei altare ligneum: quod & angulos & cornua, iuxta Lxx. & parietes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare quod respicis, ipsa est mẽsa coram domino: quæ in similitudine rubi ardet, & non cõburitur: de qua sanctus loquitur ad Deum. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Duo quoque ostia erant in templo, & in ipso sanctuario: per quæ vtriusq; instrumenti sacramenta mõstrantur, & in duob' ostiis ex vtraq; parte bina erãt ostiola, quæ in se inuicem plicabãtur: vt & in historia spirituale habeas intelligentiã, & in tropologia historiæ veritatẽ: quorum vtrumque altero indiget, & si vnum defuerit, perfecta caret scientia. Quod autẽ sequitur: Bina erant ostia ex vtraque parte ostiorũ, iuxta literam perspicuum est. Solẽt enim in maioribus tricliniis bina sibi hærere atq; coniungi: vt maior introitus nequaquã duabus & ingentibus, sed quatuor minoribus claudatur vel aperiatur foribus. In quibus ostiis templi, siue sanctisanctorũ cælata erant Cherubim: de quibus supra diximus. Et sculpturæ palmarum: vt post scientiæ multitudinem, victoria intrantibus præberetur. Quæ sculptura palmarum in omnib. quoque parietibus templi erat. Redditq; causas, quare cælata fuerint Cherubim in ipsis ostiis, & palmarũ expressæ similitudines. Vnde & crassiora erant ligna in vestibulo portę forinsecus: vt & firmitatem haberent, & cælaturam possent recipere. Pulchreque iuxta intelligentiam spiritualem, firmiora & cælata sunt ostia: vt & firmitatem habeant & pulchritudinem: ne quis in sancta sanctorum similis Oziæ possit irrumpere, & sibi sacerdotium vendicare. Super quæ ostia erant fenestræ obliquiæ siue absconditæ: vt ipsum quoq; lumẽ, quod præbebatur intrinsecus, non haberet perfectam scientiam, nec clarum lumen & cunctis pateris: sed plerisq; ex parte esset absconditũ. *Nunc enim videmus in ænigmate: & nec dum nouimus sicut oportet nos scire: Cum autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte fuerat destruetur.* Et erat similitudo palmarum hinc atque inde. Eleganter in interioribus templi, & in sanctis sanctorum non potuit dexteram & sinistram: ne quid sinistrum in his quæ magna sunt, & arcana, dicere videretur: sed hinc atque inde, iuxta illud quod in euangelio scriptum est: *Qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram.* Nunquid dicere non potuit, & sinistram? Sed quando percutitur dextera, præbetur altera dextera: quia in sancto viro vtrumque dexterum, vtrumque perfectum est. Et in humerulis vestibuli secundum latera domus, latitudinemq; parietum: pro quo Lxx. transtulerunt, in laquearibus Ælam, hoc est, propyli, & latera domus, æqualis ponderis siue mensuræ: per quæ latenter ostenditur, & postes superliminaris, siue vestibuli: (hoc enim humeruli videntur significare, & latera domus,) & latitudinem parietum, cuncta rationis plena esse atque mensuræ: & nihil in templo domini reperiri, quod absque mensura & sapientia constitutum sit.

Commentarij Libri duodecimi in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

TErtius decimus explanationum in Ezechielem liber, Secundus est expositionis Templi: quem & Quartum decimum, opitulante Saluatore nostro, ad finem vsque dictare cupio: illud eiusdem numeri cum Dauid in quartodecimo psalmo canens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? *Quod & pro difficili & impossibili debemus accipere. Vnde & in alio loco quasi vir desideriorum enixius deprecatur, ac dicit:* Vnum petiui à domino, hoc requiram, vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam iucunditatem domini, & visitem templum sanctum eius. *Et rursum:* Quam dilecta, *inquit*, tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. *Æmulorum maledicta præuenio: qui non quid ipsi possint, sed quid ego non possim, considerant: & cum nostra alii iudicent, sua iudicanda non præbent: numquam in agone pugnantes, sed de pugnantibus otiosi, imo superbo animo in dicantes. Facile est dare dictata de populo, & in singulos ictus calumniari, ac de alieno ridere sanguine: & vbi vulnus infligi debuerit, imperiti lanistæ more disserere. Ego in explanatione templi Ezechielis, & caterorum quæ ad finẽ ipsius voluminis pertinent, fateor me pro rei magnitudine nihil dignum scribere: & in paucis, si qua tamen accipere meruero, gratias agere saluatori. Scriptum est enim:* Nisi crediderit is, non intelliget is. *Et in alio loco:* Si habueritis fidem vt granum sinapis, & dixeritis monti huic, transmigra, & transplantare in mare, fiet. *Et quo modo Apostolus granum sinapis non modicam fidei portionem, sed totam fidem esse commemorat, dicens:* Et si totam fidem habuero, ita vt montes transferam? *Igitur granum hoc sinapis, etiam si modicum fuerit, in magnam succrescit arborẽ, & volatilia cœli habitant in ramis eius. Quamobrem tibi filia Eustochium, quæ nostra, qualiacunque fuerint, libenter accipis, contestatum volo, & illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, vt obscuritatem voluminum ex tribus rebus fieri scias: vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia: quorum primum & secundum liquido in hoc opere cõsitebor: tertium, acumen ingenij tui, & desiderium scripturarum facile renuit: quæ priuilegio virginali, & victus continentia, non dicam frequentem, sed iugem hospitem possides Deum. Igitur tertium decimum in Ezechielem arripiamus librum: cuius hoc principium est.*

TEduxit, &c.] Hoc ϕ Lxx. transtulerũt ad orientẽ, in Hebraico nõ habetur, & superfluum esse manifestũ est. Quomodo enim educitur ad portã exteriorẽ ad orientẽ, cum sequatur, cõtra portam aquilonis? Illud quod & supra, & in hoc loco posuimus: *Et eduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum ædificium, & contra ædem vergentẽ ad aquilonẽ*: pro quo habetur in Lxx. *Et introduxit me: & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio, & iuxta separatum ad aquilonem*: Pro separato, quod Aquila & Symmachus transtulerunt, secũda Aquilæ editio, & Theodotio ipsum verbum posuere, gazera: in omnibus locis similiter exprimentes: multaque alia quæ in præsenti loco posita sunt inter Hebraicum & Lxx. non solum ordine, sed & numero, & verborum interpretatione discordant: vt si volucrimus hærere in singulis, & diuersitates eorum quærere, & explanare rationem, multum aberremus à proposito: Volueramq; desperatione & magnitudine rei præsens testimonium silentio præterire sed melius arbitratus sum, quodcunq; dicere, quam omnino nihil dicere: Socraticum illud assumens: Scio quod nescio. Pars enim scientiæ est, scire quod nescias. Postquam igitur ea, quæ erant intus, propheta diligentius contemplatus est, eduxit eum vir, cuius funiculus & calamus erat in manu, ad atrium exterius, per viam ducentem ad aquilonẽ: quod & supra iam viderat, antequam interiora penetraret. Sed aliter videmus perfectam habẽtes scientiã, aliter in principio disciplinæ. Et necesse est, vt qui interiora cõspexerit, secundum eandem formã atque mensuras & recondita sacramenta, etiam quæ exteriora sunt, videat. Eductus autem est in gazophylacium, siue vt Symmachus & Lxx. transtulerũt, exedram: vel vt Theodotio ϖασοφόριον, quod in thalamum vertitur: quod erat contra separatum ædificium. Quod autẽ Lxx. addidere pro gazophylacio, exedras quinque, in Hebraico non habetur. Quod gazophylacium erat contra separatum ædificium, de quo supra iam diximus, gazera. Separatum autem erat, cos suscipiens qui ab aquilone veniebant: & erat contra ædem vergentem ad aquilonem, id est, respicientem quidem aquilonis partes sed non in aquilone positum: vt facilior esset transitus his, qui aquilonis frigora relinquebant: à quo exardescunt mala super terram. Legimus in Numerorum libro, tribus Dan, & Neptalim, & Aser filiorum Bale, & Zelphe ancillarum Rachelis & Liæ, ad aquilonis plagas castra tenuisse: Nunc quoque in facie longitudinis ostij aquilonis centũ fuisse cubitos, & latitudinis quinquaginta: vt ex decem decadis: quadrãgulus numerus atque

CAPVT XLII.

ET eduxit me in atrium exterius per viã ducentẽ ad aquilonem, & induxit me in gazophylacium, quod erat contra separatũ ædificium, & cõtra ædem vergentem ad aquilonem. In facie lõgitudinis, centũ cubitos ostii aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos, contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratũ lapide atrii exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decẽ cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonẽ, vbi erant gazophylacia in superiorib. humiliora: quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & de mediis ædificii. Tristega enim erant, & non habebãt colũnas, sicut erant colũnæ atriorum, propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior secundũ gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorum. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrii

ET eduxit me in atrium exterius, ad orientẽ cõtra portam aquilonis & introduxit me: & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio, & prope ædificium separatum ad aquilonem, e contra cubitis cẽtum longitudinis ad aquilonem, & latitudinis quinquaginta cubitis, descriptæ sicut portæ atrii interioris, & sicut columnæ atrii exterioris per ordinem: contra faciem, porticus ternæ, & contra exedras deãbulatio cubitorum decẽ latitudinis, per cubitos centum longitudinis, & ostia eorum ad aquilonem. Et deambulationes cœnaculorũ similiter, quoniam eminebant columnæ à columnis inferioribus, & spatium simile erat. Et porticus triplices erant, & columnas non habebant, sicut columnæ in exterioribus: propterea eminebant ab his, quæ erãt inferius, & in medio, de terra quinquaginta cubitorum: & lumen exterius sicut exedrarũ atrii exterioris, quæ respiciebãt contra exedras aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta. Longitudo enim exedrarum respicientium in atrium exterius, erat cubitorum

perfectus: & ex septem hebdomadibus, qui remissionis est numerus, & in principium vnionis, id est, ogdoadis erũpit, sacerdotalia in templo Dei spatia monstrarẽtur. Illudque quod iuxta Hebraicum iungitur: contra viginti cubitos atrij interioris: pro quo Lxx. transtulerunt: descriptæ erant sicut portæ atrij interioris: hunc habet sensum: quod exterioris atrij centenarius & quinquagenarius numer⁹: eãdem vim habeat, quã vicenarius atrii interioris. Si enim quatuor quinquies supputes, in numero vicenario, vtrumq; reperies testamentum: vt & lex teneatur in euangelio, & euangelium de legis radice nascatur. Pro quo numero Lxx. similitudinem atrii interioris, interpretati sunt: forsitan formidantes vicenarium numerum, in quo offeruntur Esau munera, in atrio interiori ponere Sequitur. *Et contra pauimentum stratum lapide atrii exterioris, vbi erat porticus, cũcta porticui triplici*: pro quo Lxx. transtulerunt: *Et sicut colũnæ atrii exterioris per ordinẽ positæ, contra faciem porticuum triplicium.* Significat autẽ, quod pauimentũ atrij exterioris, viuo fuerit stratũ lapide: vt nec æstatis puluere, nec luto hyemis, sacerdotum vestigia polluantur. Vnde & dominus ascensurus ad patrẽ, apostolorũ lauat pedes: vt mundatis purgatisq; vestigiis scandãt regna cœlorũ: & imperat apostolis, vt in quãcunque ingressi fuerint ciuitatem, & nõ susceperint eos, excutiãt pedum suorum puluerẽ: quo scilicet nihil munerum terrenorum ab eis apud se remanere patiãtur. Non solum autẽ pauimentum stratum erat lapide, sed & porticus erat iuncta porticui triplici. Vna porticus ab imbre & æstu protegens sacerdotes, & iuncta porticui triplici, demonstrat mysterium trinitatis: quod cum patris, & filij, & Spiritus sancti diuidatur nominibus, tamẽ vna sibi diuinitate coniungitur. Erat quoq; ante gazophylacia siue exedras, vel thalamos deambulatio decẽ cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Quodque à Lxx. additum est: Per cubitos longitudinis centum: superfluum est: quia in Hebraico non habetur: quod ponentes, tulerunt id quod habetur in Hebræo, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius, quod nos de Hebraica veritate transtulimus. Significat autem quod ante fores gazophylaciorum omnium siue exedrarum & thalamorum, fuerit deambulatio, latitudinem habens cubitorum decem: qui & ipse perfectus est numerus, vel propter decalogum, vel propter euangelij sacramentũ. Si enim ab vno per duos, & tres, ad quartum numerum venias, decenarius euangeliorum numerus efficitur: In cuius latitudine deambulant sacerdotes. ante singula gazophylacia gradientes: ita dum-

taxat,

taxat, vt semper ad interiora respiciat viæ eius, quæ ducit ad cubitum vnum ad cultum videlicet vnius diuinitatis: dicente filio ad patrem: *Reuelaui nomen tuum hominibus*. Ipsa est enim via, interiora respiciens, quæ dicit in euangelio: *Ego sum via, & vita, & veritas*: quia nemo venit ad notitiam patris, nisi per filiũ. Sequitur:

Et ostia earum ad aquilonem, vbi erãt gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & mediis ædificij. Tristega enim erant, & non habebant columnas sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis, à terra cubitis quinquaginta. Quod iungitur: ostia earum, subauditur, exedrarum, siue gazophylaciorũ: de quibus sermo supra fuit. Quæ gazophylacia erant in superioribus, id est, in cœnaculis humiliora. Quę cœnacula ascẽdit Helias & Helisæus: & dominus cum discipulis pascha facturus: & Tabitha, quæ & fide apostoli, & virtutũ suarum merito suscitata est. Ista sunt cœnacula, de quibus in psalmo scriptũ est: *Qui rigat montes de cœnaculis suis*. Nisi enim quis mons fuerit effectus & ad altiora surrexerit, pluuiis dominino irrigabitur: qui pro diuersitate meritorũ de primo, secundo, & tertio irrigatur cœnaculo. Ipsa quoque gazophylacia, hoc est, thesauri gazarum domini, in superioribus humiliora sunt. Quanto enim quis excelsior fuerit, tanto cũ Apostolo humilitatẽ deiicitur, dicẽs: *Qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiã Dei.* Erant autẽ ipsa gazophylacia in cœnaculis humiliora: quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebãt de inferioribus, & de mediis ædificij. Redditque causas cur gazophylacia in cœnaculis posita, humiliora fuerint. Quia supportabant, inquit, porticus, quæ libertate aëris fruebantur: & eminebant de inferioribus, & de mediis ædificij: vt secundũ cœnaculum pauimento inferioris domus esset eminentius: & tertium cenaculum secundo esset excelsius: & & quanto quis ad superiora conscenderet, tanto altiori vteretur cenaculo: quod humilitate crescebat, dicente domino: *Qui vult inter vos maior esse, fiat omnium minimus.* Neque enim columnis aliis portabantur, sicut in atriorum columniis legimus: sed eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta, numero remissionis omniũ debitorum. Hæc sunt autem tristega, de quibus præcipitur: *Describe ea tripliciter, concilio & scientia, vt respondeas sermonibus veritatis his, quæ proponuntur tibi.* Inferiora igitur & exteriora, columnis indigent: quæ autẽ altiora sunt & interiora, columnarũ, id est, alieni auxilij vsu non egent. Post hęc dicitur: Et peribolus exterior secundum gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: lõgitudo eius quinquaginta cubitorũ: quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exteris quinquaginta cubitorũ, & longitudo ante faciem templi, centum cubitorũ. Peribolus murũ significat, qui erat exterior, & cingebat gazophylacia in via atrij exterioris, habens in lõgitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri sacramento crebro diximus. Porro longitudo ante faciem tẽpli, nequaquã quinquaginta cubitorũ erat, vt ante gazophylacia, sed centum cubitorum: vt post rẽmissionem omnium peccatorũ, perfecta præmia in centenario numero præstolemur. Pro peribolo siue muro, quod Hebraice dicitur גדר, Lxx. lumẽ interpretati sunt, quod venit extrinsecus, & illuminat cordis nostri oculos: non sufficiente natura nostri luminis, quod versatur in sensu, perfectum scientiæ habere fulgorem, nisi extrinsecus, per Dei gratiã introeat: Quod primum oculos nostri cordis illuminat, & omne atriũ exterius, quod quinquaginta cubitorũ latitudine tenditur, facit clarescere. Postea vero cum venerimus ante faciem tẽpli, perfecta in centenario numero recipiemus præmia. Erat autem subter gazophylacia introitus ab oriente, ingredientium in ea de atrio exteriori. Oportet enim Dei nos possidere diuitias, & de atrio exteriori subter gazophylacia orientis introitum reperire: & per latitudinẽ peribŏli, qui respicit viam orientis, venire ad ædificium quod sanctis est separatum, ante quod sunt gazophylacia: & in ipsa via similitudo gazophylaciorũ, quæ erant in via aquilonis. Licet enim ad orientis perueniamus introitum, tamẽ similitudo maiorum est in minoribus: & non possumus ad orientis peruenire lumen, nisi per viam aquilonis, id est, per minora & humiliora, ad maiora & altiora tendamus. In ipso autem introitu, longitudo erat similis latitudini, id est eadem mensura per quadrum: omnisque ingressus, & similitudines, & ostia, eandem habebãt mensuram & similitudinem, quam gazophylacia, quæ erãt in via respiciente ad austrum. Per oriẽtem quippe aquilonis frigora restinguẽtes, perueni-mus ad austrum, in quo sponsus recubat in meridie, & in pleno versatur lumine. In capite autem eiusdem viæ, hoc est, orientalis, quæ patet ingredientibus, ostium est: quod nisi apertũ fuerit ab eo qui dicit: *Ego sum ostium*: & *qui habet clauem Dauid*, ad vestibulum sanctorum virtutibus separatum, & quod ab aquilone venientes suscipit, non possumus peruenire. Superfluum est iuxta Lxx. singula loci huius verba differere: cum & hæc quæ dicta sunt, obscuritate non careãt, & illa quæ reticemus, similia prope sint his quæ diximus.

a ¶ *Et dixit ad me: Gazophylacia*, &c.] Vir ille qui ductor prophetæ fuit, postquam eum duxit in atrium exterius, & monstrauit omnia, quæ præteritus sermo narrauit: gazophylacia quoque siue exedras, in quibus diutissime commoratus est, dixit ad eum: Hæc sunt gazophylacia vel exedræ thalamique ad aquilonem & ad austrum, quę sunt ante ædificium separatum: & appellantur sancta gazophylacia, in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. Ex quibus discimus, multas ciborum esse diuersitates, quibus vesci sacerdotibus licet vel non licet: & de his ipsis quos licet in cibos sumere, non in omnibus sumũtur locis, nec ab omnibus, nec omni tempore. Gazophylacia aquilonis & austri puto esse, quæ vel historiæ cõtineãt simplicitatẽ, vel spiritualis intelligentiæ sacramenta: vt per aquilonem veniamus ad meridem. Neque enim sic legenda

est litera, & historiæ fundamenta iacienda, vt non veniamus ad culmina: nec ita pulcherrimo ædificio tecta ponenda, vt nequaquam fundamenta sint solida. Sacerdotes autem, qui vescuntur in cellariis, in quibus multæ diuitiæ continentur, ipsi sunt, qui appropinquant ad dominum: De quibus scriptura testatur, quod Moyses

Exod.24.a

appropinquauerit ad dominũ: & cæteri accedere non potuerint. In ædificatione templi mystici, & in ecclesiæ sacramento multi sunt sacerdotes, & apostolici viri, qui accedunt ad dominum: & non in quolibet loco, sed in sancto sanctorum. Quodque iuxta Lxx. dicitur: Filij Sadoch, qui interpretatur, iustus: in Hebraico non habetur: Ibi, inquit, Sacerdotes ponẽt sanctasanctorum, & oblationem, hoc est, victimam holocausti, & pro peccato, & pro ignorantia: vt non solum iuge offerant sacrificium, sed pro diuersitate temporum, & qualitate peccati, atque ignorantiæ, sciant placare dominum: quia ipse locus sanctus est, & sacerdotalis in eo dignitas commoratur, quæ possit rogare pro cæteris. Quãdo autem procedendum est ad eos, qui non possunt templi adyta penetrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere: egrediantur, inquit, foras ad eos sacerdotes in atrium exterius: nequaquam cum his vestimẽtis, quibus intrinsecus induti erant, viscera videlicet misericordiæ, & dominum saluatorem: de quibus scriptum est: *Induimini dñm Iesum Christũ*: nec his vtantur sermonibus, de quibus loquitur Deus: *Mysterium meũ mihi, & meis*: ne incurrant in illud, quod saluatore prohibet, dicens: *Nolite dare sanctum canibus*: *nec proiiciatis margaritas ante porcos*: Sed ponent vestimenta sua intrinsecus: quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis: sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam non habent sanctitatem non debent proferri: accipientque alia vestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quo modo potest audire populus. Vnde & Apostolus Corinthiis loquebatur, in quibus audiebatur fornicatio, *& talis fornicatio, quæ nec inter gentes* quidem: *Lac vobis potum dedi, non escam*: id est, solidum cibum: *nec dum enim capere poteratis*. Ad quos rursum dicit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis*, Paruulis enim atque lactentibus non solum nõ prodest solidus cibus, sed interficit eos: qui perfectæ ætatis hominibus congruit. Illud autem quod à Lxx. additum est: Propterea non egredientur in atrium exterius sacerdotes, vt semper sancti sint qui offerunt, obelo prænotemus: quia in Hebraico non habetur.

1.Cor.5.a

Ibid.3.a

Gal.4.e

a ¶ *Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam, &c.*] Sciendum quod post ventum orientalem & aquilonem, in vento australi, & occidentali apud Lxx. ordo præposterus sit. Illi enim primum posuerunt, occidẽtalem, id est, mare, & postea australem: cum apud Hebræos primum ponatur ventus australis, & postea occidentalis. Quodque scriptura nunc dicit: *Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ respicit ad viam orientalem*: ostendit cuncta quæ supra dicta sunt, & forinsecus, & intrinsecus, & in interioribus templi, hoc est, sanctis sanctorũ, proprie ad templi ædificium pertinere, & templi interioris. Vnde nunc sequitur: *Eduxit me per viã portæ, quæ respiciebat ad viã orientalẽ: & mensus est eam vndique per circuitũ*, siue *similitudinem domus*. Per quod demonstratur, non ipsam domum, sed similitudinem domus esse quæ cernitur: quia *nunc per speculum videmus in ænigmate: cum autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur*. Vnde & Moyses in tabernaculo, & Salomon in ædificio, non veritatem tentorij & templi, sed similitudinem figuramque fecerunt: vt per hæc quæ minora sunt & terrena, ea quæ in cœlestibus & in spirituali ædificio sunt, intelligere possimus. Vir autem qui prophetam eduxerat, nequaquam in atrium exterius, sed per viam portæ, quæ respiciebat ad viam orientalem, primum mensus est cõtra ventum orientalem: id est ad orientalem plagam, quingentos calamos per gyrum: secundo ad aquilonem: tertio ad austrum: quarto ad mare, id est, ad occidentem: per quatuor videlicet ventos, murum in circuitu, tam in longitudine, quã in latitudine, hoc est, per quadrum: qui murus simul habebat duo millia calamos. Sin autem calamus sex cubitorum erat, & παλαιστὴς vnius, quæ παλαιστὴ, sexta pars cubiti est: perspicuum est murum exteriorem habuisse per circuitum calamos duo millia, qui faciunt cubitos duodecim millia, trecẽtos, trigintatres, & trientem de duobus millibus. Prudens lector & diligens legat librum Iesu Naue, & inueniet quo modo in suburbanis hæc mensura seruetur. Vnde & legio dæmonum, hunc numerum elegit in suffocatione porcorum: vt qui seruientibus Deo, præcepto domini separatus est, in contrariam partem referatur ad perditionem eorum, qui vitam cæno dignam, & sordibus confectantur. Omnis autem murus qui est exterior, & habet spatiosissimam longitudinem & latitudinem per quadrum, apostolorum continet numerum, id est, duodecim millium: vt singulis apostolis millenus numerus deputetur: & tamen ad mensuram plenitudinis Christi, & perfecti viri non veniat: nisi iungatur ei, & παλαιστὴ, qui trecenti, triginta, & tres cubiti sunt, & cubiti tertia pars: per quæ sanctæ & venerabilis trinitatis mysterium demonstratur, quæ cingit & vallat omnia, & habitatores templi sui præstat tutissimos. Vnde trecentorum cubitorum arca Noe habet longitudinem: & triginta cubitorum altitudinem: quæ consummatur in vno cubito. Quod autem ibi adduntur quinquaginta cubiti in latitudine, remissionis (vt sæpe diximus) significat sacramentum. Vnde & dominus triginta annorum venit ad baptismum: & hic ipse propheta in principio voluminis sui annum ponit tricesimum: qui trecentesimus, & tricesimus numerus, tribus additis, & tertia parte completur. Illud autem quod per simplicitatem interpretationis, (dum parum attendimus celeritate dictandi,) & Lxx. habet & nostra translatio. *Murum eius vndique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum*. Hebræus sermo non continet: sed simpliciter, longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum, vt subaudiatur, calamorum: sicuti quarto supra dictum est, ad orientalem ventum, & ad aquilonem, & ad austrum, & ad mare quingentis calamis, murum partium singularum, ab eo qui tenebat calamum, fuisse dimensum. Quingentesimus autem numerus, qui vicinus est quinquagenario, quod ad remissionem pertineat omnium peccatorum, non solum vetus scriptura, sed & saluatoris in euangelio verba demonstrant, dicentis: *Duo debitores erant fœneratori cuidam: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta*. Et murus diuidit inter sanctuarium, & vulgi locum. Ex quo intelligimus omnem supra templi descriptionem, sacerdotum, qui sunt filij Sadoch, fuisse ministeriis delegatam. Hunc autem murum, qui tanto spatio dilatetur, & vniuersa circumeat, separare sanctuarium, & vulgi locum.

Exod.25.a 3.Reg.6.

Ioſ.15.

Luc.8.c

Leui.21.b Luc.7.f

CAPVT

CAPVT XLIII.

Et eduxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam orientalẽ, &c.] Primum de translationis varietate dicendum est. Hoc quod ponunt Lxx. Et eduxit me: in Hebraico non habetur. Si enim adductus fuerat ad portam, quæ respiciebat orientem, quid necesse fuit vt educeretur: cum ideo inductus sit, vt videret quid in porta fieret orientali? Deinde vbi dicitur: Vox erat ei, haud dubiũ quin Dei, quasi vox aquarum multarum quod & Ioannes in sua confirmat Apocalypsi: Lxx. posuerũt. *Et vox castrorum, quasi vox geminantiũ multorum*. Tertio in Hebraico habetur. *Vidi visionẽ, secundum speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatẽ*. Venit autem ille, qui in principio huius prophetæ vestitus erat lineis, & atramentariũ habebat ad lumbos, cum aliis sex, vt disperderet ciuitatem, non vt vngeret, quod Lxx. transtulerunt. Qui quarto dixere: *Et visio currus quam videra*: quod in Hebraico non habetur. Dicam? strictim de singulis, quãtum explanationis patitur difficultas: ne dũ studemus breuitati, velamentum nõ solum Moysi, sed & prophetæ Ezechielis remaneat in nobis: qui cupimus reuelata facie veritatem domini cõtemplari. Gloria ergo Dei Israel ingreditur per viam orientalem: per quã & egressa fuerat, quando ciuitas domini furore percussa est. Ingreditur autem, imo regreditur ad eam, quia templum domini ædificatum in monte mõstrauerat. Et tamen multo plus est quod in consequentibus dicitur: *Leuauit me spiritus & introduxit me in atriũ exterius: & ecce repleta erat gloria domini domus*. Hic.n. gloria tantum Dei Israel ingreditur: ibi autem dicitur, quod plenitudo gloriæ domini fuerit in templo: de qua & Esaias scribit: *Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: & plena erat domus gloria eius*: quando reuelata facie gloriam domini contemplantes, reformamur in imaginem creatoris. Vox quoque erat Dei, quasi vox aquarũ multarũ, omnium scilicet in toto orbe populorum: vt Ioannes euangelista interpretatur: siue quasi vox castrorum, & sicut vox geminantium multorum, vt exercitus Dei sacramenta cognosceret. Quod intelligens Iacob, vocauit nomen illius loci, *castra*. De quibus & alibi scriptum est: *Currus Dei decem millium multiplex millia lætantium*. Vna autem vox dicitur castrorum & multitudinis, propter vnum in Dei laude consensum. Geminaturque vox canentium patri, & filio & Spiritui sãcto: *Sanctus, sanctus, sanctus dominꝰ Deus Sabaoth, plena est terra gloria eius*. Sequitur: *Et terra splẽdebat à maiestate eius*. Quod proprie in aduentu Christi factum est, quãdo in omnem terram exiit sonus apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum: quotidieque impletur in credentibus: & ad perfectum complebitur, quando corruptiuum hoc induerit incorruptionem: & mortale istud fuerit immortalitate vestitum. Quod autem infertur: *Et vidi visionẽ secundũ speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem*: pro quo Lxx. transtulerunt: *quando ingressus sum, vt vngerem ciuitatem*. Cùm iuxta Hebraicum perspicuum sit, iuxta Lxx. plurimam obscuritatem habet, quo modo Ezechiel ingressus sit, vt vngeret ciuitatem: ad cuius prophetiam; comminationemque ceciderit: nisi forte illud dicamus: quod correptio prophetæ sit vnctio ciuitatis: & vnctio olei exultationis sacerdotalis & regii: quod qui libẽter receperint, & audire voluerint, efficiuntur vncti domini:

Apoc.14.a

Sup.6.

Esa.6.a 2.Cor.3.1. Apoc.14.a

Gen.32.a Pſal.67.d

Eſai.6.b Pſal.18.a Rom.10.d

1.Cor.15.g

CAPVT XLIII.

Et adduxit me ad portam quæ respiciebat contra orientẽ, & eduxit me: & ecce gloria Dei Israel veniebat per viã orientis: & vox castrorũ, quasi vox geminantium multorum: & terra resplendebat quasi fulgor à gloria per circuitum. Et visio quã vidi, secundum visionem quam videram, quando ingrediebar, vt vngerem ciuitatem. Et visio currus, quam vidi secundum visionẽ quam videram super fluuium Chobar: cecidique in faciem meam. Et gloria domini ingressa est domum per viã portæ, quæ respiciebat orientem. Et assumpsit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce plena gloria domini domus. Et steti, & ecce vox de domo loquẽtis ad me & vir stabat iuxta me, & dixit ad me. Vidisti fili hominis locum solii mei: & locum vestigii pedum meorũ, in quibus habitabit nomen meum in medio domus Israel in sempiterno

de quibus scriptum est: *Nolite tãgere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari*. Ille autẽ potest iuxta Anagogẽ, vngere ciuitatem, de qua scriptũ est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*: qui vidit visionem currus & mysteriorũ Dei, quã intuitus est Ezechiel super fluuium Chobar, qui onus ponduſque significat. Quid.n. grauius fluminibus Babyloniis, super quæ Dauid sedit & fleuit, cũ recordaretur Sion? De quibus scriptũ est: *Præterit enim figura huius mũdi*. Nihilq; puto in sæculi huius confusione esse perpetuũ, sed omnia præterire & fluere. Quæ qui considerauerit, cadet super faciem suam, intelligẽs quam procul sit à maiestate Dei: & flectet genua ad patrẽ in nomine Iesu Christi. Cumque ait, ego corruissem, maiestas domini ingressa est templũ, per viã portæ, quæ respiciebat ad orientẽ: statimq; me eleuauit spiritus: ipse enim iacens pergere non valebam: & introduxit me in atrium interius, foris enim cecideram & ecce, qui prius cõspexerã gloriam Dei Israel venientem per viam orientalem, vidi repletã gloria domini domum eius: & vocem ad me de domo interiori loquentẽ audiui. Quæ quid sit locuta, scriptura nõ narrat: nisi forte illud Apostoli. *Et audiui verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui*. Vir autẽ, inquit, qui stabat iuxta prophetam, dixit ad eum: quẽ perspicue dominum intelligimus. Cui enim alii poterit conuenire quod sequitur. (Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum,) nisi illi, qui habitat in ecclesia in medio filiorum Israel cernentium Deũ: & habitat in perpetuum, non secundum tẽplum Salomonis ad tempus? Et locus eius est ille, de quo scriptũ est: *Et factus est in pace locus eius, quæ exuperat omnẽ sensũ: Et locus vestigiorum pedum illius* apostolis dicentibus: *Adoremus in loco vbi steterũt pedes eius*. Et pulchre dixit, steterũt: In ecclesia enim stant pedes domini: in synagoga ambulant & prætereunt. Vt autem sciamus hoc dici de ecclesia, iũgitur: *Et non polluent vltra domus Israel nomen sanctum meum*: quod proprie ad eos pertinet, qui sanctæ conuersationis in ecclesia commorantur. Qui sint autem, qui polluerint prius nomen sanctum Dei, ponit manifestius: *Ipsi & reges eorum*, tam populus, quã sacerdotes, in fornicationibus suis, quibus à Deo fornicati sunt: & in ruinis regum suorũ: qui frustra sibi per superbiam, regium nomen assumunt. Deniq; sequitur: Et in excelsis. Arrogans enim mens offendit Deum: humilis ad misericordiam prouocat. Qui post superbiam, imo per superbiam fabricati sunt limen suũ iuxta limen Dei, & postes suos iuxta postes illius. Audiant hæc iuxta literam mulierculæ oneratæ peccatis *quæ circum-*

Pſal.104.b

Pſal.86.a

Pſal.136.a

1.Cor.7.f

2.Cor.12.a

Pſal.75.a Philip.4.b Pſal.131.b

2.Tim.3.b

feruntur omni vento doctrinæ: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: mentem iunctam Deo, non vicinitatem ecclesiarum & habitationem proximam, Dei in se prouocare clementiam, quin potius indignationem domini cõmoueri, quando in consecratis Deo locis, indignus habitator est. Fabricati sũt, inquit, limen suũ iuxta limen meum: vt nihil interesset inter sacrũ & prophanũ, & postes suos iuxta postes meos: vt vnus laicorũ & sacerdotũ esset introitus. Vnde & Apostolus dicit. *Probet autem se homo*, & sic accedat ad corpus & sanguinẽ dñi. Et vt grauius faceret quod dicebat, sequentẽ iungit versiculum. *Et murus erat inter me & eos*: vt sacerdotalia sacrificia, & loca sacramentorũ corporis & sanguinis Christi, breuissim[a] murus diuideret. *Et polluerent*, inquit, *nomen sanctũ meũ, in abominationib. quas fecerũt.* Quid prodest habitationis vicinia, & medius inter cellulã nostrã & altare dñi paries: cũ in his quæ secreto facimus, & quæ turpe est etiã dicere, contaminetur, & polluatur nomen dñi? Ego hoc arbitror, quod nõ polluat nomen dñi, nisi ille qui visus est nomini eius credere, & ex illius cẽseri vocabulo. Et quomodo tollit mẽbra Christi & facit membra meretricis, qui prius Christo credidit: sic ille polluit nomen Dei, qui prius nominis eius fidem susceperit. Alioquin ethnicus & Iudæus, cũ sint polluti & contaminati, imo contaminatio ipsa atque pollutio, nomen Dei polluere & contaminare non possunt: quod illi polluunt, ad quos dicitur: *Nomen meũ per vos blasphematur in gentibus.* Propter has igitur causas consũpsi eos in ira mea: quia hæc fecere, q̃ dixim[9]. Et tñ clemens dñs rursũ pphetæ præcipit, vt iubeat eis, procul à se remouere fornicationes pristinas, & ruinas regũ suorũ, ac principũ de relinquere, & repellere non tã à se, quã à Deo: & boni operis statim præmia pollicetur dicẽs: Et habitabo in medio eorũ: de quo & in euangelio dicitur: *Medius inter vos stat, quem vos nescitis*: & habitabit non paruo tempore, vt in synagoga, sed in perpetuum: quod in Christi ecclesia comprobatur.

1.Cor.12.f

1.Cor.6.d

Rom.2.d

Ioan.1.d

a ¶ *Tu autem fili hominis ostende domui Israel templũ*: &c.] Non parui operis est, quod oculis carnis vel mente conspexeris, audientibus demonstrare: vt & ipsi tecũ vidisse videãtur. Quamobrẽ scribit & Iosephus, eos qui ad describendã terrã missi sunt ad Iesu filio Naue, fuisse γεωμέτρας, & artẽ, quæ nũc philosophorum propria est, habuisse geometriæ. Domui igitur Israel, eorũ qui animo conspiciunt Deum, ostenditur domus, hoc est templum quod Ezechiel situm in monte conspexit, & non solũ in monte, sed sicut nũc dicitur, in summitate montis: quã nequaquam illam putemus, quæ à Salomone constructa narratur in Regũ & in Paralipomenõ libris. Illa. n. alterius ordinis atq; mensuræ est, & in singulis magnam habens diuersitatem: tantumque inferior templo, quod nunc ostenditur Ezechieli, vt nõ solum cultores eius & æditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit Deum licet postea egerit pœnitentiã, scribens Prouerbia, in quibus ait: *Nouissime ego egi pœnitẽtiam: & respexi vt eligerem disciplinã.* Ista autẽ q̃ Ezechieli & per Ezechielẽ domui Israel ostenditur, talis est, vt qui eam mẽte cõspexerit, cesset ab iniquitatibus suis, non quibusdã, sed omnib[9]: siue, vt in Hebraico cõtinetur: cõfundatur & sustineat tormentũ suũ pro omnibus quæ fecerit. Sustinet autem tormentũ iniquitatũ suarum, qui cessat præterita facere peccata: multumq; prodest ei, qui ante peccauerit, videre domũ Dei, & omnis fabricę eius nosse rationẽ: vt & peccare desistat, & habẽs illius desideriũ, dicat ad dñm: *Domine, dilexi decorẽ domus tuæ: & locũ habitationis gloriæ tuæ.* Et iterũ: *Vnũ petiui à domino, hoc requirã: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ*: cũ cœpero viuere, esse cũ Christo, qui est vita credentiũ. Sequitur: Exitus eius & introit[9], subauditur, domus. Exitus autem, qui egrediũtur ad eos qui foris sunt, & introitus eorũ, qũi per magistrorũ disciplinã ad interiora penetrant. Et omnẽ, inquit, descriptionem eius, siue substantiam eius, vt Lxx. trãstulerunt, quæ non tã ad naturã domus, quam ad supellectilẽ pertinet atq; diuitias, & vniuersa præcepta, cũctũq; ordinem, & omnes leges tẽpli ostẽdes eis, qui portauerunt tormentum iniquitatum suarum, & cessauerunt, siue cõfusi sunt super his quæ ante gesserãt. Id circo autẽ ostẽde eis, vt custodiãt omnia, quæ præcepta sunt Nihil enim prodest scire descriptionẽ domus, & omnes distributiones eius: (de quibus scriptũ est: *Multæ mansiones apud patrẽ meũ.* Et iterum: *Statuit terminos gentium secundum numerum filiorũ Israel*, siue *angelorum Dei*) nisi feceris quæ præcepta sunt. Domus autẽ, & lex omnium præceptorũ Dei, & vrbs quæ in summitate mõtis est constituta: illa credendæ est, de qua scriptũ est: *Non potest ciuitas absconditi super montẽ posita.* Et, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*: Quæ perspicue refertur ad ecclesiã, & sita est in eo monte, qui in vertice omnium montium est, & à quo vulneratus est princeps Tyri. Omnesq; fines & termini dom[9] huius, sanctasanctorum sunt. In illa domo, hoc est, in tabernaculo, quod fabricatus est Moyses, & in templo, quod à Salomone constructũ est, interiora tantum, vbi erant Cherubim, & propitiatorium, & arca testamenti, & mensa thymiamatis, appellabãtur sanctasanctorum: In hac autem domo, quæ monstratur Ezechieli, & quæ in summitate montis est constituta, omnes termini eius reputãtur in sanctasanctorum. Quodque inferur: *Hæc est lex domus*: vel ad præterita pertinet, de quibus iam dictum est: vel ad ea quæ dicenda sunt postea.

Lib. 5. antiqui. c. 1.

3.Reg 6
2.Par.3.

Prou.24. s. 11.70.

Psal.25.b

Ibid. 3.b

Ioan.14.b

Deu.32.d

Sec. Hebr. 70.

Matt.5.b
Psal.45.a
Esaiæ.2.a
Ezech.28.b
Sec. 70.

Exod. 26.
3. Reg. 6.

b ¶ *Istæ autem mensuræ altaris*, &c.] Scriptum est: *Abyssus & sapientiam quis inuestigabit?* Et: *O profundum sapientiæ & scientiæ Dei*: cuius alta profunditas, & quis inueniet eam? Multum est si voluerimus templum Salomonis huic templo, & omnes partes eius, & tabernacula comparare. Quod quia difficillimum est, interim in præsentiarum, altare quod Ezechieli ostensũ est, altari quod in Exodo legimus, ex parte modica conferamus. Ibi altare quinque cubitorum in longitudine, & quinque cubitorum in latitudine, id est, quadrãgulum, & trium cubitorũ in altitudine describitur: hic vero recedens à sensibus quinque, tendit ad vnionẽ: in qua cubitus perfectus siue veriss[i]mus ponitur: cui iungitur palmus, id est, παλαιστὴ, lexta, vt supra diximus, habẽs partẽ cubiti. In sinu autẽ eius, hoc est altaris, erat cubit[9]: qui scilicet ea, quæ igne consumebantur, suscipiebat: & in latitudine eius alius cubitus: vt & interiora, hoc est secreta, & spatia altaris, quæ in latitudine demõstrantur, vno cubito finirentur. Quod autẽ sequitur: Et definitio eius vsq; ad labiũ eius: pro quo Aquila, Symmachus, & Theodotio posuerunt terminũ: Lxx. rursum γύαιον interpretati sunt. Cuius verbi, vt ante iam dixi, nõ possum scire rationem, nec cuius linguæ sit dicere confidenter: nisi hoc admonere lectorẽ, quod vbi nunc definitionem interpretatus sum, infra coronã transtulerim. Illudque breuiter demonstratur, quod in circuitu ipsius altaris, id est, in margine, & circulo repandũ fuerit labiũ, & quasi corona in modum lilii: habẽs in aspectu plurimam venustatem. Quæ definitio siue gisus per circuitũ palmi vnius, siue παλαιστὴς latitudine tendebatur. Fouea autẽ altaris, siue profundũ, & altitudo, pro qua in Hebraico ponitur גבא, de sinu terræ vsq; ad crepidinẽ nouissimã, vel vsq; ad propitiatoriũ maximũ, duobus cubitis erat, & latitudo eius cubiti vnius. Inferiora enim, & profunda & terræ coherentia, duali numero, qui & in immundis animalibus positus est, continentur: superiora autẽ, & ad crepidinẽ siue ἱλαστήριον peruenientia, quod Theodotio ipso Hebraico nomine appellauit עזרה, vnius cubiti habent latitudinem: vt dualis numerus tranſeat ad solitarium, & bonũ nuptiarũ, quod inferius est, ad vnionis peruenias beatitudinẽ. Quodq; sequitur: Et à crepidine minori vsque ad crepidinẽ maiorẽ quatuor cubitorũ, & latitudo vnius cubiti (pro quo in Lxx. positũ est: Et à propitiatorio minori vsq; ad ἱλαστήριον maius, & Theodotio in vtroque azara transtulit) illud est intelligendũ, quod propitiatoriũ minus, lapis sit excisus de monte sine manibus, & propitiatorium maius, ipse lapis qui creuit in montem magnum, & impleuit vniuersum orbem. Siue iuxta alterum sensum, propitiatorium minus est, qñ exinaniuit se formam serui accipiens: & propitiatorium maius, qñ recepit gloriã, quã habuit apud patrem antequam mundus fieret. Prius enim Christi humilitas cognoscimus, & sic ad diuinitatis eius altitudinem peruenimus, & tamen vtriusq; naturæ propitiatoriũ, hoc est minoris atq; maioris, ad vnius altaris pertinet sacramentum. Inter duo autẽ propitiatoria minus atque maius, quatuor erant cubita, quatuor mundi elementa signantia: quæ & ipsa perueniunt ad vnius cubiti altitudinem. Et hoc animaduertendum, quod in mensura altaris primus cubitus in latitudine nulli copulatur, sed sua vnione perfectus est: secundus autem latitudinis cubitus, post duos cubitos crescit ad summum, & tertius cubitus post propitiatorium minus & maius per quatuor elementa ad vnius cubiti mysterium tendit: vt vnus & alter & tertius cubitus in altare domini, nequaquã primus secũdus, & tertius: sed vnus, & vnus, & vnus esse dicatur: *Ipse autẽ Ariel quatuor cubitorum erat, & ab Ariel vsque sursũ cornua quatuor*: siue vt in Lxx. dicitur: *ab Ariel vsque ad superiora cornuum cubitus vnus.* Ariel, vt plerique æstimãt, interpretatur lux mea Deus. De quo & in Esaia propheta, vbi scriptũ est: *Væ tibi ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid*, siue *circũdedit*, plenius diximus. Vt autem ego arbitror, leo vel fortis Dei quod nomẽ refertur propriead altare in quo vel illuminatio Dei est, vel leo, & fortitudo ei[9], dicente Iacob ad Iudã: *Catulus leonis Iuda: ad prædã fili mi ascẽdisti: requiescens ac cubuisti vt leo, & quasi leæna: quis suscitabit eum?* Cubitorum autẽ quatuor est, & cornua habet quatuor: siue superiora quatuor cornuum vno cubito finiuntur: vt euangeliorũ mẽsura, & in totũ orbẽ fortitudo discurrẽs, sub illuminatione Dei, & Ieonis fortitudine demonstretur, ad vnumq; cubitũ peruenianr diuinæ confessionis. Et vt paulatim obscuritas præsẽtis loci manifestior fiat. Sequitur: *Et Ariel duodecim cubitorũ in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis quadrangulum æquis lateribus.* Quod nemo dubitat ad duodecim tribus pertinere, quæ in Ioannis Apocalypsi scriptæ sunt, & ad apostolorũ numerũ: de cuius sacramento supra dixisse me memini. Per quatuor autẽ latera mũdi, duodeni cubiti simul efficiunt quadraginta octo cubitos sacerdotalium ciuitatum: vt istis quasi fundamentis in toto orbe diuisis, ecclesiæ fortitudo solidetur. Porro crepido (pro qua Lxx. ἱλαστηριῶ: Theodotio vt supra Azara, Symmachus περιθρόμω, hoc est, circuitũ interpretati sunt) quatuordecim cubitorum erat longitudinis, per quatuordecim latitudinis, in quatuor angulis eius, & cororia in circuitu eius dimidij cubiti: pro qua rursum Lxx. γύαιον interpretati sunt, & sinus siue iuxta Symmachum, consummatio eius atq; perfectio, cubiti vnius per circuitum: illud latenter ostendit, quod dominus noster, qui vere propitiatoriũ dicitur, non solum pro peccatis nostris, sed pro omni mũdo per quatuordecim generationes venerit ab Abraham vsque ad Dauid: & rursum per alios quatuordecim vsque ad captiuitatẽ Iechoniæ, & eiusdem numeri sacramento ad terrena descenderit: vt in tertia ποσαφρακαιδεκάδι, & diuini numeri sacramento saluaret quatuor angulos mũdi, de quibus scriptũ est: *Multi ab oriente, & occidente, & ab aquilone, & meridie venient: & accubabunt cum Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Quodq; sequitur, & corona, siue gisus, per circuitum eius, subauditur, propitiatorij, habebat dimidium cubitum, & sinus ipsius propitiatorij, siue consummatio atque perfectio, quam Symmachus interpretatus est περισφρομὴν, habebat vnum cubitum: illud significat, quod & peccatores & iusti, domini propitiatione saluentur: dicẽte apostolo

Ecclꝛ.1.a
Rom.11.d

Exod.28.a

Prou.24.

Psal.98.b

Esa.26.b

Num.33.b

Apoc.7.b

Matt.2.

Mat.8.b

A Paulo: *Reconciliati sumus Deo in sanguine filij eius.* Et de peccatorib. dicitur, quod dimidij cubiti mensuram habeant per circuitum: qui tamen saluantur misericordia creatoris: iuxta illud quod in psalmo scriptum est: *Pro nihili saluos facies eos.* De iustis, quod in vno saluentur, numero solitario atq; perfecto, & imitentur vnam diuinitatem, dicente eodem Apostolo: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quod autem in fine huius testimonij ponitur: & gradus eius versi ad oriētem: gradus huius propitiatorij, vel vigintiquatuor libri veteris instrumēti debent accipi: qui habebant citharas in Apocalypsi Ioannis, & coronas in capitibus suis: vel sacramentū patris & filij & Spiritus sancti, in quo vera nobis datur propitiatio. Et vt dicam⁹ aperti⁹: propterea graduū numerus incertus relinquitur: vt quantocūque studio ad altiora scādere potuerimus in inferiorib. nos putemus collocatos, & cogitemus illud psalmistæ: *Ibunt de virtute in virtutem.*

a ¶ *Et dixit ad me: fili hominis, hæc dicit domin⁹ Deus*, &c.] Postquā prophetæ mōstrauit altare, & cubitum eius, cubitosque duos, & rursum cubitū & quatuor cubitos, & tertio cubitum: duodecim quoq; cubitos per alios duodecim, & quatuor altaris cornua: Ariel quoque duodecim cubitorū, per duodecim cubitos, & crepidinē, hoc est, propitiatoriū quatuordecim cubitorum per quatuordecim cubitos: coronam quoq; illius, & sinum dimidio cubito & vno cubito per circuitū: graduſq; ad orientem, quorum incertus est numerus: Locutus est vir, cuius calamus & funiculus erat in manu, & docet eum quo modo altaris opere perfecto altare debeat expiari, & cōsecrari. Primumq; offertur victima, & datur sacerdotibus de genere Leui, qui sunt de semine Sadoch: quem cur Lxx. Sadduc nominent, scire non valeo. Sadoch autem interpretatur iustus: offerturq; iuxta Lxx. & Theodotionem vitulus: iuxta Symmachum taurus, qui Hebraice dicitur פר. Vitulum autem qui pro nobis immolatus est, & multa scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epistola, q̄ habetur inter scripturas apocryphas, nominat. Et hircus caprarum secundo offertur diei Vnde & pascha facturi assumunt de grege agnum & hœdū, & qui primum pascha facere nō potuerūt, in secundo mēse faciunt: quorum alterū ad iustos pertinet, alterum ad pœnitentes. Sin autē Lxx. nobis interpretatio placet, qui dixerunt: die autem secundo tollent hœdos duos immaculatos pro peccato: audax quidē est quoſt dicturi sumus, sed tamen aliorū simpliciter ponenda sententia est: qui aiūt duos hœdos immaculatos poſt passionē domini oblatos esse ad altare domini, Iacobum & Stephanum: quorum alter de apostolorū numero: alter de septem electis in ministerium domini princeps fuit. Iste est Iacobus qui transformatū saluatorem vidit in mōte: qui resurgentem filiam archisynagogi cum domino Petroq; & Ioanne intuitus est: qui in Catalogo apostolorū, in quo bina iunguntur nomina, prior fatre ponitur. Hunc interfecit Herodes, & quasi hœdum immaculatū poſt passionem saluatoris in die immolauit secunda. Stephanum quoque, cuius sapientiæ & doctrinæ nullus poterat resistere, & qui statem vidit filium ad dexteram patris, & dixit: *Domine Iesu suscipe spiritum meum*, lapidib. obruere Iudæi. Et quomodo quosdam credētium, primitias Achaiæ & Asiæ apostolus nominat, sic & isti primitiæ fuere martyrum, quos Christi postea confessio coronauit. Et hoc notādū, quod vitulus totus offertur holocaustū, & crassitudo corporis eius diuino igne consumitur. *Et si enim nouaremus Christum secundum carnem: sed iam nūc non nouimus eum secūdum carnem.* Iacobus autem & Stephanus, qui secunda die oblati sūt: siue hircus, qui iuxta Hebraicum narratur oblatus: offertur quidē in victima, sed holocaustum præsētiæ domini reseruatur. Quod autē tollitur sanguis, de quo loquitur Petrus *redēpti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis pretioso sanguine Christi*: & Paulus Apostolus docet: *Pretio redempti estis*: & in alio loco: *Pacē faciens per sanguinē crucis suæ, siue in terra, siue super cœlos*: illud significat, quod sanguine Saluatoris, quatuor cornua purificentur altaris, id est, quatuor mundi plagæ, aspergiturque corona propitiatorii siue bases per circuitū, vt vniuersa purgētur, & firma sit propitiatio. Propterea autē in secunda die, vel duo hœdi, de quibus supra diximus, vel hircus assumitur: quia animal est semper ad excelsa festinans, & nihil periculi sustinens in præcipitiis, & ibi inuenit viam, vbi cæteris animantib. interitus est. Vnde & Græco sermone caprarum & hircorū grex, sublimiū cōuersatio dicitur: hoc est, ἀπὸ τοῦ ὑψίου, quasi ἀπὸ τοῦ ὑψίου, siquidē ἀείρω excelsum, ὕψιον cōuersationem significat. Porro altare Christi expiatur sanguine, vt orationes sanctorum mundæ permeent ad Deum. Hoc quoque notādū, quod iuxta Hebraicum ipse Ezechiel, quasi sacerdos vitulū iubetur assumere, & holocaustū facere, & sanguinē eius in circuitu aspergere, tā altaris, quā angulorū, & coronæ siue basis. Lxx. autē interpretes alios sacerdotes hoc facere demōstrāt: de quib. dictū est: Dabis sacerdotib. Leuitis, qui sūt ex semine Sadoch, quia accedūt ad me.

b ¶ *Cumque compleueris expians illud, offeres vitulū de armento immaculatū*, &c.] Postquam altare & mensuræ eius in montis vertice demonstratæ sunt: rursumq; expiatio, & consecratio illius prophetæ ostensa est, per vnum vitulum immaculatum, & hircum, siue duos hœdos: quorum primum ad dominū Saluatorem, duo sequentia ad apostolos ministrosque retulimus: ne in consecratione spiritalis altaris, & proprie ad ecclesiā pertinentis, lex & prophetæ viderentur excluſi: propterea cōsecrato altari, vitulus immaculatus assumitur & aries, & offertur in conspectu domini: & filij Sadoch, hoc est, iustorum sacerdotes aspergunt super capita eorum sal, vt & lex & prophetæ sapore euāgelij cōdiantur. Nec vllum est sacrificium iuxta legis imperium, & interpretationem Apostoli, qui ait: *Sermo vester sit sale cōditus*, quod sale careat. Vtrumq; autem offertur holocaustū domino, vt corpus pinguis literæ (ᵱ significatur in lege: & prophetiæ nubilum, igne dñi, hoc est, Spiritu sancto, de quo dicit Paulus:

HEB. versi ad orientē. a Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominꝰ Deus: Hi sunt ritus altaris, in quacumque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holocaustū, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt de semina Sadoch, qui accedunt ad me, ait dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu, & mundabis illud, & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato, & combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. b Cumque compleueris expians illud, offeres vitulum de armēto immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Et

SEPT. *circuitū gyrans illud dimidio cubito, & circuit⁹ eius cubito per gyrū, & gradus eius respiciētes ad oriētem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus Deus: Hæc sūt præcepta altaris, in die qua factū fuerit, vt offerantur super eo holocaustomata, & effundatur super illud sanguis: Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt ex semine Sadduc, & appropinquant ad me, dicit dominus Deus, vt ministrent mihi vitulū de bobus pro peccato: Et tollent de sanguine eius, & ponent super quatuor cornua altaris, & super basim eius in circuitu, & mundabunt, & expiabunt illud. Et tollent vitulū pro peccato, & comburetur in loco separato domus extra sancta. Et die secunda tollent hœdos duos de capris immaculatos pro peccato, & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. Et cum compleueris expiationem, offerent vitulum de bobus immaculatum,*

σαδδούκ. צדוק

c par

E xod. 12.a

Act. 12.a Ibid. 7.g Matt. 17.a

Luc. 8 & Matt. 10.a

Leuit 2.f Col. 4.a

B

C

Act. 7. 1. Cor 16.c

2. Cor. 5.a

שעיר

1. Pet. 1.c

1. Cor. 7.d Col. 1.c

D

E Rom. 11.e

Num. 11.a

3. Reg. 19.b

Mat. 17.a

Heb. 4.e

Col. 2.c. 3.a

F

Iust: Spiritu feruentes) in spiritualem & tenuem substantiam conuertantur. Volumus scire apertius, qui sit vitulus de armento immaculatus, & aries de ouibus purissimo vellere: Intelligamus Moysem & Heliam: quorū prior mansuetissimus fuit inter omnes homines, qui versabantur in terra: alter ardore fidei similis Moysi.

HEB. Vide & audebat dicere: *Ego relictus sum solus.* Quod autem in Hebraico scriptū est: Offeres vitulum, in Lxx. offerēt sacerdotes, nulla sit quæstio. Et ipse enim Ezechiel cui hæc dicuntur de numero sacerdotum est, plenæ ætatis atq; perfectæ, & sacerdotalem gradum prophetiæ auxit gratia. Et Moyses & Helias videntur in mōte cū dño, id est, lex & prophetæ, qui ei nūtiabant quæ Hierosolymis passurus esset. Expiato au tē altari, septem diebus offertur hircus siue hœdus pro peccato quotidie, & vitulus de armento, & aries de pecoribus immaculatus: vt per hæc sacrificia septē dierum ad perfectū expietur altare. In septē diebus sabbathismus ostenditur: qui iuxta Apostolum, populo Dei reseruatur: in quibus æternam veramque speramus requiē, & nequaquā seruile opus faciemus peccatorum. In hirco autē & vitulo & arīete, tria generalia delicta monstrantur, quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietē, quæ prima est omnium peccatorum, & ex qua alia duo peccata nascuntur. Hœdus autem siue hircus, ad eloquium siue sermonem, qui semper de excelsioribus disputat. Opera vero proprie vitulo deputantur: quoniā vomeri & labori & terrenis operibus mancipatus est: Hæc igitur immaculata per septē dies veri sabbathi atque perfecti Deo offerre debemus, & expiare altare, vt oratio nostra munda perueniat ad Deum. Quod autē infertur: *Et mundabunt illud, & implebunt manū eius*: quod & Hebraicū & cæteri interpretes transtulerunt: illud significat, quod ipsius quoq; altaris, pro cuius expiatione offertur sacrificiū, dona cōplenda sint, sicut offertur pro sacerdotib. & populo atq; pontifice: ne quid vacuum stetisse videatur in cōspectu domini. Pro quo posuere Lxx. *Et mundabunt illud, & implebunt manus suas*, vt subaudiatur sacerdotes: qui cum pleni fuerint bonis operibus, hoc enim plenæ significant manus, transacto sabbato, veniant ad diem resurrectionis octauā, & dicant cū Apostolo: Resurreximus cum Christo: & vltra octauum tendāt ad cœlestia, & offerāt pro nobis holocausta: siue quæ pro pace peccatorū nostrorū & salute sunt nostra: vt per ignē Spiritus sāncti, omnia quæ cogitamus, loquimur, & facimus in spiritualem substantiam conuertantur, & huiscemodi dñs delectatus sacrificiis nobis placabilis fiat.

CAPVT XLIV.

ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat, &c. eritque clausa principi.] Pro eo quod in Hebraico scriptum est: erit clausa principi: Lxx. transtulerunt, *erit clausa, quia dux ipse sedebit in ea.* Multæ sunt portæ, quas in descriptione templi Ezechielis scriptura commemorat, tam intus quam foris. Altaris quoque figuram, & consecrationē, & sacrificia sermo præteritus percucurrit. Quo finito, venit ad portam sanctuarij exteriorem, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa: statimque vir ille qui erat ductor prophetæ, & ei omnia demonstrabat, locutus est ad eum: Porta hæc quam respicis clausa, semper clausa erit, & non aperietur: nullusque virorum transibit per eam: Et reddit causam cur clausa sit semper: *quoniā dominus Deus Israel ingressus est*, vel *ingredietur per eā: erit q; clausa* iuxta Hebraicum *principi*, quem ducem Lxx. transtulerunt. *Qui princeps & dux*, id est, a נשׂיא *sedebit in eo, vt comedat panem corā domino: & per viā vestibuli portæ ingredietur, & per ipsam egredietur.* Quæna ista porta est, quæ semper clausa est, & solus dominus Deus Israel ingrediet⁹ per eam? Nempe illa, de qua saluator loquitur in euangelio: *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ*: & væ væ vobis doctorib. legis, qui tollitis clauem scientiæ: ipsi non ingredimini, & intrātes prohibetis. De hac sub nomine libri scribit & Esaias: *Erunt verba libri istius sicut verba libri signati: quem cū dederis homini nescienti literas, & dixeris ei, lege: respondebit tibi, nescio literas. Et dabunt illum homini scienti literas, dicentes, lege: & dicet non possum legere, quia signatus est.* Iste autem liber est, cuius nemo potest soluere, & aperire signacula: neque in cœlo, neq; in terra, neq; sub terra, nisi ille de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur: *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix & genus Dauid: vt aperiat librum, & soluat signacula eius.* Prius enim quam saluator humanū corpus assumeret, & humiliaret se formā serui accipiēs, clausa erat lex, & prophetæ, & omnis scientia scripturarum: clausus erat paradisus. Postquā autem ille pependit in cruce, & locutus est ad latronem: *Hodie mecum eris in paradiso*: statim velum templi scissum est, & aperta sunt omnia: ablatoque velamine, dicimus: *nos autem omnes reuelata facie gloriā domini contemplantes, in eandē imaginem transformamur à gloria in gloriam.* Sin autem reuelata sunt omnia (in Christo enim iuxta sermonem Pauli omnia reuelantur) quomodo porta clausa erit, & non aperietur, & vir non trāsibit per eam? Ex quibus discimus, quamuis ad summam scientiam venerimus, comparatione diuinæ scientiæ, nunc ex parte nos scire, & ex parte cognoscere: quando autem venerit, quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur. Vnde & in alio loco ipse apostolus imperfectū se esse loquitur, rursumque perfectum. Quod si interpretatione caret, videtur esse contrarium. Dicit enim: *Non quia iam accepi, aut quia iā perfectus sum: sequor autem, si cōprehēdam, in quo & cōprehensus sū à Christo Iesu. Fratres ego me nō arbitror cōprehendisse: Vnum vero, posteriora obliviscens, & ad priora me extendens, statutū persequor ad brauiū supernæ vocationis Dei.* Cumq; putaremus eum secundum professionem suam nō esse iam perfectum, & magis quærere quam inuenisse quod verum est: nō solum se, sed & alios dicit esse perfectos: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Est autē sensus huius loci. Ad comparationē hominū cæterorum, qui curā non habent notitiæ scripturarū, nec mysteriorum Dei, perfectum esse me fateor: quantū autem ad scientiam diuinæ maiestatis, nunc in ænigmate video, & per nubilum & caliginem, & dico cum propheta: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.* Hæc igitur porta, quæ omnibus clausa est (vir enim non transibit per eam) erit clausa principi siue duci, & illius aduentu reserabitur, qui sedebit in ea, vt comedat panem coram domino: de quo ipse in euangelio profitetur, dicens:

a nasi

Matt. 23.b Luc. 11.g

Esa. 29.d

Apoc. 5.a

Philip. 2.d

H

Luc. 23.f Matt. 27.f 2. Cor. 3.d

2 Cor. 13.c

Phil. 3.e

Psal. 138.d

Meus cibus est vt faciã voluntatem eius qui me misit, & compleam opus eius. Ipse est princeps & pontifex secũdum ordinem Melchisedec, & hostia & sacerdos: qui in conspectu patris nobiscum cœlestem comedit panẽ, & vinũ bibit, de quo loquitur in euangelio. *Non bibam de genimine vitis huius, nisi cum bibero illud nouum in regno patris meis*: in illo videlicet regno, de quo & ipse alibi ait: *Regnum Dei intra vos est.* Clausaque erit porta. Nemo enim potest passionis domini, corporisque eius & sanguinis, pro maiestate rei, sacramenta cognoscere. Tantæque bonitatis est, & clementiæ princeps noster, vt cũ solus sedeat in porta, quæ clausa est, & panem coram domino comedat, velit mensæ suę atque conuiuij plures habere consortes, & dicat: *Ecce ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, ingrediar ad eum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Solus autem panem comedit coram domino: quia substãtia eius diuinaque natura, à cunctis creaturarum substantiis separata est. Ipse per eandem vestibuli portam ingreditur & egreditur: quia est intus & foris, hoc est infusus & circumfusus omnibus: ingredienſque per portam, vt secum introducat eos, qui absque doctrina & eius auxilio intrare non possunt, & egrediens, vt rursum alios introducat, & loquatur eis, qui difficiliora non capiunt. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit, & humano nequaquam pateat aspectui, Ioannis euangelium probat, dicentis: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.* Quasi aliis verbis dixerit: Erit q; clausa principi. Princeps sol' sedebit in ea, vt comedat panẽ perfectæ & consummatæ scientiæ. *Nemo enim nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Pulchre quidam portam clausam, per quã solus dominus Deus Israel ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam virginem intelligunt: quæ & ante partũ & post partum virgo permansit. Etenim tempore quo angelus loquebatur: *Spiritus sanctus veniet superte, & virtus altissimi obumbrabit te: quod autem nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*: & quando natus est virgo permansit æterna: ad confundendos eos, qui arbitrantur eam post natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrum eius, qui vocantur in euangelio. Super qua quæstiuncula, Romæ aduersum Heluidium illius temporis hæreticum, in adolescentia non grandem librum scripsisse me noui.

a ¶ *Et adduxit me per viam portæ aquilonis in cõspectu domus, & vidi & ecce impleuerat gloria domini*, &c.] Vir qui ductor prophetæ est, & quo cuncta in templo monstrante cognoscit, postquam clausam ei ostenderat portam numquam reserandam, & tamen apertã ei qui clausis ingressus est ostiis, ducit prophetã ad viam portæ aquilonis, quæ tamen & ipsa esset in conspectu domus, haud dubium quin templum significet. Cumq; propheta è regione vidisset plenam domum domini gloria domini, eandem videlicet quam in aquilonis plaga positus contra cernebat, statim cecidit in faciem suam, maiestatem gloriæ domini ferre non sustinens. Vnde quia fuerat humilitate deiectus, dicit ad eum, nequaquam vir, sed dominus: *Fili hominis pone cor tuum*, & reliqua. In consummatione tabernaculi, & ædificij templi quo dà Salomone constructum est, apparuit gloria domini: quæ postea euangelicæ gloriæ comparatione destructa est: dicente Apostolo: *Etenim nonest glorificatum, quod glorificatum est in hac parte, propter excellentem gloriam.* Si enim quod manet, in gloria est. Cauendumq; ne destructionem prioris gloriæ abolitionẽ putemus: sed sic sentiendum, quod postquam venerit quod perfectum est, id quod ex parte fuerat destruetur: velut si solus radiis lampadem compares, aut lampadis lumen lucernæ. Quamobrem & de Ioanne Baptista dicitur: *Ille erat lucerna lucens in domo.* Postquam autem venit sol iustitiæ, lucernæ lumen absconditum est: dicente ipso prophetæ atque Baptistæ: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Cecidit autem in faciem suam propheta: ne dum plus cernere cupit quam potest humana fragilitas intueri, etiã ipsum oculorum lumen amitteret. Vnde familiarius eũ vocat dominus, filium hominis, præcipitque vt ponat cor suũ, & videat oculis, & auribus audiat. Primum enim ad intelligendum quod dicitur, aperiendus est animus: Secundo cordis intelligendum oculis: de quibus dicitur ad Abraham: *Leua oculos tuos, & vide stellas cœli*: Tertio his attribus audiendũ, de quibus saluator ait: *Qui habet aures audiendi, audiat*: vt possit cunctas templi ceremonias, & legitima eius intelligere, & ad extremum ponere cor suũ in viis templi: quia diuersi ad eum introitus sunt: Siue per vias templi, ceremoniarum ordinem significat, & exitus sanctuarij: Proœmium igitur est, & præparatio propheræ, ad intelligenda quæ postea super templi ordine cogniturus est. Et hoc notandum, quod in mundi huius plaga, qui in maligno positus est, & in aquilonis frigore constitutus, cœlestis nobis ceremoniarum ordo monstratur.

b ¶ *Et dices ad exasperantes me domum*: &c.] Quando dicit, sufficiant vobis omnia scelera siue iniquitates vestræ: ad priorum peccatorum hortatur pœnitentiam: ne augeamus peccata peccatis, & materiam futuro paremus incendio: sed audiamus illud quod Esaias loquitur: *Væ his qui attrahunt peccata sicut funiculo lõgo, & sicut iugo corrigiæ vituli, iniquitates.* Primũq; peccatum est, quod inducunt filios alienos siue alienigenas, incircũcisos corde, & incircumcisos carne: vt sint in sanctuario Dei, & polluant domum Dei. *Modicum enim fermentum totam massam corrumpit*, & in quibusdã exemplaribus fertur prouerbiorũ: *Ne introducas impium in tabernacula iustorum.* Vrgẽt nos in hoc loco Iudæi & Hebionitæ, qui circumcisionẽ carnis accipiunt, quo modo possimus præsentẽ locũ exponere, incircumcisos corde, & incircũcisos carne: quo videlicet post spiritualem intelligentiam, etiam carnis circumcisionẽ suscipere debeamus. Sed qui legimus Paulum dicentẽ: *Contestor autẽ omnem hominem, qui circumciditur: quoniã si circũcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Et illud Hieremiæ: *Ecce incircũcisæ aures vestræ, & nõ possunt audire.* Et in exodo locutus est Moyses in conspectu domini dicens: *Ecce filij Israel non audierũt me, & quo modo audiet me Pharao? ego autẽ sum tardi sermonis*: pro quo Lxx. dixere, ἐγὼ δὲ ἀλογός εἰμι, quod melius habetur in Hebræo: *Ego autem incircumcisus sum labiis*: Interrogemus eos, imo cogamus circumcidere aures, & labia desecare, vt scripturam implere videantur: Sin autẽ cœperint circumcisionem auriũ interpretari, quando nihil turpe & inhonestum audire nos patimur, & circumcisionẽ labiorum, quando nihil indecens loquimur: dicamus eis, eandem expositionem etiam in corde, & in carne seruare debetis. Cor circumcidimus cultello Dei, & aufertur de corde nostro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de corde nostro, nec de nobis dicitur. *Impinguatũ est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt.* Ergo & caro similiter circumciditur: vt nequaquam faciamus terrena opera, quæ pro necessitate corporis facere compellimur: cibum capere, & potum, & somnum, & vti vestibus: quę tunc circumcidimus, si non ad delitias, & ad luxuriam, & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ, & corporis istius sustentaculum cuncta faciamus.

Qui

Qui bibit vinũ modicum propter stomachum, & frequentes infirmitates, & odit ebrietatem, circumcidit carnem suã. Qui dormit quantum natura patitur, audiet à Salomone: *Si sederis, absque timore eis: Si dormieris, suauiter dormies, & non timebis pauorem superuenientem tibi, neq; impetus impiorũ superuenientes.* Et qui fugit fornicationem, & vxori debitum reddit, reuertens ad idipsum, ne tentet eum satanas, audiet cum populo Israel: In hac die abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vestibus quoque vtetur quæ frigus repellant, non quæ tenuitate sui, corpora nuda demonstrent. Attenuata ieiuniis caro, & circumcisa continentia fugit opprobriũ Ægyptiorum qui sunt magnis carnibus, & illud potest dicere, q̃ in plerisq; iuxta editionẽ Lxx. legitur: *Quo modo contabuit caro mea: in terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Si quando ergo alienigenas introducere voluerimus in tẽplũ Dei, circumcidamus aures eorum, & labia, & cor, & omnẽ carnem, oculosque, gustum & odoratũ: vt omnia cum Dei timore & ratione faciam⁹. Audiant hoc episcopi atque presbyteri, & omnis ordo ecclesiasticus: vt non inducant filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, ne sint in sanctuario Dei, & polluãt domum eius. Si enim hoc fecerint, aptabitur illis quod sequitur: Et offertis panes meos, panes videlicet propositionis, in cunctis ecclesiis, & orbe terrarum, de vno pane pullulantes, & non solum panes, sed adipẽ quoque, de quo scriptum est: Ex adipe frumenti saturauit eos, & sanguiné qui in Christi passione effusus est. Legendũque ita, & sic lectionis ordo reddendus. Cum filios alienigenas incircumcisos corde & corpore inducatis in sanctuarium meum, & polluatis domum meã: audetis offerre panes, & adipem, & sanguinem, mystica sacramenta: & non intelligitis, quod solueritis, & prætergressi sitis pactum meũ in omnibus sceleribus, & impietatibus vestris, & non seruaueritis præcepta sanctuarij mei, neque posueritis custodes ceremoniarum mearum in sãctuario meo. Omnis autem aduersus eos est comminatio, qui non audierunt Apostolum præmonentem: *Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis.* Vel certè sic intelligendum: Dissoluistis pactum meum in omnibus sceleribus vestris, & non seruastis præcepta sanctuarij mei, & audetis indignos, alienosque custodes ponere in obseruatione sanctuarij mei: vobismetipsis, vt subaudiatur, non mihi. Et est sensus: Qui vobis in carnalibus seruiant ac ministrent, & ob vestra refrigeria meum polluant sanctuarium.

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus*, &c.] Iuxta vtramque editionẽ posui testimonium: vt ex comparatione earum, quid Lxx. senserint, quid Hebraicum teneat, scire valeamus. Lxx. hoc significãt, quod alienigenæ incircumcisi corde & carne, qui habitant in medio filiorum Israel, ingredi non debeant sanctuarium Dei: Leuitæ autem, hoc est, sacerdotalis gradus, qui longe recesserunt à domino in errore filiorum Israel, & errauerunt post idola sua, postquam receperint iniquitatem suam, stent in sanctuario domini ædi̇ui, & ianitores, ministrique domus, & mactent holocausta & victimas populi, & isti sint in conspectu eorum vt ministrent eis: eo quod ministrauerint illis in cõspectu idolorum suorum, & facti sũt domui Israel in tormentum iniquitatis: idcirco manum leuasse se dicit super eos dominus Deus, vt nõ accedant ad eum, & sacerdotio fungantur illi: neque offerant illi in sanctasanctorum: portentque ignominiam suam in errore quo errauerunt: vt scilicet ponantur in obseruatione custodiarum domus in omnia opera eius, & in vniuersa quæ fiunt in domo. Quod si ita est, quo modo stare poterit, vt Leuitæ qui longe recesserunt à Deo in errore filiorum Israel, & errauerunt abeo post idola sua, ipsi ministrẽt in domo, & mactent holocausta & victimas populi, & ipsi stent in conspectu eorum, vt ministrent eis? Quid enim amplius facturi sunt sacerdotes filij Sadoch, qui custodierunt ceremonias sanctuarij Dei, de quibus dicit: Ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipẽ, & reliqua? Hebraicum autem hunc habet sensum. Omnis alienigena incircumcisus corde & carne, nõ ingredietur sanctuarium meũ, licet cum populo Israel esse videatur: Leuitæ autem, hoc est sacerdotalis gradus, qui longe recesserunt à me in errore filiorũ Israel, & secuti sunt idola, portabunt iniquitatem suã, eo quod fuerint in sanctuario meo ministrantes in officio portarum domus, & ministri eius. Ipsi enim offerebant holocaustum & victimas populi, & ipsi stabant in conspectu eorum, vt ministrarent pro eis. Quia ergo ministrauerunt pro illis in conspectu idolorũ suorum, & fuerunt domui Israel offendiculum iniquitatis: propterea leuaui manum meam super eos, dicit dominus Deus, & portauerunt iniquitatem suam, & non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi: neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sanctasanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt. Pro sacerdotali enim officio, qui holocaustum & victimas omneque sacrificium offerre consueuerant, redigentur in vltimum gradum, & erunt ianitores domus in ignominiam sempiternam: vt ab vniuerso populo videantur intrante & exeunte, de qua sublimi dignitate ad quẽ vltimum gradum peruenerint. Sacerdotes autẽ inquit, id est Leuitæ, qui sunt filij Sadoch, hoc est iustorum siue iusti Dei, & qui tempore erroris vniuersi Israelis, custodierunt ceremonias sanctuarij mei: ipsi accedẽt ad me, vt ministrẽt mihi, & stent in conspe-

ctu meo, & offerant mihi adipem, hoc est pinguissimam hostiam & sanguinẽ, viuam scilicet & placẽtem hostiam Deo: & ipsi ingredientur sanctuarium meum, & accedent ad mẽsam meam, vt accendant thymiama mihi, & omnem ritum sacrificij custodiant. Sj autem hoc ita est, vt qui in tempore erroris & persecutionis idola sunt secuti, quæ de suo corde confinxerant, & non solũ voce, sed & subscriptione manus, & asseruerunt Dei filiũ creaturam, & seruierũt creaturæ magis quã creatori, qui est benedictus in sæcula: quo modo sibi sacerdotale & pontificale assumunt fastigiũ, & audent offerre victimas Deo cultores quõdam idolorũ? Sed vt ardentissimus poeta testatur, quidquid à multis peccatur, inultũ est: multitudo peccantium impetrabiliorẽ fecit impiis veniã: vt qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerant scelera deplorare, nũc resupini in pontificali solio sedeant, & ructent nobis simulatæ fidei nauseas, imo opertæ perfidię aperta cõpendia. Audiant igitur saltem sero, & obseruent præcepta omnipotentis Dei. *Omnis alienigena incircumcisus corde & incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum.* Licet ille sit filius, licet cognatione sociatus, licet antiqua nobis hæreat necessitudine: si incircumcisus corde vel carne est, non introducatur in sanctuariũ Dei: ne ministros Christi, nostros faciamus ministros, & pro carnalibus refrigeriis, altaria dñi polluamus. Pro eo q̃ nos posuim⁹: *Et dabo eos ianitores dom⁹ in omni ministerio ei⁹, & vniuersis quæ fiũt in ea,* (eos videlicet Leuitarũ, qui longe recesserũt à Deo in errore filiorũ Israel, & secuti sunt idola, quib⁹ victimas immolauerũt.) Symmachus ordinem lectionis sensumq; considerans, rectius interpretatus est, dicens: *Posuerũt enim eos custodes ianuarum dom⁹ vniuersi ministerij eius, & cũctorũ quæ fiunt in ea:* vt nõ ad eos pertineat qui futuri sunt in templo, sed ad eos qui fuerunt.

Rom. 1.e

A

a ¶ *Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus siue stolis lineis induentur: nec ascendet super,* &c.] Primum historiæ verba pandenda sunt. Inter cætera quæ sacerdotibus præcipit sermo dominicus, hoc quoque obseruandum iubet vt in ipsis portis interioris atrij, vestibus, id est, stolis lineis induantur: nec vtantur laneis indumentis tam in portis atrij interioris quam intrinsecus: hoc est, in adytis sanctisque sanctorum. Vitæ quoque siue cidares lineæ sint in capitibus eorum, & fœminalia linea in lumbis. Quodque sequitur iuxta Lxx. *Et non accingentur violenter:* pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt, *in sudore:* Theodotio ipsum verbum Hebraicum exprimens posuit in ᵇ יעז: Aquilæ secunda editio, † Baiezach: per quod significat non eos violenter, arcte atque constricte instar vinctorum esse cingendos: ne in ministeriis sacerdotalibus atque Leuiticis inhabiles fiant, & tenere & cædere victimas, attrahere quoque nequeant atq; discurrere. Et quia semel præceperat, quibus vestibus vti deberent sacerdotes, quãdo intrinsecus in ministeriis essent, rursum iubet vt egredientes in gazophylaciis siue in exedris sanctorum, exuãt se pristinis vestibus & induantur aliis: ne si sanctas vestes habuerint, sanctificent populum foris positum, qui necdum fuerit sanctificatus, nec se præparauerit in sanctificationẽ templi, vt sit domini Nazareus. Per quæ discimus, non quotidianis & quibuslibet pro vsu vitæ cõmunis pollutis vestibus, nos ingredi debere in sanctasanctorũ, sed munda conscientia, & mundis vestibus tenere domini sacramenta. Quod autem sequitur: *Caput autem suum non*

οὐ περιζώσονται βιαίᾳ

ᵇ iazagh. † בזעף

בלשכת

Ezech. 44.

HEB. filij Israel à me: ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus Deus: Ipsi ingredientur in sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meã vt ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas.

SEPT. *erraret domus Israel à me: isti accedent ad me vt ministrent mihi, & stabunt ante faciem meam, vt offerant mihi hostiam, adipem, & sanguinem, dicit dominus Deus. Isti ingredientur in sancta mea, & isti accedent ad mẽsam meam vt ministrẽt mihi, & obseruent custodias meas.*

a Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus (siue stolis) lineis induentur: nec ascẽdet super eos quidquam laneum (siue, & non induentur lanificiis) quando ministrant in portis (siue à portis) atrij interioris & intrinsecus. Vitæ lineæ erunt in capitibus eorum (siue cidares lineas habebunt super capita sua) & fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore (siue violenter.) Cumque egredientur atriũ exterius ad populum, exuent se vestimentis (siue stolis) suis, in quibus ministrauerant, & reponent ea (siue eas) in gazophylaciis (siue exedris sanctuatij) vel sanctorum, & vestient se vestimentis (siue stolis) aliis, & non sanctificabunt populum in vestimentis (siue stolis) suis. Caput autem suum nõ radent, neq; comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua: perspicue demonstratur, nec rasiis capitibus, sicut sacerdotes cultoresque Isidis atque Serapis nos esse debere: nec rursum comam demittere, quod proprie luxuriosorum est, barbarorumque & militantium, sed vt honestus habitus sacerdotum facie demonstretur: Pro quo dixere Lxx. *Capita sua non radẽt, & comas suas ad pressum non tondebunt: sed operiẽtes operient capita sua.* Iuxta quod discimus, nec caluitium nouacula esse faciendum: nec ita ad pressum tondendum caput, vt rasorũ similes esse videamur, sed intantũ capillos demittendos, vt operta sit cutis. Vel certe sacerdotes semper operire capita sua debent, iuxta illud Virgilianum: *Purpureo velare comas adopert⁹ amictu.* Sed hæc violenta interpretatio est. Vinum autem nõ solum in ministerio sacerdotes non bibent atque Leuitæ, sed ne ingressuri quidem sanctasanctorum: ne opprimatur mens, & sensus crassior fiat. Vnde & Apostolus: *Bonum est,* inquit, *vinum nõ bibere, & carnem non manducare.* Et in alio loco: *Et vinum, in quo est luxuria.* Manducauit enim populus & bibit, *& surrexerunt ludere.* Quodque cõcedit Timotheo vt vini paululũ bibat perspicue demonstrabat cur hoc concesserit: propter stomachum, inquit, & frequẽtes infirmitates. Vestibus lineis vtuntur Ægyptij sacerdotes, non solum intrinsecus, sed & extrinsecus. Porro religio diuina alterum habitum habet in ministerio, alterum in vsu vitaque communi. Fœminalia recte assumuntur, vt honestas decorque seruetur: ne scilicet ascendentes altaris gradus & in ministerio discurrentes, reuelent turpitudinem. Rasa capita habet superstitio gentilis. Vino autem, quantum ad meam notitiam pertinet, non reor aliquem se abstinere gentilium. Quæ vniuersa quid iuxta sensum indicent spiritualem, sequentia verba monstrabunt. Esse indumenta sancta & spiritualia docet & Apostolus, dicens: *Induimini dominum Iesum Christum.* Et in alio loco: *Induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, & patientiæ.* Et iterum: *Expoliati vetere homine cum operibus eius, & induti nouo, qui renouatur in scientiam iuxta imaginem creatoris:* quod & illud significare puto: *Oportet enim corruptiuum hoc indui incorruptionem: & mortale hoc indui immortalitatem. Cum autem corruptiuum hoc indutum fuerit incorruptionem: & mortale hoc immortalitatẽ, tunc fiet sermo qui scriptus est,* & reliqua. De sacerdotalibus vestibus in Exodo plenius scriptum est: & nos olim edidimus librum, ad cuius interpretationem diligens mittendus est lector. Neque enim possumus latam materiam breui sermone comprehendere. Hæc vestimenta proprio nobis labore conficimus: quæ texta sunt desuper: qualem & dominus habebat tunicam, quæ scindi non potuit: quibus induimur, quando secreta domini & arcana cognoscimus, & habemus spiritum, qui scrutatur etiam alta & profunda Dei: quæ non sunt monstranda vulgo, nec proferenda ad populũ, qui non est sanctificatus, nec domini sanctitudini præparatus: ne si maiora se audierint, maiestatẽ scientiæ ferre non possint, & quasi solido suffocentur cibo, qui adhuc lacte infantiæ nutriendi sunt. Esse autem econtrario pessima vestimenta, docet scriptura diuina, vt est illud quod in psalmis de Iuda proditore cantatur: *Indutus est maledictione sicut vestimento.* Et post paululũ: *Fiat ei sicut vestimentum quo circumdatur, & sicut zona qua semper accingitur.* Vnde & dominus, qui pro nobis doluit, & nostra peccata

Rom. 14.d
Ephe. 5.d
1. Cor. 10.d
1. Tim. 5.d
Exod. 28.
Ioan. 13.d
1. Cor. 2.c

D

E

peccata portauit, in Zacharia sordida habere dicitur vestimenta, de quibus scriptũ est: Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: quæ postea deponit, scriptura dicente: Auferte ab eo vestimenta sordida: & induite eum podere, & reliqua. Quod autem sequitur: Vittæ siue cidares lineæ erunt in capitibus eorum: puto coronam ostendere gratiarum, de qua scriptũ est: *Coronam enim gratiarum suscipiet tu⁹ vertex.* Nec illud nobis de operto & nudo capite faciat quæstionem, quod Apostolus loquitur. *Mulier debet velamen habere super caput propter angelos. Si. n. non velatur mulier, attondatur. Sin autem turpe est mulieri tonderi aut radi, operiatur. Vir. n. non debet operire caput, cum sit imago & gloria Dei: Mulier autem gloria virieſt.* Si enim virorum est nõ operire caput, videtur esse cõtrarium quo modo nunc sacerdotes capita virtis vel cidare operire iubeantur. Sed si legamus diligẽtius, ex prioribus soluẽtur præsentia. Supra enim dicitur: Quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Si enim ingrediamur ad sancta, & stemus in conspectu domini, capita nostra operire debemus: *Quia non iustificabitur in conspectu domini omnis viuens:* Et ab infantia cor hominis appositum est ad malitiam. Denique & fœminalibus intrinsecus vtimur: ne vlla in conspectu Dei pollutæ conscientiæ, & operis nuptialis appareat turpitudo. Quibus fœminalibus accingi vult Saluator Apostolos dicens: *Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Et Apostolus credentibus loquitur: *State ergo accincti lumbos vestros in veritate.* Et imitatores Christi audiunt illud quod de eo scriptum est: *Erit iustitia accinctus lũbos, & veritate circundatus latera.* Et hac ipsa zona, qui sanctus est & ad virtutum culmen ascenderit, nequaquã violenter astringitur: ne inuitus bonum continentiæ obseruare videatur, & in sudore vultus sui comedere panem, sed præceptum domini facere voluntate. Denique quando foras egreditur & miscet se populo, sacerdotalia vestimenta deponit in gazophylacio, in quo dominicæ diuitiæ conseruantur: & aliis vtuntur vestibus sacerdotes, aliaq; doctrina ad vulgus ignobile, ne sanctificetur populus in stolis corũ, Graue est multitudini onus vltra vires susçipere, dicente Salomone: *Laqueus est viri, cito quid de suis sanctificare: cũ enim votum fecerit surrepit pœnitentia.* Deniq; & Nazaræi sponte se offerunt: & quicunque aliquid vouerit & non impleuerit, voti reus est. Vnde & de viduis dicitur: *Cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationẽ, quia primam fidem irritam fecerunt.* Melius est enim non promittere, quam promittere & non facere. Anna obtulit Samuelem, qui in æterna sanctitate permansit: & Manue obtulit Samson filium, sed sanctificationem capillorum eius Dalile libido turpauit. Denique dominus recessit ab eo, & cæcitate damnatus est: nisi quod postea crescentibus capillis, pristinum robur accepit, & in typo Christi multo plures alienigenarũ mortuus quam viuus occidit. Vult autem dominus sacerdotes suos capillos sanctificationis habere perpetuos, & operiri capita eorum, non aliquo extrinsecus velamento, sed sua naturaliquecæsarie: non ad ornatum atque luxuriam, sed ad honestatem. Vnde & capilli capitis apostolorum numerati sunt, dicente Saluatore: *Vestri autem capilli capitis numerati sunt.* Illius capitis, de quo in Ecclesiaste scriptum est: Sapientis oculi in capite eius. *Caput autem viri Christus est:* quod peccator conculcat & despicit, & vt ita loquar, radit nouacula, & aufert eius pulchritudinem. Quod & filij Ammon fecerunt his quos Dauid legatos miserat. Sin autem legis præuaricatio inhonorat Deum, consequenter qui legis præcepta conseruat, honorat eum, vt impleatur quod scriptum est: *Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.* Porro quod sequitur: Vt omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius, vinũ non bibat: perspicuũ est ebrietate & siceræ statum mentis euerti, & non plene nos sapere quando vini satietate animus occupatur. Ebrietas autem non solum in potione vini, sed in omnibus rebus ostenditur: quibus & in contractibus, & in negotiis sæculi, & damnis ac lucris; amore & odio mens inebriatur & fluctuat, & statum suũ tenere non potest. Et quia fragili carne circumdamur, & cogimur pro victu atq; vestitu & necessariis, quæ ad corpus pertinent, aliqua facere quæ facere non debemus: saltẽ hoc à nobis exigitur, vt quando in nos reuertimur, & scimus cur nati sumus, & interiora atque adyta templi ingredimur, recedamus à vitiis sæculi, & ne minima quidem peccata faciamus. Per quæ ostenditur & peccare nos pro necessitatibus carnis peccata letiia: & rursum esse tẽpus qñ atriũ ingredientes interius, ab omni ebrietate mũdi atq; alienti esse debemus.

Zach. 3. b

פארי פשתים

Prou. 4. b Sec. 70.

1. Cor. 11. b

Psal. 142. d. Gen. 8. d

Luc. 12. e Eph. 7. e Esa. 11. a Sec. 70.

F

Preu. 20. d Sec. 70.

1. Tim. 5. b

1. Reg. 1. d Iud. 13. c

Matt. 10. b Eccles. 2. b 1. Cor. 11. a

2. Reg. 10. a

Ioan. 5. d

a ¶ *Viduam & repudiatam* (siue *eiectã*) *non accipient vxores, sed virginem de semine domus Israel,* &c.] Omnis hic locus præcepta continet sacerdotum: qui post multa, quæ supra exposuimus, iubentur viduam & repudiatam siue eiectam non accipere vxores. Vidua & repudiata est synagoga id est, congregatio Iudæorum, quæ dominum non recepit. Vnde eiecta recte dicitur siue vidua, synagoga. Eiecta vero hæreticorum frequentia: qui exierunt à nobis, quia non erant ex nobis. *Sed virginem,* inquit, *de semine domus Israel,* quæ nutrita est in domo Dei, in lege & prophetis, de qua & Apostolus loquitur: *Volo omnes vos virginem sanctam exhibere Christo.* Ista est virgo de qua & alibi dicit sermo diuinus: Ama illam, & seruabit te: circumda illam, & exaltabit te, honora eam, vt te amplexetur. Quæ sit autẽ virgo, quæ amanda sit, & suum custodiat amatorem, sciet qui illud legerit: *Hanc dilexi & quæsiui ab adolescentia mea, & quæsiui sponsã ducere mihi: & amator fui decoris eius.* Et iterum: *Et omniũ dominus dilexit eam.* Non solum autem virginem, sed viduã debent sacerdotes ducere, quæ tamen alterius sacerdotis vxor fuerit: scientiam videlicet, quam alius Dei cultor inuenerit. Neque enim noua tantum contenti debemus esse doctrina, sed & veterem excolere, & nostro iungere comitatui, si tamen sacro cultu fuerit erudita. Sacerdotis quoq; officium est docere populum, quid inter sanctum & pollutũ, inter mundum & immũdum sit: vt prius referamus ad dogmata, secundum ad opera, quæ per carnem efficiuntur. *Delicta* enim *quis intelligit? Et cum fuerit controuersia de omni re,* siue vt Lxx. transtulerunt, sanguinis (hoc est quod ad mortale pertinet crimen) *stabunt sacerdotes in iudiciis meis,* vt nõ iudicent secundum honorem, nec accipiant personam pauperis siue diuitis in iudicio: sed stent in iudiciis Dei, & recordentur illius psalmi: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat:* Deos appellans qui habent iudicandi de hominibus potestatem: qui in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis. *Leges,* inquit, *meas & præceptam ea in omnibus solemnitatibus meis custodient:* vt sciant quo modo nobis Christus pascha sit immolatus: quo modo septem hebdomadas implere debeamus gaudij atque lætitiæ, & humiliare animas nostras in ieiunio: clangoremque tubarum intelligere, & scenophegias spirituales, & in quibus dicimus: *Aduena sum ego & peregrinus sicut omnes patres mei.* Hę sũt veræ solemnitates Dei, quas consequentius quis Pentateuchum differens interpretabitur. Prima virtus est sacerdotis, non tantum docere quæ nouerit, sed omnes Dei festiuitates custodire, vt possit aliis custodienda præcipere quæ & ipse obseruauerit. Sacerdotum autem officium esse legis habere notitiam, & in Malachia discimus, qui ait: *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est.*

γρωσιν

1. Ioan. 2. c

D

2. Cor. 11. a Prou. 4. a Sec. 70.

Sapien. 8. a

Psal. 18. d

Psal 81. a

Matt. 7. c Leuit. 23.

Psal. 38. c.

Malac. 2. b

A

a ¶ *Et sabbata mea sanctificabunt, & ad mortuum hominem,* &c.] Adhuc sacerdotibus præcipitur. In quibus obseruandũ, quod non dixerit absolute: & sabbata sanctificabũt: vel iuxta Esaiã: *Neomenias & sabbata vestra odit anima mea, sed*

Esa.1.d

cum distinctione sabbata mea. Vnde & in euangelio scriptum est: *Sacerdotes in templo sabbatum violant, & absq; culpa sunt*: non sabbatum Dei, sed sabbatum literæ, sabbatum Iudæorum: quod recte violant qui sunt genus electum, regale, sacerdotale. Porro sabbatũ quod sanctificatum est, illud intelligamus, quod & Apostol⁹ docet relictũ esse populo Dei, de quo dicitur: *Si intrabunt in requiem meam*: quod Hebraice sabbatum nominatur. Sãctificat autem sabbatum Dei, qui nõ portat onus peccati in sabbato: nec dicit: *Sicut onus grauatæ sunt super me.* Qui talis est, nõ colligit ligna in sabbato: nec superædificat fundamento Iesu Christi, ligna, fenum, stipulam, nec accendit ignem: qui inutilem consumat materiam: & die sabbati in vno permanet loco, nec foras egreditur, sed quasi columna in templo Dei positus permanet: super quo Ioannes scribit in Apocalypsi: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Quodque sequitur: Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur: proprie sacerdotalis officij est, morticina non tangere, vt qui pro aliorum vitiis deprecatur, ipse ad altare mundus accedat. De quibus mortuis & saluator loquitur in Euangelio: *Dimitte mortuos vt sepeliant mortuos suos.* Isti contaminãtur in patre mortuo, quando relinquunt creatorem suum: & in matre mortua, de ecclesiar ecedentes: in filio quoque, & filia quod aliud ad cogitationes, aliud ad opera pertinet, quod significantius Græce dicitur: *πὸ νοτὸ ἢ αἰσ᾽ ἠμτὸ.* Frattem quoque & sororem, qui eodem renatus est spiritu, si putauerit mortuum, contaminatur in eo: ita dumtaxat si soror virgo permanserit, nec vllius viri fuerit maculata complexu. Ex quibus intelligimus priuilegium virginale, quod cuiuslibet viri contactus, perfectam auferat puritatem: quæ vtrum recte, perperam ne dicta sint, lectoris arbitrio relinquamus.

Matt.12.a
1.Pet.2.b
Heb.4.c
Psal.94.b
Ibid.37.a
Num.15.d
1 Cor 3 c
Exod.35.a
Apoc.3.4
Matt.8.c

Naturæ quoq; super hoc probatur affectus, vt ordine charitatis) iuxta quod scriptum est: *Ordinate in me charitatem*) post rerum parentem Deum, carnis quoque pater diligatur & mater filius & filia, frater & soror: ita dumtaxat, si de domo non exierit, nec in alterius transierit poreſtatem. Postquam autem sacerdos fuerit emundatus purificationis ordine, quæ in Mosayca lege conscripta est, septem dies numerabuntur ei vel perfectus numerus pœnitudinis, vel post consummationẽ mundi, qñ ad veram transimus ogdoadem: vt introeat sanctasanctorum, (hoc est enim interius atrium) & possit ministrare in sanctuario, & semper offerre pro peccato conscientiæ victimam: nec vllum tempus sit quo non recordetur maculatum se fuisse super patre & matre, filio & filia, fratre & sorore. Multa quippe facere compellimur in sæculi huius angustiis constituti, vel conditione carnis, vel fragilitate naturæ. Qui autem talis extiterit, vt ministret in sanctuario, & atrium ingrediatur interius, & offerat semper Deo sacrificium, ita vt verus sacerdos sit, imo imitator eius, de quo scriptum est: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec*: iste nullam habebit hereditatem, nisi Deum, qui est hereditas eius: nec accipiet possessionem in Israel, hoc est inter vulgus ignobile, sed sacerdotalẽ, vt dicat de eo dominus: Ego sum hereditas, & ego possessio eorum. Quem cum inuenerint, loquentur ac dicent: *Tenebo eum, & non dimittam illum*: & psallent cum propheta: *Pars mea dominus.*

Ca. 8 2.a
Leuit. 4.a
Psal.109.a
Cant.3.b
Psal.72.b

b ¶ *Victimam & pro peccato & pro delicto, siue pro ignorantia ipsi comedent,* &c.] Pro victima & sacrificio, quod Hebraice dicitur b מנחה: Aquila & Symmachus interpretati sunt, donum. Rursum pro voto, quod Lxx. ἀφορισμα, hoc est separationem transtulerunt, Aquila & Symmachus & Theodotio ἀνάθεμα interpretati sũt, quod Hebraice dicitur c חרם. Et considerandum quod omnia, quæ nunc per prophetam dominus loquitur, per Moysen ante iam dixerit. Quærendumque cur eadem quæ dicta sunt repetat: Vt videlicet quæ in mentibus hominum sunt vel legendi negligentia, vel audiendi contemptu & oblitione deleta, viua voce innouentur: quæ non sit scripta calamo & atramento, sed spiritu & verbo Dei. Vnde & saluator nullũ volumen doctrinæ suæ propriũ dereliquit (quod in plerisque apocryphorũ deliramenta confingunt) sed patris & suo spiritu quotidie loquitur in corde credentium. Et hæc erit responsio aduersum eos, qui calumniantur prophetas, cur quæ in Pentateucho continentur, in suis voluminibus replicent. Victimam igitur & pro peccato & pro delicto siue ignorantia comedent sacerdotes, de quibus scriptum est: *Peccata populi mei comedent.* Nec tantum gaudendum est ad oblationem munerum, quantum timendum ad honoris cõdemnationem, si eo abutamur indigne. Primitiua iuxta literam sunt animantium & inanimantium, quæ prima nascũtur, & quæ primum terra gignit. Primitiæ quoque ciborum nostrorum sacerdotibus offeruntur, vt nihil gustemus nouarum frugum, nisi sacerdos ante gustauerit. Hoc autem facimus, vt reponat sacerdos benedictionem & oblationem nostram in domo sua: siue vt ad imprecationem suam, domibus benedicat domibus nostris. Grandis dignitas sacerdotũ, sed grandis ruina eorum, si peccant. Lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse. Neque enim solum pro nostris delictis reddemus rationem: sed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute soliciti.

b minha.
c herem.

Leuit 7 ast

c ¶ *Omne morticinum & captum à bestia, de auibus & de pecoribus non comedent sacerdotes.*] Et iuxta literam, omni generi electo, & regali & sacerdotali (quod proprie ad Christianos refertur, qui vncti sunt oleo spirituali, de quo scriptum est: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis*) hæc præcepta conueniunt, vt morticinum nõ comedat tam de auibus quam de pecoribus, cuius nequaquam sanguis effusus est, quod in Actibus Apostolorum dicitur suffocatum: & quæ necessario obseruanda, Apostolorum de Hierusalem epistola monet: & captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum est: & condemnat sacerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus, & cæteris huiuscemodi, hæc auiditate gulæ non custodiunt. Possumus autem iuxta Anagogen morticinum dicere, in quo animæ sanguis emortuus est, & imitatur Nabal Carmelium, qui interpretatur stultus, & audita ira Dauid pauore contremuit, & mortuum est cor eius in eo. Captus autem à bestiis (quarum ne morsibus lanietur, propheta suspirat dicens: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi*) ille dicendus est, qui aduersarij leonis morsibus deuoratur: & pardi, qui non mutat varietem suam, & vrsæ, quæ raptis sæuit catulis, & luporum Arabiæ, & reliquarum bestiarum: quas in varietate dæmonum accipimus. Aues autem illas esse dicimus, quæ ponunt in cœlum os suum: & illa pecora, quæ prona, in terramque vrgentia, ventri tantum, & his quæ sub ventre sunt seruiunt.

1.Pet.2.b
Psal.44.b
Act.15.d
1.Reg.25.f
Psal.73.d

CAP.

E

CAP. XLV.

CVmque cœperitis terram diuidere in possessionẽ: separate primitias domino, sanctificatum de terra, longitudine vigintiquinque, &c.] Post ceremonias sacerdotum, cultumque eorum & cibum, quæ debeant sumere, quæ vitare, nunc terræ sanctæ facit descriptionem: & antequã omnem in tribus diuidat, de cũctis tribubus iubet eligi locum, qui in longitudine habeat vigintiquinque millia: & in latitudine decem millia. Et quia non est positũ cubitorum, siue pedum, aut vlnarũ, subintelligi datur significare calamum, qui erat in manu viri, & habebat mensuræ sex cubitos, & sextam partem vnius cubiti, id est σκαλασιὴν. Diligẽs supputet lector quot calami mille passus faciãt, & quã multa millia in lõgitudine fuerint & latitudine. Post quam descriptionem rursus præcipit, vt de sanctificata terra, quæ electa est omnibus tribub⁹ Israel, id est, vigintiquinque millium calamorum in longitudine, & decem millium in latitudine, eligatur ad ædificandum sanctuarium, id est, templum domini, alia intrinsecus terra, quingẽtorum calamorum per circuitum, hoc est, duum millium. Et ne forsitan ædificio templi ædes aliæ iungerentur, præcipit vt quinquaginta cubitis, per circuitum terra sit vacua in suburbana, vel vt Symmachus & Theodotio & Lxx. transtulerunt, in terminum, & separationem, & spatium. Hac descriptione finita, alia ex integro separandæ sanctificationis mensura præcipitur: vt vigintiquinque millium calamorum in longitudine, & latitudine decem millium, post superiorem mẽsuram terra alia metiatur: in qua nequaquam sit templum, id est sanctum, sed sanctum, sanctumque sanctorum: Et habitent in ea sacerdotes, qui accedunt ad ministerium domini habitent autẽ eo tempore, quando sacerdotali funguntur officio, & sit ipsa, vt diximus, possessio vigintiquinque millium calamorum in longitudine, & decem millium in latitudine. Porro Leuitæ qui sacerdotibus seruiũt, & habent propria ministeria, accipient locũ ad ædificanda viginti gazophylacia: iuxta Aquilam, exedras: iuxta Symmachum, thalamos: iuxta Theodotionem, gazeras: siue vt Lxx. transtulerunt, ciuitatem. Per quod intelligimus, separatum quẽdam locum ad habitationem Leuitarum, vrbis vocabulo nuncupari: qui locus quinque millia habeat calamorum in latitudine, & viginti quinque millia in longitudine. Hæc autem omnia, id est, sanctuarium, & alterum sanctuarium, sanctumque sanctorum, & habitacula sacerdotum, & domus Leuitarum qui ministrant sacerdotibus, appellantur loca separata, & cõsecrata, in ministerium & sanctificationem domui Israel. Post quadruplicẽ terræ sanctæ descriptionẽ, ponitur quinta diuisio: Princeps siue dux populi accipiat hinc & inde: hoc est ex vtraque parte sanctuarij in possessionem suam, & in vrbe versetur: respiciatque eius possessio ad separatum templo locum & faciem vrbis, sitque à latere maris, hoc est ab occidente, vsque ad alterum latus maris: latitudinem habens, quam inferius in descriptione tribuum singularum propheta describit. Denique sequitur: In longitudine autem iuxta vnamquamque partem: quam singulæ tribus accipiunt, à termino occidentali, id est, maris, vsque ad terminum orientalem, qui vbi finiantur, in tribuũ descriptione noscemus. Et hæc erit possessio ducis siue principis in terra Israel. Hæc interim dicta sint, vt simplex historiæ sermo noscatur. Cæterum si voluerimus comparare spiritualibus spiritualia, & iuxta quosdam interpretes ad altiora conscendere, qui asserunt figuram futurorum esse præsentia, & omnia quæ dicuntur pertinere ad cœlestem Hierusalem, *quæ est mater omniũ nostrum, & ecclesia primitiuorum*: non quidem difficile erit dicere quæ dicta sunt ab aliis: sed veremur ne huiuscemodi expositionẽ prudens lector nequaquam recipiat. Vnde ad præsens tempus, & ad ecclesiam, quæ nunc laborat in mundo, & ad cœlestia ire festinat, referenda sunt omnia: vt de vniuerso mundo eligãtur, alij in possessionem Dei, qui sanctum possideãt, alij qui ad maiora profecerint, teneant sanctasanctorum. In ministris quoq; ordo diuersus est sacerdotum & Leuitarum: quorum alij orationibus suis atq; virtutibus quotidie sacrificia offerunt Deo: alij in secundo & minori gradu sunt, vt eis ministrent, & per eos qui ad virtutum culmina conscenderũt: & ad extremum sit dux siue princeps, qui tãtum possit, vt cõtra vnam tribuũ possessionem accipiat: vniusq; meritum compenset merita plurimorum: & primum dum versatur in sæculo, de mari vsque ad mare latitudinem possideat: deinde ab occidente, siue à mari, vsq; ad oriẽtem: vt præsentia derelinquens, ad futura festinet, & habeat certam possessionẽ suam, & nequaquã principes aliena desiderent, & vnaquæque tribus suam partem teneat. Quod proprie ad episcopos & presbyteros referri potest: quibus dicitur: vt non vastent atque depopulẽtur vltra populũ Dei, nec terram Israel hæreditate possideant: sed vnusquisque habeat possessionem suam, quæ gradui illius constituta est. Vigintiquinque autem millia referuntur ad sensus, quæ quater posita sunt. Porro decem millia ad perfectam scientiam: vt in altero simplex tãtum teneatur historia, in altero etiam de theologia & supernis virtutibus disputetur: quia decenarius perfectus est numerus. Illud quoque considerandum, quod sacerdotes qui in maiori gradu sunt constituti, vigintiquinque millia possideant in longitudine, & decem millia in latitudine. Leuitæ autem, id est, inferior gradus, eundem quidem numerum habeat in longitudine, hoc est, vigintiquinque millia: sed latitudo ipsorum quinario numero finiatur. Vnde & viginti tantum tenent gazophylacia: in quo numero offeruntur munera Esau. Princeps vero qui vere princeps in populo est, & meretur ducis nomen accipere, hinc inde accipit possessionem sanctuarij, ex omnibus videlicet qui ei voluntate subiecti sunt: & vrbis habitator est, multorumque salutem, suam mercedem facit. In priori templo, quod dicitur sanctuarium, quingenti per singula latera calami describuntur, & rursum quinquaginta cubiti: quibus omnis sacerdotum possessio separatur. In secundo autem sanctuario, vbi sunt sanctasanctorum, latitudo templi & spatium non describitur, sed incertus numerus est.

Gen.33.d

Quod quidem & in possessione principis inuenimus: qui absque vllo numero habet possessionem in populo Israel: dum profectus vniuersorum redundat ad principem, & discipulorum salus, præmium magistrorum est.

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatē & rapinas intermitte,* &c.] Pro rapinis Lxx. miseriam transtulerunt: pro confiniis, oppressionem: Est autem sensus. Quia accepistis partem vestram ô principes, scriptura dicente: Principi quoque hinc inde in separationem sanctuarij possessionem ciuitatis, subauditur dabitis: & tanta est vestra potentia, vt vnius tribus partē acceperit vestra possessio: idcirco præcipio atque cōmoneo, vt sufficiat hucusque iniquitatem fecisse & rapinas dum aliena inuaditis atque diripitis. Et quia scriptum est: *Dimitte malum, & fac bonum*: contrario, iudicium facite atque iustitiam, iudicantes pupillo, & iustificantes viduam: separate vestra confinia à populo meo ne videlicet terminos transferatis. Et quia ipsa vicinia lædit humiliorem, qui supercilium maioris & potentioris nō potest sustinere. Hoc interim dictum sit ad illius temporis populum. Cæterum sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. a Hæc dicit dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite: separate confinia vestra à populo meo, ait dominus Deus.

& nostris principibus præceptum poterit coaptari, qui in morem Pharaonis & Ægyptiorum opprimunt filios Israel per potentiam: nec meminerunt scriptum: *Ducem te constituerunt, ne eleueris: sed esto inter eos quasi vnus ex ipsis.* Et illud quod in Euangelio κατὰ λουκᾶν dominus loquitur: *Si autē dixerit seruus ille in corde suo: moratur dominꝰ meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, comedere & bibere, & inebriari: veniet dominus serui illiꝰ in die qua nō putat, & hora qua nescit, & diuidet eum, & partem eius ponet cum infidelibus.* Discipulos quoque suos in Euangelio secundum Matthæum his præceptis erudit: *Scitis quoniam principes gentium dominantur eorū: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Noc sic erit inter vōs: sed qui voluerit in vobis magnꝰ esse, fiat minister: & qui voluerit esse primus, sit omnium seruus*: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro pluribus. Multa sunt si voluero de sacris scripturis teuoluere, vbi maiorum superbia coercetur, & ad humilitatem omnes domini prouocantur, dicentis: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

Commentarij Libri decimitertij in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVMDECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM

PROOEMIVM.

QVOD in principio templi Ezechielis debui dicere, nunc præpostero ordine in fine dicturus sum, illius versiculi memor: Hic labor ille domus, & inextricabilis error. De quo & in alio loco idem poeta decantat. Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta: Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque, Mille viis habuisse dolum: qua signa sequendi, Falleret indeprensus, & irremeabilis error. Ita & ego istarum scripturarum ingressus oceanum, & mysteriorum Dei, vt sic loquar, labyrinthum: de quo scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum, & nubes in circuitu eius, perfectam quidem scientiam veritatis mihi vendicare non audeo, sed nosse cupientibus aliqua doctrinæ indicia præbuisse, non meis viribus, sed Christi misericordia: qui erantibus nobis ipse dolos tecti ambagesque resoluit: cæca regens Spiritu sancto vestigia: quem sequentes, ad portum explanationum prophetæ Ezechielis peruenire poterimus: in quem extremus, id est, quartus decimus liber est. Quem si orante te virgo Christi Eustochium, ad finem vsque perduxero, & dominus vitæ huius concesserit spatium, transibo ad Hieremiam, qui vnus nobis remanet prophetarum: cuius interpretatio, mei quidem laboris & tuarum orationum, sed proprie Christi erit clementiæ.

COMMENTARIORVM D. HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Sathera iusta, & ephi iustum, &c.] Hic locus iuxta Septuaginta nō cohęret, & penitus intelligi non potest: dum non solum numeros mensurarum, sed etiam nomina commutarūt. Pro ephi enim interpretati sunt mensuram, generale nomen pro speciali: & pro bato chœnica: pro homer quoque Hebraico qui Græce dicitur κόρος, transtulerunt Gomor, rursumque pro bato chœnica. Dicamus ergo iuxta Hebraicum & literam, & quid nobis videatur, in singulis apertius explicemus. Stathera quæ Hebraice dicitur mozene מאזני, in his intelligitur quæ appenduntur. Epha autem quæ in Græco sermone corrupte dicitur ὒφι, ad mensuram pertinet variarum frugum. Verbi

איצה בת חמר איפה

HEB.

STathera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia & vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori

SEPT.

Stathera iusta, & mensura iusta, & chœnix iustus erit vobis ad mensuram: & chœnix similiter vnus erit ad accipiendum. Decima pars gomor chœnix, & decima

gratia: tritici, hordei, legumini. Porro batus, qui Hebraice appellatur bath, a בת, eadē mēsura est quæ & ephi, & in speciebꝰ tātū liquidis, vini & olei, & istiusmodi. Corus triginta habet modios: & in vtraq; mēsura, hoc est, tam aridarū quam liquentiū tenet principiū. Decima pars cori in his quæ modio mēsurantur, appellatur epha, id est, tres modij: & decima pars cori in speciebus liquidis, vocatur batus siue vadus: vt eiusdem mēsuræ sit epha & batus. Porro siclus, qui Græce dicitur σικλος, viginti habet obolos. Minaverō, quę appellatur mina, habet siclos sexaginta: qui faciunt obolos mille ducentos. Quod autē dicitur, viginti sicli, & vigintiquinque sicli, & quindecim sicli minam faciūt, lectorē turbare nō debet. Idcirco

a bath.

חמר

שקל

מנה

b homer.

c mina.

E Idcirco enim difficultas in numeris ponitur, vt intentum animum faciat auditoris. Vnde & multa dicuntur in parabolis & ænigmatibus: vt *qui habet aures audiēdi, audiat.* Omnisque prophetia in obscuritate continet veritatem: vt discipuli intrinsecus audiant, vulgus ignobile & foris positum, nesciat quid dicatur. Præcipit ergo scriptura diuina vt iusta sint pondera, dicens: *Non erit in marsupio tuo mensura grādis & minor: stathera vera & iusta erit vobis: & mensura vera & iusta erit vobis.* Et in Prouerbiis dicitur: *Statheram grādis & minor, abominabile est vtrumque in conspectu Dei.* Quod quidē non solum in commerciis & in vsu quotidianæ vitæ nobis est obseruandū, sed in omnibus custodienda iustitia, dicente scriptura: Sermonibus tuis facies stathera, & appendiculū: vt & in verbis, & in opere, & cogitationibus omnia pondere & ratione faciamus. Obolū autē, hoc est vicesimā partē sicli siue statheris esse minimā portiunculam, in alio loco legimus: Eius qui fidelis est, totus mūdus diuitiarum: illius autē qui infidelis est, neq; obolus. Quasi aliis verbis dixerit: Infidelis nihil in mundo possidet, sed etiā minima indiget portione. De quo aliis verbis in euāgelio dicitur: *Non egredietur inde, nisi reddat nouissimum quadrantem*: hoc est, etiam extremum numum & minutū. Legimus decem minas singulis seruis ad negotiandum traditas: & in alia parabola inter seruos talenta diuisa: & debitorem quingentorum denariorū, & quinquaginta: & operarios vineæ, qui singulos accipiūt denarios: & mulierē vidualē, quæ drachmam perdiderat, & vix eam lucernæ accēsione reperit. Quæ omnia quem sensum habeant, nō est huius temporis disserere.

a ¶ *Et hæ sunt,* &c.] Et hic mutatis nominibus mensurarū in Lxx. editione confusa sunt omnia, vt quid dicatur, non possit intelligi. Qui enim supra pro ephi, mensuram, & probato, chœnica dixerant: & pro coro gomor: pro siclo appendiculum: & hic pro ephi posuere mensuram: pro coro nunc gomor nūc ipsum corū: & in mēsura olei pro bato κοτυλην, id est, cyathum. Dicamus igitur primum iuxta literam; δεκατη, hoc est, decimam partem omnium frugum, Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rursum ex ipsis decimis, Leuitæ, hoc est inferior ministrorū gradus, decimas dabat sacerdotibus: & hæc est, quæ appellatur δευτεροδεκάτη. Erant quoque & aliæ decimæ, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas cum iret ad templum in vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi, & sacerdotes, ac leuitas inuitaret ad conuiuia. Erant autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recōdebant: quæ Græco sermone appellātur πλουσιοδεκάται. At vero primitiua quæ de frugib. offerebant: non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemq; accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed magistrorū arbitrio inolitam: qui plurimū, quadragesimam partem dabat sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam, inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerri quodcumque voluissent. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictū est, hic specialiter definitur propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis deferendis, id est, vt sexagesimam partem offerant corū quæ gignuntur à terra. Si enim corus qui Hebraice appellatur b חמר, & à Lxx. dicitur gomor, triginta habet modios, tam in aridis speciebus, quā in liquentibus. Epha quoq; & batus iuxta q̄ supra dixim⁹, decima pars est cori, præcipiturque vt sexta pars tam ephi quam bati detur sacerdotibus in primitiis offerendis, quæ de tribus modiis dimidium facit modium: perspicue supputatur, sexagesimam partem primitiarum sacerdotes accipere debere. Hæc interim iuxta literam, & iuxta Hebraicam veritatem, & sensisse, & audisse sufficiat. Nunc reuertamur ad intelligentiam spiritualem, in qua primum quærendum, quo modo dicatur: *Honora dominū de tuis iustis laboribus: & da ei de fructib. iustitiæ tuæ: vt impleātur cellaria tua frumento, & vino torcularia tua redundent*: vt postquam obtuleris primitias laborum tuorū atque virtutū, & dixeris: *Ecce nūc ego attuli tibi primitias frugum terræ, quas dedisti mihi domine*: mereatis audire. *Benedictꝰ tu in ciuitate, & benedictꝰ tu in agro: benedicti filij veteri tui, & genimina terræ tuæ, & fructus iumentorū tuorum*, & cætera: & possideas (iuxta Apostolum) omnem *benedictionē spiritualium in cœlestibus in Christo*: dum quidquid habes non tuæ putas esse virtutis, sed eius misericordiæ qui fruges dedit. Et si quidem tantam habuerimus scientiā scripturarum, vt mystica quæque pandamus, & doceamus homines, id est, rationale animal, damus primitias frumenti nostri. Si autem post Anagogen, puram tantum sequamur historiam, quæ simplices nutrire potest, iuxta illud quod scriptū est: *Homines & iumenta saluos facies domine*: damus primitias hordei nostri: quod hordeum fuit Isaac, sed in terra alienigenarum: & ortum est ei centuplum. Qui hordei dat primitias, potest dicere Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit: super aquas refectionis educauit me. Qui autem rationalia pascit animantia: vertit sententiam, & dicit: *Præparasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* Et postquam olei & vini obtulerit primitias, iungit & loquitur: impinguasti in oleo caput meum: & calix tuus inebrians quam præclarus est: illo oleo, quod absque fece mundissimum, ad lucernam domini præparatur. Quod qui præparauerit, exhilaratur facies eius in oleo exultationis, quo vnctus est Christus præ participibus suis: & effectus oliua cum propheta cantabit: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* Et illo vino, quod de vera vite redundat in torcularibus saluatoris, dicente domino: *Ego sum vitis, vos autem propagines: pater meus agricola.* De his torcularibus tres psalmos legimus: octauum, & octogesimum, & octogesimumtertium: qui omnes ad Ecclesiæ sacramenta referuntur. Et in veteri quidem lege, absque mensura erant & numero primitiæ: non enim ad mensuram Deus spiritum dabat. In secunda autem ædificatione templi, quod Ezechielis prophetia continet certa mensura est, id est sexagenarius numerus, quo mundus expletur: & dicitur nobis: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.*

SEPT.

Sathera iusta, & mensura iusta, & chœnix iustus erit vobis ad mensuram: & chœnix similiter vnus erit ad accipiendum. Decima pars gomor chœnix, & decima

b ¶ *Et arietem vnum, &c.*] Supra dixit quota pars eorum quæ appenduntur, mensuræ quoq; tam aridarū specierum quam liquentium debeat offerri principi: nunc eundem primitiarum in animantibus ordinem tenet: vt vnū de grege ducentorum arietum iubeat offerri: quos nutrit Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro populo Israel ait, dominus Deus. Quod nos interpretati sumus, de his quæ nutrit Israel: in Hebraico scriptū est כמשקה, quod Aquila & Symmachus interpretantur ἀπὸ τῶν ὑδάτων: Lxx. & Theodotio, ἀπὸ τῶν ποτηρίων: quorum alterum de irriguis, alterum de canalibus siue piscinis sonat: vt videlicet primitiæ principis, non alibi nisi in irriguis nutriantur. Et quomodo in superioribus legimus sexagesimam partem debere offerri principi de his quæ appenduntur, & quæ mensuræ subiacent: sic nunc ducentesima pars animantium iubetur offerri, & huiusce modi legis

præceptis, omnem populum esse subiectum: vt offerat duci siue principi: quod videlicet per illum holocausta, & sacrificia, & libamina, in singulis solemnitatibus offerantur pro populo, & expietur domus Dei. Ex quo animaduertendum, quod quo modo populus debitor est primitiarum offerendarum principi, sic princeps debitor est populi offerre pro eo victimas: quem iuxta tropologiam non alium intelligere possumus, nisi dominũ saluatorẽ. Iste de ducentis animãtibus suscipit arietem: siue vt significãtius Hebraicus sermo demõstrat βόσκημα, quod ad cuncta animantia, & non proprie ad arietem referri potest. & suscipit animal vel arietẽ, qui nutritus est in locis irriguis, sanctarum videlicet scripturarũ, & potest dicere: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquas refectionis educauit me.* Hæc erãt irrigua, imo hi canales, ad quos & Iacob ducebat pecora sua, vt in ipsis biberent atq; cõciperent, & iuxta virgarum colorem, fœtus ædirent domino. Pro sacrificio, hoc est, θυσία, Aquila & Symmach° donũ interpretantur, φ in Hebraico dicitur d מנחה & proprie non pertinet ad hostiam, sed ad ea quæ ex simila, & polenta, & oleo offeruntur in sacrificio. Holocaustum vero est, quod totum offertur Deo, & sacro igne consumitur. Pacifica, quando reconciliamur Deo, & pro nobis Apostolus loquitur: *Precamur pro Christo, reconciliamini Deo.* Et in eodẽ loco: *Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi.* Iste autem princeps, cui primitiæ de animantibus offerũtur, ipse est & rex: vt in crucis quoq; titulo demonstratur, Hebraicis & Græcis literis ac Latinis. Nitentibusque Iudæis, vt deponeretur titulus triumphalis, gentium in Pilato turba respondit: Quod scripsi, scripsi. Sub principe, inquit, erunt. Pulchre sacerdotalis dignitas commonetur, cui subiecta sit officio: vt sciat se sacrificium & libamina quæ offerũtur ex vino, pro populo offerre debere in cunctis solemnitatibus, tam videlicet in Kalendis, id est, neomeniis, quã in sãbbatis: quando tenebris cuncta operiẽtibus, lunaris exordium luminis est, & in requie sabbatorum: vt faciat videlicet pro peccato ad expiandum pro domo Israel, *quæ est ecclesia Dei viuentis*, columna & firmamentum veritatis. Ista est enim domus Dei viuentis, & domus Israel, quæ expiatione suorum indiget peccatorum.

a. ¶ *Hæc dicit dominus, &c.*] Totũ capitulum posui, ne dimissum per singula legentis animum conturbaret. Et primũ de interpretationis varietate dicendum est. Vbi nos interpretati sumus, in quatuor angulis crepidinis altaris: Lxx. transtulerunt, & super quatuor angulos templi, & super altare. Et vbi nos diximus, pro vnoquoq; qui ignorauit & errore deceptus est: illi posuerũt, φ ignorante & pro paruulo. In eo quoque vbi nos diximus, & sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet, & olei hin per singula ephi: illorum editio tenet, & sacrificium & coctionem vitulo, & coctionem arieti dabis, & olei hin coctionis. In extremo quoque versiculo, vbi nos diximus: in sacrificio & in oleo: illi dixerunt, sicut in manaa, sicut in oleo. *In primo*, inquit, *mense, & prima die mensis* (haud dubium, quin Nisan significet) *sumes vitulum de armento*: non qui domi nutritus sit, sed qui in armento, hoc est, de grege & numero plurimorum. In septima quoque eiusdem mensis die: quæ duæ solemnitates, hoc est, primi mensis prima dies, & eiusdem septima, in lege Mosaica non habentur. Quartumdecimum autem diem mẽsis, quo Pascha celebratur, & Moyses præcepit obseruandum, quando septẽ diebus azyma comedimus. Quartam vero solemnitatem, de qua dicit: septimo mense, quintadecima die mensis in solemnitate, & cætera: videtur mihi significare scenophegiam, quam hic sine nomine posuit. Curramus ergo ad singula, & quid nobis videatur, breuiter differamus. Esse solemnitates spirituales, & Apostolus docet: *Ne ergo quis vos iudicet in cibo & potu, aut in parte solẽnitatis, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt vmbra futurorũ.* Et sic per Esaiam loquitur Deus: *Neomenias vestras, & sabbata vestra, & diem magnũ nõ suscipio: ieiuniũ, & ferias, & neomenias, & solẽnitates vestras odit anima mea.* Manifestũ est, quod qui solemnitates oderit Iudæorum, suas diligat: sabbatum videlicet, quod relictum est populo Dei: vt videamus quæ à Deo donata sunt nobis: & loquamur, nõ in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus: spiritualibus spiritualia comparãtes. In præsenti enim sæculo, quod in maligno positum est, dies bonos videre non possumus, sed in nouo: de quibus diebus in carmine Mosaico Spiritus sanctus canit: *Memento dierũ antiquitatis: intellige annos generationis generationũ.* De quib. & sãctus loquebatur in psalmo: *Nocte in corde meo meditabar.* Et iterum: *Et annos æternos in mente habui, & meditatus sum.* Qui istũ non suscipit intellectum, respondeat quo modo illud possit exponere, quod Esaias de futuro & nouo sæculo vaticinatur: *Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: & veniet omnis caro adorare dominũ*: quando veri adoratores nequaquam adorabunt in mõte Garizim, nec in Hierusalem, sed in spiritu & veritate: quando erit cœlum nouum, & terra noua: *& liberabitur omnis creatura à seruitute corruptionis, in libertatẽ filiorũ Dei*: & sol septies tantum lumen accipiet, & luna soli comparabitur. Accessimus enim ad montem Sion, qui interpretatur specula, & ad ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & ad millia angelorum solemnitates. De qua solemnitate loquitur & alius propheta: *Quid facietis in diebus cõgregationis, & in diebus solemnitatis domini?* Hoc est illud quod & alibi dicitur. *Celebra Iuda festiuitates tuas: redde vota tua.* Si ergo didicimus solemnitates spirituales, consequenter docebimur & victimas spirituales. Assumitur vitulus de armento, siue taurus, vt interpretatus est Symmachus, liber, & nullo pressus iugo, hoc est, onere peccatorum, & immaculatus, *qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius*: vitulus nouellus, cornua efferens & vngulas: vt in ipso mundetur, & expietur sanctuarium. *Et tollet*, inquit, *sacerdos de sanguine eius, quod erit pro peccato omnium*: qui aliis verbis agnus appellatur in Exodo, & in Euangelio, Baptista Ioanne dicente: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Sanguis autem ipse est pretiosus, in quo redimimur in passione domini saluatoris: cuius carnibus alimur, & cruore potamur: quo tanguntur quatuor anguli crepidinis altaris (quod Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit, e עזרה: siue ἱεροῦ, id est, templi, vt Lxx. transtulerunt) vt sanctificetur domus & altare. Vniuersa enim mundi elementa hoc sanguine sanctificantur: vt cum quis expiatus fuerit atq; mundatus, ingrediatur portam atrij interioris, & possit domini arcana cognoscere: & cõsequenter venire ad septimã diem mensis primi, & cõsequi requiem, & domino offerre sacrificium tam pro ignorantia, de qua Dauid loquitur: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris*: quam pro paruulo, qui cum ad perfecti viri mensurã peruenerit, destruet ea quæ paruuli sunt, & loquetur confidenter: Dum essem paruulus, quasi paruulus loquebar, quasi paruul° sapiebam.

piebam. Siue pro eo qui errore deceptus est, & non tam voluntate, quã boni opinione peccauit. Completis autem duabus solemnitatibus primi mensis, hoc est, primæ diei & septimæ eius, venit ad quartum decimũ diem mensis, in quo paschæ solemnitas est: de qua scriptũ est: Etenim *pascha nostrũ immolat° est Christus.* Tũc comedimus septẽ diebus azyma in requie & securitate rerũ omniũ, qñ fermentũ malitiæ, & nequitiæ destruentes, manducamus azyma synceritatis & veritatis: principe nostro cuncta hæc pro nobis offerente, & primum pro seipso. Suscepit enim corpus humanũ, & per peccatũ destruxit peccatũ: qui pro nobis dolet & portat infirmitates nostras, deinde pro domo sua, φ in Lxx. scriptum est, sed in Hebraico non habetur, id est, pro ecclesia, & pro omni populo terræ, vniuerso videlicet humano genere. *Saluator est enim omnium hominũ, & maxime fidelium, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solum pro nostris, sed pro omni mundo.* Oblato autẽ vitulo pro vniuerso populo terræ, in septẽ diebus reliquis dominicæ passionis, septẽ vituli & septẽ arietes immaculati offeruntur quotidie, vt holocausto & igne dominico concrementur. Septẽ autẽ vituli & septem arietes sunt, qui configurantur dominicæ passioni: vt imirentur verum vitulum, & verum arietẽ, & sanguine martyrum per septem dies totius mundi peccata purgentur. Hircus quoq; caprarũ offertur pro peccato quotidie, septẽ videlicet diebus. Attendendumque diligẽtius, φ in sacrificio ephi per arietẽ, & olei hin offeruntur quæ lege præcepta sunt. In oblatione autẽ hirci, nec ephi, nec (vt Lxx. transtulerunt) coctio ponitur: qui φ ephi, πέμμα, hoc est, coctionẽ interpretati sunt. Hin vero, quæ olei certa mensura est, de qua ante iam diximus, assumitur in sacrificio vituli & arietis: vt fomentũ luminis sempiterni, & requiẽ laboris, & lassitudinis sanitatẽ, post placationem peccatorũ accipere possimus. In septimo quoque mense, quintadecima mensis die, hoc est scenophegiarum, idem oblationis & sacrificiorum ordo seruandus est, tam pro peccato quam pro holocausto, & in sacrificio & in oleo: vt festiuitatẽ domini, fugatis tenebris, & orto lumine olei consequamur: clarioresque habeamus solemnitates, in quibus nobis omnia peccata donantur.

CAPVT XLVI.

HÆc *dicit dominus Deus: Porta*, &c.] Vbi interpretati sumus ephi, quæ est decima pars cori. Lxx. transtulerunt, πέμμα, quod in nostra lingua coctionem sonat. Et vbi nos diximus sacrificium, illi ipsum Hebraicum posuere verbum a מנחה, quod Aquila, donum vel sacrificium: Theodotio, sacrificium transtulit. Et interim priusquam quid ista significent, disseramus, ipsa scripturæ ἀκριβείας verba pandenda sunt *Porta* inquit, *atrii interioris sex diebus* (de quibus scriptũ est: *Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua*) *erit clausa*: nec quælibet porta, sed quæ respicit ad Orientem. vnde oritur sol iustitiæ. Porro die sabbati, id est, septimo, in quo requies est: aperietur per singulas hebdomadas, & rursum completis diebus triginta, quando alterius mensis finis, & alterius exordium est, id est, neomenia, die videlicet kalendarum aperietur: vt quod priuilegium habet septimus dies in hebdomada, hoc habeat priuilegium mensis exordium. Cur autem aperiatur die septimo & die kalendarum porta interioris atrii, quæ respicit ad Orientem, sequens sermo monstrabit. *Et intrabit*, inquit, *princeps per viam vestibuli portæ deforis* atrii videlicet exterioris, *& stabit in limine portæ interioris atrii, quæ, respicit ad Orientem*: nec ingredientur atrium interius: sed illo stãte, alij sacerdotes facient pro ipso holocaustum (quam oblationem interpretatus est Symmachus) & pacifica, siue quæ ad salutem pertinent: vt postquam hostia principis, sacro igne fuerit concremata, & dux reconciliatus Deo, tunc adorare possit super limen portæ interioris atrij, in quo steterit, & egrediatur. Quid igitur? Post egressionem principis statim porta claudetur? Nequaquam: sed aperta erit vsque ad vesperam: vt post principem, omnis populus terræ adoret contra ostium portæ illius: adoret autẽ in sabbatis, & in Kalendis, quando aperitur porta. Et quia supra dixerat: *Facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius*, nec significauerat holocaustorum numerũ nunc infert. *Holocaustum autem hoc offeret princeps domino in die sabbati.* Offeret autem non per se, sed per sacerdotes holocaustum eius & pacifica eius: *sex*, inquit, *agnos immaculatos, & arietem immaculatum*, ita vt sacrificium arietis mensura ephi sit, quæ Hebraice appellatur b אפה. Sex autem agnis fit sacrificium, quod offerre poterit manus eius qui offert: & per singula ephi, erit olei mensura, quæ appellatur hin. Kalendarũ autẽ, hoc est neomeniarũ dies, hoc habebit priuilegium amplius à die sabbati: vt vitulus immoletur de armento, siue taurus immaculatus. Cætera autem, hoc est sex agni immaculati, & aries immaculatus, & sacrificia eorum, ritũ sabbati possidebunt: ita dumtaxat, vt sicut in ariete ephi offertur sacrificij, id est, similæ, & hin olei, ita offeratur & in vitulo. Hæc perspicuitatis causa sint posita: nunc spiritualẽ sensum domino donante referemus. Sex dieb° quib° operamur in mũdo, porta orientalis atrij interioris clausa nobis est. Postquã autem venerimus ad diem septimũ, id est, ad diem sabbati, in quo æterna requies est, siue ad diẽ kalendarum, quãdo post cæcam noctem, & horribiles tenebras, lucis exordiũ est: aperitur nobis porta oriẽtalis: si quis nostrũ per merita virtutũ: ducis nomen & dignitatem fuerit consequutus, per viam vestibuli portæ deforis, hoc est, per mũdi hui° labores, & portã ecclesiæ, quæ adhuc in terrenis finibus posita est ingredietur, non interius atriũ, (hoc enim in præsenti loco scribitur) sed ad limen portæ interioris, & stabit in ea. Sin autẽ princeps in præsenti scriptura non ingreditur atriũ interius, sed stat in limine eius, nulli dubiũ est nunc ex parte nos videre, & ex parte cognoscere, & necdum reuelata facie gloriam domini contemplari. Denique stante principe in limine portæ atrij interioris, cæteri sacerdotes, quibus hoc officium delegatum est, quos possumus intelligere virtutes angelicas, facient pro ipso holocaustum & pacifica. Indigemus enim misericordia Dei: & omnis creatura ad comparationem creatoris immũda est & diuino igne purganda, quo & Esaiæ prophetæ purgata sunt labia: Vt postquã per sacrificium pacem receperit, tunc in limine cõstitutus, adorat omni potentiam Dei: & se atrij interioris ingressu fateatur indignũ, & statim ingrediatur. Postquam autẽ qui primus est, fuerit egressus, non claudetur vsq; ad vesperã huius sæculi ipsa porta interioris atrij, sed aperta erit: vt populus quoq; terræ sit ad ostium, & adoret ad eum: nequaquam omni tempore, sed quando requieuerit à peccatis, & fugatis tenebris fidei, scientiæ lumen acceperit. Hoc autẽ ipsum holocaustum, quod offert princeps per sacerdotes in die sabbati, sex agnorũ immaculatorũ numero terminatur: pro sex videl. diebus in quibus operamur in mundo: & arietem immaculatum, qui princeps gregis est: ita vt per singulos arietes offeratur in sacrificio ephi, id est, decima

A

pars cori. In agnorũ autem sex sacrificio, certa mensura non ponitur, sed quantumcunque dederit manus eius qui offert, hoc est, pro operum qualitate atque mensura. *Olei autem hin* offeret *per singulas ephi*, hoc est, oleũ quod sibi quinque virgines præparauerunt: vt vngat similam siue cõmiscеat, & omnis oblatio Dei plena sit lumine veritatis, & exhilaretur facies offerentis oleum. Die autem Kalendarum (hoc est, die tricesimo, quando primogenita, & Leuitæ numerantur in lege præter omnem Israel, de quibus supra diximus) offertur vitulus immaculatus de armento (super quo plenius in priori capitulo disseruimus,) & agni sex, & arietes immaculati, & cætera quæ offerantur in sabbatis, vt æternã requiẽ cõsequamur, & mereamur audire: *Euge serue bone, quia in paucis fidelis fuisti super multa te constituam: intra in requiem domini tui*: & nõ solum ad portam interioris atrij peruenire, sed etiã penetralia eius intrare possimus, & illud opere possidere: *Tlantati in domo domini, in atriis Dei nostri florebunt.*

a ¶ *Cumque ingreditur princeps.* &c.] Princeps ille de quo supra dictũ est: Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, per eãdem portam ingrediatur, & per eãdẽ egrediatur: liberi enim arbitrij est, & potestatẽ habet ponendi animã suam, & rursum resumendi eam: tamq; ad nos veniens, quam ad cœlestia conscendens, eadẽ maiestatis suæ vtitur libertate. Deniq; non quærit nundinas, nec solemnitates, nec differentiam vllã obseruat dierũ: quia omne tempus, ei festiuitas est. Populus autem in nũdinis tantum, & in solemnitatibus ingreditur & egreditur, & non per eandem viam, sed per alteram atq. alteram. Scriptũ est enim: *Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solemnitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ, & qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur.* Quod non solum his præcipitur, qui egrediuntur de Sodomis, & dicitur eis: *Ne respicias retrorsum*: neque illis qui manum mittunt ad aratrum, vt non respiciant ea quæ post tergum sunt: sed in domo quoque domini constituris, iubetur ne post terga respiciant, & reuertantur ad egena, & infirma elementa, & incipientes spiritu, carne consummentur: sed vt de spiritualibus quoque ad maiora procedant, & dicant cum Apostolo: *Præteritorum obliuiscens, & in priora me extendens*: vt nequaquam ex parte cognoscant, & ex parte prophetent, sed veniãt ad perfectum: iuxta eam tamen perfectionem quam potest capere humana natura: vt intelligamus illud euangelicum: *Et vos cum omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.* Vnde & Apostolus in eadem epistola de duabus loquitur perfectionibus: quasi imperfectus enim scribit: *Non quia iam accepi, aut quasi iã perfectus sim: persequor autẽ si apprehendã, in quo & comprehensus sum à Christo.* Statimq. quasi perfectus loquitur: *Vnum autẽ, posteriorum obliuiscens, ad ea quæ in priora sunt me extendens, iuxta propositum præsequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Quo modo enim potest stare sententia: vt qui dixerat, non quia iam accepi, aut quia iam perfectus sum, audeat dicere: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus? Ex quo perspicuum est omnem hominem, & vniuersam creaturam, quamuis ad perfectionem venerit, tamen indigere misericordia Dei, & plenam perfectionem ex gratia, non ex merito possidere. Præcipitur itaque populo terræ: vt si ingreditur per portam Aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Quis est iste populus, cui hoc præcipitur? Nempe gentilium: vt qui derelinquens portã Aquilonis, à quo exardescunt mala super terrã, ingressus fuerit templũ, nõ egrediatur nisi per viã portæ meridianæ: ad portã caloris, ad portã in qua sponsus cubat in meridie. Denique dicitur in eodẽ Cantico canticorum: *Surge Aquilo, & veni Auster.* Qui vero ingreditur per viã portæ meridianæ, egrediatur per viã portæ Aquilonis. Quis nam ille est populus? scilicet Iudæorũ, qui derelinquẽs portã viæ huminis, vadit ad portã Aquilonis: de quo dicitur: *Aquilo ventus durissimus.* Nã & olla Hieremiæ à facie Aquilonis accẽditur. Dicam⁹ & aliter: Per portam Aquilonis ingreditur, qui peccata dimittit, & egreditur per portã meridianã, qui virtutes sequitur. Et ecõtrario: si iustus lapsus fuerit in peccatis, ingreditur quidem per portam meridianam, sed egreditur per viã portæ Aquilonis. Princeps autẽ, inquit, in medio eorum erit, ingredientium scilicet & egredientium: iuxta illud quod scriptũ est: *Medi⁹ inter vos stat, quẽ vos ignoratis.* Et apostolus: *An ignoratis quia Christus in vobis est?* Sin autem ignorantium dicitur, quod medius inter eos stet Christus, quanto magis scientibus? Sed cum inter scientes Christus steterit, tunc corpus mortuum fiet propter peccatum, & spiritus viuens propter iustitiam. Ingreditur autem princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egredientibus: vtrorumque virtutis atque peccati testis assistens. In nundinis ergo & in solemnitatibus, sabbatorum videlicet & Kalendarum, & vniuersæ festiuitatis, de qua in anterioribus locuti sumus, tam in vitulo, quam in ariete per singula ephi offerentur in sacrificio. In agnis vero non erit certus numerus, nec voluntati dimissum arbitrium: sed viribus quis vtetur, & bono conscientię: vt quantum potest, non quantum vult, offerat, & super omnia olei hin per ephi singula: vt vngatur similа, & lucerna accendatur in conspectu domini, & qui eo vtitur, possit dicere: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini.*

b ¶ *Cum autem fecerit princeps spontaneum*, &c.] Vbi nos legimus, immaculatum, & in Hebraico scriptum est c תמים: Aquila perfectum, interpretatur. Et vbi Lxx. d מנחה, Theodotio, sacrificium, Aquila & Symmachus, donũ transferũt. Pro eo autẽ quod nos diximus, spontaneũ, Lxx. ὁμολογίαν, id est, confessionem verterunt: & pro principe, ducem: hoc enim e נשיא significat. Adhuc autẽ sermo de principe est: de quo Esaias loquitur: *Ecce testimonium in gentibus dedi eum principem, & præceptorem in gentibus.* Et Ezechiel: *Et ego dominus ero eis in Deum: & Dauid princeps in medio eorum.* Cum igitur iste princeps fecerit spontaneum, & dixerit: Voluntaria siue spontanea oris mei beneplacita fac domine: Spontaneum autem holocaustum, vt totum se offerat Deo, & pacifica voluntaria, quod in prioribus non inuenitur: scriptũ est enim: *Et facient sacerdotes holocaustũ eius & pacifica eius*: Et de spontaneis ac voluntariis, quibus nunc dicitur, omnino reticetur: vt non necessitate faciat, sed voluntate: post holocaustum offerat pacifica, & reconcilietur Deo. Vnde & virginitas maiorem nuptiis, quia non exigitur, nec redditur, sed offertur. Pro pacificis, quæ Hebraice dicuntur f שלמים Lxx. salutaria interpretantur: vt ipsa conciliatio pacificorum, salus sit offerentis. Cum ergo hoc fecerit princeps, aperietur ei porta, vel iuxta Lxx. aperiet sibi portam, quę respicit ad Orientem: illam videlicet portam, de qua scriptum est: *Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam*: & vnde oritur sol iustitiæ. Et faciet, inquit, holocaustum suum & pacifica sua:

Matt.25.a לרם
Num.4.a
Matt.25.b
Psal 91.e
Ioan.10.e
B
Gen.16.d Luc 9.g
Gal. 4 b 3.a
Phil 3.c
Luc.17.c
Phil. 3 c
Hier.1.e
Cant.4.d
Prou.17 c Sec.70.
Hier.3.e
Ioan 1.d 2.Cor.13.b
Rom.8.b
D
1.Cor.7. f selamim
Psal.117.a
C
c tam im d minha
e nasi Ese.55 b Sec.70. Sup.34.f
נדבה Psal.118.a
g deror; Leuit.25 b
Psal.51.b

E

sua: de quibus nunc diximus. Faciet autem quia spontaneũ sacrificium est, & non alij pro eo facient sacerdotes, videlicet sicut fieri solet in die sabbati. Ergo omni tempore holocaustum & pacificum, quod offertur voluntarie, reseratam habet portam domini: nec obseruat sabbatum, sed omnes dies ei reputantur in requiem. Deniq; postquã obtulerit holocaustum & pacifica, statim egreditur, & clauditur post eũ ianua, siue claudit ianuam: vt seruetur principi priuilegium suum, nec sacrificia eius populo misceantur. Et quia generaliter dixerat, spontaneũ holocaustum, aut pacifica volũtaria domino: nec apposuerat taurũ siue vitulũ, & arietem, vel ouẽ, hircumque pro peccato: docet quod sit ipsum holocaustum: Agnũ, inquiens, anniculũ immaculatum faciet holocaustũ: & non certis diebus, sed quotidie: nec qualibet hora, sed mane, mane faciet illũ: per singula videlicet mane, quando orto sole, lucis exordium est. De quo mane Dauid loquitur in psalmo: *Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi: & videbo.* Et in alio loco: *Ad vesperum demorabitur fletus, & in matutino lætitia.* Et iterum: *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.* Quis sit autẽ iste agnus immaculatus, siue perfectus & anniculus, Esaias plenius docet, dicens: *Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus in conspectu tondentis se sine voce, & non aperuit os suum.* Et Hieremias: *Ego autẽ sicut agnus innocens ductus ad victimam, non cognoui.* Et Ioannes Baptista: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Iste est agnus, qui immolatur in Ægypto: de cuius sanguine armantur postes fidelium, & exterminator excluditur. Anniculus autem, quia prædicauit annum domini acceptabilem, & diem retributionis. Nec miretur lector, si idem & princeps est, & sacerdos, & vitulus, & aries, & agnus: cum in scripturis sãctis pro varietate causarũ legamus eum dominum, & Deum, & hominem, & prophetam, & virgam, & radicem, & florem, & principẽ, & regẽ, & iudicem, & iustum, & iustitiam, apostolum, & episcopum, brachium, seruum, vnguentum, pastorem, filium, & puerum, vnigenitũ & primogenitũ, ostium, viam, angelum, sagittam, & sapientiam, & multa alia: quorum omnium, si voluero testimonia dicere, proprio libro indigent. In holocausto itaque istius agni, immaculati & anniculi, qui mane semper offertur, faciet ipse princeps sacrificium, siue manaa: & similam, siue donum, manc, mane, sextam partẽ ephi, subauditur, similæ. Sexta autẽ pars ephi, dimidius modius est. Si.n. ephi decima pars cori est, id est, tres modij: nulli dubium, quin sexta pars ephi, dimidium faciat modiũ. De oleo quoq; mensuræ hin, tertia pars offertur: vt misceatur, siue aspergatur similæ: Sacrificium Deo, legitimum, iuge atque perpetuum: quod nulla intermittitur die, sed omni tempore orto sole semper offertur: vt impleatur quod in fine capituli huius ponitur: Faciet agnũ in sacrificium, & oleum mane, mane, holocaustum sempiternum.

a ¶ *Hæc dicit dominus*, &c.] Hucusque sermo de principe, nunc de heredibus eius præcepta tribuuntur: imo de donis, hereditate, atque legatis, quibus dare debeat, & quorum sit, vel ad tempus, vel æterna possessio. Si inquit, filiis suis dederit vel donum, vel hereditatẽ, ipsi possidebunt eam: quia eis successionis iure debetur, & de alio ad alium non potest transire possessio. Sin autẽ dederit vni seruorũ suorũ legati nomine: tamdiu habebit possessionẽ, quandiu vel septimus annus remissionis, qui dicitur g דרור, vel iubileus, hoc est, quinquagesimus adueniat: quando omnis emptio, atq; donatio reuertitur ad priores dominos: ita vt seruus vsum ha-

beat pro tempore, & proprietatem possessionis filij principis. Quod autem sequitur: *Et non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam*, (siue vt Lxx. transtulerunt, *vt oppri-* לתורם
mat eos: vel vt Aquila & Symmachus, *vt affligat eos atque cõtristet*: *sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis.*) Sugillat nõ solum illius temporis sacerdotes & principes, sed nostri quoque, qui diriores fiunt sacerdotes dignitate, & præter ea quæ sibi domini dispositione debentur, tollunt à pauperibus per violentiam, vel sub honoris nomine diuites spoliant: vt ipsis quoque filiis suis, quibus paterna debetur hereditas, nil debeant derelinquere, nisi quod sibi à parentibus derelictum est. Ergo qui ditior est sacerdos quam venit ad sacerdotium, quidquid plus habuerit nõ filiis debet dare, sed pauperibus, & sanctis fratrib⁹ h detor. & domesticis fidei, qui vincũt merita liberorum: vt reddat ea quæ domini sunt, domino suo qui loquitur in euãgelio. *Quidquid vni istorum feciſtis, mihi feciſtis.* Ipse enim in pauperib. suscipitur hospitio, visitatur in carcere, nudus tegitur, sitiens bibit, faturatur esuriens. *Vt nõ dispergatur*, inquit, *populus meus vnusquisque à possessione sua.* Si enim licentiam habuerit princeps, vel accipere, vel rapere, vel sub figura honoris, tenere, quæ non sunt sua, & liberis derelinquere: populus, qui in nomine Dei fuerat congregatus, dispergetur in partes, atque lacerabitur: siue iuxta legem, ne paulatim alterius hereditas transeat ad aliũ, & pereat funiculus diuisionis, per quem sorte ad vnumquemque venit hereditas. Dispergit ergo populum Dei & aufert ab eo possessionem fidei sempiternam, qui aliena dona, vel bona, vel rapina, vel adulatione, vel blanditiis, vel præsextu religionis, filiis, fratribusque & consanguineis derelinquit.

b ¶ *Et introduxit me*, &c. *Et dixit ad me. Hæc est domus culinarum, in qua coquent ministri domus victimas populi*, seu *victimam.* Hoc enim Hebraice significat † זבח.] Vir qui calamum tenebat manu, & funiculum cementarij, quo ædificium metiretur, Introduxit, inquit, me per ingressum qui erat ex latere portæ, vel post tergũ portæ. (Nec posuit cuius portæ. Orientalis, aut australis, aut alterius plagæ, sed reliquit incertum,) vt irem ad locum sanctuarij, & in gazophylacia, siue in cubicula sacerdotum, quæ respiciebant ad Aquilonem & ad mare, ad Septentrionem videlicet & ad Occidentem hanc habente scriptura sacra consuetudiné, vt pro situ terræ Iudææ, semper mare Occidentem vocet. Et considerandum quod locus sacerdotũ vbi pro delicto, siue ignorantia, & pro peccato coquuntur sacrificia, ne cruda offerantur, in atrium exterius ad Aquilonem & Occidentem positus sit, vnde ventus frigidissimus oritur, & ibi solis lumen occumbit. Ex quo ostenditur, quidquid ad edulium pertinet, vel pro errore esse, vel pro peccato. Sin autem & pro ignorantia offertur sacrificium, quanto magis pro delicti conscientia Vnde & Iob offerebat mane quotidie Hostiam pro filiis suis timens ne per ignorantiam deliquissent. Quod autem sequitur: *Vt non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus*, qui sanctificationi non fuerat præparatus: illud significat, ne facile non sanctificatis sancta tribuamus: nec mittamus) iuxta Euangeliũ) margaritas ante porcos, nec demus sanctum canibus. Denique Moyses tribus diebus ab omni immunditia, & ab vxorum complexu vult populum sanctificari, vt accedat ad montem Sina, & sanctificatus sancta suscipiat. Si autem accessuri ad audienda & suscipienda verba Dei, sanctificari iubentur ab vxoribus, manifestum est in lege illud apostolicum contineri: *Nolite fraudare inuicem, nisi*

Num 27 b 36.c
Mat. 7.6
Exod.19.8
1.Cor.7.6

† zebah.
לשכות
אשם
Iob.1.6

forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & ex consensu abstinendū ab vxoribus, vt vacemus orationi. Post hæc scriptum est: *Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce atriolū erat in angulo atriij, atriola singula per angulos atrij: in quatuor angulis atrij atriola disposita.* Ille vir, quem sæpe commemorat, eduxit eum de loco sacerdotum, qui vergebat ad Aquilonem, vbi erat locus vergens ad occidentem, siue qui erat separatus, vbi coquūt sacerdotes pro delicto, & pro peccato, vel ignorantia: eduxit autē in atriū exterius. Ex quo intelligimus illud atriū de quo egressus est, fuisse interius & multa esse atria in scripturis sanctis, de quib. legimus: *Qui statis in domo domini, in atriis domus Deinostri.* Et in Ioanne: *Et alias oues habeo, quæ non sūt ex hoc atrio, & illas oportet me adducere, & vocem meā audiēt, & fiet vnum atrium, & vnus pastor*: hoc enim Græce αὐλὴ significat, quod Latina simplicitas in ouile transtulit. Quando autem dicit, ex hoc atrio, ostēdit esse & aliud: quod vel in gentium turba, ad distinctionē Israel, vel in cœlis ad separationem terreni atrij demonstratur, & pro qualitate meritorum vnicuique officio atriū delegatū: super quo in anterioribus plenius disputatum est.

Τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ χωρισμένου.

Psal 134.a

Ioan.10.c ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης

Hoc autem atrium, de quo nunc sermo est, per singulos angulos quatuor habebat atriola, quæ Lxx. minora vocant, & nos pro facilitate sensus κατοικιστικῶς, atriola diximus. Quadraginta cubitorum erant per lōgum, & triginta per latum. De quibus numeris in hoc eodem propheta disputasse me memini: quod aliud ad tribulationes & angustias, aliud ad perfectā referatur ætatem. Vnde quadraginta diebus Moyses, & Helias, & dominus atque saluator in eremo ieiunarunt: & ad sacerdotale officium, non post vicesimumquintū ætatis annum, sed post tricesimum accedunt. Quamobrem & dominus triginta annorum erat, cum venit ad baptismū: & in hoc eodem propheta tricesimus annus pontior in exordio. Vbi igitur cibi, ibi & angustia atque tentatio, per quæ parantur cibi. Et vbi in perfecti viri venerimus ætatem, ibi calcanda sunt omnia, & dicendum: *Habētes victum & vestitum, his contenti simus.* Et: *Si dederit mihi dominus cibum ad vescēdum, & vestem ad operiendum.* Vel certè illud: *Esca ventri, & venter escis. Deus autem & hunc & illas destruet.* Neque enim in futuro māducabimus & bibemus, sed illo vescemur pane, qui de cœlo descendit: de quo in psalterio canitur: *Panem angelorum māducauit homo.* Et: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* Quod autē mensura vna atriolorum erat quatuor, quæ atrij maioris angulos possidebant, quatuor mundi significat plagas: quod in sudore vultus nostri comedamus panem, & omnis labor ventri stercorique proficiat. Quæ quatuor atriola, vel vnus paries ambiebat, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum, vel propinqua habebant accubita: vt vbi cibi, ibi & mensarum præparatio. Et ne forsitan ignoraret propheta quid essent quæ cerneret, dixit ad eum: Hæc est domus culinarum, in qua coquent ministri domini victimas populi. Populi quidem victimæ, quæ offeruntur pro delicto, siue ignorantia, & pro peccato, sunt alimenta, & refrigeria sacerdotum: vt meminerit nihil se aliud debere appetere, cum etiam in templo carnes ad eorum refrigeria præparatæ sint.

Exod.34.d 3.Reg.19.b Matt.4.a Num.4.a

Luc 3.c

1.Tim.6.b Gen.28.d 1.Cor.6.c

Ioan.6.d Psal.77.c Ioan.4.c

CAP. XLVII.

ET conuertit me, &c. *Et mensus est mille, torrentē*, &c.] Pro quo Lxx. transtulerunt: Et mensus est mille, & non potuit pertransire: quomodo ferebatur aqua instar præcipitis torrentis, qui transiri nō potest. Aquæ istæ quæ egrediebantur subter limen domus, id est, templi, non ferebantur ad Aquilonem & ad Occidentem, sed ad Orientem: & in latere templi dextro, id est, ad meridiem: ipsamque meridiē non cuiuslibet loci, sed altaris. Ex quo perspicuū fit sacras esse aquas, & Saluatoris nostri significare doctrinā: iuxta illud ꝙ scriptū est: De Siō egredietur lex, & verbū dñi de Hierusalem. Et in alio loco. Repleta sunt omnia sciētia dñi, sicut aqua multa operiens mare. De his aquis & Zacharias propheta vaticinatus est, dicēs: *In die illo egredietur aqua viuens de Hierusalē: & mediū eius in mare primū, medium autem illius in mare nouissimū.* De his aquis & ad Samaritanā domin⁹ loquebatur. *Si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitā petisses eum, & dedisset tibi aquam viuentem.* Et iterum: *Omnis qui bibit de aqua ista, sitiet denuo, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternū.* Et in tēplo clamabat atq; dicebat: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Istæ sunt aquæ, de quibus propheta loquebatur in psal. *Super aquas refectionis educauit me.* Et Ezechiel: *Assumam vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram, & aspergam super vos aquā mundā, & mundabimini ex omnibus immunditiis vestris. Apparuerunt enim fontes aquarum.* Et in nonagesimosecundo psalmo canitur: *Eleuauerūt flumina domine, eleuauerunt flumina voces suas, eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarū multarum. Mirabiles elationes maris.* Istæ sūt aquæ Siloe, quæ vadunt cum silentio, de quibus loquitur Esaias: *Haurietis aquas de fontibus saluatoris.* Et psalmista: *Benedicite domino de fontibus Israel.* Et idē Esaias de domino saluatore: *Iste*, ait, *habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ. Panis ei dabitur, & aqua illius fidelis.* Erupit enim in deserto aquas, & vallis in terra sitienti. Diciturque credentibus, *Noli timere: quoniam redemi te, vocaui te nomine tuo: meus es tu: & si transieris per aquam, tecū ego sum.* Et rursum: *Qui sititis, ite ad aquam.* Et per Hieremiam loquitur Deus: *Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontē aquæ viuæ: & foderunt sibi lacus qui aquā continere nō possunt.* Sicut igitur legimus in bonam partem aquas, quæ egrediuntur de limine templi, & referuntur ad doctrinā ecclesiæ: sic sunt aquæ amaræ, & aquæ pessimæ, ad quas Hieremias propheta nos prohibet accedere, dicens: Quid vobis & viæ Ægypti vt bibatis de aquis Geō? quæ Hebraice dicuntur a שִׁחוֹר, id est, turbidæ atque cœnosæ. De quibus iratus super hæreticis loquitur Deus: *Ecce ego cibabo eos angustiis: & dabo eis potum aquam fellis*: in qua draco regnat Ægyptius, qui dicit: *Mea sunt flumina, & ego feci ea*: qui *omne excelsum videt*: & ipse est rex eorum qui in aquis sunt. Vnde vir ecclesiasticus dominum deprecatur, & dicit: *Saluum me fac domine: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substātia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Et iterum, *Libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarū: non me præcipitet tempestas aquæ, nec absorbeat me profundū: neque vrgeat super me puteus os suum*: Et in alio psalmo: *Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia dominus, erat in nobis, cū exurgerēt homines in nos, forsitan viuos deglutissent nos. Cū irasceretur furor eorum super nos, forsitan aqua absorbuisset nos.* Et sponsa in Cantico cāticorū: *Aqua multa nō poterit*

Esa.12.a

Ibid.11.a Sec.70.

Zach.14.b Sec.70.

Ioan.4.b

Ioan.7.f

Psal.22.d Sup.56.a

Psal.17.c Esa.8.b

Ibid.12.a Psal.67.f Esa.33.a Sec.70. Ibid.35.a Ibid.43.c

Esa.55.a Hier.2.a

Ibid.d Sec.70. a sihor. Ibid.9.c Sec.70. Sup.29.a Sec.70.

Psal.68.c

Ibid.33.

Cant.8.c

poterit restinguere charitatē, & flumina non demergent eā. Ista est aqua de qua dicit Osee. *Contempsit me Galaad ciuitas, quæ operatur vanitates, conturbans aquā: & fortitudo eius viri piratæ.* Quæ aqua alio nomine vocatur marach, hoc est, amaritudo: in qua lignū crucis mittitur, & amara vertuntur in dulcia. Cōsidera legem Moysi, si intelligaturiuxta sensum carneum Iudæorum, quo modo amara sit, effodiens *oculum pro oculo, dentem pro dente*: Iudæ in Thamar fornicationem, & Oseę iunctum fornicariæ, Hieremiæ πολύζωμα, Moysi vxorē Æthiopissam, & interfectionem Ægyptij, & mille alia: quæ si intelligamus iuxta occidentem literam, & non iuxta spiritum viuificantem, amara sunt, & lectorem suum non tam ædificant, quam destruunt. Istæ igitur aquæ, quæ egrediuntur de templo domini, & pergunt ad Orientem, descendūt in latus templi dextrum ad altaris meridiē, vbi sponsus conuiuas suos pascit, & accubat. Quod autem sequitur. *Et adduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit ad viam, foras portam exteriorem, viā quæ respiciebat ad Orientem*: illud latenter ostēdit, quod statim ad portam orientalem peruenire non possumus, nisi per viam portæ Aquilonis longo circuitu peruenimus ad eam. Nisi enim ventum frigidissimum vicerimus calore fidei, & calcauerimus regiones eius, (vt impleatur illud in nobis Apostolicū: *Deus autem pacis conteret satanā sub pedibus vestris velociter*,) portam, per quam egrediuntur aquæ, & sunt à latere dextro, ingredi nō valebimus. Et nota quod aquæ istæ, quæ egrediuntur per portam Orientis, intantum leuas partes fugiunt, vt à dextris altaris ad meridiem pergere describantur. Vir autem, inquit, ille, qui habebat funiculum in manu, cum me duxisset per portam Aquilonis forinsecus ad viam, quæ respiciebat Orientem, & ipse quoque esset in eodem loco, mensus est eiusdem aquæ mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos: quos Aquila & Symmachus & Theodotio ἀσφυάλους interpretati sunt: pro quibus Lxx. transtulerunt: & transiuit in aqua aquam remissionis. Quod intelligere possumus prima hominum significare peccata: quæ ingredientibus nobis aquas domini, dimittuntur & baptismi ostendunt gratiam salutarem, & initia sunt profectuum, tamen ipsi sublimia. Denique ad talos vsque pertingunt, qui plantæ calcaneoque vicini sunt, quod patet morsibus columbri, dicente domino. *Tu eius obseruabis caput, & ipse obseruabit tuum calcaneum.* Et in psalterio de Iuda dicitur proditore: *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem* siue *calcaneum*: hoc enim Græcum πτέρνη, significat.) Post mille autem cubitos, qui peruenerunt vsque ad talum, mensus est alios mille cubitos in aqua: & traduxit me vsque ad genua. Post remissionem siquidem peccatorum, & iter profectuum, quando paululum de terrenis ad altiora conamur ascendere, flectimus domino genua, dicente Apostolo: *Vt omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.* Tertio mensus est mille alios cubitos: & traduxit, inquit, me per aquam vsque ad renes. His enim gradibus ad sublimia peruenimus: quæ tamen ipsa sublimia vsque ad lumbos, & renes peruenunt: vt omnis in nobis ignobilis libido truncetur, & possideamus sanctificationem corporis, sine qua nemo videt Deum. Vnde & in hoc eodem propheta: à pedibus vsque ad lumbos Deus igneus cernitur. Indigent enim igne & purgatione opera lumborum: dicente iusto. *Quoniam lūbi mei repleti sunt illusionibus*: per quos nobis & in die, & in noctium phantasmate illudit inimicus. A lūbis vero vsque ad caput, & verticem, pretiosissimo metallo electri fulgore resplender: vt nihil in se sordium, nihil habeat vilitatis. Vnde nunc quarto dicitur: *Et mensus est mille*, (subauditur, cubitos,) *torrentem* (ꝙ Lxx. non transtulerunt,) *quem non potui pertrāsire*: multo melius, quam Lxx. qui dixerunt, & nō poterat pertransire. Propheta enim, & omnis humana natura, post lumbos, torrentem cogitationū, & incentiua in corde vitiorum, non potest pertransire. Vir autem ille qui inductus erat baddim, & ductor prophetæ, liquido pertransiit, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Causasq; reddit, cur propheta mille quartos cubitos non potuerit pertransire: *quoniam*, inquit, *intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potest trāsuadari.* Et quo modo scriptum est, gloriante propheta: *Torrētem pertransiuit anima nostra*: Sed facile soluitur, si sciamus pro hoc scriptum esse in Hebræo: *Torrens pertransiit animam nostrā.* De hoc torrente & Esaias loquitur: *Ecce ego inclino super eos sicuti fluuius pacis, & sicut torrēs inundans gloriā gentiū.* Et in tricesimoquinto psalmo de sanctis dicitur: *In protectione alarum tuarum sperabūt.*

E

Osee.6.c Sec.70. נהרה

Exod.15.d

Ibid.21.c

Gen.28.d Osee.1.a Hier.13. Num.21. Exod.2.

בדים

Esa.53.c

Psal.123.d

נחלה עבר על- ונשטו

Esa.60.d

F

Rom.16.c

Gen.1.c Sec.70. Psal.40.c

Philip.2.d

Heb.12.d Sup.8.a Psal.37.c

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos: quoniam apud te est fons vitæ. Et in centesimo vicesimo quinto: *Conuerte domine captiuitatem nostrā, sicut torrens in Austro.* Et super saluatore: *De torrente bibet in via. Quis* enim hominū *gloriari potest castum se habere cor*: vel ad cuius mētem per oculorum fenestras, mors concupiscentiæ non introibit? & (vt parum dicam) animi titillatio? *Mīdus* enim *in maligno positus est*: & à pueritia appositū est cor hominis ad malū: vt ne vnius quidem diei à natiuitatis suæ exordio, sine peccato sit humana cōditio. Vnde & Dauid cōfitetur in psalmo: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Non in iniquitatib. matris meæ, vel certe meis, sed in iniquitatibus humanæ conditionis. Vnde & Apostolus dicit: *Regnauit mors ab Adā vsque ad Moysen, etiam super eos qui nō peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ.* Quod cubitos genere masculino, & nō neutrali, cubita dicimus, iuxta regulam Grammaticorum, & in superioribus docui, non nos ignorantia hoc facere, sed consuetudine, propter simplices quosque & indoctos: quorum in congregatione ecclesiæ maior est numerus.

H

Psal.109. Prou 20.d Hier. 9.f

1.Ioan.3.d Gen 8.c Iob.14.a Sec.70. Psal 50.a

Rom 5.d

יהוקאל

a ¶ *Et dixit ad me*: &c.] Totum capitulū quanquā prolixum sit simul ponere volui: ne sensum legentis irrumperem, & lectionis ordo diuisus in partes, audientis intelligentiā conturbaret. Primumque dicendum, quod pro torrente qui in Hebraico dicitur b נחל, & Græco sermone χείμαρρος appellatur: Lxx. flumen transtulerūt. Deinde pro Galilæa, quæ Hebraice dicitur c גלילה: Aquila Ἑλωαί interpretatus sit: quod tumulos significat arenarū: Symmachus μετώπων: quod possumus transferre confinium. Pro Arabia quoque Symmachus, inhabitabilem: Aquila, humilia, vel plana: Theodotio, Arabas transtulerunt. Dicamus ergo quid nobis videatur in singulis. Vir ille qui erat ductor Ezechielis, commonet prophetam, vt diligentius intueatur & videat, & occulta mysteria oculis mentis attendat. Vocat autem filium hominis, vel in figurā domini saluatoris (etenim Ezechiel interpretatur, fortitudo vel imperium Dei) vel certe ad commonitionem fragilitatis humanæ: ne obliuiscatur conditionis suæ, dum ei magna monstrantur, & commonitum ducit atque conuertit ad ripam torrentis: vt quoniam me-

b nahal c gelila

diam profunditatem transire non potuerat, saltem ea quæ in ripis sunt, recognoscat. Cumque, ait, me conuertissem, siue ille me conuertisset, qui ductor erat & monitor, ecce in ripa torrentis, siue fluuij, ligna multa, vel arbores plurimæ nimis ex vtraq; parte. Torrens iste, qui pro aquarũ abundãtia fertur more torrentis, & suscipit de cœlo pluuias (de quo in præterita diximus lectione,) ipse à Lxx. appellatur fluuius, eo q̃ perpetuas aquas habeat, nec de pluuiis hinc inde collectas, sed de viuo & perpetuo fonte manantes. De quo fluuio multa in scripturis sanctis legimus, sed in præsentiarum pauca dicẽda sunt: ac primũ illud: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et in alio loco: *Flumen Dei repletũ est aquis: præparasti cibum eorũ: quia sic est præparatio eius.* Rursumq; pluraliter: *Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina voces suas, eleuauerunt flumina fluctꝰ suos à vocibus aquarum multarũ: Mirabiles elationes maris.* Et in Esaia: *Faciam in deserto viã, & in inuio flumina.* Et in alio eiusdẽ loco manifestius: *Apparebit in Sion fluuius decurrens, gloriosus in terra sitienti.* Super hunc fluuium erant arbores plurimæ ex vtraque parte ripæ: vt inter duo scilicet instrumenta, vetus & nouũ, clausus curreret fluuius. Ligna autem multa, vel arbores plurimas & multas nimis, illas arbitror, quas in paradiso scriptura commemorat pomis variis abundare: docetque prophetã ductor præuius & magister, & dicit: Aquæ istæ quæ egrediuntur, vel in Galilæam gentium iuxta Lxx. vel (vt verius in Hebræo continetur) ad tumulos sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, vel ad Arabiam: intrabunt mare, vel ad exitus maris, & sanabuntur aquæ. Aquas vel baptismi gratiam, vel euangelicam significare doctrinam, dudum diximus. Quæ si egrediantur de limine templi domini, & apostolicam teneant disciplinã, tumulos sabuli, steriles prius & infertiles, faciunt esse frugiferos, & omnia plana atq; deserta ita irrigantur, vt exprimant in se Hierichontini fluuij sacramentum: quem Helisæus euangelico & apostolico curauit sale: intantum vt vbi prius sterilitas fuerat & mors, ibi vbertas esset & vita. Nec solum deserta sanarunt, sed intrant mare Orientale: mare videlicet mortuum, in quo nihil poterat esse vitale, & mare amarissimum: quod Græce λίμνη ἀσφάλτου, id est, stagnum bituminis vocatur. Mirumque in modum aquis euangelicis aquæ sanantur mortuæ: quæ ab eo quod nihil in se vitale habeant, nomen mortis sortitæ sunt. Non enim nouerãt eum qui dicit: *Ego sum vita, & veritas.* Et reuera iuxta literã hucusq; nihil quod spiret, & possit incedere præ amaritudine nimia in hoc mari reperiri potest: nec cochleolæ quidem paruique vermiculi & anguillæ, & cætera animantium siue serpentium genera: quorum magis corpuscula posslumus nosse quam nomina. Denique si Iordanis auctus imbribus pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur, & pinguibus aquis supernatant. Cum hęc itaque nihil vtilitatis habeant, vt simplex sermo testatur (etiam si facta fuerint, quod stulta Iudæorum superstitio credit) iuxta intelligentiam spiritualem, domini torrente curatæ, habebunt pisces plurimos, & viuent omnia ad quæ torrens iste peruenerit: ita vt piscatores stent super ripas ab Engaddi, vsque ad Engallim: quorum prius fontem siue oculum hœdi, sequens fontem oculumue vitulorum sonat. Engallim enim in principio est maris mortui, vbi Iordanis ingreditur. Engaddi vero vbi finitur atque consumitur. Mare autem mortuum illud puto esse, de quo Zacharias loquitur: *In die illa egredietur aqua viuens de Hierusalem, & mediũ eius in mare primum.* Daniel quoque in hæc verba consentit: *Videbam, & ecce quatuor venti cœli inmitebantur in mari magno.* Et Dauid: *Mirabiles elationes maris.* Et ex persona saluatoris in psalmo: *Veni in profundũ maris, & tẽpestas demersit me.* Rex quoque Ægypti iuxta eundem Ezechielem draco appellatur, qui habitat in mari, & ventilat fluminibus quasi cornibus suis. Et iterũ: *Hoc mare magnum est spatiosũ.* Quod quãdiu non susceperit in se aquas fluminis siue torrentis, omne quod in se habet, mortificat: sed dominus, de quo dictum est: Percutiet & curabit post duos dies, & in die tertio surgemus, & viuemus in conspectu eius: ipse loquitur in eodẽ propheta Osee: *Ego colligam Ephraim: suscepi eum in brachio meo, & non cognouerunt, quia sanauieos in corruptione hominis:* qui *vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus pro iniquitatibus nostris: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Ipse istud mare quod est salsissimum, & nimia amaritudine mortuũ, sua morte sanauit: qui dicit per Esaiã: *Spiritus domini super me: propter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me: sanare eos qui contriti sunt corde.* Vnde per Hieremiam clamitat. *Conuertimini filij conuertentes, & sanabo contritiones vestras.* Dixit enim populus impatiens: & dolorem vulnerum suorum diutius ferre non sustinens. *Transiuit æstas, pertransiit messis, & nos saluati non sumus.* Vnde respondit ei dominus. *Numquid resina non est in Galaad: aut medici non sunt ibi?* Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei? Et ipse Hieremias vociferatur, & dicit: *Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero.* Denique angeli qui præsides erant populi Iudæorum: eo tempore quando clamauit multitudo insipiens & ait: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Et: *Velum templi scissum est,* & omnia Hebræorum sacramenta reserata: responderunt præcipienti domino atq; *dixerunt. Curauimus Babylonem, & non est sanata:* relinquamus eam, vrbem videlicet confusionis atque vitiorum. Vnde & Iosephus in sua narrat historia: quod postquam dominus crucifixus est, & velum templi scissum est, siue liminare templi fractum corruit: audita sit vox in adytis templi virtutum cœlestium, transeamus ex his sedibus. Hoc totum non superfluo, sed necessario dictum sit: quia mare mortuum, influentem in se flumine domini, dicitur esse curatum. Super hoc mare ab Engaddi, oculo & fonte hœdi, qui pro peccato semper offertur, vsque ad Engallim fontem vitulorum, qui mactantur domino, & imitantur vitulum cornua efferentem & vngulas: qui in typo saluatoris ad altare mactatur: erunt piscatores, quibus loquitur dominus Iesus: *Venite ad me, & faciam vos piscatores hominum:* de quibus & Hieremias: *Ecce ego,* inquit, *mittam piscatores.* Er plurimæ species, imo genera piscium erũt in mari quondam mortuo. Quos pisces ad dexteram partem iubẽte domino extraxit Petrus, & erant centum quinquaginta tres, ita vt præ multitudine eorum retia rumpentur. Aiunt autem qui de animantium scripsere naturis & proprietate, qui ἁλιευτικὰ tã Latino, quam Græco didicere sermone: de quibus Oppianus Cilix est poeta doctissimus: centum quinquagintatria esse genera piscium: quæ omnia capta sunt ab apostolis, & nihil remansit incaptum: dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne genus hominum de mari huius sæculi extrahitur ad salutem. Quod autem sequitur: *In litoribus autem eius & in paluſtribus, siue in his quæ extra litora egrediuntur, aquæ non sanabuntur:* illud latenter ostendit, quod qui in Noe arca non fuerit, pereat regnante diluuio, & quos iste fluuius non attigerit, non suscipiant sanitatem: sed in salinas, inquit, dabuntur, iuxta illud q̃ scriptum est: *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Eruditum enim bonos exempla peiorũ. Siue in salinas dabuntur, iuxta illud quod in euangelio scriptum est: *Bonum est sal: si autem sal infatuatum fuerit, in nihil est vtile:* vt in perpetuum frugibus careant, & virore: Quod & vrbs post ruinam sale consperſa demonstrat Super torrentem vero siue fluuium, orietur

nabuntur aquæ. Et omnis anima viuens (vel animaliũ) quæ serpit (siue serpentiũ) quocunq. venerit torrens (siue fluuius) viuet: & erũt pisces multi satis postquãvenerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, & viuent omnia ad quæ venerit torrens (siue fluuius.) Et stabunt super illas piscatores, ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarum erit. Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ. In litoribus autem eius, & in paluſtribus: (siue in his autem quæ egrediuntur ripas, & sunt paluſtria) non sanabuntur, sed in salinas dabuntur. Et super torrentem (siue fluuium) orietur in ripis eius ex vtraq. parte omne lignũ pomiferum: (siue frugiferum) non defluet folium ex eo (siue non inueterascet ex eo) & non deficiet fructus eius. Per singulos mẽses afferet primi-

Psal. 45. a
Ibid. 64. b
Ibid. 92. a
Esa. 43. c Sec 70.
Ibid 33. a Sec. 70.
4. Reg. 2. d
Ioan 14. a
Zach. 14 b Sec 70. Dan. 7. a
Psal. 92 a Ibid. 68.
Exec. 32. a Psal. 103. c
Osee 6. a Sec. 70. Ibid. 11. a Sec. 70. Esa. 53. b
Ibid. 61. a
Hier. 3 g
Hier. 8. g
Ibid. 17. b
Matt. 27. a
Hier. 51. a
Lib. 7. de bello Iud. c. 12.
Prou. 19 d
Mat. 9 g
Matt 4. c Hier. 16. c
Ioan. 21. e

orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: siue (vt omnes voce consona transtulerunt) βρῶσιμον; quod cibum & escam tribuit, & quod mandi potest, appellaturque lingua Hebraica, מאכל, & nihil iuxta Lxx. veterascet in eo: sed quotidie innouabuntur fruges eius: siue non defluet folium ex eo, & nõ deficiet fructus eius, iuxta illud ꝙ in primo psalmo scriptũ est: *Et erit tamquã lignũ, quod plantatũ est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tẽpore suo, & folium eius non defluet.* Per singulos, inquit, menses afferet primitiua: siue vt in Lxx. scriptum est: Fructus eius in renouatione sui primitiua dabit: vt omnes credentium fructus primitiæ sint, & singuli mẽses singulis apostolis deputentur. Hoc autem eueniet: quoniã aquæ eius de sanctuario egredientur. Ne putemus riparum esse, vel arborum, aut mensium tantarũ frugum abũdantiam, reddit causas vbertatis, & infert: Quia aquæ eius de sanctuario egredientur. *Non ergo volentis neque currẽtis, sed miserentis Dei est.* Horum omnium lignorum principatum tenet lignum vitæ: quod intelligitur sapientia, de qua scriptum est: *Lignũ vitæ est omnibus credentibus in eam.* Illudque quod dicitur: *Et erũt fructus eius in cibum, & folium eius ad medicinam,* diuinorum librorum sacramenta demonstrat: quorum alterum pertinet ad literam, alterum ad spiritum: vt verba simplicia intelligamus in foliis, in fructibus vero sensum latentem. Sicut enim scientia scripturarum ducit ad regna cœlorum, & præbet nobis panem qui dicit: *Ego sum panis, qui de cœlo descendi:* sic folia eius moralem doctrinam cõtinent, & tribuunt sanitatem, vt peccantium curent vulnera. Pro foliis quæ Hebraice dicuntur עלה: propter verbi & vocis similitudinem, Lxx. ascensionem transtulerunt: quod & ipsum sic edisseri potest: vt post cibos fructuum, verborum monitis ad cœlestia conscendamus.

a ¶ *Hæc dicit dominus Deus, &c.*] Pro eo quod nos diximus: quia Ioseph duplicem funiculum habet: Lxx. transtulerunt, augmentum funiculi (Etenim Ioseph interpretatur, augmentum) rem intelligentes pro nomine, & lectoris animum confundentes. Subtracta enim Leuitica tribu, & templi sacrificiis delegata, remanebant vndecim tribus: quarum tribus Ioseph diuisa est in duas, Ephraim, & Manasse: qui dixerunt ad Iosue filium Nun. *Quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi vnius, cum sim tanta multitudinis, & benedixerit mihi dominus?* Quibus respõdit Iosue: *Si populus multus es, ascende in siluam, & succide tibi spatia in terra Pherezei & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim.* Et iterum: *Dixitque Iosue ad domum Ephraim & Manasse: Populus multus es, & magnæ fortitudinis: non habebis sortem vnam, sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia, & poteris vltra procedere, cum subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.* Hoc propterea dixerim, quia nunc scriptura commemorat Ioseph, hoc est, Ephraim & Manasse, duplicem habere funiculum. Singulæ autem tribus iuxta multitudinẽ suam, æqualia accipiunt terræ spatia, nequaquam arbitrio diuidentis, sed forte, quæ in domini potestate consistit. Denique & ipse Iosue, qui diuisor terræ fuit, non propriam sibi separauit terram, ne optimam elegisse videretur, sed accepit à principibus omnium tribuum Thamnathsareh in monte Ephraim.

b ¶ *Hic est autem terminus terræ ad plagam septentrionalẽ, &c.*] Inter descriptionem terræ sanctæ duodecim tribuum Iosue filij Nun, & quæ nunc per Ezechielem fieri imperatur, hoc interest: quod ibi inter tribus sorte terra diuidi-

c ¶ *Porro plaga orientalis de medio Hauran, & de medio, &c.*] Pro quo in Numerorum libro ita scriptum repeti:

Num. 34. b

Rom. 9. c
Prou. 3. c
Ioan. 6. c
Ezech.
Ioseph. lib. 5. de bello Iud. c. 12.
Ioseph. lib. 17.
Ioseph. lib. 19.
Num. 34. b

b maachal.

a Zephyrium oppidum Ciliciæ vocant. Hoc autem quod sequitur: Et villa Enan: pro quo in Hebraico scriptum est, חצר עינן Haser Enan, & præsens continet locus. Et interim secundum historiam breuiter strinxisse sufficiat, & tam Numerorũ quam Ezechielis descriptionem sibi ex latere copulasse: vt prudens lector intelligat in quibus, vel eadem, vel vicina, vel diuersa commemorarint. Nunc interpretatis nominibus singulorum, sequamur anagogen, & quid nobis videatur in singulis, præbente domino disseramus. Hethalon interpretatur, incunabula mœroris: Sedada, latus eius, à latere, nõ à latitudine intellige: Hemath, furor, qui Græce dicitur, θύμος: Berotha, putei: Sabarim, circuitus montiũ: Damascus, sanguis sacci, & oculi siue poculi. Domum autem siue atrium Thicon, Symmachus interpretatur, atrium mediũ, quod pergit ad terminos Hauran. Igitur Thicon, medium sonat. Hauran quam Lxx. in Græcum vertere sermonem, Hauranitidis, iracundiam. Haser autem Enon, quæ est terminus Damasci, in lingua nostra dicitur atrium fontis. Septentrionalis igitur plaga incipit à mari magno per viam Hethalon (quod interpretatur, incunabula mœroris) & per pœnitentiam venit ad Sedada, vbi est ex latere declinatio. Intelligimus enim impendentẽ nobis Hemath, hoc est, indignationem Dei: siue Hemath veritare comperta, aperiuntur nobis putei Berotha: quos foderunt principes, Abrahã, Isaac, & Iacob: longoque circuitu peruenimus ad montes Sabarim: qui positi sunt inter Damascum, hoc est, sanguinem cilicij, & confinium Hemath, vt supra diximus, veritatis. Sicut enim per mœrorem declinamus mala impendentia, & ex latere deuitamus: sic post sanguinem & cilicium vitæ sanguinariæ, antequam veniamus ad cõfinia Hemath, circuimus & peruenimus ad mõtes, de quibus scriptum est: Mõtes in circuitu eius, & dominꝰ in circuitu populi sui: Qui locus appellatur, atrium Thicon, hoc est, atrium medium (vt interpretatus est Symmachus) iuxta terminos Hauran, quod iracundiam sonat, vt cum propheta dicamus: Iram domini sustinebo, quoniã peccaui ei. *Et à mari vsque terminos Damasci:* in quo & apostolus Paulus à furore Iudaico, & effusione ecclesiastici sanguinis, lumen cæcitare conspexit & assumpto cilicio persecutionis veteris, euangelium prædicauit: vt peruenire ad atrium fontis æterni, & in aquilone quondam positus, apprehenderet terminum veritatis.

Psal. 124. a
Micha. 7. b
Act. 9. a

A Inde metientur fines contra orientalem plagam de villa Enan, hoc est, Haser Enan, vsque Sephama, & de Sephama descendent termini Rebla contra fontem: inde peruenient contra orientem in mare Cenereth, & tendẽt vsque ad Iordanem, & ad vltimũ claudentur mari. Supra Dixerat: Et erit terminus à mari vsque ad Haser Enan, terminus Damasci. A fine igitur septentrionalis plagæ, hoc est, atrio Enan, tẽdunt fines iuxta Numerorum librum vsque Sephama, quam Hebræi Apamiam nominant, & de Apamia descendunt termini in Rebla, quæ nunc Syriæ vocatur Antiochia. Et vt scias Reblam hanc significare vrbem, quæ nũc in Syria Cœle nobilissima est, sequitur: Contra fontem: quem perspicuum est significare Daphnen: de quo fonte supra dicta vrbs, aquis abundantissimis fruitur. Hic autẽ locus à Cneo Pompeio, qui primus Iudæam Romano subegit imperio, militari manu constitus est, & ab eo iuxta fabulã poëtarũ, Daphnes nomen accepit, ob lauros & cypariſſos: quæ arbores in ipso loco frequentissimæ sunt. Inde, inquit, peruenient termini contra orientalem plagam ad mare Cenereth, vsq; ad stagnum Tyberiadis. Mare autem dicitur, cum habeat dulces aquas, iuxta idioma scripturarũ, quo congregationes aquarũ appellãtur maria. *Et tendent*, inquit, *termini vsq; ad Iordanẽ, & ad vltimum claudentur mari*: vel mari mortuo, vel vt alij putant, lingua maris rubri: in cuius litore Ahila posita est, vbi nunc moratur legio & præsidium Romanorũ. Hoc iuxta Numerorum librum dictũ sit: Iuxta Ezechielem vero de medio Hauran, quod est oppidum Damasci in solitudine, & de medio Galaad, qui mons Libani collibus copulatus, cecidit in sortem Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse,, & est à tergo Phœnices & Arabiæ: ad quem montem peruenit de Carris profectus Iacob, & comprehensus est à Laban, de quo & Hieremias loquitur: *Galaad tu mihi initium Libani*, quam cepit de Ammorræorum regione Galaad filius Machir, filij Manasse: finisque huius plagæ, Iordanis fluuius disterminans, & mare oriẽtale: quod in hoc loco mare mortuum, non linguam maris rubri intelligunt. Dicamus iuxta tropologiã: Post terminos aquilonis lõgo circuitu per Hethalon, & Sedada, & Berotha, Sabarim quoque, Thicon, & Hauran, & Damascum, & atrium Enon, ad Hemath vsque peruenit orientalis plaga: de medio iracundiæ Hauram, & de medio Damasci, sanguine videlicet pœnitentiæ, & de medio Galaad: quod interpretatur, reuelatio, vel tumulus testimonij: vt post iram & pœnitentiam, spem salutis ostendat: & de medio terræ Israel, quæ visionem continet pacis, vsque ad dulcissima Iordanis fluenta pertingat, quæ longæ separato mari lumen orientis consequitur, ita fluuio Iordanis, qui interpretatur, riuus iudicij, & orientis termino finiatur. Quod autem in Lxx ponitur φοινικῶν &, id est, palmeti, in Hebraico non habetur: pro quo nos metiemini interpretati sumus: Errorque manifestus, quod pro תמרורת literæ decepti similitudine ג ד & ח, legerunt ת תמרות.

a ¶ *Plaga autem australis meridiana, &c.*] Pro quo in Numerorũ libro ita scriptũ est: Incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos cõtra orientem mare: qui circuibunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeant Senna: & peruenient in meridiem vsque ad Cades barne: vnde egredientur confinia ad villam nomine Addar, & tendent vsque ad Asemona: ibique per gyrum terminus ab Asemona vsq; ad torrentẽ Ægypti, & maris magni litore finietur. Quod breuiter hoc significat, nec per occasionẽ Ezechielis, ad expositionem videamur Numerorum transisse latissimã. *A solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & mari rubro*: terminum circuire, & per ascensum scorpionis, & per Senna, & Cades barne, & atriũ Addar, & ab Asemona peruenire vsq; ad torrentẽ Ægypti: qui iuxta vrbem Rhinocoruram mari influit. Hic vero terminus plagæ australis, hoc est, meridianæ, incipit à Thamar: quę vrbs iu solitudine est, quã & Salomon miris operibus extruxit, & hodie Palmyra nuncupatur: Hebræoque sermone k תמר dicitur: quæ in lingua nostra, palmam sonat: vsq; ad aquas contradictionis Cades: quam in deserto esse non dubium est: & torrens ingrediens mare magnũ: hoc quod Ægypti Palæstinæq; prætendit litoribus, & hæc est plaga australis ad meridiem. Post plagã ergo aquilonis & orientis, qñ ortus nobis fuerit sol iustitiæ, accipimus meridianam plagã: qñ totum nobis desuper lumẽ infunditur, & cum Abraham inimus conuiuium, & inebriamur vino, quod lætificat cor hominis, cum Ioseph & fratribus eus. Incipit autẽ ista possessio, & hi termini à Thamar: à palma videlicet, victoriaque vitiorum, vsque ad aquas contradictionis: Semper enim virtutibus contradicitur: vnde & prædicationi euangelicæ, Iudæi contra Paulum disserentes, in toto orbe asserunt contradici. Et in euangelio legim⁹, Simeone dicente: *Hicerit in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur.* Omnis autem contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades, dicente Psalmista: *Concutiet dominus desertum Cades*: quod videlicet primum non habebat dominũ sanctitatem: sed concussũm est atque commotum, vt reciperet hospitem Deum, qui dicit: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementẽ verba mea?* Post desertum Cades vsque ad mare magnum in meridie plagæ australis torrens est, de quo supra diximus: qui non de terra, sed de cœlo pluuias habet diuersarum virtutum varietate collectas.

b ¶ *Et plaga maris, &c.*] De qua manifestius & breuius scribit Numerorum liber. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine concludetur: hoc est, de mari vsque ad mare, ad torrentem videlicet Rhinocoruræ, qui influit in mare, vsque ad eum locum, qui est contra Hemath vrbem Syriæ, de qua supra diximus. Occidens autem iuxta leges tropologiæ semper in mari est, semper in salo & fluctibus: vbi quotidie naufragia suscitantur, & miserorum neces, & diuitiarum & mercium amissio: & tamen cum hæc omnia patientia fregerimus, venimus per directum ad Hemath, hoc est, ad domini veritatem: qui victis persecutionibus, æterna nobis præmia repromisit.

c ¶ *Et diuidetis, &c.*] Per hoc capitulum discimus (& decutitur supercilium Iudæorum) nihil inter Israel & gentium populum esse diuisum. Si enim aduenis & alienigenis, cum his qui sunt de populo Israel, hoc est, indigenis, terra diuiditur, nulli dubium eandem esse hereditatem populi gentiũ, & populi Iudæorum: si tamen conuersi fuerint ad cultum Dei Israel, quod proprie nomen possidet Christianum: habentibus Iudæis legis literam, & nobis spiritum: illis tenentibus membranas, & nobis eum qui scriptus est in mẽbranis. Et apud Moysen sorte terra diuiditur, hic autem, vt diximus, domini iudicio delegatur: vnaque possessio & aduenæ & Israel, & in singulis tribubus datur hereditas iubente domino Deo.

CAPVT XLVIII.

Et hæc nomina tribuum, à finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Hemath, atrium Enan, &c.] Descripta terræ sanctæ possessione, tam iuxta præsentem Ezechielis prophetiã, quam iuxta Numerorum librum; nunc singularum tribuum à plaga orientali vsque ad plagam occidentis, id est, maris possessio describitur: & primum fines accipiũt ab aquilone, iuxta viam Hethalon pergentibus Hemath, atrium siue Haser Enam, terminum Damasci ad aquilonem iuxta Hemath: de quib. ante iam diximus. Incipit autem primũ tribus Dan: secunda Aser: tertia, Neptali: quarta, Manasse: quinta, Ephraim: sexta, Ruben: septima, Iudæ, hoc est, à sinistra parte & cõpletur numer⁹ septenarius: Deinde primitiæ sacerdotũ & leuitarũ, & sanctuariũ domini in medio, sanctũque sanctorũ. Vrbs quoque ipsa describitur per singula latera in quadrum, quatuor millia & quingentos habens calamos. Subvrbana quoque sacerdotum & leuitarum per ordinem describuntur, & possessio principis. Rursumq; à parte dextera succedũt quinque tribus, à plaga similiter orientis, vsque ad plagam occidentis: quarum prima est Beniamin: secunda, Simeon: suam specialiter habens possessionem, & nequaquam vt prius mistam cum Iuda: tertia, Isachar: quarta, Zabulõ: quinta, Gad: portæq; ciuitatis ternæ per singulas plagas: & nomen ipsius ciuitatis, q⁹ in frõte pontificis auri lamina continetur. De quibus vniuersis in suis differemus locis. Hoc q; notandum, quod quadragintaocto ciuitatum, quæ in Numerorũ volumine tribui Leuiticæ dantur ad habitandum cum suburbanis suis, hic silentur nomina, & ciuitates fugitiuorum, quarum tres trans Iordanem, Bosor videlicet & Ramoth, & Gaulon in duabus & dimidia tribu datæ sunt: & tres intra Iordanem, Cades videlicet, & Sichen, & Cariatharbe. Neque enim opus erat in descriptione mystica, & habitatione sanctorum, & cõuersatione perfecta, fugitiuorum describi auxilia, quibus Israel indiguit adhuc in terra positus, & per multos labores, atque discrimina ad hanc ciuitatem venire festinans, & in singulis sanctis loquens: *Aduena sum atque peregrinus, sicut omnes patres mei*: Et in alio loco: *Habitaui cum habitantibus Cedar: multum peregrinata est anima mea.*

a ¶ *Et super terminum Iuda à plaga orientali vsque ad plagam maris, erunt, &c.*] Superfluum est differta differere, & in quibus supra laborauimus, quasi non sint dicta, iterum laborare. Post septem tribuum terminos, ab oriente vsque ad occidentem describuntur primitiæ: quarum latitudo teneat vigintiquinq; millia calamorum: longitudo vero, sicuti tenent singulæ tribus ab oriente vsque ad mare: cuius longitudinis incertus est numerus. Neque enim in singularum descriptione tribuum, mensura descripta est. Sin autem latitudo habet vigintiquinque millium calamorum: coniici datur multo maiorem esse numerum longitudinis, quæ sẽper maior est latitudine. In medio autem sanctuarium ponitur, iuxta primitias quæ sunt domino separatæ, longitudinis vigintiquinque millium calamorum, & latitudinis decem millium: quæ legens nihil aliud possum dicere, nisi illud Apostoli: *O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei quam inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles viæ eius.* Et in alio loco: *Vt possitis comprehẽdere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem*, Christi: vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Vigesimumquintum autem numerum referri ad sensus, de quibus dictum est: Sensum diuinum possidebitis: & decem millium plaga orientali mare, Dan vna. Et super terminum Dan, à plaga orientali vsque ad plagã maris, Aser vna. Et super terminum Aser, à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Neptali vna. Et super terminũ Neptali, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. Et super terminũ Manasse, à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Ephraim vna. Et super terminũ Ephraim, à plaga orientali vsque ad plagã maris, Rubẽ vna. Et super terminũ Ruben, à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Iuda vna. a Et super terminum Iuda, à plaga orientali vsque ad plagã maris, erũt primitiæ, quas separabitis, vigintiquinque millibus latitudinis, & lõgitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali, vsque ad plagam maris, & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis domino, lõgitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus. b Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad aquilonẽ longitudinis vigintiquinque millia, & ad mare latitudinis decem millia: sed & ad oriẽtẽ latitudinis decem millia, & ad meridiem longitudinis vigintiquinque millia, & erit sanctuariũ domini in medio eius. Sacerdotibus erit sanctuarium de filiis Sadoch, qui custo dierunt ceremonias meas, & nõ errauerunt cum errarent filij Israel, sicut errrauerunt Leuitæ. Et erũt eis primitiæ de primitiis terræ sanctum sanctorũ, iuxta terminum Leuitarũ. c Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia sint: vt vbique eadem longitudinis & latitudinis mensura seruetur. Sanctuarium autẽ, id est, templum domini, in medio erit primitiarum sacerdotalium, & æquo latere ex omni patte vallabitur. Et quia dixerat. Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ne cõmuni vocabulo omnes sacerdotes vindicarent sibi huius loci possessionem, & ceremonias obseruandas, ponit specialiter inferens: Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis Sadoch: qui interpretatur, iustus: de quo dicitur: Iustus dominus & iustitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius. Pro quo Sadoch, Lxx. scribũt Sadduc. Iste Sadoch loquitur in euãgelio: *Non enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio.* Et de hoc sub nomine Salomonis mystice propheta decãtat: *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Illi autem sacerdotes, domini sanctuarium possidebunt, & custodient ceremonias eius, qui non errauerunt cum errarẽt filij Israel atque leuitæ, de quibus in superioribus disputatum est: Qui non offerunt victimas, sed priuilegio nominis, & erroris sui humilitate contenti, semper loquuntur in corde. *Iniquitatẽ meam ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper*: Audiat hoc sacerdotalis gradus (& Arianæ persecutionis ardore superatus, ac veræ postea fidei, ne opib. careat, potentia colla submittens) sufficere sibi, si non expellatur ex templo: si pristini nominis vmbram quandam & imaginem teneat, & non resupinus ructans delitias, quasi immaculatus & purus, de excelso throno nobis imperitiæ suæ, & barbaræ garrulitatis ructet nauseam. Erunt, inquit, eis primitiæ de primitiis terræ, hoc est sacerdotibus, & qui non errauerunt, cum errarent filij Israel & Leuitæ. Primitiæ autem de primitiis, sicut decimarum decimæ, sanctumque sanctorum iuxta terminum leuitarum: vt habeãt quidem Leuitæ confinia sacerdotum, sed vmbilicum, id est, medium eius, & ipsam possessionem tenere non valeant.

c ¶ *Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, &c.*] Quod nos vertim⁹ in prophanum, pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus & Theodotio κοινὸν transtulerunt, Lxx. dixere προτείχισμα quod antemurale possumus dicere. Prophanum autem est & laicum, id est, vulgare, quod omni populo habitare passim licet. Illud

A לא ימור ולא יעבור

autem quod dixerũt Lxx. nec mensurabitur, nec auferetur: pro eo quod nos diximus: non mutabitur, nec transferetur, sensum nõ habere, perspicuum est. Describitur quodq; Leuitarum possessio, quæ vicina quidem est finibus sacerdotum, & eadem habet spatia in longitudine & in latitudine, pro multitudine Leuitarũ, quæ habet paucitas sacerdotũ: sed tamẽ propriis vtitur terminis, & intelligit se à sacerdotali gradu esse disiunctã: ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatẽ status sui, vltra sacerdotes, hoc est, presbyteros intumescunt, & dignitatem non merito sed diuitiis æstimant. Certe qui primus fuerit ministrorũ (quia per singula concionatur in populos, & à pontificis latere nõ recedit) iniuriam putat si presbyter ordinetur: & nõ meminit mẽsarum & viduarum minister, in obsequium se & ministerium non solum sacerdotum, sed & viduarũ & pauperum delegatum. Et non venũdabunt, inquit, ex eo, neque mutabũt, vt permaneat Leuiticæ distributionis æterna possessio: nec vincatur pretio meritum dignitatis, nec ab alio transferamus ad alium: quia quæ sanctificata sunt domino, non sunt eorum, quibus data sunt, sed eius, cuius nomine possidentur. Quinque millia autem, quæ supersunt in latitudine, per vigintiquinq; millia, subauditur, longitudinis, prophana erunt vrbis: vt cunctis habitare liceat Israelitis, omnique de plebe: non quod immunda sint aut aliquid in habitatione terræ sanctæ contaminatum, putridum putetur & sordidum: sed quod præter sacerdotes omnibus in eis habitare permissum sit. Per quæ intelligimus, cuncta quæ referimus ad sensus, hoc est, ad corporis voluptates: quæ visu, & auditu, tactu, odore, & sapore capimus, esse prophana, & templi sanctimoniam non habere, nec sacerdotale esse priuilegium, sed laicæ vilitatis. Ciuitas autem erit in medio: de qua scriptum est: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et: *Non potest ciuitas abscondi super montem posita*: de qua dicemus in consequentibus, προτείχισμα, hoc est, antemurale, & διάστημα, id est, spatium: quod Lxx. pro suburbanis interpretati sunt: quem sensum in hoc loco habeant, ignoramus.

To.2.epistol.85. Euagrio.

Psal. 45.a Matt.5.b

προτείχισμα μὲν ἐστι τὸ πόλει εἰς κατοικίαν γῆ διάστημα αὐτῶν.

a ¶ *Et hæ mensuræ eius: ad plagam septentrionalem, quingenti & quatuor millia, & ad plagam meridianam, quingenti, & quatuor, &c.*] Quod dicit: Et hæ mensuræ eius, subaudiendum est, ciuitatis. In fine enim præteriti capituli positum est: *Et erit ciuitas in medio eius*, id est, terræ. Primumque à plaga septentrionali incipit, & è regione ponit plagam meridianam. Rursumque par reddit pari: vt orientali plagæ econtrario ponat occidentalem, id est, mare: singulaque latera ciuitatis habeant quatuor millia & quingentos calamos: qui faciunt supputatim vndecim millia passuum, & octoginta quinque vt simul omnis vrbs, sicut in fine huius voluminis scribitur, per circuitum habeat decem & octo milla calamorum: qui faciunt quadraginta quatuor millia passuum, & trecentos quadraginta Vnde & quadragesimus quartus psalmus qui inscribitur, in finem pro his qui commutabuntur, & pertinet ad Idida: id est, ad amabilem domini: siue vt interpretatus est Aquila, pro liliis, Symmachusque pro floribus, ecclesiæ (quæ vrbs domini est) continet sacramenta, de qua scribitur in eodem psalmo: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Et iterum: *Omnis gloria filiæ regis intrinsecus* vt non sit similis sepulcris forinsecus dealbatis, sed & intus & foris omnia lauet paropsidis. Cumque recesserimus ab Aquilonevento frigidissimo, transimus ad meridiem, & post ortum in nobis lumen scientiæ, occasum fortitudinum formidamus: nequaquam præterita sed futura considerantes, nec habentes certam virtutis possessionem, sed quotidie in oratione dicentes: *Ne inducas nos in tentationem*, quam ferre non possumus.

Matt.6.b

b ¶ *Erunt autem suburbana ciuitatis ad, Aquilonem, ducenti quinquaginta, & ad meridiem, ducenti, &c.*] Pro suburbanis, quæ Hebraice dicuntur a מגרש: rursum Lxx. διάστημα: id est, spatium transtulerũt. Quod autem dicitur, ducenti quinquaginta per singulas plagas, subauditur calami: qui sena cubita habent, & vnũ palmum, & per singula latera faciunt passus sexcentos decem & septem paulo minus, & in communi mille calamos: habentes passus duo millia quadringẽtos sexaginta octo: quæ spatia muros per circuitũ ambiunt ciuitatis, vt inter vrbem, & ea quæ reliqua sunt, diuidãt. Ex quo ostenditur, nullum de his spatiis ad exercẽdum opera ciuitatis, capiendorumque fructuũ habere licentiam: sed vacare ab vsu & opere hominum: vt circummuralia vrbis, sponte nascentium virgultorum atque herbarum, & cæterorum, quæ terra gignit, habeant amœnitatem.

a migras

Exo.25.a

c ¶ *Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundũ primitias sanctuarij, &c.*] Post vrbis sanctæ descriptionem, & suburbana eius, reliquam partem primitiarum sanctuarij decem millia calamorum in orientẽ, & alia decem millia ad occidentẽ tendentium, delegari his qui opera ciuitatis exercent ad varios vsus, & quibuscumque vrbs indiget: vt scilicet serantur, & ex frugibus quæ in hoc terræ nascuntur spatio, vescãtur operarij: qui vel mœnia vrbis extruunt, vel interrupta & ruinosa restituunt: vt habeat ciuitas cultũ suum, & sarta tecta, cum popposcerit necessitas, instaurẽtur. Et hæc non solum in Israel, vel in possessione terræ sanctæ spiritualiter ecclesiæ mysterio continetur, sed in Romano quoque fieri probamus imperio: vt quædã villæ sint pertinentes ad iura vrbium: vel regia munificẽtia, vel hereditatibus & donatione multorũ: ne scilicet paulatim ædificia collabantur, & ædes publicæ, quæ ornamento sunt ciuitati, longa vexentur incuria. Operarij autem, inquit, siue qui seruiunt in operibus ciuitatis, erunt ex omnibus tribubus Israel: vt nullus se ab opere ciuitatis immunẽ putet, sed omnes certatim extruant ecclesiam. Quod in tabernaculo quoque factum legimus, vt pro varietate virium, alius aurum, & argentũ, coccum, byssum, & purpuram, variaque & diuersa subtegmina: alij pelles & caprarũ offerrent pilos, & cum essent dona diuersa, pro qualitate substantiæ, vnũ donantium esset præmium: imo maius eorum, qui parua quidem obtulerint, sed maiora pro viribus: in exemplum viduæ pauperis, quæ duo minuta in gazophylacij dona mittebat, & domini est iudicio laudata, dicentis: *Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit*: Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnẽ victum suum, quem habuit misit. Sicut ergo diximus de operibus ciuitatis, sic illud breuiter perstringẽdum est: quod omnes primitiæ sanctuarij, & possessio ciuitatis pariter supputata per quadrum, cõtineat millia ducenta quadraginta sex, & partem tertiam. Si enim vigintiquinque millia calamorum,

Exo.25.a

Luc.21.d

B morum, qui senos cubitos habẽt & palmum vnum, faciunt nostra, hoc est, Romana sexaginta & vnum millia, & sexcẽtos sexaginta septẽ passus: nulli dubium est, hæc in quadruplum supputata superiorem efficere numerum. Ex quo perspicimus omnia intelligẽdo spiritualiter, ecclesiæ possessionem multo latiorem esse quam quondam fuit in Iudæa: qui ne accipere quidem partes terræ sanctę, sed ex singulis tribubus quadragintaocto ciuitatũ, non ex pleno possessionem, sed habitationẽ & hospitia susceperunt: Vt ipsi quoque, qui videntur laici, nec peruenisse ad sacerdotalem & leuiticum gradum, tamen si operentur in domini ciuitate, vescantur de sancta terra, terra mitium, terraque credentium: quorum vnus loquebatur: *Credo videre bona domini, in terra viuentium.*

Num. 35.a

Psal. 26. d

a ¶ *Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte (siue hinc siue inde) primitiarũ, &c.*] De hoc principe supra plenius disputatum est, & quod tantum solus accideret quantum vna tribus: Nunc autem aliud discimus, quod ex cunctis tribubus quidquid reliquum fuerit, hic solus accipiat: vt nulla tribus sit, quæ principi dona non offerat: non aliunde, sed ex primitiis, quæ templo, & sanctuario & delegatis vrbis partibus seruiunt. Hoc est enim quod dicit: E regione siue cõtra faciem vigintiquinq; millium primitiarum, vsq; ad terminum orientalem, siue vsq; ad terminum maris: vt sint primitię inter septem & quinque tribus, & in ipsis primitiis ciuitas & suburbana eius, & in medio ciuitatis sanctuarium templi. Sed & de possessione Leuitarũ, & de possessione ciuitatis, quid quid reliquum est, principi deputabitur: eritq; pars extrema septem tribuum vicina primitiis, & ciuitati, & templo in tribu Iuda, & pars extrema quinq; tribuum eodem iure, quo supra in tribu Beniamin, ipsa extrema pars ad principem pertinebit. Ex quo scripturæ sanctæ sacramenta miranda sunt & cogitanda magis, quã eloquio proferenda. In priori enim diuisione terrarum trans Iordanem per Moysen duabus tribubus Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse, terra diuisa est: intra Iordanẽ autem per Iosue filium Nun & Eleazarũ filium Aaron. Iudas possedit ab austro, & Ephraim & Manasse tribus dimidia, ab aquilone. Postea vero de Silo missis exploratoribus per singulas tribus, & descriptione terræ allata ad Iosue & Eleazar, Beniamin iuxta Iudam ab austro, & iuxta Ephraim & dimidiam tribum Manasse accepit possessionem. Secunda tribus Simeon hereditatẽ accepit in tribu Iuda: vt impleretur quod scriptũ est de Leui & Simeon: *Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.* Tertia Zabulon Galilæam accepit, in qua est mons Thabor. Quarta Issachar, vbi est Iezrahel vsque ad Iordanem. Quinta Aser vsque ad montem Carmelum, qui imminet mari magno, Tyrumque & Sydonem. Sexta Neptali, in Galilæa vsque ad Iordanem: vbi Tyberias quæ olim appellabatur Chenereth. Septima Dan vsque ad Ioppen: vbi sunt turres Hailon & Selebi & Emaus, quæ nunc appellatur Nicopolis: licet postea legimus, quod ceperint sibi transcensis aliis tribubus vrbẽ Lesem in tribu Dan, quæ hodie appellatur Paneas. Cum hæc se ita habeant, & inter priorẽ tribuum descriptionẽ, & quæ nunc habetur tãta diuersitas sit, hoc consideremus quo modo & in præsenti descriptione & in præterita inter tribum Iudæ & Beniamin, vrbs & templum collocatum sit. Et in priori quidem descriptione Iudas erat ab austro, & Beniamin ab aquilone: hic vero econtrario sit: vt Iudas sit ab aquilone, & Beniamin ab austro, post quem secundus est Simeon: tertius Issachar, quartus Zabulon: quintus Gad: quinque videlicet tribus, sicut in consequentibus dicitur: Scriptum est enim.

Sup. 45.

Num. 32. Ios. 13. a Ios. 15. a

Ios. 18. a

Ios. 19. a Gen. 49.b Ios. 19.

b ¶ *Et reliquis tribubus: à plaga orientali vsque ad plagam &c.*] Quod in quinque & septem tribubus semper in fine ponitur vna, subintelligitur vel pars, vel possessio, vel hereditas: licet Aquila & Symmachus interpretentur genere neutrali τὸ ὄριον, quod significat terminum. Illudq; breuiter attendendum, in extrema quinque tribuum, tribus Gad, quæ in priori descriptione fuit trans Iordanem, poni in eam partem quem prius Iudas tenuit: ad plagam videlicet austri in meridiem, & esse terminũ de Thamar vsq; ad aquas contradictionis Cades, hereditate cõtra mare magnum. Thamar ipsam, de qua iam diximus, quam nũc Palmyram, & olim à Salomone cõstructa est, palma enim Hebræo sermone Thamar appellatur, ab eo quod ibi palmeta sint plurima, quidã putant hoc sortitam vocabulũ. Quodque sequitur: *Vsque ad aquas contradictionis Cades, hereditas contra mare magnum*: pro quo Lxx. transtulerunt, de *Thamã & aqua Marimoth Cades, hereditas vsque ad mare magnum*: illud est obseruandum in Hebraico eundem sermonem b נחלה, quia ambiguus sit, & hereditatem sonare & torrentem, & hic magis torrentem accipi debere quam hereditatem. Iste est enim torrens, qui ingreditur mare magnum Rhinocoruræ, vt ante iam diximus. Cades autem, quæ in libro Iosue appellatur Cades Barne, in deserto est, quod extenditur vsque ad vrbem Petram: Mariboth vero (quod interpretatur contradictionis) non vocabulum loci est, vt plerique æstimant, sed aquarum in quibus populus domino contradixit, & Moyses offendit Deum: dicente psalmo: *Tentauerunt eum ad aquam contradictionis, & afflictus est Moyses propter eos.* Omnisque terræ sanctæ hereditas ab australi plaga iuxta terminos Ægypti, Rhinocorura & torrente finitur. Et quia Gad interpretatur tentatio, in possessione eius de palmetis transimus ad aquas contradictionis vsque Cades, quæ interpretatur sancta: vt intelligamus nos etiam post victoriam mundi debere esse solicitos, & semper in metu, & recordari illius versiculi: *Tentatio est vita hominum super terram*: & ad sanctitatem aduersariis impugnantibus peruenire: sicque obtinere victoriam, vt è vicino torrentem plenum imbrium contemplemur.

2.Par.8.a

b nahala

Ios.14.b

Psal.105.c

Iob.7.a Sec.70.

c ¶ *Et hi egressus ciuitatis: A plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mensurabis, &c.*] De ambitu ciuitatis, quod per latera singula in quadrum quatuor millia quingẽtos calamos habuerit, præteritus sermo narrauit: qui faciunt decem & octo millia calamorum, vt in præsenti capitulo quoque positũ est, id est, quadraginta quatuor millia passuum, & trecentos quadraginta passus: Nunc scribitur per singula latera, hoc est per vndecim millia passuum, &

C

D

F

H

ידידה על־ ששנים

Mat.23.c

octoginta quinque passus, ternas fuisse portas: quas Aquila, Symmachus, & Theodotio δεξιόλαι, Lxx. ἀριστόλαι vocant, nos interpretati sumus, egressus & exitus ciuitatis. Illudque primum breuiter admonendum, easdem tribus in circuitu tabernaculi ita castrametatas, vt ad orientem fuerit Iudas, Issachar, & Zabulon filij Liæ: & ad meridiem, Ruben, Simeon, Gad, duo filij Liæ, & tertius filius Zelphe ancillæ Liæ. Ad occidentem vero Ephraim & Manasses & Beniamin, duo videlicet filij Rachelis: quia Ioseph pro tribu Leui, quæ sacrificiis deputata est, in duas trib. Ephraim & Manasse diuisa est. Ad aquilonem autem Dan & Aser & Neptali: quorum primus & tertius filij sunt Bale ancillæ Rachelis: secundus filius Zelphe ancillæ Liæ, ignobiles, & ad aquilonem positi: quippe qui ex ancillarum inter se dissidentium stirpe generati sint. Hoc iuxta Numerorum librum, & descriptionem tabernaculi, quæ iubente Deo Moysi ore dictata est. Nostra vero vrbs, quæ est ciuitas magni regis, cuius artifex & conditor est Deus, de qua & psalmista canit: *Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus*: aliam habet tribuum in terra sancta descriptionem, & mensuram ciuitatis, possessionis ordinem, & plagas tribuum singularum. Primum enim plagæ aquilonis opponuntur tres portæ siue exitus ciuitatis (quorum est primogenitus Ruben) & Iudas regiæ stirpis auctor, & Leui: super cuius nomine in tabernaculo, & sacrorum descriptione nil dictum est: vt primogenita possidentes, quasi genus regale, & sacerdotale, aquilonis frigora contemnamus. Secundo vero ad orientem est Ioseph, Beniamin, & Dan: ambo filij Rachel, & vnus Bale ancillæ eius. Ad meridiem vero Symeon, Issachar, & Zabulon: qui tres Liæ filij sunt. Porro ad occidentem Gad, Aser, & Neptali: quorum priores duo filij Zelphe sunt ancillæ Liæ: tertius filius Bale ancillæ Rachelis. *Quis sapiens & intelligens & cognoscet ea?* Quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores vero corruent in illis. Has duodecim portas siue exitus, pro qualitate meritorum atque virtutũ, singulis tribubus, sub apostolicis & patriarcharum nominibus arbitror delegatas. De quibus & in Apocalypsi Ioannis apertius scribitur, & multa diuinarum scripturarum sacramenta testantur. Et necesse est, vt talis ciuitas decem & octo millium per circuitum teneat calamorum: sub quo numero & in duodevigesimo psalmo lex naturalis est scripta, gratiaque euangelij describitur: quibus ecclesia, id est, vrbs saluatoris extructa est. Nomen quoque ipsius ciuitatis nequaquam erit vt prius Hierosolyma (quæ interpretatur visio pacis) sed Adonai sama, quod in Latinum sermonem vertitur, dominus ibidem: qui recedat numquam ab ea, vt à priori populo ante discessit, dicens ad discipulos: *Surgite, abeamus hinc.* Et ad Iudæos: *Relinquetur vobis domus vestra deserta*: sed æternam habeat possessionem, & sit ei ipse possessio, iisdem discipulis repromittens: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Gen. 30.

ciuitatis ex nominibus tribuum Israel: portæ tres à septentrione. Porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam orientalẽ quingentos & quatuor millia, & portæ tres. Porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna: Et ad plagam meridianam quingentos & quatuor millia metieris, & portæ tres: Porta Simeonis vna, porta Isachar vna porta Zabulon vna. Et ad plagã occidentalem: quingentos & quatuor millia, & portæ eorum tres. Porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephtali vna: Per circuitum decem & octo millia, & nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem.

Ose. 14.d

Apoc. 21.d

Ibid.

Psal. 86.a

יהוה שמה

Ioan. 14.d
Matt. 23.d

Ibid. 28.d

Commentariorum in Ezechielem Prophetam Finis.

DIVI

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM COMMENTARIORVM DANIELIS AD PAMMACHIVM ET MARCELLAM

PROOEMIVM.

CONTRA prophetam Danielem duodecimum Librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est nomine, esse compositum; sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Iudæa; & non tam Danielem uentura dixisse, quam illum narrasse præterita. Denique quidquid vsque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere: si quid autem vltra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissime respondernnt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus, id est, octauodecimo, & nonodecimo, & vicesimo. Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, vicesimosexto, & ante hos ex parte Methodius. Verum quia nobis propositũ est non aduersarij calumniis respondere, quæ longo sermone indigent: sed ea, quæ à propheta dicta sunt, nostris disserere, id est, Christianis, illud in præfatione commoneo, nullum prophetarum tam aperte dixisse de Christo. Non enim solum scribit eum esse venturum, quod est commune cum cæteris, sed etiam quo tempore venturus sit docet: & reges per ordinem digerit, & annos enumerat, ac manifestima signa prænuntiat. Quæ quia vidit Porphyrius vniuersa completa, & transacta negare non poterat, superatus historiæ veritate, in hanc prorupit calumniam: vt ea quæ in consummatione mundi de Antichristo futura dicuntur, propter gestorum in quibusdam similitudinem, sub Antiocho Epiphane impleta contendat. Cuius impugnatio testimonium veritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit, vt propheta incredulis hominibus non videatur futura dixisse, sed narrasse præterita. Et tamen, sicubi se occasio in explanatione eiusdem voluminis dederit, calumniæ illius strictim respondere conabor, & philosophiæ artibus, imo malitiæ sæculari (per quam subuertere nititur veritatem, & quibusdam præstigiis clarum oculorum lumen auferre) explanatione simplici contraire. Itaque obsecro vos Pammachi μιλομαθέστατε, & Marcella vnicum Romanæ sanctitatis exemplar, iunctos fide & sanguine: vt conatus meos vestris orationibus adiuuetis: vt dominus atque saluator pro causa sua, suo sensu, meo ore respondeat: qui loquitur ad prophetam: Aperi os tuum, et implebo illud. Si enim, cum apprehensi fuerimus ante iudices, & tribunalia, monet ne cogitemus, quid respondere debeamus, quanto magis contra aduersarios blasphemantes, sua potest bella bellare, & in seruis suis vincere? Vnde & psalmi plurimi illud Hebraicum, quod in titulis ponitur a למנצח: pro quo Lxx. transtulerunt, in finẽ, magis pro victoria continent. Aquila enim interpretatus est τῷ νικοποιῷ, hoc est, ei qui præbet victoriam. Symmachus ἐπινίκιον, quod proprie triumphum, palmamque significat. Sed & hoc nosse debemus inter cætera, Porphyrium de Danielis libro nobis obicere: Idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, sed Græci sermonis esse commẽtum, Quia in Susannæ fabula contineatur (Dicente Daniele ad presbyteros) ἀπὸ τοῦ σχίνου, σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου, πρίσαι, quam etymologiam magis Græco sermoni conuenire quam Hebræo. Cui & Eusebius, & Apollinarius pari sententia responderunt: Susannæ, Belisque ac draconis fabulas, non contineri in Hebraico, sed partem esse prophetiæ Habacuc filij Iesu de tribu Leui: sicut iuxta Lxx. interpretes in titulo eiusdem Belis fabulæ ponitur: Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel, filius Abda, conuiua regis Babylonis: *cum Danielem & tres pueros de tribu Iuda fuisse, sancta scriptura testetur. Vnde & nos ante annos plurimos cum verteremus Danielem, has visiones obelo prænotauimus: significantes eas in Hebraico non haberi. Et miror quosdam* μεμψιμοίρους *indignari mihi, quasi ego decurtauerim librum: cum & Origenes, & Eusebius, & Apollinarius, aliique ecclesiastici viri & doctores Græciæ, has, vt dixi, visiones non haberi apud Hebræos fateantur: nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ nullam scripturæ sanctæ auctoritatem præbeant. Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non iuxta Lxx. interpretes, sex iuxta Theodotionem ecclesias legere: qui vtique post aduentum Christi incredulus fuit: licet eum quidam dicant Hebionitam, qui altero genere Iudæus est. Sed & Origenes de Theodotionis opere in editione vulgata asteriscos posuit: docens defuisse quæ addita sunt, & rursus quosdam versus obelis prænotauit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi ecclesiæ, tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumque & Ægyptiorum hanc sub asteriscis & obelis editionem legant, ignoscant inuidi labori meo: qui volui habere nostros, quod Græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant. Et si illi in tantis diuitiis doctrinarum non contemnunt studia hominum Iudæorum, cur Latina paupertas despiciat hominem Christianum? Cuius si opus displiceat, certe voluntas recipienda est. Verum iam tempus est, vt ipsius prophetæ verba texamus, non iuxta consuetudinem nostram proponentes omnia, & omnia differentes, vt in duodecim prophetis fecimus: sed breuiter, & per interualla, ea tantum quæ obscura sunt explanantes, ne librorum innumerabilium magnitudo, lectori fastidium faciat. Ad intelligendas autem extremas partes Danielis, multiplex Græcorum historia necessaria est: Scriptorij videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Posidonij, Claudij, Theonis, & Andronici cognomento Alipij: quos & Porphyrius esse secutũ se dicit Iosephi quoque, & eorũ quos ponit Iosephus, præcipuéque nostri Liuij, & Pompei Trogi, atque Iustini: qui omnem extremæ visionis narrant historiam, & post Alexandrum vsque ad Cæsarem Augustum, Syriæ & Ægypti, id est, Seleuci, & Antiochi, & Ptolemæorum bella describunt. Et si quando cogimur literarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisimus, non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis: vt probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta sunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliarum gentium literis contineri.*

Psal. 80.b
Matt. 10.b

a lamnatsçah.

Dan. 12.f

Dan. 1.d

COMMENTARIORVM S. HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

ANNO tertio regni Ioakim regis Iuda, &c.] Ioachim filius Iosiæ (cuius tertiodecimo anno pphetare orsus est Hieremias, sub quo & Holda mulier prophetauit) ipse est qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit super tribũ Iuda & Hierusalem annis vndecim. Cui successit in regnum filius eius Ioachim cognomento Iechonias: qui tertio mense regni sui, die decimo captus est à ducibus Nabuchodonosor, ductusque est in Babylonem, & in loco eius cõstitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius: cuius anno vndecimo Hierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio esse Ioachim, qui in Ezechielis exordio Ioachin scribitur. Iste enim extremam syllabam kim habet, ille Chin. Et ob hanc causam in euangelio secundum Matthæum vna videtur deesse generatio: quia secunda μετοικεσίας in Ioakim desinit filio Iosiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioachin. Quod ignorans Porphyrius, calumniam struit ecclesiæ, suã ostendens imperitiam, dum euangelistæ Matthæi arguere nititur falsitatem.

4. Reg. 22. e
1 Paral. 3. g

1 Paral. 24. b

1 Paral. 3. d

1 Paral. 25 a

יהויכים
יהויכין
Matt. 1. b

B

b ¶ *Et tradidit dominus*, &c.] Quodq; traditus scribitur Ioachin, monstrat non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam, sed domini voluntatis.

c ¶ *Et partem*, &c.] Terra Sẽnaar locus est Babylonis, in quo fuit campus Dura, & turris quam vsque ad cœlum, hi qui ab oriente mouerant pedes suos, ædificare conati sunt.

Gen. 11. b

כבל

Vnde & à confusione linguarum locus nomen accepit Babylon: quæ in linguã nostram transfertur confusio. Simul & animaduertendum secundum anagogen, q̃ rex Babylonis non potuerit vniuersa Dei vasa trãsferre, & in idolio q̃ sibi finxerat collocare, sed partẽ vasorũ domus Dei, quæ intelligenda sunt dogmata veritatis. Si. n. cunctos philosophorũ reuoluas libros, necesse est vt in eis reperias aliquã partẽ vasorum Dei. Vt apud Platonem, fabricatorem mundi Deũ: vt apud Zenonem Stoicorum principem, inferos, & immortales animas, & vnũ bonũ, honestatem: sed quia iungunt mendacium veritati, & naturæ bonũ multis perdunt malis, ideo partem vasorum domus Dei, & non omnia vasa integra atque perfecta cepisse memorantur.

d ¶ *Et ait rex Aspheneζ præposito eunuchorum suorum*, &c.] Pro Aspheneζ in æditione vulgata ἀβριεσδρὶ scriptum reperi, & pro φορσομμὶν quod Theodotio posuit, Lxx. & Aquila, electos transtulerũt: Symmachus Parthos, pro verbo nomẽ gentis intelligens: quod nos iuxta editionem Hebræorum, quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur, in tyrãnos vertimus: maxime quia præcedit, de regio semine: Vnde & arbitrãtur Hebræi, Danielem, & Ananiam, & Misaelẽ, & Azariam fuisse eunuchos: impleta illa prophetia, quæ ad Ezechiam per Esaiam prophetam dicitur: *Et de semine tuo tollent, & facient eunuchos in domo regis.* Si autem de semine regio fuerunt, nulli dubium quin de genere fuerint Dauid. Nisi forte huic sensui illud cõtrariũ sit, quod sequitur: Pueros siue iuuenes in quib⁹ nulla esset macula: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorũ. Philo arbitratur linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldæis fuerit. Quod si recipimus, quærendum est, quo modo nunc Hebræi pueri linguam, quam nouerant, doceri iubeãtur: nisi forte iuxta quorundam opinionẽ duas Abraham linguas, & Hebræorum & Chaldæorum sciisse dicamus.

Esa. 39. d

e ¶ *Et imposuit eis præpositus eunuchorum*, &c.] Non solum præpositus eunuchorum siue magister, & vt alij transtulerũt, ὁ ἀρχιευνοῦχος & sanctis immutat nomina, sed & Pharao Ioseph in Ægypto appellauit, Saphanath paanech, nolentes eos in terra captiuitatis vocabula habere Iudæorum. Vnde propheta dicit in psalmo: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Porro dominus in bonã partem nomina mutat antiqua, & ex rebus imponit virtutum vocabula: vt Abram appellaret Abraham, & Sarai Saram. In euangelio quoque, quõdam Simon, Petri nomen accepit, & filij Zebedæi appellati sunt filij tonitrui: quod nõ vt pleriq; putant, boanerges, sed emendatius legitur, beneraham.

Gen. 41. f
צפנת
פענח

Psal. 136. a

D

Gen. 17. a
Matt. 3. f

בני רעם

f ¶ *Proposuit autem Daniel*, &c.] Daniel, qui de mensa regis & de vino potus eius non vult comedere, ne polluatur, vtiq; si sciret ipsam sapientiam atq; doctrinam Babyloniorum esse peccatũ, nunquam acquiesceret dicere quod non licebat. Discunt autem non vt sequantur, sed vt iudicent atque conuincãt. Quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus μαθημάτων, risui pateat, & aduersũ philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorũ. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat.

Dist. 37. qui de mathematicis.

Act. 7. c

g ¶ *Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis*, &c.] Qui propter peccata maiorum ductus est in captiuitatem, propter virtutum suarum magnitudinem statim mercedem recepit. Proposuerat enim in corde suo vt non pollueretur de mensa regis, & epulis regiis præposuerat viles cibos: Idcirco gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum accepit: domino largiẽte. Ex quo intelligimus, pro necessitate rerum, si quando diliguntur sancti ab infidelibus, Dei esse misericordiæ, non bonitatis hominum peruersorum.

h ¶ *Tentanos obsecro seruos tuos diebus decem*, &c.] Incredibilis fidei magnitudo, non solum sibi corpulentiam polliceri esu vilioris cibi, sed & tempus statuere. Non est ergo temeritatis sed fidei, ob quam regias dapes contemptserunt.

E

a ¶ *Pueris autem his*, &c.] Nota quod Deus dederit sanctis pueris scientiã, & disciplinam sæcularium literarum in omni libro & sapientia. Pro quo Symmachus interpretatus est artem grãmaticam: vt cuncta quę legabant intelligerent, & spiritu Dei de Chaldæorũ sciẽtia iudicarent. Daniel autem hoc extra tres pueros habebat insigne, quod visiones & somnia, quibus per symbola quædam & ænigmata, futura mõstratur, sagaci mente cernebat: vt quod alij videbãt in phãtasmate, oculi scordis aspiceret.

Sup. cap. d

b ¶ *Completis*, &c.] Cõpletos dies, triẽnij tẽpus intellige, quod rex cõstituerat, vt enutriti trib. annis postea starent in conspectu regis.

c ¶ *Et omne verbum sapientiæ*, &c.] Pro ariolis & Magis, vulgata editio sophistas & philosophos transtulit: non iuxta hanc philosophiam, & sophisticam disciplinam, quam Græcorum eruditio pollicetur, sed iuxta doctrinam gentis barbaræ, qua vsque hodie Chaldæi philosophantur.

d ¶ *Fuit autem Daniel*, &c.] Dicemus in consequentib. quomodo qui vsque ad annum primum regis Cyri hic fuisse describitur, postea tertio anno eiusdem Cyri regis, & primo Darij fuisse memoretur.

F

CAPVT II.

Sup. 1. b. g

IN⁰ *anno secundo*, &c.] Si post tres annos pueri ingressi sunt in cõspectũ eius, vt ipse præceperat, quomodo nunc secundo anno regni sui somniũ vidisse narratur? Quod ita soluũt Hebræi: secundũ hîc annũ dici regni eius omnium gentiũ barbararum: non Iudææ tãtum, & Chaldæorũ, sed Assyriorũ quoq;, & Ægyptiorũ, & Moabitarum, & reliquarũ nationũ, quas domino cõcedẽte superarat. Vnde & Iosephus in decimo antiquitatum scribit libro: Post annũ secundũ Ægyptię vastitatis rex Nabuchodon. vidit mirabile somniũ, & cõterritus est spiritus eius, & somniũ eius fugit ab eo. Vidit res impius somnium futurorum, vt interpretante sancto quod viderat, Deus glorificaretur, & captiuorum, Deoque in captiuitate seruientium sit grande solatium. Hoc idem in Pharaone legimus: non quod Pharao & Nabuchodonosor videre meruerint, sed quod Ioseph & Daniel digni extiterint, qui interpretatione eorũ omnibus præferrẽtur.

Cap. 11.

Gen 41.

f ¶ *Præcepit ergo rex vt conuocarentur ariioli & Magi*, &c.] Quos nos ariolos, cæteri ἐπῳδοὺς interpretati sunt, id est, incantatores. Ergo videntur mihi incantatores esse, qui verbis rem peragunt. Magi qui de signis philosophantur. Malefici qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpe contingunt corpora mortuorum. Porro in Chaldæis γενεθλιακοὺς significari puto, quos vulgus mathematicos vocat. Consuetudo autem & sermo communis, Magos pro maleficis accipit: qui aliter habentur apud gentem suam, eo quod sint philosophi Chaldæorum, & ad artis huius scientiam, reges quoque & principes eiusdem gentis omnia faciunt. Vnde & in natiuitate domini Saluatoris ipsi primum ortum eius intellexerunt, & venientes in sanctam Bethlehem, adorauerunt puerum, stella eis desuper ostendente.

Matt. 2. e

g ¶ *Et dixit ad eos rex: Vidi*, &c.] Vmbra quædam, & vt ita dicã, aura somnij atque vestigium remansit in corde regis: vt referentibus aliis posset reminisci eorum quæ viderat, & nequaquam eum deciperẽt mentientes.

h ¶ *Responderunt Chaldæi regi Syriace: Rex in æternum*, &c.] Hucusque quæ lecta sunt, sermone narrantur Hebræo. Ab hoc loco vsque ad visionem anni tertij regis Balthasar, quam Daniel vidit in Susis, Hebraicis quidem literis, sed lingua scribuntur Chaldaica, quam vocat hîc Syriacam.

Iust. 8.

H

i ¶ *Nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos*, &c.] Comminatus est pœnam, proponit & præmia: vt si potuerint somnium dicere, consequenter credat etiam his quæ incerta sunt, hoc est, quid significet somnium. Quod si non potuerint ea dicere, de quibus rex in plerisque confusus poterat recordari, etiam futuræ interpretationis perdant fidem. Denique sequitur.

k ¶ *Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quod interpretationem quoque eius veram loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege*, &c.] Confitentur Magi, confitentur arioli, & omnis scientia sæcularis literaturæ, præscientiam futurorum non esse hominum, sed Dei. Ex quo probatur prophetas Dei spiritu locutos, qui futura cecinerunt.

l ¶ *Quo audito rex in furore, & in ira magna*, &c.] Quærunt Hebræi, cur Daniel & tres pueri non sint ingressi ad regem cum aliis sapientibus, & prolata sententia iubeantur perire cum cæteris. Quod ita edisserunt:

vt eo tempore quo rex præmia & dona & honorem maximum promittebat, ire noluerint, ne impudenter diuitias, & dignitatem Chaldaicam viderentur appetere. Aut certe ipsi Chaldæi inuidentes gloriæ eorum & scientiæ, soli ingressi sunt, quasi soli præmia percepturi, & postea in periculo voluerunt habere consortes, quos in spe gloriæ refutauerant.

a ¶ *Et interrogauit eum, &c.*] Scientes Chaldæi quod decuplum super cunctos atiolos & Magos, qui erant in vniuersa Chaldæa, Daniel & tres pueri saperent & intelligerent, cælauerant eos interogarionem regis, ne præferentur sibi in interpretatione somnij: Et ob hanc causam interrogauit Daniel de crudelitate sententiæ, qui causam periculi sui nesciebat.

b ¶ *Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli: Daniel, &c.*] Daniel tempus postulat, non quo tractatione & sagacitate mentis occulta perquireret, sed quo occultorum dominũ precaretur. Et ideo Ananiã & Misaelem & Azariam iungit ad preces, ne solus de suo merito videatur præsumere: vt quorum erat commune discrimen, communis esset & oratio.

c *Tunc Danieli per visionem nocte, &c.*] Somnium regis suo dicit somnio: imo & somnium & interpretationem eius, Dei reuelatione cognouit: quod dæmones ignorabant, sapientia sæculi scire nõ poterat. Vnde & Apostoli mysterium, quod cunctis retro generationibus fuerat ignoratum domino reuelante cognoscunt.

Ephes. 3.a

d ¶ *Et Daniel benedixit Deo cæli, & locutus ait*: &c.] Ad distinctionem eorum qui versantur in terra, & dæmoniacis artibus arq; præstigiis terrena deludunt, Daniel Deo cæli benedixit. Dij enim qui non fecerunt cœlum & terram, peribunt.

e ¶ *Et ipse mutat tempora & ætates, & trãsfert regna*, &c.] Non ergo miremur si quando cernimus & regibus reges, & regnis regna succedere, quæ Dei gubernantis & mutantur & finiuntur arbitrio. Causasque singulorum nouit ille qui conditor omnium est, & sæpe malos reges patitur suscitari, vt mali malos puniant: simulque subostẽdit & generali disputatione præparat auditorem, somnium quod vidit esse de mutatione & successione regnorum.

f ¶ *Dat sapientiam sapientibus, &c.*] Iuxta illud quod scriptum est: Audiet sapiens, & apponet sapientiam. *Qui enim habet, dabitur illi*: & animæ quæ feruet amore sapientiæ libenter spiritus Dei infunditur. *In peruersam autem animam non introibit sapientia.*

Prou. 1.a Matt. 25. Sap. 7.1.

g ¶ *Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est.*] Cui Deus reuelauit profũda, & potest dicere. *O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei*: iste habitante in se spiritu scrutatur etiam profũda Dei, & in profundo animæ suæ fodit altissimos puteos, & omnem terram egerit, quæ profundas aquas operire consueuit: seruatque mandatum Dei, dicens: *Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorũ tuorum fonte.* Quodq; sequitur: *Nouit in tenebris cõstituta, & lux cum eo est*: Tenebræ significat ignorantiam, & lux scientiam atque doctrinam. Itaque Deum vt peruersa non celant, ita recta ambiunt atque circundant. Siue ita interpretandũ est, quod tenebrosa mystica quæque & profunda significent: iuxta illud quod legimus in Proverbiis: *Intelliget quoque parabolam & tenebrosum sermonẽ*: hoc ipsum significat quod in psalmis legimus: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Qui enim ad excelsa conscendit, & terrena deserens, instar auium tenuissimum aërem & ætheria quæque desiderat: iste nubes efficitur, ad quam veritas Dei peruenit, & quę super sãctos pluere constituit: repletusq; multitudine scientiæ, habet multas aquas in corde suo tenebrosas & inuolutas caligine, quam solus Moyses ingreditur, & loquitur Deo facie ad faciem: de quo scriptum est: *Posuit tenebras latibulum suum,*

Prou. 1.a Sec. 70.

Psal. 17.b

Ibid. 35.b

Exod 33.b

Psal. 17.b

h ¶ *Tibi Deus patrum, &c.*] Ne sui videatur meriti, quod impetrauit, refert ad patrum iustitiam & ad veritatem Dei, qui seminis eorum etiam in captiuitate miseretur.

אחרי דמך

i ¶ *Et nunc ostendisti, &c.*] Quod quatuor rogant, vni ostenditur: vt & arrogantiam fugiat, ne solus impetrasse videatur, & agat gratias, quod mysterium somnij solus audierit.

x ¶ *Sapientes Babylonis, &c.*] Imitatur clementiam Dei: qui pro persecutoribus deprecatur, & non vult eos perire, propter quos fuerat ipse periturus.

Matt. 5.g

l ¶ *Inueni hominem de filijs, &c.*] Dei gratiam ad suam refert diligentiam, & inuenisse se dicit, cum Daniel vltro se obtulerit, vt introduceretur ad regem: in quo ἰδιῶ ostenditur nunciorum: qui cum bona nunciant, sua videri volunt. Qui autem solutionem somnij repromittit, vtique ante narraturus est somnium. Et nota quod de filiis Iuda sit Daniel, non sacerdos: sicut in fine Belis fabula continet.

m ¶ *Putasne vere potes indicare mihi somnium, &c.*] Seruat ordinem quæstionis, vt primum somnium, quod se Magi ignorare responderant, & postea interpretationem quærat somnij: vt cum somnium audierit, & quæ viderat recognouerit, tunc credat & interpretationi, quæ variam recipit coniecturam.

n ¶ *Mysterium, &c.*] Pro aruspicibus, quod nos vertimus, in Hebræo [a] גזרין habetur: quod solus Symmachus *Sodales* interpretatus est, quos Græci solent παρασίτους appellare: qui exta inspiciunt, vt ex his futura prædicant. Mysterium autem vocans, ordinem somnij reuelati, ostendit quicquid occultum est, & ab hominibus ignoratur, posse mysterium nuncupari. Tollit quoque regi prauam suspicionem ne humana æstimet inueniri posse solertia, quod Dei solius notitię reseruatur.

[a] gazrin

o ¶ *Sed est Deus in cælo reuelans mysteria.*] Frustra igitur ab hominibus quæris in terra, quod Deus solus nouit in cælo. Et occulte retrahens eum à multorum Deorum cultu, ad vnius Dei notitiam dirigit.

p ¶ *Qui indicauit, &c.*] Absque adulationis vitio veritate sociata, blanditur vt regi: quod illi à Deo mysteria sint reuelata, quæ nouissimis temporibus sint ventura. Nouissimi autem

autem dies, aut ex eo numerandi sunt tempore, quo Danieli somnium reuelatum est, vsque ad consummationem mundi. Aut certe hoc sentiendum est, quod vniuersa interpretatio somnij tendat ad finem, in quo imago statuaque quæ cernitur, conterenda est.

a *Somnium tuum, &c.*] Non dixit visiones oculorum tuorum, ne quid putaremus esse corporeum, sed capitis. *Sapiẽtis enim oculi in capite eius*: in principali videlicet cordis: iuxta illud quod in euangelio legimus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*: Et: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris.* Alij vero huius occasione capituli τὸ ἡγεμονικὸν nõ in corde, sed iuxta Platonem in cerebro suspicantur.

Eccle 2. b

Matth. 5 a Ibid. 9.a

b ¶ *Tu rex cogitare, &c.*] Pro eo quod est, post hæc: soli Lxx. dies nouissimos transtulerũt. Quod si ita legitur, sollicitus requiramus, vbi dies nouissimi scripti sunt, & redarguamus eos, qui mundũ non putant esse periturum. Nũquam enim dies appellarentur nouissimi si mundus esset æternus. Quodque dicitur: *Tu rex cogitare cœpisti*: indicat causas somnij, quod idcirco ei Deus futurorum mysteria reuelauerit, quia ipse rex voluerit scire ventura, & vt Nabuchodonosor diuinæ inspirationis miretur gratiam, non solum quid in somnio viderit, sed ante somnium, quid tacitus cogitarit, exponit.

c ¶ *Et qui reuelat, &c.*] Illud quod in euangelio legimus: *Qui solem suum oriri facit super malos & bonos*: etiam super Nabuchodonosor intelligim⁹ esse completum. Tanta enim est clementia omnipotentis Dei, vt etiam Nabuchodonosor dispẽsationis suæ quæ mũdum regit, mysteria reuelaret. Interrogemus eos, qui diuersas asserunt esse naturas, cuius naturæ Nabuchodonosor intelligãt, bonæ an malæ. Si bonæ, cur impius dicitur? Si malæ (vt certum est) cur malo atque terreno, id est, χοϊκῷ, sua Deus sacramenta monstrauit?

d ¶ *Mihi quoque non in sapiẽtia, quæ est in me plus quam in cunctis viuentibus, sacramentũ reuelatum est, &c.*] Putauerat rex notitiam futurorum solertia mentis humanæ posse cõprehendi, & ideo sapientes Babylonis interfici iusserat. Ergo Daniel eos excusat, qui dicere non potuerunt: & ipse inuidiam fugit, ne quis existimet eum, quæ dicturus est, ꝓpria dixisse sapientia. Causa autem reuelationis propheticæ, regis est desiderium, qui voluit ventura cognoscere. Ergo honorat regem, quando propter illius scientiam sibi dicit à Deo mysteria reuelata. Et hoc considerandum, quod somnia in quibus aliqua ventura signantur, & quasi per nubilum veritas demonstratur, non pateant coniecturis & humanæ mentis arbitrio, sed Dei solius scientiæ.

e ¶ *Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna, & statua sublimis, stabat contra te, &c.*] Pro statua id est, ἀνδριὰντι, quod solus interpretatus est Symmachus, cæteri imaginem transtulerũt: volentes hoc nomine similitudinem ostendere futurorum. Sequamur interpretationem prophetarum, & Danielis verba interpretantes; quæ ab illo breuiter dicta sunt, latius exponamus.

צלם צלמא

f ¶ *Caput, inquit, aureum tu es rex.*] Per quod ostenditur primum regnum Babylonium auro pretiosissimo comparatum.

g ¶ *Et post te consurget regnũ aliud minus te, &c.*] Medorum videlicet atque Persarũ, quod argenti habet similitudinem, *minus priore*, & maius sequente.

h ¶ *Et regnum tertium aliud æneum, quod imperabit vniuersæ terræ.*] Alexandrum significat, & regnum Macedonum, successorumq; Alexãdri. Quod recte æneũ dicitur. Inter omnia enim metalla æs vocalius est, & tinnit clarius, & sonitus eius longe lateque diffunditur: vt non solũ famã & potentiam regni, sed & eloquentiã Græci sermonis ostenderet.

i ¶ *Et regnum quartum erit veluti ferrum, &c.*] Regnum autẽ quartum, quod perspicue pertinet ad Romanos, ferrum est, quod comminuit & domat omnia: sed pedes eius & digiti ex parte ferrei & ex parte sunt fictiles: quod hoc tẽpore manifestissime comprobatur. Sicut enim in principio nihil Romano imperio fortius & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius: quando & in bellis ciuilibus, & aduersum diuersas nationes, aliarum gẽtium barbararũ indigemus auxilio. In fine autem horũ omnium regnorum, auri, argenti, æris, & ferri, abscissus est lapis dominus atque Saluator, sine manib. id est, absque coitu & humano semine, de vtero virginali, & contritis omnib. regnis, factus est mons magnus, & implevit vniuersam & terrã: quod Iudæi, & impius Porphyrius male ad populum referunt Israel, quem in fine sæculorũ volũt esse fortissimum, & omnia regna conterere & regnare in æternum.

k ¶ *Deus magnus, &c.*] Rursum reuelationem somnij nõ sui dicit meriti, sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & doceret regem, quod Deus solus esset colendus.

l ¶ *Tunc rex Nabuchodonosor cecidit, &c.*] Hunc locum calumniatur Porphyrius, quod numquam superbissimus,

rex captiuum adorauerit: quasi non & Lycaones ob signorũ magnitudiné Paulo & Barnabæ voluerint hostias immolare. Error ergo gentiliũ, qui omne quod supra se est, deos putant, scripturæ nõ debet imputari, quæ simpliciter refert vniuersa quæ gesta sunt. Sed & hoc possumus dicere, quod

A Leu. 14. b

dine discant mortem contemnere, & idola non colere.

c ¶ *Et statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis.*] Pro Dura, Theodotio, Deira, Symmachus Doraum, Lxx. περὶ Θολαυ transtulerunt: quod nos viuarium vel conclusum locum dicere possumus.

causas adorandi, & immolandarum hostiarum, & incensi atque sacrificij ipse rex exposuerit, dicens ad Danielem.

a ¶ *Vere Deus vester, Deus deorum est, &c.*] Ergo non tam Danielem, quam in Daniele adorat Deum, qui mysteria reuelauit. Quod & Alexandrum Magnum regem Macedonum, in pontifice Ioiada fecisse legimus. Quod si displicet hoc, dicendum est Nabuchodonosor signorum magnitudine & stupore confusum, quid faceret ignorasse: vt qui Deum verum intelligebat, & dominum regum, seruum eius adoraret, & illi adoleret incensum.

Ioseph. lib. 11 antiq. cap. 8.

b ¶ *Tunc rex Danielem in sublime extulit, &c.*] Et in hoc calumniator ecclesiæ prophetam reprehendere nititur, quare non recusarit munera, & honorem Babylonium libenter susceperit: non considerans ideo regem vidisse somnium, & interpretationis mysteria per puerũ reuelata, vt Daniel cresceret, & in loco captiuitatis princeps omnium fieret Chaldæorum & Dei omnipotentia nosceretur. Quod quidem & in Ioseph apud Pharaonem & Ægyptum factum legimus: Et in Mardocheo apud Assuerum: vt in vtraque gente haberent captiui & peregrinantes Iudæi solatia, videntes hominem gentis suæ Ægyptiorum esse principem, vel Chaldæorum.

B Gen. 41. e Hester. 8. a

c ¶ *Daniel autem, &c.*] Non obliuiscitur eorum, cum quib. dominum deprecatus est, & qui secum periclitati fuerant. Itaque facit eos iudices prouinciarum: ipse autem à regis latere non recedit.

Cap. III.

Nabuchodonosor rex fecit, &c.] Velox obliuio veritatis: vt qui dudum seruum Dei quasi Deum adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubeat, vt ipse adoretur in statua. Quod autem aurea sit & infiniti ponderis, illud in causa est, vt stuporem videntibus creet, & res inanimata adoretur vt Deus, dum vnusquisque suam consecrat auaritiam. Datur autem per occasionem captiuorum barbaris nationibus salutis occasio: vt qui primum per Danielis reuelationem potẽtiam cognouerant vnius Dei, in trium puerorum quoque fortitudine discant mortem contemnere, & idola non colere.

adorauit, & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarẽt ei. Loquẽs ergo rex, ait Danieli: a Vere Deus vester, Deus deorũ est, & dominus regũ, & reuelãs mysteria: quoniã tu potuisti aperire hoc sacramentũ. Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei: & cõstituit eum principẽ super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuum super cunctos sapiẽtes Babylonis. c Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sedrach, Misach, & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

Caput III.

NAbuchodonosor rex fecit statuam aureã altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ sex: c Et statuit eam in cãpo Dura prouinciæ Babylonis. f Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad cõgregãdos satrapas, magistratus, & iudices, duces, tyrãnos, & præfectos, oẽsque principes regionum, vt cõuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc cõgregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, & duces, tyrãni, & optimates, qui erant in potestatibus cõstituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodonosor rex. g Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribub°, & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream, quã constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non cadẽs adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. h Post hęc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & omnis generis musicorũ, cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam cõstituerat Nabuchodonosor rex. i Statimq; in ipso tempore accedẽtes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos, dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex in æternum viue: tu rex posuisti decretum, vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam aureã. Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardẽtis. k Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babyloniæ, Sedrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt rex decretum tuum: Deos non colunt, & statuam auream quam erexisti, non adorãt. Tunc Nabuchodonosor in furore & ira præcepit vt adducerẽtur Sedrach, Misach & Abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis: pronuncianſq; Nabuchodonosor

f ¶ *Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos, &c.*] Excelsa periculosius stant, & citius corruunt, quæ sublimia sunt. Principes congregantur ad adorandum statuam, vt per principes seducantur & gentes. Qui enim diuites sunt & potentes, dum timent carere diuitiis, & potẽtia, facilius supplantantur. Seductis autem magistratibus subditi populi maiorum exemplo pereunt.

g ¶ *Et præco clamabat valenter: vobis dicitur populis, tribubus &c.*] Non quo omnes populi vniuersarum nationum in campo Dura potuerint congregari, & adorare statuam auream: sed quo in principibus cunctarũ gentium, omnes gẽtes & populi adorasse credantur. Omnem scripturam sanctam mente percurrẽs (nisi tamen me fallit obliuio) nequaquam reperio quod sanctorũ quisquã Deum cadẽs adorauerit: sed quicumque idola, & dæmones, & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare: vt in præsenti loco non semel sed crebrius. Et in Euangelio diabolus loquitur ad dominum: *Hæc omnia dabo tibi, si cadẽs adoraueris me.* Sed & hoc dicẽdũ: omnes hæreticos, qui fulgore eloquentiæ sæcularis falsum dogma componunt, aureã statuam facere, & quantum in se est, persuasione compellere, vt cadentes adorent idolum falsitatis.

D Matt. 4. b

h ¶ *Post hæc igitur, statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, &c.*] Eodem sensu accipiẽdum quo supra: vt omnes populos intelligamus in principibus. Neque enim adesse vniuersæ simul poterat nationes.

i ¶ *Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi, &c.*] Quos præpositos in Babylone regis operibus inuidebant, & offendebantur peregrino cultu, & auersione idolorum nacti occasionem criminantur ad regem. Denique sequitur.

k ¶ *Sunt ergo, &c.*] Et quodãmodo sic loquũtur: Quos prætulisti nobis, & captiuos, vel seruos, principes esse fecisti, hi elati in superbiã, tua præcepta conẽnunt: deos tuos non colunt: & statuã aureã, quam erexisti, nõ adorãt. Quod in principio huius visionis diximus, hic manifestius approbatur, alios esse Deos Nabuchodonosor

E nosor, & aliam statuam aueam, quam in cultu sui iussit erigi: nam & in consequentibus ipse rex loquitur.

a ¶ *Deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui, non, &c.*] Alij hanc dicunt scripturæ sanctæ consuetudinẽ, vt vnum idolum appellet pluraliter: vt est illud in Exodo de vitulo: *Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Et in Regum volumine: Hieroboã ponens aureum vitulum in Bethel, idola feciſſe narratur. Econtrario multa dæmonia singulari numero appellantur: vt in Esaia: Inclinat se, & adorat illud, & votum faciens dicit: *Deus meus es tu.*

Exod. 32. a
3. Reg. 12. g
Esaie 44. c

b ¶ *Prosternite vos, & adorate statuam quam fecit, &c.*] Quamquam in furore præceperit adduci pueros, tamen dat spatium pœnitudinis: vt si ceciderint & adorauerint, prior culpa veniã consequatur: sin autem adorare contempserint, præsens sit pœna fornacis ardentis.

c ¶ *Et quis est Deus, qui eripiat vos, &c.*] Ille videlicet cuius seruum dudum adorasti: quem vere Deum deorum, & dominũ regum esse dixisti.

d ¶ *Nabuchodonosor, &c.*] In Hebr. non habet regem, sicut in Lxx. ne adulari viderentur impio, aut regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret. Quod si quis contentiosus regem quoq; legerit: dicemus eos non procaciter regem ad effusionem sui sanguinis prouocare, sed ita reddere regi honorem debitũ: vt Dei cultus nõ lædatur. Quod autẽ ait: Nõ oportet nos de hac re respondere tibi: Ille sensus est: nõ debes audire verba, quorũ iam reb. ipsis probabis fortitudinẽ atque constantiam.

F

e ¶ *Ecce enim, &c.*] Vnde se putauerat terrere pueros, inde cernit in eis materiã fortitudinis. Nec in longum differunt, sed præsens sibi pollicentur auxiliũ, dicentes: *Ecce enim Deus noster, quem colimus*, ipse nos, & de eo quod minaris incendio, & de tuis potest manibus liberare.

f ¶ *Quod si, &c.*] Pulchre ad id quod dixerant: Potest eripere nos: non intulit contrarium, si non potuerit, sed si noluerit: vt non impossibilitatis Dei, sed voluntatis sit, si pereirent.

g ¶ *Notum, &c.*] Siue statuam vt Symmachus siue imaginem auream, vt cæteri transtulerũt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo iudices & principes sæculi, qui imperatorum statuas adorant & imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo. Et notanda proprietas, deos coli, imaginem adorari dicunt: quod vtrumque seruis Dei non conuenit.

h ¶ *Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius commutatus est super Sedrach, Misach, & Abdenago.*] In quibusdã psalmis tituli prænotantur: Pro his qui cõmutabuntur. Sermo igitur commutationis ambiguus est, & de bono in malum, de malo in bonum. Neque enim commutatio vultus Nabuchodonosor bonæ parti poterit coaptari: Licet quidam & inscriptionem psalmorum de bono ad malum referant: quod hi qui naturaliter debuerant intelligere Deum, contra Christũ & sanctos eius perturbatione mentis & furore mutati sunt.

Psal. 44 59. 68. 79.

i ¶ *Et præcepit vt succenderetur fornax septuplum quam incendi consueuerat, &c.*] Quasi non posset simplex & solitus ignis trium puerorũ consumere corpora: sed furor & ira, quæ insaniæ proxima est, modum tenere non potest. Et vult eos multiplicis pœnæ comminatione terrere, quos paratos videbat ad mortem.

k ¶ *Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, &c.*] Pro braccis, quas Symmachus ἀναξυρίδας interpretatus est: Aquil. & Theodot. saraballa dixerunt, & non, vt corrupte legitur, sarabara. Lingua autẽ Chaldæorũ saraballa crura hominũ vocantur & tibiæ, & ὁμωνύμως etiã braccę eorũ, quib. crura tegũtur & tibiæ quasi crurales & tibiales appellatæ sunt. Tiara autem verbum Græcũ est, & vsu versum in Latinum. De quo Virgilius: *Sceptrumque sacerque tiaras.* Est autẽ genus pileoli, quo Persarum Chaldæorumque gens vtitur.

בסרבליהון σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν כרבל

τιάραι.

H

l ¶ *Porro viros, &c.*] Eos viros scilicet de quibus supra dixerat: Et viris fortissimis de exercitu suo, iussit vt ligatis pedibus Sedrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacẽ ignis ardentis. Non ergo fortuito quoscumque ministros perdidit. Nabuchodonosor, sed viros fortes de toto exercitu suo, & ad bella promptissimos: vt non solum miraculum pertimesceret, sed exercitus sui dãna sentiret.

m ¶ *Viri autem hi tres Sedrach, Misach, & Abdenago, &c.*] Grãde miraculum, ligati mittuntur in fornacẽ, & cadunt in mediũ ignis præcipites: ardẽt vincula, quib. ligati sunt, & vinctorum corpora timens flãma non tangit. Hucusq; Hebræi legũt: media quæ sequuntur vsque ad finem cantici trium puerorũ, in Hebraico non habentur: De quibus, ne omnino præteriſſe videamur, pauca dicenda sunt.

n ¶ *Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, &c.*] Quãdo diuersis premimur angustiis ex toto cordis hoc loquamur affectu, & quidquid nobis acciderit, iuste nos sustinere fateamur: vt compleatur in nobis illud quod scriptum est: *Exultauerunt & lætatæ sunt filiæ Iudæ in omnibus iudiciis tuis domine.*

Psal. 96. b

o ¶ *Peccauimus enim, & inique egimus recedentes, &c.*] Et certe tres pueri peccauerunt, nec eius ætatis erant, quando

ducti sunt in Babylonem, vt propter sua vitia punirentur. Ergo quomodo hi ex persona populi loquuntur, sic illud Apostoli legendum est: *Non enim quod volo hoc ago: sed quod nolo illud operor*, & cætera, quæ in eodem loco scripta sunt. *Rom.7.c*

a ¶ *Quoniam domine imminuti sumus plusquam, &c.*] His versiculis vtendum est, si quando ecclesiæ propter peccata populi, sanctorum virorum & magistrorum, qui in lege Dei doctissimi sunt, sustinent penuriam, & quando in persecutionibus non offertur sacrificium & oblatio. Quidam hunc locũ, & ad cœlestem referunt Hierusalẽ: quod animęad terrena delapsæ, & in loco lacrymarum, & confessionis positæ, plangãt antiqua delicta, & cætera quæ prophetalis sermo complectitur: sed hæc non recipit ecclesia Dei.

b ¶ *Sed in anima contrita, & spiritu, &c.*] Et ex præsenti loco, & ex eo quod sequitur: *Benedicite spiritus & animæ iustorum domino*: Et in psalmis: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies*: sunt qui animum velint esse spiritum in homine excepto Spiritu sancto, & aliam animam. Sed laborandum eis erit, quomodo absq; carne, & gratia Spiritus sancti, duæ substantiæ, & duo interiores homines in vno homine esse dicantur. *Psal 50.d*

B

c ¶ *Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis, succendere fornacem, &c.*] Salustius scribit in historiis, quod naphtha sit genus fomitis apud Persas, quo vel maxime nutriantur incendia. Alij ossa oliuarum quæ proiiciuntur cum amurca arefacta, naphtham appellari putant: Vnde & Græce πυρίνη dicitur, ab eo quod πῦρ: id est, ignem nutriat.

d ¶ *Angelus autem domini descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacẽ, & excussit, &c.*] Oppressa perturbationibus anima, & variis molestiis occupata, cum hominum desperauerit auxilium, & tota ad dominum fuerit mente conuersa, descendit ad eam angelus domini, scilicet sermo diuinus, & excutit flammæ æstuantis ardores: vt nequaquam ignita iacula inimici cordis nostri arcana penetrent, nec illius fornace claudamur.

e ¶ *Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula, &c.*] Generali laudatione præmissa, quod omnis creatura debeat laudare dominum: in consequentibus per partes singulas cohortatur angelos & cœlos, aquas atque virtutes, solem & lunam, imbrem, & rorem, spiritum, ignem & æstum, & frigus, & cauma, & cætera, quæ longum est texere: ita vt fontes quoque, & maria, & cete, & volucres, bestiasque, & pecora ad laudem domini prouocet, & filios hominum, & post omne hominum genus Israelem, & de ipso Israele sacerdotes & seruos domini spiritus, animasque iustorum, sanctos & humiles corde: Et ad extremum Ananiam, Azariam, Misaelem: qui ad laudem domini præsenti beneficio prouocãtur. Omnis autem creatura non voce, sed opere laudat dominum: quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, & in singulis operibus, atq; affectibus, Dei magnificentia demonstratur.

f ¶ *Benedicite sancti & humiles corde domino: laudate & superexaltate, &c.*] Humilitatem cordis

E

cordis habere, & præsens versiculus docet, & illud quod in euangelio dicitur: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animab. vestris.* Cordis autẽ illa est humilitas, quæ in alio loco paupertas spiritus appellatur: vt non erigamur superbia, nec ficta gloriam humilitate quæramus: sed toto corde inclinemur. Hucusq; de Thodotionis editione pauca perstrinximus, confessionis & laudum trium puerorum, quæ non habentur in Hebræo: exinde sequamur Hebraicam veritatem. *Matt. 11.d* *Matt. 5.a*

a ¶ *Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, &c.*] Punitis principibus, rex corripitur, vt viuens glorificet Deum. Interrogat autem optimates suos, quorum accusatione & consilio tres pueros in ignem fornacis miserat: vtillis respondentibus se misisse tres pueros in fornacem, iste quærit eis nunciet, & ostendat.

b ¶ *Qui respondentes regi dixerunt: Vere rex: Respondit rex & ait: Ecce ego video viros quatuor solutos, &c.*] Rursum dicã: O quam sapiens ignis, quam enarrabilis Dei potentia: vincũlis stricta sunt corpora, vruntur vincula, corpora non vruntur. Speciem autem quarti, quem similem dicit filio Dei, vel angelum debemus accipere, vt Lxx. transtulerunt, vel certe, vt plerique arbitrãtur, dominum Saluatorẽ. Sed nescio quomodo rex impius Dei filiũ videre meretur. Ergo iuxta Symmachũ qui interpretatus est: *Species autem quarti similitudo filiorum, non Dei, sed Deorum*, angeli sentiendi sunt: qui & dij, & deorum vel Dei filij sæpissime nuncupantur. Hoc iuxta historiam. Cæterum in typo præfigurat iste angelus siue filius Dei, dominum nostrum Iesum Christum, qui ad fornacẽ descendit inferni: in quo clausæ, & peccatorum, & iustorum animæ tenebantur: vt absq; exustione & noxa sui, eos qui tenebantur inclusi, mortis vinculis liberaret. *Dan.3.b*

F

legas πῶ πεπύρευσο-μαι ὕστερ.

c ¶ *Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sedrach, Misach & Abdenago serui Dei excelsi: &c.*] Pauore perterritus, non per nuncios quærit à pueris, sed ipse eos ex nomine vocat, seruos Dei excelsi appellans, & petens vt ad se egrediantur, quos vinctos in fornacem miserat.

d ¶ *Benedictus Deus Sedrach, Misach, & Abdenago: qui misit angelum suum, & eruit seruos suos, &c.*] Quem supra filium Dei hic angelum vocat, quamquam in superioribus similitudo filij Dei, non veritas appellata sit. Rursum ergo Nabuchodonosor Dei confessionem recipit, & damnatis idolis laudat tres pueros, qui noluerunt seruire & adorare omnẽ Deum, excepto Deo suo, & miratur, quod sanctos Dei ignis tangere non potuerit. Quod autem ait:

c ¶ *Ame ergo propositum hoc decretum, vt omnis populus, tribus & lingua, quęcumque locuta fuerit blasphemiam, &c.*] Quidam pessime ad diabolum referunt, quod in cõsummatione & fine mundi, etiam ipse recipiat notitiam Dei, & oẽs ad pœnitentiam cohortetur, & hunc volunt esse regẽ Niniue, qui nouissime descendit de throno superbiæ, & humilitatis præmia consecutus sit. *Ioan.3.b*

f ¶ *Tunc rex promouit, &c.*] Qui dicunt supra tres pueros non iudices pronunciarum, sed præfectos operum singulorum fuisse in Babylone, hic volunt etiam eos prouinciarum iudices constitutos.

g ¶ *Nabuchodonosor rex, &c.*] Epistola Nabuchodonosor in propheтę volumine ponitur: vt non fictus ab alio postea liber, sicut sycophanta mentitur, sed ipsius Danielis esse credatur.

CAP. IV.

Ego Nabuchodonosor, &c.] Historia quidem manifesta est, & non magna interpretatione indiget: quod ad offensam Dei Nabuchodonosor versus in amentiam, septem annis inter bruta animalia vixerit, & herbarum radicibus alitus sit: ac postea misericordia Dei restitutus in regnum, laudauerit & glorificauerit regem cæli: Quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. Sed qui volunt per Nabuchodonosor contrariam intelligere fortitudinem (de qua dominus loquitur in euãgelio: *Videbam Satanam, quasi fulgur cadentem de cœlo.* Et Ioannes in Apocalypsi, quod draco cadens in terram, tertiam partem stellarum secum traxerit. Et Esaias: *Quomodo cecidit lucifer, qui mane oriebatur?*) asserunt nequaquam potuisse fieri, vt feno per septem annos vesceretur homo, qui nutritus est in deliciis, & septem annis absque vlla laceratione corporis sui, inter bestias vixerit. Et quomodo amenti homini per septem annos imperium reseruatum sit, regnumque potẽtissimum absque rege tanto tẽpore fuerit: aut si alius illi successerit in regnum, cuius vecordiæ æstimandus sit, vt cederet imperio, quod tanto tempore possidebat: præsertim cũ historiæ Chaldæorũ nihil tale contineant: nec potuisse fieri, vt qui de minoribus scripserãt, maiora reticerent. Hæc autem omnia quærunt & replicant, vt cum historia non stet erit, per Nabuchodonosor diabolus significetur. Quod nos nequaquam recipimus, ne omnia quæ legimus, vmbræ videantur & fabulæ. Quis enim amentes homines non cernat instar brutorum animantium in agris viuere, locisque siluestribus? Er, vt cuncta præteream (cum multo incredibiliora & Græcæ & Romanæ historiæ accidisse homi- *Luc 10.c* *Apoc.12.a* *Esa.14.c*

a Somnium

H

nibus prodiderint: Scyllam quoque Chimeram, Hydram, atque Centauros, aues, & feras, flores, & arbores, stellas, & lapides factos ex hominibus narrent fabulæ (quid mirū est, si ad ostendendam potentiam Dei, & humiliandam regum superbiā, hoc Dei iudicio sit patratum? *Quietus eram in domo mea, & florēs in palatio meo,* בהיכל *siue in throno*, vt interpretatus est Theodotio. Domum autem diaboli, qui sensum sequuntur cōtrarium, mundum istum intelligunt. De quo & in euang. ipse loquitur ad Saluatorem: *Hæc omnia mihi tradita sunt.* Et A post. dicit: *Mundus in maligno positus est.*

a ¶ *Somnium vidi, &c.* Responderunt quale somnium viderit contraria fortitudo: nisi forte omne, quod in hoc mundo habere videtur, vmbra & somnium est.

b ¶ *Et visiones capitis mei cōturbauerunt, &c.*] Nota quod & Nabuchodonosor visiones non oculorū & cordis, sed capitis nouerit: quia propter gloriam seruorum Dei, futurorum illi mysteria reuelantur.

c ¶ *Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel: &c.*] Exceptis Lxx. translatorib. qui hæc omnia nescio qua ratione prætererierunt, tres reliqui, collegam interpretati sunt. Vnde iudicio magistrorum ecclesiæ, editio eorum in hoc volumine repudiata est, & Theodotionis vulgo legitur: quæ & Hebræo, & cæteris translatorib. cōgruit. Vnde & Origen. in 9. Stroma. volum. asserit se quę sequuntur ab hoc loco in prophetā Danielē, non iuxta Lxx. interpretes, qui multū ab Hebraica veritate discordant, sed iuxta Theodotionis editionem disserere.

d ¶ *Qui habet spiritū deorum sanctorum, &c.*] Pro eo quod hic dicitur, deorum sanctorū, lingua Chaldaica, qua scriptus est, Daniel legimus [a] אלהין קדישין, quod deos sanctos, & nō Deum sanctum significat: vt Theodot. interpretatus est. Nec mirum si erret Nabuchodonosor, & quidquid super se cernit, non Deum, sed deos arbitretur. Denique & in consequentib. *Baltassar*, inquit, *princeps ariolorum, quem ego scio quod spiritum deorū sanctorum habeas in te*: Baltassar princeps ariolorū siue incantatorū, vt alij interpretati sunt. Non mirū si princeps ariolorum omnium constitutus sit, qui ad præceptum regis sapientiam didicerat Chaldæorum, & decuplū omnium sapientior fuerat inuentus. Quæramus ab his, qui in hac visione non recipiunt historiam: quis iste sit Nabuchodonosor, qui somnium viderit, & quis Daniel, qui somnium eius ediserat, & ventura prædicat, & quomodo hic ipse Daniel, qui vtique iuxta eos, sancta intelligenda est fortitudo, à Nabuchodonosor princeps ariolorum eius constituitur, & collega appellatur?

e ¶ *Videbam, &c.*] Non solum de Nabuchodonosor rege Chaldæorum, sed de omnibus impiis propheta loquitur. *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani:* qui non virtutum magnitudine, sed sua eleuantur superbia, & ideo exciduntur, & corruūt. Vnde bonum est illud sectari quod dominus docet in euangelio: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Quod autem ait iuxta Theodotionem τὸ ὑψος, id est, altitudo eius, siue μεγεθος, vt postea ipse interpretatus est, id est dominatio: pro quo nos vertimus, aspectus eius: iidem contemptores historiæ calūniantur, quod nequaquam dominatio Nabuchodonosor regis orbem terrarū possederit. (Neque enim Græcis & Barbaris, cunctisque septentrionis & occidentis nationibus imperauit) sed tantū orientis prouincias tenuit: id est Asiam, non Europam, & Libyam. Ex quo intelligi volunt cuncta ad diabolum referenda esse: cum hæc omnia nos hyperbolice dicta debeamus accipere, ob superbiam regis impij, qui tantum gloriatur in Esaia: vt cœlum se tenere iacket, & orbem terrarū, quasi nidum & oua volucrum.

f ¶ *Et ecce vigil & sanctus de cælo descendit, clamauitque fortiter, &c.*] Pro vigili, Theodotio ipsum Chaldaicum verbum posuit [b] עיר: quod per tres literas [c] ע י ר scribitur: significat autem angelos, quod semper vigilent, & ad Dei imperiū sint parati. Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur angelorum officia: Et de domino dicitur: *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Denique in consequentib. legimus: In sententia vigilum, hoc est, angelorum, decretum, & sermo sanctorum, & petitio. Consuetudo autē Græci Latinique sermonis ἐγρὴγορα vocat, quæ per multicolorem arcum ad terras descendere dicitur.

g ¶ *Tunc Daniel, cuius, &c. tacitus cogitare quasi, &c.*] Tacitus intellexit Daniel somniū esse contra regem, & timorem cordis vultus pallore signabat, dolebatque pro eo, qui ei plurimum honoris detulerat. Et ne videretur insultare atque lætari contra hostem regem, denique detestans id quod intelligebat, loquitur ad eum.

h ¶ *Domine mi somnium hoc his qui te oderunt, &c.*] Videś ergo Nabuchodonosor eum

[b] ir
[c] ain
[d] iod
[e] res

i ¶ *Arborē, quā vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit, &c.*] Absque regis iniuria explicat veritatem: vt non eum superbiæ, sed potentiæ videatur arguere.

a ¶ *Et vinciatur ferro, & ære in herbis foris, & rore cæli, &c.*] Et supra similiter scriptum est. Quærunt ergo à nobis qui historiæ contradicunt, quo modo in vinculo ferreo, & æreo fuerit Nabuchodonosor: aut quis eum vinxerit & compedibus alligauerit: cum perspicuum sit omnes furiosos, ne se præcipitent, & alios ferro inuadant, catenis ligari.

b ¶ *Hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ peruenit, &c.*] Austeritatem sententiæ, verborum temperat blanditmentis: vt cum dura præcesserint, mitioribus repromissis releuet animum territi. Denique infert:

c ¶ *Regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem, &c.*] Vnde hi, qui historiæ contradicunt, & volūt diabolo reddi pristinam dignitatē, in hoc loco velificāt: quod post tormenta, post efferationem, post herbarum & feni cibos, & septem annorum circulos, cōfiteatur dominum, & sit, qui prius fuerat. Qui respondere debent, quo modo congruat, vt angeli qui nunquam corruerant, eum rursum principem habeant, qui per pœnitentiam sit reuersus.

d ¶ *Quamobrem rex consilium meū placeat tibi, & peccata, &c.*] Si prædixit sententiam Dei, quę non potest immutari, quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperū, vt Dei sententia cōmutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exēplo, quem Esaias dixerat esse moriturum: & Niniuitarum, quibus dictum est: *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur*: Et tamen ad preces Ezechiæ, & Niniue, Dei sententia commutata est: non vanitate iudicij, sed eorum cōuersione, qui meruere indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur Deus, se mala minari super gentem: & si bona fecerit, minas clementia cōmutare. Rursum bona agenti se asserit polliceri: & si mala fecerit, dicit se suam mutare sententiam: non in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitiis irascitur: quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatū est. Dicamus & aliter: Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis cōsilium misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem duodecimum in eum est dilata sententia: Sed quia postea ambulans in aula Babylonis, gloriatur & dicit: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. [f] Cumque adhuc sermo esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum tuum transiit à te, & ab hominib. eiicięt te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te. [g] Donec scias quod dominetur excelsus in regno hominū, & cuicunque voluerit, det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor: & ex hominib. abiectus est, & fenum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectū est, donec capilli eius in similitudinem Aquilarum crescerent, & vngues eius quasi vngues auium. Igitur post finem dierū, [h] Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælū leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & altissimo benedixi, & viuētem in sempiternū laudaui & glorificaui, quia potestas eius, potestas sempiterna. [i] Et regnum eius in generatione & generatione, & oēs habitatores terræ apud eum in nihilū reputati sunt. [k] Iuxta volūtatem enim suam facit tam in virtutibus cœli quam in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti?

k ¶ *Iuxta, &c.*] Et hoc loquitur quasi homo sæculi. Non enim quod vult, hoc facit, sed quod bonum est, hoc vult Deus, Nabuchodonosor autem sic locutus est, vt

meiſ bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ.

e ¶ *Forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hæc omnia venerūt super regem Nabuchodonosor. Post duodecim mensium, &c.*] Cum beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quod si Nabuchodonosor bona opera faciens venia repromittitur, multo magis aliis promittitur, qui leuiora peccata commiserunt. Legimus & in Hieremia præceptum populo Iudæorum, vt orent pro Babyloniis, quia in pace eorum sit pax captiuorum.

f ¶ *Cumque adhuc sermo esset in ore regis: vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum transiit à te, &c.*] Arrogans gloriatio statim punitur à dño. Et ideo non differtur sententia, ne videatur misericordia in pauperes minimè profuisse. Sed statim vt locutus est per superbiam, perdidit regnum, quod ob eleemosynas fuerat reseruatum.

g ¶ *Donec sciās quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud. Eadem hora, &c.*] Magna miseriæ consolatio, quando in tormentis positus, scit prospera secutura: quamquam Nabuchodonosor tanti furoris sit & amentiæ, vt malorum tempore, bonorum, quæ ei Deus promiserat, non fuerit recordatus.

h ¶ *Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & altissimo, &c.*] Nisi oculos leuasset ad cœlum, sensum pristinum non recepisset. Quando autem dicit, sensum sibi redditum ostendit non formam se amisisse, sed mentem.

i ¶ *Et regnum eius in generatione & generatione, & omnes habitatores terræ apud, &c.*] Si hoc quod in scripturis dicitur: in generatione & generatione, simpliciter accipimus, pro eo quod est, in omnia futura tempora, nulla quæstio est: Sin autem (vt sæpe diximus) generatio & generatio, duas generationes significat, legis, & Euangelij, quærendum est, quo modo Nabuchodonosor Dei Sacramenta cognouerit. Nisi forte hoc dicamus, quod postquam oculos ad cœlum leuauit, & recepit pristinum statum, & exaltauit, & benedixit Deum viuentem in sempiternum, etiā hoc non ignorauerit.

dum potentiam Dei prædicat, iustitiam eius videatur arguere, quod immerito pœnas sustinuerit.

a ¶ *Et optimates mei, & magistratus mei requisierũt me,* &c.] Ergo iuxta eos, qui historiæ contradicunt, omnes angelicæ fortitudines requisituræ sunt diabolum: & in tantam crescet potentiam, vt qui quondam aduersus Deũ superbierat, maior futurus sit, quam fuit ante peccatum.

b ¶ *Nunc igitur ego Nabuchodonosor,* &c.] Intellexit Nabuchodonosor, quare septennij pœnas sustinuerit & idcirco se humiliatum, quia contra Deum superbierit.

CAPVT V.

בלשצר Βαλτάσαρ.

B*Altasar* b *rex fecit, &c.*] Sciendum est non hunc esse filium Nabuchodonosor, vt vulgo legentes arbitrantur, sed iuxta Berosum, qui Chaldaicam scripsit historiã, & Iosephum, qui Berosum sequitur, post Nabuchodonosor, qui regnauit annis quadraginta tribus, successisse in regnum eius filium, qui vocabatur Euilmerodach: de quo scribit Hieremias, quod in primo anno regni sui leuauerit caput Ioachim regis Iudæ, & eduxerit eum de domo carceris. Refert idem Iosephus, quod post mortem Euilmerodach, in regnũ patris successerit filius eius Neglisar, Post quem rursum filius eius Labosordach: quo mortuo Baltasar filius eius regnum tenuerit, quem nunc scriptura commemorat: quo interfecto à Dario rege Medorum (qui Cyri regis Persarum auunculus fuit) & Cyro Persa (quæ duo regna Esaias ascensorem bigæ, cameli, & asini vocat) destructum esse imperium Chaldæorũ. Quod quidem & Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, & Pompeius Trogus, & multi alij, qui barbaras scripsere historias. Hunc Dariũ in Græcis voluminibus quidam Astyagen, alij Astyagis filium putant, & alio apud eos appellari nomine. *Vnusquisque* autem principum vocatorum, *iuxta suam bibebat ætatem.* Siue (vt cęteri interpretes, transtulerũt) *Bibebat ipse rex vinum coram cunctis principibus, quos vocauerat.*

Ioseph. lib. 10. antiq. cap. 12.

אוילמרודך

Hier. 5.

B

Esa. 21. c Sec. 70.

ætas Dei, ætates aliis.

d ¶ *Præcepit ergo iam temulentus,* &c.] Tradũt Hebræi huiusmodi fabulam: quod vsq; ad septuagesimum annũ, quo Hieremias captiuitatem populi Iudæorũ dixerat esse soluẽdam (de quo & Zacharias in principio voluminis sui loquitur) irritam putans Dei pollicitationem Baltasar, falsumq; promissum, versus in gaudium, fecerit grande conuiuium: insultãs quodammodo spei Iudæorum, & vasis templi Dei: sed statim vltio cõsecuta est. Quod autem Baltasaris patrem Nabuchodonosor vocat, non facit errorem scientibus sanctæ scripturæ consuetudinem, qua patres, omnes proaui, & maiores vocantur. Et hoc considerandum, quod sobrius ista non faciat, sed temulentus, oblitusque pœnæ, quæ Nabuchodonosor proauum illius consecuta est.

Hier. 25. c Zach. 1. c

e ¶ *Bibebant,* &c.] Quanta stultitia: in aureis vasis bibentes, deos ligneos laudabant & lapideos. Quamdiu vasa fuerunt in idoleo Babylonis, non est iratus dominus (videbantur enim rem Dei, secundum prauam quidem opinionẽ, tamen diuino cultui consecrasse) postquam autem humanis vsibus diuina contaminant, statim pœna sequitur post sacrilegiũ. Laudant autẽ deos suos, insultantes Deo Iudæorum, quod illis victoriã tribuẽtib. bibebãt in vasis eius. Iuxta tropologiã, hoc dicẽdum est, quod oẽs hæretici, & doctrina cõtraria veritati (quæ assumit verba prophetarum, & testimoniis diuinæ scripturæ abutitur ad sensum suum: & dat bibere his quos decipit, & cum quibus fornicata est) tollat vasa templi Dei & inebrietur in eis: & non Deum, cuius vasa sunt, sed deos laudet aureos & argẽteos, & æneos, & ferreos, ligneosq;, & lapideos. Aurei mihi videntur hi qui sæculari ratione cõpositi sunt. Argentei, qui habẽt eloquij venustatẽ, & Rhetorica arte constructi sunt. Qui autẽ inferunt fabulas poẽtarum, & vetustis vruntur traditionibus, habentes inter se multam vel elegantiæ vel stultitiæ differentiam, isti vocantur ænæi & ferrei. Qui autem penitus inepta proponunt, lignei appellantur & lapidei. Quos omnes in duas partes Deuteronomium diuidit, scribẽs: *Maledictus qui facit sculptile & conflatile, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito.* Abscondunt enim omnes hæretici, & operiunt mendaciorũ suorum dogmata, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Deut. 27. c

Psalm. 10. a

D

f ¶ *In eadẽ,* &c.] Pulchrè dixit: In eadem hora, sicut & supra legimus de Nabuchodonosor: cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit: ne ob aliud sibi illata supplicia, sed ob blasphemiam cognosceret. Videntur autem digiti in pariete scribere contra candelabrũ: ne & manus, & id quod scribebatur, lõgius à lumine non parẽrent. Et scribunt in pariete aulæ regiæ, vt intelligat rex ad se pertinere quod scribitur.

Supr. 4. c

g ¶ *Tunc,* &c.] Et hîc notandum propter eos psalmos qui habent titulos. *Pro his qui commutabuntur*: quod immutatio non solum sancti, sed & peccatoris quoque sit. Nam & in consequentibus legimus: *Rex Baltasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est.*

Psal. 44. 59 68. 79.

h ¶ *Exclamauit,* &c.] Oblitus eorum, quæ Nabuchodonosor acciderant, antiquum & inolitum suæ gentis sequitur errorem, vt non Dei Prophetam, sed Magos, & Chaldæos, & aruspices vocet.

i ¶ *Purpura,* &c.] Rem quidem ridiculam, vt in expositione prophetarum, de verborum generib. quasi grammaticus disputem. Sed quia à quondam nihil sciente, & omnia pollicente reprehensus sum, cur torquẽ genere feminino transtulerim, breuiter annotabo: quod Cicero, & Maro, torquẽ genere feminino, Titus Liuius masculino dixerint.

k ¶ *Et tertius,* &c.] Vel tertius post me, vel vnus è tribus principibus quos alibi τριτάρχας legimus.

l ¶ *Regina autem pro re quæ acciderat,* &c.] Hanc Iosephus auiam Baltasaris, Origenes matrem, scribunt: vnde & nouit præterita, quæ rex ignorabat. Euigilet ergo Porphyrius, qui

Ezech. 32. d

E qui eam Baltasaris somniat vxorem: & illudit plus scire, quam maritum.

a ¶ *Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se.*] Præter Symmachum, qui Chaldaicam veritatem secutus est: cæteri spiritum Dei interpretati sunt.

b ¶ *Et in, &c.* Patrem vocat Nabuchodonosor (vt supra diximus) proauum eius, secundũ consuetudinem scripturarum. Imitanda autem est sancti viri & inter barbaros conuersatio, cum regis auia vel mater pro virtutum magnitudine tantis eum laudibus eleuet.

c ¶ *Ad quæ,* &c.] Æmulemur Danielem, regis dignitatem & munera contemnẽtem: qui absque prætio proferens veritatem, iam illo tempore præceptum Euangelicum sequebatur: *Gratis accepistis, gratis date.* Alioquin & tristia nunciantem indecens erat libenter dona suscipere.

Matt. 10. a

d ¶ *Quos volebat, interficiebat, & quos volebat,* &c.] Nabuchodonosor proaui ponit exemplum: vt & Dei iustitiam doceat, & propter superbiam etiam pronepotem similia sustinere confirmet. Si autẽ Nabuchodonosor quos volebat, interficiebat: & quos volebat percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat: in huiuscemodi honoribus & percussionibus, exaltatione & humiliatione, non est Dei prouidẽtia, nec præceptum, sed eorum voluntas, qui percutiũt quos voluerint, & exaltant, & reliqua. Quod cum ita sit, quærendum est: quo sensu illud legatur. *Cor regis in manu Dei: quocunque voluerit, illud declinabit*: Nisi fortè sanctum quemq; dicamus regem: cuius non regnat peccatum in mortali corpore, & cuius ideo seruatur cor, quia in manu Dei est. Quidquid autem in manu Dei patris fuerit iuxta Euangelium, nullus potest rapere ex ea, & quicunq; raptus fuerit, intelligitur in manu Dei non fuisse.

F

Prou. 21. a

Rom. 6. d

Ioan. 10. f

e ¶ *Tu quoque filius,* &c.] Proauus tuus, quia eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam: depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & reliqua. Et tu igitur cum hæc de parente cognouisses, & scires quod superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam: non debueras aduersus dominatorẽ cœli eleuare cor tuum, & insultare maiestati illius, & ea facere quæ fecisti. Hunc locum quidam ad Antichristum referunt, quod imitatus patris sui diaboli superbiam, contra Deum erectus sit. Sed quærendum est ab eis, quis sit Daniel qui eis scripturam optimatib. eius, domũ conuiuij ingressa est, & proloquẽsait: Rex in æternũ viue nõ te cõturbẽt cogitationes tuæ, neq; facies tua immutetur. a Est vir in regno tuo qui spiritũ deorũ sãctorum habet in se. b Et in diebus patris tui sapiẽtia & scientia inuentæ sunt in eo: Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus, principẽ magorũ, incantatorũ Chaldæorũ, & aruspicũ, constituit eum. Pater inquã tuus ô rex: quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaq;, & interpretatio somniorum, & obstẽlio secretorum, ac solutio ligatorum inuẽtæ sunt in eo, hoc est, in Daniele, cui rex imposuit nomen Baltasar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quẽ præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iuda, quẽ adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniam spiritum deorũ habeas: & scientia, intelligentiaq;, ac sapiẽtia ampliores inuentæ sunt in te. Et nũc ingressi sunt in conspectu meo sapiẽtes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturã legere, & interpretationẽ eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquẽ aureã circa collũ tuũ habebis, & tertius in regno meo princeps eris. c Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturã autem legam tibi rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiã quã dederat ei, vniuersi populi, tribus, & linguæ tremebant, & metuebant eum. d Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est: sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius. Fenum quoque vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quemcumque voluerit, suscitabit super illud. e Tu quoque filius eius Baltasar, non humiliasti cor tuum cum scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis. Deos quoque aureos & argenteos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti. Porro Deum qui habet flatũ tuum in manu sua, & oẽs vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ scripsit hoc quod exaratũ est. f Hæc est autẽ scriptura quæ digesta est: Mene, Thekel, Pheres. Et hæc est interpretatio sermonis: Mene, numerauit Deus regnũ tuum, & cõpleuit illud. Thekel, appensum est in statera, & inuentũ est minus habens. Pheres, diuisũ est regnũ tuum, & datũ est Medis & Persis. g Tũc iubẽte rege indutus est Daniel purpura, & torquem auream habebit in collo. h Eadẽ nocte interfectus est Baltasar

Isai. 4. b

G

Cap. 12.

a ¶ *Et optimates mei, & magistratus mei requisierũt me,* &c.] Ergo iuxta eos, qui historiæ contradicunt, omnes angelicæ fortitudines requisituræ sunt diabolum: & in tantam crescet potentiam, vt qui quondam aduersus Deũ superbierat, maior futurus sit, quam fuit ante peccatum.

b ¶ *Nunc igitur ego Nabuchodonosor,* &c.] Intellexit Nabuchodonosor, quare septennij pœnas sustinuerit & idcirco se humiliatum, quia contra Deum superbierit.

CAPVT V.

בלשצר Βαλτάσαρ.

B*Altasar* b *rex fecit, &c.*] Sciendum est non hunc esse filium Nabuchodonosor, vt vulgo legentes arbitrantur, sed iuxta Berosum, qui Chaldaicam scripsit historiã, & Iosephum, qui Berosum sequitur, post Nabuchodonosor, qui regnauit annis quadraginta tribus, successisse in regnum eius filium, qui vocabatur Euilmerodach: de quo scribit Hieremias, quod in primo anno regni sui leuauerit caput Ioachim regis Iudæ, & eduxerit eum de domo carceris. Refert idem Iosephus, quod post mortem Euilmerodach, in regnũ patris successerit filius eius Neglisar, Post quem rursum filius eius Labosordach: quo mortuo Baltasar filius eius regnum tenuerit, quem nunc scriptura commemorat: quo interfecto à Dario rege Medorum (qui Cyri regis Persarum auunculus fuit) & Cyro Persa (quæ duo regna Esaias ascensorem bigæ, cameli, & asini vocat) destructum esse imperium Chaldæorũ. Quod quidem & Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, & Pompeius Trogus, & multi alij, qui barbaras scripsere historias. Hunc Dariũ in Græcis voluminibus quidam Astyagen, alij Astyagis filium putant, & alio apud eos appellari nomine. *Vnusquisque* autem principum vocatorum, *iuxta suam bibebat ætatem.* Siue (vt cęteri interpretes, transtulerũt) *Bibebat ipse rex vinum coram cunctis principibus, quos vocauerat.*

Ioseph. lib. 10. antiq. cap. 12.

אוילמרודך

Hier. 25. c Zach. 1. c

Esa. 21. c Sec. 70.

ætas Dei, ætates aliis.

d ¶ *Præcepit ergo iam temulentus,* &c.] Tradũt Hebræi huiusmodi fabulam: quod vsq; ad septuagesimum annũ, quo Hieremias captiuitatem populi Iudæorũ dixerat esse soluẽdam (de quo & Zacharias in principio voluminis sui loquitur) irritam putans Dei pollicitationem Baltasar, falsumq; promissum, versus in gaudium, fecerit grande conuiuium: insultãs quodammodo spei Iudæorum, & vasis templi Dei: sed statim vltio cõsecuta est. Quod autem Baltasaris patrem Nabuchodonosor vocat, non facit errorem scientibus sanctæ scripturæ consuetudinem, qua patres, omnes proaui, & maiores vocantur. Et hoc considerandum, quod sobrius ista non faciat, sed temulentus, oblitusque pœnæ, quæ Nabuchodonosor proauum illius consecuta est.

e ¶ *Bibebant,* &c.] Quanta stultitia: in aureis vasis bibentes, deos ligneos laudabant & lapideos. Quamdiu vasa fuerunt in idoleo Babylonis, non est iratus dominus (videbantur enim rem Dei, secundum prauam quidem opinionẽ, tamen diuino cultui consecrasse) postquam autem humanis vsibus diuina contaminant, statim pœna sequitur post sacrilegiũ. Laudant autẽ deos suos, insultantes Deo Iudæorum, quod illis victoriã tribuẽtib. bibebãt in vasis eius. Iuxta tropologiã, hoc dicẽdum est, quod oẽs hæretici, & doctrina cõtraria veritati (quæ assumit verba prophetarum, & testimoniis diuinæ scripturæ abutitur ad sensum suum: & dat bibere his quos decipit, & cum quibus fornicata est) tollat vasa templi Dei & inebrietur in eis: & non Deum, cuius vasa sunt, sed deos laudet aureos & argẽteos, & æneos, & ferreos, ligneosq;, & lapideos. Aurei mihi videntur hi qui sæculari ratione cõpositi sunt. Argentei, qui habẽt eloquij venustatẽ, & Rhetorica arte constructi sunt. Qui autẽ inferunt fabulas poẽtarum, & vetustis vruntur traditionibus, habentes inter se multam vel elegantiæ vel stultitiæ differentiam, isti vocantur ænæi & ferrei. Qui autem penitus inepta proponunt, lignei appellantur & lapidei. Quos omnes in duas partes Deuteronomium diuidit, scribẽs: *Maledictus qui facit sculptile & conflatile, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito.* Abscondunt enim omnes hæretici, & operiunt mendaciorũ suorum dogmata, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Deut. 27. c

Psalm. 10. a

D

f ¶ *In eadẽ,* &c.] Pulchrè dixit: In eadem hora, sicut & supra legimus de Nabuchodonosor: cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit: ne ob aliud sibi illata supplicia, sed ob blasphemiam cognosceret. Videntur autem digiti in pariete scribere contra candelabrũ: ne & manus, & id quod scribebatur, lõgius à lumine non parẽrent. Et scribunt in pariete aulæ regiæ, vt intelligat rex ad se pertinere quod scribitur.

Supr. 4. c

g ¶ *Tunc,* &c.] Et hîc notandum propter eos psalmos qui habent titulos. *Pro his qui commutabuntur*: quod immutatio non solum sancti, sed & peccatoris quoque sit. Nam & in consequentibus legimus: *Rex Baltasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est.*

Psal. 44. 59 68. 79.

h ¶ *Exclamauit,* &c.] Oblitus eorum, quæ Nabuchodonosor acciderant, antiquum & inolitum suæ gentis sequitur errorem, vt non Dei Prophetam, sed Magos, & Chaldæos, & aruspices vocet.

i ¶ *Purpura,* &c.] Rem quidem ridiculam, vt in expositione prophetarum, de verborum generib. quasi grammaticus disputem. Sed quia à quondam nihil sciente, & omnia pollicente reprehensus sum, cur torquẽ genere feminino transtulerim, breuiter annotabo: quod Cicero, & Maro, torquẽ genere feminino, Titus Liuius masculino dixerint.

k ¶ *Et tertius,* &c.] Vel tertius post me, vel vnus è tribus principibus quos alibi τριτάρχας legimus.

l ¶ *Regina autem pro re quæ acciderat,* &c.] Hanc Iosephus auiam Baltasaris, Origenes matrem, scribunt: vnde & nouit præterita, quæ rex ignorabat. Euigilet ergo Porphyrius, qui

Ezech. 32. d

E qui eam Baltasaris somniat vxorem: & illudit plus scire, quam maritum.

a ¶ *Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se.*] Præter Symmachum, qui Chaldaicam veritatem secutus est: cæteri spiritum Dei interpretati sunt.

b ¶ *Et in, &c.* Patrem vocat Nabuchodonosor (vt supra diximus) proauum eius, secundũ consuetudinem scripturarum. Imitanda autem est sancti viri & inter barbaros conuersatio, cum regis auia vel mater pro virtutum magnitudine tantis eum laudibus eleuet.

c ¶ *Ad quæ,* &c.] Æmulemur Danielem, regis dignitatem & munera contemnẽtem: qui absque prætio proferens veritatem, iam illo tempore præceptum Euangelicum sequebatur: *Gratis accepistis, gratis date.* Alioquin & tristia nunciantem indecens erat libenter dona suscipere.

Matt. 10. a

d ¶ *Quos volebat, interficiebat, & quos volebat,* &c.] Nabuchodonosor proaui ponit exemplum: vt & Dei iustitiam doceat, & propter superbiam etiam pronepotem similia sustinere confirmet. Si autẽ Nabuchodonosor quos volebat, interficiebat: & quos volebat percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat: in huiuscemodi honoribus & percussionibus, exaltatione & humiliatione, non est Dei prouidẽtia, nec præceptum, sed eorum voluntas, qui percutiũt quos voluerint, & exaltant, & reliqua. Quod cum ita sit, quærendum est: quo sensu illud legatur. *Cor regis in manu Dei: quocunque voluerit, illud declinabit*: Nisi fortè sanctum quemq; dicamus regem: cuius non regnat peccatum in mortali corpore, & cuius ideo seruatur cor, quia in manu Dei est. Quidquid autem in manu Dei patris fuerit iuxta Euangelium, nullus potest rapere ex ea, & quicunq; raptus fuerit, intelligitur in manu Dei non fuisse.

F

Prou. 21. a

Rom. 6. d

Ioan. 10. f

e ¶ *Tu quoque filius,* &c.] Proauus tuus, quia eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam: depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & reliqua. Et tu igitur cum hæc de parente cognouisses, & scires quod superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam: non debueras aduersus dominatorẽ cœli eleuare cor tuum, & insultare maiestati illius, & ea facere quæ fecisti. Hunc locum quidam ad Antichristum referunt, quod imitatus patris sui diaboli superbiam, contra Deum erectus sit. Sed quærendum est ab eis, quis sit Daniel qui eis scripturam optimatib. eius, domũ conuiuij ingressa est, & proloquẽsait: Rex in æternũ viue nõ te cõturbẽt cogitationes tuæ, neq; facies tua immutetur. a Est vir in regno tuo qui spiritũ deorũ sãctorum habet in se. b Et in diebus patris tui sapiẽtia & scientia inuentæ sunt in eo: Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus, principẽ magorũ, incantatorũ Chaldæorũ, & aruspicũ, constituit eum. Pater inquã tuus ô rex: quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaq;, & interpretatio somniorum, & obstẽlio secretorum, ac solutio ligatorum inuẽtæ sunt in eo, hoc est, in Daniele, cui rex imposuit nomen Baltasar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quẽ præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iuda, quẽ adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniam spiritum deorũ habeas: & scientia, intelligentiaq;, ac sapiẽtia ampliores inuentæ sunt in te. Et nũc ingressi sunt in conspectu meo sapiẽtes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturã legere, & interpretationẽ eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquẽ aureã circa collũ tuũ habebis, & tertius in regno meo princeps eris. c Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturã autem legam tibi rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiã quã dederat ei, vniuersi populi, tribus, & linguæ tremebant, & metuebant eum. d Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est: sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius. Fenum quoque vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quemcumque voluerit, suscitabit super illud. e Tu quoque filius eius Baltasar, non humiliasti cor tuum cum scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis. Deos quoque aureos & argenteos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti. Porro Deum qui habet flatũ tuum in manu sua, & oẽs vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ scripsit hoc quod exaratũ est. f Hæc est autẽ scriptura quæ digesta est: Mene, Thekel, Pheres. Et hæc est interpretatio sermonis: Mene, numerauit Deus regnũ tuum, & cõpleuit illud. Thekel, appensum est in statera, & inuentũ est minus habens. Pheres, diuisũ est regnũ tuum, & datũ est Medis & Persis. g Tũc iubẽte rege indutus est Daniel purpura, & torquem auream circa collum eius, & prædicatũ est de eo, quod haberet potestatẽ tertius in regno. h Eadẽ nocte interfectus est Baltasar

Isai. 4. b

G

Cap. 12.

f ¶ *Hæc est autem scriptura quæ digesta est, Mene, Thekel, Pheres. Et hæc,* &c.] Tria tantum verba in pariete scriptura signauerat: Mene, Tekel, Pheres: quorum primum, numerũ: secundum, appensionem: tertium, diuisionem sonat. Non solum ergo lectione opus fuit, sed & interpretatione eorum, quæ legerat: vt intelligeret quid hæc verba prædicerent: quod scilicet numerasset Deus regnum illius, atque complesset, & appendisset in statera iudicij sui, vt ante eum iugularet gladius, quam natura dissolueret: & imperium eius in Medos diuideretur & Persas. Cyrus enim, vt ante iam diximus, rex Persarum, iuncto sibi Dario auunculo, subuertit imperium Chaldæorum.

מנא תקל פרס

H

g ¶ *Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura,* &c.] Siue tertiæ partis regni. Accepit autem insigne regium, torquem & purpuram: vt Dario qui erat successurus in regnum, fieret notior, & per notitiam honoratior. Nec mirum si Baltasar audiens tristia, soluerit præmiũ quod pollicitus est. Aut enim longo post tempore credidit ventura quæ dixerat: aut dum Dei Prophetam honorat, sperat se veniam cõsecuturum. Quam si non impetrauit, maius fuisse credendum est sacrilegium in Deum, quam honorem in hominem.

h ¶ *Eadem nocte interfectus est Baltasar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.*] Iosephus scribit in decimo Iudaicæ antiquitatis libro: obsessã Babylone à Medis, & Persis, Dario

Dario videlicet, & Cyro, in tantam veniſſe Baltaſar regem Babylonis obliuionẽ ſui, vt celeberrimum iniret cõuiuium, & in vaſis templi biberet: & obſeſſus vacaret epulis. Vnde poteſt ſtare hiſtoria, quod eadẽ nocte ſit captus atq; iugulatus: dum omnes aut viſionis interpretationiſq; pauore terrẽtur: aut occupati ſunt feſtiuitate, & ebrietate cõuiuij. Quod autẽ vincente Cyro rege Perſarum, & Dario rege Medorũ, ſolus Darius ſucceſſiſſe in regno ſcribitur: ordo ætatis & propinquitatis, & regni eſt. Darius enim ſexaginta duorum annorũ erat, & maius regnum Medorũ, quam Perſarũ legimus & auunculus qui prior erat iure naturæ, ſucceſſor regni debuit numerari. Vnde & in viſione, quæ contra Babylonẽ in Eſaia legitur: poſt multa quæ longum eſt ponere, hæc futura narrantur: *Eſai 13.d* *Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum nõ quærãt nec aurum velint: ſed ſagittis parulos interficiant, & lactẽtib. vteri non miſereantur.* Et Hieremias: *Hier.51.e* *Sanctificate, inquit, cõtra eã gentes, reges Media, duces eius, & vniuerſos magiſtratus eius, cũctãq; terrã poteſtatis illius.* Et in cõſequentibus: *Filia Babylon quaſi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum & veniet tempus meſſionis eius.* Quod autẽ in conuiuio capta ſit Babylon: quã hortatur ad pugnã, manifeſtius ſcribit Eſaias, *Babylon dilecta mea,* *Eſaiæ.21.b* B *facta eſt mihi in miraculum: pone mensã, contẽplare in ſpecula: comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum.*

CAP. VI.

Lib.10. antiq.c.13. PLacuit Dario, *& conſtituit, &c. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo.*] Ioſephus (de quo ſupra diximus) huius loci ſcribens hiſtoriam, ita locutus eſt. Darius autem qui Babyloniorum deſtruxit imperium, iuuante ſe & pariter dimicante Cyro propinquo ſuo, annum vitæ agebat ſexageſimum ſecundum, quando cepit Babylonem: eratque filius Aſtyagis, qui altero apud Græcos vocabatur nomine: tulitque ſecum Danielem Prophetam, & adduxit in Mediam, & vnum fecit è tribus principibus, qui vniuerſo regno eius præerant. Ex quo intelligimus ſubuerſa Babylone, Darium reuerſum eſſe ad regnum ſuum in Mediam, ſecumque adduxiſſe Danielem, in honore eodem, quo à Baltaſar prouectum acceperat. Nec ambiguum eſt, audiſſe eum ſignum atque portentum, quod Baltaſari acciderat, & interpretationem, quam Daniel expoſuerat, & quo modo Medorum regnum Perſarumque prædixerit. Nemo ergo perturbetur, quod nũc in regno Darij, nũc in regno Cyri, Daniel fuiſſe dicatur. Pro Dario, Lxx. Artaxerxem interpretati ſunt. Quod autem ordo præpoſterus eſt, vt ante ſub Dario narretur hiſtoria, quam ſub Baltaſar (quod poſtea lecturi ſumus, qui à Dario interfectus eſt) illud videtur mihi in cauſa, quod ſtatim hiſtoriam hiſtoriæ copulauit. In fine enim ſuperioris dixerat viſionis. *Et Darius Medus ſucceſſit in regnum, annos natus ſexagintaduos.* Sub hoc igitur Dario qui interfecit Baltaſar, hæc geſta ſunt quæ dicturi ſumus.

σρβιϐ τακτικοὺς τρεῖς. b ¶ *Porro rex cogitabat conſtituere, &c.*] Pro principibus, quod Symmachus tranſtulit: Theodotio, τακτικοὺς: Aquila, συνεπικοὺς interpretatus eſt. Cumque quærerem qui eſſent iſti principes τακτικοὶ, vel συνεπτικοὶ in Lxx. editione lege manifeſtius, qui dixerunt, Et duos viros, quos conſtituit cũ eo, & ſatrapę centũ viginti. Quia igitur inter duos principes, inter quos erat tertius, hunc primũ facere rex cogitabat, inuidiæ & inſidiarum nata occaſio eſt. Quærebant occaſionẽ, vt inuenirent Danieli ex latere regis. Et in hoc loco Hebræi tale neſcio quid ſuſpicantur: latus regis, regina eſt, vel concubinæ eius, cęteræque vxores, quæ ex latere dormiunt. Quærebant ergo occaſionem in reb. huiuſcemodi, ſi in ſermone, tactu, nutu, internuncio poſſent accuſare Danielem. Sed nullã, inquiunt, cauſam & ſuſpitionẽ reperire potuerunt: quia eunuchus erat, & eum in re ſtupri arguere non potuerunt. Hoc illi dixerint, qui propter occaſionem vnius verbi, longas ſolent fabulas texere. Nos interpretemur ſimpliciter, quod nullã occaſionẽ aduerſus eum repererint, in qua regi noxius fuerit, eo quod fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpitio non inueniretur in eo. Pro ſuſpitione Theodotio & Aquila ἀμβλάκημα interpretati ſunt: quæ Chaldaicè dicitur: eſſartha. Cumque ab Hebræo quærerẽ quid ſignificaret: reſpondit vim verbi ſonare σκάλεαρ, quam nos illecebram, ſiue σφάλμα, hoc eſt, errorem dicere poſſumus. Porro Euripides in Medea ἁμαυλιάς, per π, & non per β, ἁμαρτίας, id eſt, peccata appellat.

c ¶ *Dixerunt, &c.*] Felix conuerſatio, in qua inimici nullam reperiunt occaſionem, niſi fortè in legitimis Dei.

d ¶ *Tunc principes, &c.*] Pulchrè dixit, ſurripuerunt. Non enim hoc locuti ſunt quod agere cogitabãt: ſed per honorem regis, inimico moliuntur inſidias.

e ¶ *Nunc, &c.*] Perſpicuũ ſit quod ſupra diximus, vnum regnũ fuiſſe ſub Dario & Cyro Medorum atque Perſarum.

f ¶ *Quod cum Daniel, &c.*] De omni ſcriptura ſancta celeri memoria congregandum eſt: vbi δώματα, quæ Latine: dicuntur meniana vel tecta, ſiue ſolaria, & ἀνώγαια, id eſt cenacula, legerimus. Nam & dominus noſter paſcha celebrat in cenaculo. Et in Actibus Apoſtolorum, ſuper centum viginti animas credentium Spiritus ſanctus deſcẽdit in cenaculo, & nunc Daniel regis iuſſa contemnens, & in Deo habens fiduciam, non orat in humili loco, ſed in excelſo: & feneſtras aperit contra Hieruſalem, vbi erat viſio pacis. Orat autẽ ſecundum præceptum Dei, dictaque Salomonis, qui contra templum orandum eſſe admonuit. Tria autem ſunt tempora, quibus Deo flectenda ſunt genua: tertiam horam, ſextam, & nonam, Eccleſiaſtica traditio intelligit. Denique tertia hora deſcendit Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos. Sexta volens Petrus comedere, ad orationem aſcendit in cenaculum. Nona, Petrus & Ioannes pergebant ad templum. *Marc.14.b* *Act.1.c.* *Deut.12.b* *3.Reg 8.e* *Act.3.a*

g ¶ *Viri igitur, &c.*] Ex hoc loco diſcimus, ne temere nos offeramus periculis: ſed quantum in nobis eſt, inſidias declinemus. Vnde & Daniel nõ in foro, non in plateis faciebat contra regis imperium, ſed in abſcondito: vt veri domini Dei omnipotentis iuſſa non negligeret. *Ibid.10.b* *Ibid.3.d*

a ¶ *Rex*

a ¶ *Rex nunquid, &c.*] Tacent de Danielis nomine: vt cum rex generaliter ſe iuſſiſſe reſponderit, verbo ſuo teneantur: ne aliter ſuper Danielem faciat quam locutus eſt.

b *Verus, &c.*] Crebrius annotamus: vbicunque dicitur, regnum Medorum atq; Perſarum: vt ſoluamus difficillimam quæſtionem, quanũc ſub Dario, nunc ſub Cyro Daniel fuiſſe memoratur.

c ¶ *Tum, &c.*] Vt maior ſit indignatio, conténentes eum qui regis iuſſa contemnit, dicunt eſſe captiuum.

d ¶ *Quod, &c.*] Intellexit ſe propria reſponſione eſſe deceptũ: & quod cauſa inſidiarũ eſſet inuidia. Itaq; ne contra ſuã legem facere videretur non auctoritate regia, ſed ratione atq; conſilio vult Danielem de diſcrimine liberare. Et intantum nititur & laborat, vt rex potẽtiſſimus vſque ad ſolis occaſum cibum non accipiat: & illis tãta in malo pertinacia eſt, vt nec voluntate regis moueantur, nec iniuria.

e ¶ *Viri autem, &c.*] Sicut rex intelligebat principes accuſare propter inuidiam, ſic & illi intelligebãt regis animum quod vellet Danielem de præſenti morte eruere. Vnde iuxta legẽ Medorum atq; Perſarũ, dicunt regis iuſſa nõ poſſe fieri irrita.

f ¶ *Tunc rex, &c.*] Cecidit multitudini, & conſentientibus aduerſariis, mortem amici non audet negare: quodq; ipſe obtinere non potuit, Dei tradidit potentiæ. Nec ambigue loquitur, vt dicat, ſi potuerit liberare te: ſed audacter & cõfidenter: Deus, inquit, tuus, quem colis ſemper, ipſe te liberabit. Audierat enim tres pueros (qui inferioris à Danielẽ gradus erant) flammas viciſſe Babylonias, & Danieli multa myſteria reuelata: vnde & diligebat eum, hominemque captiuum habebat in honore maximo.

g ¶ *Allatuſque eſt, &c.*] Obſignauit anulo ſuo lapidẽ, quo os laci claudebatur: ne quid contra Danielem moliãtur inimici. Credidit enim eum Dei potentiæ & qui de leonibus ſecurus eſt, de hominibus pertimeſcit. Obſignat autem & anulo optimatum ſuorum: ne quid ſuſpicionis contra eos habere videretur.

h ¶ *Et abiit rex, &c.*] Quanta regis beneuolẽtia, vt cibum nec die nec nocte caperet: ſomnum oculis non concederet: ſed cum periclitante Propheta ipſe penderet affectu. Si autem rex neſciens Deum, hoc facit pro altero, quem vult de diſcrimine liberari: quanto magis nos pro peccatis propriis, inedia, & vigiliis debemus Deum ad clementiam flectere? Et accedẽtes locuti ſũt regi ſuper edicto. [a]Rex, nũquid nõ cõſtituiſti, vt omnis homo qui rogaret quẽquã de diis & hominib. vſque ad dies triginta, niſi te rex, mitteretur in lacum leonũ? Ad quos reſpondens rex, ait: [b]Vetus eſt ſermo iuxta decretum Medorũ, atq; Perſarum, quod præuaricari non licet. [c]Tunc reſpõdẽtes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captiuitatis Iuda nõ curauit de lege tua, & de edicto, quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diẽ orat obſecratione ſua. [d]Quod verbum cum audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt, & pro Daniele poſuit cor, vt liberaret eũ, & vſque ad occaſũ ſolis laborabat, vt erueret illũ. [e]Viri illi intelligentes regẽ dixerunt ei: Scito rex quia lex Medorũ eſt atq; Perſarũ, vt omne decretũ quod cõſtituerit rex, non liceat immutari. [f]Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielẽ, & miſerũt eum in lacũ leonũ. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus, quẽ colis ſẽper, ipſe liberabit te. [g]Allatuſq; eſt lapis vnus & poſit[a] ſuper os laci: quẽ obſignauit rex anulo ſuo, & anulo optimatũ ſuorum, ne quid fieret contra Danielẽ. [h]Et abiit rex in domum ſuã, & dormiuit in cœnatus, cibiq; non ſunt allati coràm eo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo. [i]Tunc rex primo diluculo conſurgẽs, feſtinus ad lacũ leonũ perrexit: [k]Appropinquanſq; lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus eſt eũ. [l]Daniel ſerue Dei viuẽtis. [m]Deus tuus cui tu ſeruis ſẽper, putaſne valuit liberare te à leonib.? Et Daniel reſpõdens regi ait: [n]Rex in æternũ viue. [o]Deus meus miſit angelũ ſuũ, & concluſit ora leonum, & non nocuerũt mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me, ſed & coram te rex delictum non feci. Tunc vehemẽter rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danielẽ præcepit educi de lacu. Eductuſq; eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. Iubente autem rege, adducti ſunt, viri illi qui accuſauerunt Danielem, & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi, & filij, & vxores eorum, & non peruenerũt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorũ comminuerũt. [p]Tunc Darius rex ſcripſit vniuerſis populis, tribubus, & linguis habitãtibus in vniuerſa terra: Pax vobis multiplicetur. A me conſtitutũ eſt decretũ, vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcant & paueant Deũ Danielis. Ipſe eſt enim Deus viuens, & æternus in ſæcula, & regnum eius non diſſipabitur, & poteſtas eius vſque in æternum. Ipſe liberator atque ſaluator, faciẽs ſigna & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. [q]Porro Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Darij, regnumque Cyri Perſæ.

i ¶ *Tunc rex primo diluculo conſurgens feſtinus, &c.*] Lacum vocat depreſſam in altum foueam, vel arentem ciſternam, in qua leones nutriebantur. Feſtinus autem primo diluculo pergit ad lacum, credens eum viuere. Lacus autem Latinè, aquarum dulcium congregatio nuncupatur: vt lacus Benacus, & Larius, & cæteri: quem Græci λίμνην, id eſt ſtagnum vocant.

k ¶ *Appropinquanſque lacui, Danielem voce lacrymabili, &c.*] Cordis affectum lacrymis indicat, & oblitus regiæ dignitatis, victor ad captiuum, dominus currit ad ſeruum.

l ¶ *Daniel ſerue, &c.*] Viuẽtem vocat, ad diſtinctionẽ deorũ gentiliũ: qui ſimulacra ſunt hominum mortuorum.

m ¶ *Deus tuus cui tu ſeruis ſemper, putaſne, &c.*] Non quod dubitet de Dei potẽtia, de quo ſupra dixerat: Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit te: ſed ambiguam ſententiam temperat, vt cum Daniel illæſus apparuerit: quãto res incredibilior eſt, tanto aduerſum principes iuſtior indignatio ſit.

n ¶ *Rex in æternũ viue.*] Honorat honorantem ſe, & ei vitam imprecatur æternam.

o ¶ *Deus meus miſit angelum ſuum, & cõcluſit, &c.*] Non leonum feritas immutata eſt: ſed rictus eorum & rabies concluſa eſt ab angelo, & idcirco clauſa, quia Prophetæ bona opera præceſſerant, vt non tam gratia liberationis ſit, quam iuſtitiæ retributio. Has autem voces omnis ſanctus vir proferat, qui ereptus eſt de ore leonum inuiſibilium, & de lacu inferni, quia credidit in Deum ſuum.

p ¶ *Tunc Darius rex ſcripſit, vniuerſis populis, tribubus & linguis habitantibus in vniuerſa terra, &c.*] Sicut Nabuchodonoſor ſcribentem linguis & gentibus, quidam interpretatus eſt in contrarias fortitudines, ita & Darium interpretatur, quod omnes ad pœnitentiam prouocet. Et quærit vtrum hoc in iſto mundo futurum ſit, an in altero, vel certè poſt alios mundos. Quæ nos pro deliramentis & caſſis ducentes fabulis, hoc ſolum dicimus, ideo ſigna fieri per ſeruos Dei apud barbaras nationes, vt vnius Dei cultus & religio prædicetur.

q ¶ *Porro Daniel perſeuerauit vſque, &c.*] Ergo quod ſupra legimus in fine primæ viſionis: Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri regis: non vitæ illius tempus accipiẽdum eſt: (ſiquidem in vltima legimus viſione: Anno tertio Cyri regis, Perſarum, verbum reuelatũ eſt Danielí cognomẽto Baltaſar) ſed hoc ſignificatur, quod vſq; ad primũ annũ Cyri regis, qui Chaldæorũ deſtruxit imperium, Daniel potens fuerit in Chaldæa: poſtea vero à Dario in Medos trãſlatus ſit. *Infr.10.a*

CAPVT VII.

A *Anno primo Baltasar regis, &c.*] Hęc pericope, quã nũc conamur exponere, & sequens, de qua dicturi sumus, priores sunt iuxta historiam quam duæ superiores. Ista enim & sequens, primo & tertio anno Baltasar regis accidisse memorantur: illa autem quæ ante superiorem lecta est, nouissimo anno, imo nouissima die regni Baltasar scribitur. Et hoc non solum in Daniele, sed in Hieremia quoque, & Ezechiele legimus: sicut in locis ipsis, si vita comes fuerit, docere poterimꝰ. Sed in superiorib. ordo sequitur historiæ, quid sub Nabuchodonosor & Baltasar, & Dario siue Cyro mirabilium signorum acciderit. In his vero narrantur somnia, quæ singulis sint visa temporibus: quorum solus Propheta conscius est, & nullam habent apud barbaras nationes signi vel reuelationis magnitudinem, sed tantum scribuntur, vt apud posteros eorum quæ visa sunt, memoria perseueret.

Hier. 39. a Ezec. 17. d

b ¶ *Videbam in visione mea nocte, &c.*] Quatuor ventos cœli, quatuor arbitror angelicas potestates, quibus principalia regna commissa sunt, iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: *Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam: constituit terminos populorum iuxta numerũ angelorum Dei. Pars autem domini populus eius, Iacob, funiculus hereditatis eius*, Israel. Mare autem mundum istum, sæculumque significat, salsis amarisque fluctibus redundãtem: sicut dominus in parabola sagenæ missæ in mare interpretatur. Vnde & draco rex dicitur omnium, quæ in aquis sunt, & cuius secundum Dauid in mari confringuntur capita: Et in Amos legimus: *Si descenderit in profundum maris: ibi mandabo draconi, & mordebit eum.* Quatuor autẽ bestias, quæ ascendebant de mari, & erant diuersæ inter se, angelo differente noscamus. Hæ inquit, quatuor bestiæ magnæ, quatuor regna consurgent de terra. Quatuor autem venti, qui pugnabant in mari magno, ideo venti cœli esse dicuntur, quia vnusquisque angelus facit pro eo regno, quod sibi creditum est. Et hoc notandum, quod regnorum feritas atque crudelitas, bestiarum nomine demonstretur.

Deut 32. a Sec. 70.

Matt. 13. f. Ezech. 29. a Psal 73. e Amos 9. a

c ¶ *Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ, &c.*] Regnũ Babylonium propter sæuitiam & crudelitatem, siue propter luxuriam, & vitã libidini seruientẽ, non leo, sed leæna appellatur. Aiunt enim hi, qui de bestiarum scripsere naturis, leænas esse ferociores, maximè si catulos nutriãt, & semper gestire ad coitum. Quod autem habebat alas aquilæ, superbiã significat regni potentissimi: cuius princeps loquitur per Esaiam: *Super sidera cæli ponam thronum meum, & ero similis altissimo.* Vnde dicitur ad eum: Si alte feraris, vt aquila, inde te detraham. Alioquin vt leo inter bestias, ita aquila inter aues regnum tenet. Sed & hoc dicendum, aquilam multo tempore viuere, & regnum Assyriorum multis ætatibus fuisse dominatum. Quod autem eiuslæ sunt alæ eius, id est, leænæ siue aquilæ, cætera regna significat, quibus prius imperabat, & volitabat in mundo. Et sublata est inquit, de terra: subuerso videlicet imperio Chaldæorum. Quodque sequitur: *Et super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei*: Si de Nabuchodonosor intelligimus, perspicuũ est quod postquam perdidit regnum, & potentia eius ablata est, rursum in pristinum statum restitutus sit, & non leænam, sed hominem se esse didicerit, & cor receperit quod amiserat. Sin autem generaliter de regno Chaldæorum: hoc sentiendum est quod interfecto Baltasar, & Medis Persisque imperio succedentibus, Babylonij, homines & humilis fragilisq; naturæ se esse intellexerint. Nota ordinem: qui in imagine caput aureum dicitur, hic leæna appellatur.

Esai. 14. d

Abdiæ. b

Sup. 4.

d ¶ *Et ecce bestia alia similis, &c.*] Bestia secunda vrso similis, ipsa est de qua in visione statuæ legimus: *Pectus eius & brachia de argento.* Hæc ob duritiam & ferocitatem vrso comparatur. Rigidum enim & parcioris victus, in morem Lacedæmoniorum, regnum Persarum fuit: ita vt in pulmẽto sale veteretur & cardamo, Legamus Cyri maioris infantiã. Quodque dicitur: In parte vna steterit: sic Hebræi interpretantur, nihil eos aduersum Israel crudele gessisse: Vnde & in Zacharia propheta, equi albi appellãtur. Tres autẽ ordines siue versus qui erant in ore eius, & in dentibus, quidam sic interpretatus est, vt regnum Persarum in tres principes diceret fuisse diuisum: sicut in περικοπῇ Baltasar & Darij legimus, tres fuisse principes, qui centũ viginti satrapis præfuerint. Alij autẽ, tres reges post Cyrum fuisse Persarum autumãt, & quæ illis sint nomina, reticent. Nos vero cum post Cyrũ, qui regnauit annis triginta, sciamus apud Persas regnasse Cambysen filiũ eius, & fratres magnos, & deinceps Darium: cuius secundo anno cœptũ est ædificari templum in Hierusalem. Quintum, Xerxẽ filiũ Darij: sextũ, Artabanum: septimũ, Artaxerxẽ (qui μακρόχειρ, id est, longimanus cognominatus est:) octauum, Xerxen: nonum, Sogdianum: decimum, Darium cognomento νόθον: vndecimum, Artaxerxen, qui appellatus est μνήμων, id est, recordans: duodecimũ, alium Artaxerxen, qui & ipse cognominatus est Ochus: tertiumdecimũ, Arsen Ochi filiũ: quartum decimum, Dariũ Arsami filium: qui ab Alexandro Macedonũ rege superatus est: Quo modo tres reges Persarum fuisse dicemus; nisi fortè legamus aliquos sæuissimos, quos ex historiis reperire nõ possumus. Ergo tres ordines in ore regni Persarum, & in dentib. eius, tria regna debemus accipere: Babyloniorũ, Medorum, atque Persarum: quæ in vnum redacta sunt regnũ. Quodque infertur. Et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas: Illud tempus significat, quando sub Assuero (quẽ Lxx. Artaxerxen vocant) ad suggestionem Aman Agagitæ, vna die omnes Iudæi iussi sunt trucidari. Et pulchrè non ait: deuorabat eos, sed sic dicebat ei, vt conatus tantum fuerit, & nequaquam rei exitus sit consecutus.

Sup. 2. a

Hester 3. d

e ¶ *Post hoc aspiciebam, &c.*] Tertium regnum Macedonum, de quo in statua legimus: Venter & fœmora eius ex ære, pardo bestiæ velocissimæ, & δρομικῇ comparatur, quæ præceps fertur ad sanguinem, & saltu in mortem ruit. *Et alas habebat quatuor.* Nihil enim Alexãdri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari vsque ad Indicum oceanum, & Gangen fluuium, non tam præliis, quam victoriis percucurrit, & in sex annis partem Europæ, & omnem sibi Asiam subiugauit. Quatuor autem capita, eosdem dicit duces eius, qui postea successores regni extiterunt: Ptolemæũ, Seleucum, Philippum, Antigonum. Quodque additur: *Et potestas data est ei*: ostendit, non Alexandri fortitudinis, sed domini voluntatis fuisse.

Sup. 2. c

f ¶ *Post hoc aspiciebam in visione noctis, &c.*] Quartum quod nunc orbem tenet terrarum, imperium Romanorum est, de quo in statua dicitur: Tibiæ eius ferreæ, pedum quædã pars ferrea, quædam fictilis, & tamen ipsius ferri ex parte nunc meminit, dentes eius ferreos & magnos esse contestans. Satisque miror, quod cum supra leænam & vrsum & pardum, in tribus regnis posuerit, Romanum regnum nulli bestiæ compararit: nisi fortè vt formidolosam faceret bestiam, vocabulum tacuit, vt quicquid ferocius cogitauerimus in bestiis, hoc Romanos intelligamus. Hoc quod hic tacitum, est, Hebræi in psalmis dictum putant. *Deuastauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam.* Pro quo in Hebræo

Psal. 79. b

Hebræo habet: Oẽs bestiæ agri lacerauerunt eam: dum in vno imperio Romanorũ, omnia simul regna cognoscimus, quæ prius fuerant separata. Illud autẽ quod sequitur: *Comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans*: significat omnes nationes, vel interfectas ab eis, vel tributo & seruituti subiugatas.

a ¶ *Dissimilis autem, &c.*] In prioribus enim bestiis singula formidinum, signa, in hac omnia sunt.

b ¶ *Et habebat cornua, &c.*] Porphyrius duas posteriores bestias, Macedonum & Romanorum, in vno Macedonum regno ponit & diuidit: pardum volens intelligi ipsum Alexãdrum: bestiam autem dissimilem cæteris bestiis, quatuor Alexandri successores, & deinde vsque ad Antiochum cognomento Epiphanen, decẽ reges enumerat, qui fuerunt sæuissimi. Ipsosque reges non vnius ponit regni. Verbi gratia, Macedoniæ, Syriæ, Asiæ, & Ægypti: sed de diuersis regnis vnum efficit regũ ordinem: vt videlicet ea quæ scripta sunt: *Os loquens ingentia*: non de Antichristo, sed de Antiocho dicta credantur.

c ¶ *Considerabam cornua, &c.*] Frustra Porphyrius cornu paruulum, quod post decem cornua ortum est, Epiphanen Antiochum suspicatur: & de decem cornibus tria euulsa cornua, sextum Ptolemæum cognomento Philometorem, septimum Ptolemæum Euergetem, & Artaxiam regem Armeniæ: quorum priores multo antequam Antiochus nasceretur, mortui sunt. Contra Artaxiam vero dimicasse quidem Antiochum nouimus, sed illum in regno pristino permansisse. Ergo dicamus, quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt: in consummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, & vndecimum surrecturum esse regem paruulum, qui tres reges de decem regibus superaturus sit: id est, Ægyptiorum regem, & Aphricæ, & Æthiopiæ: sicut in consequentibus manifestius dicemus. Quibus interfectis, etiã septem alij reges victori colla submittent. *Et ecce, ait, oculi quasi oculi hominis erãt in cornu isto.* Ne cum putemus iuxta quorundam opinionem, vel diabolum esse vel dæmonem, sed vnum de hominibus, in quo totus satanas habitaturus sit corporaliter. *Et os loquens ingentia.* Est enim *homo peccati, filius perditionis, ita vt in templo Dei sedere audeat, faciens se quasi Deum.*

2. Thes. 2. a

d ¶ *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, &c.*] Simile quid in Ioannis Apocalypsi legimus: Post hæc statim fui in spiritu, & ecce thronus positus erat in cœlo, & super thronum sedens, & qui sedebat, similitudinem habebat lapidis iaspidis & sardini, & iris erat in circuitu throni similis aspectui smaragdino, & circa thronum alij throni viginti quatuor, & super viginti quatuor thronos, viginti quatuor senes sedentes, amicti vestibus candidis, & super capita eorum coronæ aureæ, & de throno egrediebantur, fulgura, & voces, & tonitrua: Et septem lampades ardentis ignis in conspectu throni, quæ sunt septem spiritus Dei. *Et in conspectu throni, sicut mare vitreum simile crystallo.* Multi igitur throni quos vidit Daniel, hi mihi videntur esse, quos Ioannes viginti quatuor thronos nuncupat. Vetustus autem dierum ille est, qui apud Ioannem solus in throno sedet. Filius quoque hominis, qui venit ad vetustum dierum, ipse est qui apud Ioannem, *leo* dicitur *de tribu Iuda, radix Dauid*, & cætera his similia. Hos thronos esse reor, de quibus Paulus Apostolus loquitur: *Siue throni, siue dominationes.* Et in Euangelio legimus: *Vos autem sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Sedens autem & vetustus dierum dicitur Deus, vt æterni iudicis habitus demonstretur. *Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius, quasi lana munda.* Et Saluator trãsformatus in monte, & gloriã diuinæ maiestatis assumẽs, in cãdidis videtur vestib: Quodque capilli eius lanæ mundissimæ cõparantur, purum ostenditur, sincerumque iudicium, & nullam personam in iudicando respiciens. Senex quoque describitur vt maturitas cõprobetur sententiæ. Thronus eius flãmæ ignis: vt peccatores tormentorũ magnitudinem pertimescant, & iusti saluentur, sic tamen quasi per ignem. *Rota eius ignis accensus* siue *currus eius.* Et in Ezechiele, quadrigæ sedes inducitur Deus, omnia Dei flãmea sunt. De quo & alibi dicitur: *Deus ignis consumens est*: vt lignum fenum, stipulam, arsura in die iudicij nouerimus. Et in psalmis legimus: *Ignis ante eum præcedet, & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius: Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius*, vt peccatores traheret in gehennam.

Apoc. 4. a

Matt. 19. d

Apoc. 5. a

Colos. 1. c

Matt. 25. d

Psal. 67. b

Ibid. 103. a

Philip. 2. c

e ¶ *Millia millium ministrabant ei, &c.*] Non quo iste ministrorum Dei numerus diffinitus sit, sed quo maiorem multitudinem humanus sermo explicare nequiuerit. Ista sunt millia, & istæ myriades, de quibus in psalmis legimus: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, dominus in eis.* Et in alio loco: *Qui facit angelos, suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem.* Duplex autem angelorum officium est: Aliorum qui iustis præmia tribuunt: aliorum qui singulis præsunt cruciatibus.

Apoc. 12. c Hier. 17. b

f ¶ *Iudicium sedit, &c.*] Conscientiæ & opera singulorum in vtramque partem, vel bona vel mala omnibus reuelãtur. Bonus liber ille, est quem sæpe legimus, liber viuentium. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu: qui est inimicus & vindex, de quo & in Apocalypsi legimus: Accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & Propheta dicit: In terra scribantur.

g ¶ *Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, &c.*] Dei iudicium venit propter humiliandam superbiam: idcirco Romanum delebitur imperium, quia cornu illud loquebatur grandia.

1. Cor. 3. b

Ezech. 1. a Deut. 4. d

Psalm. 96. b

h ¶ *Et vidi quoniam interfecta esset bestia. &c.*] In vno Romano imperio propter Antichristum blasphemantem, omnia simul regna delenda sunt, & nequaquam terrenum imperium erit, sed sanctorum conuersatio, & aduentus filij Dei triumphantis, de quo dicitur.

i ¶ *Et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat.*] Qui in somno Nabuchodonosor lapis scribitur abscissus sine manibus, & creuisse in montem magnum, & comminuisse testam, ferrum, æs, argentum, & aurum: nunc sub persona filij hominis introducitur: vt assumptio carnis humanæ significetur in filio Dei, iuxta illud quod in Actibus Apostolorum legimus: *Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.*

Sup. 2. c

Act. 1. b

k ¶ *Et vsque ad antiquum dierum peruenit, &c.*] Totũ quod dicitur oblatum cum omnipotenti Deo, & accepisse potestatem, & honorem, & regnum, iuxta illud Apostoli accipiẽdum est: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus. & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quę cuncta si hæreses Arianorum pio vellet aduertere sensu, nequaquam filio Dei calumniam inæqualitis moueret.

a ¶ *Et omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient,* &c.] Hoc cui potest hominum cõuenire (respondeat Porphyrius) aut quis iste tam potens sit, qui cornu paruulum, quem Antiochum interpretatur, fregerit atque cõtriuerit. Si respondent, Antiochi principes à Iuda Machabæo fuisse superatos: docere debet quo modo cum nubib. cæli veniat quasi filius hominis, & offeratur vetusto dierum, & detur ei potestas & regnũ, & omnes populi, trib., ac linguæ seruiant illi: & potestas eius æterna sit, quæ nullo fine claudatur.

b ¶ *Hæ quatuor bestiæ, &c.*] Quatuor regna, de quibus supra diximus, fuêre terrena. *Hier. 3. d* Omne enim quod de terra est, reuertetur in terrã: sancti autem nequaquam habebunt terrenum regnum, sed cœleste. Cesset ergo mille annorum fabula.

c ¶ *Et obtinebunt regnũ,* &c.] Si hoc de Machabæis intelligitur, doceat qui ista cõtendit, quo modo regnum eorũ perpetuum sit.

d ¶ *Et sermones contra,* &c.] Siue vt interpretatus est Symmachus: Sermones quasi Deus loquetur: vt qui Dei assumit potentiam, verba quoque diuinæ sibi vendicet maiestatis.

e ¶ *Et sanctos altissimi, &c.*] Præliabitur enim Antichristus contra sanctos, & superabit eos: In tantamque erigetur superbiam, vt leges Dei & ceremonias mutare conetur: & eleuetur supra omne quod dicitur Deus, religionem cunctam suæ subiiciens potestati. *2. Thes. 2. d*

f ¶ *Et tradentur in manu eius vsque ad tempus, &c.*] Tempus, annum significat: Tempora iuxta Hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem numerum habent, duos annos præfigurant. Dimidium autem temporis, sex menses, quibus sancti potestati Antichristi permittendi sunt: vt condemnentur Iudæi, qui nõ credentes veritati, susceperunt mendacium. De quo tempore & Saluator in Euangelio loquitur: *Matt. 24. b* *Nisi abbreuiati essent dies illi, nequaquam salua esset omnis caro.* Non conuenire hæc tempora Antiocho, in extrema visione dicemus.

g ¶ *Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, &c.*] Hoc de Antichristo, id est, de cornu paruulo, quod grandia loquebatur: quia regnum eius destruendum sit in perpetuum.

h ¶ *Regnum autem, & potestas & magnitudo,* &c.] Hoc loquitur de Christi imperio, quod sempiternum est.

i ¶ *Hucusque finis verbi.*] Istius verbi atque sermonis, quem mihi in præsenti visione dominus reuelauit.

k ¶ *Ego Daniel multum cogitationibus meis cõturbabar, & facies, &c.*] Hactenus liber Danielis Chaldaico Syriacoque sermone conscriptus est. Cætera quæ sequuntur vsque ad finem voluminis, Hebraicè legimus.

CAP. VIII.

Anno tertio regni Baltasar regis, &c.] Post duos annos superioris reuelationis, hęc visio: Illa enim in primo anno Baltasar, hæc in tertio cernitur. Vnde infert: Post id quod videram in principio.

m ¶ *Vide in, &c. in Elã,* &c.] Siue vt Symmachus interpretatus est, ciuitate: à qua etiã regio nomen accepit, vt à Babylone, Babylonij, & ab Elam, Elamitæ: pro qua Lxx. Elimaidẽ regionem interpretati sunt. Susis autem Metropolis est regionis Elamitarum, in qua Daniel, secundum historiam Iosephi, turrim extruxit excelsam, & quadro ædificatam marmore: tantæque magnitudinis & pulchritudinis, vt vsque in præsens videatur esse noua. In eaque regum Persarum atque Medorum conduntur reliquię, & custos siue ædituus, ac sacerdos eiusdem loci Iudæus est. Cum essem in Susis castro. Non quod castrũ ipsa sit vrbs, vt diximus, Metropolis & potentissima, sed quod tãta firmitate ædificata sit, vt castrum esse videatur.

n ¶ *Vidi autẽ in visione,* &c.] Pro quo Aquila transtulit, super Vbal Vlai: Theodotio, super Vbal: Symmachus, super paludem Vlai: Lxx. super portã Vlai. Sciendum est autem Vlai, nomen esse loci siue portæ, vt in Troia, σκωὰ porta, & apud Romanos, Carmentalis dicitur, habentes singula ex propriis causis origines nominum.

o ¶ *Et leuaui oculos,* &c.] Quãuis in somnis videantur, quæ, (in vmbra videlicet & imagine) tamen ne ipsa quidem videre possumus sine oculis eleuatis.

p ¶ *Et ecce aries,* &c.] Arietẽ, Darium vocat auunculum Cyri, qui post Astyagen patrem regnauit in Medis. Cornu autem vnum excelsius altero atque succrescens, ipsum Cyrum significat: qui post Astyagen auum maternum cum auunculo Dario, quem Græci κυαξαρὴν vocant, Medis imperauit & Persis.

q ¶ *Postea vidi,* &c.] Non ipsum arietem Cyrum videlicet, vel Darium, sed eiusdem regni arietem, id est, Darium alterum, qui vltimus potentiæ Persicæ rex fuit, & quem superauit Alexander Philippi filius, magnificatus est. a Et ego intelligebã. Ecce autem hircus caprarũ veniebat ab occidẽte super facie totius terræ, & non tangebat terrã. Porro hirc⁹ habebat cornu insigne inter oculos suos, & venit vsq; ad arietem illum cornutum, quem viderã stãtem ante portã, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumq; appropinquasset prope arietẽ, efferatus est in eum, & percussit arietem, & cõminuit duo cornua eius, & nõ poterat aries resistere ei. Cumq; eum misisset in terrã, conculcauit eum, & nemo quibat liberare arietẽ de manu eius. Hircus autẽ caprarum magnus factus est nimis, cũque creuisset fractũ est cornu magnũ, & orta sunt cornua quatuor subter illud per quattuor ventos cœli. De vno autẽ ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra meridiẽ, & contra orientem, & contra fortitudinem, & magnificatũ est vsque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. b Et audiui vnũ de sanctis loquentem, & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti: c Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est, & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? d Et dixit ei: vsque ad vesperam & mane, duo millia, trecenti, & mundabitur sanctuarium. e Factum est autem cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: f Et ecce stetit in cõspectu meo quasi species viri: g Et audiui vocem viri inter vlai, & clamauit, & ait: Gabriel fac intelligere istum visionem. Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam. Cumque venisset, pauens corrui in faciem meam, h Et ait ad me: Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis cõplebitur visio. Cumq; loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram, & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitque mihi: k Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum. l Aries quẽ vidisti habere cornua duo, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est, cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex prim⁹. Quod

lius, rex Macedonum. Quod autem Darius iste rex potentissimus & ditissimus fuerit, tam Græcæ, quàm Latinæ, ac barbaræ narrant historiæ.

a ¶ *Et ego intelligebam,* &c.] Ex superioribus enim visionibus, in quibus secundum regnum per arietem & hircum significatum est, etiam nunc intelligit, quod Medorum atque Persarum cernat imperium.

b ¶ *Et audiui vnum,* &c.] Pro altero nescio quo, quod Symmachus interpretatus est τὸν ἅγιον (quẽ & nos secuti sumus) Aquila & Theodotio: & Lxx. φελμωνὶ ipsum verbũ Hebraicum posuerunt. Nomen ergo angeli tacens, generaliter vnũ quẽlibet de angelis indicauit. פלמוני

c ¶ *Vsquequo visio,* &c.] Vnus angelus interrogat alterũ angelum, vsque ad quod tempus Dei iudicio sub Antiocho rege Syrię, templum futurum sit desolatum, & simulacrũ Iouis statuum in templo Dei: iuxta id quod subiunxit, dicens: Et sanctuarium, & fortitudo conculcabitur.

d ¶ *Et dixit ei: Vsq; ad vesperam & mane,* &c.] Legamus Machabæorum libros, Iosephi historiam: ibique scriptum reperiemus, centesimo quadragesimo tertio anno à Seleuco (qui primus regnauit in Syria post Alexandrum) ingressum Antiochum Hierosolymam, vniuersa vastasse, reuersumq; anno tertio, in templo posuisse statuam Iouis, & vsque ad Iudam Machabæum, id est, vsque ad annum centesimum quadragesimum octauum, per annos vastitatis Hierusalem sex, contaminationis autem templi tres, duo millia trecentos dies, & tres menses esse cõpletos, post quos templum purgatum est. Quidã pro duobus millib. trecentis, duo millia ducentos legunt: ne sex anni & tres menses superesse videantur. Hunc locum pleriq; nostrorũ ad Antichristũ referunt, & q⁹ sub Antiocho in typo factum est, sub illo in veritate dicũt esse complendum. Quod autem infert: *Mundabitur sanctuarium,* Iudæ Machabæi significat tempora: qui de vico Modin fratribus ac propinquis secũ annitentibus, & multis de populo Iudæorũ, Antiochi duces superarat, iuxta Emaus, quæ nũc Nicopolis dicitur. Quod audiens Antiochus, qui contra principem principum surrexerat, id est, dominum dominantium, & regem regum, in Elimaide (quæ regio Persarum est) templum Dianæ spoliare cupiens, quod habebat pretiosa donaria, & ibi quoque amisso exercitu sine manibus contritus est, id est, tristitiæ morbo periit. Vespere autem & mane, successionem diei noctisque significat. *1. Mac. 5. & 6* *2. Mac. 10. a* *1. Mac. 2. a* *1. Mac. 8. e* *2. Mac. 9. a* *Ibid. c. d*

e ¶ *Factum est autem cum viderem ego Daniel,* &c.] Videbat visionem per picturam & imaginem, & illius intelligentiam nesciebat. Non ergo omnis qui videt, intelligit: quo modo si scripturam sanctam legamus oculis, & corde non intelligamus.

f *Et ecce stetit in conspectu,* &c.] Non enim viri sunt angeli, sed in specie videntur virorum: Sicut Abraham ad quercum Mambre tres visi sunt viri (qui vtique viri non erant) è quibus vnus adoratur vt dominus. Vnde & saluator loquitur in euangelio: *Abraham vidit diem meum: vidit, & lætatus est.* *Gen. 18. d* *Ioan. 8. g*

g ¶ *Et audiui vocem viri,* &c.] Virũ istum, qui præcepit Gabrieli, vt Danielẽ faciat intelligere visionem. Iudæi Michaelẽ autumant. Cõsequenter autem, quia visio de præliis erat, regumque certaminibus, imo regnorum successionibus, Gabriel, qui præpositus est præliis, huic officio mancipatur. Gabriel. n. in linguam nostrã verti tur fortitudo, vel robust⁹ Dei. Vnde & eo tempore, quo erat domin⁹ nasciturus, & indicturus bellũ dæmonibus, & triũphaturus de mundo, Gabriel venit ad Zachariã, & ad Mariã: Et postea in psalmis legim⁹ de domino triumphante: *Quis est iste rex gloriæ dominus fortis & potẽs domin⁹ fortis in prælio, ipse est rex gloriæ.* Vbicumque autẽ medicina & sanatio necessaria est, Raphael mittitur, qui interpretatur, curatio vel medicina Dei, hoc videlicet nominis interpretatione significãte, quod in Deo sit medicina vera.) Si cui tamẽ placet Tobiæ librum recipere.) Porro vbi populo prospera promittũtur, & εὐλαζ ὡς (quod nos vel propitiationem, vel expiationẽ possumus dicere) necessaria est, Michael dirigitur, qui interpretatur, quis sicut Deus: vt scilicet intelligatur, quia propitiationem, vel expiationem nullus possit offerre nisi Deus. גבריאל *Luc. 1. d* *Psal. 23.* רפאל *Tob. 5. a* מיכאל

h ¶ *Et ait ad me: Intellige fili hominis,* &c.] Et Ezechiel, & Daniel, & Zacharias (quia sæpe inter angelos esse se cernunt) ne eleuentur in superbiam, & angelicæ, vel naturæ, vel dignitatis se esse credant, admonentur fragilitatis suæ, & filij hominum nuncupantur, vt homines se esse nouerint.

i ¶ *Et tetigit me,* &c.] Prophęta qui pauore lapsus, quadrupes & pronus iacebat in terra, ad tactum angeli erigitur, vt possit absq. formidine audire & intelligere quę dicuntur.

k ¶ *Ego ostendam tibi,* &c.] Ne quis me putet proprium sensum ponere, Gabrielis, exponentis visionem prophetæ, verba discamus.

l ¶ *Aries quem vidisti habere cornua duo,* &c.] Darius videlicet filius Arsami, in quo Medorum & Persarum regnum destructum est. Porro hircus caprarum, veniebat ab occidente, & propter nimiam velocitatem terrã tangere non videbatur, Alexander est, rex Græcorum: qui subuersis Thebis, in Persas arma corripuit, & apud Granicũ fluuiũ inito certamine, Darij duces superauit, & ad extremũ ipsum percussit arietem, & duo eius confregit cornua, Medos atque Persas: misitque eum sub pedibus suis, & vtrumque cornu suo subiugauit imperio: Cornu autem grande, ipse est rex primus Alexander, quo trigesimo secũdo ætatis suæ anno mortuo in

Babylone, surrexerunt pro eo quattuor duces eius, qui sibi imperium diuiserunt. Ægyptũ enim Ptolemæus Lagi filius tenuit: Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri: Syriam & Babylonem, & omnia regna orientis, Seleucus Nicanor: Asiæ regnauit Antigonus.

a ¶ *Sed non, &c.*] Nullus enim magnitudini Alexandri potuit coæquari.

b ¶ *Et post regnum, &c.*] Consurget Antiochus ἐπιφανὴς frater Seleuci, qui & Philopater appellatus est. Qui cum obses fuisset Romæ, & nesciente senatu, per dolum cæpisset imperium, cõtra Ptolemæũ Philometorem dimicauit, hoc est, contra meridiem, & cõtra Ægyptios. Rursumq; ad orientem contra eos, qui res nouas in Perside moliebãtur, ad extremũ contra Iudæos dimicans, capta Iudæa, ingressus est Hierosolymam, & in tẽplo Dei simulacrum Iouis Olympij statuit: & vsque ad fortitudinem cœli, id est, filios Israel, qui angelorũ vallabantur auxilio, erexit magnificentiam suã, ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subiiceret, & velut stellas cæli conculcaret pedib. suis. Atque ita factum est, vt & meridiẽ & orientẽ, id est Ægyptum & Persidem, suo teneret imperio. Quodq; ait: *Vsque ad principem fortitudinis magnificatus est*: hoc significat, quod erectus sit contra Deũ, & sanctos illius persecutus sit: & tulerit ἐνδελεχισμὸν, id est, iuge sacrificium, quod mane offerebatur & vespere, & polluerit atque deiecerit locum sanctificationis eius: & hoc non sua virtute, sed propter peccata populi. Atque ita factũ est, vt veritas prosterneretur in terrã: & cultu idolorum florente, Dei religio conquiesceret.

c ¶ *Tu ergo, &c.*] Exposita Gabriel angelus visione, quam supra, vt potuimus disseruimus, ponit in fine: *Tu ergo signa visionem, quia post dies multos erit.* Ex verbo ostendẽs signaculi, obscura esse quæ dicebantur, & non patere multorum auditui: nec posse ante intelligi, nisi rebus & operibus impleantur.

d ¶ *Et ego, &c.*] Hoc est illud quod in Genesi de Abraham legimus: quod postquam dominũ audierit loquentem sibi, terram & cinerem esse se dixerit. Ergo Daniel ad visionis horrorẽ languisse, & ægrotasse se dicit: Et cum surrexisset, fecisse opera quæ sibi à rege fuerant imperata, reddens omnib. omnia, & euãgelicum illud ciens: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

e ¶ *Et stupebam, &c.*] Si non erat qui interpretaretur, quo modo supra interpretatus est angelus? Sed quod dicit, hoc est: reges audierat & eorum nomina nesciebat: futura cognouerat, & quo tempore futura essent, dubius fluctuabat. Itaque quod solum facere poterat, stupebat ad visionem, & Dei scientiæ cuncta relinquebat.

CAPVT IX.

IN f anno primo, &c.] Hic est Darius, qui cum Cyro Chaldæos Babyloniosque superauit: ne putemus illum Dariũ, cuius secundo anno tẽplum ædificatum est (quod Porphyrius suspicatur, vt annos Danielis extẽdat) vel eum, qui ab Alexandro Macedonum rege superatus est. Addit ergo nomen patris, additque victoriam: quia primus de semine Medorum, subuertit regnum Chaldæorum: vt auferat propter similitudinem nominis, lectionis errorem. 1.Esd.4.d & 5.

g ¶ *Ego Daniel, &c.*] Prædixerat Hieremias septuaginta annos desolationis templi: post quos rursus veniret populus in Iudæã, & ædificaretur templũ & Hierusalem, quæ res Danielem non facit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum: vt quod Deus per suam promisit clementiam, per huius impleat preces: ne negligẽtia superbiam, & superbia pariat offensam. Deniq; in Genesi legimus, cẽtum viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium: qui (quia tanto tempore, hoc est, cẽtum annis noluerũt agere pœnitentiã) nequaquam expectat, vt & viginti alij compleatur, sed infert ante, quod post ea fuerat comminatus. Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duritiam cordis populi Iudæorum: *Ne ores pro populo hoc: quia non audiam te.* Et ad Samuel: *Vsquequo luges super Saul, & ego abieci eum?* In cinere igitur & sacco postulat impleri quod promiserat Deo: non quo esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam. Hier.52.c & 29.d Gen.6.d Hier.7.b 1.Reg.16.d

h ¶ *Obsecro domine, &c.*] Aduersus eos qui tua præcepta contemnunt.

i ¶ *Custodiens, &c.*] Non ergo quod pollicetur Deus statim futurum est, sed in eos sua promissa complet, qui custodiunt mandata Illius.

k ¶ *Peccauimus, iniquitatẽ, &c.*] Peccata populi (quia vnus è populo est) enumerat ex persona sua: quod & Apostolum in epistola ad Romanos facere legimus.

l ¶ *Tibi domine, &c.*] Iuste enim patimur quod meremur. Rom.5.c

m ¶ *Tibi autem domino Deo, &c.*] De quo supra dixerat, tibi domine iustitia, nunc quia dominus non solum iustus, sed & misericors est, dicit: Tibi domine misericordia: vt post sententiam iudicantis eum prouocet ad clementiam.

n ¶ *Et stillauit, &c.*] Non totam in nos effudisti iram, quam ferre non poteramus, sed stillam furoris tui: vt correpti in plaga, reuerteremur ad te.

o ¶ *Maledictio, &c.*] In Deuteronomio maledictiones & benedictiones Dei legimus: quæ postea dictæ sunt in monte Garizim & Ebal super iustos & peccatores. Deut.27.b Ibidem.

a ¶ *Omne*

a ¶ *Omne malum hoc venit, &c.*] Grandis duritia, vt & in plagis positi, Deum non rogarent: quod & si rogarunt, ideo non rogarunt, quia non sunt reuersi ab iniquitatibus suis. Reuersio autem ab iniquitate, est cogitare veritatem Dei.

b ¶ *Et vigilauit dominus super malitiã, &c.*] Quãdo propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus, & visitat nos. Quando vero à Deo deserimur & non indicamur, indignique sumus correptione domini, tunc dormire dicitur. Vnde & in psalmis legimus: *Surrexit quasi dormiens dominus, & quasi potens crapulatus à vino.* Malitia enim nostra inebriat Deum: quæ quãdo in nobis corripitur, euigilare dicitur, & de sua ebrietate cõsurgere: vt nos peccato ebrios euigilare faciat iustitiæ. Psal.77.g

c ¶ *Et nunc, &c.*] Memor est antiqui beneficij, vt ad similẽ Deum clementiam prouocet.

d ¶ *Ostende faciem, &c.*] Impleopere quod sermone pollicitus es: vicinum tempus desolationis impletur.

e ¶ *Propter temetipsum, &c.*] Ἀνθρωποπαθὼς hæc loquitur, vt quãdo exaudimur, inclinare Deus videatur aurem suam, quando respicere nos Deus dignatur, aperire oculos suos: quando vero auertit faciem suam, & oculis eius & auribus videmur indigni.

f ¶ *Cumque, &c.*] Ergo, vt supra diximus, nõ populi tantum peccata, sed & sua replicat, quia vnus è populo est. Siue humiliter, cum peccatum ipse non fecerit, se iũgit populo peccatori, vt ex humilitate veniã cõsequatur. Nota quod hic dixerit, confiterer peccata mea. In multis enim sanctæ scripturæ locis cõfessio nõ pœnitentiam, sed laudem sonat.

g ¶ *Adhuc me, &c.*] Principiũ vocat præteritam visionẽ, quã hæc sequitur: Et grãdis orationis effectus est: impletaque promissio domini, qui ait: *Adhuc te loquente, dicam ecce adsum.* Videtur autem Gabriel non angelus vel archangelus, sed vir: vt nequaquam sexum, sed nomen virtutis ostenderet. Esa.65.d

h ¶ *Cito volans tetigit me in tempore, &c.*] Volare dicitur, quia vt vir apparuerat: & in tempore sacrificij vespertini: quia oratio prophetæ à sacrificio matutino vsque ad sacrificium vespertinum perseuerauerat, & propterea Dei in se flexit misericordiam.

i ¶ *Et docuit me, &c.*] Tam obscura est visio, vt propheta angeli doctrina indigeat.

k ¶ *Daniel nunc egressus sum, &c.*] Nunc ad te missus sum, & egressus sum, non à facie Dei, vt ab eo recederem, sed vt ad te venirem.

l ¶ *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autẽ veni vt indicarem tibi, &c.*] Vt rogare cœpisti, statim impetrasti misericordiam Dei, & egressa est sententia, & ego idcirco missus sum, vt exponerem tibi quæ ignoras: quia vir desideriorum es, siue amabilis & Dei amore dignus (vt Salomon appellatus est idida) siue vir desideriorum, quod pro desiderio tuo Dei secreta audire mereris, & esse conscius futurorum. כי חמודות אתה

m ¶ *Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionẽ.*] Si Daniel dicitur: diligenter attende vt audias & intelligas quod vides: quid nos facere oporteat, quorum oculi ignorantiæ tenebris & caliginẽ vitiorum obcæcati sunt.

n ¶ *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, &c.*] Quia propheta dixerat: eduxisti populũ tuum, & nomen tuum inuocatum est super ciuitatem tuam, & super populum tuum: propterea ex persona Dei loquitur Gabriel. Nequaquam populus Dei est, sed populus tuus, nec vrbs sancta Dei, sed sancta, vt dicis, tibi. Simile quid & in Exodo legimus: quando Deus loquitur ad Moysen: *Descende, peccauit enim populus tuus*: hoc est, non populus meus, quia me deseruit. Quia igitur postulas pro Hierusalem, & oras pro populo Iudæorum: audi quid in septuaginta annorum hebdomadibus futurum sit populo tuo, & vrbi tuæ, vt quæ sequuntur. Scio de hac quæstione ab eruditissimis viris varie disputatum, & vnumquemque pro captu ingenij sui dixisse quod senserat. Quia igitur periculosum est de magistrorum ecclesiæ iudicare sententiis, & alterum præferre alteri: dicam quid vnusquisque senserit, lectoris arbitrio derelinquens, cuius expositionem sequi debeat. Exod.32.b

¶ Africanus in quinto temporum volumine, de septuaginta hebdomadibus, hæc loquutus ad verbum est. Capitulum quod in Daniele de septuaginta hebdomadibus legimus, multa & mirabilia continet, quæ nunc lõgum est dicere: ergo quod ad præsens opus pertinet, de temporib. differendum est. Nulliq; dubium quin de aduentu Christi prædicatio sit: qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit: post quẽ consummata sunt delicta, & finem accepit peccatum, & deleta est iniquitas, & annunciata iustitia sempiterna, quæ legis iustitiam vincit, & prophetia: quia *lex & prophetæ vsque ad Baptistam Ioannem*: & vnctus est sanctus sanctorũ: quæ omnia priusquam Christus humanum corpus assumeret, superabantur magis quã tenebãtur. Dicit autem ipse angelus, septuaginta annorum hebdomadas, id est, annos quadringentos nonaginta, ab exitu sermonis, vt respondeatur, & vt ædificetur Hierusalem, vicesimum Artaxerxis regis Persarum annum habere principium. Nehemias quippe huius pincerna (sicut in Ezdræ libro legimus) rogauit regẽ, accepitq; responsum vt ædificaretur Hierusalem. Et iste egressus est sermo, qui extruendæ vrbis & circundandæ muris daret licentiam: quæ vsque ad illud tempus vicinarũ gẽtium patebat incursibus. Siquidem ad Cyri regis imperium, qui volentib. reuerti Hierosolymam dederat potestatẽ, Iesus põtifex & Zorobabel, & postea Ezdras sacerdos, & cæ- Luc.16.d לחשיב ולבנות ירושלם. 1. Esdr. 1. τῶν ἀποστρέψαι, καὶ τὸ οἶκοδομῆσαι. Neh.e.d

A teri qui cum eis proficisci voluerant, templum & vrbem, & muros eius ædificare conati sunt, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quasi hoc rex non iussisset. Mansit itaque imperfectũ opus vsque ad Nehemiam & vicesimũ annũ regis Artaxerxis: quo tempore regni Persarũ, centum & quindecim anni fuerãt euoluti: captiuitatis autem Hierusalé, centesimus octogesimus & quintus annus erat: & tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem: cui operi præfuit Nehemias, & ædificata est platea, & muri circundati, & ex illo tempore (si numerare velis) septuaginta annorum hebdomadas vsque ad Christum poteris inuenire. Quod si harum principium ab alio tẽpore voluerimus sumere, & tẽpora non cõcurrent, & multa reperiemus cõtraria. Nam si à Cyro, & prima eius indulgentia, qua Iudæorum est laxata captiuitas, septuaginta numerẽtur hebdomadæ: cẽtum & eo amplius inueniemus annos, qui statutum septuaginta hebdomadarum excedãt numerũ: & multo plus, si ex qua die locutus est Danieli angelus: additurque amplior numerus, si captiuitatis, exordium volueris hebdomadarum habere principiũ. Permãsit enim regnũ Persarum vsque ad initium Macedonum, annis ducentis triginta: & ipsi Macedones regnauerunt annis trecentis: atque exinde vsque ad annũ quintumdecimum Tyberij Cæsaris quando passus est Christus, numerãtur anni sexaginta: qui simul faciunt annos quingentos nonaginta, ita vt centum supersint anni. A vicesimo autem anno Artaxerxis regis vsque ad Christum, complentur hebdomadæ septuaginta, iuxta lunarem Hebræorum supputationem: qui menses non iuxta solis, sed iuxta lunæ cursum numerant. Nam à centesimo & quintodecimo anno regni Persarum, quando Artaxerxes rex eiusdem imperij vicesimus regni sui habebat annũ, & erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vsque ad ducentesimam secundam olympiadem, & secundum eiusdẽ Olympiadis annum, Tyberiij Cæsaris annum quintumdecimum, colliguntur anni quadringenti septuagintaquinque, qui faciunt annos Hebraicos quadringẽtos nonaginta, iuxta lunares, vt diximus, menses. Qui secundum illorum supputationem possunt facere per singulos menses dies vigintinouem & semis: ita vt solis circulus per annos quadringentos nonaginta plus habeat dies trecẽtos sexagintaquinque & quartam diei partẽ: & per duodecim menses singulorum annorũ, vndecim dies, & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo annos trium mẽsium ἐμβολισμους faciunt. Si enim octies vndecim & quartam partem volueris supputare, nonaginta dies, hoc est, tres menses efficies, & in quadringentis septuagintaquinq; annis octonarij, reperiẽtur anni quinquagintanouem & menses tres: qui simul faciunt plus minusve annos quindecim: quos si quadringentis septuagintaquinque annis volueris addere, septuaginta annorum facies hebdomadas: hoc est, simul annos quadringentos nonaginta. Hæc Africanus eisdem verbis quibus expressimus loquutus est.

Nehem. 1. d
Ibidem. 4.

Nel. 6. 2.

¶ Transeamus ad Eusebium Pamphili, qui in octauo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως tale nescio quid suspicatur. Non mihi videtur frustra septuaginta hebdomadarũ facta diuisio: vt primum diceretur septem, deinde sexagintaduæ, & vltima adderetur hebdomada vna, quæ & ipsa in duas partes secta est. Scriptum est enim: Scies & intelliges ab exitu sermonis, vt respondeatur, & ædificetur Hierusalem, vsque ad Christũ ducem hebdomadas septé, & hebdomadas sexaginta duas. Et post alia quæ narrauit in medio, ponit in fine: Et cõfirmabit testamentũ plurimis hebdomada vna. Hæc non frustra, & absque inspiratione Dei angelum respondisse manifestũ est. Quæ obseruatio cautam atq; solicitam videtur expetere rationem: vt lector diligenter attẽdat, & causam diuisionis inquirat. Sin autem necesse est nos dicere, quod sentimus, iuxta aliam expositionẽ, quæ in præsenti versatur lectione: in eo quod angelus ait: ab exitu sermonis, vt respõdeatur, & ædificetur Hierusalé, vsque ad Christum ducem: non alios arbitramur quam principes, qui post hanc prophetiam & reuersionem de Babylone Iudaico populo præfuerunt: hoc est ἀρχιερεῖς & pontifices, quos Christos, ab eo quod vncti sunt scriptura cognominat: quorum princeps fuit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus: & qui fuerũt vsq; ad aduentũ domini saluatoris. Hosq; significat & vaticinum prophetale, dicens: ab exitu sermonis, vt respondeatur, & ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducẽ, hebdomadæ septem & hebdomadæ sexagintaduæ: id est, vt septem hebdomadæ, & postea sexagintaduæ, quæ faciunt annos quadringentos octoginta tres, à Cyro numerentur. Ac ne videamur procacem tãtum ferre sententiam, & non probare quæ dicimus, numeremus eos, qui post Iesum filium Iosedech vsque ad aduentum domini, populo præfuerunt, Christi, id est, vncti in pontificatum. Primus igitur, vt ante iam diximus, post Danielis prophetiá, quæ facta est sub Cyro rege, postquã de Babylone reuersus est populus, Iesus filius Iosedech fuit sacerdos magnus: & Zorobabel filius Salathiel, qui tẽpli fundamẽta iecerunt: impeditoque opere à Samaritis & aliis in circuitu nationibus, septẽ hebdomadarum anni completi sunt: id est, quadraginta & nouem, in quibus imperfectum opus templi fuit: & quas prophetia à reliquis sexagintaduabus hebdomadibus separat. Denique & Iudæi in euangelio ex hac opinione loquuntur ad dominum: *Quadraginta & sex annis ædificatum est tẽplum hoc, & tu in tribus diebus suscitabis illud?* Tot enim anni sunt à primo anno Cyri regis (qui libertatem dedit volentibus Iudæis reuerti in patriam) vsque ad sextum annum Darij regis: sub quo templi opus omne completum est. Porro Iosephus & alio tres annos addidit, in quibus περίοδοι templi, & quædam alia quæ remanserant, perfecta sunt: qui additi quadraginta sex annis, faciunt annos quadragintanouem, id est, septem annorum hebdomadas. Reliquas autẽ sexagintaduas hebdomadas ab eiusdem Darij septimo anno enumerant. Quo tempore Iesus filius Iosedech, & Zorobabel iam maioris ætatis populo præerãt, sub quibus prophetauerũt Aggeus & Zacharias: post quos Ezdras & Nehemias de Babylone veniẽtes, muros vrbis extruxerũt, tenẽte pontificatũ Ioachim filio Iesu cognomento Iosedech: post quẽ successit in sacerdotiũ Eliasub: ac deinde Ioiade, & postea Ioanes: post quem Iaddus, cuius ætate Alexander rex Macedonum condidit Alexandriam (vt Iosephus in antiquitatum libris loquitur) venitque Hierosolymam, & victimas in templo immolauit. Mortuo autẽ Alexãdro cẽtesima tredecima olympiade, anno ducentesimo trigesimo sexto regni Persarum (quod cœperat primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis: quo tempore Cyrus rex Persarum Babylonios Chaldæosque superauit) & post mortem Iaddi sacerdotis, qui sub Alexandro tẽplo præfuit, suscepit pontificatum Onias: quo tẽpore Seleucus subiugata Babylone, diadema totius Syriæ & Asiæ capiti suo imposuit, anno duodecimo mortis Alexãdri. In quod tẽpus supputantur omnes anni à Cyri imperio, ducẽti quadragintaocto. Ex qua ætate scriptura Machabæorum regnum Græcorũ enumerat. Post Oniam præfuit Iudæis pontifex Eleazarus. Quo tẽpore Septuaginta interpretes scripturas sanctas Alexandriæ dicuntur in Græcum vertisse sermonem: post quem alter Onias, cui successit Simon: quo regẽte populum, Iesus filius Sirach scripsit librũ, qui Græce παραιρετος appellatur, & à plerisq; Salomonis falso dicitur. Cui successit in pontificatũ alius Onias, quo tempore Antiochꝰ Iudæos diis gentiũ immolare cogebat. Quo mortuo, Iudas Machabæus purgauit tẽplũ & idolorũ simulacra contriuit. Cui successit frater Ionathã, & post eũ rexit populũ Simon frater vtriusque: in cuius morte ducentesimus septuagesimus septimus regni Syriæ impletꝰ est annus, & vsq; ad hoc tempus Machabæorum primus liber historiã continet. Supputanturque à primo anno Cyri regis Persarum vsque ad finem primi Machabæorum voluminis, & mortem Simonis põtificis, anni quadringenti viginti quinque. Post quem Ioannes tenuit pontificatum annis viginti nouem:

B

C

Ioan. 2. d

Lib. 11. c. 8

E nouẽ: quo mortuo Aristobulus vno anno præfuit populo: qui primus reuersus de Babylone, diadema insigne regiæ potestatis cum honore põtificatus assumpsit. Huius successor fuit Alexander, rex pariter & pontifex: qui rexit populũ annis vigintiseptẽ. Et hactenus à primo anno Cyri regis & captiuorum reditu, qui in Iudæam venire voluerũt, supputãtur anni quadringenti octoginta tres: quos septẽ & sexagintaduæ hebdomadæ, id est, sexagintanouẽ simul efficiunt. Et hoc omni tempore põtifices rexerunt populum Iudæorum, quos ego nunc arbitror vocari Christos duces. Mortuo autem nouissimo eorum Alexandro, hucatque illuc in varias partes absque vllo duce gẽs Iudæorum seditionibus vexabatur: interãtum vt Alexandra, quæ & Salina vocabatur, eiusdẽ Alexandri vxor, obtineret imperium: & pontificatũ quidem Hircano filio reseruaret, Aristobulo autẽ alteri filio regnum traderet: quod obtinuit annis decem. Pugnantibus autem contra se intestina seditione Germanis, & gentem Iudæorum in diuersa studia trahentibus, superuenit Cneus Pompeius dux Romani exercitus: captaq; Hierosolyma, vsque ad adyta templi ingressus est, quę vocabantur sancta sanctorum: vinctumque Aristobulum Romam misit, seruans triumpho suo, & pontificatũ Hircano fratri eius tradidit. Tunc primum gens Iudæorum Romanis facta est tributaria. Post quem Herodes filius Antipatris, interfecto Hircano, regnum Iudæorũ seriatus consulto accepit, & primus alienigena Iudæis præfuit. Qui põtificatum quoque, nequaquam iuxta legem Moysi, mortuis parentibus, tradebat liberis, sed alienis, & nec ipsis multo tempore, nisi ob gratiam & pretium, diuinæ legis iussa contemnens. Ponit & aliam idem Eusebius explanationẽ, quã si voluerimus in Latinum sermonem vertere, extendemus libri magnitudinem. Hæc est ergo interpretationis eius sententia: A sexto anno Darij, qui post Cyrum & Cambysen filium eius regnauit in Persis, quando templi opera consummata sunt, vsque ad Herodem & Cæsarem Augustũ, numerat hebdomadas septem & sexagintaduas: quæ faciũt annos quadringẽtos octogintatres: quãdo Christus, hoste est Hircanus nouissimus pontifex de genere Machabæorũ ab Herode iugulatus est. Et cessauit iuxta legẽ Dei pontificum successio. Ciuitatem quoque & ipsum sanctuarium sub duce Romano, Romanus vastauit exercitus: siue ipse Herodes, per Romanos indebitum in Iudæos arripuit imperium. Quodque infert: Confirmabit enim pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: sic interpretatur, quod Herode regnante apud Iudæã & Augusto apud Romanos, Christus natus sit: qui tribus annis & sex mensibus iuxta euangelistam Ioannẽ euãgelium prædicauit, & confirmauit veri Dei cultum multis (haud dubium quin apostolis & credentibus) quando post passionẽ domini in dimidia rursum hebdomada defecit hostia & sacrificium. Quidquid enim in tẽplo postea factũ est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus diaboli: cunctis in commune clamantibus: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Et hoc: *Non habemus regem nisi Cæsarẽ.* Quem locum in chronica eiusdem Eusebij (quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus) diligens lector plenius edissertum poterit inuenire. Quod autem à perfectione templi vsque ad decimum Augusti imperatoris annum (quando interfecto Hircano Herodes Iudæam obtinuit) septem & sexagintaduæ hebdomadæ, id est, quadringenti octogintatres supputentur anni, sic possumus approbare: Sexagesimæ sextæ Olympiadis primo anno, hoc est, Darij sexto, cõpleta est tẽpli ædificatio: & cẽtesimæ octogesimæ sextæ Olympiadis anno tertio, id est, Augusti decimo, Herodes in Iudæos cepit imperiũ: qui faciũt annos quadringẽtos octoginta tres, per singulas Olympiades quadriennio supputato. Dicit idẽ Eusebius & aliã opinionẽ, quę ex partenõ reprobatur: quod pleriq; vnam hebdomadam annorum in septuaginta annos extẽdant: per singulos hebdomadæ annos, decennio supputato. Et volunt à passione domini vsque ad Neronis imperiũ annos esse triginta quinque, quando contra Iudæos Rõmana primum arma cõmota sunt, & hanc esse dimidiã hebdomadam annorum septuaginta. Postea vero à Vespasiano & Tito, & deinceps quando Hierosolymam templumq; succensum est, vsque ad Traianum, alios esse annos triginta quinque, & hanc esse hebdomadã de qua angelus loquitur Danieli: Confirmabit autẽ pactum multis hebdomada vna. In totum enim orbem per apostolos euangelium prædicatum est: qui vsque ad illud tempus perseueraverunt: tradentibus ecclesiasticis historiis Ioannem euangelistam vsq; ad tempora vixisse Traiani. Sed nescio quo modo superiores hebdomadas septẽ & sexagintaduas per septenos annos, & hanc vnam per denos, id est, septuaginta annis possimus accipere. Hæc Eusebius.

F hebdomades septẽ, & hebdomades sexaginta duæ erũt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eũ negaturus est: Et ciuitatẽ, & sanctuarium dissipabit populus cum duce vẽturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta

¶ Hippolytus autem de eisdẽ hebdomadibus opinatus est ita: Septem hebdomadas ante reditum populi supputat, & sexagintaduas post reditum, vsque ad natiuitatem Christi: quarum tempora omnino non congruunt. Si quidem regni Persarum ducenti & triginta supputantur anni, & Macedonum trecenti, & post illos vsque ad natiuitatem dominj anni triginta: hoc est ab initio Cyri regis Persarum, vsque ad aduentum saluatoris, anni quingenti sexaginta. Nouissimã quoque hebdomadã ponit in consummatione mundi: quã diuidit in Heliæ tempora & antichristi: vt tribus & semis annis vltimæ hebdomadæ Dei notitia confirmetur. De qua dictum est: Confirmabit pactum multis hebdomada vna: & tribus aliis annis sub antichristo deficiet hostia & sacrificium. Aduenientẽ autem Christo, & iniquum spiritu oris sui interficiente, vsque ad consummationem & finem perseueret desolatio.

Dan. 9. f

G

H

¶ Apollinarius autem Laodicenus omni præteritorum tẽporum se liberans quæstione, vota extendit in futurum, & periculose de incertis profert sententiã. Quæ si forte, hi quæ post nos victuri sunt, statuto tempore cõpleta nõ viderint, aliam solutionem quærere compellentur, & magistrum erroris arguere. Dicit ergo (vt verbum è verbo interpreter, ne calumniam videar facere non dicenti) in quadringentis nonaginta annis, peccata & omnia quæ ex peccatis oriũtur, victia cõprimenda: post quæ uentura sint bona, & reconciliandum Deo mundum in aduentu Christi filij eius. Ab exitu enim verbi, quãdo Christus de Maria generatus est virgine, vsque ad quadragesimum nonum annum, id est, finem septem hebdomadarum, Israelis expectatam pœnitentiã. Postea verò ab octauo Claudij Cæsaris anno, contra Iudæos Romana arma correpta. Tricesimo enim, iuxta euangelistã Lucam, anno ætatis suæ, cœpit in carne dominus euangelium prædicare, & iuxta Ioannem euangelistam, per tria paschata duos postea impleuit annos: & exinde sex Tiberij supputãtur anni, & quatuor C. Cæsaris cognomento Caligulæ, & octo Claudij: id est, simul anni quadragintanouẽ, qui faciũt hebdomadas annorum septem. Cum autem quadringenti triginta quatuor anni post hoc fuerint euoluti: id est, sexagintaduæ hebdomadæ: tunc ab Helia (qui venturus est iuxta sermonem domini saluatoris: vt restituat cor patrum ad filios) in vltima hebdomada ædificandam Hierusalem & templum, per annos tres & semis: venturumque antichristum, & iuxta Apostolum sessurum in templo Dei, & interficiendum spiritu domini saluatoris, postquã contra sanctos dimicauerit: atque ita fieri, vt media hebdomada confirmet testamẽtum Dei cum sanctis, & rursum media cessationem victimarum esse pronũciet sub antichristo: qui ponet abominationem desolationis, id est, idolum & statuam proprij Dei in templo, & erit extrema vastitas & condemnatio populi Iudæorum: qui spreta veritate Christi, receperunt antichristi mendacium. Asserit autem idem Appollinarius hãc se temporum capere coniecturam: quia Africanus scriptor temporum, cuius supra expositionem posui, vltimam hebdomadam in fine mundi esse testetur: nec posse fieri vt iunctæ diuidantur ætates, sed omnia sibi, iuxta prophetiam Danielis, esse tempora copulanda.

Luc. 3. c
Ioan. 2. c
& 6 a. & 11. 3

Luc. 3. b

Ioan. 2. c & 6 a. & 11. 8

Matt. 27. c

2. The. 2. b

¶ Clemens vir eruditissimus, presbyter Alexandrinæ ecclesiæ, paruipendens annorum numerum à Cyro rege Persarum vsq; ad Vespasianum & Tytum imperatores Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicente cõpletas: id est, annos quadringẽtos nonaginta, additis in ipso numero duobus millib. trecentis diebus: de quibus supra diximus: Persarumque & Macedonum & Cæsarum tẽpora in his hebdomadib. enumerare conatur: cum iuxta diligentissimã supputationẽ, à primo anno Cyri regis Persarum atque Medorũ, in quo imperauit & Darius, vsque ad Vespasianum & euersionem templi, supputantur anni sexcenti triginta.

¶ Origenes, cum proposuisset hoc idem capitulum, hortatus est nos vt quæramus quod non intelligimus, & quia non habebat locum allegoria, in qua est libera disputatio, historiæ veritate cõclusus, hæc in decimo Stromatum volumine breuiter annotauit, Studiosius requirenda sunt tempora, à primo anno Darij filij Assueri vsque ad aduentum Christi, quot anni sint, & quæ in illis gesta dicantur, & videndum est an ea possimus aduentui domini coaptare.

¶ Tertullianus quid dixerit, ex eo libro quẽ contra Iudæos scripsit, nosse poterimus: cuius verba breuiter ponẽda sunt. Vnde igitur ostendemus, quia Christus venit intra sexaginta duas hebdomadas? Numeremus à primo anno Darij: quoniã ipso tẽpore ostẽditur Danieli visio ipsa. Dicit enim ei. Intellige & coniice à prophetatione sermonis respondere me tibi hæc. Vnde à primo anno Darij debemus cõputare quãdo hæc vidit visionem Daniel. Videamus igitur anni quo modo impleantur vsq; ad aduentum Christi. Darius annis regnauit decem & nouem. Artaxerxes, annis quadraginta. Ochus qui & Cyrus, annis viginti quatuor. Argus anno vno. Darius alius, qui & Melas nominatus est, annis viginti vnũ. Alexander Macedo annis duodecim. Deinde post Alexandrum (qui & Medis & Persis regnauerat, quos deuicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit) regnauit illic in Alexãdria Soter, annis triginta quinque: cui successit Philadelphus, regnans annis triginta octo: post hunc Euergetes, regnauit annis viginti quinque: deinde Philopator, annis decem & septem, & post hunc Epiphanes annis viginti quatuor. Itẽ alius Euergetes annis viginti nouẽ. Soter annis triginta octo: Ptolemę annis triginta septẽ. Cleopatra annis viginti, mensib., quinq. Item Cleopatra conregnauit Augusto annis tredecim. Post Cleopatrã Augustus aliis annis quadraginta trib. imperauit. Nam omnes anni Augusti imperij, fuerunt numero quinquaginta sex. Videamus autem quoniam in quadragesimo primo anno imperij Augusti, qui post mortẽ Cleopatræ imperauit, nascitur Christus. *Et superuixit idẽ Augustus, ex quo* natus est Christus, annos numero quindecim. Et erunt reliqua tempora annorũ in diem natiuitatis Christi, in annum Augusti quadragesimum primum post mortem Cleopatræ, anni quadringenti triginta septem, menses quinque. Vnde adimplentur sexaginta duæ hebdomadæ & dimidia: quæ efficiũt annos quadringentos triginta septẽ, menses sex vsque in diem natiuitatis Christi. Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorum, id est, Christus, & signata est visio & prophetia, & dimissa sunt peccata: quę per fidem nominis Christi omnibus in eum credentibus tribuuntur. Quid est autẽ quod dicit signari visum & prophetiã? quoniam omnes prophetæ nunciabãt de ipso quod esset venturus & pati haberet: Igitur quoniã impleta est prophetia per aduentum eius; propterea signari visionẽ & prophetiam dicebat: quoniam ipse est signaculum omnium prophetarũ, adimplẽs omnia quæ retro de eo prophetæ nunciabãt. Post aduentum enim & passionem eius, iam non est visio neque prophetia quæ Christũ nunciet esse venturum. Et post paululum: Videamus, inquit, aliæ septẽ & dimidia hebdomadæ, quæ sunt subduisæ in abscissione priorũ hebdomadarum, in quo actu sint adimpletæ: post Augustum enim (qui superuixit post natiuitatem Christi, annis quindecim) efficiuntur. Cui successit Tyberius Cæsar, & imperium habuit annis viginti duobus, mensibus septem, diebus viginti octo. Huius imperij decimoquinto anno patitur Christus, annos habens quasi triginta tres cum pateretur. Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis tribus, mensibus octo, diebus tredecim. Nero annis nouem, mensibus nouem, diebus tredecim. Galba mensibus septem, diebus viginti octo. Otho mensib. tribus, diebus quinque. Vitellius mensibus octo, diebus viginti octo. Vespasianus anno primo imperij sui debellauit Iudæos, & fiunt anni numero quinquaginta duo, mẽses sex. Nam imperauit annis vndecim: atque

statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ: Et erit in tẽplo abominatio desolationis, & vsq; ad cõsummationem & finem perseuerabit desolatio.

CAPVT

ita in diem expugnationis suæ, Iudæi impleuerunt hebdomadas septuaginta prædictas à Daniele.

¶ Hebræi quid de hoc loco sentiãt breui sermone perstringam, fidem dictorum his à quibus dicta sunt derelinquens. Dicamus igitur *παραχρησικῶς* vt sensus manifestior fiat. O Daniel, scito quod à die hac qua tibi nunc loquor (erat autẽ annus primus Darij, qui occidit Baltasar, & regnum Chaldæorum in Persas Medosque transtulit) vsque ad septuagesimam annorum hebdomadam: hoc est, annos quadringentos nonaginta, hæc populo tuo per partes accident. Primũ propitiabitur tibi Deus (quæ nunc magnopere deprecaris) & delebitur peccatum, & finem accipiet præuaricatio. Nũc enim vrbe deserta, & templo vsque ad fundamenta destructo, in luctu est populus constitutus: sed non post grande tẽpus instaurabitur. Et non solum hoc fiet in his septuaginta hebdomadibus, vt ædificetur ciuitas, & templum instauretur, sed nascetur Christus, id est, iustitia sẽpiterna. Et signabitur visio & prophetia (vt nequaquã propheta inueniatur in Israel) & vngetur sanctus sanctorum. De quo in psalterio legimus: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortib. tuis.* Qui & in alio loco dicit de eo: Sãcti estote, quia & ego sanctus sum. Scito igitur quoniam à die (quæ nunc tibi loquor & Dei sermone promitto; quod reuertatur populus, & Hierusalem instauretur) vsque ad Christum ducẽ, & perpetuam desolationem templi, hebdomadæ numerentur sexaginta duæ: nec non & aliæ septẽ hebdomadæ, in quibus iuxta ordinem suum duæ res fiẽt, de quibus & ante iam dixi, quod reuertatur populus & ædificetur platea à Nehemia & Ezdra. In fine ergo hebdomadarum complebitur Dei sententia in angustia temporum, quando rursum destruetur tẽplum & capietur ciuitas. Nam post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est: siue vt illi dicunt, non erit illius imperiũ quod putabat se redempturum. Et quid dico de Christo occidendo, & populo penitus deserẽdo auxilio Dei: cum ciuitatem & sanctuarium dissipaturus sit populus Romanus, cum duce venturo Vespasiano? Quo mortuo trãsactis septem hebdomadis, id est, annis quadragintanouem, Ælius Hadrianus (à quo postea de ruinis Hierusalem vrbs Ælia condita est) rebellantes Iudæos, Timo Ruffo magistro exercitus pugnãte, superauit. Et tunc defecit hostia & sacrificium, & vsque ad consummationem mundi & finem perseuerabit desolatio. Nec nos, inquiunt, moueat quod primum numerentur septem hebdomadæ, & postea sexaginta duæ, & rursum vna, quæ in duas partes diuiditur: Est enim hoc idioma sermonis Hebraici & antiquorum sermonis Latini: vt ante minorem numerum supputent, & postea maiorem. Verbi gratia, nos iuxta proprietatem linguæ nostræ nunc dicimus: Abraham vixit annis centum septuaginta quinque: illi econtrario loquuntur: vixit Abraham annis quinque & septuaginta & centum. Non igitur vt legitur ita impletur, sed vt rotum pariter supputetur, ita finem accepit. Nec ignoramus quosdã illorum dicere, quod vna hebdomada, de qua scriptum est: Confirmabit pactum multis hebdomada vna, diuidatur in Vespasiano & in Hadriano: quod iuxta historiam Iosephi, Vespasianus & Titus tribus annis & sex mensibus pacem cum Iudæis fecerint. Tres autem anni & sex menses subHadriano supputantur, quando Hierusalem omnino subuersa est, & Iudæorum gens caeruatim cæsa: ita vt Iudææ quoque finibus pellerentur. Hæc loquuntur Hebræi, non magnopere curantes à primo anno Darij regis Persarum, vsque

vsque ad extremam subuersionẽ Hierusalem, quæ sub Hadriano eis accidit, supputari olympiades centũ septuaginta quatuor, id est, annos sexcentos nonaginta sex, qui faciunt hebdomadas Hebraicas nonaginta nouem & annos tres: quãdo Cochebas dux Iudæorum oppressus est, & Hierusalem vsque ad solum diruta est.

CAP. X.

Anno tertio Cyri, &c.] Et quo modo in fine primæ legimus visionis: Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis? Fuisse ergo eum apud Chaldæos in pristina dignitate purpura byssoque vestitum, vsque ad annũ primum Cyri regis, intelligimus, quando subuertit Chaldæos, & postea cœpit esse cum Dario filio Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum. Aut certe iam Dario mortuo, cuius anno primo septuaginta hebdomadarum sacramenta cognouerat, nunc tertio anno regis Cyri hæc vidisse narratur. Et verum verbum & fortitudo magna: Siue Dei, qui ista facturus est: siue prophetę, qui hæc intellecturus est.

b ¶ *In diebus illis ego Daniel lugebam, &c.*] Hoc docemur exemplo, tempore ieiunij à cibis delicatioribus abstinere, (quod ego puto nunc dici panem desiderabilem) nec carnẽ comedere, nec vinum bibere. Insuper & vnguenta non quærere. Qui mos apud Persas & Indos hodie quoque seruatur, vt pro balneis vrantur vnguẽtis. Tres autem iungit hebdomadas affligẽs animam suam, ne trãsitoria & fortuita videatur deprecatio. Secundum Anagogen vero hoc dicendum est: quod qui in luctu est, & sponsi luget absentiam, non comedit panem desiderabilem, qui de cœlo descendit: neque solidum capit cibum, qui intelligitur in carne: nec bibit vinum, quod lætificat cor hominis: nec exhilarat faciem in oleo: iuxta illud quod in psalmis legimus: *Vt exhilaret faciẽ in oleo*, Hoc autem ieiunium impetrabiles facit lacrymas, quando sponsus fuerit ablatus ab ea. Recte quoque Daniel audet dominum deprecari: quia iam ex parte primo anno regis Cyri, Iudæorum fuerat laxata captiuitas.

c ¶ *Die autem, &c.*] Et Ezechiel iuxta fluuium Chobar vidit visionem magnam. Et domino saluatori, & Baptistæ Ioanni super fluenta Iordanis aperiuntur cœli. Vnde eorum deliramenta conticescant, qui vmbras & imagines in veritate quærentes, ipsam conantur euertere veritatem: vt flumina & arbores & paradisum putent allegoriæ legibus se debere subruere.

d ¶ *Et leuani oculos*, &c.] Eleuatione opus est oculorum, vt visionem mysticam cernere valeamus.

e ¶ *Et ecce vir vnus vestitus lineis.*] Pro lineis, quod interpretatus est Aquila: Theodotio *βαδδὶν* posuit: Septuaginta, byssina: Symmachus *ἐξαίρετα*, id est, præcipua. Pro eo autem quod nos iuxta Hebraicum vertimus: ecce vir: Symmachus posuit, quasi vir: non enim vir erat, sed viri habebat similitudinem.

f ¶ *Et renes eius accincti, &c.*] Pro quo in Hebræo legitur ארמז, quod Aquila ita interpretatus est: Et lumbi eius accincti erant colore *ὠχρῷ*.

g ¶ *Et corpus eius quasi chrysolitus.*] De quibus in explanatione Ezechielis plenius interpretati sumus: nũc de chrysolito pauca dicamus. Pro chrysolito, qui vnus est de duodecim lapidibus, qui ponitur in logio pontificis, in Hebræo habetur Tharsis: quod Theodotio & Symmachus eodem verbo interpretati sunt, Tharsis: Lxx. vero mare appellauerunt: iuxta illud quod in psalmo legimus: *In spiritu vioIento confringes naues Tharsis*, id est, maris. Et Ionas fugere cupiebat nõ in Tarsum vrbem Ciliciæ, vt plerique existimant, literam ponentes pro litera: vel Indiæ regionem, vt putat Iosephus, sed absolute in pelagus.

h ¶ *Vidi autem ego Daniel solus*; &c.] Et Paulus apostolus simile quid in actibus Apostolorum passus est, vt cæteris non cernentibus visionem solus aspiceret.

i ¶ *Et ecce, &c.*] In hominis figura videtur angelus, & humanam ad prophetam iacentẽ mittit manum: vt sui generis corpus aspiciens nequaquam paueat.

k ¶ *Et dixit*, &c.] Congruẽter vir desideriorum vocatur: qui instantia precũ & afflictione corporis, ieiuniorumq; duritia cupit scire ventura, & Dei secreta cognoscere. Pro viro desideriorum, Symmachus interpretatus est, virum desiderabilẽ. Omnis enim sanctus habens in se animæ pulchritudinem, amatur à domino.

l ¶ *Et dixit ad me*: &c.] Vicesimaquarta die mensis primi, id est, Nisan, expletis tribus hebdomadibus, hoc est viginti diebus & vno, cernit hanc visionẽ, & audit ab angelo, quod ex die primo quo orare cæperit, & affligere se in conspectu Dei, exaudita sunt verba eius. Quæritur, si statim exauditus est, cur non statim ad eum missus sit angelus. Data est ei per moram occasio amplius Deum deprecandi: vt ex eo quod plus desiderat, per laborem plus audire mereatur. Quod autem ait: Et ego ingressus sum ab verba tua: hunc habet sensum. Postquam tu cœpisti bonis operibus, & lacrymis, atque ieiunio Dei inuocare misericordiam, & ego accepi occasionem vt ingrederer in conspectu Dei, & orarem pro te.

m ¶ *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus.*] Videtur mihi hic esse angelus cui Persis credita est: iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: *Quãdo diuidebat altissimus gentes, & disseminabat filios Adam: statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Isti sunt principes, de quibus & Paulus Apostolus loquitur: *Sapientiam loquimur inter perfectos*, quam nullus principum sæculi huius cognouit. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. Restitit autem princeps, id est, angelus Persarum, faciens pro credita sibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur. Et forsitan cum prima die ex quo posuit cor suum propheta ad intelligendum, exauditus sit à Deo: idcirco non statim missus est angelus, qui ei Dei indulgentiam nunciaret: quia viginti & vno diebus restitit ei princeps Persarum: enumerans peccata populi Iudæorum, quod iuste tenerentur captiui, & dimitti non deberent.

a ¶ *Et ecce Mihael, &c.*]Reſiſtente Perſarum angelo precibus tuis & meæ legationi, qui orationes tuas Deo offerebam, venit in adiutorium mihi angelus Michael, qui præeſt populo Iſrael. Principes autem primos, archangelos intelligimus.

b ¶ *Et ego remanſi ibi iuxta, &c.*]Regem Perſarum, angelũ, id eſt, principem vocat: & oſtendit quod iuxta Michaelem ſit paululum moratus, qui contra principem Perſarum loquebatur.

c ¶ *Veni autem vt docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo in, &c.*] Quod Daniel deprecatus eſt, hoc à Deo meretur audire, quid futurum ſit populo Iſrael, non in vicino tempore, ſed in nouiſſimis diebus, id eſt, in conſummatione ſæculi. Domine mi, in viſione tua conuerſa ſunt interiora mea in me: Sic Theodotio interpretatus eſt: iuxta illud quod in centeſimoſecundo pſalmo legimus: *Benedic anima mea domino: & omnia interiora mea nomen ſanctum eius.* Prius enim quam viſionem Dei videre mereamur, interiora noſtra foras aſpiciunt: cum autem viderimus viſionem, Dei conuertuntur in nos interiora noſtra, & toti in illis ſumus. De quibus & in alio loco ſcribitur: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis.*

d ¶ *Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi. &c.*] Niſi eum confortaſſet tactus quaſi filij hominis, & pauor receſſiſſet ex corde, ſacramenta Dei audire non poterat: & idcirco nunc ait: Quia confortaſti me loquere domine. Tu enim feciſti vt poſſim & audire & ſentire quæ loqueris.

e ¶ *Et ait: Numquid ſcis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt prælier aduerſus principem, &c.*] Quod dicit hoc eſt: Veni quidem vt docerem te exauditas preces tuas: ſed reuerſurus ſum rurſum, vt pugnem contra principem Perſarum in conſpectu Dei, qui non vult populum tuum de captiuitate laxari.

f ¶ *Cum enim egrederer, &c.*] Ego, inquit, egrediebar de conſpectu Dei, vt tibi nunciarem quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus: licet adhuc non ſim ſecurus, ſtante Perſarum principe, & contradicente tuis precibus, ac meæ legationi. Et ecce princeps Græcorum, id eſt, Macedonum, veniebat, & ingreſſus eſt in conſpectu Dei, vt accuſaret Perſarum principem atque Medorum: vt in locum eorum regnum Macedonum ſuccederet. Et reuera mira ſacramenta Dei. Laxato enim de captiuitate populo Iudæorum, Perſarum regnum atque Medorum, interfecto Dario, ſubuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcorum vicit principem Perſarum.

g ¶ *Veruntamen annuntiabo tibi quod expreſſum eſt, in ſcriptura veritatis.*] Hic ordo lectionis eſt: adhuc res in dubio eſt. Te enim precante dominum, & me offerente orationes tuas, ſtat è regione princeps Perſarum, & non vult populum tuum de captiuitate laxari. Ego autem quia venit princeps Græcorum, & interim pugnat contra principem Perſarum, habens illic Michaelem in adiutorium, donec illi inter ſe dimicant, referam tibi quæ Deus mihi futura prædixerit, & tibi narranda præceperit. Nullique oriatur ſcrupulus quare pro principe Macedonum, principẽ Græcorum dixerit, hoc eſt, ἑλλήνων. Alexander enim rex Macedonũ primũ ſubuerſa Græcia & ſubiecta poteſtati ſuæ, in Perſas arma corripuit

h ¶ *Et nemo eſt adiutor, &c.*]Ego ſum, inquit, angelus ille qui offero Deo orationes tuas, & nullus eſt alius qui adiutor meus ſit rogandi pro vobis Deum, niſi Michael archangelus, cui creditus eſt populus Iudæorum. Et interim hoc tempore ego & princeps Græcorum communi labore aduerſum Perſarum principem dimicamus. Reuoluendæ ſunt veteres hiſtoriæ, & conſiderãdum, ne forte illud tempus ſignificet, quando Perſæ à Græcis victi ſunt, Iuxta editionem vulgatã vſq; ad finem libri vna putatur viſio: quæ anno tertio Cyri regis Perſarum apparuit Danieli. Porro iuxta Hebraicam veritatem, ſeparata ſunt quæ ſequuntur, & ſcripta ordine prepoſtero. De cuius cauſis ſupra diximus: Non enim ſub Cyri anno tertio, ſed ſub Darij primo, qui ſubuertit Baltaſar, narrantur iſta quæ ſcripta ſunt.

נחפכו צירי עלי

Pſal. 44.

CAP. XI.

EGo[i] autem ab anno primo Darij Medi ſtabam, vt confortaretur & roboraretur.[k] Et nunc veritatem annuntiabo tibi. [l] Ecce tres adhuc reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes, & cum inualuerit diuitiis ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum

[a] Et ecce Michael vnus de principib. primis venit in adiutoriũ mihi. [b] Et ego remãſi ibi iuxta regẽ Perſarũ. [c] Veni autẽ vt docerẽ te quæ vẽtura ſunt populo tuo in nouiſſimis dieb., quoniã adhuc viſio in dies. Cumq; loqueretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meũ ad terrã, & tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiẽs os meũ locutus ſum, & dixi ad eum qui ſtabat cõtra me: Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remãſit virium: & quo modo poterit ſeruus domini mei loqui cũ domino meo? nihil enim in me remanſit virtũ, ſed & halitus meus intercluditur. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & cõfortauit me, & dixit: Noli timere vir deſideriorũ, pax tibi, cõfortare & eſto robuſtus. [d] Cumq; loqueretur mecũ, cõualui, & dixi: Loquere domine mi, quia cõfortaſti me. [e] Et ait: Numquid ſcis quare venerim ad te? Et nunc reuertar, vt prælier aduerſum principẽ Perſarũ. [f] Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum ingrediẽs. [g] Veruntamẽ annuntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. [h] Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his niſi Michael princeps veſter.

CAP. XI.

EGo[i] autem ab anno primo Darij Medi ſtabam, vt confortaretur & roboraretur. [k] Et nunc veritatem annuntiabo tibi. [l] Ecce tres adhuc reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes, & cum inualuerit diuitiis ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum

repente perſonas introducere ſine vlla præfatione verborũ: vt eſt illud in Pſalmo tricesimoprimo: cum enim rogaſſet dominũ propheta, & dixiſſet: *Tu es refugium meum à tribulatione mea, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circundantib. me:* repente perſona Dei introducitur reſpõdentis: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos.* Ergo & nunc narrante propheta: ab anno primo Darij Medi, ſtabã & deprecabar vt cõfortaretur, & roboraretur eius imperiũ: Deus repente reſpõdit.

k ¶ *Et nunc veritatem, &c.*] Eſtque ſenſus: Quia vis noſſe de Perſarum regibus quid futurum ſit, audi ordinem rerum, & auſculta quod quæris.

l ¶ *Ecce tres adhuc, &c.*] Quatuor reges poſt Cyrum dicit in Perſide ſurrecturos: Cambyſen filium Cyri: & Smerdẽ magum qui Pantapten filiam Cambyſis duxit vxorem. Qui cum à ſeptem Magis fuiſſet occiſus, & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperium: eadem Pentaptes nupſit Dario, & ex eo Xerxen genuit filium: qui potentiſſimus rex & ditiſſimus, aduerſum Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea geſſit quæ Græcorum narrant hiſtoriæ. Succendit enim Athenas ſub principe Callia, bellumque eo tẽpore geſtum eſt in Termophylis, & apud Salaminã nauale certamẽ: quãdo Sophocles & Euripides clari habebãtur, & Themiſtocles in Perſas fugiẽs, hauſto tauri ſanguine periit. Fruſtra igitur quidã Dariũ regẽ quartũ, qui ab Alexandro ſuperatus eſt ſcribit: qui non quartus, ſed quartusdecimus poſt Cyrum Perſarũ rex fuit: quẽ ſeptimo imperij ſui anno, & ſuperauit & occidit Alexãder. Et notandũ quod quatuor poſt Cyrum regib. Perſarum enumeratis, nouem præterierit, & trãſierit ad Alexandrũ. Non enim curæ fuit ſpiritui prophetali hiſtoriæ ordinẽ ſequi, ſed præclara quæque perſtringere.

a ¶ *Surget*

a ¶ *Surget vero rex fortis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei, & cum ſteterit, &c.*] Perſpicue de magno Alexandro rege Macedonum loquitur, qui Philippi filius fuit: hic enim Illyricis Thracibuſque ſuperatis, victa Græcia, Thebiſque ſubuerſis, tranſiuit in Aſiam, & fugatis Darij ducibus, vrbem Sardis cepit: poſteaque capta India, & vrbe Alexandria condita, cum triginta & duos ætatis haberet annos, & duodecimum imperij annum, in Babylone veneno periit.

regnũ Græciæ. [a] Surget vero rex fortis, & dominabitur poteſtate multa, & faciet quod placuerit ei. Et cũ ſteterit, cõteretur regnũ eius, [b] & diuidetur in quatuor vẽtos cæli: ſed nõ in poſteros eius, neq; ſecũdum potentiã illius, qua dominatus eſt. [c] Lacerabitur enim eius regnũ etiã in externos, exceptis his. Et confortabitur rex auſtri. [d] Et de principib. eius præualebit ſuper eũ, & dominabitur ditione. Multa enim dominatio eius. [e] Et poſt finẽ annorũ fœderabũtur. (Siue vt Theodotio interpretatus eſt: Et poſt annos illi[s] cõmiſcẽtur.) Filiaq; regis Auſtri veniet ad regẽ Aquilonis, facere amicitiã, & non obtinebit fortitudinẽ brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerũt eã iuuenes eius, & qui cõfortabãt eã in tẽporibus. [f] Et ſtabit de germine radicũ eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciã regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & deos eorum & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa auri & argẽti, captiua ducet in Ægyptũ: ipſe præualebit aduerſus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Auſtri, & reuertetur in terrã ſuam. [g] Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum, & veniet properans & inundans, & re-

b ¶ *Et diuidetur in quatuor ventos, &c.*] Poſt Alexandrum in quatuor ventos cæli, Orientem videlicet & occidentem, Meridiem & Septentrionem, regnum illius diuiſum eſt. In Ægypto enim primus regnauit Ptolemæus Lagi filius: id eſt, ad Meridiem. In Macedonia Philippus, qui & Arideus frater Alexandri: id eſt, ad Occidentẽ. Syriæ & Babylonis & ſuperiorum locorum, Seleucus Nicanor: id eſt, ad Orientem. Aſiæ & Ponti ceterarumque in ipſa plaga prouinciarum Antigonus: id eſt ad Septentrionem. Hæc ſecundum totius orbis plagas dicimus. Cæterum qui in Iudæa eſt, ad Aquilonem, Syriam, & ad Meridiem Ægyptum habet. Quod autem ait: ſed non in poſteros eius: hoc ſignificat, quod liberos non habuerit, ſed regnum ipſius in alienos laceratum ſit: excepto fratre Philippo qui Macedonas tenuit. Neque ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt. Diuiſum enim in quatuor partes regnum imbecillius fuit: dum aduerſum ſe dimicant, & inteſtino furore bacchantur.

c ¶ *Lacerabitur enim, &c.*] Præter regna quatuor Macedoniæ, Aſiæ, Syriæ, Ægypti: etiam in alios obſcuriores & minores reges Macedonum regnum laceratum eſt. Significat autem Perdicam & Crateron & Lyſimachum. Nam Cappadocia, & Armenia, Bithynia, & Heraclia, Boſphoruſque, & aliæ prouinciæ de poteſtate Macedonum recedentes, diuerſos ſibi reges conſtituerunt.

d ¶ *Et confortabitur, &c.*] Ptolemæum indicat filium Lagi, qui primus regnauit in Ægypto, & vir prudentiſſimus fortiſſimuſque ac ditiſſimus fuit, & tantæ potentiæ, vt Pyrrhum regem Epirotarum expulſum reſtitueret in regnum, Cyprumque obtinuerit & Phœnicem, & victo Demetrio filio Antigoni, Seleuco regi ſui partẽ, quæ ab Antigono fuerat ablata, reſtituerit: Cariam quoque obtinuerit, & multas inſulas vrbeſque & regiones: de quibus non eſt huius temporis ſcribere. Idcirco autem, cętera regna dimittens, Macedoniæ videlicet & Aſiæ, tantum de Ægypti & Syriæ narrat regibus: quia in medio Iudæa poſita, nunc ab illis, nunc ab iſtis regibus tenebatur. Et ſcripturæ ſanctæ propoſitum eſt, non externam abſque Iudæis hiſtoriam texere, ſed eam quæ Iſraelitico populo copulata eſt.

e ¶ *Et de principibus, &c.*] Iſte eſt Ptolemæus Philadelphus, ſecundus rex Ægypti, filius Ptolemæi ſuperioris: ſub quo Lxx. interpretes Alexandriæ ſcripturam ſanctam in Græcum dicuntur vertiſſe ſermonem: qui & Eleazaro pontifici multa Hieroſolymam, & in templi donaria vaſa tranſmiſit: cuius bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, idem apud Græcos orator & philoſophus: tantæque potentiæ fuiſſe narratur, vt Ptolemæum patrem vinceret. Narrant enim hiſtoriæ habuiſſe eũ peditum ducẽta millia: equitũ viginti millia: curruũ vero duo millia: elephantos quos prim' eduxit ex Æthiopia, quadringẽtos. Naues lõgas, quas nunc liburnas vocãt, mille quingẽtas: alias ad cibaria militũ deportãda, mille: auri quoq; & argenti grande pondus: ita vt de Ægypto per

ſingulos annos quatuordecim millia, & octoginta talenta argenti acceperit: & frumenti artabas (quæ menſura tres modios, & tertiam modij partem habẽt) quinquies & decies centena millia.

f ¶ *Et poſt finem annorum, &c.*] Primum Syriæ regnauit (vt diximus) Seleucus, cognomẽto Nicanor. Secundus Antiochus, qui appellatus eſt Sother. Tertius & ipſe Antiochus qui vocabatur Θεός, id eſt, Deus. Iſte aduerſus Ptolemæum Philadelphum, qui ſecundus imperabat Ægyptiis, geſſit bella quã plurima, & totis Babylonis atque Orientis viribus dimicauit. Volens itaque Ptolemæus Philadelphus poſt multos annos moleſtum finire certamen, filiam ſuam nomine Berenicem, Antiocho vxorem dedit: qui de priore vxore nomine Laodice, habebat duos filios: Seleucum, qui cognominatus eſt Callinicus, & alterum Antiochum. Deduxitque eam vſque Peluſium, & infinita auri & argenti millia dotis nomine dedit. Vnde φερνόφορος, id eſt, dotalis appellatus eſt. Antiochus autem Berenicẽ conſortem regni habere ſe dicens, & Laodicen in concubinæ locum, poſt multum temporis amore ſuperatus, Laodicen cũ liberis ſuis reduxit in regiam. Quæ metuens ambigui viri animum, ne Berenicem reduceret, virũ per miniſtros veneno interfecit: Berenicen autem cum filio, qui ex Antiocho natus erat, Icadioni & Gemneo Antiochiæ principibus occidendam tradidit: filiumque ſuum maiorem Seleucum Callinicũ in patris loco regem cõſtituit. Et hoc eſt quod nunc dicitur: Poſt multos annos Ptolemæus Philadelphus & Antiochus Θεός facient amicitias, & filia Auſtri regis, hoc eſt, Ptolemæi veniet ad regem Aquilonis, id eſt, ad Antiochum, vt inter patrem ac virum iungat amicitias. Et non poterit, inquit, obtinere, nec ſemen illius ſtare in regno Syriæ: ſed & ipſa Berenice, & qui eam adduxerunt, interficientur. Rex quoque Antiochus qui confortabat eam, hoc eſt, per quem poterat præualere, veneno vxoris occiſus eſt.

g ¶ *Et ſtabit de germine, &c.*] Occiſa Berenice, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre eius in Ægypto, frater illius & ipſe Ptolemæus cognomento Euergetes, tertius ſucceſſit in regnũ, de plantatione & de germine radicis eius: eo quod eſſet germanus, & venit cum exercitu magno, & ingreſſus eſt prouinciam regis Aquilonis, id eſt, Seleuci cognomento Callinici, qui cum matre Laodice regnabat in Syria; & abuſus eſt eis, & obtinuit, intantum vt Syriam caperet & Ciliciam, ſuperioreſque partes trans Euphraten, & propemodum vniuerſam Aſiam. Cumque audiſſet in Ægypto ſeditionem moueri, diripiens regnum Seleuci, quadraginta millia talentorum argenti tulit: & vaſa pretioſa ſimulacraque deorum, duo millia quingenta: in quibus erant & illa quæ Cambyſes capta Ægypto, in Perſas aſportauerat. Denique gens Ægyptiorum idololatriæ dedita: quia poſt multos annos deos eorum retulerat, Euergetem eum appellauit, & Syriam quidem ipſe obtinuit, Ciliciam autem amico ſuo Antiocho gubernandam tradidit, & Xantippo alteri duci prouincias trans Euphratem.

h ¶ *Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem, &c.*] Poſt fugã & mortẽ Seleuci Callinici, duo filij eius Seleucus cognomento Ceraunus, & Antiochus qui appellatus eſt magnus, prouocati ſpe victoriæ & vltione, parentis exercitu congregato aduerſus Ptolemæũ Philopatorem arma corripiũt. Cumque Seleucus maior frater, tertio anno imperij eſſet occiſus in Phrygia per dolũ Nicanoris

& Apaturij: exercitus qui erat in Syria Antiochum fratrem eius cognomento Magnum de Babylone vocauit ad regnũ. Et propterea nunc infert, quod duo quidem filij prouocati sunt, & congregauerunt multitudinem exercituum plurimorum. Sed quod vnus Antiochus Magnus venerit de Babylone in Syriam, quæ eo tempore tenebatur à Ptolemæo Philopatore filio Euergetis, qui quartus regnauit in Ægypto. Cumque pugnasset aduersum duces eius, imo proditione Theodotij obtinuisset Syriam, quæ per successionẽ iam à regibus Ægypti tenebatur, in tãtam venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris, & magicis artibus quibus inseruire dicebatur, vt vltro Ægyptiis bellum conaretur inferre.

a ¶ *Et prouocatus rex, &c.*] Ptolemæus enim cognomento Philopator amissa Syria proditione Theodotij, congregauit plurimam multitudinẽ, & ingressus est aduersus Antiochũ Magnum (quem nunc regem Aquilonis vocat) iuxta situm Ægypti & Iudææ prouinciæ: idem enim locus pro qualitate regionis, alteri ad Austrum, alteri ad Aquilonẽ situs est. Verbi gratia: Si de Iudæa dicamus, Ægyptiis ad Aquilonẽ, Syriis ad Austrum est. Inito ergo certamine iuxta oppidũ Raphiæ, quod in foribus Ægypti est, omnem Antiochus amisit exercitum, & per deserta fugiens, pene captus est: Cumque cessisset Syria, ad extremum fœdere & quibusdam conditionibus pugna finita est. Et hoc est quod scriptura nunc dicit: Deiiciet multa millia Ptolemæus Philopator, sed non præualebit. Aduersarium enim suum capere non potuit. Quodque sequitur.

b ¶ *Et conuertetur rex*, &c.] Antiochum magnum significat: qui contempta Ptolemæi Philopatoris ignauia (eo quod deperiret Agathocleam psaltriam: fratremque eius, & ipsum Agathoclem haberet concubinum: quem postea Ægypti ducem constituit) incredibilem de superioribus locis Babylonis exercitum congregauit. Et Ptolemæo Philopatore mortuo, aduersum filium eius, qui tunc quatuor annorum erat, & vocabatur Ptolemæus ἐπιφανὴς rupto fœdere mouit exercitum. Tantæ enim dissolutionis & superbiæ Agathocles fuit, vt subditæ prius Ægypto prouinciæ rebellarent, ipsaque Ægyptus seditionibus vexaretur. Philippus quoque rex Macedonum & Magnus Antiochus pace facta, aduersum Agathoclen & Ptolemæum Epiphanem dimicarent, sub hac conditione, vt proximas ciuitates regno suo singuli de regno Ptolemæi iungerent. Et hoc est quod nunc dicit, multos consurgere aduersus regem Austri, Ptolemæum scilicet Epiphanem, qui erat ætate puerili.

c ¶ *Filij quoque prænaricatorum, &c.*] Pugnantibus contra se Magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, in medio Iudæa posita in contraria studia scindebatur: aliis Antiocho, aliis Ptolemæo fauentibus. Denique Onias sacerdos assumptis Iudæorum plurimis fugit in Ægyptum, & à Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos vocabatur, & concedente rege, templum extruxit in Ægypto simile templi Iudæorum: quod permansit vsque ad imperiũ Vespasiani, annis ducentis quinquaginta. Ipsa autem vrbs quæ vocabatur Onie, dimicantib. postea aduersus Romanos Iudæis, ad solum vsque delera est, & neque vrbis neq; templi vllum restat vestigium. Sub occasione igitur Oniæ pontificis, infinita examina Iudæorum Ægyptum confugerunt. Eo tempore & Cyrenæorum multitudine repleta est. Asserebat enim Onias se Esaiæ implere vaticinium scribẽtis: *Erit altare domini in Ægypto, & titulus domini in terminis eius.*

Ioseph. lib. 13. antiquit. c. 6. & lib. 7. de bello Iud. c. 30.

Esa. 19. c

& reuertetur & cõcitabitur, & cõgredietur cũ robore eius. a Et prouocatus rex Austri, egredietur, & pugnabit aduersũ regẽ Aquilonis, & præparabit multitudinẽ nimiã, & dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinẽ, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa millia, sed non præualebit. b Et conuertetur rex Aquilonis, & præparabit multitudinẽ multo maiorem quàm prius, & in fine tẽporum annorũq; veniet, properans cum exercitu magno & opib. nimiis. Et in tẽpotib. illis multi consurgẽt aduersum regẽ Austri. c Filij quoq; præuaricatorum populi tui extollentur vt impleãt visionẽ, & corruãt. d Et veniet rex Aquilonis, & cõportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitissimas, & brachia austri nõ sustinebunt, & cõsurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum, & non erit qui stet cõtra faciem eius, & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius. e Et ponet faciem suam vt veniat ad tenẽdum vniuersum regnum eius & recta faciet cum eo. Et filiam feminarũ dabit ei, vt euertat illum. f Et non stabit nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet

Et hoc est quod nunc dicit: *Filij præuaricatorum populi tui,* (qui dereliquerũt legem domini, volentes in alio loco præterquam iussum erat, Deo victimas immolare) *extollentur in superbiam & visionem*: hoc est domini præceptum se implere iactabunt. Sed corruent: quia & templum & vrbs postea destruentur. Cumque Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas Ætholi filius, dux Ptolemæi partium, aduersus Antiochum fortiter dimicauit: cepitque Iudæam, & optimates Ptolemæi partium secum abducens, in Ægyptum reuersus est.

d ¶ *Et veniet rex Aquilonis & cõportabit, &c.*] Antiochus enim volens Iudæam recuperare, & Syriæ vrbes plurimas, Scopam ducem Ptolemæi iuxta fontes Iordanis, vbi nunc Paneas condita est, inito certamine fugauit, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. Ob quem liberandum misit Ptolemæus duces inclytos Eropum & Menocleam & Damoxenum. Sed obsidionẽ soluere non potuit: donec fame superatus Scopas, manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est. Quodque ait: *Comportabit aggerem*: illud significat, quod præsidiũ Scopæ in arce Hierosolymorum admittentibus Iudæis, multo tempore oppugnarit, & ceperit alias vrbes, quæ prius à Ptolemæi à partib. tenebantur, Syriæ, Ciliciæ, & Lyciæ. Eo enim tempore captæ sunt Aphrodisias, & Soloe & Zephyrion, & Mallos, & Annemurũ, & Selenus, & Coracesiũ, & Coricus, & Andriacæ, & Limyra, & Patra, & Xanthus, & ad extremũ Ephesus: de quib. vniuersis & Græca & Romana narrat historia. Quodque intulit: *Et stabit in terra inclyta, & consumetur siue perficietur in manu eius.* Terrã inclytam: siue vt Lxx. interpretati sunt, voluntatis, hoc est, quæ complaceat Deo, Iudæam significat, & proprie Hierusalem, in qua honorifice susceptus, eos qui partiũ Scopæ erãt persecutus est. Pro terra inclyta, quod interpretatus est Aquila, quẽ nos in hoc loco secuti sumus: Theodotio ipsum Hebraicum verbum posuit *צבי*: pro quo Symmachus vertit terram fortitudinis.

e ¶ *Et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum vniuersum regnum, &c.*] Vt euertat illum, hoc est Ptolemæum: siue illud, hoc est regnum eius. Volens Antiochus non solum Syriã & Ciliciã & Lyciam, & alias prouincias, quæ Ptolemæi fuerant partium, possidere, se in Ægyptum quoque regnum suum extendere: filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescentis despondit Ptolemæo, & tertiodecimo anno tradidit: data ei dotis nomine omni Cœlesyria & Iudæa. Filiam autem feminarum per πλεονασμὸν vocat: vt est illud poeticum. *Sic ore locuta est: Vocemque his auribus hausi.*

f ¶ *Et non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciam, &c.*] Neque enim obtinere potuit Ægyptum: quia Ptolemæus Epiphanes, & duces eius sentientes dolum, cautius se egerunt, & Cleopatra magis viri partes quam parentis fouit. Vnde vertit se ad Asiam, & nauali certamine aduersum plurimas insulas dimicans: cepit Rhodum & Samum & Colophonam, & Phoceã, & alias multas insulas. Sed occurrit ei L. Scipio Nasica cum fratre suo Publio Scipione Africano, qui Hannibalẽ vicerat. Cum enim consul Nasica frater Africani hebetioris esset ingenij, & contra regem potentissimum senatus ei bellum nollet credere, spontaneam legationẽ obtulit Africanus pro fratris iniuria. Victus ergo Antiochus, intra Taurũ regnare iussus est, & inde fugit ad Apamiã ac Susam, & vltimas regni sui penetrauit vrbes. Cumq; aduersum Elimæos pugnaret, cum omni est deletus exerci-

exercitu. Et hoc est quod nunc scriptura dicit: quod multas insulas ceperit, & vincente exercitu Romano, regnum Asiæ perdiderit, & opprobrium eius conuersum sit in caput eius & ad extremum de Asia fugiens, reuersus sit ad imperium terræ suæ, & impegerit atque corruerit, & locus eius non sit inuentus.

a ¶ *Et stabit in loco eius vilissimus, &c.*] Seleucum dicit cognomento Philopatorem filiũ magni Antiochi, qui nihil dignum Syriæ & patris gessit imperio, & absque vllis præliis inglorius periit. Porro Porphyrius non vult hunc esse Seleucum, sed Ptolemæum Epiphanem, qui Seleuco sit molitus insidias, & aduersum eum exercitũ præparauerit, & idcirco veneno sit interfectus à ducibus suis. Quod cum vnus ab illo quæreret, tantas res moliẽs vbi haberet pecuniam, respondit, sibi amicos esse diuitias. Quod cum diuulgatũ esset in populis, timuerũt duces ne auferret eorum substãtiam, & idcirco eum maleficis artib. occiderunt. Sed quo modo potest in loco magni Antiochi stare Ptolemæus, qui hoc omnino non fecit? maxime cum Lxx. interpretati sunt: & stabit de radice eius plantatio: id est, de germine eius & semine, percutiens dignitatem imperij, & in paucis diebus conteretur absque ira & prælio? Hebræi vilissimum & indignum decore regio, Triphonem intelligi volunt: qui tutor pueri arripuit tyrannidem.

b ¶ *Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor, &c.*] Hucusque ordo historiæ se sequitur, & inter Porphyrium ac nostros nulla contentio est. Cætera quæ sequũtur vsque ad finem voluminis, ille interpretatur super persona Antiochi (qui cognominatus est Epiphanes: frater Seleuci, filius Antiochi magni: qui post Seleucum vndecim annis regnauit in Syria: obtinuitque Iudæam, sub quo legis Dei persecutio & Machabæorum bella narrãtur.) Nostri autem hæc omnia de antichristo prophetari arbitantur, qui vltimo tempore futurus est. Cumque eis videatur illud opponi: quare tãtos in medio dereliquerit sermo propheticus, à Seleuco vsque ad consummationem mundi: respondẽt quod & in priori historia vbi de regibus Persis dicebatur, quatuor tantũ reges post Cyrum Persarũ posuerit, & multis in medio transilitis, repente venerit ad Alexandrum regem Macedonum: & hanc esse scripturæ sanctæ consuetudinem, non vniuersa narrare, sed ea quæ maiora videantur exponere. Cumque multa quæ postea lecturi & exposituri sumus, super Antiochi persona conueniant: typum eum volunt antichristi habere, & quæ in illo ex parte præcesserint, in antichristo ex toto esse cõplenda. Et hunc esse morẽ scripturæ sanctæ, vt futurorũ veritatem præmittat in typis, iuxta illud quod de domino Saluatore in septuagesimo primo psalmo dicitur: qui prænotatur Salomonis, & omnia quæ de eo dicuntur, Salomoni non valent conuenire. Neque enim permansit ille cum sole & ante lunam generationes generationum: neque dominatus est *à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ*: nec omnes gẽtes seruierunt ei: neque ante solem permansit nomen eius: nec benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ: neque omnes gẽtes magnificauerunt eum. Ex parte autẽ & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone præmissa sunt: vt in domino Saluatore perfectius implerentur. Sicut igitur Saluator habet & Salomonẽ & cæteros sanctos in typum aduentus sui: sic & antichristus pessimum regẽ Antiochũ, qui sanctos persecutus est, templumque violauit, recte typũ sui habuisse credendus est. Sequamur igitur expositionis ordinẽ, & iuxta

Psal. 71.

capiet multas, & cessare faciet principẽ opprobrij sui, & opprobriũ eius cõuertetur in eũ. Et conuertet faciẽ suã ad imperiũ terræ suæ, & impinget & corruet, & nõ inuenietur. a Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio, & in paucis dieb. conteretur, non in furore nec in prælio. b Et stabit in loco eius despectus, & nõ tribuetur ei honor regius, & veniet clam & obtinebit regnũ in fraudulẽtia. Et brachia pugnãtis expugnãbũtur à facie eius, & cõterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias, cũ eo faciet dolũ, & ascẽdet, & superabit in modico populo. Et abũdantes & vberes vrbes ingredietur, & faciet quæ nõ fecerũt patres eius, & patres patrũ eius: rapinas, & prædã, & diuitias eorũ dissipabit, & cõtra firmissimas cogitationes inibit, & hoc vsque ad tempus. c Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersus regẽ Austri in exercitu magno. Et rex Austri prouocabitur ad bellũ multis auxiliis & fortib. nimis, & non stabũt, quia inibũt aduersum eum consilia. Et comedentes panem cum eo, conterent illum: exercitusq; eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi. d Duorum quoque regum

vtramque explanationem, qui aduersariis, quid nostris videatur, breuiter annotemus. Stabit, inquiũt, in loco Seleuci frater eius Antiochus Epiphanes: cui primum ab his qui in Syria Ptolemæo fauebant non dabatur honor regius: sed postea simulatione clementiæ obtinuit regnum Syriæ. Et brachia pugnãtis Ptolemæi & vniuersa vastantis, expugnata sunt à facie Antiochi atque cõtrita. Brachia autem fortitudinẽ vocat: vnde & manus appellatur exercitus multitudo. Et non solum ait Ptolemæũ vicit fraudulentia, sed ducẽ quoque fœderis: hoc est Iudam Machabæũ superauit dolis. Siue quod dicit hoc est: Cum ipse obtulisset pacem Ptolemæo, & fuisset dux fœderis, postea est ei molitus insidias. Ptolemæum autem hic non Epiphanem significat: qui quintus regnauit in Ægypto: sed Ptolemæum Philometorẽ, filiũ Cleopatræ sororis Antiochi: cuius hic auũculus fuit. Et cum post mortem Cleopatræ Eulæus eunuchus nutritius Philometoris & Leneus Ægyptum regerent, & repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupauerat: ortũ est inter auunculũ & puerum Ptolemæũ prælium. Cumque inter Pelusium & mõtem Casium prælium commississent, victi sunt duces Ptolemæi. Porro Antiochus parcens puero & amicitias simulans, ascendit Memphim, & ibi ex more Ægypti regnum accipiẽs, puerique rebus se prouidere dicens, cum modico populo omnem Ægyptum subiugauit sibi, & abundantes atque vberrimas ingressus est ciuitates. Fecitq; quæ non fecerũt patres eius, & patres patrum illius: nullus enim regum Syriæ ita vastauit Ægyptũ, & omnes eorũ diuitias dissipauit, & tam calidus fuit, vt prudentes cogitationes eorũ qui duces pueri erant, sua fraude subuerteret. Hæc Prophyrius sequens Suctoriũ, sermone lacinio-sissimo prosecutus est: quæ nos breui compendio diximus. Nostri autẽ & melius interpretantur & rectius: quod in fine mũdi hæc sit facturus antichristus: qui cõsurgere habet de modica gente: id est, de populo Iudæorum, & tam humilis erit atque despectus, vt ei non detur honor regius, & per insidias & fraudulentiã obtineat principatũ, & brachia pugnantis populi Romani, expugnentur ab eo & cõterantur. Et hoc facier, quia simulabit se ducem esse fœderis, hoc est, legis & testamenti Dei. *Et ingredietur vrbes ditissimas, & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum illius*: Nullus enim Iudæorum absque antichristo in toto vmquam orbe regnauit, & contra firmissimas cogitationes sanctorum inibit consilium: facieque vniuersa vsque ad tempus: donec eum Dei voluntas facere ista permiserit.

c ¶ *Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersus regem austri, &c.*] Hęc Porphyrius interpretatur de Antiocho, qui aduersus Ptolemæum sororis suæ filium profectus est cum exercitu magno. Sed & rex austri, id est, duces Ptolemæi, prouocabuntur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis, & non potuerũt resistere Antiochi cõsiliis fraudulentis: qui simulabit pacem cum sororis filio, & comedet cum eo panem: & postea occupabit Ægyptum. Nostri autẽ secũdum superiorem sensum interpretatur omnia de antichristo, qui nasciturus est de populo Iudæorum, & de Babylone venturus, primum superaturus est regem Ægypti: qui est vnus de tribus cornibus, de quibus antea iam diximus.

d ¶ *Duorum quoque regum cor erit vt male faciãt, &c.*] Nulli dubium est quin Antiochus pacem cum Ptolemeo fecerit, & inierit cum eo conuiuium, & dolos machinatus sit, & nihil profecerit, quia regnum eius non potuerit obtinere, sed à militibus Ptolemæi eiectus sit. Verum ex eo quia

scriptura nunc dicit duos fuisse reges, quorum cor fuerit fraudulentum, vt sibi mutuo malefacerent: hoc secundum historiam non potest demonstrari. Ptolemæus enim paruus ætate erat, & deceptus Antiochi fraude, illi malum cogitare quid potuit? Vnde volunt nostri hæc omnia referri ad antichristum, & ad regem Ægypti, quem primum superaturus est.

a ¶ *Et cor eius aduersum testamentum, &c.*] Siue vt alius interpretatus est, & comminabuntur ei. Et Græca & Romana narrat historia, postquam reuersus est Antiochus expulsus ab Ægyptiis, venisse eum in Iudæam (hoc est aduersus testamentũ sanctum) & spoliasse templum, & auri tulisse quamplurimum: positoque in arce præsidio Macedonum, reuersum in terrã suam. Et post biennium rursum cõtra Ptolemæũ exercitum congregasse, & venisse ad austrum. Cumque duo fratres Ptolemæi Cleopatræ filij quorũ aunculus erat, obsiderentur Alexandriæ, legatos venisse Romanos: quorũ vnus Marcus Põpilius lenas, cum eũ stantem inuenisset in litore, & senatusconsultũ dedisset: quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio esse contẽtus, & ille ad amicorum responsionem consilium distulisset: orbẽ dicitur fecisse in arenis baculo quem tenebat in manu, & circunscripsisse regem atque dixisse: Senatus & populus Romanus præcipiunt, vt in isto loco respondeas quid consilij geras. Quibus dictis ille perterritus ait: Si hoc placeat senatui & populo Romano recedẽdũ est: atque ita statim mouit exercitũ. Percussus autẽ dicitur esse, non quod interierit, sed quod omnem arrogantiæ perdiderit magnitudinem. De antichristo nullus ambigit, quin pugnaturus sit aduersus testamentum sanctum, & primum contra regem Ægypti dimicans, Romanorum pro eius auxilio terreatur. Hæc autem sub Antiocho Epiphane in imagine præcesserunt, vt rex sceleratissimus qui persecutus est populum Dei, præfiguret antichristum, qui Christi populum persecuturus est. Vnde multi nostrorum putant ob fœuitiæ & turpitudinis magnitudinem, Domitianum Neronem antichristum fore.

1.Mac.1.b b ¶ *Et reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctũ, &c.*] Hæc plenius in Machabæorũ gestis legimus: quod postquam eum de Ægypto populerunt Romani, indignans venerit contra testamentum sanctuarij, & ab his inuitatus sit qui dereliquerat legem Dei, & se ceremoniis miscuerant ethnicorum. Quod plenius complendum est sub antichristo, qui indignabitur contra testamentum Dei, & cogitabit aduersum illos quos vult legem Dei derelinquere. Vnde significantius interpretatus est Aquila: *Et cogitabit vt deseratur pactum sanctuarij.*

2.Mac.6.a c ¶ *Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, &c.*] Pro brachiis alius interpretatus est semina, vt significaret stirpem atque progeniem. Volunt autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt post biennium quam templum expoliauerat, vt tributa exigerent à Iudæis, & auferrent cultum Dei, & in templo Hierusalem, Iouis Olimpij simulacrũ, & Antiochi statuas ponerent: quas nunc abominationem desolationis vocat: quando ablatum est holocaustum & iuge sacrificium. Quæ vniuersa in typo antichristi, nostri præcessisse contendunt: qui sessurus est in templo Dei, & se facturus vt Deum. Iudæi autem hoc nec de Antiocho Epiphane, nec de antichristo, sed de Romanis intelligi volunt, de quibus supradictum est: *Et venient Trieres* siue *Itali atque Romani, & humiliabitur.* Post multa inquit, tẽpora de ipsis Romanis, qui Ptolemæo venere auxilio, & Antiocho cõminati sunt, consurget rex Vespasianus: surgent brachia eius & semina, Titus filius cum exercitu, & polluẽt sanctuarium: auferentque iuge sacrificiũ, & templum tradent æternę solitudini, [a] צִיִּים,בְּתִּים quos nos Trieres & Romanos interpretati sumus, Hebræi Italos volũt intelligi atq; Romanos.

[a] Siiur, Cittim

1.Mac.6.g d ¶ *Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter, &c.*] Et hoc in Machabæis legimus, quod quidam simulauerint se legis Dei esse custodes, & postea cum gentib. pactum fecerint: alij vero permanserint in religione: quod & antichristi temporibus futurum arbitror, quando refrigescet charitas multorum. De quibus dominus loquitur in euangelio: *Putas filius hominis veniens inueniet fidem super terram?*

Matt.24.b

c ¶ *Et docti in populo docebunt plurimos, &c.*] Quanta Iudæi ab Antiocho passi sunt, Machabæorum libri referunt, & triũphi eorum testimonio sunt: qui pro custodia legis Dei flammas, & gladios, & seruitutem, & rapinas, & pœnas vltimas sustinuerũt. Quæ futura nemo dubitet sub antichristo, multis resistentibus potentiæ eius, & in diuersa fugientibus. Quæ Hebræi in vltima euersione tẽpli, quę sub Vespasiano & Tito accidit, interpretãtur: fuisse plurimos de populo, qui scirent dominum suum, & pro custodia legis eius interfecti sunt.

1.Mac.5.d f ¶ *Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, &c.*] Paruulum auxilium, Matthathiã significari arbitratur Porphyrius de monte Modin: qui aduersum duces Antiochi rebellauit, & cultum veri Dei seruare conatus est. Paruum autem, inquit, auxilium vocat, quia occisus est in prælio Matthathias: & postea Iudas filiis eius qui vocabatur Machabæus pugnans cecidit, & cæteri fratres eius aduersariorum fraude decepti sunt. Lege Machabæorũ libros. Hæc ait, omnia idcirco sunt facta, vt probentur & eligantur sancti, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia in aliud tempus erat dilata victoria. Sub antichristo paruum auxiliũ nostri intelligi volunt, quia congregati sancti resistent ei, & vtentur auxilio paruulo, & postea de eruditis corruent plurimi. Et hoc fiet, vt quasi conflentur in fornace, & dealbentur, & eligantur donec veniat tempus præfinitum: quia vera victoria in aduentu Christi erit. Hebræorum quidam hæc de Seuero & Antonino principibus intelligũt, qui Iudæos plurimũ dilexerunt. Alij vero de Iuliano imperatore: quod quãdo oppressi fuerint à Caio Cæsare, & in captiuitatis angustiis multa perpessi, ille consurgat, Iudæos amare se simulans, & in templo eorum immolaturum se esse promittens: in quo paruam spem auxilij habebunt, & applicabuntur illis gentilium plurimi, non in veritate, sed in mendacio. Pro idolorũ enim cultu, eius simulabunt amicitias. Et hoc facient, *vt qui probati sunt, manifesti fiant.* Tempus enim veræ salutis eorũ, & auxilij futurum esse Christum: quem falso putant esse venturum, cum sint recepturi antichristum.

1.Mac.5.d

1.Cor.11.d

g ¶ *Et faciet iuxta voluntatem, &c.*] Perpetrata quippe definitio est. Siue vt alius interpretatus est: in ipso enim erit consummatio. Ab hoc loco Iudęi dici de antichristo putant, quod post Iuliani paruum auxilium surrecturus sit rex, qui faciat iuxta voluntatẽ suam, & eleuetur contra omne quod dicitur Deus, *& aduersum Deum deorum loquatur magnifica:* ita vt sedeat in templo Dei, & seipsum faciat Deum, & dirigatur voluntas eius donec compleatur ira Dei, quia in ipso erit consummatio. Quod quidem & nos de antichristo intelligimus. Porphyrius autẽ, & cæteri qui sequũtur eum, de Antiocho Epiphane dici arbitrantur: quod erectus sit contra cultum Dei, & in tantam superbiam venerit, vt in tẽplo Hierosolymis simulacrum suum poni iusserit. Quodque sequitur, & dirigetur donec compleatur ita, quia in ipso erit con-

2.The.2.b

consũmatio: sic intelligunt, tam diu eũ posse, donec irascatur ei Deus, & ipsum interfici iubeat. Siquidẽ Polybius & Diodorus, qui bibliothecarum scribunt historias, narrant eum nõ solũ contra Deum fecisse Iudææ, sed auaritiæ facibus accensum, etiam templum Dianæ in Elimaide, quod erat ditissimum, spoliare conatum, oppressumq; à custodib. templi, & vicinis circum gentibus, & quibusdam phantasiis atque terroribus versum in amentiã, ac postremũ morbo interiisse, & hoc ei accidisse commemorant, quia tẽplum Dianæ violare conatus sit. Nos autem dicimus etiã si acciderit ei, ideo accidisse, quia in sanctos Dei multã exercuerit crudelitatem, & polluerit templum eius. Nõ enim pro eo quod conatus est facere, & acta pœnitẽtia desuit implere, sed pro eo quod fecit punitus esse credendus est.

1.Mac.6.a

a ¶ *Et Deum patrum, &c.*] Pro eo quod nos interpretati sumus, *& erit in concupiscentiis feminarum*: Lxx. transtulerunt, *& concupiscentiis mulierum non subiacebit.* Rursum pro Deo [c] מעזים, quod habebatur in Hebraico, Aquila transtulit, *Deum fortitudinum*: Lxx. *Deum fortissimum.* Quia vero in Hebraico pro eo quod nos diximus, & erit in concupiscentiis feminarum, ambigue positum est: dicente Aquila, qui verbum expressit è verbo: καὶ ἐπὶ θεὸν τῶν πατέρων αὐτῆς οὐ συνήσει, καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν θεὸν οὐ συνήσει: id est, & super Deum patrum suorum non intelliget, & super concupiscentiam feminarum, & super omnem Deũ non intelliget. Quibus verbis intelligitur & habere eum concupiscentiam feminarũ, & non habere. Si legerimus & intelexerimus. ἀπὸ κοινοῦ, & super concupiscentiam feminarum non intelliget, de antichristo facilior interpretatio est: quod ideo simulet castitatem, vt plurimos decipiat. Sin autem ita legerimus, & super concupiscentiam feminarum, vt subaudiatur, erit: Antiochi personæ magis coaptabitur: qui luxuriosissimus fuisse dicitur, & in tantum dedecus per stupra & corruptelas venisse regiæ dignitatis: vt mimis quoq; & scortis publice iungeretur, & libidinem suam populo præsente cõpleret. Deum Mauzim ridicule Porphyrius interpretatus est, vt diceret in vico Modin (vnde fuit Mattathias & filij eius) Antiochi duces, Iouis posuisse statuã, & cõpulisse Iudęos, vt ei victimas immolarent: id est, Deo Modin. Quod autem sequitur, *& Deum quẽ ignorauerũt patres eius, colet*: hoc magis antichristo quam Antiocho conuenit: Legimus enim Antiochum idolorum Græciæ habuisse cultum, & Iudæos atque Samaritas ad venerationem suorum deorum compulisse. Necnõ & hoc quod infert, & faciet vt muniat Mauzim cum Deo alieno, quem cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito: Theodotio ita interpretatus est: Et aget hæc, vt muniat præsidia cum Deo alieno, & cum eis ostẽderit, multiplicabit honorem, & dominari eos multis faciet, & terram diuidet granotis. Pro præsidiis, confugia interpretatus est Symmachus: quod Porphyrius ita edisserit: faciet hæc omnia, vt muniat arcem Hierusalem, & in cæteris vrbibus ponat præsidia, & Iudæos doceat adorare Deum alienum: haud dubiũ quin Iouem significet. Quẽ cum illis ostẽderit, & adorandũ esse persuaserit, tunc dabit deceptis honorẽ, gloriam plurimã: & faciet cæteris, qui in Iudæa fuerint, dominari, & pro præuaricatione possessiones diuidet, & dona distribuet. Antichristus quoq; multa deceptis munera largietur, & terrã suo exercitui diuidet: quoque terrore nõ quiuerit, subiugabit auaritiæ.

b ¶ *Et in tempore præfinito præliabitur aduersum eum, &c.*] Et multi corruent. Pro quo interpretatus est Symmachus, & multa millia corruent: Theodotio, & multi infirmabuntur. Multas autem corruere iuxta Aquilam vel vrbes, vel regiones, vel prouincias intellige. Et hæc Porphyrius ad Antiochum refert: quod vndecimo anno regni sui rursus contra sororis filium Ptolemæum Philometorẽ dimicauerit: Qui audiens venire Antiochum, congregauit multa populorum millia. Sed Antiochus quasi tempestas valida, in curribus, & in equitibus & in classe magna ingressus sit terras plurimas, & transeundo vniuersa vastauerit: veneritque ad terram inclytam, id est, Iudæam: quam Symmachus tertã fortitudinis interpretatus est: pro qua Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit [d] עֹז & arcem munierit de ruinis murorum ciuitatis, & sic perrexerit Ægyptum. Nostri autem ad antichristum & ista referentes, dicunt quod primum pugnaturus sit contra regem austri, id est, Ægypti, & postea Libyas & Æthiopias superaturus (quæ decem cornibus tria contrita cornua supra legimus) & quia venturus sit in terram Israel, & multæ ei vel vrbes vel prouinciæ daturæ sint manus.

c ¶ *Hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edõ, &c.*] Antiochus, aiunt, festinans contra Ptolemæum regẽ austri, Idumæos & Moabitas & Ammonitas, qui ex latere Iudææ erant, non tetigit: ne occupatus alio prælio, Ptolemæum redderet fortiorem. Antichristus quoque Idumæam & Moabitas ac filios Ammõ, id est, Arabiam, relinquet intactam: quia illuc sancti ad deserta confugient.

d ¶ *Et mittet manum suam in terras, & terra Ægypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum, &c.*] Hæc Antiochum ex parte fecisse legimus. Sed quod sequitur, per Libyas quoque & Æthiopias transibit: magis nostri asserunt antichristo cõuenire. Antiochus enim Libyam quam plerique Aphricam intelligunt, Æthiopiãque non tenuit: nisi forte (quia in ipso climate sunt prouinciæ Ægypti & longe per deserta vicinæ) captis Ægyptiis etiam istæ prouinciæ conturbatæ sint. Vnde non dicit quod ceperit eas: sed per Libyas Æthiopiasque transierit.

e ¶ *Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone, &c.*] Et in hoc loco Porphyrius tale nescio quid de Antiocho somniat: Pugnans, inquit, contra Ægyptios, & Libyas. Æthyopiasque pertransiens, audiet sibi ab aquilone & ab oriente prælia cõcitari: vnde & regrediens capit Aradios resistẽtes, & omnem in litore Phœnices vastat prouinciam. Confestimque pergit ad Artaxiam regem Armeniæ, qui de oriẽtis partib. mouebatur, & interfectis plurimis de eius exercitu, ponit tabernaculum suum in loco Apadno, qui inter duo latissima situs est flumina, Tigrim & Euphraten. Cumque hucusque processerit: in quo mõte inclyto sederit, & sancto, dicere non potest: quamquam inter duo maria eum sedisse probare non potest, & stultum sit duo Mesopotamiæ flumina, duo maria interpretari. Mõtem autem inclytum idcirco præteriit; quia secutus est Theodotionis interpretationem, qui ait: inter media maria super montem Sabin sanctum. Cumque Sabin nomen montis vel Armeniæ vel Mesopotamiæ putet; quare sit sanctus, dicere non potest: etiam hac licentia mentiendi, possumus nos addere quod ille conticuit: sanctum dici montem, quia iuxta errorem Armeniorum sit idolis consecratus. *Et veniet*, inquit, *vsque ad summitatem*

ipsius montis in Elimaide prouincia, quæ est vltima Persarum ad orientem regio: ibique volens templum Dianæ spoliare (quod infinita donaria habebat) fugatus à barbaris est, qui mira veneratione phanum illud suspiciebãt: & mortuus est, mœrore consumptus in Tabes oppido Persidis. Hæc ille in sugillationem nostri, artificiosissimo sermone composuit: quæ etiam si potuerit approbare, non de antichristo dicta, sed se Antiocho, quid ad nos, qui non ex omnib. scripturarũ locis Christi probamus aduentum, & antichristi mendacium? Pone enim hæc dici de Antiocho: quid nocet religioni nostræ? Nũquid & in superiori visione, vbi in Antiocho prophetia cõsummata est, aliquid de antichristo dicitur? Dimittat itaque dubia, & in manifestis hæreat: dicatque quis sit ille lapis, qui de monte abscissus sine manibus, creuerit in montem, magnum, & orbem impleuerit, & quadriformẽ imaginem cõtriuerit: quis sit ille filius hominis, qui cum nubibus venturus sit, & staturus ante vetustum dierum, & dandum sit ei regnum quod nullo fine claudatur; omnesque populi, tribus ac linguæ, ipsi seruituri sint. Hæc quæ manifesta sunt præterit, & de Iudæis asserit prophetari, quos vsque hodie seruire cognoscimus. Et dicit eum qui sub nomine Danielis scripsit librum, ad refocillandam spem suorum fuisse mentitum. Non quo omnem historiam futuram nosse potuerit, sed quo iam facta memoraret, & in vltimæ visionis calumnijs immoratur, flumina ponens pro mari, & montem inclytum & sanctum Apadno Sabin vocans, quem vbi legerit nullam poterit proferre historiam. Nostri autem extremum visionis huius capitulum super antichristo sic exponunt: quod pugnans contra Ægyptios Libyasque & Æthiopias, & tria cornua de decem cornibus conterens, auditurus sit de Aquilonis & de orientis partibus, aduersũm se bella consurgere: quod veniens cum magna multitudine vt conterat & interficiat plurimos, figat tabernaculum suum in Apadno iuxta Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, vbi incipiunt Iudææ prouinciæ montana consurgere: denique inde se erigens vsq; ad montem Oliueti, Hierosolymorum regio ascenditur, & hoc esse quod nunc scriptura dicit: Et cum fixerit tabernaculũ suum in mõtanæ prouinciæ radicibus inter duo maria (mare videlicet quod nunc appellatur mortuũ ab oriẽte, & mare magnũ, in cuius litore Cæsarea, Ioppe, Ascalõ, & Gaza sitæ sunt. Tũc veniet vsq; ad summitatem mõtis eius: hoc est, mõtanæ prouinciæ, id est, verticem montis Oliueti: qui inclytus vocatur, quia ex eo dominus atq; Saluator ascendit ad patrem: & nullus antichristo poterit auxiliari contra se domino sæuiente. Et asserunt ibi antichristum esse periturum vnde dominus ascendit ad cœlos. A padno verbum compositum est: quod si diuidas intelligi potest Θρόνω αὐτῆ: id est, solij sui. Et est sensus: Et figet tabernaculum suum, & thronũ suum inter maria, super montem inclytum & sanctum. Hunc locum Symmachus ita interpretatus est: καὶ ἐκτενεῖ τὰς σκηνὰς τῆ ἱππασιάδι αὐτῆ μεταξὺ τῶν θαλασσῶν εἰς τὸ ὄρος τῆς ἁγνείας τὸ ἅγιον, καὶ ἥξει ἕως ἄκρε αὐτῆ, quod in Latino sonat: *& extendet papiliones equitatus sui inter maria, super montem fortitudinis sanctum, & veniet vsque ad verticem montis.* Theodotio vero sic vertit: καὶ πήξει τὴν σκηνὴν αὐτῆ ἐν ἀφαδανῶ, μέσον τῶν θαλασσῶν ἐπ' ὄρος σαεὶν ἅγιον καὶ ἥξει ἕως μέρες αὐτῆ, id est, *& figet tabernaculum suum in Aphadano inter maria in monte Sabin sancto, & veniet vsque ad partem eius.* Aquila ita: Et plantabit tabernaculum prætorij sui in ἀφαδανῶ inter maria, in monte Sabin glorioso & sancto, & veniet vsq; ad finem eius. Soli Lxx. omni se nominis quæstione liberantes, interpretati sunt: Et statuet tabernaculum suum tunc inter maria & montem voluntatis sanctum, & veniet hora tunc inter maria & montẽ voluntatis sanctum, & veniet hora consummationis eius. Quos Apollinarius secutus de nomine Apadno omnino conticuit. Hoc ideo prolixius posui, vt & Porphyrij ostendam calumniam (qui hæc omnia ignorauit, aut nescire se finxit) & scripturæ sanctæ difficultatem, cuius intelligentiã absq; Dei gratia & doctrina maiorum sibi imperitissimi vel maxime vendicant. Notandum autem quod cum, ע literã Hebræus sermo non habeat, sed pro ipsa vtantur ה, cuius vim Græcum ο sonat: in isto tantum loco apud Hebræos scribatur quidem[f] ה sed legatur, ע. Quod autẽ antichristus veniat vsque ad summitatem mõtis sancti & inclyti, & ibi pereat, Esaias plenius loquitur. *Præcipitabit dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes*, id est, eum qui dominatur cunctis populis: & vnctionem quæ vncta est contra vniuersas nationes.

e phũ

f phe

Esa.25.e Sec. Hebr.

CAPVT XII.

IN *tempore autem illo consurget Michael princeps magnus qui, &c.*] Hactenus Porphyrius vtcumque se tenuit, & tã nostrorũ imperitis, quam suorum male eruditis imposuit. De hoc capitulo quid dicturus est in quo mortuorum describitur resurrectio: aliis suscitatis in vitam æternam, & aliis in opprobrium sempiternum? Nec potest dicere qui fuerint sub Antiocho fulgentes quasi splendor firmamenti, & alij quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed quid non facit pertinacia? Quasi contritus coluber eleuaũ caput, & moriturus in eos qui morituri sunt venena diffundit. Et hoc, inquit, de Antiocho scriptum est: qui vadens in Persidem, Lysiæ, qui Antiochiæ & Phœniciæ præerat, reliquit exercitum, vt aduersum Iudæos pugnaret: vrbemque eorum Hierusalẽ subuerteret: quæ omnia narrat Iosephus historiæ auctor Hebraeæ: quod talis fuerit tribulatio, qualis numquam, & tempus aduenerit, quale non fuit ex quo gentes esse cœperũt vsq; ad illud tẽpus. Reddita autẽ victoria & cæsis Antiochi ducib., ipsoq; Antiocho in Persida mortuo, saluatus est populus Israel: omnes qui scripti erant in libro Dei: hoc est qui legem fortissime defenderunt, & econtrario qui deleti sunt de libro: hoc est qui præuaricatores extiterunt legis, & Antiochi fuerunt partiũ. Tũc, ait, hi qui quasi in terrę puluere dormiebant, & operti erant malorum põdere, & quasi in sepulcris miseriarum reconditi, ad insperatam victoriam de terræ puluere surrexerunt, & de humo eleuauerunt caput, custodes legis resurgentes in vitam æternam, & præuaricatores in opprobriũ sempiternum. Magistri autẽ & doctores, qui legis notitiam habuerunt, fulgebunt quasi cælum; & qui inferiores populos exhortati sunt ad custodiendas ceremonias Dei, ad instar astrorum splendebunt in perpetuas æternitates. Ponit quoque historiam de Machabæis: in qua dicitur multos Iudæorum sub Matthathia & Iuda Machabæo ad eremum cõfugisse, & latuisse in speluncis, & in cauernis petrarum: ac post victoriã processisse, & hæc μεταφορικῶς quasi de resurrectione mortuorum esse prædicta. Tempore autẽ antichristi talem tribulationem fore, qualis numquam fuit ex eo quo gentes esse cœperunt, verius intelligitur: Ponamus enim vicisse Lysiam, qui victus est, & penitus oppressos Iudæos esse, qui vicerunt: Numquid fuit talis tribulatio qualis eo tẽpore quo Hierusalem capta est à Babyloniis, tẽplũque subuersum, & omnis populus ductus in captiuitatẽ? Oppresso igitur antichristo, & spiritu saluatoris extincto, saluabitur populus, qui scriptus fuerit in libro Dei, & pro diuersitate meritorũ alij resurgent in vitam æternam, & alij in opprobrium sempiternum. Magistri autem habebunt similitudinem cęli, & qui alios erudierunt, stellarum fulgori comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi & alios erudias: tacitusque sermo doctrinæ alium non ædificãs, mercedem operis recipere non potest. Quem locum Theodotio & vulgata editio ita expressit: Et intelligentes fulgebũt quasi splendor firmaméti, & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum

Sup. 2.g Sup. 7.d

Esa.9.d

Ioseph.lib. 12.c.11.

Esa.26.a

Dan.12.a

1.Mac.2.b

æternũ & vltra. Solent nonnulli quæ rere, vtrum doctus sanctus, & simplex sanctus eandem mercedẽ habeant, & vnam in cęlestibus mansionem. Vnde nunc iuxta Theodotionẽ dicitur: quod docti similitudinem cœli habeant, & absque doctrina iusti, stellarum fulgori comparentur: tantumque sit inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem, quantũ cælum distat & stellæ.

a ¶ *Tu autem Daniel claude, &c.*] Qui Danieli multiplicem reuelauerat veritatem, ipsa occulta esse significans quæ locutus est, præcepit vt inuoluat sermones, & signet librum, vt legant plurimi, & quærant historiæ veritatẽ, & propter obscuritatis magnitudinẽ diuersa opinentur. Quod autem ait: Pertransibunt, id est, percurrẽt plurimi, multorũ significat lectionem. Solemus enim dicere percurri librum, pertrãsiui historiã. Quod quidem & Esaias de obscuritate sui voluminis loquitur: *Et erunt sermones libri istius, quasi verba voluminis signati: quod si dederint homini nescienti literas, dicentes ei, lege: Respondebit, nescio literas. Sin autem dederint illud homini scienti literas & dixerint: Lege librum: Respondebit, non possũ legere: signatus est enim.* Et in Apocalypsi Ioannis liber videtur signatus sigillis septem intus & foris. Cumque nullus posset signacula illius soluere, ait Ioannes: *Flebam nimis. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne plores: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere signacula eius.* Librum autem illum potest soluere qui scripturarum sacramenta cognouit, & intelligit ænigmata & verba tenebrosa (propter mysteriorum magnitudinẽ) & interpretatur parabolas: & occidentem literam transfert in spiritum viuificantem.

b ¶ *Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: &c.*] Vidit Daniel duos angelos stantes ex vtraque parte super ripam Babylonij fluminis: qui cum hic ponatur absq; nomine, secundum præteritam visionem puto eum esse Tigrim qui Hebraice dicitur חדקל: & tamen non interrogat eos qui stabant super vtramque ripam: sed eum quem in principio viderat, qui indutus erat vestibus lineis siue byssinis, quod Hebraice dicitur בדים. Et hic ipse angelus stabat super aquam fluminis Babylonij, suo eas calcans pede. Ex quo intelligimus superiores duos angelos, quos vidit stantes super ripam, & non interrogat nec putat scisciatione cõdignos, angelos esse Persarum atque Græcorum. Hunc autem esse angelum clementissimũ, qui orationes Danielis in conspectu Dei obtulerat: quando ei viginti & vno dieb. Persarum angelus resistebat. Interrogabat autem hæc mirabilia quæ in præsenti visione dicuntur, quo complenda sint tempore: quod Porphyrius more suo de Antiocho, nos de antichristo interpretamur.

c *Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dextram & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis.*] Tempus, & tempora, & dimidium temporis, tres & semis annos interpretatur Porphyrius, quod & nos iuxta scripturarum sanctarum idioma non negamus. Nam & supra legimus, quod septem tempora transierint super Nabuchodonosor: id est, septem anni efferationis eius: & in visione quatuor bestiarum scriptũ est: leonis, & vrsi, pardi, & alterius bestiæ, cuius nomen tacetur, quæ regnum significat Romanorum, & postea de antichristo, quod tres reges humiliet, & sermones contra excelsum loquatur, & sanctos altissimi conterat, *& putabit*, ait, *quod possit mutare tẽpora & leges. Et tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Et iudicii sedebit, vt auferatur potentia & conteratur, & dispereat vsque in finem. Et manifeste de aduentu Christi atque sanctorum, dicit: *Regnũ autem & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient.* Si itaque superiora quę perspicue de antichristo scripta sunt, refert Porphyrius ad Antiochum, & ad tres & semis annos, quibus tẽplum dicit fuisse desertum: ergo & hoc quod sequitur: *Regnum eius sempiternum, & omnes reges seruient ei & obedient*: debet probare super Antiocho, vel vt ipse putat, super populo Iudęorum: quod nequaquam stare manifestum est. Legimus in Machabæorum libris, Iosephus quoque in eandem consentit opinionem: quod tribus annis templum pollutũ fuerit in Hierusalem, & in eo Iouis idolum steterit sub Antiocho Epiphane, centesimo quadragesimo quinto anno regni Macedonum, à Casleu mense eiusdem anni nono, vsque ad mensem nonum centesimi quadragesimi octaui anni, qui faciunt annos tres. Sub antichristo autem non tres anni, sed tres & semis, hoc est mille, ducenti nonaginta dies, de-

Ibidem.

1.Mac.1.g Ibid.4.f Ioseph lib. 12 cap.12.

folationis templi sancti, & euersionis futuri esse dicuntur.

d ¶ *Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, cõplebuntur vniuersa hæc.*] Quando, inquit, populus Dei dispersus fuerit: vel Antiocho persequente, vt vult Porphyrius, vel antichristo, vt nostri verius probant, tunc hæc omnia complebuntur.

e ¶ *Et ego audiui, & non intellexi, & dixi: Domine mi, quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clausi signatique sunt sermones vsque ad tempus consummationis. Eligentur & dealbabuntur, &c.*] Vult propheta intelligere quod viderat, imo quod audierat, & futurorum cupit cognoscere veritatem. Audierat enim regum bella diuersa, & inter se prælia, & multiplicem historiam: sed nomina non audierat singulorũ. Si autem propheta audiuit & non intellexit, quid facient hi qui signatum librum, & vsque ad tempus consummationis multis obscuritatibus inuolutum, præsumptione mentis edisserunt? Cum autem inquit, finis aduenerit, impij non intelligent, & qui docti fuerint disciplina Dei, ipsi intelligere poterunt. *In peruersam* enim *animam non introibit sapientia:* nec potest se infundere corpori, quod peccatis subditum est.

Sap.1.8.

f ¶ *Et à tempore quo ablatum fuerit iuge, &c.*] Hos mille ducentos, nonaginta dies, Porphyrius in tempore Antiochi, & in desolatione templi dicit completos, quam & Iosephus & Machabæorum (vt diximus) liber, tribus tantum annis fuisse commemorant. Ex quo perspicuum est tres istos & semis annos, de Antichristi dici temporibus, qui tribus & semis annis, hoc est mille, ducentis, nonaginta diebus, sanctos persecuturus est, & postea corruiturus in monte inclyto & sancto. A tempore igitur ἐνδελεχισμοῦ (quod nos interpretati sumus iuge sacrificium) quãdo Antichristus orbem obtinens, Dei cultum interdixerit, vsque ad internetionẽ eius, tres & semis anni, id est, mille, ducenti & nonaginta dies complebuntur.

g ¶ *Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille, trecẽtos triginta quinque, &c.*] Beatus, inquit, qui interfecto Antichristo, dies, supra numerum præfinitum, quadraginta quinque præstolatur: quibus est dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. Quare autem post interfectionem Antichristi, quadraginta quinque dierum silentiũ sit, diuinę

Sup.7.a Sup.4.b

Videm f

scientiæ est: nisi forte dicamus: Dilatio regni sanctorũ, patientiæ comprobatio est Porphyrius hunc locum ita edisserit, vt quadraginta quinque dies qui super mille ducentos nonaginta sunt, victoriæ contra duces Aniochi tempus significent: quando Iudas Machabæus fortiter dimicauit, & emundauit templũ, idolumq; contriuit, & victimas obtulit in templo Dei. Quod recte diceret, si Machabæorum liber, tribus & semis annis templum scriberet fuisse pollutum, & non tribus.

1. Mac. 1. g
Ibid. 4. f

a ¶ *Tu autem, &c.*] Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus: cætera quæ sequũtur vsque in finem libri, de Theodotionis editione translata sunt. Theodotio ita interpretatus est: Tu autem vade, & requiesce, & resurges in ordine tuo in consummatione dierum. Quo verbo ostenditur omnem prophetiam vicinam esse resurrectioni omniũ mortuorum: quando & propheta surrecturus est. Et frustra Porphyrius, quæ in typo Antiochi de Antichristo dicta sunt, vult omnia referre ad Antiochum. Cuius calumniæ (vt diximus) plenius responderunt Eusebius Cæsarienſis, & Apollinarius Laodicenus, & ex parte disertissimus vir martyr Methodius, quæ qui scire voluerit, in ipsorum libris poterit inuenire.

CAP. XIII.

ET erat vir habitans in Babylone, & nomẽ eius Ioakim, & accepit vxorem nomine Susannam filiam, &c.] Expositis vt potuimus, quæ in Danielis libro iuxta Hebraicum continentur, ponam breuiter quid Origenes in decimo Stromatum suorum libro de Susannæ & Belis fabulis dixerit. Cuius hæc verba sunt, quæ locis suis subnotabis.

b ¶ *Et parentes eius iusti edocuerunt filiam suam iuxta legem Moysi, &c.*] Hoc vtendum est testimonio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxta legem Dei, sermonemque diuinum non solum filios, sed & filias suas.

d ¶ *Erat autem Ioakim dives valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant, &c.*] Referebat Hebræos istos esse Achab & Sedechiam, & de quibus scribit Hieremias: *Faciat te dominus sicut Achab & Sedeciam, quos frixit rex Babylonis in igne, propter iniquitatẽ quam fecerãt in Israel, & adulterant vxores ciuium suorum.*

Hier. 29. c

e ¶ *De quibus locutus est dominus: quia egressa est, &c.*] Pulchre de presbyteris peccatoribus non ait: Qui regebant populum, *sed qui videbantur regere.* Qui enim bene præsunt populo, regunt populum: qui autem tantum nomen habent Iudicum, & iniuste præsunt populo, regere videntur populum magis quam regant.

f ¶ *Et deambulabat in pomario viri sui & videbant eam senes, &c.*] Quod Græci vocãt πάθος, nos perturbationẽ magis quam passionẽ rectius interpretamur. Hæc igitur perturbatio & cupido libidinis titillauit, imo percussit corda seniorũ. Sed vt in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitarent desiderata complere, ipsi euerterunt sensum suum: quo subuerso, oculi eorum inclinati sunt, vt cælestia non viderent, nec recordarentur iudiciorum iustorum, siue Dei, siue honestatis, siue naturæ: quę omnibus ad bonum insita est.

g ¶ *Et ecce, &c.*] Ante iam dictum est quod facto mane inambularet Susanna. Nec incongruum est ad placandos eos, qui omnium quæ gerimus de scripturis sanctis quærunt exempla, hunc inambulandi locum assumere: quod recte quis ad vegetandum corpusculum deambulet. Quem locum, inquit, de Lxx. editione nunc posui: quo dicto Origenes ostendit cætera se non iuxta Lxx. interpretes disseruisse.

h ¶ *Cum autem, &c.*] Qui ad summitatem perfectæ virtutis venerit, numquam dicit sibi imminere discrimen si adulterorum manus non effugerit, dicentium: Assentire nobis, & commiscere nobiscum. Alioquin & si nolueris, dicemus testimonium cõtra te, quod fuerit tecũ iuuenis, & hac de causa dimiseris puellas à te. Humanæ quippe fragilitatis est, mortem timere, quæ infertur pro iustitia: nisi forte angustiã interpretabimur, nõ imminẽtis mortis, sed opprobrij & ignominiæ: qua perfundenda erat, illis accusantibus atque dicentibus: Fuit cum illa iuuenis, & idcirco dimisit puellas.

i ¶ *Si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non, &c.*] Peccatum mortem vocat. Sicut ergo ei qui facit adulterium, mors est adulterium: sic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum est. Et totiens mori credimur, quotiens peccamus ad mortem. Vnde ecõtrario toriens resurgimus & viuificamur, quotiẽs vitæ digna opera facimus.

k ¶ *Sed melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in cõspectu domini.*] In Græco non habet, αἱρετώτερον, id est, melius, sed quod bonum interpretari possumus. Vnde eleganter non dixit: Melius mihi est incidere in manus iniquorum presbyterorum, quam peccare in conspectu domini; ne videretur comparatione peccati, quod erat bonum, hoc appellare melius. *Sed bonum est*, inquit, *mihi non facere malum, & incidere in manus vestras, ne peccẽ in conspectu domini.* Nõ ergo per comparationem legendum est: *Melius mihi est incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu domini*, sed absolute: *Bonum mihi est non facere malum, & incidere in manus vestras, ne peccem in conspectu domini.*

a ¶ *Et exclamauit voce magna Susanna: &c.*] Magna vox erat, non aëris percussione & clamore faucium, sed pudicitię magnitudine, per quã clamabat ad dominum. Vnde & sancta scriptura in exclamatione seniorum non apposuit magnam vocem. Sequitur enim: Clamauerunt & senes aduersus eam.

b ¶ *Exclamauit autem Susanna voce, &c.*] Cordis affectus, & mentis pura confessio, & bonum conscientiæ, vocẽ eius fecerant clariorem. Vnde magna erat exclamatio eius Deo, quæ ab hominibus non audiebatur.

c ¶ *Cumque duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritũ sanctum, &c.*] Quo sermone ostenditur, non intrasse in Danielem spiritum Sanctum, sed eum qui erat in illo, & quiescebat propter ætatis infimitatem, nec sua poterat opera demonstrare, data occasione pro sancta femina à domino suscitatum.

d ¶ *Et exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius, &c.*] Suscitato in se spiritu sancto, & quæ puer deberet dicere suggerente, vox eius magna erat. Et notandum si cubi in scripturis sanctis, peccatoris vox magna vocatur.

e ¶ *Cumque diuisi essent alter ab altero, vocauit, &c.*] Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi, debemus diligenter inquirere nomina, σχίνου καὶ πρίνου, quæ Latini ilicem & lentiscum interpretantur, si sint apud Hebræos, & quam habeant etymologiam, vt à σχίνω, scissio, & à πρίνω, sectio siue serratio dicatur lingua eorum. Quod si nõ fuerit inuentum, necessitate cogemur, & nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantum sermonis hanc volunt esse παρονομασίαν, quæ Græcã habeat tantum etymologiam & Hebraicam nõ habeat. Quod si quis ostenderit duarum istarum arborum scissionis & sectionis in Hebræo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc scripturam recipere.

f ¶ *Exclamauit autem omnis, &c.*] Si interfecit eos omnis synagoga, videtur illa opinio refutari, de qua supra diximus secundum Hieremiam, quod ipsi essent presbyteri Achab & Sedechias: nisi forte hoc quod scriptum est: *Interfecerunt eos*: sic interpretemur pro eo quod est, regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimus, quod Iudæi interfecerint saluatorem: non quod ipsi percusserint, sed quod tradiderint occidẽdũ: & succlamãtes dixerint: *Crucifige crucifige eũ.*

Hier. 29. b
Luc. 23. b

g ¶ *Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito eius, &c.*] Digne quasi sancti

in conspectu domini. [a] Et exclamauit voce magna Susãna. Clamauerũt autẽ & senes aduersus eã. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Et cũ audissẽt clamorẽ in pomario famuli domus, irruerũt per posticũ, vt viderẽt quidnam esset. Postquã autẽ senes locuti sũt, erubuerunt serui vehemẽter, quia nũquã dictus fuerat sermo huiusce modi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumq; venisset populus ad virum eius Ioakim, venerũt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susanã, vt interficerẽt eã, & dixerũt corã populo: Mitte ad Susanã filiã Helkiæ vxorẽ Ioakim. Et statim miserũt, & venit cũ parentib., & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porro Susana erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserũt, vt discooperiretur (erat enim cooperta vt vel sic satiarẽtur de decore ei[o]. Flebãt igitur sui, & oẽs qui nouerãt eã. Cõsurgẽtes autẽ duo presbyteri in medio populi, posuerũt manus suas super caput eius. Quæ flẽs suspexit ad cælũ. Erat enim cor eius fiduciã habẽs in domino. Et dixerũt presbyteri: Cũ deãbularemus in pomario soli, ingressa est hæc cũ duab. puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitq; ad eã adolescẽs, qui erat absc[p]ditus, & cõcubuit cum eo. Porro nos eũ essemus in angulo pomarij, vidẽtes iniquitatẽ, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ non quiuim[o] cõprehẽdere, quia fortior nobis erat. & apertis ostiis, exiliuit. Hãc autẽ cum apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit iudicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senib. & iudicib. populi, & condemnauerunt eã ad mortẽ. [b] Exclamauit autẽ Susãna voce magna, & dixit: Deus æterne, qui absc[p]ditorũ es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant: tu scis quoniam falsum contra me tulerũt testimonium. Et ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose compositerunt aduersum me. Exaudiuit autẽ dominus vocẽ eius. [c] Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iuniores, cuius nomen Daniel. [d] Et exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. Et cõuersus omnis popul[o] ad eũ dixit: Quis est iste sermo quẽ tu locutus es? Qui cũ staret in mẽdio eorũ, ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neq; quod verum est cognoscẽtes, condẽnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: Et dixerũt ei senes: Veni & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicẽ procul, & diiudicabo eos. [e] Cũque diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eũ: Inueterate dierũ malorũ, nunc venerũt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicẽte domino: Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eã, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: sub schino. Dixitque ei Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini acceptã sententia ab eo, scindet te mediũ. Et amoto eo, iussit venire aliũ, & dixit ei: Semen Chanaan & non Iuda, species decepit te, & concupiscẽtia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: sub prino. Dixitq; ad eum Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus dominj gladium habẽs, vt secet te medium, & interficiat vos. [f] Exclamauit autem omnis synagoga voce magna, & benedixerũt Deum, qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. (Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsũ dixisse testimoniũ.) Et fecerũt eis sicut male egerant aduersum proximũ: vt facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. [g] Helkias autem & vxor eius laudauerũt Deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa & deinceps.

Exod. 23. a

ὑποσχίνον. σχίσει. σεμέσον.

ὑποπρίνον. πρίσαι σεμέσον.

CAP.

sancti laudãt Deum, non quia liberata est de manu presbyterorum Susanna(hoc enim non satis laudabile est, nec magni discriminis, si non esset liberata) sed quia non est inuenta in ea res turpis.

a ¶ *Statimque cum aperuisset ostia,&c.*] Hoc quod scriptura nunc dicit: Exclamauit voce magna: quia de idololatra & ignorante Deum dicitur, videtur obseruationem nostram subuertere, qua dudum asseruimus vocem magnam in sanctis tantum reperiri. Quod soluet facile qui hanc historiam in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare esse de canone, tunc quęrendum est quid ei respondere debeamus.

CAPVT XIV.

ET rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius. Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per singulos dies, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vini quoque amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cœlum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et ait rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Ne erres rex: Iste est enim intrinsecus luteus, & fornisecus æreus, nec comedit aliquando. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est iste qui comedat impensas has moriemini: si autem ostenderitis, quoniã Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autẽ sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus, & paruulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa anulo tuo. Et cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. Contemnebat autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, Præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege, & egressi clauserunt ostium, & signantes anulo regis, abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum, & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Salua ne sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salua, rex. a Statimque cum aperuissет ostia, aspiciens rex super mensam exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te vllus dolus. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimẽtum, animaduerte cuius vestigia sunt hæc. Et dixit rex: Video vestigia virorum & mulierum & infantiũ. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes, & vxores, & filios eorum, & ostenderunt ei absc̃dita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij, Et dixit rex Daniel: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit Deus viuens. Adora ergo eum. Dixitque Daniel, Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens. Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit Daniel: Ecce quẽ colebatis. Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer, & congregati aduersum regem dixerunt: Iudæus factus est rex, Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus, tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi dieb. sex. Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues, & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmẽtum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel Daniel tolle prandium quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel, comedit. Porro angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielẽ, & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens. Et exclamauit, voce magna rex dicens: Magnus es domine Deus Danielis, & extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Commentariorum S. Hieronymi in Danielem Prophetam Finis.

Ezech. 8.

MARIANI VICTORII REATINI CANONICI,

IVRISCONSVLTI, ET SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

In Tomum quartum sancti Hieronymi pro locis à se emendatis,

ANNOTATIONES.

IN ESAIAM PROPHETAM.

CAPVT I.

SIMVL arat in Boue, & Asino Ebiõ, *dignus pro humilitate sensus paupertate nominis sui.*] Hoc dicit, quia Ebion אביון Hebraicè pauperem significat: sensu autem humilem propterea Ebionem fuisse ait, quod Christi diuinitatem negaret, & eum purum tantum hominem fateretur: ex hoc loco Haymo ipse etiam Ebionitas paupexes, & verè sensu pauperes interpretatur lib. 3. Christianarum rerum memoriæ cap. 17.

Vinea enim domini sabaoth, domus est Israel, & homo Iuda nouella plantatio, atque dilecta.] νεόφυτον ἠγαπημένον sic habent Lxx. infra cap. 5. antea directa, legebatur.

Cap. II.

Vnum petiui à domino, hoc requiram [Vnam petij à domino, hanc requiram, habet vulgata editio, Hebraicum, & Lxx. propterea autem non mutauimus, quia codices nos minimè inuerunt, & Diuus Hieronymus sensum potius verbi, quam literam respiciens sic alibi locum semper citat. Infra cap. 54. Denique, ait, Vir sanctus tabernacula præterire festinans, & domum Dei videre desiderans, vnum votum habere se dicit, vt numquam de domo Dei exeat. Vnum petiui à domino, hoc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Sic etiam in procœmio xiij commentarij super Ezechielem, & in 43. caput eiusdem, & super 14. Zachariæ. Ezechielis autem 40. loquens de Theoria & scientia, subdit: quam propheta desiderat, dicens, Vnam petiui à domino, hanc requirã. Vtroque autem modo legi posse ipsemet Hieronymus Ecclesiaste 7. his verbis testatur. Quod enim nos solemus absolute, & neutraliter appellare, id est, hoc quæsiui, illud volui inuenire, Hebræi feminino genere pronunciant, sicut in psalmo. Vnam petij à domino hanc requiram, pro eo quod est vnum.

Alij autem putant hoc non pertinere ad Romana tempora, sed ad superiora, priusquam à Babylonijs vastarentur, quod sub impijs regibus fuisse narrantur, & à domino derelicti sunt.] Nõ displicet etiam prior lectio: quibus sub impijs regibus fuisse narrantur: quibus scilicet temporibus. Vtram malit eligat lector: exemplaria variant: posterior proiectionis, & derelictionis causam magis ostendit.

Furem iudicem, arguit atque condemnat iudex furatior, & in alio de se promens sententiam.] & copulam vti superfluam, sensusque perturbatricem, exemplarium ope, expunximus.

Basan regio est Arabiæ, cui imperauit Og, qui appellatus est rex Basan, & interpretatur αἰσχύνη, id est ignominia: quam si confusionem transferre voluerimus, id est, σύγχυσιν, Babylonẽ significat, magis quam Basan.] Olim inuerso ordine legebatur. Quam si confusionem tranferre voluerimus, magis σύγχυσιν, id est, Babylonem significat quam Basan. Nostrã emendationem approbat ipsemet Hieronymus Amos cap. 4. dum ait, hoc enim interpretatur Basan, id est, αἰσχύνη: quam si confusionem dicere voluerimus, Babylonem magis quam Basan interpretabimur.

Cap. III.

Senem quoque, quem Lxx. presbyterum transtulerunt, intelliget ablatum à Iudæis, qui scierit in scripturis sanctis presbyterum merito, & sapientia eligi, non ætate. Neque enim apud Iudæos senes esse cessarunt, quos vsque ad decrepitam senectutem sæpe venire conspicimus.] Olim intelligit, pro intelliget, & vox, enim, deerat.

Et septem hebdomadarum in Leuitico, id est, Pentecostes, celeberrima festiuitas est.] De his septem hebdomadibus historia habetur Leuit. 23. & rursum Deut. 16. Propterea miror quis pro Leuitico, olim, Numeris, suppositum fuerit, cum in Numeris nudum tantum, vt pote, rẽ iam in Leuitico explicata, illarum repetatur nomen: cap. scilicet 28. similis, qui statim postea ex isto natus, sequebatur error, similiter expunctus est, cum diceretur. Legimus quoque in eodem Numerorum libro, vox enim, eodem, vti ab imperito aliquo, qui priorem locum vitiarat necessario infarcta, deleta à nobis est.

Decalubit Dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit: & pro ornamento erigit ignominia.] Hic versus, & pro ornamento erit ignominia, temere ab imperito aliquo textui infarctus fuerat, propterea à nobis expunctus est: illum enim nec Hebraicum habet, nec Lxx. aut vulgata editio, nec etiam ipse Hieronymus in commentario.

Torques quoque, quæ ad pectus vsque pendentes, intelligentiam, ac principale mentis in corde demonstrant.] τὸ ἡγεμονικὸν mentis sic semper vocat D. Hieronymus, vt plures ac emendatiores codices habent. Vnde Danielis. 2. Alij vero, inquit, huius occasione capituli τὸ ἡγεμονικὸν non in

corde, sed iuxta Platonem in cerebro suspicantur: olim, ac principalem mentem rationis in corde demonstrant. Torquem autem feminino dixit genere: in quo non esse erratum, Virgilij, Ciceronisque auctoritate Dan. 5. sese contra obtrectatorem suum defendit.

Cap. IIII.

Cum filiæ Sion propter superbiam omnem ornatum perdiderint & mœruerint, luxerintque portæ eius, & ipsa desolata consederit.] Constat ex textu, & commentario in fine præcedentis capitis sic esse legendum: conciderit tamen legebatur antea.

Et creabit dominus super omnem locum montis Sion.]ובראו & creabit, & ita est in vulgata editione: Lxx. quoque tempus idem seruantes ἥξει hoc est, veniet, transtulerunt: creauit, legebatur antea.

Qui tangit montes, & fumigãt.]καπνίζονται, fumigant, habent Lxx. quos citat D. Hieronymus, & ita est in vulgata vnde haustus est locus Psal. 103. Qui respicit terram, & facit eam tremere, tangit montes & fumigant. Psalm. tamen 143. tange (inquit) montes, & fumigabunt καὶ καπνισθήσονται. Hebraicum vtrobique ויעשנו.

Cap. V.

Sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.]Ita est in Græco, qui circunfertur codice, & in ipso Matthæi loco penes ipsum Hieronymum, & sic habet vulgata editio apud omnes, quos ego viderim, impressores: cum qua consentiunt ad vnum omnes Bibliorum codices manuscripti, qui apud me sunt numero 46. ita antiquissimi, vt xvij. ex eis Longobardicis characteribus sint exarati: qua in re nullam varietatem Louanienses Theologi, qui omnium postremi honorifice in Bibliis laborauerũt, in suis, xxxv. similiter vetustissimis exemplaribus inuenerunt. Quam lectionem nos quoque secuti sumus: volui præmonuisse, quia sæpe apud D. Hieronymum legebatur, sub alas suas.

Ego plantaui te vineam fructiferam, totam veram: quo modo conuersa es in amaritudinem vinea aliena.] ἡ ἄμπελος ἀλλοτρία sic est apud Lxx. Hierem. 2. Vbi D. Hieronymus. Miratur quo modo semen verum, electaque vinea conuersa sit in amaritudinem, & ideo facta sit vinea aliena, siue vitis aliena, vt statim subdit: propterea falso antea legebatur, vineæ alienæ.

Et rursum: dabit dominus pluuiam terræ tuæ pluuerem, & cinis de cælo descendet super te.] δώη κύριος τὸ ὕετὸν τῆς γῆς σου κονιορτὸν. Deut 28. pro κονιορτὸν in Hebraico est אבק id est puluerem, quo modo & vulgata habet editio. Olim tamen vox, pulueren, deerat.

Quod autem bonus saluator sit appellatus, ipse in euangelio loquitur, ego sum pastor bonus: pastor bonus ponit animã suam pro ouibus suis.] Ego sum pastor bonus, à nobis repositum est exemplarium ope.

Lucem quoque esse se dicitur: Ego sum lux mundi, & de dulcedine ipsius quotidie cælesti pane saturati, dicimus. Gustate, & videte quã suauis est dominus.]Exponens illa verba, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum: mysticè quid sit lux, & dulce interpretatur propterea vti necessarias, moniti à manuscriptis codicibus, reposuimus voces, & de dulcedine ipsius. Dum autem ait quotidie cælesti pane saturati dicimus, Gustate, & videte quam suauis est dominus. Sacram intelligit Eucharistiam, quam se quotidie sumere ex hoc loco colligi potest. Hanc autem singulis diebus offerri in sacrificio Missæ solitam, discant hæretici nostri temporis ab eodem Hieronymo Ezech. 46. dum exponit illa verba. Et agnum anniculum immaculatum faciet holocaustum quotidie domino: mane, & mane faciet illud: & sacrificium faciet super eo mane, mane. Sacrificium (inquit) Deo, legitimum, iuge atque perpetuum, quod nulla intermittitur die: sed omni tempore orto sole semper offertur: vt impleatur quod in fine capituli huius ponitur, faciet agnum in sacrificium, & oleum, mane, mane holocaustum sempiternum.

In Proœmio Commentarij Tertij.

Non sufficit mihi voluminum magnitudo, quæ in explanatione Esaiæ prophetæ texitur, vbi aliquod prætermittere damnum est intelligentiæ. Quamobrem in singulis libris, qui tantum numerum, ordinemque significant, breues præfatiuncular posui.]Sensus perspicuus: perperam igitur antea legebatur, sufficit mihi voluminum magnitudo, sine voce, non.

Cap. VI.

Cadit in faciem suam, & voce excelsa clamat ad dominum.] Olim clamabat.

Ecce tetigi hoc labia tua.]In textu נגע Hebraicum, & Lxx. ἥψατο hoc est, tetigit, habent: quam lectionem vti veriorem ex Lxx. Aquila, Symmacho, & Theodotione sequitur ipsemet Hieronymus in epistola ad Damasum, quæ est numero cxliij: proque ea faciunt decem & septem manuscripti Bibliorum codices penes me. Volui præmonuisse, quia vulgata alioqui lectio relicta est.

Sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ. Act. 13. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου Ζωῆς. & ita est in vulgata editione. Antea, repulistis, & iudicastis, hîc, & alibi.

Concluſit Deus omnia in incredulitatem.]Rom. 11. εἰς ἀπείθειαν. quam lectionem Louanienses quoque Theologi secuti sunt: olim, incredulitate.

Cap. VII.

Achaz impiissimus, qui clausit ianuas templi, & in valle Benhennon adorauit Baalim.]Gehennon falso antea legatur 2. Paral. 28. ipse est, inquit, qui adoleuit incensum in valle Benhennon, & lustrauit filios suos in igne Hebraicum. בן חנם

Quod regnante Achaz rege impio, consentientes venerint contra Hierusalem rex Aram, &c.] Ex textu, ibi: consentit Syria cum Ephraim, & ex codicibus, addidimus has voces, consentientes venerint contra Hierusalem, & statim vocem fuit.

Duodecimo enim anno Achaz filij Ioatham in tribu Iudæ regnauit Osee super Samariam.] Olim fœdo errore, quartodecimo, non duodecimo anno, legebatur 4. Reg. 17. anno duodecimo, inquit, Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis Hebraicum & Lxx. similiter.

Regnauit autem Achaz super Iudam annis sexdecim: post cuius mortem septimo anno Imperij sui, obsessus, & nono captus est Osee, & destructa Samaria.] Quod septimo anno obsessus fuerit in Samaria vrbe Osee, & nono captus, clare habetur 4. Reg. 17. & 18. tribus enim annis durauit obsessio: propterea falso legebatur antea, septimo anno Imperij sui captus est Osee, & destructa Samaria.

Ita vt si voluerimus sexdecim annos Achaz, & septem Osee ponere, efficiantur anni viginti tres, aut vt multum viginti quatuor.]Hîc quoque pro vigintiquatuor reposuimus vigintiquinque. Si enim septem anni Osee, quando scilicet obsessus est, annis sexdecim Achaz, quibus ille regnauit, iungantur, fiunt anni, vigintitres: quod si nouem anni Osee, quando scilicet captus est, addantur annis sedecim Achaz, (hoc est, si consideremus non quando obsessus, sed quando captus fuit Osee) necessario vigintiquinque exibunt anni, non vigintiquatuor.

Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum: hoc est, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum.] Rom. 10. ἀναβήσεται ἢ καταβήσεται. Sic in vulgata & Deut. 30. Quis nostrum valet ad cœlum ascendere: & quis è nobis poterit transfretare mare: olim ascendit, & descendit. Item paulo post, pro Cynomia restituimus cœnomia ex ipso Hieronymo alibi, & Exod. 18. quæ vox significat omne genus muscarum Hebraicè ערב.

Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.] Quamuis Lxx. vocem הרה concipiet, transtulerint ἐν γαστρὶ λήψεται, hoc est in vtero accipiet, tam hîc quam infra 26. & Gen. 16. & hanc lectionem secuti sint Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, & ceteri qui versioni Lxx. prius hærebant: non est tamen recedendum à vulgata, id est, Hieronymi versione, quam postea probauit, & semper deinde secuta ecclesia est, (vt vir quidam alioqui pius, doctusque præmonuit) quippe cum vox הרה concipere significet, & ita sæpe vbique D. Hieronymus, ipsique etiam Lxx. alibi eam transtulerint, Gen. 4. concepit, & peperit Cain. 16. At illa concepisse se videns despexit dominam suam & ibidem. Ecce, ait, concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismahel. 19. Cõceperuntque duæ filiæ Lot. 30. Quæ ingresso ad se viro cõcepit. 38. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Hier. & ne longius vager, vbicumque vox ista הרה reperitur, Hieronymus, sicut ceteri omnes Hebraicè periti, & ipsimet Lxx. alibi pro ξυλλαβεῖν, id est, concipere semper accepit.

Iudaicum populum significet, qui relictus est, & postea reuersurus.] Olim reuersus: reuersurũ esse populum Iudæorũ, tunc cum omnis Israel saluus fiet, non autem illum iam reuersum, nemo ignorat: ex emendatioribus codicibus ita restituimus.

Tu autem vastationis tempus illud aduenies: quando quod nunquam sperabas, imo nunquam metuebas, Assyrius venerit.] Has voces, sperabas, imo nunquam, codicum ope, vti superfluas expunximus, quippe cum de futuro malo metus dicatur, non spes.

Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis.] Sic textus in Vulgata, & Heb. אלף בסף Lxx. similiter χιλίαι ἄμπελοι χιλέων οἰκλων. olim, mille argentei.

At nunc magna pars Romani orbis, quondam Iudææ similis est: quod absque ira Dei factum non putamus, qui nequaquam contemptum sui per Assyrios vlciscitur, & Chaldæos, sed per feras gentes, & quondam nobis incognitas: quarum & vultus, & sermo terribilis est, & femineas incisasque facies præferentes, virorum, & bene barbarorum fugientia terga confodiunt.] Loquitur de Hunnis, & Vandalis, & similibus septentrionalibus gentibus, qui Romanum orbem inuadentes, eum magna ex parte vastarunt, nõ secus quam Assyrij, Chaldæique fecerint de Iudæa. Hunnorum autem talem, qualem Hieronymus describit, fuisse faciem, veteres omnes, qui de illis commentati sunt asserunt: falso igitur antea pro Romani orbis: legebatur Romanæ Vrbis.

Cap. VIII.

Ipse dominus loquitur ad Achaz, & præcipit ei, vt petat sibi signum.]Olim præcepit.

Legimus quod regnante Achaz, Vrias sacerdos præfuerit templo domini: cui præcepit Achaz, vt altare simile altaris Damasci faceret] 4 Reg. 16. *Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regis Assyriorum in Damascum: cumque vidissent altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem, iuxta omnia, quæ præceperat rex Achaz de Damasco: ita fecit Vrias sacerdos, donec veniret rex Achaz de Damasco.*] Olim insigni errore pro Vrias, legebatur Zacharias in hunc modum. Legimus quod regnante Achaz, Zacharias sacerdos fuerit templi domini. Quod autem pro sacerdos fuerit templi domini: similiter præfuerit templo domini, reposuerimus codicum monitu fecimus: fuit enim Vrias summus sacerdos.

Qui propter bona opera, & gratiam, quam per bona opera consecutus sum, sicut in forti manu sua eruditus me.] Constat ex textu legendum esse, sicut in forti manu, olim tamen legebatur, siue forti manu, & pro, quam per bona opera consecutus sum, quæ per bona opera consecutus sum.

Ne forte dicant durum est.]in textu Lxx. μήποτε εἴπωσι. olim ne forte dicatis.

Gentes, quas dominus Deus tuus disperdet à facie tua, omnia audiunt, & diuinos.] Deuteron. 18. κληδονισμῶν καὶ μαντεῖν ἀκούσονται. Vulgata editio. Gentes istas, quarum possidebis terram, augures, & diuinos audiunt. Similiter in Hebræo est מעננים. ex quo constat falso antea pro omnia, lectum esse, somnia. Hunc errorem expunximus etiam Ezech. 20. exemplaria nos monuerunt: vocat autem omnia, auguria.

Cap. IX.

Esaia dicente. Reuelabit dominus Deus brachium sanctum suum omnibus gentibus.] ἀποκαλύψει Esa. 52. secundum Lxx. vbi vide: olim reuelauit.

Cecidit enim impius, quod statuerum ad sanctos directum erat.] Prius, statuerum: & pro, sciet, scient, ex vulgata & Hebraico tam in textu quam in Commentario, semel & iterum reposuimus, ibi. & scient populus omnis Ephraim. וידעו

Cap. X.

Qui enim dives est, de quo legimus: Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ, non sustinet commutationem, non cito ab eis rapitur. Pauper autem, & qui humilis est, & paruus in populis, cito ab eis scandalizatur.]Non sustinet commutationem: id est, non commutatur, nec facile ab hæreticis (de quibus sermo est) à recto sensu ad prauum abtertitur. Si autem Hieronymus alludit, vt reor, ad illud Pro. 13. λυτρον ἀνδρὸς πλοῦτος δίδυμος πλοῦτος, πρωχὸς δὲ οὐκ ὑπέστη ἀπειλήν. Legendum est. Qui autem dives est sustinet comminationem.

Consolamini, consolamini populum meum, dicit Deus, sacerdotes.]Sic habent Lxx. infra cap. 40. & etiam Hebraicum & vulgata: olim deerat, dicit Deus.

Maximè cum ea quæ sequuntur, & nos de illo, & circumcisio scripta fateatur.] Circumcisio, hoc est, περιτομὴ & quæ à nobis dicitur circumscriptio. De Christo enim, ait, à propheta hîc sermonem fieri, tam nos, quam ipsamet prophetæ circumscriptio, continentiaque fatetur: nam & ante, & retro insignis de Christo hîc est prophetia.

Cap. XI.

Sed iudicabit humili iudicium.] In textu Lxx. ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῶ κρίσιν, id est, nõ respiciet personam hominis, sed pro paupere quoque eius dicet: quem sensum vulgata editio clarius expressit, dum ait. Sed iudicabit in iustitia pauperes. Exod. 23. Sicut ne contra eius, pauperi faucamus dicitur. Pauperis quoque non miserebetis in iudicio: Ita ne contra illum, vbi ius negat, hoc est, in fauorem diuitis, feramus sententiam, subditur. Non declinabis in iudicio pauperis. Quod Lxx. dilucidius explicantes dixerunt οὐ διαστρέψεις κρίμα πένητος ἐν κρίσει ἀυτοῦ. id est, non subuertas iudicium pauperis.

Cap. XII. In Prologo.

Interdum obliuiscitur propositi, & in Origenis scita concedit.] Simili locutione vtitur etiam infra capite 58. Symmachus inquiens, in Theodotionis scita concedens, torquem posuit: qui locus vitiatus non erat: hîc autem legebatur, & Origenis sata concidit. Exemplaria nos monuerunt.

Oculos Sedechiæ iussit auferri: excæcatumque misit in caueam, & in ritum ferarum traxit in Babylonem: completo vaticinio Hieremiæ, quod canebat, intrabis in Babylonem, & non videbis eam.] Ezech. 17. ita scribit idem Hieronymus. Legimus enim Sedechiam captum, ductum esse in Reblata, ibique interfectis filiis excæcatum, & instar feræ clausum cauea translatum in Babylonem. Vnde & scriptura cum videatur sibi esse contraria, tamen in vtroque verissima est. Dictum enim erat ad Sedechiam: Et intrabis Babylonem, & non videbis eam. Intrauit enim: quia ductus est in Babylonem, & non vidit, quia fuerat excæcatus. Volui præmonuisse, quia vbi hoc scribatur in Hieremia, equidem non inuenio: constat autem scriptum id esse Ezech. 12. Adducam, inquit, eum in Babylonem, & ipsam non videbit: mutare autẽ locum ab exemplaribus destituti ausi non sumus, quia potuit esse, vt sicut Ezechiel Babyloniæ id de Rege, ita Hierosolymis ad regem idipsum Hieremias prædixerit: maxime cum huic sententiæ non aduersetur id quod

Hier. 33. & 34. dicitur, scilicet quod Sedechias suis propriis oculis visurus esset regem Babylonis: constat enim 4. Reg. 25. Sedechiam ductum esse in Reblata, hoc est, Antiochiam ad regem Babylonis, ibique excæcatum, ductum postea in Babylonem: & ita regem vidit, non autem Babylonem.

Cap. XIII.

Pilosi saltabunt ibi: vel incubones, vel Satyros, syluestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant.] Ficarios, vocem superfluam non esse, vt olim margini erat adscriptum, cuncta me, quæ illam habent exemplaria monent.

Cap. XIIII.

Babylonem fuisse potentissimam, & in campestribus per quadruum sitam, ab angulo, vsque ad angulum, muri quindecim millia tenuisse passuum, id est, simul per circuitum quadringenta octoginta stadia, refert Herodotus.] Herodotus libro primo κέεται, inquit, ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μήκεϊ ὄρεος ἑξήκοντα μέτρων ἕκαστον: εἰκοσι ἐπ' ἐκατὸν σταδίων, ἑόντος τετραγώνου: ἔστι δὲ τοῦτο τῆς περιόδου τῆς πόλιος γίνονται ξυνάπαντες ὀγδήκοντα, καὶ τετρακόσιοι. ex quo cõstat falso antea in impressis codicibus lectum: ab angulo vsque ad angulum, muri sedecim millia tenuisse passuum: quindecim enim, non sedecim millia passuum legendum est. Tot enim reddunt centum viginti stadia ab angulo vsque ad angulum cuiusque lateris, hoc est, in circuitu per totum sexaginta milliaria, quæ sunt quadringenta octoginta stadia, cum octo stadia mille passus efficiant. Altissimam autem fuisse turrim satis constat ex Iosepho, qui libro primo antiquitatum cap. 4. postquam scripsit Nembrotum dixisse ædificaturum turrim excelsiorem quam quo aqua ascensedere posset: tantamque illius fuisse crassitudinem, vt proceritatem suam obscuraret: vtens postea Sybillæ testimonio ait. Cum vniuersi homines vno eloquio vterentur, turrim ædificarunt excelsissimam, quasi ad cælum per eam ascensuri: & hoc est, vt Gen. 11. scriptum est: faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum. Quod autem quatuor millium passuum fuerit altitudinis ex vulgata, vt apparet, opinione hîc refert Hieronymus. Diuersa autem fuit hæc turris ab ea quam scribit ibidem Herodotus in medio templi Beli fuisse, altitudinis vnius stadij, cui septem aliæ per ordinem impositæ fuerint.

Mortuo rege aduersarum gentium semper lætantur inimici: ex rebus nouis bella ciuilia, & seditiones, ac regnandi imperiam præstolantes.] Regnandi imperium habent quinque manuscripti codices: quæ lectio, si magis placet, significat futuram in regno potestatem. 1. præstolantur quinam regni imperio potiturí sint. Aut potius pro tyrannide accipitur: sperant enim inimici, mortuo rege, vel bella & seditiones in populo excitandas, vel futurum regem in tyrannum conuertendum, & ita aduersariorum res pessum ituras: non displicet etiam altera lectio, eos scilicet habere spem in imperitia futuri regis.

Ab Aquilone enim fumus venit. Tex. Heb. בא, Lxx. ἔρχεται venit: quam lectionem sequitur ipsemet Hieronymus infra dum idem caput rursus exponit. Vulgata tamen editio habet, veniet: ex qua statim pro, Quid respondebit correximus, Quid respondebitur.

Cap. XV.

Et in plateis eius omnis vlulabit.] Tex. כלה יֵיִלִיל & ita est in vulgata. Olim, vlulatus, & rursus infra in eodem capite, vlulat.

Cap. XVI.

Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama.] Tex. Vineam melius quam vinea: ex vulgata, & ipsomet Hieronymo infra dum idem caput rursus exponit.

Cap. XVIII.

Ad gentem expectantem, & conculcatam.] Textus secundam vocem, expectantem, ex Hebræo, vulgata editione, & ipsomet Hieronymo infra, reposuimus.

Cap. XIX.

Et Ezechielis vaticinium compleatur: Dispergam simulacra, & cessare faciam idola de Memphis.] Ezec. 30. leges hæc verba: antea pro Ezechielis, Hieremiæ falso legebatur.

In eo quoque quod nos transtulimus, incuruantem, & refrenantem, possumus dicere incuruum, & lasciuientem: vt intelligamus senem, & puerum. Nos autem verbum Hebraicum אנמון *dum celeriter quæ scripta sunt, vertimus, ambiguitate decepti, refrenantem diximus: quod significantius Aquila transtulit* στρεβλοῦντα *id est, qui nihil rectè agit, sed omne peruersum, vt puerum significet.*] Sup. cap. 9. & hîc, eadem verba sunt in Hebræo, כפה ואנמון primam vocem, vtrobique incuruantem transtulit: alteram, illic deprauantem, hîc refrenantem. Quod autem ambiguitate vocis deceptum se dicit, vt refrenantem hîc verterit, ad Græcam vocem quam στρεβλοῦντα reddidit, Aquila, non ad Hebraicã אנמון quæ talem ambiguitatem non habet, respicit. Cum enim στρεβλόω, duos significatus habeat deprauare scilicet, seu peruertere, item stringere, ac torquere cap. 9. ex prima significatione deprauantem, hîc ex secunda, quod non probat. refrenantem dixit: puero enim deprauantis, non refrenantis vox conuenit. In incuruo enim & peruerso (quod voluit Aquila) senem & puerum (ait) his vocibus significari: aut principium & finem, vt Lxx. & Symmacho hîc: seu magnum & paruũ, vt iisdem Lxx. cap. 9. placuit. Alij truncum, & virgultum exponunt, fortem & debilem Kimchi, qui & dominantium nomina esse retur. Certè אנמון circulum significat, ahenumque incurui capitis, seu germen tenerum, & quidquid aliud curuato capite est, vt Aben Ezra interpretatur: olim falso, pro refrenantem referentem legebatur. Vulgata editio primam Hieronymi hîc sequitur versionem.

Et sicut ebrius & vomens ignorat quid gesserit, & vbi sit, nescit: sed iacet mentis alienæ.] Magis placuit hæc lectio quã prior, egerit quod ingesserat, propter ea quæ sequuntur. Alij per nimiam ætatem desipiunt, atque delirant: alij per lasciuiam & infantiam ignorant quid agant.

Et titulus iuxta terminum eius domino.] Sic Hebr. Lxx. & Hieronymus in commentario. Sensus patet: alioqui inuerso ordine legendum erat, vt in vulgata, & titulus domini iuxta terminum eius: olim, domini.

Nequaquam Israel inter Ægyptium & Assyrium medius elidetur: nunc Antiochis & Demetriis ad se Iudæ trahentibus regnum, nunc Ptolemæis possessionem eius sibi vendicãtibus.] Olim, Ægyptum, & Antiochiis.

Cap. XXII.

Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris.] Textus. Heb. in hunc sensum לִמֵּי חֹבְרָכָה. Lxx. in eũdem καὶ ἐποιήσατε inquiunt, αὐτοὺς ὕδωρ ἀναμέσον δύο τειχέων, ἑσώτερον τῆς κολυμβήθρας τῆς ἀρχαίας aliter, & aquam piscinæ veteris: quam lectionem Hieronymus in Commentario sequitur, dum ait, fecerintque cisternam inter duos muros, & piscinam veterem instaurarint ad seruandas aquas. Hoc est quod non tantum nouam fecerint cisternam, sed veterem quoque purgauerint, & instauraverint. Infra tamen dum idem caput tropologicè interpretatur, priori lectioni fauere magis videtur. Videlicet quod iuxta aquæ ductum piscinæ veteris, lacum quendam magnum ad maiorem aquarum copiam seruandam extruxerint. Vulgata variat.

Cap. XXIII.

Quia his qui habitauerint corã domino, merces erit negotiatio eius.] Tex. vox, merces, cum tam in Hebraico, & vulgata editione, quam in codicibus manuscriptis vacet, expuncta à nobis fuit. Vbi autem supra dicitur. Et merces sanctificatæ domino: pro mercimoniis hîc accipere videtur. Infra tamen, dum idem tropologicè caput exponit, pro mercedibus interpretatur: nam & in Hebraico est אתננה & apud Septuaginta ὠσθός quod vtrumque mercedem, non mercem significat. Ego autem puto vitiatum hunc esse locum, & secundum quinque manuscriptos codices in textu legendum esse, mercedes, non merces: similiter in commentario, vbi ait: & nota quod non dixerit negotiationes & merces Tyri sanctificatas domino, his dandas qui habitauerint Hierusalem: & iam in emendationibus vulgatis Bibliis mercedes non merces in propheta legitur: placuit præmonuisse, quia locus emendatus non est.

Cap. XXIIII.

Hic autem baculus, & hæc virga insanabili gentes furore cædebat.] Olim manifesto errore, hoc baculo, & hac virga.

Tu autem proiicieris in montibus sicut mortuus abominabilis.] In tex. Lxx. ὡς νεκρὸς ἐξουδενωμένος. olim, sicut abortium: quæ vox non Lxx. fuit, sed Symmachi, vt ait Hieronymus, sicut eiusdem Symmachi fuit, quod statim sequitur. Vsque ad fundamenta laci, quod est Hebraicè אבני בור, hoc est, lapides laci: ad Inferos scilicet, vt vertêre Lxx. hãc Symmachi versionem citat supra, dum idem caput exponit, dicens, simulque discimus quod infernus sub terra sit, dicente scriptura: Vsque ad fundamenta laci.

Quorum in corpore nequaquam regnabat peccatum.] Rom. 6. deerat, olim in corpore.

Præparate filios eius occisioni, in iniquitate patrum suorũ.] Tex. ex Hebræo & vulgata ita emendauimus, antea filios vestros occisioni iniquitatum.

Cap. XXV.

Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruimus.] Philip. 3. ex Græco, & vulgata: olim qui spiritui Dei seruimus.

Vnde & manna, quod videtur quasi glacies super faciem terræ, non præterfluit, sed consistit.] Hoc dicit quia vbi nos Num. 11. habemus: Erat autem manna quasi semen coriandri, coloris bdellij: pro coloris bdellij Lxx. legunt ὡσεὶ εἶδος κρυστάλλου. vt species crystalli: glacies enim, seu crystalli species non præterfluit, cum potius gelu sit ex aqua concretum.

Cap. XXVI.

Finitus est enim pulvis, consummatus est miser.] Tex. pro consummato, consumptum interpretatur D. Hieronymus, quod est Hebraicè אפס & apud Lxx. ἐκωφώθη. verum cum idem sit sensus, non recessimus à vulgata.

Nocte vastata Ar, Moab conticuit.] Constat ex textu sic esse legendum, deerat antea, conticuit.

Cuius non sunt oues propriæ.] Ioan. 10. ὧν οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια: propriæ, ex vulgata addidimus.

Hoc & nostris temporibus videmus esse completum: Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in Ecclesias domini surrexerunt.] Serapis templum vocat Serapium, quod Alexandriæ magnifice extructum erat, sicut Gazæ templum Marnæ: sic habent quinque ex Florentia manuscripti codices, quæ lectio magis placuit, quam prior: Serapis in Alexãdria: dicit autem Serapium à Serapi, sicut ab Vlixe dixit Vlixeum in libello ad Fabiolam, de veste sacerdotali.

Et respicient sanctum Israel, & aras, lucosque ac delubra contemnent.] Olim, respiciens.

Quod Hebraicè dicitur ביום נחלה. *Legi potest in Hebraico, in die pessimã.*] Sic vertit ipse Nahum 3. in fine, vbi dicitur, pessima est plaga tua. נחלה enim in Hebraico est ibi.

Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium.] Tex. ex vulgata, & Hieronymo tam hîc quam supra sic restituimus, quod Hebraicè est כשאון & Septuaginta ὡς ὕδωρ ἠχήσει ὡς ὕδωρ πολύ. prius, sicut multitudo aquarum inundantium.

Cap. XVIII.

Sequebatur vt de hæresibus quoque eorum, qui ecclesiam vexarunt, & hucusque populantur, sermo propheticus nunciaret: qui dormiente patrefamilias in agro ecclesiæ superseminauerunt zizania.] Sensus verus: olim, vt de hæresibus quoque, quæ Ecclesiam vexauerũt: cui lectioni non congruebat postea, qui super seminauerunt zizania.

Cap. XIX.

Pro quo Aquila transtulit ἅρμα ωἰδῆς.] Hæc enim vox ponderi, seu משא respondet non ὄχημα vt olim: i. visio.

Sicut arbitratus est Iosephus, qui in libris de bello Iudaico refert Ooniam sacerdotem Esaiæ impleſſe vaticinium.] Quamuis li. 7. de bello Iudaico cap. 30. verum sit hoc scribere Iosephum: tamen, quia in antiquitatibus quoque id refert li. 13. cap. 6. & is locus magis est proprius, à priori lectione recedendum esse non reor, vt legatur, qui in libris antiquitatum refert: maxime cum περὶ ἁλώσεως, id est, de captiuitate libros Iosephus magis inscripserit, quam de bello Iudaico, vt infra Hieronymus in fine cap. 64.

Calamus quoque & iuncus nimia siccitate marcescent.] Vox קמלו quamuis pro percuti exponat Kimchi, rectè tamen pro marcescere accepit Diuus Hieronymus, sicut infra 33. pro obsorduit. Huic lectioni vulgata, commentariumque consentiunt: ita quoque ex ea eadẽ vulgata constat eundem Hieronymum reddidisse vocem אמללו. Expandentes rete super faciem aquæ, emarcescent: olim vtrobique, arescent. אמלל enim Psalm. 6. pro infirmo, & Nehem. 4. pro imbecillo.

De quibus ebrijs, idem loquitur: Veh qui ebrij estis absque vino.] Sic habetur infra cap. 28. ad verbum secundum Lxx. Imperiti librarij non inuenientes locum pro, idem 5 Esaiæ, Ioel adscripserant: cum tamen Ioel primo contraria prorsus sententia apud Lxx. contineatur, dum aiunt. Euigilate qui ebrij estis in vino vestro, & in Hebraico, vulgataque non sit eadem, expergiscimini, inquit, ebrij, & flete. Vox autem Veh, & absque vino, deest vtrobique.

Timebit autem commotionem, siue eleuationem manus domini.] Id est, תנופת vnde infra. Multum prodest manus domini eleuata siue commota, antea elationem.

Quando audiuimus iudicium sanguinis dicente domino: Non susciptes auditionem vanam, auditus noster loquitur lingua Ægyptiaca.] Alluſit ad illud Esaiæ 33. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit: & ad id quod Deut. 17. de iudicio sanguinis scriptum est. Difficilis enim sanguinis quæstio non nisi sacerdotum sententia definiri debebat.

Cap. XXI.

Horribilis visio & dura annunciata est mihi.] In tex. Lxx.

φοβερὸν τὸ ἔθνος καὶ σπληρὸν αὐηγγέλη μοι, olim, de terra horribili visio dura annunciata est mihi, vt est in vulgata Latina editione.

φιλεσπουδῶσιν.] Si vocat reprehendendi cupidos: At Suidæ ἐσπουδακὸς sunt τὰ ἐπὶ σπουδῇ γινόμενα: quæ pro honore fiunt.

Paramensam, speculare speculam.] In Lxx. hæc verba, speculare speculam, desunt in vulgato Lxx. codice Græco, & Hieronymus de illis in Commentario non meminit: Verũ cum sint in Hebræo, & nostra editione, non puto à Lxx. omissa, sed potius mancum esse codicem Græcum, qui circunfertur, præsertim cum in Latino reperiantur, ideo nihil est mutatum.

Et vocaui Vriam ad speculam domini, & dixit: steti per totam diem.] In tex. Lxx. καὶ ἐκάλεσον οὐρίαν εἰς τὴν σκεπὴν κυρίου, καὶ εἶπεν. constat etiam ex sensu hanc esse veram lectionem, cui fauet etiam vulgata, dicens, & clamauit leo. Vriam enim pro leone posuere Lxx. ambiguitate nominis אריה & אוריה decepti: falso antea, & vocaui Vriam ad speculam: Dominus dixit, &c.

Cap. xxii.

Quid nunc tibi quoque est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta.] In text. אפוא nunc significare, non nam, ipsemet Hieronymus probat in commentario: falso igitur antea legebatur Quid nam tibi: & in Lxx pro ἀνέβητε πάντες ascendistis omnes, ascendisti omnis: loco ex Latina lectione vitiato.

Fletu amarissimo se flere testatur, non super filio, sed super filia populi sui: quæ virilitatis perdidit dignitatem.] Filia est in Hebraico, vulgata, & Lxx. & ita esse legendum satis liquet ex ipso Hieronymo: prius tamen legebatur, non super filios, sed super filias, sicut penes Lxx. error pro erroris.

Donec aut peccato moriantur, & vitijs: aut cum delitiis suis ad inferos pertrahantur.] Delitiis non delictis esse legendum, explicat statim, dum voluptates vocat.

Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum.] In tex. quamuis, vox, desit in Hebraico, cum tamen necessaria videatur ex vulgata editione illam reposuimus: reponenda est autem supra quoque in eodem cap. Lxx. pro eo habent, reuelata sunt hæc.

Et erit in solium gloriæ domui patris tui.] In tex. sic habet vulgata. Hebraicum similiter לכסוא antea in solio domus.

Qui est filius Helchiæ, id est, partis domini.] Helxias Hebraicè: חלקיהו partem domini significat: falso antea, patris domini חלק enim partem, non patrem significat.

Cap. xxiii.

Et divit, nequaquam adijcietis iniuriam facere.] In tex. sic correximus ex Hebraico & vulgata, olim, & dicent. Quæ lectio Lxx. est, non Hieronymi.

Quia concupiscet rex decorem tuum.] ἐπιθυμήσει. Psalm. 44. antea concupiscit, sicut paulo superius, collecta pro collata.

Cap. xxiiii. In fine.

Quales iubetur & Moyses presbyteros eligere, quos scit esse presbyteros: cani enim hominis sapietia eius: qui imitantur vetustum dierum, cuius cæsaries describitur candida, vt ætatis longitudo monstretur.] Hunc versum: cani enim hominis sapientia eius, ex quatuor manuscriptis codicibus hîc reposuimus: antea enim non suo loco legebatur, id est, post verbum monstretur.

Cap. xxv.

Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes.] Tex. pro faciem vinculi colligati in Hebræo est. פניהלוט חלוט que verba ipsemet Hierony. Dan. 11. in fine, vertit: faciem dominatoris tenebrarũ, pro eo quod לוט abscondere significet. 2. Reg. 19. Rex לאט abscondit faciem &. 1. Reg. 18. loquimini ad Dauid בלט clam me. Ruth. 3. Venit בלאט abscondite. Hîc autem pro vinculo colligato accepit, sicut 1. Reg. 21. ecce gladius Goliath Philistæi quem percussisti in valle Terebinthi, est בשמל לוטה inuolutus pallio. Item pro tela quam orditus est, in Hebræo legitur חמסכת חמסכה. Vox enim מסכת pro tela & licio sumitur Iud. 16. hîc, & infra 30. At ex vocis ambiguitate in eo loco Da 1 pro vnctione, quæ vncta est vertit, quippe cum סך vngere significet. Deut. 28. Ruth. 3. item 2 Reg. 12. & Ezech. 16. Præmonui autem propter locum aliter quam sit in vulgata, & Lxx. citatum infra Dan. 11.

Omnia quoque munimenta sublimium virorum illius, siue murorum, vt in Hebraico continetur, concident.] Non virorũ, sed domorum legendum est. Sic enim Lxx. transtulerunt vocem. חמת quam pro muris vertit ipse Hieronymus. καὶ τὸ ὕψος inquientes, τῆς κραταιότητος τοῦ ὄχυρου σου ταπεινώσει. volui præmonuisse, quia locus emendatus non fuit.

Cap. xxvi.

Cantabitur canticum istud in terra Iuda, siue Iudæa, quod interpretatur vtrumque confessio: vt quo modo Sion & Hierusalem vrbem cælestem intelleximus, ita & regionem huius vrbis confessionem cælestem intelligamus.] Verba, confessionem cælestem, vtique hîc necessaria, ex antiquissimo manuscripto Mediceo codice nos reposuimus.

Hoc autem ille consequitur, de quo in Leuitico dicitur: Homo homo filiorum Israel, & in Numerorum libro: Vir vir, cuius vxor cubile maculauit.] Primus locus Leuit. 17. Secundus Num. penes Lxx. habetur. Pro, Vir vir, in quinque manuscriptis codicibus legebatur, Viri viri sicuti est in Græco ἀνδρὸς ἀνδρὸς ἐὰν ἐκκλιθῇ γυνὴ αὐτοῦ. nõ recessimus autẽ à vulgata lectione, quia sensus est idem, & magis congruit cum superioribus: correximus tamen insignem errorem, quo pro vxor, legebatur vox.

Deus magne, æterne, qui humiliasti, & detraxisti eos qui habitant in excelsis.] In tex. Lxx. κατήγαγες & sic habent quatuor codices: olim destruxisti.

Ad quod respondit dominus: Misereamur impio: & est sensus magis impius misericordiam consequatur, & discat clementiam meam, dum etiam ipse saluatur.] Sic habent quinque ex Florentia manuscripti codices, veraque lectio est antea discat clementiam meam, sum enim ipse saluator.

Quod quidem & de sapientia legimus: quæ iuxta Hebraicum loquitur in Prouerbiis: Deus possedit me initio viarum suarum.] Licet quædam exemplaria male pro possessione haberent creaturam: Denique sequitur: Ante omnes autem colles generauit me. Quo modo enim creaturæ generatio poterit coaptari, quæ magis possessioni congruit. Deum ait male in quibusdam exemplaribus non possessionem haberi, sed creaturam, ostendit Græcum codicem Lxx. Pro. 8. vitiatum, & pro ἔκτισε creauit, legendum esse ἐκτήσατο. possedit. Quod miror veteres Græcæ Ecclesiæ antesignanos non animaduertisse, dum aduersus Arium belligerantur, præsertim Cyrillum Alexandrinum, qui multum in eo se torquet: erat enim is locus Arij Achilles. Nam quod vox Hebraica קנני possessionem significet, non creationem, omnes norunt. Vide quantum Hebraicæ linguæ profit peritia: Vnico enim verbo D. Hieronymus ἀξυκτον Arianorum syllogismum, in quo adeo veteres catholici laborarunt, prostrauit.

In vtero accepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis tuæ.] In tex. Lxx. ἐν κοιλίᾳ ἐλάβομεν, καὶ ἀδίνησαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου. & ita ipsemet Hieronymus citat hunc locum infra cap. 37. pro doluimus legebatur antea, parturiuimus, altera verbi significatione: de quo Hieronimus Matth. 24. ab eo tamen hîc recedere non placuit.

Ros enim domini iuxta fabulas poetarum vincens omnes herbas Pæonias viuificabit corpora mortuorum.] A Pæone peritissimo medico, de quo Homerus meminit, & à quo Pæonia Plinio teste, nomen accepit. Pæonias herbas dixit, hoc est, vt Suidas exponit, medicas.

Cap.

Cap. xxvii.

Venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui electi erant de terra Ægypti.] In tex. sic habet vulgata editio, & Hebraicum הנדחים בארץ quod Lxx. dixerunt ἀπολλύμενοι ἐν αἰγύπτῳ. Venient, inquit Hieronymus de Assyriis & de terra Ægypti: antea in terram Ægypti: comma non suo loco positum, sensum turbauit: qui electi erant de terra Ægypti, scilicet venient.

In hoc loco Iudæi cassa sibi vota promittunt: quod in consummatione mundi quando ὁ ἐλεύσεται suus venerit, de Assyrius, & de terra Ægypti dispersus populus congregetur, & veniat in Hierusalem.] Idem est Græcè ὁ ἐλεύσεται, quod Hebraicè Messiach, & Latine vnctus ab ἀλείφομαι & inde ἠλειμμαι voce ducta. Vulgaris autem sententia est, Iudæos suum expectare Messiam. Suscipierit autem falsum pro vero, hoc est, pro Christo Antichristum: secundum quod illis prædictum fuit. Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

Naziahzenus oratione in Basilium. Μηδὲ τὸ Ἰουδαίων ἐθνος ἀποκαλεῖν αἰσχύνου, εἰ τὴν τῶν ἠλειμμένου φωνὴν αὐτὴ τῷ χρίστῳ παρὸ ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἤξιται πεπηρῶσθαι ἡμῶν τὰ τῆς ζωῆς. Neque enim, inquit, Iudæorum gens abiicienda est, si pro Christi, ἠλειμμένου vocem, paruitamen id esse ducens, requirat: dummodo alias digna sit nobiscum connumerari. ἐλιμμένος autem captum, comprehensumque significat à verbo λαμβάνομαι, & ἑλήμμαι. Vnde Esaia 11. penes Lxx. καὶ ἐλήψεται ἐλιμμένος τὰς παλεύσεις αὐτοῦ. Veritate latera circundatus: quod est apud nos. Fides cinctorium renum eius. Hinc Aristophanes in Pluto ἐπ' αὐτοφώρῳ πλεονεκτοῦντ' ἐλιμμένῳ. In actu ipso deprehensi indigna facientes. Interdum autem librariorum imperitia has duas voces inter se confusas inuenies.

Siquidem & apud Hebræos compositum est: quia vomitus didicitur קיא *& צואת fordes.* Verbum צואה, significare fordes constat etiam supra cap. 4. si abluerit dominus צאת fordes filiarum Israel, & pro. 30. & tamen non est lota מצאתו à fordibus suis, sic in textu & penes Aquilam, vomitum fordium. Inde nos moti pro fordibus, reposuimus, fordes.

Non eos iuxta Lxx. Sed iuxta Hebraicum ponere, nullius sequentes interpretationem, sed sensum Hebraicum suo sermone vertentes.] Olim falsa Latinitate, sequentium, & vertentium.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem.] Tex. secundam vocem, lapidem, ex Hebræo, vulgataque editione reposuimus.

Sic contra impios & illusores irascetur dominus, vt faciat opus suum nequaquam: Non est enim opus domini perdere quos creauit, sed facere opus alienum.] Et distinctione, & additione vocis, nequaquam, hunc locum suo nitori restituimus: alioqui sensus mancus, & contrarius.

Cap. xxix.

Fortitudine faciam, & sapientia intellectus auferam fines gentium.] In tex. Lxx. sup. cap. 10. ἐν τῇ ἰσχύι ποιήσω, καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν. Deerat autem vox, intellectus.

Sed cum viderint filij sui opera mea.] In tex. Lxx. ὅταν ἴδωσι τὰ τέκνα μου τὰ ἔργα μου, διατί ἁγιάσουσι τὸ ὄνομά μου. ex vulgata, in qua legitur: cum viderit filios suos opera manuum mearum, Lxx. lectio immutata fuit, sic enim legebatur antea. Cum viderit filios suos.

Cap. xxx.

Erant enim in Tanis principes tui, & Nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt.] Tex. היו est in Hebræo, & in vulgata legitur, erant: olim tamen erunt. Tanis autem, quæ Chaldaice dicitur סאנס & Hebraicè צען, de qua Psalm. 77. Esa. 19. & Ezech. 30. maxima Ægypti vrbs est, Strabone teste, ad ostium Tanicum posita, in qua Pharaonis regia fuit, & sub Moyse portenta plurima perpetrata, eademq; prorA sus est cum ea, quæ Hieremiæ 43. 44. 46 Taphnis vocatur: quod Hebraicè est תחפנחס, & Græcè Taphnas. Nũ & Hieronymus tam hîc, quam in libro de locis Hebraicis vnam ab altera non distinguit.

Pro Regulo volante, quem Lxx. genimina aspidum transtulerunt in Hebraico est. מעופה. *dicitur euolans* שרף, *nos appellare possumus comburentem.*] Sic restituimus hunc locum, qui confuso, & incongruo ordine prius legebatur: in Hebraico מעופף dicitur euolans, quem nos appellare possumus comburentem, & Hebraicè vocatur שרף. De hoc serpente, qui שרף dicitur Deut. 8. sit mentio, & vocatur flatu aduersus Num autem 21. simpliciter serpes tantum dicitur. Huiusmodi flatu aduersitem draconem Chiorum agros deuastasse memoriæ proditum est.

Leænam & catulum leonis, quidam cælestem Hierusalem, & deceptum ex ea populum exposuit.] Vox deceptum magis placuit quã recepta. Loquitur enim vir ille de Angelis, qui superbiæ vitio decepti ex cælesti Hierusalẽ decidere. Vnde statim subditur. Qui draco appellatus in Apocalypsi tertiam partẽ stellarũ secũ detraxit in terrã: quæ pertentate cohortis ptiores diuitias perdiderunt, deferẽtes eas in Ægyptum huius sæculi: Vocat autẽ sententiæ suæ scientiæ (vtrumque enim legitur) pertentatem, quid eorum princeps draco se altissimo simile futurũ putauit, dum dixit. In cœlũ conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in mõte testamenti in lateribus aquilonis: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.

Saluator quoque quinque millia virũ, qui adhuc sensibus corporis seruiebat, & legẽ sequebatur Moysi, hordeaceis panibus saturauerat: Qui in alio loco frangens septem legis panes, & in frustra comminuens, quatuor millia virorum repleuit tritireis panibus, qui euangelicum numerum sequebatur.] Pro septem, quinque olim legis panes, insigniter legebatur errore: constat enim Mat 14. Luc 9 & Ioan. 6. Quinq; hordeaceis panib. saturata primũ hominum quinque millia. Deinde alio loco Matt. 15. & Marc. 8. septem (quos triticeos fuisse ait Hieronymus) panib. hominũ quatuor millia: & ita habebant quatuor ex Florẽtia, & aliqui è Brixia manuscripti codices. Aliquis imperitus quinq; pro septẽ suppositit, ex eo quod ait, legis panes, sciens nõ nisi illũ tritũ vulgatũque sermonem, quod numer? quinq; ad quinq; legis libros referatur: Ignoranit enim, quisquis tanto errore tantũ virtũ respersit, quod septẽ etiã referantur ad legẽ, sicut octo ad euangelium hebdomade illi propter sabbatũ, ogdoade huic propter resurrectionis diẽ, qui octauus fuit attributis: vt oẽs veteres exponũt illud ecclesiastis. Da partem septem, necnon & octo. In quã sententiã Hieronymus Ezech. 40. ita scribit. Post septẽ octonarius ponitur numerus: vt de synagoga ad Ecclesiã de veteri instrumento ad nouũ, de terrenis ad cælestia transeamus, & paulo postea. Ad quod non solũ septẽ, vt supra, sed octo gradibus ascenditur? Videlicet, vt per vetera transeamus ad noua, & vt loquar manifestius, per patriarchas & prophetas veniamus ad Apostolos: vt in altero hebdomas, in altero ogdoas sit, paucis verbis epist. xvij. scribitur de panum numero in hunc modum. Inde ad mare venimus Genezareth, & de quinque & septem panibus videbimus in deserto quinque, & quatuor hominum millia satiata. Similes homines, qui se omnia scire arbitrabuntur, dum non intelligebant quæ legebant, multa in antiquis patribus cum emendare existimarit, corruperc.

Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solẽnitatis.] Hãc lectionẽ ex quatuor sacris manuscripti codicib. Bononiensib., & aliis quibusdã vti genuinã restituimus: Nã & Hebr. legitur חג הלל. & eã Gryphius margini apposuit, loquitur autẽ de ea nocte, in qua populus Israel ex Ægypto submersa Pharaone cũ lętitia egressus, cecinit, Cãtemus dño, gloriosè enim magnificatus est, equũ & ascensorẽ deiecit in mare. Nocte enim egressũ populũ, & sub primo diluculo submersos Ægyptios satis constat Exo. 12. & 14. linguarũ imperitia ex quadã maiori, vt putabatur, verisimilitudine error irrepsit, vt hîc pro nox legeretur, vox, sicut fontem, pro forte in eo psalmi versu: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, & potabit, pro portabit apud Esaiam. Ad fontes aquarum potabit eos. Siti enim magis fontem quam fortem, & fontẽ magis potare quam portare conuenire existimatum fuit.

Cap. xxxii.

De qua in consequentibus lecturi sumus ipsum saluatorem dicentem: Spiritus domini super me.] Olim dicturi, non lecturi.

Cap. xxxiii.

Populum imprudentem non videbis.] Sic ex vulgata, & tribus manuscriptis codicibus reposuimus, quod in Hebraico est עם נועז quem locum Lxx. transtulerunt, populum ὃν ὑ συγζουλεύσατο cui non dedit consilium, hoc est, לא עץ quod idem est, cum imprudenti: Nec ab hac expositione abhorrent Iudæi, dum auctore Kimchi, pro barbaro vocem intelligunt, id est, לועז pro נועז in quem sensum Hieronymus quoque interpretatur, dum de philosophis & oratoribus exponit. Nam quod pro forti haud acceperit, clarum est: impudentem legebatur antea cum in textu tum in commentario, cum tamen vocem נועז nullus ita interpretetur.

Malus tuus inclinatus est, non demittet vela.] In tex. Lxx. ὁ κακὸσσι τὰ ἴσια. quod est Hebraice בל פרשו כם & in vulgata, vt dilatare signum nequeas: hoc dicimus quia falso, olim legebatur, vt dimittet vela, sine negationis voce, quæ vtique hîc necessaria est. Idem est autem non dimittet vela, quod non pendebunt in eo vela: nam & καθιέναι Græcè demittere significat, non dimittere.

Cap. xxxiiii.

Vt postquam omnia peccata aperta fuerint, & relecta.] Olim relicta.

Stellas autem cadere plerique arbitrantur iuxta Apocalypsim Ioannis, & illud quod alibi scriptum est: stellæ vniuersæ ardentes soluentur: & cælum, & terra transibunt, præterit enim figura huius mundi. Quidam de his stellis dici putant, quæ in cælo rutilant: vt in parte monstretur & totum: quod scilicet per stellarum ruinas etiam cælorum interitus ostendatur. Alij vero has stellas putant esse rituras, de quibus & Paulus Apostolus scribit. Non est nobis certamen aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, &c.] Sic corruptissimè antea legebatur hic locus, veluti tres opiniones de stellarum ruina poneret Diuus Hieronymus, cum tamen non ponat nisi duas, hoc est, de veris stellis, & de mysticis: & iam testimonia quæ adducit duabus tantum conueniunt, non tribus: Nos ope trium exemplarium deleuimus vocem, & arbitrantur, & pro, Quidam de his stellis, reposuimus, Vere has stellas. Sensusque Hieronymi est, stellarum ruinam, quosdam de veris stellis, quæ in cælo rutilant, interpretari, iuxta Apocalypsim Ioannis capit. scilicet 6. & 8. & illud quod scriptum est in epistol. Petri, nec non illud euangelij, cælum ac terra transibunt, & illud Apostolicum, præterit enim figura huius mundi. Alios de mysticis, hoc est, angelis. s. malis illis, qui versantur in aëre: quos è cælo, hoc est, aëre ruituros ad infernum in die iudicij, ad perpetuam in eo mansionem, clare interpretatur, dum subdit. Hæc vniuersa fient, quia inebriatus est in cælo gladius eius, pœna atque sententia, & vltio in peccatores, quæ profertur à domino. Cumque inebriatus fuerit, & repletus in cælo, hoc est in aëre (qui consuetudine scripturarum cælum dicitur) tunc ad Idumæam quoque, id est, terrena descendet: vt post pœnam dæmonum etiam hominum animæ iudicentur. Hoc autem quo modo intelligi debeat, vide quæ doctissime scribat D. Thomas 1. p. sum. quæst. 64. artic. 4. Quod autem stellæ pro rebellibus angelis accipiantur, constat dilucide Apocalyp. 12. dum tertiam earum partem draconis cauda è cælo in terram attractam dicitur. Illud autem testimonium, quo dicitur stellæ vniuersæ ardentes soluentur, non nisi 2. Pet. 3. reperitur. Vbi tamen non stellas legimus, sed elementa, id est, στοιχεῖα. Aduenier (inquit) dies domini, vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt opera comburentur. Nihil tamen in hoc est immutatum, quia in cœlis, & elementis, stellas quoque, quæ cælorum pars sunt intelligere voluit D. Hieronymus. Elementa alioqui si posuisset pro stellis, nihil proA basset. At infra cap. 51. suis verbis testimonium citat. Elementa (inquiens) ardentia soluentur.

Ibi cubauit Lamia, & inuenit sibi requiem: ibi habuit iouecam Ericius.] In text. ex Hebraico הרגיעה & מצאה, vulgatæ editionis, & Lxx. ope, pro cubabit, & inueniet, sic restituimus: sicut infra congregauit, pro congregabit: supra, domibus, pro domo, & in commentario integrum Lucæ testimonium cap. scilicet 4. dum dicitur, spiritus domini super me, &c.

Cap. xxxv.

Et quia de solitudine figuraliter dicitur, quæ refertur adgentes, in qua fuit Ioannes, consequenter iungi potest Iordanis.] Deerat antea vox, dicitur.

Cap. xxxvii.

Quod quidem & de Matthæo euangelista legimus, quod ipse Matthæus se dixerit publicanum, alij vero euangelistæ nomen publicani tacuerint, & apostolicam tantum posuerint dignitatem: & quod in coniunctionibus apostolorum, apud se secundus, apud illos primus sit.] Apud illos scilicet euangelistas, seu alios, vt prius, parum refert. Non est autem prætereunda D. Hieronymi obseruatio (tanta cura & diligentia quidlibet quantumuis minimum sacris in literis veteres annotabant) ait enim tam insigni præditum humilitate, & modestia fuisse Matthæum, vt non solum quod alij tacuerunt publicanum se vocet, sed in combinationibus nominum Apostolorum, vbi ab aliis primo, ipse secũdo se ponat loco: Matth. enim 10. scribitur, Thomas & Matthæus. Marc. vero 3. & Luc 6. Matthæus & Thomas.

Cap. xxxviii.

Et ecce omnes cadauera mortuorum.] Tex. sic reddidit Hieronymus, vt constat ex vulgata. Verba Hebraica כלם פגרים sicut Reg. 19. omnia corpora: V traque lectio bona, nisi quod à vulgata recedere hîc non libuit.

Succesit in patris locum Asaraddon, quem scriptura testatur misisse habitatores Samariam, ne terra maneret inculta.] Samariam, non Samariæ, vt prius, legendum esse constat 4. Reg. 17. è Babylone enim, & aliis eius regni vrbibus coloni illuc missi sunt. Dum autem ait, quem scriptura testatur misisse habitatores Samariam: nisi pro quem, patrem, & pro patre vel Salmanasar (vt scripturæ moris est patrem quemque maiorem appellare) vel ipsum vere patrem Sennacherib intelligas, tamquam per προλῆψιν Regum in historia id prodatur, μνημονικὸν ἀμάρτημα sanctissimi viri esset. Constat enim 4. Reg. 17. à Salmanasar, qui regnauit ante Sennacherib, colonos in Samariam missos, non ab Asaraddon, qui Sennacherib patri successit, vt scribitur 4. Reg. 19. Salmanasar enim tertius, Asaraddon quintus Babyloniorum fuit rex.

Aut certe iuxta Hieremiam, ad cor suum: qui קירות *id est, parietem, cor appellat.*] Hierem. 4. קירות לבי המה לי. Hoc est sensus cordis mei turbati sunt in me.

Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce sanabote. ᾔ εἶδον τὰ δάκρυά σου: ἰδοὺ ἐγὼ ἰάσομαί σε. 3. Reg. 10. olim vidi lacrymam tuam: ecce sanaui te.

Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis: cessauit generatio mea, ablata est, & conuoluta est à me.] Tex. sic mendosè legebatur antea, prima, & secunda versione in vnum mixtis. Constat enim ex commentario, Hieronymum vocem חדל primum exposuisse pro חדל i. cessauit seu occidit, & sequenti, vti Lxx. iunxisse versui, in hunc modum. Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem: cessauit generatio mea, &c. Mox re melius perpensa mutasse sententiam, & eam vocem non חדל i. cessauit, sed חדל, hoc est, quietem exposuisse: vt non principium secundi, sed primi versus esset finis, hoc videlicet modo: Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Generatio mea ablata est, &c. & hoc ipse monstrare conatur, dum ait. Sequitur: Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Quod nos olim propter verbi

verbi ambiguitatem sequenti versiculo iunxeramus: sermo A enim Hebraicus חדל si legatur, aut scribatur, requiē, i. occidentem sonat. Verum Germani, qui in restituendo D. Hieronymo ante me laborarunt, non intelligentes locum, eo quod occidentem, non pro decidentem, siue cessantem, sed pro quarta cæli acciperent regione, pro חדל secundo loco ex suo cerebro supposuerunt חלד veluti literarum permutatio Hieronymum fefellisset, cum tamen חלד non nisi tempus significet. Non omnia possumus omnes. Nos ablata voce, cessauit, locum, vt est in vulgata, suo nitori reddidimus.

Dixi (inquit) in corde meo, in dimidio dierum meorum: siue vt Aquila, & Symmachus, & Theodotio interpretati sunt: in infirmitate & silentio dierum meorum, pro quo Lxx. excelsum B *interpretati sunt ob literæ similitudinem* דמי *pro* דמי *legentes agro, licet quidam* דמי *sanguinem verterint.*] Sic mendosè legebat antea; Nos pro agro ἄκρῳ reposuimus: quid enim faceret hîc agri vox cum non de campis aut vallibus, sed de excelso tractetur? Ait D. Hieronymus Lxx. verbum דמי pro רמי i. pro excelso accepisse literæ ד & ר similitudine deceptos, propterea que legisse ἄκρῳ. id est, summo, quod ipsi dixerunt ἐν τῷ ὕψει in excelso, vertentes. Ego dixi in excelso dierum meorum. ἄκρῳ enim & ὕψει, quo verbo vsi sunt Lxx. idem prorsus est. Græcæ linguæ imperitia pro ἄκρῳ similem vocem, agro, supposuit. Supra etiam reposuimus dominum pro Deum (quod est in vulgata) dum dicitur: Non videdo dominum, dominum in terra C viuentium: ipsum Hieronymum, Hebraicumque secuti ait enim ille in commentario. Dixi non videbo dominum, dominum in terra viuentium. Pro domino, & domino, bis in Hebræo ponitur יה יה quod in extrema syllaba הללויה sonat.

Cap. xxxix.

Qui enim fidelis est, spiritus abscondit negotia.] Spiritu non spiritus legendum: locus est Pro. 11. πιστὸς δὲ πνοὴ κρύπτει ῥήματα, sequitur, & quicumque hoc non fecerit, omnis virtus illius eneruatur, peritque posteritas: & amisso vitili robore in muliebrem redigitur mollitudinem) olim falso legebatur: & quicumque hoc fecerit, absque ne- D gatione.

Cap. xl.

Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.] Matth. 9. verba Christi ad Paralyticum, de quo Mar. 2. & Luc. 5. olim, filia. Qui error alibi quoque à nobis expunctus est.

Verbum autem domini nostri manet in æternum.] Tex. manet est in vulgata, & in commentario D. Hieronymi, permanet: propterea nos hanc lectionem secuti sumus. Nam & Lxx. μένει legunt, quod est in Hebræo יקום. olim, stabit in æternum.

Ne quis putaret difficilem esse vocationem gentium, & E *quod omnis caro videret salutare Dei: super montē excelsum iubetur ascendere qui euangelizat Sion, & dicere quod ipse dominus veniret in fortitudine, & redderet vnicuique secundum opus suum: instarque pastoris agnos foueret in sinu, & fœtas ipse portaret. Nunc autem describitur eius magnitudo, quod nihil ei impossibile sit.*] Et hîc reposuimus primo voces, & dicere quod: Mox, nunc autem, sine quibus quam esset locus mancus, & sine aliquo sensu, cuiuis facile patet.

In Procœmio xij. libri

Igitur & noster Lucius Lauinius, fruatur testibus, imo fautoribus tuis.] Olim pro Lucius legebatur Luscius. Fuit autem Lucius Lauinius Terentij obtrectator, de quo ille in Comœdiarum prologis, tacito tamen conqueritur nomine: Hieronymus sic vocat Ruffinum aduersarium suum. Vnde libro primo Apologiæ aduersus eum. Si autem (inquit) contra inuidos loquor, & L. Lauinium, vel Asinium Pollionem de genere Corneliorum, styli mei mucro conuulnerat. Luscij enim vox falsa erat. Fuit autem L. Luscius (Pediano teste) Syllanarum partium centurio, ita diues vt amplius centies sex tertium possederit: damnatus autem Ci-

ceronis tempore, quod ei obiectæ essent tres cædes proscriptorum circa eosdem dies.

Incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius.] Licet quibusdam magis placeret, vt legeretur, in inuestigabiles viæ illius, Rom. 11. tamen cum hæc vulgata sit lectio, & à vestigo, non ab inuestigo ducatur, significetque inuestigabiles, non vestigabiles, nihil à nobis est immutatum.

Cap. xli.

V nusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, confortare. Confortauit faber æ rarius percutiens malleo.] In tex. Sic ex vulgata, & Hebraico emendauimus, antea dicit, & confortabit.

Tibi ergo qui es seruus meus, & electus meus, &c. dico ne timeas.] *sic in tex. seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.*] Olim qui & seruus meus.

Causaque redditur, quare non inueniat aduersarios suos: Quia erunt quasi non sint: Qui aduersarij insanire dicuntur contra Apostolos, vel iuxta Hebraicum, esse consumpti.] Pro consumptio in Hebraico est אפס, pro, homines qui insaniēt in te, vt vertêre Lxx. vel vt vertit ipse Hieron. Viri rebelles tui, אנשי מצתיך. Cum non sit igitur idem verbum, quod differentiam inter Hieronymum & Lxx. fecerit, miror cur dixerit, Insanire dicuntur, vel iuxta Hebraicum, esse consumpti: nisi cum ait iuxta Hebraicum, in eò tantum ad versionem Lxx. respiciat, quod ea vox quodammodo ab eis omissa sit, cum de consumptione verbum nullum fecerint; sed pro אפס dixerint אֹיֵב.

Ne timeas Iacob paruule numero.] In tex. Lxx. ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ. Sic infra cap. 42. citat hunc locum. Noli, inquit, timere vermis Iacob, & paruulus numero Israel. In Hebræo legitur מתי ישראל. At Gen. 34. similiter Lxx. interpretati sunt ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ. Ego autem paruulus numero sum, quod est Hebraicè ואני מתי מספר, & in vulgata, Nos pauci sumus. Cum igitur sine verbo, numero, paucitas hominum non explicaretur, quod ex Lxx. dixit D. Hieronymus, Paruulus numero Israel, vel pauciſſimi ex Israel, propterea nos illud addidimus. Vbi autem apud eosdem Septuaginta sequebatur. Qui redimo te sanctus Israel, nos vocem, sanctus, expunximus: cum quia penes omnes codices manuscriptos, tum etiam apud ipsos Lxx. Græce deerat: ex nostra enim vulgata eo irrepserat.

Vbi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusque & Clarius.] Sic Apollo apud varias gentes appellabatur. Loxias autem dictus est, quod ambigue, ac dubie ita loqueretur, vt in vtramque partem eius oraculum sumi posset: cuiusmodi erant illa de quibus Hieronymus subdit. λοξῶς enim oblique significat, hinc λοξοῖς ὄμμασιν, id est obliquis oculis, penes Suidam.

Ecce vos estis ex nihilo.] Hebraice מאין & in vulgata, ex nihilo; olim, pro nihili.

Primusque dominus loquetur ad Sion.] Constat ex ipsa continentia sic esse legendum; olim, priusquam.

Cap. xlii.

Cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens ad mulierem: Confide filia, dimittuntur tibi peccata.] Paulo ante diximus, hæc non esse verba ad mulierem, sed ad Paralyticum Matth. 9. Ad mulierem enim dixit, confide filia, fides tua te saluam fecit, eodem Matth. cap. Non satis fuit F imperito lectori, aut librario pro fili, scripsisse, filia, nisi (vt maiori obliuionis labe vndecumque doctissimum virum respergeret) hîc nomen quoque mulieris adiecisset: Nos locum suo nitori restituentes, ita correximus, dicens: Confide fili, dimittuntur tibi peccata.

Cap. xliii.

Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit.] In tex. Lxx. ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεός sic etiam in vulgata & Hebraico: prius, Deus, deerat.

Haud dubium quin Christum significet: cui & infra dicit: Magnum tibi est vocari te puerum meum.] Hæc verba sunt infra

cap.49.falso igitur antea legebatur,cui & supra dicit. Cum non supra,sed infra hæc verba ponantur.

Cap. XLIIII.

Alius scribet manu sua,Dei sum:siue vt Lxx. transtulerunt, ἐπιγράψει χειρὶ αὐτοῦ, Θεοῦ εἰμι,*id est scribet manu sua,Dei sum.*] Prima vice pro Dei sum, restituimus, domino,ex Hebræo & vulgata versione Hieronymi in hunc modum. Alius scribet manu sua,domino לייהוה. Quippe cum,Dei sum,Lxx.sit editionis.

Extendi cœlum solus, & firmauit terram,] In tex. Lxx.ἐστερέωσα τὴν γῆν. Firmaui: sicut etiam habent Hebraicum, & vulgata editio: antea,formaui. B

Etiam ad Hierusalem, quæ destruenda erit à Babyloniis nunc dicit,antequam destruatur: quod rursum habitetur à populis: & ciuitatibus Iudææ,quod instaurarentur. Sic locum istum legendum esse satis constat ex ipsa vulgata. Qui dico Hierusalem, habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini: licet non nesciam locum impressum habere, populis, non à populis: qui etiam antea distinctione corruptus erat.

Cap. XLV.

Quoniam absque me non est Deus] In tex. Verbum,Deus, antiquiorem vulgatam secuti ecclesiæ editionem, reliquimus,vti necessario subintellectum. Quamuis hodie in Hebraico desit, & à Louanienſibus omissum sit: fuisse olim in codice Hebræo ex eo præsumi potest, quod Lxx. eam vocem habeant, cum aiunt ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ, sicut paulo supra pro Cyro ex Græco emendauimus κύριος dum ait. Neque enim κύριος quod dominum sonat, sed κύριος dicitur. C

Ego,ait,dominus, & non est amplius:extra me non est Deus.] Ex ipsa vulgata addidimus, non est Deus: alioqui sensus mancus.

Germinet terra:& oriatur misericordia, & iustitia germinet simul.] In tex.Lxx.καὶ δικαιοσύνη ἀνατειλάτω ἅμα. sicut & vulgata: & iustitia oriatur simul:falsa antea, iustitiam,etiam in Græco codice. D

Ipse ædificabit ciuitatem meam.] In tex. sic legi debere constat ex Hebræo יבנה & vulgata editione, & iam ipsi quoque Septuaginta transtulerunt οἰκοδομήσει. antea, ædificauit.

Ergo Deus in quo est Deus,dominus noster Iesus Christus rectius intelligitur, & verius: qui in euangelio loquitur. Ego & pater vnum sumus, & ego in patre,& pater in me est.] Hæc postrema verba, Ego in patre, & pater in me est, ex manuscriptis codicibus reposuimus. Sunt enim Ioan 14.& Hieronymi sententiam melius probant.

Iste Deus,qui ostendit terram,& fecit eam: ipse parauit eã.] In tex. Lxx. διώρισεν. est in Græco,& Medicæus codex,separauit,legit,non parauit,& ita nos emendauimus.

Quis auditum fecit hoc abinitio,ex tunc prædixit illud.] In tex. sic ex vulgata & Hebræo restituimus: olim prædixi. E

Cap. XLVI.

Confractus est Bel,contritus est Nabo,&c.]Consequenter post vocationem gentium, & electionem credentium ex Israel, idola corruisse testatur. Cecidit,cecidit, siue confractus est Bel: quem Græci Belum,Latini Saturnum vocant.] Deerant olim duæ primæ voces, consequenter post,& pro, Latini,legebatur,id est, in hunc modum. Quem Græci Belum,id est, Saturnum vocant. Nobis lectio nostrorum codicum magis placuit, quippe cum Saturnus Latinũ sit nomen, dictus quod annis saturetur, Græci similiter χρόνον quasi χρόνου illum appellant. Nos de hacre in originibus Italiæ multa. F

Cap. XLVII.

Illudque quod in Iudicum libro de Samson scribitur, ad molam eum à Philistiim esse damnatum, hoc significare volunt, quod pro sobole robustissimorum virorum hoc in Allophylas mulieres facere sit compulsus.] Samsonem veluti admissarium quendam equum ad gignendos robustissimos viros à Philistiim coactum, ex Hebræorum sententia,significare ait illius ad molam admotionem: & hoc quia molere pro coire exponunt. Antea falso robustissimus, pro robustissimorum legebatur. Nos locum ex tribus codicibus restituimus.

Denuda turpitudinem tuam, pro quo Lxx. transtulerunt ἀποκάλυψε τὸ κάλυμμα, *id est,renela operimentum: Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit* שמלתך *Aquila* צמתך *Symmachus* τὴν αἰσχύνην σου, *quod nos exprimere possumus, taciturnitatem tuam,quod taceri debeat præ verecundia:quod quidem & incantico canticorum legimus: vbi sponsæ pulchritudo describitur, ad extremum infert: Absque taciturnitate tua: Nolentibus qui interpretati sunt, transferre nomen, quod in sancta scriptura sonaret turpitudinem.*] Cant.4.vbi nos habemus, absque eo quod intrinsecus latet, in Hebræo legitur מבעלי צמתך quod Lxx.verterunt ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. Absque taciturnitate tua: intelligentes hanc vocem צמתך pro pudendis: quam tamen hîc pro velo,seu operimento acceperunt:In quem sensum Theodotio similiter verbum Hebraicum posuit שמלתך, id est, vestimentum: Hebræi tamen hodie vtrumque locum (alibi enim hæc vox non reperitur) pro crinibus interpretantur.Cant. 4. oculi tui columbarũ, qui sunt intra crines tuos. Vide quantum interpretationibus recentium Iudæorum (ex quorum sententia à Germanis tot λαξικὰ Hebraicè confarcinata sunt) fidere debeamus. Innumera sunt propemodum verba, quæ aliter Lxx. item Aquila, Theodotio,& Symmachus, viri absque vllo dubio Hebraicè linguæ peritissimi, quam Hebræi nostri temporis, suo Kimchi auctore, faciant, exposuerunt:Cum tamen Lxx. non solum omni antiquitate teste, peritissimos, sed etiam in inueniendis Græcis nominibus, quæ Hebraicis proprie & ad amussim responderent, diuino veluti numine afflatos egregie testatur Philo libro secũdo de vita Moysi. Hoc diximus, vt tot recentium interpretum in sacris Bibliorum libris petulantia aliquo modo compescatur, & antiquam Diui Hieronymi editionem non ita superbè contumelioseque, vt faciunt, aspernentur: Hebraici enim codices non solum mutati, & ex punctis literarumque similitudine vitiati ab eo tempore sunt multis in locis, sed innumera fere verba aliter illius sæculi Hebræi quam nostri faciant, exponebant. Confer veterum recentiumque interpretationes, & verum esse quod dicimus, certo reperies: Quod autem subdit Diuus Hieronymus צמאך interperati sitiens tuus, pro צמאך ipse vocem, sublato scilicet א intelligit.

Senis aggrauasti iugum.]In tex.Lxx.τῷ πρεσβυτέρου: Olim, seni.

Vt qui salutem aliis promittebant,sua ignorarent supplicia.] Ignorabant,antea.

Sta nunc in incantationibus tuis, & in multis maleficijs tuis, quæ discebas ab adolescentia tua,si prodesse tibi possint.] In tex. Lxx. εἰ δυνήσῃ ὠφεληθῆναι. sic etiam in vulgata:si forte quid prosit tibi. Antea, Quæ non prodesse tibi possunt.

Cap. XLVIII.

Qui iuratis in nomine domini.] In tex. sic ex vulgata & Hebræo:iurastis,olim.

Et de aquis,in quit,Iudæ existis σωματικώτερον *aquas vocans pro semine.*] Id est pro semine ponit aquas, quæ maius habent corpus,quam habeat ipsum semen.

Quæ audisti,vide omnia.Vos autem non annunciastis.]In tex. חזה est in Hebraico, & in vulgata editione, similiter, vide: antea vidi.

Exterea mea mensa est cœlos,ego vocabo eos, & stabunt simul.] In tex. sic vulgata & Lxx.In Hebræo est קרא voco,& ita legere videtur Hieronymus, dum ait. Vocat autem cælos, vt eius pareant iussioni. Vocaui,prima lectio erat.

Cap. XLIX.

Sanctificate eum qui despicit animam suam, qui abominationis est gentium, seruorum principum.] In tex. Lxx. τὸν δεδουλωμένον πόλεσιν ἐθνῶν τῶν ἀρχόντων, Hieronymus. Cui inquit,interpretationi Aquila consentit, & ex parte Septuaginta, licet in eo mutauerint sensum & extenuauerint, quod pro gente, gentes, & pro seruo,seruos interpretati sunt. Falso igitur antea singulari numero legebatur. Abominationi est gentium, qui seruus est principum. Hæc enim Hieronymi interpretatio est,non Septuaginta.

Reges videbunt, & consurgent principes,& adorabunt:propter dominum,quia fidelis est,& sanctum Israel,qui eligit te.] In tex. quia fidelis est, legitur in vulgata, & in Lxx.similiter ὅτι πιστὸς ἐστιν. in Hebræo tamen legitur אשר נאמן qui fidelis est.Nobis vulgata lectio magis placuit:eam enim Hieronymi fuisse non solum constat ex vulgata,quæ absque vllo dubio superet prophetas ipsius est, sed etiam ex commentario, dum ait. Reges, quorum cor in manu Dei est, & ecclesiæ principes adorabunt te: quia fidelis est dominus sanctus Israel, qui eligit te.

Quia miseratur eorum reget eos,& ad fontes aquarum portabit eos.]In tex.Hanc lectionem non solũ probat Hebraica veritas,quæ habet ינהלם & Lxx. qui verterunt, ἄξει αὐτούς,ducet eos,sed etiam sex codices Bibliorum antiquissimi penes me manuscripti, duoque ex illis, quos Louanienses Theologi, & alij quos Gryphius secuti sunt, eam prorsus habent. Hieronymus ipse etiam dum Lxx.non reprehendit, nec inter suam & illorum versionem, differentiam(quæ vtique maxima fuisset, si vbi illi ducet, ipse, potabit, transtulisset) ponit, proculdubio eam tuetur: ait enim:Ipse consolabitur,& reget eos:& deducet ad fontes aquarum,siue portabit, ad fontes, de quibus scriptum est:Benedicite domino de fontibus Israel. Constat enim ex sensu,potabit,non portabit hîc legendum esse. Nam quod hoc verbum נהל, quod potare nusquam significat, pro portare transtulerit D. Hieronymus, clare apparet Exod.15.Et portasti eum in fortitudine tua נהלת בעזך Esa. 40. Fœtas ipse portabit ילות יהל. Item, quod idem valet, pro sustentare.Gen. 47.sustentauitque eos anno illo, וינהלם בלחם Esa.54.Non est qui sustentet eam אין מנהל לה Linguæ Hebraicè, vt superius dicebamus, imperitia,dum quis ex sola verisimilitudine verbum examinat, & quo modo translatum sit,coniicit,potabit pro portabit hîc suppositum est, sicut Psalm. 41. fontem pro fortem, & supra 30.Vox pro Nox.simile quid Hieronymi tempore accidisse, ipsemet infra cap.55. refert, dum exponit illa verba, Venite ad aquas,emite, & comedite.Ergo, inquiens, quod in quibusdam exemplaribus legitur: emite & bibite: ab imperitis scriptoribus immutatum est: qui putauerunt esse consequentius, si biberentur potius aquæ, quam comederentur.

Numquid obliuiscetur mulier paruuli sui, vt non misereatur partus veteri sui.] in tex.Lxx, ἔγγονα est in Græco, quod Hebraicè dicitur,בן,ipseque Hieronymus partum,non posteros interpretatur,propterea nihil mutatum,vt aliqui persuadebant.

Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum.] In tex. Olim leuo,vt in Lxx.Nos ex Hebraico נשא & vulgata editione,leuabo reposuimus.

Quasi modo nati paruuli,rationabile,& absque dolo lac desiderate.] 1. Pet. 2. τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα.Sic Augustinus & Hieronymus infra & cap.55. & Petrus: Quo modo nati paruuli rationale lac desiderate: & cap. 66. Vt præberet eis duo vbera, nequaquam vt prius in Ægypto fracta & iacentia, sed integra, & virginali decore stantia, veteris ac noui instrumenti ad præbendum rationale lac. Antea corrupte legebatur,rationabiles,vt in quibusdam non emendatis Bibliis.

Respondit dominus suo aduentu omnia perpetranda, quod scilicet captæ prius gentes, à gigante tollantur, & omnis illius supellex, vniuersaque spolia.Apostolis diuidantur,impleto illo quod scriptum est: Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia.]Ita esse legendum satis ex loci continentia liquet, & in hanc sententiam scribit Lucas Euangelista. Vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet: propterea nos ita ex manuscriptis exemplaribus emendauimus. Olim vniuersaque familia Apostolis diuidatur.

An putas quia non possim rogare patrem meum, & exhiberet mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum.] Sic legendum.Sunt enim verba ad Petrum. Olim,putatis.Necnon,vt exhiberet,pro, & exhiberet.

Quia iuxta est qui iustificat me.] In tex.Lxx. ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με.Olim,qui iuxta est,iustificat me.

Et in prouerbijs:Tinea ossium cor intelligens.] Pro.14. σὴς ὀστέων καρδία συνετή. Olim, os suum.

Cap. LI.

Et hoc considerate, quod cum vnus centum esset annorum, & sterilem haberet vxorem,multiplicauerint filios eius,quasi stellas cæli:ita vt numerum vinceret multitudo: Si ergo de vno homine tanta populorum nata sunt millia,quid mihi grande est, vt instaurem ruinas Sion?] Intelligit de Abraham, qui cum vnus esset, & ætatis decrepitæ, infinita tamen filiorum examina ex eo nata sunt: & hanc lectionem habebant tres codices manuscripti. Antea, quod cum vnius & centum esset annorum:cum potius Gen.7,apparet nonaginta & nouem annorum fuisse cum apparuit ei dominus,& filium sibi nasciturum pollicitus est: qui centenario postea ei natus fuit: quemadmodum ipse dixit. Putas ne centenario nascetur filius.

Dicente nationibus Moyse in Deut. cantico:Lætamini gentes cum populo eius.] Deut. 32. Vbi nos habemus,Laudate gentes populum eius: & Lxx.εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ. Lætamini cæli cum eo: In Hebræo legitur הרנינו גוים עמו. Quod hîc Hieronymus vertit, lætamini gentes cum populo eius, veluti legerit עם עמו, & eodem modo vtitur hoc testimonio infra cap.56.

Qualis fuit & Abraham, qui rex appellatus est.]Vbi nos legimus Gen. 23. Audi nos domine. Princeps Dei es apud nos Lxx.legunt,βασιλεὺς,id est,Rex.

Si ergo de sanctis scriptum est. Non omnes quidem dormiemus,sed omnes immutabimur:Et in quatuor psalmorum titulis legitur,pro his qui immutabuntur, &c]Volens Hieronymus cælos non interituros,sed mutandos in melius probare, aptius est, vt hac vtatur lectione, quam nos ope etiam codicum reposuimus,quam priori.Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur:imo contrarium prope D. Hieronymo illa sensum contineret. Ambas autem has fuisse penes Apostolum Paulum 1. Cor.15. ipsemet refert,& interpretatur scribens Minerio & Alexandro Tom.3. epist. 152. in hæc verba. Quæritis quo modo dictum sit, & quo modo in prima ad Corinth. epist. Pauli Apostoli sit legendum: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur. An iuxta quædam exemplaria. Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur? Vtrumque enim in Græcis codicibus inuenitur:hæc ille. Neutra tamen harum lectio hodie in vulgata ecclesiæ editione inuenitur, sed ista:omnes quidem resurgemus,sed non omnes immutabimur.

Cum autem cœlum veteraſcat, & terra, consequenter & ea quæ cæli circulo continentur: & homines qui sunt habitatores terræ sicut hæc morientur: non in interitum sui, sed in abolitionem vilitatis antiquæ, & innouationem futuræ gloriæ,] Hoc est,non ipsi interibunt homines, nec corporũ occidet substantia:sed antiqua tantũ eorum vilitas abolebitur,cum scilicet ad futuram gloriam innouabũtur:&de animali,corruptiuo, & mortali corpore resurget corpus spirituale, incorruptiuũ & immortale.Hoc diximus vt probaremus melius esse vt hîc legatur, in abolitionem vilitatis antique, quẽadmodũ codicum monitu nos emendauimus, quã in absolutionẽ vilitatis antiquę.Abolitio enim magis conuenit morti,quã absolutio, præter quod de absolutione vilitatis antiquæ dicitur cum innouatio futuræ gloriæ nominatur.

Vt plantes cœlos,& fundes terram.]Tex.sic vulgata editio, Hebraicum: & Lxx. Olim,impressorum oscitantia,vt reor, & effundas terram.

Pro Betasemicocta,reliqui interpretes,Orygem captũ,& illaqueatum,transtulerunt: qui Hebraice appellatur תוא,*quod genu bestiæ nascentis in eremo,inter mũda animalia in Leuitico & Deuteronomio ponitur.*] Cum verum non sit in Leuitico cap. 11. vbi de esu mundorum, aut immundorum scribens

animalium, aut alibi de Oryge fieri mentionem, non ſolum in vulgata & Hebraica veritate, verum nec penes ipſos etiã Lxx. quos ſequitur D. Hieronymus, ſed tantum in Deuteronomio cap. 14. (quippe cum quædam amplius hîc quam ibi initio explicentur) vocem in Leuitico, vbi ab aliquo hæc non ita accurate expendente adiectam, cancellauimus.

Cap. LII.

Appellaturque ciuitas ſanctuarij, hoc enim קדש *ſonat, propter templum, quod in ea conditum fuit: ſiue ſancti, propter notitiam Dei: vel ſancta, quia ſola in orbe terrarum acceperat legem.*] Nomen Hebraicum קדש kodes, vtique hîc maxime neceſſarium, cuius loco duo exemplaria corrupte habebant, ſodes, à nobis adiectum fuit.

Solue vinculum colli tui captiua filia Sion.] In tex. Lxx. τὸν δεσμὸν, vinculum, non vincula, vt olim.

Quia ſic dicit dominus.] In tex. Lxx. ſic ipſimet Lxx. legũt, ὅτι οὕτως λέγει κύριος. Olim tamen. Quia ſic dominus: ſicut in commentario. Hic ædificabit ciuitatem meam correximus, pro ædificauit.

Appropinquate montibus æternis.] Hic locus eſt Micheæ 2. ſecundum Lxx, vbi nos habemus: Tuliſtis laudem meam in perpetuum.

Hoc quod Lxx. tranſtulerunt, ὡς ὄρος, *id eſt, ſicut Hora ſuper montes, ſic pedes Euangelizantis auditum pacis.* Falſo antea irrepſit, ſicut pedes: res ex ipſis Lxx. quos citat, clare apparet.

Poteſt ὡς ὄρος *ſecundum Græcæ linguæ latitudinem, cura dici, & ſolicitudo, iuxta illud quod ſanctus ait. Multiplicabis me in anima meã virtute tua. Pro multiplicabis me, in Græco dicitur* πολυωρήσεις, *quod eſt multa cura & ſolicitudine dignũ habebis: & alibi. Secundum altitudinem tuam* ἐπολυώρησας *filios hominũ: quod aliis verbis Græcæ dicitur* τὴν ὥραν ὡράσω: τοτ' ἐσι φρονπίδος ἠξίωσας.] ὥρασο & φρόνπδας Typographorum, vt reor, in curia prius legebatur: ὡράσω autem eſt ſecunda Aoriſti media vox, ab ὡράομαι, Séſus autem Hieronymi eſt: non abſque cauſa bis in pſalmis Lxx. vsos eſſe hac voce πολυωρᾶν. ab ipſis, veluti inuenta. Vbi ſcilicet nos habemus, multiplicare, & Hebraicè primo רוֹמֵת, ſecundo תרוממני legitur. Illaque ipſe exponens, ait ſignificare multa cura, & ſolicitudine quem dignum habere. ἐπολυώρησας enim, inquiens, idem eſt ac ſi diceres, τὴν ὥραν ὡράσω. Curam curaſti, nouo verbo ab ὥρα, quod eſt cura, formato πεπ' ἐσι φρονπίδος ἠξίωσας, quod eſt cura & ſollicitudine dignum dixiſti. ὥρα enim curam ſeu φρόνπδα ſignificat: ab eaque voce deſcendit, ὀλίγωρος, id eſt paruam habens curam: in quam ſententiam dictum eſt à Platone: ἡ περὶ τῶν πλευρῶν ὠδὶνων ὥραν ἐχειν. & ab Eliano: homini poſito ἐν μηδεμίᾳ ὥρᾳ in nulla cura: Inuenies autem & alios hanc vocem ωρᾶ iuxta accentuum varietatem, habere ſignificatus: Tempus ſcilicet anni, partes diei, pulchritudinem corporis & εὐωρίαν.

Ipſe parauit ſiue reuelauit brachium ſanctum ſuum, in conſpectu omnium gentium.] Non reuelauit, ſed reuelabit, quod eſt ἀποκαλύψει. Septuaginta tranſtulerunt, quemadmodum & in Latino eorum codice legitur, & ita nos reſtituimus: Vulgatæ editionis præteritum tempus Lxx. verſionem corrupit: Paulo infra, pro, ſaluabit ſibi dextera eius, Pſalm. 97. Græcæ vulgatæque editionis ope, ſaluauit, reposuimus.

Ecce intelliget puer meus: & exaltabitur, & glorificabitur valde.] In tex. Lxx. δοξασθήσεται. glorificabitur, erat antiqua lectio.

Cap. LIII.

In glorius erit inter viros aſpectus eius.] Sic ſupra in vulgata, quam citat editione cap. 52. prope finem. Voces, inter viros, deerant antea.

Iſte eſt de quo ſupra legimus: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: vt natiuitatis eius aſcenſum ſignificet in mundo. Hæc trium codicum lectio perpulchrior eſt, quam illa prima: vt natiuitatem eius, & aſcenſum ſignificet in mundo.

Vnuſquiſque in viam ſuam declinauit.] In tex. in viã ſuam, לדרכו, non in via ſua, vt antea. Vulgata editio nobis fauet.

Propter ſcelus populi mei percuſſit eos.] In tex. hunc locum vulgatæ editioni, vt pro viribus ſemper conatur, accommodare nequiuimus, propterea quòd ita eſt in Hebræo נגע למו, & ſic etiam interpretatur Hieronymus. Lxx. autem dum aiunt: Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem, vulgatæ accedunt interpretationi, & forte pro נגע legẽbant נגע percuſſus ſeu flagellatus eſt: & pro למו habebant למות ad mortem: mihi profecto, vt ingenue fatear, magis placet vulgata lectio: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum: Quæ Lxx auctoritati à D. Cypriano aliiſque veteribus ſanctis vſurpatæ, innititur.

De quo Paulus loquitur: ſi enim cognouiſſent, numquam dominum gloriæ crucifixiſſent.] εἰ γὰρ ἔγνωσαν. 1. Cor. 2. Et ſic verè legitur in vulgata editione. Falſo igitur antea. Si enim credidiſſent.

In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos.] Tex. ſic legit, & interpretatur Hieronymus, eamque vt genuinam lectionem vulgata ſeruauit editio: בדעתו ſimiliter eſt in Hebræo, hic eſt ſeruus meus, faceſſat ergo vetus lectio, ſeruos meos.

Beniamin lupus rapax: mane comedet prædam, & ad veſperam diuidet ſpolia.] Sic ex Hebraico, quod citat, & ex vulgata editione hunc locum reſtituimus. Deerat enim antea vox, prædam, ſicut paulo ſuperius pro gentes, emendauimus, reges, in eo pſalmi verſu: Cum diuideret cæleſtis gentes in ea: Quippe cum reges legatur non ſolum in Lxx. quorum editione in pſalmis eccleſia vtitur, ſed etiam in Hebraica, & vulgatis codicibus.

Cap. LIIII.

Dilata locum tabernaculi tui, & pelles aulæorum tuorum fige.] In tex. Lxx. καὶ πὰς Ἀρεις αὐλέων σου πῆξον. Et paulo infra ipſe Hieronymus. Dilatandum eſt ergo tabernaculum, & aulæ appelleſque tentendæ. Vox, pelles, deerat antea.

Vt & humilior intelligentia vitæ teneat inſtitutionem, exemplaque maiorum: & ſpiritualis atque ſublimis de præſentibus nos transferat ad futura.] Spiritualis atque ſublimis, ſcilicet intelligentia, quæ humiliori opponitur: ſpirituales atque ſublimes corrupte legebatur antea.

Alioquin Paulus Apoſtolus dicit: Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnibus miſereatur.] Sic alibi quoque hoc teſtimonium vſurpat, quod tamen à duobus Pauli locis colleclectum eſt. Roman. 11. Concluſit Deus omnia in incredulitatem, vt omnium miſereatur & Gal. 3. concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: niſi dicamus quod eſt, in incredulitatẽ, ipſum ad ſenſum tantum reſpicientem, dixiſſe, ſub peccato: Nos propterea nihil mutauimus.

Fundabo te in ſapphiris, & ponam in iaſpidem propugnacula tua.] In tex. amouimus vocem, in corrigentes, & ponam iaſpidem: eo quod in Hebræo, Græco, & Latina editione non eſſet, nec Hieronymus ea in commentario vteretur.

Quatuor ordines intexti erant lapidum. Ordo primus habuit lapidem Sardium, Topazium Smaragdum: ordo ſecundus, Carbunculum, Sapphirum, Iaſpidẽ: & poſt pauca. In quo notandũ quod ſecundus ordo lapidũ etiã in præſẽti ſcriptura ſit poſitus, Carbunculus, Sapphirus, & Iaſpis. Necdũ enim perfecta retinemus, nec ad prima peruenimus: Quia nunc per ſpeculum videmus in ænigmate..] Quatuor ordines xij. recenſet lapidem, de quibus tam in Exodo, quam in Ezechiele, nulla iniecta differentia, apud Lxx. ſcribitur: Secundum autem illorum ordinem non ſolum in illis duobus locis, verum & in hoc Eſaiæ capite penes eoſdẽ referri ait: Cur autem non primus, ſed ſecundus tantũ ordo penes Eſaiã repetatur, rationẽ reddens, ait. Necdum enim perfecta retinemus, nec ad prima peruenimus. Digna profecto tanti viri ingenio emendatio, quam ex tribus manuſcriptis Florentiæ codicibus nos reposuimus. Antea, nec ad patriam peruenimus, legebatur.

Qui naſcitur iuxta Geneſeos fidem, in terra Hesilat, vbi eſt aurum optimum, carbunculus, & lapis praſinus.] Sic legimus Geneſ. 2. ſecundum Lxx. ἡ ἐκεῖ ἐσιν ὁ αὐθεξὴ, ἡ ὀλίνθος ὁ πράσινος, inuerſo prius ordine, lapiſque carbunculus, & praſinus.

Porrò

Porro ſapphirus, qui ponitur in fundamentis, cæli habet ſimilitudinem & ſuperioris aeris.] Venuſtior hæc noſtrorum codicum lectio, quam vetus: Cæli habet ſimilitudinem, & ſupra nos aëris. Socratis autem quod ex Ariſtophane citat carmen, à Suida quoque recenſetur, dum quid ſignificet περιῤῥονεῖν, enarrat.

Iaſpidum multa ſunt genera: alius eſt enim ſmaragdi habens ſimilitudinem: qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur Grammatias, quo omnia phantaſmata fugari autumant.] Vbi nos repoſuimus. Grammatias, vacuus erat locus, inaniſque lacuna penes Germanam impreſſionem: At ex noſtris manuſcriptis codicibus quidam Amethyſtus, alij Grammatias habebant. Nobis propterea magis placuit Grammatias, quod ea quæ de Grammatia inter Iaſpidum genera ſcribit Plinius, optime cum his quæ Hieronymus refert, conueniant: ait enim ille lib. 37. cap. 9 Totus vero oriẽs pro amuletis traditur geſtare eam, quæ ex iis ſmaragdo ſimilis eſt, & tranſuerſa linea alba media præcingitur, & Grãmatias vocatur: quæ pluribus, Polygrammos: Nam circa Thermodoontem quoque amnem cæruleam Iaſpidem, cuiuſmodi hæc eſt, reperiri, idem Plinius cap. 8. eiuſdem libri deſcribit.

Exceſſimus breuitatis modum, qui vtilis eſt in omnibus quæ dicenda ſunt: nequaquam nos iuxta Hebræos, & noſtros ſemiiudæos in terra, ſed in cælis vrbem Dei quærendo, quæ in Chriſto monte ſita latere non poteſt. Inepta porſus antiqua lectio: Vrbem Dei quærere.

De quibus & in pſalmis dicitur: Dominus ſapientes facit cæcos. Sic legunt Lxx. hoc eſt σοφοῖ. Pſalm. 145. vbi in Latinis codicibus legitur: dominus illuminat cæcos, quod eſt Hebraicè מקח.

Et omnis vox ſurget contra te in iudicium: omnes eos vinces.] Conſtat ex ipſis Lxx. quorum verba ſunt hæc, ita eſſe legendum. Antea & omnis vox, quæ ſurget contra te in iudicium.

Cap. LV.

De his aquis clamabat in templo: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui biberit de aqua, quam ego dedero ei, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Quamuis non ita à Ioanne Euangeliſta poſitum ſit hoc teſtimonium, ſed potius hoc modo. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ (verba enim illa: Qui biberit de aqua, quam ego dedero ei: ſunt verba ad Samaritanam dicta) nil tamen ſine codicibus immutare auſi ſumus: iungit enim interdum Hieronymus loca, vt paulo ante dicebamus, nec verba, aut verborum ordinem, ſed ſenſum tantum reſpiciens, eiuſdem materiei teſtimonia in vnum coaceruat.

Quare emitis pecuniam non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate.] In tex. Lxx. ſic habent Lxx. ἵνα τί τιμᾶσθε ἀργύριον ὑμῶν ἐν οὐκ ἄρτοις, & vulgata ſimiliter aditio: Quare appenditis argentum, non in panibus. Propterea miror cur hæ voces, non in panibus, omiſſæ à Germanis fuerint.

Ecce teſtimonium in gentibus dedi eum: principem & præcipientem gentibus: Ecce gentes, quæ neſciebat te, invocabunt te.] In tex. Lxx. Alterum, ecce, ex ipſis Lxx. ἰδοὺ ἔδωκα repoſuimus ſunt autem & in Hebræo, vulgataque editione. Supra quoque in commentario addidimus vocem, viuam, vbi dicitur. Tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod Paulus Apoſtolus ediſſerẽs non dixit, ait In ſeminibus, ſed in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Mutilum prius hoc Pauli teſtimonium erat: deerant enim hæ duæ voces, omnes, & tuo.

Propter quæ dicitur ad credentes. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Ac ne hoc putaremus poſſe ſufficere, ſtatim ſupra iungit: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis: De quo & Petrus dixerat. Aduerſarius veſter diabolus, ſicut leo circumiens, quærit quem deuoret: aduerſum quem reſiſtite, confortati fide.] Mirum eſt quam deprauate hæc teſtimonia adducerentur. Primo profupra iungit, legebatur, ſubiungit, cum tamen in epiſtola Iacobi prius ponatur, Reſiſtite diabolo, quam appropinquate Deo, in hunc videlicet modum. Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Sequebatur deinde. De quo ſupra dixerat: Aduerſarius veſter diabolus, &c. Veluti eiuſdem Iacobi eſſent hæc verba, quæ tamen Petri Apoſtoli ſunt: Nec quis dicere poterit, Deum ſcilicet hoc ſupra dixiſſe per Petrum, ſi ſcierit ipſomet etiam Hieronymo in celebri illa ad Paulinum epiſtola teſte, Iacobi epiſtolam præcedere, non ſubſequi Petri epiſtolas: Et cui dubium erit ita vt diximus eſſe legendum in Iacobo, quemadmodum legit eccleſia, cum appropinquate Deo nequeamus, niſi prius reſiſtamus diabolo? diſpereant ergo qui tam primario Eccleſiæ viro tantum obliuionis faceſſunt negotium.

Interrogamus eos, qui ſimplicem tantum ſequuntur hiſtoriã, & elixas carnes agni comedunt.] Scriptum eſt de agno Exod. 12. & edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Non comederis ex eo crudũ quid, ne coctum aquã, ſed aſſum tantum igni. Hieronymus diuine profecto eos edere agnum coctum aqua, ſiue elixum interpretatur, qui nudam tantum ſcripturæ ſectantur hiſtoriam, & omnem reſpuunt Tropologiam, ſacratioremque intelligentiam: Quemadmodum Nouatores faciunt, qui ſoli inhærent, & myſticum abdicant ſenſum: & quod miſerabilius eſt, nec ipſum etiam elixum comedunt agnum, cum eius in Euchariſtia denegent corpus, ſed vmbram tantum eius, figuramque ſectantur. Olim, hîc non agni, ſed ſanguine legebatur: quæ lectio falſa eſt, & inepta. Veruſtiſſimus Brixiæ codex nos monuit.

Cap. LVI.

Efficiamur cum eo vnus ſpiritus, impleamuſque ſabbata delicata.] Sic legunt Lxx. infra cap. 58. σάββατα τρυφερά. Sabbata delicata, & ita ibi legit, interpretaturque D. Hieronymus. Olim dedicata.

Quia hæc dicit dominus Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui.] In tex. vulgata editio incorruptam Hieronymi ſeruauit interpretationem, quæ ex Hebraico hauſta eſt, nos ſecundum eam locum hunc reſtituimus. Prius, ſi cuſtodierint, & vox ego, deerat.

Quiergo hæc fecerit, adducet eum Deus in montem ſanctum ſuum.] Sic in Hebraico, ſic in vulgata: item in Lxx. & tribus codicibus: cum prius legeretur in monte ſancto ſuo; ſicut inferius corrupte legebatur. Hoſtia laudis glorificauit me. Et in alio loco. Immola, &c.] pro glorificabit. Et in eodem loco, vtrumque enim eſt in pſal. 49.

Et canes impudentis animæ ignorauerunt ſaturitatem.] In tex. Lxx. ἀδαεῖς τῇ ψυχῇ. Ita Hieronymus in commentario, & Latine locutionis proprietas. Olim, Et canes impudentes, animæ ignorauerunt ſaturitatem.

Hoc eſt quod ſupradixi: Neſcierunt ſaturitatem: nec præterita voluptate ſatiati ſunt, ſed futuras delicias parant.] Trium codicum hic ſenſus melior quam olim, ſatiantur.

Cap. LVII. In proœmio Lib. 16.

Nimirum hoc illud eſt quod alijs verbis propheta demõſtrat. Beatus qui in aures loquitur audientium.] In præfatione locus eſt in ſapientia Ieſu filij Sirach cap. 25. μακάριος ὗρεν φρόνησιν, καὶ ὁ διαλεγόμενος εἰς ὦτα ἀκόντων. Vbi nos legimus, Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarat iuſtitiam auſi audienti. Vocat autem prophetam latiori nuncupatione, quemadmodum ita etiam Hieremiæ 1. vocat Auctoré libri ſapientiæ, quem Philonem fuiſſe ipſemet docuit. Alio enim, inquit, propheta loquente didiciſti. Cani hominis ſunt, ſapientia eius.

Tres autem verſiculos qui ſequuntur, &c. In Eſaia propheta reperi.] Olim falſa Latinitate, Tres autem verſiculi. Sicut infra, Quod abſque auctoritate ſcripturæ poſitum non putabant: pro in ſcriptura, ex tribus codicibus emendauimus. Hoc eſt non putabant à Paulo Apoſtolo prolata teſtimonia, quæ non haberent ſcripturæ auctoritatem.

In Hebraico non haberi, nec eſſe in Septuaginta interpretibus, ſed in editione vulgata, quæ Græce κοινὴ dicitur, & in toto orbe diuerſa eſt.] Diuerſa vetus lectio, quam diſperſa, quæ erat altera lectio, magis placuit. Intelligit autem de vulgata eo

tempore sacrorum Bibliorum editione: quæ κοινὴ, id est: communis vocabatur, & vbique in orbe diuersa erat. Hoc est varia, nec sibi vsquequaque consentiens, sicut accidit nostræ à multis annis. Hæc autem prorsus altera quam sincera Lxx. erat interpretatio. Propterea autem ait in toto orbe esse diuersam, quod trifaria varietate esset in vsu. Ægyptus enim Hesychij emendatione vtebatur: Constantinopolis vsque ad Atiochiam Luciani: mediæ inter has prouinciæ Origenis. Prodierant autem omnes à Lxx. versione variè diuerseque à prædictis correcta. Vide lib. 2. contra Ruffinum & epist. 135. ad Suniam, & Fretelam in principio.

Siue vt in Hebræo scriptum est. Immolate homines, vitulos adorantes.] Hanc esse veram lectionem, pro vt est in Hebraico, vulgata fatetur editio, ipseque Hieronymus late eam confirmat in commentario cap. 13. super Oseam: Propterea falso legebatur antea. Immolantes homines, vitulos adoratis.

Obtulisti sacrificium numquid super his non indignabor? Hâc veram ex Hebraico lectionem, quam Lxx. etiam secuti sunt, vulgata retinuit editio. Prius vox negationis deerat. Tres manuscripti codices me monuerunt: sicut infra, conuersi pro conuersæ substituimus.

Et ambulauit mærens in via cordis sui.] In tex. Vagus legitur in vulgata, non mærens: mærens enim, siue contristatus, quod est Græcè συγὸς Lxx. editionis est: Neutro modo legit ipse Hieronymus, sed potius conuersus, cui vox Hebræa שׁוּב optime respondet: ait enim. Et ambulauit mærẽs, siue conuersus in via cordis sui: vt non ad faciem hominum, sed in corde ageret pœnitentiam. Propterea videns vias cõuersionis eius, sanaui vulnera, quibus eum ante percusserã. Nos igitur Hieronymum secuti pro mærens, substituimus, conuersus.

Dans pacem super pacem his qui fuerant longe, & qui prope: id est, qui non habuerant legem, & prophetas, & qui ante susceperant, suscepit eos, atque sanauit.] Deus enim, ait, pacem dedit tam iis qui longe, quam iis qui fuerant prope: hoc est tam gentibus, quæ legem non susceperant, quam Iudæis, qui eam susceperant. Vetus autem lectio in qua deerant hæ duæ voces, id est qui, intelligi nullo poterat modo.

Cap. LVIII.

Nequaquam mortem metuens, nec impiorum truculenta conuitia.] Hanc trium codicum lectionem magis probauimus quam Transalpinam, terricula, & conuitia.

Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. In text. sic vertisse Hieronymum satis ex ipsomet Hieronymo hîc in commentario appareret: veruntamen hoc esse vulgata quoque probat editio.

Et comedistis fructum mendacij.] Mirum est quam omnia tempore & incuria corrumpantur: frumentum pro fructum hîc legebatur: Qui locus est Oseæ 10. cum tamen Lxx. habeant καρπὸν, Hebraicum פְּרִי, & recepta apud Latinos editio, fructum.

Non tale iciunium elegi, & diem humiliare hominem animam suam.] In text. Lxx. οὐ τοιαύτην ταπεινῶν ἄνθρωπον ψυχὴν αὐτοῦ. Auser verbum, hominem, & videbis quam manca esset Transalpina editio.

Quos videris non habentes calorem fidei, sed extra ecclesiam frigoribus infidelitatis algẽtes, inopes atque peregrinos induc, ait, in domum tuam, id est in domum ecclesiæ: & operi incorruptionis pallio.] Olim, induc, ait in domum ecclesiæ. Vetustissimus Brixiæ codex nostram lectionem habebat. Nos autem eam magis probauimus, quod sensus esset sacratior, licet antiqua quoque non displicerat.

In eo enim loco vbi supra iuxta Lxx. diximus: dissolue obligationes violentarum cautionum: pro vno verbo מוֹטָה *sciamus eos posuisse violentas cautiones.*] Violentarum commentationum perperam legebatur antea: error patet ex verbis. Ipse paulo superius σφραγαλίας βιαίων Συναλλαγμάτων. obligationes violentorum tractatuum interpretatus est: & in ipsis Lxx. penes Latinos ibidem legitur. Dissolue obligationes violentarum cautionum: Non ignoro autem Hieronymum hanc vocem Συνάλλαγμα secundum Græcæ linguæ proprietatem, etiam pro commutatione interpretatum, dum Tropologiam enarrans, dixit. Omnes enim qui hæreticorum vinculis alligantur, declinant à domino, quasi bos ductus ad victimam, & eligunt, atque commutant pro veritate mendacium: sed tamen sensum potius quam verbum transferens (quod Lucæ quoque 16. factum fuit, vbi pro γεγεμμα cautio similiter legitur.) lectionem alteram magis probat: vnde ait superius. Siue vt Lxx. manifestius transtulerunt, obligationes violentarum cautionum: quas nostri verbi ambiguitate decepti, id est Συναλλαγμάτων commutationes pro chirographis interpretati sunt: significat autem chartarum fasciculos in quibus fœneratorũ calumniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno, hæc ille.

Vt hic cohibeat pedem suum in sabbatis, ne faciat voluntates suas: & diem sanctum domini sui commaculet voluptatibus.] Cum de voluptatibus iam dixerit, non incongruum fuerit si altera vice legatur voluptatibus, vt habent tres ex Florentia codices, & vti nos emendauimus: Nam veriorem hanc esse lectionem ipsemet statim ostendit, dum ait. Ne nos voluptas corporis, & libido succendant. Omnes enim adulterantes, quasi clibanus corda eorum.

Si enim terra pertransibit, hæc vtique quam incolimus, quo modo in sæculum sæculi iusti habitabunt super eam? Ex quo discimus esse terram, quæ in sublimibus sita est.] Insigni olim errore sic legebatur: Si enim terram pertransibunt, hanc vtique quam incolimus. Alludit autem ad illud: Cælum & terra transibunt.

Cap. LIX.

De quo ante iam dixerat: Iustus perijt, & nemo suscipit corde. Et viri iusti tolluntur, & nemo intelligit. A facie enim iniquitatis sublatus est iustus: erit in pace sepultura eius, ablata est de medio.] Locus est supra c. 5. ex quo hunc restituimus.

Legimus & in alio loco: Quasi vrsa raptis catulis: & in Daniele, regnum cruentum, in quo tres sunt ordines dentium, Vrsæ ferocissimæ comparatum,] Tria exemplaria legunt, in cuius ore tres sunt ordines dentium: eo scilicet modo quo Dan. 7. enarratur: in cuius scilicet vrsæ, alioquin si referamus ad regnum, melior lectio erit: In quo tres sunt ordines dentium, vbi autem post paululum subdit. Expectabunt iudicium, & non erit, salutem subauditur expectabunt, & non erit: quia longe migrauit ad gentes: Clare ostendit in text. legendum esse: expectabimus iudicium, & non erit: Quod est Hebraicè נְקַוֶּה, vti nos emendauimus, & non expectauimus.

Et saluauit sibi brachium suum: & iustitia eius ipsa confirmauit eũ. Indutus est iustitia vt lorica: & galea salutis in capite eius.] Tex. ita ipsemet Hieronymus legit, & hâc lectionem ex Hebraico haustam vulgata conseruauit editio. Olim, saluabit, & galeam.

Non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui.] Sic legitur in Hebraico, & penes ipsum Hieronymum in commentario, & hanc lectionem secuti sunt Louanienses Theologi: antea & de ore seminis seminis tui.

Vt omnis per seriem generatio demonstretur: quod scilicet gratia prophetarum in Apostolos veniat, & in eos qui de Israel per Apostolos crediturí sunt.] Maxime corruptus erat hic locus quippe cum sic legeretur. Quod scilicet gratia prophetarum in Apostolis veniat, & per eos qui de Israel per Apostolos crediturí sunt.

In Procœmio lib. xvij.

Denique quod difficile in alijs reperitur, hic psalmus etiã in Samuelis seu regum historia continetur.] Loquitur de psalmo 17. cuius initium est: Diligam te domine fortitudo mea. At insigni antea errore deturpatus erat hic locus, & qui sanctissimum virum ignorantiæ & obliuionis labe maxime commacularet: sic cuique impune licuit veterum ecclesiæ procerum scripta corrumpere. Legebatur enim hoc modo. Hic psalmus tam in Samuelis, quã in dierũ historia continetur: Cum falsum sit hunc psalmum in dierum historia reperiri: quippe cum in ea psalmus tantum centesimus quartus, qui incipit. Confitemini domino, & inuocate nomen eus, inueniatur 1. Par. 16. Psalmus autem 17. reperitur 2. Reg. 22.

Rursumque octaui addito sacramento, triceſimum sextum psalmum efficit literatum, cuius principium est: Noli æmulari in malignantibus. Literatum vocat psalmum, quod eius versus apud Hebræos duobus sub vna litera sæpius comprehensis, ab alphabeti literis ordinate incipiant, non secus quam in lamentationibus Hieremiæ factum sit, vsquequo totius alphabeti literæ compleantur. Quæ compositi veluti metri ratio clare ostendit quam corrupti sint hodie Hebraici Bibliorum codices: Velint enim nolintque Hebræi, necesse est vt fateantur, deesse apud eos hoc in psalmo versum qui a ע litera incipiat: nisi ea duo verba, quæ in Græca Latinaque editione reperiuntur, hoc est, iniusti punientur, quæ sunt penes Lxx. ἄφοβοι δὲ ἐνδιαχθήσονται, reponantur. Hoc autem Hebraicè erunt עֹרְצִים, seu עשקים, aut verius עשׁוּקים: & pro punientur יִנָּקְמוּ. Quippe cum עשק iniquitatem significet Psalm. 61. & nequitiam. Psalm. 72. & עשוק calumniatorem sonet Iob 35. quod est עשק Psalm. 71. עריץ autem, quæ vox fortem robustumque signat, pro violento sumitur Iob 27. Emendauimus etiam hîc, reuelabit, pro reuelauit condensa: & facit pro fecit: ibi Diluuium inhabitare facit.

Cap. LX.

Filij tui de longe venient: & filiæ tuæ lac fugent.] *in tex. ita vertit Diuus Hieronymus* (*vt late aperit in commentario hic & infra eodem capite*) *exponens illud: Pro eo quod fuisti derelicta.*] Verba Hebraica, ובנותיך על צד תאמנה, quæ Lxx. transtulerunt, αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται, filiæ tuæ super humeros portabuntur: veluti aliis verbis dixerit, super latere nutrientur: אומן enim nutritium significa Numer. 11. Item 4. Reg. 9. & Esa. 49. sicut אומנת nutrix 2. Reg. 4. & צד latus notat. Hanc autem Hieronymi versionem, tres tantum ex omnibus, quos viderim Bibliorum manuscripti codices retinuerunt: duo ex monasterio Montis Cassini, & tertius qui nimia antiquitate multis in locis legi vix potest, ex cœnobia Augustinianorum, quod Carbonaræ nuncupatur Neapoli. Hi enim habent: De lacte fugent: Vbi nos in vulgata: De latere surgent. Vide quæ scripsimus infra c. 66.

Habeantes in muneribus principalia, aurum sensum, & thus odoris optimi.] Millies D. Hieronymus aurum pro sensu, & argentum pro eloquio interpretatur supra capite 3. Et murenulas, quæ auri atque argenti texuntur virgulis: sensu videlicet, & sermonibus scripturarum. Hier. 4. Simonili ornaueris aureo, id est meditationem habueris sensus & intelligentiæ spiritualis, & 10. Iactant grandia, & ad decipiendos singulos quosque quasi aureis sensibus, & eloquiis argenti splendore fulgentibus, imperitorum obstringunt aciem, Ezech 38. An putas te argentum, & aurum, quod in eloquio sensuque intelligitur, ecclesiæ possessurum? Dan. 5. Aurei mihi videntur, qui seculari ratione compositi sunt. Argentei, qui habent eloquij venustatem. Perperam igitur antea legebatur, aurum, incensum, & thus odoris optimi: quid enim hîc faceret vox incensi, quæ eadem est cum thure, cum solum de auro thureque tractetur, de illis scilicet verbis, Aurum, & thus deferentes? Dixit autem aurum sensuum, sicut infra cap. 65. vocauit frumentum sensuum, dum ait. Donec multo labore, atque industria mereantur ad frumentum sensuum peruenire.

Inter cetera quibus ditatur ecclesia, & vrbs saluatoris extruitur: alienigenæ quoque, & filij peregrinorum ædificant muros eius.] Alia lectio, quibus ædificatur ecclesia: quæ magis placuit, propter quod magis cõgruat verbis, quæ interpretatur: Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos: propterea quod ditati antequam ædificetur vrbs nequit.

Tunc intelliges, cum videris eloquentissimos adduci ad fidem Christi.] Prius, cum intelliges: paulo superius reposuimus duas voces necessarias, Deus & Ecclesiam.

Gentes autem, & reges earum qui seruire ecclesiæ noluerint, bonam & vtilem seruitutem, vt in Apostolicam tranferantur dignitatem peribunt.] Transferant, falso antea legebatur.

Quibus breuiter respondendum est, quod pseudoprophetis & peccatoribus sol occidat meridie: & è contrario timentibus dominum semper oriatur sol iustitiæ. Quare non semper sanctus ille, qui dicit: Ego sum lux mundi: qui lucet in tenebris.] Nisi ope vetustissimi Brixiani codicis expunxissem hæc quatuor verba, Quare non semper sanctus: quis hunc locum intelligere potuisset?

Cap. LXI.

Prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum: dimittere fractos in libertatem, &c.] In text. Lxx. Dimittere fractos in libertatem, quod Græcè ἀποστεῖλαι συντετριμμένους ἐν ἀφέσει. Olim, deerant, omissæ, vt arbitror, à Germanis, quod in Græco codice Septuaginta impresso non reperirentur. Nos ea ex Luca Euangelista, qui, vt erant olim in Lxx. citat illa cap. 4. & ex Diuo Hieronymo hîc in commentario reposuimus: cuius auctoritate innixi, in libertatem diximus, quod est ἐν ἀφέσει in remissionem. In commentario quoque, dum hoc testimonium ex Euangelio Lucæ refertur, restituimus hæc etiam verba, sanare contritos corde: cum ea non solum Lucæ 4. sed hîc etiam penes Lxx. sint. Voces autem, Deo nostro, ex ipsomet Hieronymo supra cap. 34. vt in Hebraico, & vulgata editione quoque inueniuntur, addidimus: correximus & alia quædam minutiora in hoc capitulo.

Sic dominus Deus profert iustitiam & laudem in conspectu omnium gentium.] In text. Lxx. ἀνατελεῖ. Olim, propter, non profert, impressorum, vt reor, incuria.

Cap. LXII.

Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominabit.] In text. nominabit ex Hebraico, Græco, & vulgata editione restituimus, antea nominauit.

Dicit & Apostolus, viri diligite vxores vestras, sicut & Christus Ecclesiam: Cumque in alio loco posuisset exemplum. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, intulit: Sacramentum hoc magnum est.] Male imperitus aliquis, aut sanctissimi viri memoriæ parum bene affectus, infarciuit hîc istas voces, in alio loco: cum illæ in eodem sint loco, Ephes. scilicet 5. paucis quibusdam interiectis verbis.

Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti à domino.] In text. sic ex Hebraico, vulgataque restituimus editione, antea redemptus.

Ipsa quoque ciuitas nequaquam appellabitur derelicta vt prius vocata fuerat: vel in Iudæis propter negationem, vel in gentibus propter idololatriam.] Negotiationem pro negationem, vetus erat lectio: falsa profecto. Mediceus codex me monuit.

Cap. LXIII.

Hic formosus in stola sua, violentia cum fortitudine.] In tex. Lxx. ὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, βίᾳ ἰσχύος. sic transtulisse Lxx. refert ipsemet Hieronymus. Corrupte autem pro, hic legebatur sic, etiam in commentario, quippe cum Hebraicè sit זֶה, Græcè οὗτος, & Latinè iste.

Leuate portas principes vestras.] Psal. 23. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Et in vulgata editione. Attollite portas principes vestras, antea principis vestri: & paulo superius, susciatauit: pro susceitabit: accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis susciatabit eum?

Finito, vt nos arbitramur, primo, vt plerique existimant, secundo saluatoris aduentu: in quo subauditur iudicantis, imò pugnantis vox, suosque & populi sui aduersarios trucidantis, cruentus, victorque describitur: incipit alia περικοπὴ, in qua ex persona populi propheta loquitur.] Miror si quis hunc intelligat locum: quem nec ipse Hieronymus pro suo agnosceret. Nos ex Brixianis codicibus ita restituimus. In quo sub habitu iudicantis, imo pugnantis, suosque & populi sui aduersarios trucidantis, &c.

Est negantis aduerbium, & pro, non, legi potest ה, ipse: vt sit sensus. In omni tribulatione eorum, ipse est tribulatus.] Olim, & pro non legi potest, & pro ipse: vt sit sensus.

Quare ſeduxiſti nos domine de via tua ſancta. In text. Septuaginta. Neſcio quis hanc vocem, ſancta, hîc inſarſerit. deeſt enim non ſolum in Septuaginta qui hunc locum ita veterunt, verum etiam in Hebraico, & vulgata editione: nec illam ponit Hieronymus, dum infra cap. 65. initio hoc teſtimonium citat.

Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum: tenuiſti, & potuiſti.] Locus eſt Hier. 20. in Græco eſt ἠπάτησάς με. corrupte igitur antea, tenuiſti & potuiſti.

Ecce ego ſeducam eam, & ponam eam quaſi deſertum (id eſt ſtatuam eam ſicut terram abſque aquis) *& loquar ad cor eius: & dabo ei poſſeſſiones eius inde.*] Ita hunc locum, qui eſt Oſee 2. ex Lxx. & ipſomet Hieronymo ſuper Oſee reſtituimus: Verba enim illa, ſtatuam eam ſicut terram abſque aquis, deſunt non ſolum penes Septuaginta, ſed etiam in Hebraico, & vulgata Latina editione: adiecta itaque exiſtimo vti præcedentium verborum expoſitionē: facile corruptus eſt locus, id eſt, pro, &, reponendo. Peccatum eſt vbique multum à librariis circa ea teſtimonia quæ citat D. Hieronymus: dum enim illa à vulgata Latina, & non à Græca Lxx. editione petierunt, ſuppoſuere, vt cuiuſque ingenio magis arriſit, multa: ſic turbidam potant aquam, qui à riuis magis quam à fonte illam hauriunt.

Cap. LXIIII.

Et in euangelio, Baptiſta Ioannes vidiſſe teſtatur cælos apertos: & ſpiritum ſanctum ſuper dominum in ſpecie columbæ deſcendentem.] Teſtatur, melior lectio quam narratur, vt olim: ſcriptum eſt enim Ioan. 1. Et teſtimonium perhibuit Ioannes dices: Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum. Ex tribus codicibus ſic emendauimus.

Et per hanc occaſionem, multaque huiuſcemodi, Hiſpaniarum, & Luſitaniæ deceptæ ſunt mulierculæ.] Sicut in agris, Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ; & Dei propter peccatum ira, ſpinas, & tribulos terra ſemper progignit: ita in ſacro ſcripturarum euenit campo. Hîc enim pro Hiſpaniarum, ſpinarum, legebatur antea; nec per tot annos inuentus eſt aliquis diligens perituſque colonus, qui tam ſenticoſum fruticem ligone eruerit. Vere autem locum à nobis purgatum non ſolum teſtimonio fuerint tres manuſcripti codices, ſed etiam ipſemet Hieronymus dum ſubdit. De quibus diligentiſſime vir Apoſtolicus ſcribit Hirenæus epiſcopus Lugdunenſis & martyr, multorum origines explicans hæreſeon, & maxime Gnoſticorum: qui per Marcum Ægyptium, Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles feminas deceperunt. Et vltra alios veteres Sulpitius Seuerus lib. 2. Namque tum primum illa Gnoſticorum hæreſis intra Hiſpanias deprehenſa ſuperſtitio exitiabilis, arcanis occultata ſecretis: origo iſtius mali oriens ab Ægyptiis, ſed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile eſt diſſerere. Primus eam intra Hiſpanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Méphi ortus: huius auditores fuere, Agape quædā non ignobilis mulier, & Rhetor Elpidius. Ab his Priſcillianus eſt inſtitutus, &c. Emendauimus etiam in Lxx. occurret quod eſt, ζυναυτίσται, pro occurrit: quæ erat antiqua lectio. Quod autem hîc Hieronymus multis contra ſcripturas apocryphas inuehatur, notent qui noſtro tempore hæreticorum venenata pocula contra parentis eccleſiæ inhibitionem tam auidis epotant faucibus.

Et ſtatim habebimus dominum reſpondentem: Deleui ſicut nebulam iniquitates tuas, & ſicut nubem peccata tua: Ad quē dicemus: oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.] Atque dicimus, nullo ſenſu legebatur antea. Nos exemplarium ope locum correximus.

In Procemio lib. xviij.

Qui tamen pleno intellectui non ſufficient: & ſtatim. Vt quæ æſtimaueris plana, & inoffenſa currere lectione, ſequentium rurſum obſcuritatibus inuoluantur.] Vetus lectio, pleno intellectu: & plena, pro plana.

Cap. LXV.

Veh qui potum dat proximo ſuo ſubuerſionis turbidæ.] Habac. 2. οὐαὶ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον ἑαυτοῦ ἀπὸ ἀπατροπῆν δολερὰν. Sic tranſtulerunt Lxx. verbum Hebraicum מסֵפּה, id eſt ἀπατροπὴν, ſubuerſionem: ſicut Theodotio tranſtulit, diffuſionem, Aquila emiſſionem furoris, Symmachus furorem. Quinta editio ſubuerſionem inſperatam: Alij turbinem volantem, quidam amentiam turbidam: Ipſe autem Hieronymus, ſel: Nemo autem potionem, vt erat antiqua lectio. Vide Hieronymum, Habac. 2. Antea legebatur; Veh, qui potum dat proximo amico ſuo potionis turbidæ. Vbi autem ſtatim ex pſalmo. 88. citat. Locutus eſt in viſione filiis tuis, ſecundum Græcam, vulgatam Luciani martyris editionem, quæ κοινὴ dicebatur, citat. In Hebraico enim, & vulgata Latina editione, ſanctis tuis legitur, non filiis ſuis: ſecundum quod ipſe ad Suniam & Fretelam latius refert.

Et Lot de Sodomis cum filiabus ſuis iuſtus eripitur, de quo in Catholica epiſtola ſcribitur, quod cruciaretur anima ipſius videntis nefanda committi.] Vtitur teſtimonio ſecundæ Petri epiſtolæ: Pro catholica, canonica prius legebatur. Hieronymus in cathalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Petrus duas ſcripſit epiſtolas, quæ catholicæ nominantur: & Hierem. cap. 1. Vnde & Petrus catholicam epiſtolam ſcribit aduenis, atque peregrinis Ponti, Galatiæ, & Cappadociæ: & in vita Iacobi, Iacobus vnam tantum ſcripſit epiſtolam, quæ de ſeptem Catholicis eſt. Dictæ ſunt autem catholicæ, quod non ad ſingulos, aut homines, aut populos, cuiuſmodi ſunt Pauli Epiſtolæ, ſed generatim ad omnes conſcribantur fideles, ſecunda & tertia Ioannis exceptis.

Non interficiet fame dominus animam iuſtam.] Locus eſt Pro. 10. οὐ λιμοκτονήσει κύριος ψυχὴν δικαίων.

Beatus Apoſtolus Paulus, Chriſto in ſe loquente, ſcripturam veterem ediſſerens, Abraham Patriarcham non ſolum circumciſionis, ſed præputij aſſerit patrem: hoc eſt duos ex eo populos eſſe generatos: & eum qui iuxta carnem natus fuerat, centenarius, propter Chriſtum, qui de Abraham ſtirpe generatus eſt, in quem ille miſerit manus, maledictioni perpetuæ ſubiacere.] Obſcurus locus, & qui vix intelligi poſſit abſque labore. Exponit prophetæ verba. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit: Ait autem peccatorem centenarium, qui maledictus erit, Iudæorum populum, qui Abrahæ ſecundum carnem filius fuit, ſignificare: eumque propterea maledictioni perpetuæ ſubiacere, quod iniecerit manus in Chriſtum, qui de Abraham ſtirpe generatus eſt: quem puerum centum annorum interpretatur.

Hanc figuram docent euangelia, in quibus fertur tunc Hæmorrouſam ægrotare cœpiſſe, quando nata eſt filia Archiſynagogi, & quando iſta ſanata ſit, ſtatim illam eſſe mortuam.] Hoc dicit, quia filia Archiſynagogi erat annorum duodecim, quando mortua eſt. Luc. 8. & Hæmorrouſa annis duodecim fuerat in infirmitate, quando ſanata fuit Matth. 9. Luc. 5. Et ita quando nata eſt filia Archiſynagogi, iſta ægrotare cœpit: & vbi iſta ſanata eſt, illa obiit mortem. Trahit autem diuino ingenio hanc ſimilitudinem ad duos populos, Iudæorum ſcilicet, & gentilium: quippe cum ſurgentibus ad fidem Iudæis, gentes ægrotare cœperunt: ſataneæ ſunt autem iſtæ, & ad fidem venerunt, cum Iudæi fidem in qua nati fuerant, perdiderunt: & ita vbi vnus deſiuit, alter cœpit.

De his omnibus & in 68. pſalmo ſermo propheticus pollicetur, dicens: Quia Deus ſaluam faciet Sion, &c.] Olim, de his domibus: quæ vtique lectio falſa erat: non enim de domibus tantum in eo pſalmo, ſed de omnibus, quæ ſunt hîc in Propheta, enarratur.

Quod ſit hoc lignum vitæ, Salomon exponit manifeſtius: qui de ſapiētia Dei diſputans, ait: Lignū vitæ eſt omnibus qui accedunt ad eam: & qui innituntur ſuper illam, quaſi ſuper dominum firmitas.] Locus eſt Prou. 3. Vbi ſic legitur in Græco: ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ὑπομένουσιν αὐτῆς ἐπὶ τοῖς ὑπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ κύριον ἀσφαλῆς. Hieronymus ad ſenſum tantum citat, dum ait. Qui accedunt ad eam. Vnde Zachariæ 14. lignum vitæ eſt omnibus, quiappropinquant ei. Et Ezech. 36. lignum vitæ, inquit, eſt omnibus, qui requirunt eam: & cap. 34. Lignum vitæ eſt omnibus qui aſſumunt eam: & cap. 47. Lignum vitæ eſt omnibus credentibus in eam. Non enim accedentibus, aſſumentibus, ſeu credentibus eſt penes Lxx. ſed ἀνυπερβλήτοις, id eſt amplexantibus eam, ſiue adhærentibus illi: quod in vulgata editione dicitur, his qui apprehenderint eam, hoc enim eſt Hebraicè למחזיקים בה, & hoc modo locum citat infra Hier. 29.

Vt Publij pater in inſula Melitæ febribus, & dyſenteria, qui morbi inter ſe contrarij ſunt, Pauli precibus ſanaretur.] Melitem inſulam Maltam nunc vocant: quam equites ſancti Ioannis, Rhodiani olim dicti, viribus pluſquā humanis & laboribus incredibilibus, diuina freti ope, contra ingentem Turcarum claſſem, innumeroſque exercitus illam oppugnantes, non diu tutati ſunt. Fit de ea mentio Act. 28. Meleta legebatur antea, ſicut alibi Mitylene: vtrumque falſo. μελίτη Melite enim recte dicitur.

Cap. LXVI.

Qui audit Deum, habitabit confidens, & quieſcet abſque timore ab omni malo.] Aliter confidenter: θαρρῶν ἐλπίδι eſt in Græco Prou. 1. in ſpe. ᾧ ἠσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ corrupte legebatur priùs, quieſcet abſque timore, & omni malo.

Et dominus elegit illuſiones, ſiue illuſores eorum: quæ Hebraice dicuntur תעללי, *id eſt, ἐμπαίγματα.*] Ita ex ipſis Lxx. emendauimus, cum prius ἐμπαίκται legeretur, aiunt enim illi. ᾧ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν. Et ego eligam illuſiones eorum. Hoc autem verbo vſi ſunt etiam Pſalm. 37. Et lumbi mei impleti ſunt ἐμπαιγμοῦ illuſionibus.

Dixerunt fratres veſtri qui oderunt vos, & abiiciunt propter nomen meum.) Text. abiiciunt, non abiicerunt, vt antea, legendum eſt: nam & vulgata editio ſeruat hoc tempus, dum legit. Dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum. Et Hieronymus dum ait. Quod oderunt & ſeparant vos: In quem ſenſum Lxx. habent. Qui oderunt vos, & abominantur: Nec mirum cum ſic quoque in Hebraico legatur שנאיכם מגדיכם. Emendauimus quoque in ipſis Lxx. ex Græco hîc, confundentur pro confundantur, & effugit, pro effugiat.

Clamore reſonante de Hieruſalem, & templo eius, quando obſeſſa, atque ſubuerſa eſt: & inimicis Chriſti, qui eum regem ſuſcipere noluerunt, recipientibus pro impietate ſua, atque blaſphemiis æterna ſupplicia.] Eum pro Deum ex Brixianis codicibus reſtituimus, eum ſcilicet Chriſtum.

Peperit igitur Sion, hoc eſt reliquiæ ex Iſrael, & Apoſtolorum credentium fides, maſculum dominum ſaluatorem: qui in toto ſimul orbe generatus eſt. Quod nullus audiuit, quod nulla narrat hiſtoria, vt alicuius doctrina, omnes in breui tempore crederent nationes.] Corruptus erat hic locus, & intelligi non poterat. Legebatur enim ſic. Qui in toto ſimul orbe generatus, quod nullus audiuit, quod nulla narrat hiſtoria, aut alicuius doctrina, vt omnes in breui tempore crederent nationes. Vides quam paucis mutatis ſuo nitori ſit redditus. Tres ex Florentia codices ſuppetias nobis ſubminiſtrarunt.

Nonne ego feci parturientem, & ſterilem: id eſt quæ prius fuerat ſterilis, poſtea parturiuit, & peperit.] Decrat hîc verbum, id eſt. Conſtat ex ipſa lectione, locum apte emendatum.

Ecce ego declino ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis. Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.] Hic locus diu me torſit: legebatur enim antea: Ab vbere portabimini: quam lectionē multi ex manuſcriptis ſacrorum Bibliorum codices retinent. Impreſſi autem omnes veteres conſtanter legunt. Ad vbera portabimini. Augebat dubietatem, quod Hieronymus in Commentario neutram videtur agnoſcere lectionem, ſed illam potius, quæ Lxx. eſt, & magis Hebraicæ veritati adhæret, quam nos quoque primo ſecuti ſumus: hoc eſt. In humeris portabimini: quod eſt Hebraicè על צד תנשאו, & Græce ἐπ' ὦμων αἰσθήσεσθε,

in humeris portabuntur. Tandem poſt longam mentis concertationem, vulgatam Hieronymi editionem retinere magis placuit. Cum forte verius ſit, non quid ipſe, ſed quid Lxx. tranſtuleruntˌ eum in commentario poſuiſſe. Huic autem ſententiæ minime aduerſatur, quod צד, latus non vber ſignificet: quippe cum vber שד dicitur, aut דד. Nam etſi non ignorem Hieronymum צד vbique pro latere vertiſſe: vt Gen. 6. Exod. 25. 26. & 1. Reg. 20. יגק tamen præcedens verbum, quod ſugere ſignificat, monere potuit ſanctiſſimum virum, vt latus pro vbere hîc acciperet, quemadmodum accepit ſupra cap. 60. vbi illa verba על צד תאמנה, hoc eſt. In latere nutrientur, ipſe tranſtulit, lac ſugent. Portari autem ad vbera magis proprium eſt, quam portari ab vbere: Cui ſignificationi vox על minime contrariatur. Nam illa quoque, ad, interdum ſignificat, vt Pſalmo 17. Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret יהוה על. Ad dominum, nec exaudiuit eos. Ab vere autem minime illum tranſtuliſſe reor, niſi præcedenti verbo vber iunxiſſet, dicens: quam ſugetis ab vbere. Portabimini, &c.

Poſtquam filij & habitatores eius vberibus fuerint conſolati, & lactis abundantia ad delicias peruenerint veritatis, per quas introitur ad gloriam Dei.] Introiuit Medicei codicis lectio, melius eſt quam peruenitur: exponit enim myſtice illa Lxx. vbera: Vt poſtquam ſuxeritis, delectemini ab introitu gloriæ eius.

In humeris, de quibus & in priori prophetia dictum eſt: & quos Iacob interpretatur filio ſuo Iſſachar. Quia ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & vocatus eſt vir agricola.] Olim imprecatur, pro interpretatur, impropriè legebatur. Interpretatur enim Iacob ſuum illud dictum: ſuppoſuit humerum, ad labores ſcilicet: vt late proſequitur Hieronymus. Addidimus quoque paulo infra negationis vocem, ibi. Nunquid obliuiſcetur, ait, mulier, vt non miſereatur ſobolis vteri ſui.

Benedictus Deus & Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, &c.] Hîc ex ipſo Paulo Apoſtolo 2. Cor. 1. repoſuimus hæc verba, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſtatim vocem, noſtra. In omni tribulatione noſtra. Indecens enim erat, vt vbi integrum teſtimonium Apoſtoli ad verbum ponitur, aliqua deeſſent in medio.

Vt cogitationes noſtræ omnes vno tempore congregatæ iuſtum iudicem probent: dum aut accuſat nos noſtra conſcientia, aut, ſatisfacit pro delicto: vtrum plura ſint peccata, an bona opera.] Melior hæc codicum lectio quam impreſſa, Iuſto iudice probentur, noſtræ enim cogitationes iudicij die probabunt Deum iuſtum eſſe iudicem. Hinc Paulus Rom. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendētium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum.

De toto orbe reducantur filij Iſrael, nequaquam aſſumptis aliis, ſed ſarraco Gallico, couiniſque bellicis, & equis Cappadociæ, atque Hiſpaniæ, ac rhedis Italiæ, & matronæ eorum lectiis referantur, atque baſternis, nequaquam ſuper equos, ſed ſuper mulos Numidiæ.] Diximus in ſcholiis epiſtolarum contra Bataui delirium, dum exponeremus Baſternarum caueas ex Seruio & Palladio, Baſternam currus concamerati eſſe genus, cuiuſmodi ſunt ætate noſtra, quæ Romæ cocchia vocant. Inde paulo ſuperius in hoc eodem capite. Pro carrucis, inquit, quas ſolus interpretatus eſt Symmachus, quē nos in hoc loco ſecuti ſumus, Aquila, & Lxx. & Theodotio mulos tranſtulerunt: Et vbi poſuere Lxx. cum vmbraculis, quæ nos dormitiora interpretari poſſumus, vel baſternas: alij voce conſona tranſtulerunt φορεῖα, quæ nos varij generis interpretamur vehicula. Et Hier. 31. quod Eſaias plenius exequitur, in camelis & curribus, ac baſternis eos aſſerens reducendos: ſarracus autem couinuſque equorum ſpecies ſunt.

Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea.] In text. Olim, deerat mea, ex vulgata editione, Hebraico, & Græco repoſita eſt.

Cum ira furoris mei tranſierit, rurſum ſanabo.] Sup. cap. 57. Cum ira furoris meis tranſierit, rurſum curabo, pro tranſierit, fuerit, hîc legebatur.

IN HIEREMIAM PROPHETAM.

EX PROOEMIO.

Ibi frater Eusebi eiusdem commentarios dedicantes.] Antea, eosdē. Hic autem est Eusebius presbyter Cremonensis, indiuiduus Hieronymi comes, cui interpretationem quoque in Matthæi Euangelium dedicauit.

Multaq; quæ desunt, ex Hebræis fontibus digerere, ordinare, deducere ac complere.] Duæ illæ voces, ordinare, deducere, & quæ in omnibus Florentiæ codicibus deessent, & superfluæ viderentur, de medio à nobis sublatæ sunt.

Nec recordatur stolidissimus, & Scotorum pultibus prægrauatus, nos in ipso dixisse opere: Non damno digamos, imo nec trigamos.] Insigni errore, scortorum pro Scotorum, vt nos è Brixianis codicibus emendauimus, antea legebatur. Fuit autem hic de quo loquitur, amicus, sectatorque Rufini, quem infra in prooemio tertij libri, Alpinum appellat canem, & originem è Scotia duxisse scribit his verbis. Ipseq; mutus latrat per Alpinum canem, grandem & corpulētum, & qui calcibus magis possit fæuire quam dentibus. Habet enim progeniem Scotiæ gentis, de Britannorum vicinia: qui iuxta fabulas poëtarum, instar Cerberi spirituali percutiendus est clauo, vt æterno cum suo magistro Plutone silē tio conticescat. Quo in loco Ruffinum, quem hîc Grunniū, alibi Lauinium dixit, Plutonem vocat. De Grunnio, quod eo nomine Ruffinum intelligat, plura epistola quarta ad Rusticum Monachum. Appositè autem Scotorum pultibus prægrauatum dixit, quod Scotorum vsque ad nostra tempora is cibus sit, & homines qui eo vescuntur, pingues obesosque efficiens graues reddat. Fueritne autem is Macarius, quem vere beatum futurum in epitaphio Marcellæ dixit, si in talem præceptorem non incidisset, cui Origenis libros περὶ ἀρχῶν, & pro eis apologiam Eusebij Pamphili à se conuersos Ruffinus dicauit: An Apronianus, cui inuectiuas in D. Hieronymum inscripsit: seu alius quispiā. incertum. Eiusdem ingenij hominem, imperitum scilicet maledicumque fuisse, Alpibus ortum, & è Scotia oriundum, pro compertissimo habetur.

Cap. I.

Quicumque igitur sermones locuturus est Dei, debet accingere lumbos suos.] Olim, Locutus.

Eris autem talis contra Reges, & principes, & populum: non cuiuslibet loci, sed terræ: id est eorum qui terrena sapiunt, & cælestia non nouerunt: qui habent imaginem χοϊκοῦ & non cælestis.] Verba, id est eorum, nos reposuimus, χοϊκὸς autem terrenum significat. Vtitur hac voce Paulus 1. Cor. 15. Primus homo de terra χοϊκὸς terrenus: secundus homo de cælo cælestis. Qualis χοϊκὸς terrenus, tales & χοϊκοὶ terreni. Idem autem est Suidæ χοϊκος quod & χόϊνος, & γῆ idem quod γηΐνοις χειμάζῃ τοὺς νεκροὺς.

Cap. II.

Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus: & tenentes legem meam nescierunt me.] In text. expunximus vocem, meam. Deest, enim in vulgata Hieronymi editione, & in Hebraico: Lxx. similiter ea carent dum aiunt, οἱ ἁπτόμενοι τῆς νόμου οὐκ ἐπίσαντο μέ.

Quæ de desperatione malorum negauit se facturam quod dominus imperauit.] Pro malorum, meliorum reposuimus, quinque exemplarium ope. Vtitur autem hoc dictionis genere etiam Cyprianus: quem omnium emendatissimum, scholiis interea illustratum, reddidit nobis postalios Iacobus Pamelius Theologus, Canonicus Burgensis, pius certe, & eruditus vir. Ita enim Cyprianus ipse in epistola ad Donatum scribit. Sic vitiis adhærentibus obsecundans eram, & desperatione meliorum, malis meis veluti iam propriis ac vernaculis adfauebam.

Sic gladius domini in aduersariorum gladio demonstratus, deuorauit, atque lacerauit pseudoprophetas vestros.] Melior hæc trium codicum lectio, quam vetus: qui aduersariorum gladium demonstrauit.

Cap. III.

Sin autem ecclesiasticus vir corrigere voluerit errantem, & putridas resecare carnes, & ad pœnitentiam retrahere eos qui secuti fuerint falsitatem: ac nihilominus illi sub specie ecclesiasticæ veritatis antiquum sequantur errorem: dici potest de his. In omnibus his non est reuersa ad me prævaricatrix soror eius Iuda, in toto corde suo.] Loquitur contra hæreticos, qui ita obstinatè pro veritate sua defendunt mendacia, vt reuertiad veram fidem nolint. Hoc autem propterea illis euenit, quod superbiæ conscenderint montem, & carnis voluptatibus dediti sint. Verum autem hoc esse, quis temporibus nostris flendo non videat? Desciscunt enim quotidie à catholica fide integræ prouinciæ, & dum in sola credulitate, non etiam in sanctis operibus, salutem sibi quisque pollicetur æternam, falsæ persuasionis, & liberioris vitæ illecebris capti, quiduis potius perpeti malunt, quam ad veritatem reuerti. Imo apprehensis armis, veluti amentes diuina pariter, humanaque iura conuellunt: & tam in principes suos rebelles, quam in parentem ecclesiam prævaricatores existūt. Perbella profecto, ingeniosaque inuentio, & quam nemo sequi non debeat, si cælum solis deliciis & credulitate paretur. Huiusmodi homines prævaricatricem Iuda esse dicit D. Hieronymus, vt quæ ex rectæ fidei confessione ad falsam prævaricando desciuerit: sicut Auersatricem Israelem, pro idolatris exponit. Hæ duæ voces, soror eius, desunt in omnibus Florentiæ exemplaribus: eamque lectionem secuti nos sumus. Cum enim de sorore sua Israel nihil in hac Tropologica interpretatione dicatur, non ita hîc, vt sunt in ipso sacro codice, repeti debent.

Conuertimini ad me filij reuertentes.] In text. Nescio quis has voces, ad me, codici immiscuerat: desunt enim non solum in vulgata editione, & infra, dum prope finem capitis repetuntur, verum etiam in Hebraico, & ipsis quoque Lxx. Cancellatæ propterea à nobis sunt: ex aliis enim locis, in quibus legitur, Conuertimini ad me, aliquis hîc eas inseruit.

In tempore illo vocabunt Hierusalem solium domini, & congregabuntur ad eam omnes gētes.] In text. Olim ad eum. Hebraica, Græca, Latinaque editiones, & ipsa Latinitatis proprietas, nostram emendationem tuentur.

Et scito quia in dominum fornicatus sis, & superba colla demitte.] Hæc Brixianorum codicum lectio melior est quam impressa. Et superbiæ colla dimitte.

Ego autem dixi: quo modo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem?] In text. In filios, non in filiis, legit vulgata editio, ipsequemet Hieronymus in commentario: & Lxx. similiter: τάξωτε εἰς τέκνα: quamuis Hebraicum habeat בנים: statim quoque, Hæreditatem præclaram exercituum gentium: ex Hebraico, Hieronymo, vulgata, ac manuscriptis codicibus ter correximus: exercituum enim legebatur antea, sicut supra pro, non vt recorder, restituimus, vt non recorder.

Quo modo, inquit, mulier cōtemnit, non virum sed amatorē, si semel cōmixta fuerit, cernens eum suæ libidini seruientē, & in se mutatā esse legē naturæ, per quam viro quondā subiecta fuerat, dicente domino: Et ad tē conuersio eius.] Quidam hunc locum non intelligentes, ita mutare volebant: Quo modo, inquit, mulier contemnit virum, si amatori semel commixta fuerit: veluti sensus esset, vxorem suum virum contemnere, si semel alicui amatori commixta fuerit, cum tamen alter prorsus Hieronymi sensus sit: ait enim propheram loqui de eodem homine, qui nimio in suam vxorem exardescat amore: propterea que illi, cui naturæ lege stipetior esse debebat, ob explendam libidinem seipsum subdat. Sic autem, inquit, contempsit me dominus Israel, quomodo mulier virū suum, qui illam depereat contemnere interdum soleat.

Cap. IIII.

Vsquequo videbo fugientes, audiam vocem buccinæ.] Quātis vulgata editio habeat, fugientem, Hebraicum נס: verum quia Hieronymus fugientes legit, & Lxx. Similiter φεύγοντας, nihil à nobis mutatum est.

Vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas.] In text. ita emendatiores codices legunt, & ad hanc lectionem vergit interpretatio D. Hieronymi: neque ab ea dissentiunt Lxx. dum aiunt. φωνὴ θυγατρὸς σιὼν ἐκλυθήσεται, καὶ παρήσει τὰς χεῖρας αὐτῆς. & iam Hebraicè legitur in eandem sententiam תתיפח & תפרש, deficiet, intermorietur, & expandet manus suas. Olim intermorientes expandentesque. Error initio exortus, quod vox, inter, præpositio credita fuit, quam accusandi casus necessario postea sequeretur: cum tamen ab intermoriot dictum sit, intermorientis: inde Hieronymus. Quo modo, inquit, mulier pariens, & nec dum dolorem parturitionis experta, pene moritur, & angustias sustinens vix potest respirare: sparsisque manibus collabitur: sic & filia Sion, cum suos viderit liberos interfectos, in hæc verba prorumpet, & dicet. Sexdecim sacrorum Bibliorum manuscripti antiquissimi Codices ita penes me legunt.

Cap. V.

Sed instar petræ indurantes frontes impudentia, noluerunt ad meliora conuerti.] Sic melius legitur codicum monitu, quam, indurantes frontis impudentiam.

Pardus vigilans super ciuitates eorum, Alexandri impetum præsignans, & velocem de Occidente vsque ad Indiam percursionem.] legendum esse, non vt antea, percussionem, non solum manuscripti Brixiæ Codices docent, verum ipse quoque Hieronymus Danielis septimo, vbi hanc ipsam de pardo, seu Alexandro prophetiam enarrans, ita scribit. Nihil enim Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico, & Adriatico mari, vsque ad Indicum Oceanum, & Gangen fluuium, non tamen præliis quam victoriis percucurrit, & in sex annis partem Europæ & omnem sibi Asiam subiugauit.

Et qui amatores in feminas, & emissarij facti sunt mihi. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.] Text. desunt in Hebraico voces, in feminas, & vox, mihi, similiter in Lxx. qui verterunt: ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, eamque vti meliorem lectionem amplexi sunt nouissimè Louanienses Theologi: & iam superfluas esse ostendunt quæ statim sequuntur. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Manuscriptorum codicum plerique cum Hebraico, Græcoque consentiunt: à quibus mihi recedere consentaneum visum minime est. Ideo autem Hieronymus non admissarios dixit, sed emissarios, quod ita Hebraicam vocem משכים, id est trahentes, melius explicaret.

Cuius ignorabis linguam, sicut in Hebræo scriptum est, nec intelliges quid loquatur.] Ideo dixit, sicut in Hebræo scriptum est, quia Lxx. aliter verterant, hoc est, cuius non audies vocem linguæ eius. Falsò antea legebatur. Cuius ignorabis linguam, siue vt in Hebræo scriptum est, nec intelliges quid loquatur. Quippe cum vtrumque in Hebraico scriptum sit, & vtrumque vulgata Hieronymi editio retinuerit. Vides quam parua literarum immutatio, quam longe alium sensum reddat.

Oculos habent & non videbunt, aures habent & non audiēt.] Psalm. 113. ita legitur in vulgata editione, & penes Septuaginta, à quibus in Psalmis illa accepta est: & ita emendatè hoc testimonium citatur infra cap. 10. Olim vident, audiunt.

Et populus meus dilexit talia: quondam meus: sed postquam dilexit talia, meus esse desiuit.] Mediceus, Fesulanus, Benedictinus, & Certusianus è Florentia codices hanc meliorem lectionem nos docuerunt. Olim, & postquam dilexit, meus esse desiuit.

Cap. VI.

Sicut frigidam facit cisterna, vel lacus aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.] Ita ex vulgata Hieronymi editione restituimus: in quam sententiam non solum veniunt Lxx. cum aiunt. ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτῆς, οὕτω ψύχει κακίαν αὐτῆς. sed ipse quoque Hieronymus, dum ait: Quo modo ergo cisterna, vel lacus frigidam facit aquam suam: sic in medio Hierusalem malitia, quæ in ea est, omnem calorem perdidit vitæ. Olim, malitia sua.

Effunde, siue effundit, super paruulum foris. In text. ita ex vulgata Hieronymi editione locum restituimus, in quem sensum Hebraicum legit בחוץ, & Lxx. ἔξωθεν. Antiqua lectio erat: effunde super paruulum furorem: Hanc autem primo intuitu quis non meliorem crederet? Propterea hinc discere quiuis potest, errata coniecturis non tolli: sed liuguarum, vtde loca hausta sunt, veterumque exemplariuni collatione. Repeti de furore opus non erat: dictum enim erat de eo proximè illis verbis. Ideirco furore domini plenus sum: Laborauit sustinens: quibus statim subiungitur: Effunde super paruulum foris, & super concilium iuuenum simul. Hoc est furorem, quo te plenum esse dicis, foras emitte, & paruulos iuuenesque disperde.

Calamum autem, quod Hebraicè dicitur קנה, pro quo Lxx. & Theodotio, Cinamomum transtulerunt, de terra venire longinqua, propheticus sermo testatur: vt intelligamus Indiam, de qua per mare rubrum plura veniunt aromata. Hoc genus pigmenti medici κάσιαν σύριγγος appellant.] Ignorata videtur historia à veteribus omnibus, Theophrasto, Galeno, Plinio, & aliis, si verum est quod Garcias, ab horto pro-regis Indiæ medicus, in suo de Aromatibus libro, cui alij quoque (qui Indiam peragrarunt) assentiuntur, scribit Cannellam vulgarem, seu Cassiam ligneā, & Cinamomum idem prorsus esse: nihil aliud asserens esse Cinamomum, quam præstantiorem Cannellam. Corticem scilicet eiusdem arboris, quæ oleæ magnitudine, lauri foliis ad Citri folia accedentibus, flore candido, duplici, vt apud nos fuber, cortice vestiatur. Illudque non è primo cortice, cum primum sit veluti regumentum, sed colligi ex secundo, triennioque ab ea postea arbore abstineri. Dictumque asserit Cinamomum, quasi Chinæ amomum, non quod in China proueniat, sed quod inde ad nos afferatur. Ego ab Hebraico קנה nomen propagatum existimo: Andreas Mattiolus, qui non solum Dioscoridem, sed omnem ferme Europam, suis commentariis plantarum scientia illustrauit, multis contra Amathum Lusitanum hac de re digladiatur: contendens non inueniri amplius Cinamomum (vt qui diu ersum à Cannella illud faciat) fruticemque potius illud esse, quam corticem, ex Dioscoride, Galenoque asseuerat. Nos hac de re, annotationibus in in Plinium plura. Quod autem Diuus Hieronymus Cinamomum Cassiam, Syringa, seu fistulam dici scribat, eruditissimè, vt in ceteris omnibus, facit: Probat enim hoc late Hermolaus Barbarus, vir harum rerum peritissimus, suo in Dioscoridem Corollario. κασσιφιὴ enim, quæ ad purgandum corpus in vsu est, lignea appellatur. Cinamum, non Cinamomum hîc antea legebatur. Lxx. legunt κιννάμωμον, ex quibus nos ad Hieronymi sensum locum correximus.

Cap. VII.

Quoniam si benedixeritis (siue dixeritis) vias vestras, & studia vestra.] Vulgata in ecclesia Hieronymi editio, veram lectionem retinuit: eamque non solum voces Hebraicæ היטיב תיטיבו, sed ipse etiam interpres defendit, dum ait:

Si rectas feceritis vias veſtras; Septuaginta in eundem ſenſum, ἐὰν διορθώντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, verterunt. Hieronymus, ideo verbum, bene, addidit, quod ita in Hebræo replicaretur. Locus corruptus, quod idem videbatur eſſe, bene dixeritis, & dixeritis, quod Septuaginta dixerunt. Propterea bene dixeritis, ſubſtitutum fuerat.

Denocte, ſiue diluculo conſurgit ſpiritus meus ad te Deus.] Locus eſt Eſaiæ 26. ſecundum Lxx. ὀρθρίζει enim legunt: & ita nos ex quatuor codicibus emendauimus. Conſurget legebatur prius.

Quæ eſt in valle filij Ennom.] Ita legit vulgata editio hîc, & Ioſue 15. & ipſe Hieronymus infra cap. 19. dum exponit ea verba, Egredere ad vallem filij Ennom. Vox Hebraica ſimiliter בן חנם, & Lxx. φάραξ υἱοῦ συνὼμ. Propterea miror quis hîc in commentario ter falſam ſubſtituerit lectionem, filiorum Ennom, pro filij Ennom, ſcribendo: ex Brixianis codicibus locum nos emendauimus.

Et ſepelient in Tophet.] Hebraicum וקברו, Lxx. καὶ θαφοῦσιν. Vulgata Biblia, & ſepelient: Olim, & ſepelientur.

Cap. VIII.

Numquid qui cadit, non reſurget?] Text. ex vulgata editione, Lxx. ſimiliter μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται. Verum Hebraicè הֲיִפֹּלוּ. Numquid cadent. ולא יקומו. & non reſurgent? Olim cadet.

Quia Dominus noſter ſilere nos fecit: & potum dedit nobis aquam fellis.] Text. miror quis hîc pro ſilere nos fecit, ſubſtituerit: abiecit nos. Cum hæc interpretatio Lxx. ſit, non Hieronymi, ipſi enim verterunt ὅτι ὁ θεὸς ἐπίῤῥιψεν ἡμᾶς. Hieronymus autem vertit, ſilere nos fecit: vt patet ex eius vulgata in eccleſia editione, & ex commentario, dum ait. Et ſileamus ibi, quia dominus noſter ſilere nos fecit: Non enim habemus fiduciam deprecandi. Mox Lxx. interpretationem hac in re ſubdens, ait. Siue abiiciamur ibi, ſiue proiiciamur inſtar ſtercoris. Vox Hebræa, הדמנו Hieronymi talem fuiſſe verſionem apte demonſtrat. Tertiam autem, proiiciamur inſtar ſtercoris, ideo ſubdit, quod דמן ſtercus ſignificet, ſicut ipſe idem vertit 4. Reg. 9.

Et mordebunt vos, ait dominus, inſanabiliter, cum dolore cordis veſtri deficientis.] In text. Lxx. μετὰ ὀδύνης καρδίας ὑμῶν. Hanc lectionem habent etiam manuſcripti codices: propterea abdicanda eſt vetus, deficietis, etiam ex commentario.

Cap. IX.

Quia de malo in malum egreſſi ſunt.] In text. ſic in vulgata editione. Hebræum ſimiliter יצאו, & Lxx. ἐξήλθοσαν. antea ingreſſi.

Ecce ego cibabo eos, populum iſtum abſinthio.] In text. Vox, eos, à nobis expuncta: eſt enim ex Lxx. huc illata: dixerunt enim: ψωμιῶ αὐτοὺς ἀνάγκας, cibo eos angustiis. Vulgata, Hebraicumque monuerunt me. Sic infra, defluant, pro defluent repoſuimus ibi. Deducant oculi noſtri lacrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.

Sicut & comæ, quæ gentem ſignificant, non roborant corpora, & fortitudinem pugnatorum.] Antiqua lectio: non robora corporum, valde inepta: veritas inter legendum apparet: ſuppetias tamen Brixiæ codices præſtiterunt. Sic paulo poſtea ex Medicco emendauimus, quorum pleraque pars circunciſa eſt: plerumque enim legebatur antea.

Cap. X.

Dominus autem Deus meus, ipſe Deus viuens, & rex ſempiternus.] In text. vulgata Hieronymi editio ſinceram hîc tenuit lectionem, quæ Hebraice eſt והוא: iſte enim legebatur antea. Sic ex eadem paulo infra correximus: fulgura in pluuiam facit, pro fecit: & ſtultus factus eſt omnis à ſcientia: pro à ſcientia ſua.

Septem nominibus apud Hebræos appellatur aurum.] Septem auri nomina apud Hebræos ſunt. Segor סגור. Beſar בצר. Cetem כתם. Ophir אופיר. Vphaz אופז. Paz פז. Zahab זהב.

Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & conſumpſerunt illum.] In text. mancus mutilusque erat hic locus, & neque cum Hebraico, neque cum Græco conueniebat, cum vulgata editione multo minus: ex illa enim, adiuncta veritate Hebraico, nos reſtituimus. Legebatur enim antea. Quid deuorauerunt Iacob, & locum eius conſumpſerunt: reſtitutio Hieronymi commentario comprobatur. Lxx. autem verterunt. ὅτι κατέφαγον τὸν ἰακὼβ, καὶ ἐξανέλωσαν τὸν ἰσραήλ. Deuorauerunt Iacob, & conſumpſerunt Iſrael.

Cap. XI.

Quid ſit autem de mane conſurgere, & Dei verba per prophetas eis frequenter ingerere, & educere eos de Ægypto, & ſæpius admonere, & dicere: Audite vocem meam: & illos abiiſſe poſt prauitatem cordis ſui, & poſtea eis, reddere, quæ merentur & accipere, antea iam diximus.] Et poſtea eis reddere quæ merentur accipere, legendum eſt: & ita ex manuſcriptis Brixiæ codicibus emendauimus.

Poſuiſtis aras confuſionis, aras ad libandum Baalim.] In text. ex Hebraico, vulgataque editione, addidimus rurſum, aras.

Et eradicemus, ſiue conteramus eum de terra viuentium.] Aliter eradamus. ἐκτρίψωμεν eſt apud Lxx. & נכרתנו in Hebraico. Et in fine capituli, pro filiæ earum morientur in fame: correximus ex vulgata & aliis, filiæ eorum.

Ex Proœmio Tertij Libri.

Hoc ego cum facere cuperem, & hæreticorum rabiem declinarem, iuxta Hiſmeniam mihi canens, & meis.] Antea corrupte legebatur: & Hæreticorum rabiem declinare, & iuxta Hiſmeniam mihi canens, & meis. Quod autem legi debeat, mihi canens & muſis, ita vt erat Hiſmeniæ dictum, quod aliqui exiſtimant, mihi prorſus non placet: abhorruit enim vir ſanctus à muſarum nomine: & pro muſis meis ſubſtituit: & hanc lectionem conſtanter retinent omnia manuſcripta exemplaria.

Sed id agit diebus ac noctibus.] Ita ex quatuor reſtituimus codicibus: ait enim, non agit, Tranſalpina erat impreſſio. Vocat autem poſtea Biblinas epiſtolas, longas, & quæ voluminis inſtar ſint, ſequens in hoc Græciæ tractatores, qui ita expoſuerunt quod eſt penes Septuaginta Eſaiæ 18. ἀποστέλλων ἐπιστολὰς βιβλίνας ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Vbi nos legimus. Qui mittit in vaſis papyri ſuper aquas.

Cap. XII.

Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.] Pſal. 72. verba ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις. ſic legit vulgata editio, & Mediceus codex. Olim, Quia zelaui in peccatoribus.

Congregaeos quaſi gregem ad victimam.] In text. cum Hebraica, Græca, Latinaque editiones ita omnes concorditer legant, & quod amplius eſt, ipſe quoque Hieronymus in Commentario, miror eo vſque vel imperitiam, vel incuriam profeciſſe, vt legeretur hîc. Congregabo eos quaſi gregem ad victimam.

Numquid auis tincta per totum? Contra eam venite, congregamini omnes beſtiæ terræ.] In text. hîc quoque vulgata D. Hieronymi interpretatio genuinam lectionem retinuit, quæ eſt Hebraicè עליה. Deerant enim antea hæ voces. Contra eam: & eodem in verſu Lxx. lectio diſtinctione quæ ſenſum perturbaret, peccabat.

Porro iuxta Hebraicum, ideo Iudæa omnis eſt deſolata, quia nullus eſt qui recogitet Deū, nec reſiduus qui poſſit euadere. Per omnes enim vias ſolitudinis venerunt vaſtatores, id eſt, hoſtilis exercitus: & gladius domini deuorauit à termino, vſque ad terminum, nec requies vlla fuit de vrbe fugientibus, vnde dicitur: Nec eſt pax vniuerſæ carni: neque enim pacem Dei poteſt caro recipere. Sapientia enim carnis inimica eſt Deo: & qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.] Deerant penes Germanos impreſſores

impreſſores omnes hi verſus. Nos ſex manuſcriptorum codicum ope, quorum quatuor erant ex Florentia, duoque ex Brixia, eos reposuimus. Nam & phraſis Hieronymiana eſt, & pro loci explicatione verba ſunt neceſſaria.

Qui aſſumptus de terra, & terræ limo, Dei conſortio copulatur.] Lino forſitan pro limo legendum eſt, loquitur enim de lumbari, ſiue cinctorio lineo; quidnam illud ſit myſtice exponens.

Cap. XIII.

Et ambulabant in prauitate, ſiue in directione cordis ſui peſſimi.] In text. מְהֹלְכִים בִּשְׁרֻרוֹת לִבָּם. Vocem Hebraicam. שְׁרֻרוֹת pro prauitate interpretatus eſt Diuus Hieronymus non ſolum hîc, ſed etiam Deuter. 20. pax erit mihi, & ambulabo בִּשְׁרֻרוֹת in prauitate cordis mei: expunximus autem hîc verbum, peſſimi: eo quod non ſolum in vulgata deſit editione, verum etiam in Hebræo: Hieronymus quoque in commentario ea caret, dum ait. Quia nolunt audire verba eius: & ambulant in prauitate cordis ſui, ſiue quod ſibi rectum videtur, hoc faciunt. Pro directione autem vertiſſe Septuaginta, quod pro prauitate vertit Hieronymus, ex his verbis coniici poteſt: mancus enim eſt hodie Græcus codex.

Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem: Siue, & ibi vmbra mortis, & ponetur in tenebris.] Adeo Hieronymi & Lxx. interpretatio commixta multis fuerat locis, dum ipſemet Hieronymus ſuæ illam ex profeſſo adiungit, vt ſæpe, non niſi ex vulgata in eccleſia editione, quæ genuina Hieronymi fuerit, agnoſci potuerit. Vulgata veluti Lydius lapis nobis hac in re fuit: illiuſque ſuppetiis, quæ Hieronymi eſt liberam vagari ſiuimus: quæ autem eſt Lxx. duabus vtrimque ductis lineis, quam παρένθεσιν vocant vbi omiſſum id à Germaniis qui hoc quoque curarunt, fuerat, veluti aliis obſtrictam limitibus incluſimus. Hoc autem factum fuit, vt ſemel præmoniſſe ſufficiat, toto in opere multis in locis. Quæ diſcretio multa dubia, quæ eruditorum ingenia diuexabant, tamquam non eſſet Hieronymi, quæ vulgata recepta eſt in eccleſia, cum ab iſta quam ipſe interpretatur alicubi diſſentire videatur, veluti ſol nebulas diſſipabit. Agnoſcent enim omnes, ſic inuicem Hieronymi & Lxx. interpretatione diſcreta, ne verbo quidem vulgatam ab hac diſſentire. Sed eandem prorſus eſſe, & vnam alteri vbi quid à librariis peccatum eſt, facile vt reſtitui poſſit, adiumentum præſtare. Loquor autem nunc de ea quam præ manibus ſuper prophetas habemus: cui rei ne ipſe quidem Grunnius contradicere poſſet. Nam reliqua pars, vti commentario deſtituta, corruptioni facilius patuit. Conſilio ſedulo ambas, vti nos ſemel & iterum & tertio etiam fecimus, & verum eſſe quod dicimus pro certo agnoſces. Et vt tibi ſtatim ante oculos ponam exemplum, ita hîc antea, Lxx. verſione non ſuo loco poſita, legebatur. Expectabitis lucem, & ibi vmbra mortis, & ponentur in tenebris (ſiue iuxta Hebraicum, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Cum autem ſuo loco Hieronymi verſionem repoſuerimus, & poſt eam, quæ eſt Septuaginta.) Secundum quod Hieronymus ſemper facit, ſuperflua viſa ſunt illa verba (ſiue iux Hebraicum) cum quæcunque Hieronymi ſint, iuxta Hebraicum eſſe toto opere quadam veluti regula, intelligantur. Statim quoque vbi legebatur: Plorans plorabit Hieruſalem, ſiue plorans plorabit: quatuor poſtremas voces, vt quæ vbique deeſſent, cancellauimus.

Et deducet oculus meus lacrymam, quia captus eſt grex domini (doloremque meum tacitis gemitibus diſſimulare non poſſum.] Hic verſus doloremque meum tacitis gemitibus diſſimulare non poſſum neſcio cur hîc infarctus ſit: non enim eſt ex codice, deeſtque apud omnes. Gloſſema autem initio fuit, mox, vt Hieronymi, fœtus libro tandem immixtum eſt. Nos vt adulterinum partum eiecimus.

Tu enim docuiſti eos aduerſum te, & erudiſti in caput tuum.] Text. למדתי eſt in Hebræo, ἐδίδαξας in Græco, & in Latina vulgata editione ſimiliter, docuiſti, & eruditi, & docuiſti legit in commentario Diuus Hieronymus: & tamen præualuerat error, vt legeretur: Tu enim doces eos aduerſum te & erudis in caput tuum.

Facitque apoſtrophan ad ipſam Hieruſalem, quod hæc ſit ſors eius, & iſta pars, quam ipſa ſibi elegit, menſuram cumulatam, atque perfectam, & ſupereffundentem.] Alia lectio, ſupereffluentem, vt legitur Luc. 6. vox Græca eſt ὑπερεκχυνόμενον. Emendauimus hoc in capite alia quoque ſed non ita illuſtria: præſertim circa illius finem, vbi nullis interiectis lineis Lxx. interpretatio ſimul cum ea quæ D. Hieronymi eſt, confundebatur.

Cap. XIIII.

Agricolæ quoque quorum vnus loquitur: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Et in alio loco: Dei cooperatores ſumus.] Non in alio loco, ſed in eodem loco, correximus. Sūt enim hæc verba Pauli Apoſto. 1. Cor. 3 ſibi inuicem iuncta. Dei enim, inquit, ſumus συνεργοὶ cooperatores, ſeu (vt nos habemus) adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Aliquis Græcè imperitus locum corrupit, eo quod in vulgata Latina editione hanc vocem cooperatores, non inueniret: propterea aliunde hauſtum ratus teſtimonium, ſcripſit in alio loco. Qua in re alibi quoque peccatum eſt.

Quare futurus es velut vir vagus, ac fortis qui non poteſt ſaluare?] In text. Et hunc quoque locum ex vulgata editione, Hebræoque correximus: aut fortis qui non poteſt ſaluari, legebatur antea. לא יוכל להושיע eſt in Hebræo: & in eundem ſenſum penes Lxx. μὴ δυνάμενος σώζειν. Qui error etiam ex commentario extruſus eſt.

Stultum eſt orare pro eo qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne: eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt: & eſt peccatum ad mortem.] Corruptè penes Tranſalpinos Typographos legebatur. Et eſt peccatum non ad mortem: emendatio probatur 1. Ioan. 5.

Et dixi, ah, ah, ah, domine Deus meus.] In text. Vox meus, vti penes omnes ſuperflua, cancellata à nobis eſt Sic paulo poſt. Et populi quibus prophetant: correximus: prophetarunt erat antiqua lectio, נביאים Hebraice, prophetant Latine legitur: Græce tamen προφητεύουσιν ζῶν prophetabunt, niſi corrupta vox ſit ex προφητεύουσιν.

Cap. XV.

Et dabo eos in feruorem (ſiue commotionem, & anguſtias.] In text. vocem Hebraicam זועה pro feruore, ſeu commotione, Hieronymus interpretatur, ſic 2. Par. 29. Tradiditque eos לזועה in commotionem. Lxx. hic ἀθέτησις. Ibi vero ἔκστασιν dixerunt.

Et liberem te de manu peſſimorum: & de manu fortium ſiue peſtilentium, redimam te.] Et vulgata Hieronymi & Lxx. verſione locum ſic reſtituimus. Legebatur enim antea. Et liberem te de manu peſſimorum, ſiue peſtilentium, & redimam te. Non enim inter Hieronymum & Lxx. differentiam fecit vox רעים. concorditer enim pro peſſimis eam omnes tranſtulerunt: ſed vox עריצים, quam ipſe, pro fortibus, Lxx. vero pro peſtilentibus quod eſt apud eos λοιμῶν interpretati ſunt. Itaque prior lectio falſa.

Cap. XVI.

Non ſolum enim Chriſtus petra, ſed & Apoſtolo Petro donauit vt vocaretur Petra. In cuius ſenſibus requieſcentes, recte dicuntur tranſlati eſſe de petra.] Duo hîc contra Hæreticos noſtri temporis clare oſtendit D. Hieronymus Primo à Chriſto petra, Petro tantum donatum, vt vocaretur petra, non cæteris, vt illi aiunt, apoſtolis. Tu es Simon, inquit, filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Idem eſt enim Cephas Syriacè, quod petra, vnde Petri nomen. Deinde quod in huius petræ ſenſibus requieſcentes, recte dicuntur tranſlati eſſe de petra. Tranſit enim de petra in petram, qui poſt Chriſti fidem & confeſſionem, ſub Petri Apoſtoli, eiuſque ſucceſſorum ſenſibus, & ſententiis requieſcit.

Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum, quibus contaminauerunt terram meam.] Quia contaminauerunt, non quibus, est in vulgata Hieronymi editione. Lxx. transtulerunt, in quibus ἐφ' οἷς. Hebraica vox anceps, magis tamen ei respondet, quia quam quibus. על חללם vulgatam vti veriorem lectionem nos secuti sumus. Omnes enim codices eam habent.

Cap. XVII.

Peccatum autem Iudæ indelebile, & vt ita dicam nulla ratione abolendum, scriptum est stilo ferreo: in vngue adamantino, qui Hebraice dicitur שמיר, *non quo vllus vngis sit, qui appelletur* שמיר, *sed quo lapis adamantinus, ex eo quod indomitus sit & infringibilis, hoc nomen accepit: qui tantum nitorem habeat, & leuitatem, vt absque vllo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo, vt dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina: & duret quod scriptum est in perpetuum.*] Hebraicè hic locus sic legitur בעט כרזל בצפורן שמיר. Hieronymus autem eum transtulit, stilo ferreo in vngue adamantino: appellans tabulam adamantinam ob nitorem, & duritiã, vnguem adamantinum. Pro vngue enim non solum hîc, sed etiam Deut. 21. vertit vocem צפרן cum ait: Quæ radet cæsariem, & circumcidet צפרניה vngues: sicut verbum שמיר pro adamante semper accepit. Ezech. 4. vt שמיר adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Zach. 7. Et cor suum posuerũt vt שמיר adamantem. Esaiæ quoque cap. 27. vbi nos legimus. Quis dabit me spinam & veprem in prælio, & Hebraice scribitur שמיר שית ita ipsemet commentatur. Vbi Aquila posuit spinam, & veprem, in Hebraico scriptum est, שמיר & שית quod adamantem & loca sentium plena significat, vnde dicit: Quis me docebit, vt durus sim, & meam vincam clementiam? Dixit autem adamantinam tabulam Hieronymus, non quod talis magnitudinis adamas reperiatur, qui auellanam nucem numquam superat: sed vt communi dicendi more quid sit in adamante scribere, explicaret: Imo dum vnguem audis, talem prorsus, non maiorem magnitudinem cogitato.

Quodque sequitur. Nec desinet facere fructum: illum locum.] Qui in Marco scriptus est, quod venerit dominus ad ficum, & non inuenerit in ea fructum, quia nondum erat tempus: & male dixerit ei, vt fructus non faciat in æternum, exponere poterit. Vera lectio, quam nostri manuscripti codices habent. Olim, illum locus.

Cap. XVIII.

Numquid sicut figulus iste non potero vobis facere, domus Israel.] Hanc genuinam Hieronymi lectionem vulgata eius in ecclesia retinuit editio: esse autem ipsius non solum ex eius commentario apparet, dum ait. Ego in vobis qui quantum in vobis est perisse videmini, hoc facere non potero? sed etiam in Hebraico לא-אוכל & Græco δυνήσομαι. Antea non possum.

Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatori Hierusalem.] Text. correximus habitatoribus, ex vulgata editione, & Hebraico.

Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ.] Ex Hebraico, Græco, & Latino addidimus, meæ.

Sed plenius atque perfectius complentur in Christo, cum vrbe subuersa, Romano gladio trucidati sunt.] Olim, & vrbe subuersa.

Cap. XX.

Nec mirum si hodie serui Dei cædantur à Phaseor.] Occidantur falso legebatur antea. Percussit enim Phashur, siue Phaseor Hieremiam, non occidit, etiam: quatuor manuscripti codices ita scriptum habebant, vnde statim sequitur, nec tamen maior est ille qui cædit, sed fortior iste qui cæditur.

Mutatur autem nomen pontificis, vt ex nomine futurum supplicium demonstretur. Nequaquam, inquit, habebis nomen, oris nigredinem.] Olim futurorum supplicium, & vox, nomen, deerat.

Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium (siue ignominiam) sempiternum, quod nunquam delebitur.] Tex. Olim, siue ignominiam sempiternam, quæ nunquam delebitur. Lxx. interpretatione cum vulgata Hieronymi simul confusa. Nos ex eisdem sinceram reposuimus lectionem: Vox enim sempiternum, Hieronymi est, non Lxx. Illi enim verterunt ὅτι ἐπ᾽ οὐδένα ἀπῆλθαν αἰῶνες αἰῶνος ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐπιλησθήσονται. Quia non cognouerunt ignominias eorum quæ à sæculo obliuioni non erunt: At Hieronymus, vt in vulgata. Hebraica autem verba sunt hæc. כי לא חשכילו כלמת עולם לא תשכח.

Iuxta illud quod scriptum est. Mors viro requies, cui clausit Deus viam suam.] Hoc testimonium inuenies apud Septuaginta: Iob 3. θάνατος ἀνδρὶ ἀναπαύσεις συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς κατ᾽ ἀνδρός.

Cap. XXII.

Amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.] Sic constanter omnes Bibliorum tam manuscripti, quam impressi codices legunt: iique Hieronymi versionem conseruarunt, congruitque ea cum Hebraico. Olim, opprimit, reddit.

Possums autem hunc locum iuxta anagogen contra hæreticos accipere: qui ædificant sibi domum non magnam, nec ecclesiæ vbertate latissimam, sed paruulam.] Clarior hæc lectio quam vetus, & ecclesiæ vbertate latissimam.

Cap. XXIII.

Hoc quod in Lxx. male additum est, in prophetis penitus amputandum.] Sic enim legunt Septuaginta. Hoc est nomen eius, quo vocabit ipsum dominus Iosedech in prophetis.

Et quasi homo madidus (siue soporatus vino.] pro soporatus, superatus, correximus, quatuor codicum ope: sic enim verterunt Lxx. quod est Hebraicè עברו יין, & Hieronymus reddit madidus vino ὑπνῶδους, inquientes, ἀπὸ οἴνου.

Quid sibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum ecclesiæ de quo Ioannes Baptista plenius loquitur: quod purget dominus aream suam ventilabro, & paleas ventorum flatibus dispergendas, vrendasque ignibus derelinquat, triticum autem condat in horrea.] Corruptus penes Transalpinos typographos erat hic locus: legebatur enim in hunc modum: quod purget dominus aream, & ventilabo paleas ventorum flatibus, &c. Restituimus autem illum ex Matthæi euangelio, vbi cap. 3. Sic legimus. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Ventilabrum, quod Græcè est πτύον, Tertullianus, Cyprianus, & Augustinus palam verterunt. Pala enim in area ventilantur frumenta: & hoc modo legendum esse in Hieronymo contra Luciferianos, non palmam, illis verbis: Nemo potest Christi palmam sibi assumere: Nemo ante Iudicij diem de hominibus iudicare, doctissime primum aduertit Iacobus Pamelius pius & eruditus Theologus (nemo enim laude sua fraudari debet) annotationibus suis in epistolam Cypriani quinquagesimam primam, quæ est ad Maximum presbyterum.

Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dominus, qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendaciis suis.] Text. vulgata Hieronymi editio hanc constanter lectionem retinuit, quam nos quoque secuti sumus. Congruit cum ea Hebraicum ויספרום ויתעו. Antea narrant, seducunt.

Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos dicens, quod est onus domini, siue quæ est assumptio domini? dices ad eos. Vos estis onus, siue assumptio: proiiciã quippe, siue allidam vos, dicit dominus.] Text. Discant ex hoc loco qui Hebraicos codices vbique incorruptos esse contendunt, quam multis in locis illos vitiatos credendum sit. Legebatur enim hîc tam Lxx. quam Hieronymi tempore אה מוח משא vos estis onus: in quem sensum dixere Lxx. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ λῆμμα. Vos estis assumptio: postea disiunctis tantum vocibus, ipso sensu, Grammaticaque repugnantibus

tibus, quæ mutatio hodie quoque perseuerat, cœptum est legi את מה משא. Vt quid onus? Constat quod didicimus ex decem manuscriptis Bibliorum codicibus, & ex impresso vno Venetiis anno 1475. Quin & ipse Hieronymus clarè hoc in commentario testatur, dum ait: Præcepit ergo dominus, vt siue populus, siue propheta, siue sacerdos interrogauerint Hieremiam, quid sit pondus, vel assumptio domini: respondeat eis, & dicat: Vos estis onus, & vos assumptio. Assumam enim vos, & proiiciam, allidamque & interire faciam: Sensus clarus. Quia inquit, vos estis mihi onus, propterea proiiciam vos, terræque allidam: Solent enim sic grauia onera abiici ex humeris. Illa vero lectio, vt quid onus? & incongrua est, & penes Hebraicum canonem non subsistit.

Et peruertistis verba Dei viuentis.] Vulgata D. Hieronymi editio sinceram hîc retinuit lectionem: congruitque cum Hebraico. והפכתם. Olim, peruertitis.

In Procœmio in Quintum Librum.

Quamuis Ananias filius Azur repugnet Hieremiæ: & Semeias Nehelamites prophetam mitti cupiat in carcerem.] Cupiat, non iubeat, vt olim, legendum est. Nam præter quod infra cap. 29. constat hoc ipsum, & quatuor manuscripti Florentiæ codices ita legunt, Hieronymus ita eo scribit in loco. Pseudopropheta Semeias vere Nehelamites, qui de torrente alienas & turbidas aquas sumpserat, irascitur contra mendacium suum vera scripsisse Hieremiam, & ad Sophoniam sacerdotem mittit epistolas, cur ausus sit propheta scribere veritatem: & cupit eum recludi in carcerem ne loquatur.

Cap. XXV.

Quod in Lxx. non habetur, & sequitur.] Expunximus hæc verba, vti ab aliquo imperito adiecta: quippe cum falsum sit ea in Lxx. non haberi: quod dicere non omisisset Hieronymus in commentario: facit enim id perlibenter, si verum esset.

Non enim curæ erat, vt antea iam dixi, prophetis tempora conseruare.] Hæc Brixianorum codicũ lectio melior, quam antiqua: prophetiæ tempora conseruare.

Interfectus est autem Ioakim vndecimo anno regni sui in Hierusalem.] Ioakim vinctum catenis, & in Babylonem adductum constat. 2. Par. 36. Liberatum eum postea, & remissum in Hierusalem, vbi & obiit, ex hoc Hieronymi testimonio apparet: in quam sententiam scribitur 4. Reg. 24. tribus annis fuisse eum seruum Nabuchodonosor, & postea rebellasse. Reuersus enim è Babylone post tres annos elapsos rebellauit: Non enim scriberetur dormisse eum cum patribus suis, si in captiuitate mortem obiisset.

Neque inclinastis aures vestras vt audiretis, cum diceret.] Tex. vulgata editio veram lectionem retinuit, vnde Hieronymus in commentario, præcipue domino commonente, vt reuerteretur vnusquisque à via sua mala: ex loci sui continentia apparet veritas. Olim, dicerem.

Et bibent, & turbabuntur.] Text. Hîc quoque vulgata editio veram Hieronymi retinuit lectionem, cui vox Hebraica והתגעשו optime conuenit: אעש enim turbari, commouerique significat Iob. 34. Psalm. 17. Vetus lectio, Et bibent, & inebriabuntur.

Quod si aperte dicere voluisset, stultè persecutiones aduersum Christianos, & tunc nascentem ecclesiam, rabiem concitasset.] Olim, ecclesiæ.

Cap. XXVI.

In principio regni Ioakim.] Txt. sic vulgata editio: Hebraicum similiter ממלכות. Conuenit sequentis capitis initium. In principio regni Ioakim. Olim, regis.

Verbum ambiguum, forsitan, maiestati domini non potest conuenire: sed nostro loquitur affectu, vt liberum homini seruetur arbitrium: ne ex præscientia eius, quasi necessitate, vel facere quid, vel non facere cogatur: Non enim ex eo quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, Deus nouit: quasi præscius futurorum.] Vbique sanctissimus ac disertissimus vir liberum hominis defendit arbitrium, contra nostri temporis hæreticos, qui Stoicam resumentes opinionem, & Manichæorum hæresim rursum orbi terrarum ingerentes, dum liberum negando arbitrium, assertores Dei gratiæ in nobis se esse iactant, & Deum omnis culpæ desidiæque auctorem reddunt, & nos veluti muta, & irrationabilia efficiunt pecora.

Hieremias in templo verba domini prophetarat, & dixerat dabo domum istam sicut Silo.] Olim, prophetabat: & vox, Dabo, deerat.

Cap. XXVII.

Hunc locum allegoricus semper interpres, & historiæ fugiẽs veritatem, interpretatur de cœlesti Hierusalem, quod debeant habitatores eius sponte assumere corpora, & descendere in Babylonem, id est, confusionem mundi istius.] Allegoricum interpretem Origenem vocat, cuius impiam de animarum in terram è cælo lapsarum opinionem vbique coarguit. Sic paulo infra. Delirat, & in hoc allegoricus interpres, & hortatur in cœlesti positos Hierusalem ne audiant prophetas suos atque diuinos, & somniatores. & augures, & maleficos, sed vt potius seruiant Nabuchodonosor, & corpus humilitatis assumant, infantium vagitus, & incunabula paruulorum. Vide de hac relatius sub finem cap. 28.

Nolite audire verba prophetarum dicentium nobis: Non seruietis regi Babylonis.] Text. sic paulo superius. Qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis. Hebraice לא תעברו ex vulgata editione sic mutauimus quod erat olim: Nolite seruire. Sensus quamuis in idem recidat, melior tamen qui in vulgata seruatus est.

Cap. XXVIII.

Et ego referri faciam omnia vasa domus domini.] Text. sic ex Hebraica, Græca, & Latina editione restituimus: deerat enim antea vox, domus.

Et facies (siue faciam) pro eis catenas (vel furcas) ferreas.] Text. Et hîc quoque ex vulgata in ecclesia editione, & Hebraica veritate addidimus verbum, catenas faciam pro eis: furcas ferreas Lxx. interpretationis est: ᾗ φασὶν αὐτὸ ἀστῶν κλοιοὺς ζυφοῦς. Verbum enim Hebraicum מוטה Hieronymus pro catena hîc, sicut 1. Par. 15. pro vecte: Septuaginta ipsi quoque ibi pro vectibus ἐν ἀφορεῦσιν: hîc autem pro furcis interpretati sunt. Supra quoque vbi dicitur. Et abiit Hieremias propheta in viam suam, vox propheta, deerat.

Sic confringam iugum Nabuchodonosor Regis Babylonis duobus annis dierum de collo omnium gentium.] Tex. id est, nondum duobus annis completis, sicut ipsemet Hieronymus sub initium capitis interpretatur. Verba Hebraica egregie hanc sententiam explicant, בעוד ש נתים ימים. Vulgata tamen editio legit, post duos annos dierum: Nos nihil mutauimus.

Sequamur Hebraicam veritatem.] Ex Brixianis codicibus hanc veram restituimus lectionem. Olim enim obscuro sensu legebatur. Sed quid ad Hebraicam veritatem? ex loci continentia constat veritas.

Quodque intulit: furcas ligneas contriuisti, & facies, siue faciam, pro eis catenas ferreas.] ᾗ σιδηρᾶς sic in ipso Latino codice. Falsa igitur antiqua lectio, & facies, siue feci. Deleta sunt autem illa verba. Quodque sequitur, &c. in Lxx. non habetur: propterea quod in commentario ponantur & repetere hîc nulla cogar necessitas.

Cap. XXIX.

Siue optimates, & faber, & inclusor, seu artifices.] Text. hæc verba, faber & inclusor, è translatione D. Hieronymi, quam integram hîc vulgata seruauit editio, reposita sunt חרש וחמסגר est in Hebraico: δεσμώτης καὶ σιδηρεύς ligator, & artifex, penes Lxx.

Ædificate domos & habitate, & plantate hortos, siue pomaria, & comedite fructum eorum.] Text. Erronea valde erat antiqua lectio, vtpote quæ Hieronymi versioni verbum

præripiens, Lxx interpretationi illud adſcriberet. Legebatur enim in hunc modum. Ædificate domos, & habitate, ſiue plantate hortos, ſiue pomaria. Vulgata editio nobis ſuppetias tulit.

Et adorabitis me, & exaudiam vos.] Text. orabitis eſt in Hebræo, Græco, & vulgata editione, & ita nos emendauimus.

Et in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego eiiciam eos.] Text. Eieci eos, eſt in vulgata & in Hebræo ſimiliter והדחתים. ſic paulo ſuperius. Et reducam captiuitatem veſtram, & congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos. Verum quia Hieronymus in commentario legit, eiiciam, nihil eſt immutatum.

Et cum ego hæc, inquit, mea ſponte facturus ſim, & certo tempore redituros vos decreuerim: fruſtra decipimini, & putatis vos habere prophetas in Babylone, qui vobis falſa promittunt.] Deerat antea verbum, decreuerim, vtique hîc neceſſarium.

Et ponam eos quaſi ficus malas: quas Theodotio interpretatus eſt ſudrinas, ſecunda editio peſſimas.] Vox, editio, deerat antea.

Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea.] εἰ ἔστηζαν ἐν τῇν ὑποστάσιν μου. Hier. 23. vbi in Latina editione. Si ſtetiſſent in conſilio meo. Antea ſtetiſſet. Supra autem propterea ait Nehelamitem והנחלמי torrentem interpretari, quia נחל torrentem ſignificat.

Cap. xxx.

Et conuertam eos, ſiue ſedere faciam, ad terram quam dedi patribus eorum.] Text. Hæc eſt ſincera Hieronymi interpretatio, quam eius vulgata conſeruauit editio: nam & in Hebræo legitur אל הארץ. In terra, erat antiqua lectio, congruebatque cum verbis (ſedere faciam non cum conuertam. Diuerſa hîc verſio, quam genuit vox והשבתים, vtraque Hieronymi eſt. Nam Lxx. ἐπιστρέψω, dixerunt.

Et non dominabuntur ei amplius alieni.] Text. ei, eſt in vulgata Hieronymi editione: Similiter in Hebræo בו. Antea, eis.

Rurſumque & hoc in Lxx. non habetur, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Corrupte legebatur antea Rurſumque & hoc in Hebraico non habetur. Quippe cum in Hebraico reperiatur hic verſus. Qui error etiam ex commentario extruſus eſt. Non reperitur autem in Lxx. & iam in Græco eorum codice deeſt: locum bene correptum ex ſuperioribus apparet: dixerat enim ſupra. Quodque ſequitur, & glorificabo eos, & non attenuabuntur: in Lxx non habetur, ſubdens poſtea. Rurſumque & hoc in Lxx. non habetur: verba conueniunt. At non ita, ſi legatur. Rurſumque & hoc in Hebraico non habetur: cum aliquid deeſſe in Hebraico ſupra dictum non ſit. Hic locus vitiatus diu eruditorum torſit ingenia: coniiciebant enim ex eo aut non eſſe Hieronymi, quæ vulgo circumfertur editio, in qua is verſus reperiretur: aut ſi ſit, aliunde ſupplendum, cum Hebraicus codex integer illi defuerit.

Cap. xxxi.

Quod ſequitur. In ſolemnitate Phaſe, & generabit filios multos, in Hebraico non habetur, ſed in Lxx. tantum legitur: pro quo apud Hebræos ſcriptum eſt. Inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & pariens ſimul.] Deerant hîc quatuor poſtremæ voces, & vltimus verſus veluti alterius commentarij initium legebatur. Confer locum, & quam ſit bene reſtitutus, cognoſces. Supra quoque ex vulgata & Hebraico correximus. Quia erit dies in qua clamabunt cuſtodes. Olim, etenim dies.

Tunc generauit multum populum, vt illud impleretur Eſaiæ. Quia nata eſt gens ſemel.] Eſa. 66. ita ſecundum Lxx. legitur, καὶ ἐτέκεν ἔθνος εἰς ἅπαξ, quod eſt Hebraicè אם יולד גוי פעם אחד. Aut parietur gens ſemel. Aut parietur gens ſimul, eſt in vulgata.

Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel flens filios ſuos.] ῥαχὴλ ἀπακλομένη. Rachel plorans, in vulgata. Matth. 2. vnde verba ſunt hauſta: antea: Rachel flentis, quod non in Matthæo, ſed in Hieremia legitur.

Siue ſicut vitulus non didici.] ὡς πῶλος ἐκ ἐδυδάχθην. Olim, & non didici. Locus ex ipſis Lxx. correptus.

Et poſtquam oſtendiſti mihi, ſiue cognoui, percuſſi femur meum.] Siue cognoui, Lxx. interpretatio eſt: oſtendiſti mihi, ipſius Hieronymi: ſemper autem quæ Hieronymi verſio eſt, Lxx. verſionem præcedit. Falſa igitur, nec ſuo loco poſita erat antiqua lectio: & poſtquam cognoui, ſiue oſtendiſti mihi.

Reſurgent in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.] Eph. 4. deerat antea vox, ætatis.

Statue te ipſam Sion.] Text. Lxx. Latina interpretatio hunc locum corruperat: legitur enim in ea. Statue tibi ſpeculas: cui quippiam ſimile ſubſtitutum fuit Speculatores pro ſpeculas. In Græco autem Lxx. codice ita legitur, σῆσον σεαυτῷ σκοὺς. Statue te ipſum Sion. Quo modo illos vertiſſe locuples teſtis eſt ipſe Hieronymus, dum ait. Verbum Hebraicum ציונים vel in ſpeculatores, vel in ſpeculas vertitur, vt Aquila, & Symmachus interpretati ſunt. Vnde miror quid ſibi voluerit vulgata editio, vt pro ציונים, hoc eſt, pro ſpeculatoribus, Sion poneret, turbaretque lectoris intelligentiam: quo putaret poſt Ephraim ad Sion & ad tribum Iuda repente Dei factum eſſe ſermonem, cum perpetua oratio ſit Ephraim. Vocat autem vulgatam editionem, eam quæ eſt Lxx. vt latius infra apparet.

Vt ſit. Et ſeminabo Iſrael, & Iudam. Quodque intulit: ſemine hominum, & ſemine iumentorum: ad rationales & ſimplices referre debemus.] Ita hunc locum, mancum mutilumque reſtituimus. Legebatur enim antea. Quodque intulit ſemine iumentorum, ſemine hominum, omiſſo: & ita interpretatio rationabilium non congruebat. Neceſſaria autem hæc eſſe verba inficiari quis poterit? Legitur enim penes ipſum prophetam. Et ſeminabo domum Iſrael, & domum Iuda, ſemine hominum, & ſemine iumentorum.

Et ipſi tamquam lapides viui ſuper ædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum.] 1. Pet. 2. Græcè ſic legitur, καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, Hieronymus eodem ſemper ſenſu, verbis tamen diuerſis hoc vtitur teſtimonio, Zachar. 9. de quibus & Petrus Apoſtolus loquitur. Sicut lapides viui ſuperædificamini in domum ſpiritualem, & ſacerdotium ſanctum. Malach. 3. Ædificamini domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum. Ezec. 40. Et ipſi vt lapides viuentes ædificamini domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctum.

Cap. xxxii.

Venit ergo ad eum patruelis frater ſuus, & offert emptionem, quæ illi ex propinquitate debetur.] Fœdo Olim errore, patruelis pater ſuus, hîc apud omnes legebatur.

Ecce Hanameel filius Sellum (ſiue Sallom) patruelis tuus (quod Hebraicè dicitur דודך, *veniet ad te, dicēs.*] Conſtanter tam Diuus Hieronymus, quam vulgata eius editio, legunt, veniet. Hinc ille, Quod futurum prophetæ verbum domini nunciarat ſtatim opere completum eſt. Venit, inquit, ad me Hanameel gratia Dei, filius patrui mei Sellum, hoc eſt, filius pacis. Vult dicere ſtatim quod ille venturum eſſe prædixit, is venit. Nos vulgatæ, Hieronymique teſtimonio locum correximus. Venit legebatur antea: quæ Lxx. non Hieronymi verſio eſt, ἔρχεται enim illi dixerunt. Hebraicè autem eſt בא. Vocem quoque Sellum, hîc in commentario rurſum poſuimus, alioqui interpretatio non conuenit.

Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum: ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus.] Pro ſtipulationes in Hebræo legitur החקות, pro & rata והחקים, pro ſigna fornicecus ואת חגלי. Hanc lectionem vulgata Diui Hieronymi editio retinuit, quæ quoniam cum Hebraico magis conuenit, quam prior, ſtipulatione rata, & ſigna fornicecus, tuto eam ſecuti

ſumus. Lxx. vtero lectio longe ab iſta diuerſa, ſic legit. καὶ ἔλαβον τὸ βιβλίον τῆς κτήσεως τὸ ἀνεγνωσμένον καὶ ἐσφραγισμένον. Et accepi librum poſſeſſionis lectum, & ſignatum.

Qui erat filius Neri, qui interpretatur lucerna mea.] Mutatus hodie eſt codex Hebraicus, non enim נרי Neri, lucerna mea, ſed נריה Neria, lucerna mea Deus, legitur.

Neri quoque pater Baruh filius Maaſiæ, id eſt, facturæ, & operis domini.] Hîc quoque, ſi Hieronymus recte memoriam retinuit, mutatus eſt Hebraicus codex. Scribitur enim מחסיה: cum tamen vt facturam & opus domini ſignificet, ſcribendum eſſet מע שיה.

Hoc indicat, quod interdum pro nimia patientia iudicia eius videantur iniuſta.] Sic habent meliores codices. Olim, Sapientia.

Propterea hæc dicit dominus,] Text. Hebraicè לכן, Græcè διὰ τοῦτο, Latinè propterea. Olim, præterea. Et ſupra, ſtatim vt abſcondatur à me, pro, aut abſcondatur à me.

Sic enim verterunt Lxx. μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεται τί: vbi nos legimus. Numquid mihi difficile erit omne verbum.

Et venient Chaldæi, ſiue ingredientur, præliantes aduerſus vrbem hanc.] Text. Vox Hebraica ובאו anceps eſt, ſonatque: & venient, & ingredientur. Hieronymo magis placet, vt hîc accipiatur pro ingredi, ſicuti accepit Aquila. Vulgata tamen editio, & Lxx. conſtanter legunt, venient: confuſus erat antea locus variis tranſlationibus in vnum mixtis. Legebatur enim ſic. Et venient Chaldæi, & ingredientur præliantes. Siue, venient Chaldæi aduerſus vrbem hanc.

Hucuſque Hieronymi commentarios in Hieremiam inuenimus. Scripſiſſe autem eum in reliquas illius prophetias ex eo certo coniicitur, quòd Ezech. 27. aſſerit ſe plenius diſputaſſe de Cedar in Hieremia, vbi contra eum ſit ſermo. Hoc autem inuenitur Hier. 49. circa finem voluminis, cum tamen hîc 32. finiat caput.

IN EZECHIELEM
PROPHETAM.

Caput I.

Chobar autem aut nomen eſt fluminis: aut certe iuxta interpretationem ſuam, qua in graue vertitur, Tigrim ſignificat, & Euphratem, & omnia grauiſſima flumina, quæ in terra Chaldæorum eſſe perhibetur.] Hebraicè כבר Græcè χοβάρ. Latinè Chobar conſtanter legitur. Verum vt graue ſignificat, כבד legendum eſſet: & forte ד & ר ſimilitudo mutationem induxit, niſi potius graue pro potenti, ac multo, quod eſt כביר Hieronymus vocem accepit.

Ego viſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum.] Oſee 12. ἐγὼ ὁράσεις ἐπληθύνων: & in vulgata, ego viſionem multiplicaui. Olim, multiplicabo.

Et aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen domini. Pſalm. 148. Olim, aqua quæ ſuper cælos eſt, laudet, &c,

Et animalia currebant, & reuertebantur, quaſi ſpecies Zebeк.] Bezek emendauimus, eſt enim vox Hebræa בזק, & etiam in Græco Lxx. Codice βεζέκ legitur.

Habens ſpeciem cryſtalli, quod eſt puriſſimum, & ex aquis mundis, atque lucentibus, nimio frigore concreſcere dicitur, in tantum vt etiam gelu conſtricta aqua, Græco ſermone κρύσταλλος nominetur.] Pro concreſcere, duo manuſcripti codices, congelaſcere legunt, verum nihil mutatum.

Et ad pugnam primi martyris Stephani cernitur ſtans ad dexteram patris.] Verbum cernitur, ex duobus Florentiæ codicibus repoſitum à nobis eſt, alioqui deſiderabatur. Ecce, inquit, ipſe, video cælos apertos. Act. 7.

Et ſub pedibus Dei erat quaſi opus lateris Sapphiri.] Hæc eſt antiqua, & vera lectio: lapidis pro lateris nos habemus: locus eſt Exod. 24. & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini. Lxx. autem legunt lateris ὡσεὶ ἔργον πλίνθου Ζαπφείρου, & Hebræi ſimiliter לבנת הספיר. Quippe cum לבנה laterem ſignificet.

Cap. ii.

Et loqueris verba mea ad eos, ſi forte audiant, & quieſcant vel timeant.] Text. Hebræi, Græci, Latinique codicum ope ita verba permutauimus: & timeant (vel quieſcant) legebatur antea. Quod eſt Hebraice יחדלו quieſcant, Hieronymus: Lxx. vero φοβηθῶσιν timeant, interpretati ſunt. At Hieronymi interpretatio eam quæ eſt Lxx. ſemper præcedit.

Extenſione manus Moyſi Iſrael ſuperat Amalec.] Olim, ſuperarat.

Cap. iii.

Iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa: deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.] Verba, iuſtificata in ſemetipſa, repoſita nobis ſunt.

Non enim ad populum profundi ſermonis, & difficilis linguæ tu mitteris, ad domum Iſrael: neque ad populos multos, profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, quorum non poſſis audire ſermones. Text. Ita xe vulgata Hieronymi editione locum reſtituimus. עמקי שפה וכבדי, לשון eſt in Hebraico: id eſt, profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, vt Hieronymus ſecundo vertit, quippe cum difficilis linguæ primo ſit interpretatus. Septuaginta autem prima vice πρὸς λαὸν βαθύχειλον, βαρυγλωσσον profundi labij, grauis linguæ, dixerunt. Secunda vero πρὸς λαὸς πολλοὺς ἀλλοφώνους, ἢ ἀλλογλώσσους. Ad populos multos alterius vocis, vel alterius linguæ. Prior itaque lectio manca, in qua ſic legebatur. Neq; ad populos multos, & ignoti ſermonis, quorum non poſſis audire ſermones.

Si autem annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia.] Text. ſic vulgata Hieronymi editione melius legit: Hebraicus ſimiliter codex מרשעו antea ab inquitate ſua, quæ lectio non Hieronymi, ſed Lxx. erat, illi enim dixerunt. ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ.

Vt probetur vtrum ſpeculator externus cauſa ſit mortis eius qui perijt, an reus.] Antea. Vt probet vtrum ſpeculator externus à cauſa ſit mortis eius.

Sed & ſit conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem.] Tex. Antea vox, fuerit, deerat. Locus ex vulgata editione reſtitutus.

Tantæ ſunt amaritudinis, & tantæ aduerſus Deum contentionis, vt obiurgantem non mereantur audire.] Ita ex melioribus Florentiæ codicibus correximus. Antea. Tantæ ſunt amaritudines, & tantæ aduerſus Deum contentiones.

Cap. iiii.

A ſexto autem anno, uſque ad viceſimum nonum, tot enim Ezechias regnauit annis, ſupputantur anni vigintiquatuor.] Magno errore legebatur antea. A ſexto autem anno vſque ad viceſimum, tot enim Ezechias regnauit annis, ſupputantur anni vigintiquatuor. Nam præter quod conſtat 4. Reg. 18. Ezechiam viginti nouem, non viginti duntaxat annis regnaſſe: quis non videat vigintiquatuor includi intra viginti non poſſe?

Poſt quæ Ioſias annis triginta & duobus.] Triginta & vno, non triginta duobus annis Ioſias regnauit 4. Reg. 22. & 2. Par. 34. apud omnes, verum nihil mutatum, quia numerorum, quos ſupputat, ratio non reſponderet, ſi adimeretur vnus. Eo enim adempto non CXXIIII. ſed CXXXIIII. eſſent. nec CXXXV. ſed CXXXIIII. eſſent.

Et ita prophetico numero CCCXC. vnus deesset annus. Nec propterea putes sanctissimum virum lapsum memoria: imperfectum enim annum pro perfecto sumit, & ea est causa quod in totius sũma nõ annos CCCXC. sed CCCLXXXIX. & menses quatuor supputat. At scriptura sacra integros tantum in vita Regum, non autem imperfectos numerat annos. Vixisse autem Iosiam menses aliquot super vnum & trigesimum annum, aliunde vir sanctus historiam hausit.

Cap. V.

Et assumes eum, & trahes per caput tuum, & per barbam tuam. [Text. Vulgata Hieronymi interpretatio integram hîc retinuit lectionem; quæ Hebraico, Græcoque codicibus confirmatur. Deerant enim in impressis exemplaribus hæc verba: & assumes eam: quæ Hebraicè sunt תקחנה לך, & Græcè καὶ λήμψῃ αὐτὴν σεαυτῷ. Deerat similiter paulo post, verbum assumes, in eo versu: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: & vox, tui, cum dicitur: Et ligabis eos in summitate pallij tui. Loca iisdem restituta suppetiis sunt.

Qui deuorant populum meum sicut cibum panis: de quibus & Apostolus. Et comedunt, inquit, domos viduarum.] Si Apostoli nomine alius quam Paulus intelligeretur, profecto nihil hîc mutandum fuisset: quippe cum inter tres Euangelistas, qui id prodant, Matthæus vnus ex tribus, Apostolus fuerit. Verum cum numquam sic vsurpetur, pro Apostolus, euangelium subtituimus: est enim testimonium illud Matth. 23. Marc. 12. Luc. 20. Quod alibi quoque semel à nobis factum est. Aliquis suæ nimium fidens memoriæ, qui longam de viduis, in epistola ad Timotheum fieri penes apostolum mentionem recolebat, locum corrupit. Hieronymi enim tantus lapsus non est: Christi enim, non Pauli esse hæc verba, ipse idem Hieronymus clarè dilucideque ostendit supra Hieremiæ 3. dum scribit. Qui deuorant populum meum velut escam panis, & quam Christi notat, deuorantes domos viduarum.

Pro quo in Lxx. legitur: & eris στεναγμὸ, id est gemibilis.] ἐ ἔσῃ στεναγμὸ. *Antea corrupte & erit.*

Cum fecero in te iudicia in furore, & indignatione, & increpationibus iræ. Ego dominus locutus sum.] Tex. sic vulgata Hieronymi interpretatio. Hebraicum similiter אני יהוה דברתי Lxx. ἐγὼ κύριος λελάληκα. Olim, quæ ego dominus locutus sum. Infra quoque. Et conteram in vobis firmamentum panis: ex Hebraico & vulgata editione reposuimus voces, in vobis.

Cap. VI.

Magnitudinem peccatorum iubetur propheta manibus, pedibusque, ac sermone monstrare: vt gestu corporis, & indignatione vocis, habitum stupentis, mirantisque, plorantis ostendat.] Aliter ex Brixiæ codicibus, inclinatione vocis.

Qui vero spirituales non habet cibos, fame moritur.] Ita melius tres manuscripti legunt codices. Antea, morietur: loci continentia vocem benè emendatam ostendit: sic enim idem semper seruatur tempus.

Cap. VII.

Finis venit, venit finis super quatuor alas terræ: Quas nos mundi plagas interpretati sumus.] Prior versus ex codice in commentarium allatus, alioqui secundus concisus abrupta inchoabat oratione. Vox quoque venit, iterum posita. Vulgatæ interpretationis, Hebraique voluminis ope.

Venit contractio super te qui habitas in terra.] Text. צפירה est in Hebræo: quæ vox bis posita est, hîc, & paulo infra in illis verbis: Egressa est contractio, floruit virga. Nec dubium ita à Hieronymo verbum interpretatum, ait enim: Contracta est, inquit, dies & abbreuiata, instatque vicina captiuitas. Antiquissimus Bibliorum codex, quem Carolus magnus ecclesiæ S. Pauli extra vrbem dono dedit, duoque alij longa antiquitate fere deleti Neapoli, hanc retinuerunt lectionem. Contritio tamen est in vulgata editione πλοκὴν, id est, ordinem, contextumque seu complexionem, Lxx. Theodotioque verterunt. Nos Hieronymum hac in re deserere non potuimus.

Pro afflictione, quam iuxta Symmachum qui interpretatus est ὑβριστὴν, perspicuitatis causa posuimus: & in Hebraico רעה *& in Græco κακὰ vel πονηρὰ scribitur, id est, malitia.*] Vox Hebraica רעה à nobis reposita est.

Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te.] Text. vera lectio, quam vulgata editio, ipseque Hieronymus in commentario retinuit συντελέσω similiter est in Lxx. וכלתי in Hebræo. Antea, replicabo.

Vt super virgam impietatis vestræ, qua subiectos vobis impiè cædebatis, consurgat iniquitas.] Quia, pro qua legebatur antea, & supra statim, parturit pro parturiit. Quatuor manuscripti codices nos monuerunt.

Vnde & Apostolus. Tempus, ait, abbreuiatum est. Et in eodem loco: Præterit enim figura huius mundi.] 1. Cor. 7. Tempus breue est, & post tres versus. Præterit enim figura huius mundi. Falso antea legebatur. Et in alio loco: quippe cum hæc testimonia iuncta sibi sint.

Et homo qui desiderauit quod in mundo putauit esse pretiosum, non obtinebit.] Sic legunt emendatiores codices. Antea quo desiderauit.

Clangite in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.] Psal. 80. Olim, nostræ.

Quorum Paulus loquebatur: Angelos iudicabimus, & alibi. In vobis iudicabitur mũdus.] 1. Cor. 6. Etsi in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus: iuncta sibi mutuo sunt testimonia: quapropter legi debet: & in eodem loco. In vobis iudicabitur mundus.

Non enim potest habere mundiciam, quod extra dominie ecclesiam est.] Loquitur de auro, cui vt genus respondeat, quod legendum est, non qui, vt erat antiqua lectio. Mediceus, Fesulanus, & tertius sanctæ crucis penes me codices ita legunt.

Ob nostra quoque mala opera auertit Deus faciem suam.] Claro errore legebatur antea, Ad nostra quoque.

Cap. VIII.

Cæterum & nobis orandum est, ne seniores domus Israel septenarium numerum, qui est sanctus, per septem decades multiplicantes, stent in erroribus suis.] Septem decades absque voce, per, falso legebatur antea.

Secunda αἴλαμ templi interpretata est: quam nos porticum templi exprimere possumus, siue intectum atrium, quod inter templum & altare erat.] Atrium intectum, non atrium interius, vt quidam habent codices, legendum: antiqua hac in re melior. De hoc atrio sub initium sequentis capitis loquens Hieronymus ait. Et iuit ad limen, siue ad subdiuum atrij domus, atque vestibuli: quod nequaquam tecto præmitur, sed aëris fruitur libertate. Hoc in atrio Zacharias filius Barachię occisus est. Erat enim inter templum, & altare. Exterius atrium hoc dicebatur, de quo Ezech. 10. Et sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius: quia erat & atrium interius, de quo 3. Reg. 6. Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum positorum, & vno ordine lignorum cedri: sacerdotum atrium hoc appellatur 3. Par. 4.

Cap. IX.

Tristitia mihi magna est, & incessabilis dolor cordi meo.] Ro. 9. ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Olim, cordis mei.

Egredimini, & ingressi sunt, & percutiebant eos, qui erant in ciuitate.] Tex. יצאו ויצאו Hebraicè. Egredimini, & egressi sunt, Latinè vulgata in editione legitur. Olim, vox, Egredimini, deerat.

Cap. X.

Iuxta illud quod in Esaia scriptũ est: Sanctificabit eum in igne ardenti.]

ardenti.] Sic legunt Lxx. Esaiæ 10. ἀγιάσει αὐτὸν ὡς πῦρ καυσῶνος. Antea, sanctificauit.

In quo obseruandum, quod nequaquam, vt supra dicitur. Facies hominis, & facies leonis à dextris quatuor; & facies vituli à sinistris quatuor: & facies. Aquilæ quatuor.] Sic ab verbum habent Lxx. supra cap. 1. Antea transposita voce legebatur. Facies hominis, & facies leonis quatuor: & facies vituli à sinistris quatuor: & facies Aquilæ quatuor à dextris. Vbi nos habemus, Et facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor: Lxx. legunt, καὶ πρόσωπον ἀετοῦ τοῖς τέσσαρσι, quod est Hebraicè, ופני נשר לארבעתם: id est, Et facies Aquilæ ipsis quatuor.

Et leuati sunt Cherubim.] Text. Neutro genere in vulgata editione Græcorum more, qui τὰ χερουβεὶμ, dicunt, legitur. Verum quia Diuus Hieronymus post 9. capitis initium, masculino genere tam Cherubim, quàm Seraphim & Malachim, legendum esse contendit, nihil à nobis mutatum est.

Et cum eleuarent Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non resistebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant.] Text. pro nõ resistebãt, Hebraicè legitur לא יסבו, & Græcè οὐκ ἐπέστρεφον, non conuertebantur: vulgata editio habet, non residebant. Sensus profecto idem, mihi tamen lectio quæ hîc est, magis placet: vnde supra. Sequebantur & ceteræ, nec conuertebantur: & infra: Illis egredientibus rotæ quoque subsecutæ sunt. Hoc enim est, non resistere.

Cap. XI.

Licet in Leuitico ad sacerdotale ministerium à vigintiquinque annis eligantur. In Hebræo enim non habet hunc numerum, qui in Lxx. dicitur, sed tricenarium.] Tanta est imperitorum hominum temeritas, vt ad normam ingenij sui omnia vertant: nec erubescant, ipsi anseres inter olores, semper obstrepere. Alibi quoque hunc errorem exposuimus, & pro Leuitico Numeros substituimus. Est enim testimonium hoc, Num. 4. vbi iuxta Hebraicam veritatem vulgata in editione nos legimus: Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas, à tricesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum: Quo in loco Lxx. legunt, non à tricesimo anno, sed ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε, id est, à vigintiquinque annis: & de hac in re lapsum memoria Hieronymum putes, ita emendatè apud eum antea legebatur supra cap. primo. Vnde & in Numerorum volumine iuxta Hebræos, non vt in Lxx. continetur, à vicesimo quinto ætatis anno, sed à tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare.

Quia longe feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris.] Text. Ita ex vulgata editione correximus: Hebraicum similiter, והפצותים בארצות. Quæ correctio Hieronymo probatur dum ait: quod eos dispersserim in nationes, falso antea legebatur: Quia dissipaui eos in terra.

Cap. XII.

Super ducem onus istud, qui est in Hierusalem.] Text. Ita legit vulgata Hieronymi editio, & ipsemet in commentario. Quod super ducem onus istud, & visio sit, qui est in Hierusalem: ducem significans Sedechiam. Super principem onus istud, legebatur antea: quæ vox Lxx. est, non Hieronymi, τῷ ἀρχοντι dixerunt illi. Sic paulo post. Et dux qui est in medio eorum, pro princeps. Quæ lectio non solum vulgatæ interpretationis, sed ipsius quoque Hieronymi in commentario testimonio comprobatur: ait enim. Et dux qui est in medio eorum in humeris portabitur, vel iumentorum, vel eorum qui cum eo fugerant. In Hebræo est נשׂיא. Idem sensus, seruanda tamen est vox interpretis.

Cap. XIII.

Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israel erant.] Text. erant, legendum, non erunt. Sic vulgata editio, & Hebraica.

Sicut enim murus hosti opponitur, & aduersario occurri solet ex aduerso contraque venienti: ita Dei sententia sanctorum precibus frangitur. Vnde & Moysi dicitur. Dimitte me, &c.] Audiant hæc nouatores, qui sanctorum preces & orationes pro nihil ducunt. At de hac re latius in libro contra Vigilantium.

Babylonios, Chaldæosque significat, & eosdem lapides grandinis desuper irruentes.] Vulgata editio grandes, siue prægrandes lapides constanter legit. Verum quia Hebraicè legitur אבני אלגביש, & Hebræi verbum אלגביש pro grandine exponunt, prægrandesque lapides grandinis hîc significare existimant, nihil est immutatum. Ostendit enim Hieronymus in Commentario se vim vocis Hebraicæ non ignorasse, quamuis grandes tantum non grandinis ipso sacro in codice interpretatus sit. Lxx. λίσθους πετροβόλους, siue emendatius τρίβολος verterunt: quod tribuli bellici instar dentati essent.

Et dicent ad vos, vbi est litura vestra, quam linistis. Text. Lxx. καὶ ἐροῦσι πρὸς ὑμᾶς. Antea falso, & non dicent ad vos. Paulo quoque supra, ædificat, quod est οἰκοδομεῖ pro ædificabat, reposuimus, manuscriptorum codicum monitu.

Et lapides grandes in ira, in consummationem.] Text. Sic vulgata Hieronymi editio, & Hebraicum בחמת, olim & lapides grandes iræ.

Et ponam eum super terram, & reuelabuntur fundamenta eius: & cadet, & consumetur cum increpationibus.] Text. Septuaginta καὶ συντελεσθήσεται μετ' ἐλέγχων. Olim & consummemini cum increpationibus. Sub finem quoque capitis amouimus vocem, vestra, ex eo versu: Propterea mendacia vestra vltra non videbitis. Vacat enim penes Lxx. eaque carent omnes manuscripti Florentiæ & Brixiæ codices: nec etiam in vulgata editione, Hebraicoque reperitur.

Cap. XIIII.

Et venerunt ad me viri seniorum Israel. [Text. vulgata Hieronymi editio sinceram hîc, vt alibi multis in locis, lectionem retinuit: quod ipsum Hebraica vocc probatur אנשים מזקני, & eius testimonio in commentario dum ait. Venerunt ad prophetam, non omnes senes (ne cuncti viderentur errare) sed quidam seniorum Israel. Lxx. similiter: καὶ ἦλθον πρὸς μὲ ἄνδρες ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ Ἰσραήλ. Antiqua lectio. Viri seniores Israel.

Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicumque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me.] Text. Has duas postremas voces, in Israel, cancellauimus: propterea quod nec in Hebraica, nec Græca, Latinaque editionibus reperiantur: & Brixiæ manuscripti codices eis careant.

Non sunt homines homines, sed homines serpentes.] Sic supra. Nõ sunt homines homines, sed sunt homines iumenta. Melior itaque hæc lectio, quam prior. Non sunt homines homines, sed homines atque serpentes. Brixiani codices emendationem nostram approbant.

Et interficiam de ea hominem & iumentum.] Tex. ita legit vulgata editio, Hebraicum similiter בהמה, & statim. Interfecero ex ea hominem & iumentum: & rursus. Vt auferam ex ea hominem & iumentum. Olim, iumenta.

Noe enim imminens orbi terræ diluuium, quia omnis terra pollucrat viam domini, prohibere non potuit: sed filios, qui forsitan eiusdem virtutis erant, & ob seminarium humani generis habuit reseruatos.] Nisi extrusissemus hinc coniunctionem, &, nullus erat sensus.

Sed & Iob, non peccata, sed ob probationem, nec domum nec filios liberauit.] Non ob peccata, vti nos restituimus, legendum.

Quod si Noe, Daniel, & Iob pariter congregati, & in vno loco positi, peccatricem terram, hoc est, eos qui in terra peccatrice habitant, non possunt iræ Dei subtrahere.] Vocem, peccatricem ex Brixiæ codicibus reposuimus. Dicitur enim terra peccatrix, vt paulo superius. Terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, pro iis scilicet qui peccatores in terra sunt.

Cap. xvi.

Ego plantaui te vineam frugiferam, omnem veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vitijs aliena?]Ita legunt Lxx. Hieremiæ 2. ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρπόφορον, πᾶσαν ἀληθινήν. πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἀλλοτρία. Olim, ego plantaui vineam frugiferam, omnem veram: quo modo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?

Cap. xvi.

Et proiecta es super faciē campi prauitati ānimæ tuæ.] Text. Lxx. τῆς ζοιλύσεώς σου. Olim, prauitate.

Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta: & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem.]Text. Deerat antea hîc versus: & multiplicata es, & grandis effecta: ex vulgata Hieronymi editione, quæ illum retinuit, & ex Hebraico reposuimus. Habent autem illum etiam Septuaginta, καὶ ἐπληθύνθης. in quorum Latino codice legitur. Et multiplicata es, & magnificata es.

Numquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis.]Text. Hanc veram Hieronymi lectionem vulgata eius in ecclesia retinuit editio: in quam sententiam Hebraicè legitur ותשחטי; olim, immolantis filios meos.

Et interfecisti filios tuos, & dedisti eos cum offeres illis.] Text. Lxx. Sic corrupte antea legebatur: quæ lectio vnde irrepserit, ignoro. Constat enim ex ipsis Lxx. & Hieronymo contrarium. Illi enim legunt, καὶ ἔδωκας αὐτὰ ἐν τῷ ἀποτροπιάζεσθαι ἐν αὐτοῖς. Eaque Hieronymus in commentario ita interpretatur. In eo autem loco, vbi nos posuimus: & dedisti illos consecrans eis, pro quo Lxx. transtulerunt: Et dedisti eos ad placandum, siue expiandum. His itaque moti auctoritatibus locum ita restituimus. Et dedisti eos ad placandum in illis.

Et inter cetera etiam Ægyptijs vicinis suis amore magnarum carnium prostituta sit.] Hæc trium codicum lectio, melior quam vetus, prostrata sit.

Sitiuit anima mea ad te Deus, quam multipliciter tibi caro mea: siue, vt quædam habent exemplaria, quo modo consumpta est caro mea.] Duplex apud Hebræos olim lectio, duplicem hîc reddidit penes Lxx. interpretationem. Legebant enim aliqui codices לך pro בלה, & ita vbi nos hodie legimus in Hebræo כמה לך בשרי id est, vt vertere Lxx. πολλαπλῶς σοι ἡ ζάρξ μου: quam multipliciter tibi caro mea: alij legebant כמה כלה בשרי quo modo consumpta est caro mea. Quod autem vtramque lectionem ipsi iisdem habuerint Lxx. infra Ezech. 44. clarè ipsemet Hieronymus his verbis asserit. Attenuata iciuniis caro, & circuncisa continentia fugit opprobrium Ægyptiorum, qui sunt magnis carnibus: & illud potest dicere, quod in plerisque iuxta editionem Lxx. legitur: Quo modo contabuit caro mea? Vox autem Hebraica כלה, quod significet consumi, siue contabescere, norunt omnes qui Hebraicam callent linguam: & ita versa est Iob 7. & 33. & Psalm. 36. Duo veteres interpretes, qui versum, vti hodie Hebræi, legebant, primam vocem כמה pro verbo, vt illi quoque faciunt, accipiebant, absque intermedio tamen puncto. Aquila enim ἐπεπόθει intenta est. Symmachus ἱμείρεται desiderat, interpretatus est. Theodotio autem, qui cum intermedio legebat puncto, πυσαχῶς, sicut Lxx. πυσαπλῶς Theodoreto auctore, vertit. Qui Theodoretus non πῶς ἁπλῶς distinctis vocibus, sed vnica tantum dictione πυσαπλῶς à Lxx. verbum interpretatum, multis contendit: & forte pro altera lectione, Quo modo consumpta est, πῶς ἀπώλετο illi dixerunt.

Quando vero adorauit idola, & religionem in impietatem mutauit: nequaquam legitima illius appellantur.]Vox nequaquam olim deerat: reposita est autem ex manuscriptis codicibus, vti necessaria.

Dicitur eis Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non recipio.] οὐκ ἀνέξομαι, Esa. 1. Secundum Lxx. Olim, non recipiam.

Et tollam vestimenta mea, & linteamina mea: vt non operiant vltra ignominiam eius.] Ita legitur Osee 2. Olim operiam: Græcè est τοῦ μὴ καλύπτειν.

Et vicisti eas sceleribus tuis.] Text. eas, scilicet sorores tuas, Sodomam & Samariam: Ita ex Hebraica, Græca, Latinaque editionibus emendauimus; Olim eam.

Talc quid & illud euangelij sonat. Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam.]Hoc testimonio sæpe vtitur D. Hieronymus. Esa. 41. Siue iuxta Lxx. qui tribuit non dolentibus mœrorem. Est enim tristitia quæ ducit ad mortem, & est tristitia quæ ducit ad vitam. Rursùs Esa. 63. est enim tristitia quæ ducit ad vitam, & est tristitia, quæ ducit ad mortem. Sententia horum verborum inuenitur Ecclesiastici 4. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam: & 2. Cor. 7. quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: Sæculi autem tristitia mortem operatur. At vbinam sit in euangelio, sicuti ego non inuenio, ita Nazaræorum euangelium sine præfatione, vti alibi facit, Hieronymum citasse minimè reor: Cancellauimus propterea vocem Euangelij, cum certum sit id in euangelio non reperiri.

Et tu & filiæ tuæ reuertimini in antiquum statum.] Sic ex ipso sacro Bibliorum codice emendauimus, vbi legitur: Et tu filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem vestram: & penes Lxx. Et tu & filiæ tuæ restituemini sicut fuistis ab initio. Olim, reuertimini.

Et suscitabo ego pactum meum tecum.] Ita ex vulgata editione, & Hebraica correximus. Olim, & suscitabo tibi pactum meum tecum: eodem modo paulo superius emendauimus. Cum receperis sorores tuas te maiores: pro, tecum maiores.

Cap. xvii.

In terra bona super aquas multas plantata est.] Text. ita in vulgata editione legitur, quam lectionem ipsemet Hieronymus in commentario probare videtur: dum ait. Quæ in terra bona à Nabuchodonosor plantata erat. Lxx. vero legunt, εἰς πεδίον καλόν, in campum bonum: quemadmodum & Hebræi אל שדה טוב. Antiqua lectio, In terram bonam super aquas multas plantauit eam. Nos vulgatam, Hieronymumque secuti, pro, In terram bonam, reposuimus, in terra bona, & pro plantauit eam, reposuimus, plantata est, quemadmodum vulgata legit editio, & Hebraicum, quod habet התיא שתולה. Hinc paulo infra. Ecce plantata est: ergone prosperabitur? superius quoque terra, pro terram reposuimus ibi: Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: Et terram pro terra apud Lxx. ibi: summitates teneritudinis auulsit, & attulit eas in terram Chanaan: Nam & Græcè legitur: καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς γῆν χαναάν.

Cap. xviii.

Et inuocauit eum dicens: domine Deus miserator.] Desunt hæ duæ voces, eum dicēs, penes Lxx. Exod. 34. nec non apud Hebræos & aliquot manuscriptos codices, propterea deletæ à nobis sunt.

Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo super te, & super quinquaginta tuos.] Sic legitur apud omnes 4. Reg. 1. & ita habent aliquot manuscripti codices. Olim, Et si homo Dei ego sum, descēdat ignis de cælo super te, & super quinquaginta viros.

Et si Balaam (vt verissimum est in nostram linguam translatum) vanum populum sonat.] Verisimile pro verissimum falso antea legebatur. Vox Hebraica est בלעם quæ vanum populum verissime significat.

Vnde & Geneseos liber ex eorum vocabulo nomen accepit.] Librum Geneseos iustorum librum vocari asserit, quod iustorum hominum vitas contineat, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, & aliorum qui ἐνσθεῖς, id est, recti & iusti nuncupantur. Alius tamen ab hoc erat liber ille, de quo 2. Reg. 1. dicitur: Et præcepit vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum: is enim cum Dauid historiam contineret, Geneseos liber esse non poterat, & iam Hebraicè

Hebraicè legitur על ספר הישר, & Græcè ἐπὶ βιβλίου τῶν εὐθῶν in libro iustitiæ, siue rectitudinis.

Et ad vsuram non commodauerit.] Legant hæc, & diligenter perpendant, qui fortunas suas vsuris quotidie augent: quo vitio hodie multi Christianorum laborant, opprimuntque pauperes, ac miseros homines absque vlla pietate; & vt Christi præcepto illudant, friuolis & à Christiana charitate alienis rationibus, quas hîc Diuus Hieronymus luculenter disserteque refellit, seruentur. Quam autem callidè à legum se eximant pœnis, vel re ipsa clam perpetrata, vel simulatis contractibus, omnes norunt. Rectè autem superabundantiam, quæ est Hebraicè תרבית, id quod plus exigitur, scriptura appellat: abundantiæ pro superabundantiæ secundo loco legebatur antea.

Numquid viuet? Non viuet, cum vniuersa detestanda hæc fecerit: morte morietur, sanguis eius in ipso erit.]Text. Deerāt antea hæ voces, Non viuet: ex vulgata editione, Hebraicoque reposītæ sunt.

Pater eius, quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua.] Text. Qui, non quia, legebatur antea, & pro, ecce, hîc. Locus ex Hebraico, vulgataque editione correctus.

Putatis ait, iniquum, vt peccata patrum reddam filijs: & alijs comedentibus vuam acerbam, aliorum dentes obstupescāt? Ecce vnusquisque in suo peccato moritur, & in sua iustitia viuificatur: in vtroque non præterita, sed præsentia iudicantur: Quin potius vestra iniqua sententia est.] Deerat hîc vox, iudicantur: siue quia imperfecta sententia erat: ipsiusmet Hieronymi ope, alibi acceptam, reposuimus. Ait enim ille infra, cap. 32. Ad generalem transit disputationem, quod & iustum præteritæ non sallent iustitiæ, si nouis sceleribus fuerit occupatus: & peccatorum vel impium antiqua peccata non perdant, si operibus iustitiæ veteres emendarit errores: Deumque non præterita in vtroque iudicare, sed præsentia.

Cap. xix.

Et exaltata est flatura eius inter frondes.] Text. ita legit vulgata editio: Hebraicum similiter בין סבך, & Græcum ἐν μέσῳ, olim in frondes. Sic paulo postea. Et ventus siccauit fructum eius, quod est Hebraicè הוביש, pro siccabit ex eadem vulgata correximus.

Quod alijs verbis loquitur. Amos propheta: Inducam famem & sitim super terram: non famem panis, & sitim aquæ, sed famem audiendi sermonis Dei.] Locus est Amos 8. Antea pro Amos legebatur Esaias.

Cap. xx.

Venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent dominum & sederunt coram me.] Text. vulgata editio, & Hieronymus, sederunt, Hebraicus codex וישבו & Græcus ἐκάθισαν, olim sedebant.

Gentes quas perditurus est dominus in conspectu tuo, iste omina, & diuinationes audient.] Deut. 18 οὗτοι καὶ θυμοὺς καὶ μαντείων ἀκούσονται. sic quoque ex quatuor manuscriptis codicibus emendauimus. Esa. 8. somnia lectio erat antiqua. Hebraicè est מעננים, qua voce augures, & præstigiatores significantur.

Non visitabo super filias vestras cum fornicatæ fuerint, & super sponsas vestras, cum mœchatæ fuerint.] Locus est Osee 4. οὐμὴν ἐπισκέψομαι ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν πορνεύσωσι: καὶ ἐπὶ τὰς νύμφας ὑμῶν ὅταν μοιχεύσωσι. Ita quoque est in Hebræo, & vulgata editione. Antiqua lectio erat. Non visitabo vltra filias vestras, & nurus vestras, cum mœchatæ fuerint.

Abominationes oculorum suorum non proiecerunt.]Text. Lxx. τὰ βδελύγματα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν οὐκ ἀπέρριψαν. Sic quoque est in Hebræa, Latinaque editione. Olim, Abominationes oculorum non proiecerunt.

Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne educerem eos in terram, quam dedi eis.]Text. Vulgata Hieronymi editio, veram hîc retinuit lectionem, quam ipse quoque in commentario sequitur: cum eaque Hebraicum, Græcumque consentiunt: inducerem enim, pro educerem legendum est.

Notandumque quod quando constitutis in Ægypto loquebatur post offensam. Feci, ait, propter nomen meum: vt non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, de quibus eieci eos in conspectu earum. Tunc adhuc in medio erant quia nec dum exierant.] Deerant antea hæ voces, in quarum medio erant: cum tamen necessariæ hîc essent: & pro constitutis legebatur, constitutus. Manuscriptorum codicum, & vulgatæ editionis, ope locus est restitutus.

Per quæ ostendit, eis non se dedisse præcepta non bona, qui in eremo morabantur: sed his quos dispergere voluit in nationes, & facere in toto orbe peregrinos, dare cogitasse quæ non dedit.]Sibilo explodendum errorem. Antiqua hîc habebat lectio Coëgisse enim pro cogitasse legebatur. Tres manuscripti ex Florentia codices me monuerunt: cogitaui (inquit) illis dare præcepta non bona, sed non feci. Quod autem hîc genuimus Hieronymi sit sensus, constat ex commentario: ait enim paulo superius. Volui illos diuidere in nationes, & in toto orbe dispergere, & dare illis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuerent. Et paulo inferius. Volui, inquit, eos in solitudine delinquentes in cunctas dispergere nationes, & dare illis præcepta non bona: vt quod mihi offerre debuerant, idolis immolarent, & omne primitiuum suum consecrarent eis per ignem, vt interficerem eos atque delerem. Quando autem dicit, volui, ostendit se non fecisse quod voluit.

Sicut iudicio contendi aduersus patres vestros in deserto terra Ægypti, sic iudicabo vos dicit dominus Deus.] Text. sic ex vulgata editione, & Hebraico restituimus: deerant olim voces, vestros, & Deus. Infra quoque reposuimus vocabulum, ibi, in eo versu. Et recordabiminiibi viarum vestrarum: est enim & in Hebraico, & in vulgata editione.

Ante contritionem exaltatur cor viri, & ante altitudinem humiliatur. Prou. 18. πρὸ συντριβῆς ὑψοῦται καρδία ἀνδρός. & hanc lectionem habent duo manuscripti codices. Antea, exaltabitur.

Ex Proœmio in Septimum Librum.

Illam quondam potentiam, & ignorantiam diuitiarum, ad tantam inopiam peruenisse, vt tecto, & cibo, & vestimento indigeat.]Magis placuit hæc lectio, quam illa, quam ex coniecturis Germanus impressor substituere volebat, arrogantiam diuitiarum. Tres manuscripti ex Florentia codices, ignorationem pro ignorantiam legunt: quam lectionem vti candidiorem, & quæ genuinum sensum magis redsdat, nos secuti sumus. Vocat autem ignorationem diuitiarum quod tot tantæque illæ essent, vt à propriis dominus earum magnitudo ignoraretur.

Ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebræorum volumina relegere: qui etiam ad solis dieique fulgorem litera. rum nobis prauitate cæcantur.] Prauitate, est alia lectio: At verius est vt legatur, prauitate: exigui erant enim Hebræorum codicum characteres, præsertim qui manu scribebantur.

Cap. xxi.

Et sciet omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua.] Text. וידעו כל בשר Hebraicè: καὶ ἐπιγνώσεται πᾶσα σάρξ, Græcè legitur. Vulgata tamen editio, & ipse Hieronymus in commentario legunt. Vt sciat omnis caro. A nobis nihil mutatum.

Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: De terra vna egredientur ambæ, & manu capiet coniecturam: in capite viæ ciuitatis coniiciet. Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Hierusalem munitissimam.] Text. ita ex vulgata editione, Hebraicoque, & ex ipso Hieronymo infra cap. 25. hunc locum restituimus. Olim, Et veniat, ambo, & ad Hierusalem.

Pro eo quod in memoriam reuocastis iniquitates vestras, & reuelastis prauaricationes vestras.] Text. עון הזכרכם עונכם

& Lxx. ἀλλ' ἢ ἀλαμνήσωτε τὰς ἀδικίας ὑμῶν. Vulgata autem editio. Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ. Nihil mutatum : puto enim Hebraicum codicem plurium numero olim pro עונכם legisse עונותיכם : quippe cum ita tam Hieronymus in commentario, quam Lxx. Legant.

Hoc, inquit, faciens, videbitur habitatoribus Hierusalem oraculum frustra consulere, & quasi sabbatorum otium terere: ludere videlicet, & nihil operis perpetrare.] Terere non tenere, quæ est trium codicum lectio, magis placuit: teritur enim sabbatorum otium, cum nihil omnino operis fit. Statim quoque pro cumulare, cumulasse ex iisdem exemplaribus emendauimus.

Et hoc non factum est, donec veniat cuius est iudicium, & tradam ei.] Text. ita est in vulgata Hieronymi editione. Hebraicum, Græcúque similiter: & hoc non fuit. גם זאת לא היתה. ὃ δὲ οὐκ ἐγένετο οὐδὲ αὐτὴ ταύτη ἔσται. & Hieronymus. Quæ non statim tibi reputata est: sed donec veniat Christus, cuius est iudicium. Hæc omnia ideo in medium adduximus, vt ostenderemus, præteriti temporis vocem esse debere, non futuri, vt antea. Legebatur enim, Et hoc non fiet.

Cap. XXII.

Et sedebit conflans & emundans quasi argentum, & aurum, & emundabit filios Leui.] Sic legunt Lxx. Malach. 3. Olim, Et sedebit conflans, quasi aurum & argentum: & conflabit filios Leui: deerant enim voces, & emundans καὶ καθαρίζων, & pro, & emundabit, quod est: καθαρίσει legebatur, conflabit.

Et dispergam te in nationes.] Text. Dispergam est vera lectio, non disperdam, & ita ex vi Hebraici verbi legit in commentario D. Hieronymus והפיצותי In Græco autem διασκορπιῶ σε.

Et conflabo vos, & congrebabo vos.] Text. ex vulgata Hieronymi editione, cum qua Hebraicum, Græcumque consentiunt, reposuimus, voces, & congregabo vos.

Cap. XXIII.

Qui filios & filias eius duxere captiuas.] Earum falso legebatur antea. Hinc in codice ipso. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius: filios & filias illius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: intelligit autem de Olla, id est Samaria.

Formam ducum omnium, siue tristatarum omnium, similitudinem filiorum Babylonis.] Text. olim forma & cristatarum, pro tristatarum. Erant autem Tristatæ primæ apud regem dignitatis homines: qui quoniam tres tantum numero erant tristate Græcè, & שלשים Hebraicè vocabantur. Fit de his mentio Exod. 15. Vbi enim nos legimus, Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, Lxx. habent, Electos ascensores Tristatas. Hîc autem non τριστάτας, sed τριζοὰς legimus. Hi sunt illi de quibus 1. Par. 11. scriptum est. Veruntamen ad tres primos non peruenit

Electos ascensores Tristatas: pro quibus Latina simp'icitas, ternos stratores transtulit.] Falso antea legebatur, stratores.

Hæc autem omnia faciam, vt perdita pulchritudine, & vultu veneficio deturpato, quiescat aliquando scelus tuum.] Veneficio vt emendatiores codices habent, non veneficio, vt antea, legendum est.

Et dabo coram eis iudicium.] Text. ita legit vulgata editio: Hebraicum Græcumque similiter. Antea vox, coram, deerat.

Et requiescere faciam scelus tuus de te.] Text. והשבתי, & ita legit vulgata Hieronymi editio, ipsequemet in commentario. Antea, & requiescere facient.

Et dimittent te nudam, & ignominia plenam: & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum.] Text. Postremus versus deerat antea: repositus est autem à nobis, ex Hebræa, Græca, Latinaque editionibus.

Thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eā.] Text. Hanc genuinam Hieronymi lectionem ex vulgata eius editione reposuimus: quam ipse etiam in commentario disserte approbat, dum ait: Thymiama meum, & vnguētum, quod mihi specialiter iusseram fieri: & externi nimis animam illam de populo, quæ in priuatos vsus hoc facere voluisset, tu offeres idolis. Hebraicum similiter קטרתי ושמני: & Græcum eodem modo: τὸ θυμίαμα μου καὶ τὸ ἔλαιον μου ἐνεφράνοντο ἐν αὐτοῖς. Antea. Thymiama meum & vnguentum, & oleum posuisti super eam Etroris causa, quod vox שמן Hieronymus vnguentum, Lxx. oleum transtuleruit: vtraque postea commixta fuit versio: potest etiam legi Thymiama meum & vnguentum, siue oleum, posuisti super eam.

Et in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto.] Text. Hæc est vera & sincera Hieronymi lectio, quam eius vulgata conseruauit editio, conuenitque Hebræo ואל אנשים מרב אדם, & cum Lxx. καὶ πρὸς ἀνδρας ἐκ πλήθους ἀνθρώπων. Falsa igitur erat impressa olim lectio. Et in viris quidem multitudines hominum adducebantur.

Et dixi ei quæ attrita est in adulteriis.] Text. ita est in vulgata editione Hieronymi: Hebraicū similiter habet נאפים. Antea, adulterio, pro adulteriis, legebatur.

Cap. XXIIII.

Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit dominus.] Text. iudicabo legit vulgata Hieronymi editio, ipsequemet in commentario. Sed vias tuas, inquit, & adinuentiones tuas reddam tibi: imo iudicabo te iuxta opera, & cogitationes tuas: Lxx. similiter κρινῶ. Qua propter corruptus forte est hodie codex Hebraicus, qui legit שפטוך. Iudicauerunt te. Iudicaui erat antiqua lectio, cum qua duo tantum ex octuaginta manuscriptis Bibliorum codicibus consentiebant: ex impressis autem nullus.

Sed si forte nimio fueris mœrore superatus, tacitum habeto gemitum, neque prorumpas in verba.] Antea, ne qui prorumpat.

Ex proœmio octaui libri.

Nec erubescimus, paupertatem vili palliolo præferentes, Cræsi opibus incubare, infamemque & interitum plurimorum nostros custodire thesauros.] Elegantior, ac verior lectio, quā nos ex Brixiæ codicibus reposuimus. Antea, famemque & interitum plurimorum nostris custodire thesauris.

Quantinunc Lazarii iacent, & quanti purpurati diuersis vestium coloribus proteguntur, ne in vsus quidem proprios vertentes quæ peritura conseruant?] Et hæc quoque diserta ac sincera lectio ex iisdem restituta codicibus. Antea. Quanti nunc Lazari iacent, & quantorum purpuræ diuersis vestium coloribus proteguntur, ne in vsus quidem proprios vertentium quæ peritura conseruant.

Cap. XXV.

Quia insultastis ecclesiæ meæ tempore persecutionis, diuersorumque vitiorum quod pollutum esset sanctuarium meum, siue eorum vitio, qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate, qui meos persequebantur: & quod domus Israel, hoc est sensus videntes Deum, esset desolata virtutum choro: & quod filij domus Iuda, id est Deum confitentis, in qua est vera fides, & recta confessio, ducti sint in captiuitatem, & seruire domino desierint. Idcirco omnis insultans traderis filiis orientalibus.] Mirum est quam corruptus esset hic locus, & quam perplexo ac difficili legeretur sensu. Erat enim lectio huiusmodi. Quia insultastis ecclesiæ meæ tempore persecutionis, eo quod diuersorum vitiorum pollutum esset sanctuarium meū, siue eorum vitio, qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate, qui meos persequebantur: Terram quoque Israel sensus videntes Deum, esse desolatum, virtutum choro: & quoniam filij domus Iuda, id Deum confitentis, in qua est vera fides, & recta confessio, ducti sunt in captiuitatem, & seruire dominon desierunt. Idcirco, &c.

Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquā eius, & de finibus eius inclytas terræ.] Text. bis tam in Hebræo, quam in vulgata Hieronymi editione legitur, de ciuitatibus: impressa tamen lectio non nisi semel ea verba habebat: Item pro inclytas, legebatur inclyta:

inclyta: cum tamen inclytas legendum esse non tantum ex vulgata constat editione, verum ex ipsomet Hieronymo, dum ad ciuitates verbum referens, ait. Vt ad ipsos quoque Babylonius victor introeat: & ciuitates in Moab esse desistant, & in finibus eius ac terminis vrbes inclytæ destruantur: infra quoque: inclytæ atque electæ terræ.

Beelmeon, quæ & ipsa vertitur, habens fontem, siue per fontem.] Super fontem à Brixiano codice admoniti correximus. על enim, vnde fit בעל supra significat, & מעין fontem. Quatuor quoque versibus supra, confidant pro confidere, reposuimus.

Et dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: & facient in Edom iuxta iram meam, & furorem meum: & scient vindictam meam.] Text. ita ex Hebræa, Græca, Latinaque editionibus, ipsoque Hieronymo in commentario correximus. ועשו est in Hebræo, & penes Lxx. ποιήσουσιν id est, facient. Item ונקמתי & ἐκδίκησιν μου, hoc est vindictam meam, legitur. Antea tamen, faciam, & indignationem meam legebatur.

Ante vitia, deinde virtutes, quibus vitia subruuntur: quia appositum cor hominis ad malitiam à pueritiæ errore que adolescentiæ ætas matura condemnat.] Miror tam in impressis, quam in manuscriptis codicibus constanter hîc pro matura, natura lectum fuisse.

Pro eo quod fecerunt Palestini in vindicta.] Text. congruit cum hac lectione Hebraicum, בנקמה & Lxx. ἐν ἐκδικήσει. Vindictam tamen habet vulgata editio. Nihil mutatum.

Gaza direpta erit, & Ascalon in perditionem: & Azotus in meridie eiicietur, & Accaron eradicabitur.] Sic sincere apud Lxx. legitur Sophoniæ 2. Antea deerant voces, in meridie eiicietur: & eradicabuntur pro eradicabitur, quod est Græcè ἐκριζωθήσεται legebatur.

Vnde & duarum legionum Dauid, quarum vna appellabatur Thelethi, & altera Cerethi: vltima ab eo quod interficeret, atque iugularent, Cerethim, hoc est, interfectorum nomen accepit.] 2. Reg. 15. de his legionibus fit mentio: Egressusque Rex, & omnis Israel pedibus suis stetit procul à domo: & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum; & legiones Cerethi, & Pheleti. Vbi in Hebræo legitur וכל הכרתי וכל הפלתי Pheletim liberatores significant: Cerethim vero percussores & interfectores: erant enim ij Regis custodes, defensoresque.

Cap. XXVI.

Et factum est in vndecimo anno, prima, siue vndecima mēsis.] Pro vndecima, reposuimus, vna, ex ipsomet codice: quod enim est Hebraicè באחד, prima, ipse Hieronymus Lxx. vero μιᾷ, vna, transtulerunt.

Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum (siue ad te Sor) Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone.] Text. vocem, Deus, ex vulgata editione, Hebraicoque reposuimus, & Tesor verbum distinximus, Septuaginta enim dixerunt ἐπὶ σε σόρ. Tirum enim צור Sor Hebræi appellant.

Destruet muros, turresque subuertet.] Ita esse legendum loci ipsius circunscriptio ostendit. Quam lectionem tres manuscripti habebant codices. Olim, destruxit, subuertit.

Cap. XXVII.

Perfectam omnium Deo scientiam relinquentes.] Ita ex manuscriptis codicibus emendauimus: sententiam legebatur antea.

Sed & dominus noster in corde terræ, hoc est, in medio, & ad inferos dicitur descendisse.] Copulam, &, superfluam esse existimo, sensumque Hieronymi tantum esse: Christum in corde terræ fuisse, nihil aliud significare, nisi eum ad inferos, qui in corde terræ sunt, descendisse: talem enim ipsius sententiam clare ab comet super 2. Ionæ capite accipimus: ait enim. Porro per cor maris significatur infernus, pro quo in euangelio legimus, in corde terræ. Quo modo autem cor animalis in medio est, ita & infernus in medio esse perhibetur.

Iuxta mysticos vero intellectus, abietibus siue cedris de Sanir nauis Tyriæ tabulata cæduntur: quibus texitur, atque compingitur: & Cedro siue Cypariſſo de Libano malus eius erigitur abietibus propter leuitatem, iunctura que tabularum mollius inuicem se tenentium atque mordentium: siue cedris, quod lignum imputribile est.] Desiderabatur hîc vox, erigitur: Nos eam ex manuscriptis Florentiæ, Brixiæque codicibus reposuimus.

Senes Giblij, & prudentes eius præbuerunt nautas administerium variæ supellectilis tuæ.] Text. Legebatur olim, senes Biblij, quomodo ipsi Lxx. Legunt, ὁι πρεσβύτεροι βίβλων. Emendauimus autem Giblij, quia ita est in vulgata Hieronymi editione non corrupta. Quam lectionem non solum habet Hebraicus codex, qui tam hîc quam vbique legit גבל, verumetiam 3. Reg. 5. scribitur. Porro Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum, & Psalm. 8. Gebal, & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Quo in loco etiam ipsi Lxx. Legunt, Gebal, quamuis tam hîc, quam 3. Reg 5. habeant Biblij, vnde & Biblus vrbs penes historicos. Septuaginta igitur suam relinquentes lectionem, in Hieronymi editione, vulgatam secuti sumus, veluti quæ Hebraicæ veritati innitatur.

Anima nostra quasi passer erepta est de laqueo venantium. Vbi enim nos legimus venantium, in Hebræo scriptum est Sidoniorum.] Non Sidoniorum, hoc est צדונים. Legitur hoc in psalmo 123. sed יוקשים: verum Hieronymus ita constáter hoc semper asserit, vt non eum lapsum memoria, sed mutatum codicem Hebraicum iam credam. Intra cap. 28. Sidonij, inquit, interpretantur venatores, de quibus & in Psalmis scriptum est: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Et cap. 32. Pro quo & in Hebræo verius positum est, vniuersi Sidonij, quos nos in venatores vertimus, iuxta illud quod scriptum est. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, pro quo in Hebraico positum est, Sidoniorum.

Sed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras tuas suspenderunt in muris tuis per gyrum.] Text. cum Hebraicus codex habeat במגדלותיך, Lxx. ἐν τοῖς πύργοις σου. & vulgata editio, in turribus tuis. Nescio vnde error irrepserit, vt hîc antea legeretur, in vrbibus tuis: præsertim cum ipse quoque Hieronymus in commentario turres legat, non vrbes.

Gemmam, purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod posuerunt in mercatu tuo.] Text. pro gemmā נפך est in Hebraico: quam vocem pro carbunculo vertit infra 28. Sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: & Exod. 20. in secundo, carbunculus, sapphirus, & iaspis. Symmachus polymita interpretatus est: Guttam non gemmam legebatur antea: qui error vnde irrepserit, ignoro. Gemmam quippe legit vulgata editio. Nisi forte ante Stacten quæ lectio est Lxx. guttam magis quam gemmam legendum esse etiam in D. Hieronymi versione aliquis existimauit: Hoc vnum constat, argui à Hieronymo Lxx. quod pro purpura Stacten, id est, guttam verterint: de gutta autem nulla alia mentio.

Chodchod autem quid significet vsque in præsentiarum inuenire non potui. Aiunt Hebræi omnes pretiosissimas merces hoc nomine significari: vel speciem quandam esse pretiosarum mercium, quam Romanus sermo non resonet: vel communi vocabulo scruta vendentium.] בד כד pro Sapphiro interpretatur Kimki tam hîc quam Esaiæ 54. Hieronymus vero ibi Iaspidem vertit, hîc autem ipsum Hebraicum reliquit verbum. Scruta autem viles & attritas vsu vestes, quales hodie à Iudæis venduntur, appellari, viri docti existimant, inter quos Cælium Rhodiginum iure repono, qui libro decimo antiquitatum cap. 36. id asserit: Cuius sententiæ Flaccus fuisse videtur, dum vili ac paruo populo scruta vendi solita aperit in epistolis, illis verbis: Vulterius mane Philippus, vilia vendentem tunicato scruta popello, Occupat. Et Lucillius. Quid ni? scruta quidem vt vendat, scrutarius laudat.

De hac igitur terra, cui dictum eſt. Maledicta terra, quæ aperuit os ſuum, & hauſit ſanguinem fratris tui: Tyri nundinæ congregantur, & vinum pingue, & lanæ ſplendentes: ſiue vinum de Chelbon quod interpretatur lacteus.] Confuſa erat antiqua lectio, in qua tranſpoſitis verbis ita legebatur: & vinum pingue, ſiue lanæ ſplendentes: Vinum de Chelbon interpretatur lacteus.

Cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. Venditores Saba, &c.] Text. pro venerunt ad te, quod eſt Hebraicè באו לך legitur hodie בם, hoc eſt: vt verterunt Lxx. ἐν ὗσι in quibus. Duæ autem voces, negotiatores tui, vt vulgata habet editio, quæ Hebraicè ſunt. סחריך & Græcè ἐνεπορεύοντο σι, deerant olim.

Et Giezi aperiuntur oculi, vt currus in monte, & equos videat ſine aſcenſoribus, ſeſſioni domini præparatos.] Olim ſeſſione.

In multitudine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum, ditaſti reges terræ.] Text. Reges terræ non ſolum legit vulgata Hieronymi editio, cui lectioni ipſe quoque in commentario aſſentitur, dum reges terræ nominat, ſed etiã Hebraicus, Græcuſque Lxx. codex. Quamobrem miror cur antea legeretur, ditaſti reges multos: præſertim cum etiam manuſcripti codices ita legant.

Negotiatores populorum (ſiue gentium) *ſibilauerunt ſuper te.*] Text. vocem Hebraicam. בעמים Hieronymus vertit, populorum, Lxx. vero ἐθνῶν, gentium. Qua propter cum ſemper Lxx. interpretationem ſuæ non præponat, ſed ſubdat D. Hieronymus (vt ex toto ipſius conſtat opere) inuerſo, ac præpoſtero ordine legebatur antea. Negotiatores gentium, ſiue populorum, ſibilauerunt ſuper te.

Et Heſter iuxta Lxx. interpretes: Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt.] Ideo dicit iuxta Lxx. quia in Hebræo non habetur niſi vſque ad xj. caput: hoc autem inuenitur cap. xiiij. in Græco ſcilicet iuxta Lxx.

Cap. xxviii.

Interficient & detrahent te.] Text. detrahent legendum eſt, non tradent, quæ antiqua erat lectio. Nam & vulgata editio ita legit, & vox Hebraica eſt ירדוך, & Græca καθαιρήσουσι σε.

A die qua conditus es, parauerunt cum Cherub vncto à Deo, & habitante in tabernaculo.] Text. Lxx. Vox, à Deo, ſuperflua eſt: nec enim Hebraicè habetur, neque Græcè: illæ, vncto & habitante in tabernaculo, deſunt hodie in Græco: verum fuiſſe olim, coniici ex Hebraico poteſt, in quo ita legitur. כרוב ממשח הסוכך. Hieronymus quoque in commentario ita de Lxx. verſione meminit: Tu Cherub extentus, & protegens, ſubauditur arcam Dei, & propitiatorium: vel iuxta Septuaginta, quod ipſe cum Cherub vnctus ſit, & creatus.

In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino.] Olim, in templum ſanctum Dei. Locus eſt Epheſ. 2.

Et ponam propugnacula tua iaſpidem, & portas tuas lapides chryſtalli, & muros tuos lapides electos.] Ita legitur penes Lxx. Eſa 54. Olim, & portas tuas lapide chyſtallo, & murum tuum lapidibus electis: quæ caſuum mutatio inepta erat, & à Latina locutione abhorrens.

Iuxta illud quod in eodem Eſaia ſcriptum eſt: Deuorabit ſicut fœnum materiam.] Eſa. 10. vbi nos legimus. Et ſanctus eius in flamma: & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres. Lxx. legunt, καὶ ἀγνίσει αὐτὸν ἐν πυρὶ καυσιμῴῳ, καὶ φαγέται ὡσεὶ χόρτον πῶν ὕλην. Et ſanctificabit eum in igne ardenti, & comedit ſicut fœnum materiam. Deuorabit magis placuit quam deuorauit: reſpondet enim tempori ואכלה. Corrupte enim deuorat in Græco non legitur.

Et educam ignem in medio tui.] Text. Lxx. correximus, de medio tui, καὶ ἐξάξω πῦρ ἐκ μέσου σου eſt in Lxx.

O ipſe Cherub, ſiue Cherubim, quite protegebat.] Correximus qui protegebas. Arcam enim & propitiatorium Cherubim protegebant, vt iam dicebamus, non ſe: Exod 25. exponit enim illa Prophetæ verba: Tu Cherub extentus, & protegens. Vocem autem Hebraicam כרוב ipſe Cherub reddidit, Lxx. vero χερουβίμ, propterea dicit, ô ipſe Cherub, ſiue Cherubim.

Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui (ſiue in te:) *& ſcient, quia ego dominus, cum fecero in ea, ſiue in te, iudicia, & ſanctificatus fuero in ea, ſiue in te.*] In te tranſlatio Lxx. eſt, qui verterant, ἐν σοὶ. Propterea interpretationi Hieronymi eas voces ſubiecimus, hoc eſt, loco ſuo reposuimus. Præpoſtero enim ordine antea locatæ erant.

Cap. xxix.

Et proiiciam ſiue deponam te in deſertum, ſiue velociter, & omnes piſces fluminis tui.] Text. Hîc quoque ſuo ordini, quæ præpoſtera erant, reddidimus, id eſt: primo quæ erant Hieronymi, ſecundo quæ Lxx. Olim, & proiiciam (ſiue deponam) te velociter, ſiue in deſertum. καὶ καταβαλῶ σε εἰς τάχος habent Lxx. Vox Hebraica eſt חמד ברוח, quam illi velociter, Hieronymus deſertum tranſtulit.

Pro eo quod fuiſti, ſiue factus es, baculus arundineus, ſiue virga arundinea.] Text. ἀνθ' ὧν ἐγενήθης ῥάβδος καλαμίνη, olim, mutato ſimiliter ordine: Pro eo quod factus es, ſiue fuiſti, & vox, arundineus, deerat.

Eundem ordinem inter decem decadas, hoc eſt, centenarium numerum decimus numerus poſſidebit: quo ad victimam agnus aſſumitur, vt immoletur die quartadecima.] Quo ad victimam, non quod ad victimam, vt erat antiqua lectio, ex manuſcriptis codicibus correximus.

Et erit terra Ægypti in deſertum, ſiue perditio, & in ſolitudinem.] Text. ita concorditer legit vulgata editio penes cunctos codices. לשממה וחרבה eſt in Hebræo: Lxx. vero legunt ἀπώλεια καὶ ἔρημος perditio, & ſolitudo: Antiqua lectio erat, in deſertum, & ſolitudo. Hieronymus in commentario noſtræ emendationi, vulgatæque editioni ipſe quoque fauet.

Et merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius de Tyro.] Text. & hunc quoque locum ex vulgata Hieronymi interpretatione, & hebraico reſtituimus: ſuper Tyro, non de Tyro, legebatur ante, quæ Lxx. non Hieronymi verſio erat: illi enim ἐπὶ τύρῳ dixerunt: Hieronymus autem de Tyro: nam & Hebraica veritas habet מצור.

Diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui illius: Et operi, quo ſeruiuit aduerſum eum, dedi ei terram Ægypti.] Text. Ex vulgata ſimiliter Hieronymi editione, & Hebraica veritate, hunc correximus locum, יהיתה שכר Hebraicè: καὶ ἔσται μίσθωσις, Græcè: & erit merces, Latine legitur. Olim, Et erit in mercedem exercitui illius; & operi, pro quo ſeruiuit mihi: pro, & mihi, deſunt ſimiliter in Hebraica, Græca, Latinaque editionibus: propterea cancellata à nobis ſunt.

Cap. xxx.

A turre Syenes cadent in ea, ait dominus Deus.] Text. Vnde nemo putaret, errores emergunt: Ita legitur non ſolum penes vulgatam Hieronymi editionem, ſed etiam penes Hebraicos, Græcoſque codices: & tamen antiqua lectio erat: ait dominus exercituum.

Et ceſſare faciam idolade Memphis: & dux de terra Ægypti non erit amplius. Text.] מארץ eſt in Hebraico: ἐκ γῆς, in Græco: de terra, in vulgata editione. Antea tamen legebatur, in terra.

Et in Taphnis nigreſcet dies.] Text. Ita concorditer vulgata Hieronymi penes omnes codices legit editio. Lxx. ſimiliter habent σκοτάσει: nec tempus aliud congruit, niſi futurum, quam veram eſſe lectionem liquet ex commentario: חשך eſt in Hebraico: quam vocem vt futuri temporis ſit, verba, quæ præcedunt ſubſequunturque, efficiunt.

Et recepto robore poſſet tenere gladium.] Text. Vulgata ſic legit editio, cui aſſentitur Hieronymus in commentario, ita ſcribens: Quod ſi factum fuiſſet, vtique recepta fortitudine, poſſet tenere gladium, & ad bella procedere. Accepto robore, erat antiqua lectio: Quæ etiam parum refert, ſi teneatur. לחזקת eſt in Hebræo: τοῦ δυθῆναι ἰσχὺν in græco.

Et ligaretur pannis, & farciretur linteolis.] Text. Faciretur legit vulgata Hieronymi editio: cui lectioni vox Hebraica להבשה optimè reſpondet: חבש enim ſignificat alligare, Exod. 27. Eſa. 30. Verum quia Hieronymus ipſe in commentario ait: Brachium eius confregiſſe ſe dicit, & non eſſe obuolutum, neque ligatum, neque fartum linteolis: nihil mutauimus, præſertim cum ex manuſcriptis Bibliorum codicibus antiquiſſimi duo ex Auguſtiniano, Neapoli ad Carbonaram, & ex Caſſinenſi monaſterio tres, ita penes me legant: ſenſus præterea idem. Non ignoro tamen eſſe codices duos Brixiæ manuſcriptos, & tertium impreſſum, qui in Hieronymo legant, fotum linteolis, non fartum.

Cap. xxxi.

Et multiplicata ſunt arbuſta (ſiue rami) eius: & eleuati ſunt rami eius præ aquis multis.] Text. Deerat antea hîc verſus: & eleuati ſunt rami eius: ex vulgata autem Hieronymi editione illum repoſuimus, quippe cum eum tam Hebraicus habeat codex, quam Græcus Lxx. interpretum.

Cedri, inquit, & cypariſſi, abietes, ſiue pinus, & platani, ſiue cypariſſi non fuerunt æquæ ramis illius.] Corrupta lectio hæc antiqua. Cedri, inquit, ſeu cypariſſi legendum. Vocem enim Hebraicam Hieronymus cedros, vt alibi ſemper, vertit: Lxx vero cypariſſos. Veritas hæc ex ipſo codice conſtat, & commentario.

Et ſub vmbra illius habitabit cœtus gentium plurimarum.] Text. Hanc veram, ſinceramque eſſe Hieronymi verſionem negare quis poterit, cum talis ſit in vulgata Eccleſiæ editione taliſque penes ipſum Hieronymum his verbis inueniatur? Et ne dubitaremus quæ eſſent cæli volatilia, quæ ſiluarum beſtiæ, apertius poſuit: Et ſub vmbraculo illius habitauit cœtus gentium plurimarum. In Hebræo quoque legitur כל גוים רבים, quę verba egregie explicantur, cum dicitur, cœtus gentium vniuerſarum, quæ Septuaginta potius eſt, quam Hieronymi: illi enim dixerunt πᾶν πλῆθος ἐθνῶν. Niſi potius vtrumque in Hieronymo legeretur, hoc modo. Cœtus gentium plurimarum, ſiue vniuerſarum.

Erat enim radix illius iuxta aquas multas.] Text. Hunc quoque locum vulgatæ editionis, & Hebraici codicis ope reſtituimus. Deerat enim antea vox, multas, & pro erat radix, erant radices, quæ Lxx. fuit verſio, legebatur. Hebraica veritas ita legit כי היה שרשו אל מים רבים, & Lxx. ὅτι ἐγενήθη ἐπὶ ὕδατι αἱ ῥίζαι αὐτῆς εἰς ὕδωρ πολύ.

Et ſuccident eam alieni.] Text. Claro fœdoque errore, ſuccendent pro ſuccident legebatur antea: ויכרתהו eſt in Hebræo: ἐξωλόθρευσαν in Græco: ſuccident habet vulgata editio: & Hieronymus in commentario. Et ſuccident illam alieni, & crudeliſſimi nationum: & infra. Sed illa ſucciſa omnes metu pariter ſuccidantur: & mox poſt ſuccisionem arboris Aſſyriæ.

Contriſtatus eſt, ſiue contenebratus, ſuper eum Libanus.] Text. Tot erant in impreſſa tranſalpina editione errores, vt referre pigeat: abſtineremque profecto à reddenda de ſingulis ratione, ſi doctos, æquosve lectores me vbique inuenturum ſperarem: verum inuidia, & maleuolentia pleria ſunt omnia. Nec poteſt inueterata lectio ſine obtrectationis periculo mutari. Contritus pro contriſtatus, hîc antea legebatur, qui error vnde irrepſerit, ignoro. Certè verbum Hebraicum אקדר aut obtenebrari ſignificat, aut contriſtari: Pro obtenebrari verterunt Lxx, dum dixerunt ἐκλιπάσει. quod ipſum fecit etiam Hieronymus alibi. At hîc contriſtatum vertit, quod ſeruauit etiam Hieremiæ 8. Vnde קדר Iob 30. pro triſti accepit, & קדורנית pro triſtitia Malach. 3. Vulgata Hieronymi editio veram retinuit lectionem: & ipſe in commentario, dum ſcribit. Et contriſtatus ſit, ſiue contenebratus ſuper eam, id eſt, arborem, vel eum, id eſt, Aſſyrium, Lybanus. Et ſub finem capitis. Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, in quo fuerat exaltatus.

A ſonitu ruinæ eius commoui (ſiue commotæ ſunt gentes, cum deducerem eum, ſiue eam, ad infernum.] Text. Vulgatæ editioni multum debemus: non enim ita polluta ac vitiata illa fuit, vt hæc, quæ commentario vallata eſt, cum tamen contrarium accidiſſe quis non exiſtimaſſet? At melius cuſtoditur quod omnium, quam quod paucorum diligentia curatur. Deducerent, pro deducerem, hîc antea legebatur. Legendum autem eſſe vti nos emendauimus, non ſolum vulgata nos docet editio, verum Hebraica quoque veritas, quæ legit בהורדו. Expunctus eſt hic error etiam ex commentario, verum Brixianorum codicum ſuppetiis.

Et brachium, ſiue ſemen, vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo eius.] Text. Hanc lectionem vulgata probat editio, & vox Hebraica זרעו. Item ipſe quoque Hieronymus in Commentario, dum ait. Et brachium, inquit, ſiue ſemen, quoniam apud Hebræos ſermo זרוע vtrumque ſignificat, requieſcet in vmbraculo eius. Vetus lectio, pro ſedebit, erat, habitantium. Hæc autem Septuaginta non Hieronymi erat. Illi enim verterunt ὁ κατοικοῦντες ὑπὸ τὴν σκέπην αὐτοῦ.

In medio nationum, ſiue in medio vitæ ſuæ perierunt.] ἐν μέσῳ τῆς ζωῆς αὐτῶν ἀπώλοντο. Sic interpretati ſunt Lxx quamuis vox Hebræa, cui ἀπώλοντο reſpondeat, non reperitur. Deerat antea, in medio, & verbum, perierunt, extra lineas, veluti Hieronymi eſſet, relictum fuerat.

Vt nullus eſſet, qui non eius tegeretur vmbraculo.] Ita ex manuſcriptis Brixiæ codicibus emendauimus: tangeretur, non tegeretur, erat antiqua lectio.

Qui proiicient eam ſuper montes, vt corruat in ſuperbia ſua. In cunctis autem conuallibus corruent rami eius.] Hæc eſt vera, & ſincera Hieronymi lectio. Exponit iuxta anagogen illa prophetæ verba: & proiicient eam ſuper montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius. Falſo igitur pro proiicient præcident legebatur antea: Dictum enim fuerat de præciſione à Hieronymo antea, ibi: & ſuccident eam, &c.

Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius, dicit dominus Deus.] Text. ita ex vulgata editione locum reſtituimus cui emendationi Hebraica veritas aſſentitur הוא פרעה, & Hieronymus in Commentarij fine, dum ait: Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius. Sic Pharao erat antiqua lectio: At Lxx. non Hieronymus ita verterat οὕτως φαραὼ dexerunt illi. Hieronymus dum Lxx. interpretationem primum refert, ait. Sic Pharao, & omnis multitudo eius. Poſtremo ſuam, illorumque ſimul recenſens, dicit. Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius, ſiue iuxta Lxx. hîc eſt Pharao, & omnis multitudo eius.

Cap. xxxii.

Cum induxero contritionem (ſiue captiuitatem) tuam in gentibus ſuper terras, ſiue in terra, quam neſcis. Et ſtupeſcere faciam (ſiue contriſtabuntur (ſuper te populos multos, vel gentes multæ.] Text. Vt Hieronymi verſio à Lxx. verſione internoſceretur, vulgatæ editionis ope ita locum emendauimus. Olim, quam neſcis: Et ſtupeſcere faciam, ſiue contriſtabuntur, ſuper te populi, vel gentes multæ.

Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: accepit, ſiue iuxta Apoſtolum, dedit dona hominibus. Pſalm. 67. לקחת eſt in Hebraico, & apud Lxx. ἔλαβες, accepiſti dona in hominibus. At Paulus Apoſtolus vtens hoc teſtimonio Epheſ. 4. mutata perſona, ἔδωκε dixit, hoc eſt; dedit dona hominibus: ſenſus potius, quam verba, nobis reddens.

Planctus eſt, & plangent eum: Filiæ gentium plangent eum ſuper Ægyptum.] Text. bis in Hebraico vulgataque editione legitur. Plangent eum: idemque apud Lxx. ſeruatur: ſomel tamen legebatur antea.

Loquentur ei potentiſſimi robuſtorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus ſuis deſcenderunt, & dormierunt incircumciſi, interfecti gladio.] Text. ſic conſtanter legit vulgata Hieronymi editio, cui Hebraica veritas aſſentitur in ſcribens שכבו הערלים חללי חרב ſenſus eſt, ipſos potentiſſimos robuſtorum deſcendiſſe, & dormiſſe incircumciſos, interfectoſque: non cum incircumciſis, interfectiſque: Hoc enim cum ſupra dixerit illis verbis. Dormi cum incircumciſis, repetere amplius opus non erat: imo magis cõueniebat,

vt exponeret poſtea, quinam eſſent incircunciſi iſti, cum quibus dormire debebat: potentiſſimi, in quiens, robuſtorum, qui incircumciſi obierunt, interfectique ſunt. Magis igitur placuit vulgata editio, quam hîc impreſſa: & dormierunt cum incircumciſis, interfectiſque gladio. Hæc enim Lxx. non Hieronymi eſt: illi enim dixerunt. κοιμηθήσεται μετὰ ἀπεριτμήτων ἐν μέσῳ τραυματιῶν μαχαίρης.

Omnes hi incircumciſi, interfectique cadentes gladio: Qui dederunt formidinem ſuam in terra viuentium.] Text. vulgatæ Hieronymi editioni, Hebraicæque veritati locum accommodantes, induximus vocem, cadentes, & pro qui, emẽdauimus, quia כי enim eſt in Hebraico: & verbum נפלים cadentes, quod ſupra pluries ponitur, hîc non repetitur, ſed tantum dicitur חללי חרב ערלים, incircumciſi, interfecti gladio.

Pauentes, & in ſua fortitudine confuſi: Et dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio.] Text. formidine pro fortitudine falſo legebatur antea. Nam vox Hebraica eſt מגבורתם: Græca τῇ ἰσχύι αὐτῶν. in vulgata quoque editione legitur, in ſua fortitudine: & Hieronymus in commentario ita ſcribit. Quis Sidonij, ſiue venatores, deducentur ad inferos, pauentes in ſua quondam confuſi fortitudine. Quo in loco confuſi, pro confuſi, falſo antea legebatur: quippe cum confuſi legatur in codice, cuius verba exponit, & ita ſit in vulgata editione: Hebraica quoque veritas legat בושים.

Quia dedi terrorem ſuum in terra viuentium.] Text. terrorem meum erat antiqua lectio: vox Hebraica anceps, חתיתי ſcilicet terrorem meum, an חתיתו terrorem ſuum, legendum ſit. Mihi autem propterea magis placuit, vt legatur terrorem ſuum, quia Lxx. ita legunt ὅτι ἔδωκα τὸν φόβον αὐτοῦ: & quinquies in Propheta ponitur, dederunt terrorem ſuum: Vnde Hieronymus. Hi enim dederunt terrorem ſuum in terra viuentium. Quod quinquies dicitur; vt omnes iſtiuſmodi nationes cauere, & fugere debeamus, quæ cunctis nos ſenſibus deceperunt. Senſus autem eſt: dedi terrorem ſuum, id eſt Pharaonis in terra viuentium: Sicut ſupra quartum ponitur, dederunt terrorem ſuum, Aſſur ſcilicet Moſoch, & Thubal, Idumæa, & Principes Aquilonis, Sidoniorumque.

Cap. xxxiii.

Et non erunt vobis in tormentum iniquitatis.] Sic legunt Lxx. ſupra cap. 18. καὶ οὐκ ἔσονται ὑμῖν εἰς κόλασιν ἁδικίας: iniquitates erat antiqua lectio.

Conuertimini, conuertimini à viis veſtris peſſimis.] Text. bis legitur in Hebræo שובו שובו conuertimini, conuertimini: in eamque ſententiam dixerunt Lxx. ἀποστράφητε ἀποστάται, conuerſione conuertimini. Ex manuſcriptis Bibliorum codicibus xxxij. antiquiſſimi ita penes me legunt: quorum plurimi facio eum, qui à Carolo Magno eccleſiæ Sancti Pauli Romæ in via Oſtienſi donatus dicitur: & qui è cœnobio Caſſinenſi Longobardicis literis conſcripti ſunt. Ex impreſſoribus aliqui, quorum è numero Gryphius eſt, hanc lectionem ſecuti ſunt: Nos vti meliorem probantes, ſecundo vocem conuertimini, addidimus.

Nec mea eſt mutata ſententia, cum non poſſim in eodem homine, peccatori reddere quod iuſto promiſeram.] Magis arriſit hæc Florentinorum codicum lectio, quam vetus: cum non poſſim eidem homini, peccatori reddere, quod iuſto promiſeram.

Vnus erat, Abraham, & hæreditate poſſedit terram: nos autem multi ſumus.] Text. ex vulgata editione repoſuimus vocem, hæreditate: quam Hieronymi lectionem fuiſſe, non ſolum ipſe in commentario oſtendit, dum ait. Vnus fuit pater noſter Abraham; & tamen hanc terram hæreditate poſſedit: ſed etiam verbum Hebraicum יירש. Hoc autem quod ſignificet hæreditate poſſidere, docti omnes norunt: itaque D Hieronymus vertit.

Ex proœmio in xi. Librum.

Et vſque ad exordium ciuitatis in monte poſita, & templi in ea ſiti veniet Hieruſalem.] Deleuimus vocem, Hieruſalem, à duobus Brixiæ manuſcriptis codicibus, tertioque typis excuſſo admoniti: Nam præter quod infra cap. 40. deſcribitur tantum, non autem nominatur ciuitas: Et Hieronymus de cæleſti, non autem de terrena Hieruſalem illud interpretatur: ſi ponendum erat nomen, non hîc, ſed ſupra ponendum erat, hoc modo: & vſque ad exordium ciuitatis Hieruſalem in monte poſitæ, & templi in ea ſiti veniet.

Cap. xxxiiii.

Propterea hæc dicit dominus Deus ad eos.] Text. Hebraica veritas cum hac lectione cõcordat: habet enim אלוהים Lxx. ſimilem vocem habentes אלהיכם, id eſt, κύριος, ſiue dominus, eandem potius quam alteram אלהיכם ad vos confirmare videntur. Vulgata typis excuſa conſtanter legit, ad vos: Manuſcripta variat: ſeptem ex cœnobio Caſſinenſi antiquiſſimi codices, item vnus ex Auguſtiniano Neapoli, & alter eccleſiæ Sancti Pauli in via Oſtienſi Romæ legunt, ad eos: Nos, hac perpenſa difficultate, mutare lectionem auſi non ſumus. Non enim niſi clara, compertaque ſemper ſectamur: dubiumque quid vbi perſpicuimus, veterem potius retinemus, quam nouam introducimus lectionem.

Pro eo, quod lateribus, & humeris veſtris impingebatis.] Text. Vox, veſtris, concorditer in vulgata editione tam manuſcripta, quam typis excuſa vacat: nec eam habet Hebraica veritas, ſed Septuagita tantum. Propterea cancellata à nobis eſt. Sicut infra, habitant, pro habitabant, ex eadem vulgata, & Hebraico repoſuimus in eo verſu. Et qui habitabant in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus.

Medius autem veſtrum ſtat, quem vos ignoratis.] Stetit, legit vulgata editio, & ἕστηκεν eſt in Græco, Ioan. 1. Nihil tamen à nobis mutatum, propterea quod Hieronymus infra cap. 46. ita ſcribat. Princeps autem, inquit, in medio eorum erit, ingrediẽtium ſcilicet, & egredientium: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Medius inter vos ſtat, quem vos ignoratis: & Apoſtolus: An ignoratis quia Chriſtus in vobis eſt? Sin autem ignorantibus dicitur, quod medius inter eos ſtet Chriſtus, quanto magis ſcientibus? ſed cum inter ſcientes Chriſtus ſteterit, tunc corpus mortuum fiet propter peccatum, & ſpiritus viuens propter iuſtitiam. Cyprianus ſimiliter huic lectioni lib. ſecundo aduerſus Iudæos aſſentitur: Ego quidem, ait, baptizo in aqua: in medio autem veſtrum ſtat, quem vos neſcitis.

Cap. xxxv.

Et non ſolum non ſuſceperint, filios videlicet Iacob fratris ſui, ſed perſecuti ſint, & concluſerint in manus gladij.] Antiqua lectio hæc eſt: at magis placuit altera antiquior typis excuſa, quam manuſcripti etiam aliqui codices habẽt, quæ talis eſt: Et non ſolum non ſuſceperint fratres ſuos, filios videlicet Iacob, ſed perſecuti ſint. De filiis enim Eſau, non de ipſo Eſau, cuius frater erat Iacob, fit ſermo. Erant autem illi fratres filij Iacob, vt pote ex duobus orti Germanis.

Vel iuxta Lxx. campi, qui medij inter colles, & valles ſunt.] Nominandi caſus eſſe debet, quippe cum referatur ad illud: Et implentur montes eius vulneratorum, & occiſorum: & non ſolum montes ſcilicet implentur vulneratorum, ſed colles & valles, & torrentes: vel iuxta Lxx. campi. Vocem enim Hebraicam אפיק torrentes vertit Hieronymus, campos autem Lxx. dicentes ἐν πηδίοις. Falſo igitur antea campos, pro campi, legebatur. Codex vnus manuſcriptus veram retinuit lectionem.

Cap. xxxvi.

Pro eo quod dicunt de vobis, ſiue tibi, deuoratrix hominum es.] Text. dicunt, eſt vera lectio, non dixerunt, vt olim: Nam & vulgata ita legit editio, & in Hebraico eſt יען מרים pro eo quod dicunt: dixerunt Lxx. verſionis eſt, non Hieronymi. διὰ δὲ τὸ εἰπεῖν.

Et victorini Pictauenſis Epiſcopi crebræ expoſitiones.] Pictabionenſis, falſo antea legebatur, quem errorem Sophronius introduxit, dum non rectè Latinam vocem Græcè in catalogo reddidit. Vrbs Galliæ inſignis eſt Pictauum, & Pictones populi Cæſari in tertio ac ſeptimo commentariorum libro celebres, Aquitanis annumerantur, Toloſatibus, Engoliſmenſibus, & Petragoriis proximi. Vrbs ipſa in prouincia Burdegalenſi poſita Epiſcopalis eſt, & magno Hilario Epiſcopo quoque celebris, nomen retinet.

Et vocabo frumentum, & multiplicabo.] Text. ignorantia, & incuria nullam non vincunt cuſtodiam: fructum, non frumentum hîc antea legebatur, cum tamen frumentum nullibi non legatur. Hebraicè דגן Græcè σῖτον, & in vulgata Latina editione, frumentum. Ipſe quoque Hieronymus in Commentario. Cumque ſaluati, inquit, fuerint, vocabit dominus frumentum, & multiplicabit illud. Niſi enim granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.

Cap. xxxvii.

Vt eſt illud Iob: ſuſcitabit pellem meam quæ iſta ſuſtinet.] ἀναστήσεται τὸ δέρμα μου τὸ ἀπαυλῶν τοῦτο. Iob. 19. ſecundum Lxx. ſuſcitabis, erat antiqua lectio.

Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.] Sic legitur Rom. 8. Antea ruptum, imperfectumque teſtimonium adducebatur; hoc modo. Qui viuificabit mortalia corpora veſtra. Tres Florentiæ codices me monuerunt.

Ecce ego aſſumam tribum Ioſeph per manum Ephraim.] Tex. Lxx. ἰδοὺ ἐγὼ λήμψομαι τὴν φυλὴν Ἰωσὴφ τὴν θυγατερὰ Ἐφραίμ. Vulgata quoque editio, Hebraicumque huic emendationi aſſentiuntur. Antea, ecce ego aſſumam in tribum Ioſeph per manum Ephraim. Expunximus itaque voculam, in.

Cap. xxxviii.

Ego ciuitas firma, ciuitas, quæ oppugnatur.] ἐγὼ πόλις ἐγὼ πόλις περιοχυρωμένη, ita habent Lxx. Eſai. 27. vbi nos in vulgata editione legimus. Ego dominus, qui ſeruo eam. Et Hebraicè ſcriptum eſt אני יהוה נצרה. Quid autem mouerit Septuaginta vt locum ita tranſtulerint, equidem non inuenio: valde enim Hebraica veritas ab eorum verſione differt. Vetus lectio erat. Ego ciuitas firma, quæ oppugnatur.

Et totum robur eius, populique multi, ſiue gentes multæ, tecum.] Text. ex vulgata editione, & Hebraico addidimus vocem, multi.

In nouiſſimo annorum venies ad terram, quæ reuerſa, ſiue auerſa, eſt à gladio.] Text. Verbum Hebraicum משובבת, Hieronymus reuerſa, Lxx. autẽ auerſa eſt, interpretati ſunt, ἐν ὕστερον εἰς τὴν γῆν τὴν ἀποστραμμένην ἀπὸ μαχαίρης. Et venit in terram, quæ auerſa eſt à gladio. Hanc emendationem probat etiam Hieronymus in commentario, dum ait. Ad quorum terram, id eſt terram mitium, terramque ſanctorum, quæ affert centenos, & ſexagenos, & tricenos fructus, venit Gog expugnandam, quæ reuerſa eſt, ſiue auerſa à gladio. Scit enim ſcriptum: Diſſipa domine gentes, quæ bella volunt. Vetus lectio pro auerſa, erat peruerſa.

Et in alio loco. Dicam Aquiloni, affer: & Aphrico, noli prohibere.] Vox, loco, deerat antea in omnibus Tranſalpinis editionibus: repoſita autem à nobis eſt veluti neceſſaria; trium Florentinorum codicum monitu.

Equos quoque & equites veſtitos loricis: qui imitantur armaturam Apoſtoli, & loricas iuſtitiæ habere ſe iactant: quorum multitudo nimia eſt.] Deerat antea vox, multitudo, vtique hîc neceſſaria, ſine qua ſenſus mutilus: Ex Brixiano antiquiſſimo codice nos eam repoſuimus: cuius, & vulgatæ editionis ope deleuimus voculam eius, quippe cum in ſacris Bibliis non ſit. Legebatur enim antea, Equos quoque eius, & equites.

Aſcendam ad terram, ſiue ſuper terram, abſque muro, ſiue proiectam.] Text. ἐπὶ τὴν γῆν ἀπερριμμένην eſt in Lxx. quod nomen abiectam, ſeu proiectam ſignificat: propterea tamen ipſe legit in commentario, quam lectionem nos quoque ſecuti ſumus.

Vt autem pro catulis leonum, qui Hebraicè dicuntur כפירים Lxx. & Theodotio ponerent villas, error perſpicuus. Si enim כפיר per כ literam in prima & ר in vltima ſyllaba ſcribas, appellatur catulus leonis: ſin autem ſine ר, כפר ager appellatur, & villa: Vnde & Capharnaum ager pulcherrimus dicitur.] Germanorum hæc eſt emendatio margini adſcripta, quam nos quoque probamus, & codici inferendam iure cenſemus. Quis enim Hebraicè peritus veterem illam lectionem ferre æquo animo poſſet? Si enim per, Chi literam ſcribas, appellatur catulus leonis: ſin autem per, Ce, quæ Hebraicè dicitur Coph, ager appellatur, & villa. Certum enim eſt, per eandem literam כ vtrumque incipere nomen; nec aliam inter vtrumque differentiam facere, niſi Iod inſertum, dum leonis catuli ſignificat, à qua litera inchoat etiam כפר נחום Capharnaum, quod agrum, ſeu villam pulchram ſignificat. Doctiſſimus Hebræorum Dauid Kimki egregiè hæc omnia in libro Hebraicarum vocum explicat, ſciuntque Hebraicè docti omnes me vera narrare: qua propter ab horum probatione ſuperſedeo. Aliquis linguæ Hebraicæ imperitus locum corrupit, putans diuerſarum literarum initium differentiæ inter vtrumque nomen fuiſſe cauſam. Tantam enim inſcitiam eruditiſſimo omnium ſæculorum viro adſcribere, impium pariter eſt & nepharium.

Vt ſciant omnes gentes me. Text. Nec in Hebræo neque in vulgata Hieronymi editione inuenitur vox, omnes. Verum quia Lxx. ipſeque in commentario eam habent, relicta à nobis eſt.

Cæterum iuxta Hebraicum ita ſcriptum reperi, Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius.] Sic habet vulgata editio, Num. 24. vt hoc teſtimonio diſcas, Hieronymi illam eſſe: idem profecto inuenies, ſi loca, quæ ad Hebraicam veritatem citat, cum eadẽ vulgata contuleris. Propterea, non propter legebatur antea: quæ lectio falſa erat, eſt enim in Hebræo מאגג: & propter, in communi editione. At quod eſt Hebraicè מאגג מלכו וירם, Hieronymus vertit: Tolletur propter Agag rex eius: quæ vera interpretatio eſt. Lxx. autem ὑψωθήσεται ὁ γὼγ βασιλεία αὐτοῦ. eleuabitur Gog regnum eius.

Qui prophetauerunt in diebus illorum temporum.] Text. Melior hæc vulgatæ editionis lectio, quam antiqua. Qui prophetauerunt in diebus illis, atque temporibus. Hebraicè autem eſt בימים ההם שנים, in diebus illorum annorum: & Græcè, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ ἔτεσι, in diebus illis, & annis.

Et ſubuertentur, ſiue ſcindentur, montes, & cadent ſepes, ſiue valles.] Text. Vulgata Hieronymi editio veriorem hîc retinuit lectionem. Macerię enim, non ſepes, legebatur prius: Vox Hebraica eſt חמדרת, quam ſepes vertiſſe D. Hieronymum, non ſolum ex eius vbique diſperſa conſtat interpretatione, quæ nullibi hac in re variat: ſed etiam latè ex commentario. Non ignoro tamen Cant. 2. pro maceria, eandem vertiſſe vocem. In cauerna maceriæ, quod eſt Hebraicè בסתר חמדרגת. At hîc pro ſepibus accepit: ait enim. Et cadent ſepes, ſiue valles, quæ vel humilitate ſenſus ad ima demerſæ ſunt: vel certè munitiones, quæ aliquid pollicentur, vt imitentur Eccleſiam Dei, de cuius ſepibus dicitur. Qui deſtruit ſepem, mordebit eum coluber.

Cap. xxxix.

Et circumagam, ſiue congregabo, te: & ſeducam, ſiue deducam te.] Text Pro ſeducam, reducam erat antiqua lectio. Vulgata emendatior editio, qualis poſt Gryphium, theologorum Louanienſium eſt, ſeducam legit, cum qua ex noſtratibus manuſcriptis codicibus viginti, illique meliores, conſentiunt. At cui dubium, ita eſſe legendum, cum ipſemet Hieronymus in commentario ita interpre-

tatur, cum ait. Iſte educetur, ſiue circumagetur: & palpabibitur, ſiue lactabitur, vt ſperans victoriam, occidendus ducatur ad prælium? Palpari enim, lactarique idem eſt, quod ſeduci, ac decipi: & infra dum myſticè id exponit. Et ipſe enim imitatur ad interficiendos eos, quos deceperit, habere arma à ſiniſtris & dextris. Vox certè Hebræa ושאתיך reducere nullo ſignificat modo: Pro ſeducere autem Hieroſolymitanum Thargum, quod eſt ואשדלנך, aliique Hebræorum doctiſſimi interpretantur. Lxx. tantum ἀγαγόντες σε, deducam te, verterunt.

Et ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. Super montes Iſrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, ſiue gentes, qui tecum ſunt.] Text. ex vulgata Hieronymi verſione, ipſiuſque commentario, & Hebraico locum correximus. Antiqua enim lectio male diſtincta, & à ſuperioribus pendens huiuſmodi erat. Et percutiam, ſiue perdam, arcum tuum in manu, ſiue de manu, ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua. Et deiiciam deſuper montes Iſraël, & cades tu, & omnia agmina tua, & populi ſiue gentes, qui tecum ſunt. At quod infra pro emittam, ex vulgata fecimus immittam, quod eſt Hebraicè ושלחתי parum eſt.

Et ſcient omnes gentes, quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſrael.] Text. ſic conſtanter tam manuſcripta, quam impreſſa legit vulgata editio, conſentitque cum ea vox Hebraica בעונם. Propter iniquitates ſuas erat antiqua lectio: quæ Lxx. non Hieronymi verſio fuit. Illi enim dixerunt διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Cap. XL.

Quod ſi iuxta Theodotionem, qui eo loco, vbi nos poſuimus in exordio anni interpretatus eſt, in nouo anno, decima menſis. Nouus autem annus apud Hebræos vocatur menſis ſeptimus, qui apud eos habet vocabulum תשרי, *vt Kalendis menſis ſeptimi ſit tubarum clangor.*] Nullus non erat liber tam manuſcriptus, quam Typis excuſus, in quo hic locus corruptus non eſſet: adeo vna cum tempore error inſcitiaque gliſcunt, coaleſcuntque; parumve abfuit quin ego quoque illum inemendatum relinquendo tranſierim. In nono anno, & nonus autem annus, pro, in nouo anno, & nouus autem annus legebatur. Cœpi mendum agnoſcere, dum nouum annum ſeptimum vocari perpendi menſem. Error autem perſpicuus, & emendatio certa. Hebræi ſeptimum menſem qui noſtro Septembri reſpondet תשרי vocant, in eo quę conditum exiſtimãt mundum: vocant propterea ראש השנה, hoc eſt caput, ſeu initium anni. Theodotio eam ob cauſam nouum appellauit annum, vt qui ſequentis anni initium ſit: ſic enim vulgo etiam nunc dicitur. Cum ergo Propheta dicat: In viceſimo & quinto anno trãſmigrationis בראש השנה, in exordio, ſiue in capite anni: Quod eſt in exordio anni nouum annum Theodotio vertit: Hieronymus poſtea, quando noui anni initium ſit, exponit, Septembri ſcilicet menſe. Nec pates huic ſententiæ aduerſari quod Exod. 12. alterum anni initium Deus Iudæis conſtituat, dum ait. Menſis iſte vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni: ob celebrandos enim feſtos dies duntaxat, tunc anni initium ſumitur. Quo autem ad tempus, quod ab orbe condito ducitur, à Septembri illud auſpicantur. Primus autem menſis, qui Exod. 12. ſcribitur, ex Ægyptiaca obſeruatione initium ſumit à prima Luna, quæ vernum æquinoctium proximè antecedit: inciditque propterea in noſtrum Martium, quippe cum hoc menſe æquinoctium accidat: Numerant ab eo Iudæi cæteros menſes ac feſta omnia.

Et ecce vir, cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris.] Text. ex Hebræo, vulgataque editione locum reſtituimus: deerant enim antea voces, quaſi ſpecies, Hieronymus in commentario illum benè reſtituram probat, dum ait. Et ecce, inquit, vir, cuius erat ſpecies, ſiue viſio, quaſi ſpecies æris fulgentis. Verba Hebraica כמראה נחשת, Hieronymus quaſi ſpecies æris tranſtulit, quæ vera tranſlatio eſt: Lxx. autem χαλκῆ ϛίλβοντος, æris ſplendentis interpretati ſunt, pro ſplendente, coruſcanteque capientes verbum.

Et in turribus ciuitatis iſtius Deus cognoſcitur.] Alludit ad pſalmum quadrageſimum ſeptimum: Vbi enim legitur vulgata in editione: Deus in domibus eius cognoſcetur: in Græca pro domibus eius continetur ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς, & in Hebræa בארמנותיה. Hanc autem vocem ארמון domum interpretatus eſt D. Hieronymus Eſa. 32. Domus enim dimiſſa eſt: Ædes, Amos 3. Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Ægypti. Verum 4. Reg. 15. pro palatio eandem accepit. Ioatham vero filius regis gubernabat palatium: Et pro templo Hier. 30. & ædificabit templum iuxta ordinem ſuum. Lxx. vero pro turribus, ipſo Hieronymo interprete, acceperunt Pſalm. 47. ſicut 4. Reg. 15. ἔπαυσον dixerunt, Eſa. 32. domos.

Quid exiſtis in deſertum videre, calamum vento agitatum?] Sic eſt in vulgata editione: in Græco ſimiliter κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον. agitari erat Germana impreſſio.

Et ecce murus foriſecus in circuitu domus vndique.] Text. Vulgata, Hebraicumque ita legi debere nos docent: olim, & in circuitu domus vndique.

Vt videam voluptatem domini, & viſitem templum.] Sic legunt Pſalm. 26. manuſcripti antiquiſſimi codices penes me ſex: Quam veram eſſe lectionem ex vno tantum Hieronymo ſat diſcere eſſet: ille enim in proœmio tertij decimi in Ezechielem libri, ita ſcribit. Vnum petiui à domino, hoc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam iocunditatem domini, & viſitem templum eius. Rurſumque in 13. Zachariæ caput. Vnum petiui à domino, hoc requirã: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: Vt videam delectationem domini, & viſitem templum eius. At quid hac de re dubitare opus eſt, cum vox Hebraica נועם & Græca Lxx. τερπνότητα voluptatem, non voluntatem ſignificet?

Cæterum pauca, quæ poſſumus ſuſpicari, ſtrictim, dubitanterque ponemus.] Dubitanter, quæ eſt trium codicum, lectio melior, quam dubitantes, quæ erat vetus.

In quo omnis ædificatio compacta, creſcit in templum ſanctũ in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto.] Ex vulgata editione, Græco, & ipſomet Hieronymo in commentariis ad Epheſ. hunc locum ita reſtituimus. Olim, creſcit in templum ſanctum domino: in quo & vos ſuperædificati eſtis.

Petrus quoque Apoſtolus eiuſdem penè verbis, quia eodem ſpiritu, in epiſtola loquitur. Si quidem credidiſtis, quoniam bonus dominus: ad quem accedentes, &c.] In Græco ita legitur: εἴπερ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. hoc eſt, vt vulgata exprimit editio, ſi quidem guſtaſtis, quoniam ſuauis eſt dominus: certè χρηστὸς, & bonum, & ſuauem ſignificat. At ἐγεύσασθε non niſi guſtaſtis, notat. Nos tamen nihil mutauimus, quia ſic quoque refert ſupra cap. 28. De quibus, inquiens, ſcribit Apoſtolus Petrus: ſic credidiſtis, quia ſuauis eſt dominus. Nam ad ſenſum eum proferre teſtimonium reor.

Menſus eſt quoque latitudinem limitis portæ decem cubitorum: qui perfectus eſt numerus, & vel decalogo continetur, vel Euangeliorum quatuor ſacramento. Qui ab vno incipiens, ita ad quatuor peruenit, vt denarium impleat numerum.] Ideo dicit denarium numerum quatuor contineri: propterea que quatuor Euangeliorum comprehendi ſacramento, quod ex quatuor, decem gignantur. Nam cum in quatuor ſint 1 2.3.4. ſi in vnum hos redigas numeros, vtique decem prodibunt.

Et feneſtras eius, & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras ceteras, quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum.] Text. Sic ex vulgata editione, & Hebraico emendauimus: conuenit cum hac emendatione Hieronymi commentarium. Antea, eodem profecto ſenſu, licet non iiſdem verbis. Sicut feneſtras cæteras: in qua erat quinquaginta cubitorum longitudo, & latitudo viginti quinque.

Et feneſtras eius, & veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis.] Text. Vulgata Hieronymi interpretatio

interpretatio incorruptam hîc ſeruauit lectionem: Habet enim & Hebraica veritas וחלונות לו ולאלמו, & feneſtras eius, & veſtibulum eius. At vetus lectio, & feneſtras veſtibulorum eius.

Et veſtibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum.] Text. Sic Hebraica, ſic Græca, ſic Latina editio: ipſeque Hieronymus in Commentario. Olim tamen, longitudine quinque cubitorum, non viginti quinque.

Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius ſicut ſupra.] Text. Vera lectio, quæ in vulgata Hieronymi editione retenta eſt: reſpondetque illi optimè vox Hebraica ואולמו, veſtibula tamen legebatur antea.

Et palmæ cælatæ in fronte eius hinc, & inde.] Text. In fronte eius, non in frontibus habet vulgata editio: Hebraicum ſimiliter אולמי. Olim, in frontibus

Illud autem quod ſequitur: Et octo gradibus aſcendebatur ad eam, id eſt ad portam interiorem, ſcientibus Hebræam linguam, facit magnam difficultatem: Denique Symmachus, quem in hoc loco ſecuti ſumus, octo gradus poſuit, Lxx. decem: Theodotio, & Aquilæ ſecunda editio, vndecim: Prima autem nullum numerum poſuit, ſed abſolute ait, & gradibus, in quibus aſcendebatur ad eam: vt vel iuxta conſuetudinem priorum, octo intelligamus gradus, ſicut intellexit & Symmachus: vel certè quos habebat porta interior, quorum numerum ſcriptura non dixit.] Verba Hebraica, ex quibus tam varia interpretatio prodiit, huiuſmodi ſunt, ובמעלות אשר יעלו אליו, & gradibus, quibus aſcendebatur ad eam. Non enim explicat graduum numerum: & hoc modo Aquila primum vertit. Quod autem poſtea vna cum Theodotione, vndecim verterit, cauſa fuit, quod latitudinem veſtibuli, de qua proximè dicebatur, id eſt vndecim, etiam in gradibus repetierit. Symmachus ſecundum numerum priorum portarum, octo ſubintelligẽs, poſuit: Lxx. autem ideo, vt reor, dixere decem, ſed hoc eſt ἐπὶ δέκα αἰσθήμασιν, quod pro אשר legebant עשר. Sequebatur autem ſtatim in D. Hieronymo. Pro quo in Hebræo poſitum eſt, verò hab ורחב, id eſt & latitudo עשתי עשרה, aſte eſre. Quod ſi ita legatur, vndecim ſignificat: Sin autem pro eſre עשרה, hoc eſt, decem, legamus אשר eſet: non ſignificat decem, pronomen, qui. Deleta ſunt autem à nobis eruditorum iudicio, quod nec ſenſum ſanctiſſimi viri aſſequerentur, nec interpretationis diuerſitatem; qualis nam verè eſſet, arbitrarentur: Itaque vt infauſtæ, oſciniſque Coccycis, oua, temerè oculatiſſimæ Aquilæ nido iniecta, magno impetu fracta, extruſaque à nobis ſunt: Quam eiectionem eruditos homines probaturos, minimè dubitamus.

Et columnæ erant in frontibus, vna hinc, & altera inde.] Ita erit in vulgata editione, Hebraicum ſimiliter habet. Et Septuaginta, καὶ ϛύλοι ἦσαν. Olim, Et columnæ earum in frontibus.

Cap. XLI.

Latitudo autem portæ templi erat decem cubitorum: qui ſaeratus & perfectus eſt numerus, & in quo menſe ſeptimo, die decimo menſis, ieiunium, & propitiatio eſt.] Corrupte antea legebatur, die decimi menſis, in omnibus exemplaribus. Locum correximus ex Leuitico cap. 23. in quo ſic legitur. Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetiſque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum domino.

Et ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora in medium.] Text. Ad fidem vulgatæ editionis, qua mihi nihil certius eſt, nihil antiquius, ita emendauimus. Emendationem autem Hebraica quoque veritas approbat, quæ legit לתיכונה antea legebatur & medium.

Pro Thrael quoque, quod neſcio quid ſignificet apud illos, in Hebræo legitur וראתי *quod & nos, & cæteri tranſtulerunt, & vidi, vt ſequatur ordo teſtimonij.*] Corruptus erat antea hic locus: ex qua corruptione ſubobſcurus & incertus ſenſus prodibat. Erat autem lectio huiuſmodi. Pro Thrael quoque, quod neſcio quid ſignificet: neque enim in Hebræo legitur: apud illos וראתי quod &c.

Et in Apoſtolorum actibus Tabitha, id eſt, Δορκὰς, *& damula noſtra poſſedit.*] Act. 9. in Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine ταβιθά. Tabitha, quæ interpretata dicitur dorcas. Capram interpretati Tabitham, ipſe etiam Hieronymus in libro de nominibus Hebraicis reſtatur. Nomen Syriacum eſt, qua lingua ita Capteam vocant, ſicut תליתה Talitha, puellam, Marc. 5.

Et menſus eſt longitudinem ædificij contra faciem eius, quod erat ſeparatum ad dorſum, & Ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & veſtibula atrij: Limina, & feneſtras obliquas, & Ethecas in circuitu per tres partes.] Corruptus antea erat hic locus, quem nos ad fidem vulgatæ reſtituimus editionis: recteque reſtituitum, & Hebraica veritas, & ipſa per ſe ratio ſatis cuique perſuadebũt. Verbum Hebraicum Hieronymus hîc reliquit, Lxx. interpretum alibi exemplo, quod fecit etiam ſupra cap. 27. in voce Chodchod: & Hierem. 2. in dictione Borith: & Oſee 4. in verbo Bethauen. אתיקיה enim & אתיקים legitur in Hebraico: hoc eſt, Ethecas: licet ſequenti capite אתיק porticum, & אתיקים porticus, verterit. Quod non animaduerſum à Germanis, qui ante me Hieronymum reſtituerunt, præſertim à Reuclino Hebraicæ linguæ peritiſſimo, demiror. At non ſolum vocem non agnouerunt, ſed corrupere magis, ἐκθέσεις Græcam dictionem ex ſuo ſupponendo cerebro: quæ licet peregregiè Meniz horum ſignificationem oſtendat: fictitia tamen eſt, nec à Vitruuio, aut aliquo veterum in ædificiorum partibus vſurpata: Dum autem Hieronymus ait: ἐκθέσεις autem Romæ appellant ſolaria de cœnaculorum parietibus eminentia, ſiue Meniana, ab eo, qui ea primus inuenit: quæ nonnulli Græcorum ἐξώσεις vocant: diſertè oſtendit Græcam dictionem eſſe haud debere, vbi ἐκθέσεις legitur, ſed alterius linguæ: cum ſuperfluè, ac inaniter alioqui ſubdidiſſet ἐξώσεις à Græcis, id eſt, exteriores porticus talia ædificia appellati: ſi enim Græcam nuncupationem iam protulit, fruſtra quo modo à Græcis vocetur, poſtea addidiſſet. Antiqua autem lectio huiuſmodi erat. Quod erat ſeparatum ad dorſum אתיקיה id eſt, eminentia, ex vtraque parte. Item limina, & feneſtras obliquas, ואתיקים in circuitu. Induximus autem voces, id eſt eminentia vulgatæ editionis ope: eſt enim gloſſema quoddam ex commentario huc tranſlatum. Sciant autem lectores penes omnes codices vulgatæ editionis tam impreſſos, quam manuſcriptos, ita vt nos emendauimus, indifferenter legi, niſi quod pro Ethecas aliqui vna amplius addita litera, Ecthecas ſcriptum habent.

Nec mirum hoc de ſanctuario, & interioribus templi, & altari thymiamatis credere, cum etiam ἐλίνου, quod ligni genus eſt, vellini habens ſimilitudinem, quanto plus aſſerit: tanto mundius inueniatur.] Talis erat antiqua lectio, in qua duo conſpicui ſuberant errores, primus quod Amiãtum lignum vocabat, cum lapis illud ſit, Dioſcoride in quinto, omnique antiquitate teſte. Alter quod vellinum nominat: quod quidnam ſit, nemo nouit: nec diuidi in partes duas poteſt, vel lini, niſi quid antea appingatur. Nos vnica tantum voce in ſuum locum poſita, & Hieronymum ab imperitiæ labe defendimus, & teſtimonium ſuo nitori reddidimus. Emendatio autem talis eſt. Cum etiam ἐλίνου, quod genus eſt: ligni, vel lini habens ſimilitudinem. Rectè autem aſſerit, ligni, vel lini ſimilitudinem habere: ligni eo quod ardeat, lini, quod ex eo panni texantur. Amiantus lapis (inquit Dioſcorides) in Cypro naſcitur, ſciſſo alumini ſimilis, quo vt pote flexili, pannos tantum oſtentationis gratia texunt: qui ad ignes coniecti ardent quidem, ſed flammis inuicti ſplendidiores exeunt: Linteæ quibus mortuorum corpora cremarentur, ne commiſceretur cinis, ex amianto fieri ſolita à veteribus proditur. Strabo in Caryſtho Euboeæ naſci lapidem ſcribit, ex quo texantur vela, quorum ignis velut aqua ſordes eluat. Quod ſcribunt veteres de amianto, noſtrũ etiam ſæculum verum eſſe, experientia teſte, nouit.

Ignoſce lector difficultati, & veniam tribue pauperi intelligentiæ.] Magis placuit hæc Florentinorum codicum lectio, quam impreſſa, pauperis intelligentiæ. Vocat autem pauperem intelligentiam, aridam, & ieiunam, vt aiunt.

Ἐξέδρας *autem Romæ appellant solaria de cænaculorum parietibus eminentia, siue meniana, ab eo, qui ea primus inuenit: quæ nonnulli Græcorum* ἐξώστους *vocant.*] Ethecas legendum esse, non ἐκδέτας iam diximus. Placuit etiam, vt ἐξώστας hîc apponatur, è margine in codicem Græca dictione asportata: erat enim antea vacuus locus, veluti quædam lacuna: significat autem ἐξώστρα exteriorem porticum, qua voce Suidas vtitur. In scœnis autem huiusmodi ædificij genus ἐξώστραν. Pollux libro quarto cap. 160. appellat: vocaturque alio nomine ἐκκύκλημα: At Græca hæc nuncupatio est: Latini enim Meniana vocant à Menio censore, vt ait Festus. appellata: qui primus in foro vltra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula. Sunt igitur Meniana genus ædificij vltra parietem tignis prominentibus porrecti. Labeo Iurisconsultus proiecta vocat. Reatini mœnia, proseula. Menius autem, à quo hoc structurarum genus nomen accepit, ille est, à quo & Menia columna Romæ, ad quam serui fugitiui, & fures infamiæ causſa alligabantur: de qua Cicero pro Sextio, & alibi meminit: Berlinam hodie vulgus appellat huiusmodi genus infamiæ.

Et quod in fine testimonij positum est: & mensus est hinc, & inde laquearia superliminaris siue vestibuli per latera domus compacta siue coniuncta, quæ illi dicunt ἐζυγωμένα.] Et latera emendauimus. Græcus enim Lxx. interpretum codex, quorum est hæc lectio, ita habet: καὶ τὰ πλευρὰ τῆ διχοῦ ἐζυγωμένα.

Ex Proœmio in librum decimum tertium.

Concupiscit & deficit anima mea in atria domini.] Psalm. 83. Ad fidem manuscriptorum codicum, & vulgatæ editionis ita correximus. Habent autem & Septuaginta quorum Psalterio Ecclesia vtitur, εἰς τὰς αὐλὰς: in atriis erat antiqua lectio.

Et si totam fidem habuero, ita vt montes transferam.] Consentiunt in hac lectione exemplaria. Omnem pro totam legit vulgata editio: πᾶσαν τὴν πίστιν est in Græco. Sensus idē, propterea nihil mutatum. Verba Apostoli sunt 1. Cor. 13.

Cap. XLII.

Et eduxit me in Gazophylaicum, quod erat contra separatum ædificium, & contra ædem vergentem in Aquilonem: pro quo habetur in Lxx. & introduxit me & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio.] Et introduxit me, est vera lectio. εἰσήγαγε enim habent Septuaginta in Græco: cui emendationi Latina eorum versio respondet. Olim, eduxit, vt erat in Hieronymi interpretatione: altera enim alteram sæpe corrupit.

Et introduxit me: & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio. Et propè ædificium separatum ad Aquilonem.] Text. Lxx. corruptus antea erat hic locus: Nos ex ipsis Lxx. & Hieronymo, ne quis de fide græci ambigat codicis, restituimus. Ait enim Hieronymus. Pro quo habetur in Septuaginta & introduxit me: & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio, & iuxta separatum ad Aquilonem: in quem sensum in græco legitur: ἰδοὺ ἐξέδραι πέντε ἐκκύπτουσαι τοῦ ἀπολίπειν, καὶ ἐκκύπτουσαι τοῦ διορίζοντος πρὸς βορρᾶν. Olim, Et eccæ exedræ quinque iuxta partem ædificij.

Si enim quatuor quinquies supputes, in numero vicenario vtrumque reperies testamentum: vt & lex teneatur in Euangelio, & Euangelium de legis radice nascatur.] Quatuor quinquies supputando, reddunt viginti: Propterea autem dicit vtrumque hoc numero testamentum contineri, quod quatuor Euangelicus numerus sit, propter quatuor Euangelia, & quinque, legis, propter Pentateuchum, hoc est quinque Moysis libros.

Et contra Exedras deambulatio cubitorum decem latitudinis, per cubitos centum longitudinis in interiorem viam cubiti vnius: & ostia earum ad Aquilonem.] Text. Septuaginta induximus hæc verba, in interiorem viam cubiti vnius: quia in Septuaginta non fuisse, ipsemet Hieronymus prodit his verbis. Quodque ad Lxx. additum est: Per cubitos longitudinis centum, superfluum est: quia in Hebraico non habetur: Quod ponentes, tulerunt id quod habetur in Hebræo: Ad interiora respiciens viæ cubiti vnius: quod nos de Hebraica veritate transtulimus: Pro iis verbis in græco Lxx. qui circumfertur codice hodie legitur μῆκος δὲ πλάτος ἐνός.

Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensura per circuitum, quingentos calamos, in calamo mensura per circuitum, quingentos calamos, in calamo mensura per gyrum.] Hæc verba per circuitum, vulgatæ editionis, & Hebraici codicis ope, deleta à nobis sunt: superflua autem esse constat quod statim additur, per gyrum.

Sin autem calamus sex cubitorum erat, & πάλαισῆς vnius, quæ πάλαιστὴ sexta pars cubiti est.] Calamus mensura est sex cubitorum, & vnius palmi. Palmus autem dicitur, ἡ παλαιστὴ. Corrupte antea hîc legebatur: sin autem calamos sex cubitorum erat, & παλαιστῆ vno qui παλαισῆς sexta pars cubiti est. Dicitur autem palmus etiam ὁ παλαισης.

Cap. XLIIII.

Et adduxit me ad portam, quæ respiciebat contra orientem.] Text. Septuaginta κατὰ ἀνατολάς. Olim, contra orientalem.

Et terra resplendebat quasi fulgor à gloria per circuitum.] Text. Lxx. ὡς φέγγος δόξης. fulgur antea corrupte legebatur.

Quamobrem scribit & Iosephus eos, qui ad describendam terram missi sunt, ab Iesu filio Naue, fuisse γεωμέτρας, & artem, quæ nunc philosophorum propria est, habuisse Geometriæ.] Exploratores, qui pro describenda terra repromissionis contenderunt, à Moyse, non à Iosue filio Naue missi sunt. Imo Iosue fuit vnius ex ipsis exploratoribus. Num. 13. & Iosephus lib. 3. antiquitatum cap. 13. Illi autem quos misit Iosue, missi sunt ad explorandum vrbem Iericho, Ios. 2. & Iosephus lib. quinto antiquitatum cap. 1. non ad describendum terram nisi de terra Iericho quod reor, Hieronymus intelligit. Quod autem geometræ fuerint, ex eo Iosephus manifestum reddit, quod prodat, eos vrbem Iericho, mœnia, & portas pro otium considerasse, ac metitos etiam esse.

Sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offendere vit Deum, licet postea egerit pœnitentiam, scribens prouerbia, in quibus ait. Nouissime ego egi pœnitentiam, & respexi, vt eligerem disciplinam.] Sic legitur penes Lxx. Pro 24 ὕστερον ἐγὼ μετανόησα καὶ ἐπέβλεψα τοῦ ἐκλέξασθαι παιδείαν. Vbi nos legimus. Quod cum vidissem, posui in corde meo, &c. Nam de Salomonis pœnitentia in vulgata Hieronymi Latina editione nihil legitur.

Cuius verbi, vt ante iam dixi, non possum scire rationem, nec cuius linguæ sit, dicere confidenter: nisi hoc admonere lectorem, quod vbi nunc definitionem interpretatus sum, infra coronam transtulerim.] Quam hîc definitionem interpretatus est, גבולה habet Hebraica veritas: At infra paulo post, coronam vertit, ibi: & corona in circuitu illius dimidij cubiti. Falso igitur antea legebatur. Supra coronam transtulerim: infra enim non supra hoc factum est.

Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis.] Text. Deerat antea vox, cubitos: Nos eam ex Hebraico, & vulgata reposuimus editione.

Et hircus caprarum secundo offertur die. Vnde & Pascha facturi asportant de grege agnum, & hædum: & qui primum Pascha facere non potuerunt, in secundo mense faciunt: quorum alterum ad iustos pertinet: alterum ad pœnitentes.] Mystice hæc tractat Hieronymus. Nam cum primo mense Pascha fieri debeat Exod. 12. fieri in secundo dicit ab his, qui in primo facere nequiuerunt: à iustis primo fieri intelligens, à pœnitentibus secundo: cum pœnitentia sit altera post naufragium tabula: Et ita exponit immolationem hædi, quæ secundo die à sacerdotibus hîc fieri mandatur: Alioqui nusquam legitur secundo mense Pascha celebrari posse. Trahit & ad sacratiorem sensum, quid sit assumere in Pascha te agnum, & hædum: Vtrumque enim præcipitur Exod. 12. Quod iusti S. cum agno pascha celebrent: pœnitentes autem cum hædo. Nam quatenus ad

historiam spectat. Communis omnium doctorum sententia est, non vtrumque simul, sed ideo hædum post agnum sumi iussum, vt qui agnum habere non posset, hædum acciperet: eo sensu quo dicitur, par turturum, aut duos pullos columbarum.

Quod autem tollitur sanguis, de quo loquitur Petrus: Redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis pretioso sanguine Christi.] Sic legitur 1. Pet. 1. & in Græco, & in vulgata editione. Olim redempti sumus de vana nostra conuersatione.

Cap. XLIV.

Dicit enim. Non quia iam accepi, aut quia iam perfectus sum. Sequor autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.] Mancum erat hoc testimonium, nec integre proferebatur, cum tamen ad probandum id, quod Hieronymus volebat, commodus esset versus intermedius. Sequor autem &c. Ex vulgata sacri codicis editione Philip. 3. additus à nobis est.

Et cecidi in faciem meam.] Text. ואפל אל פני Hebraicè. καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον μου, Græcè. Et cecidi in faciem meam, Latinè. Quam lectionem sequitur Hieronymus in commentario, dum ait. Statim cecidit in faciem suam, maiestatem gloriæ domini ferre non sustinens: & tamen antiqua lectio erat. Et cecidi ante faciem meam, cūctis in hoc mendacio consentientibus exemplaribus.

Ipse per eandem vestibuli portam ingreditur, & egreditur, quia & intus, & foris, hoc est infusus, & circumfusus omnibus.] Quia est intus, & foris emendatissimus, alioqui deerat verbum: Sunt enim loca ita clara, perspicuaque, vt ex ingenio corrigi interdum possint.

Et illud Hieremiæ. Ecce incircumcisæ aures vestræ, & non possunt audire Hier. 6. ita nunc legitur, penes Lxx. ἰσὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Ecce incircumcisæ aures eorum & non possunt audire, quo modo est in Hebræo, & Hieronymus etiam transtulit. Corruptum autem codicem Lxx. ex eo suspicor, quod Hieronymus non solum hîc dicat aures vestræ: sed etiam ibi scribat. Ecce incircumcisæ aures eorum, siue vestræ, & non possunt audire: veluti Lxx. pro αὐτῶν habuerint ἡμῶν, quæ fuit causa, vt ipse mutare dictionem, vestræ, in eorum, ausus non fuerim. Vetus tamen lectio admodum corrupta in hæc verba erat. Ecce incircumcisi aures vestras, & noluistis audire.

Idcirco leuaui manum meam super eos, dicit dominus Deus: & portauerunt iniquitatem suam.] Text. portauerunt est in vulgata editione, cuius tamen aliqui codices habent portabunt: quæ lectio conuenit non solum cum verbo, quod sequitur, portabunt confusionem suam: verum etiam non dissentit ab Hebraico ונשאו, & Græco καὶ λήψονται, & accipient iniquitatem suam. Vulgata maiori ex parte contradicente, nihil à nobis mutatum est.

Multitudo peccantium impetrabiliorem fecit impijs veniam: vt qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerunt scelera deplorare nunc resipiscentia in Pontificali solio sedeant, & ructēt nobis simulatæ fidei nauseas, imo opertæ perfidiæ aperta cōpendia.] Loquitur de episcopis, qui in Arianā hæresim prolapsi, priuati ob hoc, episcopatu, & in laicos redacti fuerant. Verum postea abiurata hæresi, in suas restituti sunt sedes: Horum enim aliqui simulate ad ecclesiam reuersi sunt, & pontificali gradu recuperato, virus, quod se deposuisse testati sunt, in gregem postea magna cum superbia clam eructantes fundebant: Hoc enim simulatæ fidei nauseas vocat, imo opertæ perfidiæ aperta compendia. Talem fuisse Eusebium Pamphyli, eruditi catholici asserūt: & eam fuisse causſam, vt post mortem Constantini magni pro Arianorum parte aliqua scripserit, multa tacuerit: cuiusmodi sunt ea, quæ de causſa conuocati Niceni Concilij, & de baptismo Constantini in eius vita, & de numero canonum ab ea Synodo editorum, in ecclesiastica mentitur historia. Apertè, non opertæ hîc antea legebatur. Ex Brixianis manuscriptis, & vno impresso codicibus, sensu ipso huic lectioni fauente, locum correximus: sicut enim simulatam dixit fidem, ita opertam vocat perfidiam, in hoc tantum quod fidem dixerit, non quod simulatam, se retractans.

Vinum autem, quantum ad me pertinet, non reor aliquem se abstinere gentilium.] Sic putido, ac sibilo explodendo errore antea legebatur: Nos ex manuscriptis Brixianis codicibus ita restituimus. Vino autem, quantum ad meam notitiam pertinet, non reor, aliquem se abstinere gentilium.

Viduam, repudiatam, siue eiectam, non accipient vxores: sed virginem de semine domus Israel.] Text. Virgines, non virginem, & in vulgata editione, & in Hebraico. Verum quia tam Lxx. quam Hieronymus legunt virginem, nihil à nobis mutatum est: & forte pro בתולת, illi habebant בתולה.

Et in die introitus sui in sanctuarium, & ad atrium interius, vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait dominus Deus.] Text. Sic legitur in omnibus editionibus, Hebraicâ, Græca, & Latina: vnde non possum, non satis mirari, vnde vetus lectio irrepserit, vt pro, ait dominus Deus, legeretur, domino Deo.

Porro sabbatum, quod sanctificatum est, illud intelligamus, quod & Apostolus docet, relictum esse populo Dei, de quo dicitur: Si intrabunt in requiem meam: quod Hebraicè sabbatum nominatur.] Pro, requiem meam, in Hebraico Psalm. 94. legitur מנוחתי. Verum Hieronymus ad vocem quietis, quam sabbatum quoque significat, alludit, non ad vocem sabbati.

Cap. XLV.

Principi quoque hinc, & inde in separationē, vel primitias, sanctuarij & in possessionem ciuitatis.] Text. לתרומת חקדש est in Hebræo. εἰς τὰς ἀποφορὰς ἁγίασμα in Græco Vulgata editio similiter legit, in separationem. Olim, de separatione, vel primitiis.

Gomor erit æquum ad pondus viginti oboli.] Text. Lxx. vetus lectio hæc est, at falsa: legi enim debet. Gomor erit æquum, & appendiculum viginti oboli: Huius enim emendationis assertores sunt Græcus Lxx. codex, & ipse Hieronymus. Legitur enim in græco, τὸ ῥομὸρ ἔσται ἴσον καὶ στάθμιον εἴκοσι ὀβολοί. Hieronymus clare prodit, Lxx. pro Siclo vertisse appendiculum, & ita lectionem Græci approbat codicis. Vbi igitur Hieronymus ex Hebraico transtulit, Siclus viginti obolos habet, Lxx. dixerunt, Et appendiculum viginti oboli: στάθμιον enim appendiculum significat: in quem sensum legitur in græco apud Iesum Syrach, Eccles. 28. καὶ τοῖς λόγοις σταθμησον ζυγὸν, καὶ στάθμιον. hoc est, vt ipse Hieronymus hîc in commentario, dum locum citat, interpretatur, sermonibus tuis facies statheram, & appendiculum.

Et præceptum olei cotylam, id est cyathum olei de decem cotylis: quia decem cotylæ sunt Gomor.] Text. Lxx. Ad fidem græci codicis hunc quoque locum ita restituimus: legitur enim in græco. καὶ τὸ πρόσταγμα τοῦ ἐλαίου ἀπὸ δέκα κοτυλῶν, ὅτι αἱ δέκα κοτύλαι εἰσὶ γομὸρ. Antiqua autem lectio erat. Et præceptum olei cotylem, id est cyathum olei decem cotyles: quia decem cotyles sunt gomor. κοτύλη enim græcè cotyla dicitur, non κοτυλὶς. est autem vasis, & mensuræ genus rotundum, dictum veluti concauum. Hinc Cotyla Aborigenum Vrbs antiquissima Reatino in agro, quam Cutilias dixere Latini, lacu sacro, ac mobili insula penes Dionysium Halicarnasæum celebris: sic dicta, quod montibus circumuallata, sinuoso, ac concauo loco posita esset. Nos de ea in originibus multa.

Pacifica quando reconciliamur Deo, & pro nobis Apostolus loquitur. Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. Et in eodem loco. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.] 2. Cor. 5. ita legitur. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Cum itaque hæc duo Hieronymi testimonia iuncta sibi sint in Apostolo, emendatius legitur, & in eodem loco, quam

& in alio loco, quæ vetus lectio erat.

Septem diebus ἀζυμα comedentur.] Text. Ad fidem vulgatæ editionis, & manuſcriptos Brixiæ codices, comedentur pro comedent ſubſtituimus. In Hebraico eſt. יאכל

In ſeptimo quoque menſe, quinta decima menſis die, hoc eſt Scenophegiarum, idem oblationis, & ſacrificiorum ordo ſeruandus eſt.] Id eſt, pro idem, falſo antea legebatur.

Cap. XLVI.

Et intrabit, inquit, princeps per viã veſtibuli portæ deforis.] Ex codice repoſuimus hîc in commentario vocem, veſtibuli.

Agnis autem ſacrificium quod dederit manus eius.] Text. In agnis habet vulgata editio, quam nos perſpicuitatis cauſa ſecuti ſumus, quamuis non ignoremus Hebraicum habere, Agnis id eſt לכבשים, & Lxx. καὶ τοῖς ἀμνοῖς tam hîc, quam infra.

Cumque ingreditur Princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.] Text. Vulgata editio legit, Cumque ingreſſurus eſt. Verum quaſi ſenſus eſt idem prorſus, & cum hac impreſſa lectione Hebraicum ובבוא, Græcumque ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι, conſentiunt, nihil mutauimus.

Agnis autem erit ſacrificium, ſicut inuenerit manus eius.] Text. Idem dicendum quod ſupra. Hebraicum, vbi legitur לכבשים, & Græcum quod habet τοῖς ἀμνοῖς, hanc lectionem tuentur. Vulgata legit, In agnis, vel vt habent aliqui manuſcripti codices, de agnis. Dandi caſus eſt, agnis: ex Hieronymo non conſtat contrarium, licet prius dixerit: In agnorum autem ſex ſacrificio certa menſura non ponitur: & hîc. In agnis vero non erit certus numerus, nec voluntati dimiſſum arbitrium: Sed viribus quis vtetur, & bono conſcientiæ. Senſum enim, qui idem prorſus eſt vtrobique, non interpretationis fidem probant hæc verba.

Vnde & virginitas maior eſt nuptiis, quia non exigitur, nec redditur, ſed offertur.] Quia, legunt tres manuſcripti Florentiæ codices: quæ lectio vti melior à nobis admiſſa eſt: olim, quæ.

Faciet agnum, & ſacrificium, & oleum, mane mane, holocauſtum ſempiternum.] Text. ita legit vulgata editio, & Hieronymus in commentario: lectio placet: loquitur enim de Principe, & ſupra, faciet, quater iam dixit: quod eſt Hebraicè תעשה & Græcè ποιήσει. Non ignoro tamen, ſi codex Hebraicus corruptus non ſit, legendum hîc potius fuiſſe, faciēt. Hoc enim ſignificat ועשו quo in loco Lxx. legunt, ποιήσεται. Fiet, facietis falſo hîc antea legebatur. Notent autem Catholici contra hæreticos noſtri temporis, quam diſerte, & commode Miſſæ ſacrificium, Hieronymus vir omnium ſæculorum, & vitæ ſanctitate, & eruditione facile princeps, nobis hîc ante oculos ponat, & diuini verbi teſtimonio probet.

Iſte eſt agnus qui immolatur in Ægypto, de cuius ſanguine armantur poſtes fides.] Fidelium magis placuit, quam fidei, & ita ex manuſcriptis aliquot codicibus emendauimus.

Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.] Hic vulgatæ lectioni tres manuſcripti conſentiunt codices, & ipſi Lxx. quorum verſio hæc eſt, legentes, εἰς τὸ πρωΐ antea in matutino.

Cum in ſcripturis ſanctis pro varietate cauſſarum legamus eum, dominum, & Deum, & hominem, & prophetam, & virgam, & radicem, & florem, & principem, & iudicem, & regem, & iuſtum, & iuſtitiam, Apoſtolum, & epiſcopum, brachium, ſeruum, vnigenitum, paſtorem, filium, & puerum, vnigenitum, & primogenitum oſtium, viam, angelum, ſagittam, & ſapientiam, & multa alia.] Bis hîc legitur, vnigenitum: ideo prima vice, vnguentum, pro vnigenitum manuſcripti vnius, & antea impreſſorum codicum ope ſubſtituimus. Vnguentum enim Chriſtum vocari conſtat. Cantic. 1. Vnguentum effuſum nomen tuum. Sic enim habent ibi Lxx. μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου.

Sacrificium Deo legitimum, iuge atque perpetuum, quod nulla intermittitur die: ſed omni tempore orto ſole, ſemper offertur, vt impleatur quod in fine capituli huius ponitur faciet agnum in ſacrificium.] Faciet agnum, & ſacrificium eſt in Hebræa, Græca, Latinaque editionibus: ſed quia Hieronymus ad ſenſum magis, quam ad verba reſpexit, vt apparet ex ſuperioribus, dum ait. In holocauſto iſtius agni immaculati, & anniculi, qui manè ſemper offertur, faciet ipſe princeps ſacrificium, nihil mutauimus: præſertim, cum talis ſit eius ſententia: quotidie in Miſſa, Chriſtum, qui verus eſt agnus, in ſacrificium offerri. Quod autem Miſſa ſacrificium ſit, acta Apoſtolorum dilucidè probant, dum ſcribunt. Sacrificantibus illis domino, & ieiunantibus: hoc enim ſignificet vox λειτουργούντων: in quem ſenſum Iacobi Apoſtoli, Clementis Papæ & Martyris, Baſilij, Chryſoſtomique liturgiæ nuncupantur. Sacrum enim, non autem vulgare quodlibet miniſterium λειτουργία, ſignificat.

Diſpergit ergo populum Dei, quia aliena dona vel bona, vel rapina, vel adulatione vel blanditiis, vel prætextu religionis, filiis, fratribuſque & conſanguineis derelinquit.] Sunt tres codices manuſcripti, in quibus deſunt hæ duæ voces, dona, vel: Nos autem impreſſam ideo retinuimus lectionē, quod de donis tam in hoc quam in ſuperiori capite mentio habeatur, dum ſcribitur: quod eſt Græcè δυσία & Hebraicè מנחה donum ab Aquila, & Symmacho interpretatum.

Et dixit ad me: Hæc eſt domus culinarum, in qua coquent miſtri domus victimas populi (*ſiue victimam: hoc enim Hebraicè ſignificat.* זבח.] Abrupto initio inchoabat olim hîc interpretatio, ſcilicet ab his verbis Hoc enim Hebraicè ſignificat זבח. Nos verſum, quem interpretatur, vti neceſſarium addidimus.

Ille vir, quem ſæpè commemorat, eduxit eum de loco ſacerdotum, qui vergebat ad Aquilonem, vbi erat locus vergens ad occidentem, ſiue qui erat ſeparatus.] Itaex ipſo ſacro codice iunctis Lxx. locum reſtituimus. Vbi enim Hieronymus vertit: & ecce ibi erat locus vergens ad occidentem: Lxx. interpretati ſunt, καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ τόπος κεχωρισμένος δυσμῶν, & ecce ibi locus ſeparatus. Mutila ergo, imperfectaque erat antiqua lectio, in qua deerant hæc verba: Vbi erat locus vergens ad occidentem. Quo modo enim ſine illis ſequi poterat: Siue qui erat ſeparatus? cum alteram interpretationem præceſſiſſe, ita dicendo præſuppo-natur?

Et ad ſacerdotale officium, non poſt viceſimum quintum ætatis annum, ſed poſt triceſimum accedunt.] Dicit hoc, quia Num. 4. vbi in vulgata editione iuxta Hebraicam veritatem ſcribitur, à triceſimo anno ſumi miniſtros in tabernaculo fœderis, à viceſimo quinto verterint Lxx.

Populi quidem victimæ quæ offeruntur pro delicto ſiue peccato, & ignorantia.] Inuerti debent verba hoc modo: pro delicto ſiue ignorantia, & pro peccato: & ita emendatius ſcribitur ſupra his verbis. Et conſiderandum, quod locus ſacerdotum, vbi pro delicto, ſiue ignorantia & pro peccato coquuntur ſacrificia, ne cruda offerantur in atrium exterius ad Aquilonem, & occidentem poſitus ſit. Verbum אשם delictum vtique ſignificat. Pſalm. 33. 67. 68. Leuitic. 7. Item 1. Par. 21. & 2. Par. 24. Verum quia vſurpari ſolet pro delicto per ignorantiam commiſſo, ignorantia interdum vocatur, vt hoc in capite ſecūdum aliam interpretationem. Alioqui ignorantia Leuitic. 4. vocatur שגגה, Iob 16. שגיה. Pſalm. 24. פשע.

Cap. XLVII.

Aſſumam vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram: & aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ex omnibus immunditiis veſtris.] Locus eſt Ezech. 36. Integrum nunc teſtimonium, olim mutilum.

Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina voces ſuas: eleuauerunt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarum multa-

multarū.] Hîc quoque deerat verſus. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, cum tamen eius finis ſequeretur, à vocibus aquarum multarum. Pſal. 92.

Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.] Deerant antea verba, Veni in altitudinem maris, cum tamen neceſſaria eſſent, ſequendo, & tempeſtas demerſit me. Pſal. 68.

Vide in Thamar fornicationem, Et Oſee iunctum fornicariæ.] Tres codices pro vide, habebant Iudam: nobis rectius viſum eſt, vt pro, Vide, legatur, Iudæ: Pendet enim ex ſuperioribus locutio, à verbo ſcilicet, conſidera: repetendumque eſt hoc modo. Conſidera Iudæ in Tamar fornicationem.

Denique ad talos uſque pertingunt, qui plantæ, calcaneoque vicini ſunt, quod patet morſibus colubri, dicente domino. Tu eius obſeruabis caput: & ipſe obſeruabit tuum calcaneum, Et in pſalterio de Iuda dicitur proditore. Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem, ſiue calcaneum: hoc enim Græcum πτέρνη ſignificat.] Quod patet legendum eſt, quod ſcilicet calcaneum: vt de eo probant teſtimonia, quæ citat. Qui patet legebatur antea, falſa omnino lectione. At ſi legeretur: Qui patent, referretur ad pedes: ſed rectius eſt, vt ad calcaneum referatur.

Propheta enim & omnis humana natura poſt lumbos, torrentem cogitationum, & incentiua in corde vitiorum non poteſt pertranſire.] Suffragantibus codicibus manuſcriptis quatuor, ipſoque opitulante ſenſu, ita correximus: pertranſiri enim erat antiqua lectio. Statim quoque, poterat, pro poteſt, ſubſtituimus, dum ait, qui non poterat tranſuadari.

De hoc torrente & Eſaias loquitur. Ecce ego inclino ſuper eos, ſicut fluuius pacis, & ſicut torrens inundans gloriam gentium.] Ita prorſus legitur penes Lxx. Eſa. 66. ἰδοὺ ἐγὼ κλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάρρους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν. Quam lectionem vti veram refert eo in loco D. Hieronymus. Vetus lectio erat. Ecce ego inclino ſuper eos ſicut fluuium pacis, & ſicut torrentem inundantem gloriam. Sēſus eſt, inclino ſuper eos gloriam, non fluuium, & torrentē. Sic loca non intellecta corrupta ſæpe ſunt ab imperitis lectoribus, librariiſque.

In litoribus autem eius, & in paluſtribus, ſiue in his autem, quæ egrediuntur ripas, & ſunt paluſtria.] Text. Prior lectio eſt in vulgata Hieronymi editione: In commentario refert vtramque: quippe cum vtraque eius ſit, non altera Lxx. illi enim aliter locum tranſtulerunt: hoc eſt, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ ἀποστροφῇ αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ ὑπερορασει αὐτῶν, quod eſt Hebraicè וגבאיו באגמיו, vnam amplius dictionem in Hebraico habentes: Deerat antea prior verſus: Nos ſuffragante ſacro Bibliorum codice, ac ipſo Hieronymo repoſuimus. Ait enim ille. Quod autem ſequitur: In litoribus autem eius, & in paluſtribus: ſiue in his, quæ extra litora egrediuntur, aquæ non ſanabuntur: Illud latenter oſtendit, quod qui in Noë arca non fuerit, pereat, regnante diluuio.

Flumen Dei repletum eſt aquis: præparaſti cibum eorum, quia ſic eſt præparatio eius.] Olim, Præparatio tua. At veram lectionem vulgata retinuit editio, quamuis in Græco nec eius, nec tua legatur. Hieronymus epiſt. 133. Ad Suniam & Fretelam emendationem noſtram probat his verbis. Paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius. Et dicitis quod in Græco non ſit eius, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία, quoniam ita eſt præparatio, cum in Hebræo תכינה manifeſtè præparationem eius ſignificet: Eius autem, id eſt terræ, de qua ſupra dixerat. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam.

Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina voces ſuas: eleuauerunt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarum multarum.] Rurſus hîc ex vulgata editione repoſuimus verſum, eleuauerunt flumina fluctus ſuos, quod eſt Græcè ἐφῶναν οἱ ποταμοὶ ἐπὶ τρίβους αὐτῶν, & Hebraicè נשאו נהרות דכים.

Engallim enim in principio eſt maris mortui, vbi Iordanis ingreditur.] Magis placuit hæc aliquorum codicum lectio quam prior: Ibi Iordanis ingreditur.

Et cognouerunt, quia ſanaui eos in corruptione hominis: quū vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus pro iniquitatibus noſtris.] Correptione falſo antea pro corruptione legebatur. ἐν φθορᾷ eſt in Græco, locus eſt Oſeę 11. penes Lxx. vbi tamen ἀνθρώπων, non ἁμαρτιῶν, hoc eſt hominis, non hominum legendum eſſe, ex hac Hieronymi interpretatione clarè dilucideque apparet.

Super quam leuaui manum meam, vt darem patribus veſtris.] Text. Sic legitur in vulgata editione: olim; in quam leuaui manum meam, quæ Lxx. lectio eſt. [lli enim dixerūt, εἰς ἣν ἦρεν τὴν χεῖρα μου. Hebraico tamen vtraque conuenit lectio: habet enim, אשר נשאתי את ידי.

Quæ eſt inter terminum Damaſci, & confinium Hemath.] Text. Corrupta valde erat antiqua lectio: pro terminum enim habebat medium: cum tamen ita, vt nos emendauimus, legendum eſſe, non ſolum vulgata oſtendit editio verum Hebraica quoque veritas, quæ habet בן גבול דמשק. Conſtat idem ex commentario; liquet ex ſenſu.

Pro quo in Hebraico ſcriptum eſt חצר עינן *Haſer Enan, & præſens continet locus.*] Olim, ſiue Enan.

Et diuidetis terram iſtam vobis per tribus Iſrael, & mittetis eam in hæreditatem vobis.] Text. Mittetis, non metietis eam, conſtanter legit vulgata editio: Lxx. ſimiliter, βαλεῖτε αὐτὴν: & Hebraicum תפלו, olim metietis.

Sed concuſſum eſt, atque commotum, vt reciperet hoſpitem Deum, qui dicit. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum & trementem verba mea?] Sic ſemper hoc teſtimonio abutitur D. Hieronymus, conſuſtoque, vt apparet ex locorum continentia, id facit, ſenſum potius quàm verba hac in re ſpectans. Dictum enim erat ſupra in Propheta, & quis eſt locus requietionis meæ? Vnde ibi in commentario: Nulluſque, inquit, eſt locus requietionis domini, niſi iſte, quem Propheta ſubnectit, Ad quem autem reſpiciam? Nihil itaque à nobis mutatum eſt, quamuis non ignoremus, legendum eſſe. Super quem autem reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum? Si Lxx. codex incorruptus nunc ſit, penes quem legitur, ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον. Veritas autem Hebraica prorſus cum vulgata conſentit editione אל זה אביט. Ad quem reſpiciam. Quod autem non verba, ſed ſenſum tantum protulerit Hieronymus, cui non clare appareat, cum addit has voces, ſpiritus meus, quæ nulla in editione reperiuntur? At incorruptum eſſe codicem Lxx. poteſt quis affirmare ex veteribus Patribus, præſertimque ex D. Cypriano, qui ita vti nunc legitur, citat in epiſtola ad Rogarianum, & in altera, quæ eſt ad Presbyteros, & Diaconos fratres, ita ſcribit. Dominus loquitur, & dicit. Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos?

Cap. XLVIII.

Et ſuper terminum Dan, à plaga Orientali vſque ad plagam maris.] Text. ועל גבול דן habet veritas Hebraica: hoc eſt vt nos ex vulgata correximus editione: Antiqua lectio erat, à termino Dan: quæ Lxx. non Hieronymi interpretatio eſt. Illi enim dixerunt, ἀπὸ ὁρίων τοῦ Δάν, & à terminis Dan. Supra quoque ex vulgata editione, & Hebraico addidimus vocem, viam, ibi. Ad Aquilonem iuxta viam Hemath.

Audiat autem hoc ſacerdotalis gradus, & Arianæ perſecutionis ardore ſuperatus, ac vera poſtea fidei, ne opibus careat, potentia colla ſubmittens, ſufficere ſibi, ſi non expellatur ex tēplo.] Olim, & potentia colla ſubmittens. Deleta eſt autem copula quod ſenſum perturbaret. Sententia autem Hieronymi eſt, aduerſos ad hæreſi Ariana contentos eſſe debere ſuo gradu, ſufficereque, ſi ex eo non expellantur, non autem ad maiores aſpirare debere.

Deſcribitur quoque Leuitarum poſſeſſio, quæ vicina quidem eſt finibus ſacerdotum, & eadem habet ſpatia in longitudine, pro multitudine Leuitarum, quæ habet paucitas ſacerdotum: Sed tamen propriis vtitur terminis, & intelligit, ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam: ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui, vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed diuitijs æſtimant: Certè qui primus fuerit miniſtrorum, quia per ſingula concionatur in populos,

& à Pontificis lacere non recedit, iniuriam putat, si presbyter ordinetur: & non meminit mensarum, & viduarum minister, in obsequium se, & ministerium non solum sacerdotum, sed & pauperum delegatum.] Ideo hoc integrum posuimus testimonium, vt clare cunctis appareat, rectè in fine Epistolæ 85. ad Euagrium, quod Romæ controuersum fuit, legi: Nouerit se lucris minorem, sacerdotio autem esse maiorem: falsamque esse Gratiani lectionem Dist. 93. cap. legimus: Nouerit se laicis maiorem: sacerdotibus autem esse minorem. Quod enim ibi lucris, hîc diuitiis dixit. Efferebât enim se super presbyteros diaconi, veluti ditiores, vt qui res Ecclesiæ administrarent, easque in pauperes, viduasque elargirentur: Et Archidiaconus, qui primus erat inter eos, iniuriam putabat, si presbyter ordinaretur: hac amplius ratione, quod in populos concionaretur, & à Pontificis latere non discederet.

IN DANIELEM PROPHETAM.

EX PROOEMIO.

Πὸ τῦ σχίνω σχίζω, καὶ ὑπὸ τῦ φρίνου φρίζω.] Vt Daniel presbyteros, qui Susannam adulterij accusarant, falsi testimonij coargueret, interrogans eos seperatim, dixit primo: Sub qua arbore illam vidisti? qui respondens ait, ὑπὸ σχῖνον. ſt ſub lentiſco. Ad quod responsum intulit Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus domini, accepta sententia ab eo σχίζω scindet te medium. Deinde interrogans alterum, dixit. Et tu sub qua arbore deprehendisti eos simul colloquentes? Qui ait, ὑπὸ φρίνου sub ilice: Tunc inferens Daniel dixit, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: Manet enim angelus domini gladium habens φρίζω, vt secet te medium. Ex hac Græcorum nominum allusione, & simili apud eos etymologia, Græcam, non Hebraicam Susannæ esse historiam Hieronymus tam hîc, quam infra cap. 13. probat. At non propterea erit falsa, & commentitia, vt argumentabatur Porphyrius, & Hieronymo quidam obiiciunt: Hoc enim tantum asseuerat Hieronymus, eam in Hebraico non inueniri: sed partem esse prophetiæ Habacuc filij Iesu de tribu Leui. φρῖνον autem ilicem, & σχῖνον lentiscum vocari tam apud Theophrastum, & Dioscoridem, quam ceteros Græcos, notissimum omnibus est. σχοῖνος autem iuncum significat. Vnde & holoschænus, & oxiscœnus.

Cap. I.

Et ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum vna videtur deesse generatio: quia secunda τεσσαρεσκαιδεκὰς in Ioakim desinit filio Iosiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioachim. Quod ignorans Porphyrius calumniam struit Ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum Euangelistæ Matthæi arguere nititur falsitatem.] Ieconias vocatur à Matthæo tam Ioakim, in quo sub transmigratione Babylonis desinit secunda Tessaradecas, quam Ioachin eius filius, in quo post dictam transmigrationem incipit tertia: sicut 4. Reg. 23. vterque à Lxx. appellatur Ioachim: Quod non animaduertens Porphyrius, dum in Matthæo Iechoniam pro vno tantum accipit homine, vnam deesse apud illum generationem dicebat: propterea ve falsitatis eum arguere nitebatur.

Et asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui. Text. Ita ex vulgata editione, Hebraico, & tribus manuscriptis codicibus emendauimus: Olim, in domo.

Quod Rex Babylonis non potuerit vniuersa Dei vasa transferre, & in idolio, quod sibi finxerat, collocare.] Idolo legebatur antea: Vera lectio infra cap. 5. seruatur: Quamdiu vasa fuerunt, inquit, in idolio Babylonis, non est ratus dominus: & eam hîc quoque vnus manuscriptus liber retinuit. Est autem idolium idoli delubrum: qua voce vtitur Paulus Apostolus 1. Cor. 8.

Completis itaque diebus, post quos dixerat Rex, vt introducerentur. Text. Deerat antea vox, post.

Cap. II.

Ergo videntur mihi incantatores esse, qui verbis rem peragunt. Magi, qui de signis philosophantur. Malefici, qui sanguine vtuntur, & victimis, & sæpe contingunt corpora mortuorum.] Antiqua lectio. Magi, qui de singulis philosophãtur. Nos pro singulis, signis, correximus, Brixianorum, & antea impressorum codicum monitu.

Tibi Deus patrum meorum confiteor.] Text. ex vulgata, Chaldaico אבהתי meorum, correximus: olim enim nostrorum legebatur: quæ non Hieronymi, sed Theodotionis interpretatio fuit: ille enim legit πατέρων ἡμῶν.

Non ergo miremur, si quando cernimus, & Regibus Reges, & regnis regna succedere, quæ Dei gubernantis & mutantur, & finiuntur arbitrio.] Magis placuit hæc Carthusiani Florentiæ codicis lectio, quam prima: quæ Dei gubernantur, & mutantur, & finiuntur arbitrio: Non enim de regnorum gubernatione, sed mutatione differitur.

Quid cogitatis mala in cordibus vestris?] Fesulanus manuscriptus liber monuit nos, vt ita ex vulgata editione locum restitueremus. Deerat enim antea vox, mala. Vide Matth. 9.

Non enim quid in somnio viderit, se dante somnium quid tacitus cogitarit, exponit.] Ita emendate scriptum habent quattuor manuscripti codices. Olim, Non solum quid in somno viderit.

Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus.] Text. Desunt in Chaldaico hæ duæ voces, de monte tam hîc, quam infra sub finem capituli. Verum quia sunt in vulgata Hieronymi editione, item in Græca Theodotionis, similiter in Iosepho: & Hieronymus itidem eas habet Esa. 65. in fine: & infra cap. 11. nos illas, vti erant reliquimus.

Tu Rex regum es, & Deus cæli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi.] Text. Ad fidem vulgatæ editionis ita locum restituimus. Non ignoramus tamen à Chaldaico, Græcoque volumine bis scriptum esse, rex. Tu Rex, rex regum es. Antiqua lectio erat. Tu rex regum es, cui Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit.

Cap. III.

Nunc statuam sibi fieri iubeat, vt ipse adoretur in statua. Quod autem aurea fit, & infiniti ponderis, illud in causa est, vt stuporem videntibus creet.] Sic ex tribus Florentiæ codicibus emendauimus. Olim, quod autem aurea sit.

Statimque & in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos.] Text. Induximus & copulam, vulgata editione, sensusque ipso admonente.

Viri isti contemserunt Rex decretum tuum.] Text. Ad fidem vulgatæ editionis, & Chaldæi codicis ita locum restituimus. Olim, qui contempserunt decretum tuum.

Mitteret eos in fornacem ignis ardẽtis.] Ita vt in vulgato Bibliorum codice legendum est: antea; in fornacem ignis ardentem.

Et ex præsenti loco, & ex eo, quod sequitur. Benedicite spiritus, & animæ iustorum domino.] Quis adeo tam imperitus, ac hebes, vt non videat ita esse legendum? Olim, Benedictus spiritus, & animæ iustorum domino.

Quis eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis.] Text. Antea, qui eruit. Vulgata editio nostræ emendationi fauet: item Græcus Theodotionis codex, cuius editionis est Canticum illud, ὅτι ἐξεῖλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου.

Vt illis respondentibus, se misisse tres pueros in fornacem, iste quartum eis nunciet, & ostendat.] Vocem quartum, vtique hîc necessariam ex ipso codice, exemplaribus minimè suffragantibus, audacter nos reposuimus: alioqui nullus sensus. Ecce ego video, inquit, viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis est: & species quarti similis filio Dei.

Et species quarti similis filio Dei.] Text. ita legit Hieronymus in vulgata editione: Chaldaicum similiter דמות לבר אלהין. Idem Hieronymus in commentario veram hanc esse lectionem declarat, dum ait. Speciem autem quarti, quem similẽ dicit filio Dei, vel angelum debemus accipere, vt Septuaginta transtulerunt, vel certè, vt plerique arbitrantur, dominum saluatorem. Ipse autem Theodotio, cuius, non autem Lxx. est Græcus, qui circumfertur, codex, legit καὶ ἡ ὅρασις τῦ τετάρτου ὁμοία υἱῷ θεῦ. & visio quarti similis filio Dei Olim, & species quarti similitudo filij Dei.

Epistola Nabuchodonosor in Prophetæ volumine ponitur, vt non fictus ab alio postea liber, sicut Sycophãta mentitur: sed ipsius Danielis esse credatur.] Porphyrium Sycophantẽ vocat, qui totam Ecclesiam sursum deorsum impellens, & Danielis librum confictum, & scripturam sacram falsam multis in locis comminiscebatur.

Cap. IIII.

Hæc autem omnia quærunt, & replicent, vt cum historia non steterit, per Nabuchodonosor diabolus significetur.] Vnus Brixiæ manuscriptus liber, & alter Carthusiæ Florentiæ hanc genuinam nobis lectionem conseruarunt: antiqua enim erat. Hæc autem omnia quærant & replicent.

Respondit que Balthasar & dixit; Domine mi Rex, somnium hoc his qui te oderunt.] Induximus vocem, rex: Deest enim non solum penes ipsum Hieronymum in vulgata editione: verum etiam in Chaldaico, Græcoque codicibus.

Nonne hæc est Babylon, ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni.] Text. Vox magna, propterea cancellata à nobis est, quod deesset non solum penes ipsum Hieronymum, verum etiam in Chaldaico, Græco, & vulgata editione magis emendata, qualis Louaniensium Theologorum est.

Donec capilli eius in similitudinem Aquilarum crescerent.] Text. ex Græco Theodotionis codice, secundum cuius interpretationem Danielem legebat Ecclesia, enatus erat error, vt pro, Aquilarum, legeretur leonum, quod est Græcè ὡς λεόντων: cum tamen sinceram lectionem esse, Aquilarum, non solum vulgata Hieroymi testatur editio, verum etiam codex Chaldaicus, qui legit כנשרין.

Cap. V.

Quæ duo regna Esaias ascensorem bigæ, cameli, & asini vocat.] Sunt, qui putant vocem bigæ, ex vulgata editione immixtam huic Lxx. testimonio esse: Sæpe enim imperiti, & qui ad fidem vulgatæ, ea quæ citabat Hieronymus, examinabant, vnam alteri miscentes interpretationem, loca corruperunt, cum tamen Hieronymus receptam tunc inuulgatamque in Ecclesia Septuaginta interpretationem, vt ipse contra Ruffinum testatur, semper citaret: Id enim de sua, quæ nunc vulgata dicitur, cum nondum ab Ecclesia esset recepta, facere nequaquam poterat: Et sicubi id facit, quod rarissime facit, præmonet semper testimonia proferre se secundum Hebraicam veritatem. Ego, & si id verum esse fatear, hîc tamen factum esse propterea non existimo, quod vox ista, bigæ, etiam apud Lxx. legatur: cum post ascensorem asini, & cameli subdant, ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται ἀβαδδὼν ξυ-

νῳρίδος. Ecce iste venit ascensor bigæ. Locus est Esa. 21. Vnde Hieremiæ 25, ita ait. Nouissimus autem rex Babylonis bibet hanc potionem, propinante sibi ascensore bigæ, cameli, & asini, Cyro rege Medorum, atque Persarum.

Quod quidem & Xenophon in Cyri maioris scribit infãtia.] Cyri παιδείαν, id est, educationem, institutionem, eruditionem omnes, Cicero vitam & disciplinam, librum illum. Xenophontis appellant: quem à Philelpho euersum potius, quam versum non pridem Iulius Gabrielius Eugubinus mihi haud vulgari iunctus necessitudine, & grauitate sententiarum, & elegantia verborum Latinum faciens, suo nitori restituit. Hieronymus tamen dum infantiam tam hîc, quam infra cap. 7. interpretatur παιδείαν non παιδείαν legisse videtur: quamuis libro secundo contra Iouinianum, Persarum, inquiat, regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat. Cicero Papyrio Pæto lib. 9. Epistolarum familiarium κύρου παιδείαν, quam cõtrueram legendo, totam in hoc imperio explicaui: de qua re idem plura ad Quintum fratrem.

Tria tantum verba in pariete scriptura signauerat: Mene, Tekel, Pheres.] Ita legendum esse nemo non nouit: Antiqua tamen lectio erat: Scripta signauerat: Brixiani codices me monuerunt.

Sed sagittis paruulos interficiant, & lactentibus vteri non misereantur.] Sic emendate, vereque in vulgata editione legitur, Esa. 103. Vocat autem lactentes vteri, infantulos: fructum ventris est in Hebraico: in Græco autem τὰ τέκνα ὑμῶν ὑμὴ ἐλεήσωσιν, & filiorum vestrorum non miserebuntur. Corrupte autem legebatur antea. Et lactantibus vteris non misereantur: quasi de matribus, quæ lac præberent, non de paruulis, qui illud sugerent, testimonium loqueretur: At improprium est, & vt Græci vocant ἄκυρον, vocare vteros lactantes, cum mammis non vteris lactis nomẽ conueniat. Quantum vero ad regis pertinet nomen. Baltasar penes Iosephum, Theodotionem, & ipsos etiam Lxx. vocatur: quod est græce βαλτάζαρ: Quæ nuncupatio, quia vbiq; terrarum præualit, nobis propterea mutare non placuit; quamuis secundum vocem Hebraicam בלשאצר Balsasar potius, quam Baltasar dicendum esset, nisi litera ט quæ in Danielis nomine, qui ipse בלט שאצר Baltasar est appellatus, amplius inuenitur, temporum iniuria ex regio exciderit nomine.

Cap. VI.

Ex quo intelligimus, subuersa Babylone, Darium reuersum esse ad regnum suum in Mediam, secumque adduxisse Danielẽ in honore eodem, quo à Baltasar profectum acceperat.] Proiectum non profectum legendum esse quis non videat, etsi hæc antiqua lectio vbique corrupta inueniatur?

Vnde principes, & satrapæ quærebant occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere Regis.] Text. Vera, sinceraque Hieronymi interpretatio, quam facer Bibliorum codex impressus Venetiis anno 1475. & ex manuscriptis melioribus penes me libri viginti & octo, sicut ex Louaniensibus viginti septem retinuerunt. Quid enim de ea dubitare liceat, cum suam esse Hieronymus his verbis agnoscat? Quærebant occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere Regis. Et in hoc loco Hebraï tale nescio quid suspicantur. Latus Regina est, vel concubinæ eius, ceteræque vxores, quæ ex latere dormiunt. Quærebant ergo occasionem in rebus huiusce modi, si in sermone, nutu, tactu, internuncio possent accusare Danielem: sed nullam, inquiunt, causam, & suspicionem reperire potuerunt: quia Eunuchus erat, & eum in re stupri arguere non potuerunt. Antiquam igitur, vti veriorem lectionem retinuimus: Qui enim vulgata editione, regni, pro regis substituerunt, habent illi quidem vocem Chaldaicam מלכותא quæ illis fauet: sed tamen Hieronymi interpretatio illa non est.

Consilium inierunt omnes principes regni tui.] Text. expunximus vocem, tui, eo quod desit tam in vulgata editione, quam in Chaldæo.

De ſcriptura ſancta celeri memoria congregandum eſt: vbi Ὑπερῶια, quæ Latinè dicuntur mœnia, vel tecta ſiue ſolaria: Et ἀνάβασις, id eſt cœnacula legerimus.] Suidæ Δῶμα, domum, & Δωμάτιον domunculam ſignificat. Ἀνώγαιον autem ſublimem ac ſuperiorem contignationem notat, ſicut κατώγαιον inferiorem. Cœnaculum autem Act. 1. & 9. alibique multis in locis ὑπερῶον appellatur. Pro Mœnia, Meniana correximus ex libro vno Brixiæ manuſcripto, & altero iam typis excuſo, de quibus diximus Ezech. 41. Correximus etiam ex Suida ἀνάβασις: legebatur enim ἀναβάσεις.

Tunc reſpondentes, &c.] Vt maior ſit indignatio, contemnentes eum, qui Regis iuſſa contemnit, dicunt eſſe captiuũ: Partim ex manuſcripto, partim ex impreſſo codice hunc reſtituimus locum. Senſus autem eſt: vt ad maiorem indignationem Regem incitarent, contemnendo eum, qui Regis iuſſa contemnit, aiunt captiuum, ac veluti mancipium illum eſſe. Antiqua autem lectio erat. Vt maior ſit indignitas contemnentis, eum, qui regis iuſſa contemnit, dicunt eſſe captiuum. Hæc vero quantum eſſet corrupta, & à vero ſenſu abhorreret, eruditorum iudicium erit.

Cap. VII.

Pars autem domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Iſrael. Sic ad verbum habent Lxx. Deuteron. 32. Antea decerat, Iſrael, ſine qua ſenſus dubius & imperfectus.

Et alas habebat quaſi auis, quatuor ſuper ſe.] Text. Vox, quaſi, ex vulgata editione & Hebraico repoſita à nobis eſt.

Et ſuper capita eorum coronæ aureæ.] Ita legendum eſſe non ſolum conſtat Apoc. 4. vnde hauſtum eſt teſtimonium, verum ipſa Latinitatis id docet proprietas. Olim coronas aureas. Brixiani codices me monuerunt.

Veteſtius autem dierum ille eſt, qui apud Ioannem ſolus in throno ſedet.] Hanc meliorem lectionem multi manuſcripti libri retinuerunt. Antiquus dierum vocatur à Daniele. Olim, vetus dierum.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: dominus in eis.] Κύριος ἐν αὐτοῖς. Pſal. 67. Olim, domine in eis.

Cap. VIII.

Suſtis autem Metropolis eſt regionis Elamitarum, in qua Daniel ſecundum hiſtoriam Ioſephi, turrim extruxit excelſam, & quadro ædificatam marmore, tantæque magnitudinis, & pulchritudinis, vt vſque in præſens videatur eſſe noua: in eaque Regum Perſarum, atque Medorum conduntur reliquiæ: Et cuſtos, ſiue ædituus ac ſacerdos eiuſdem loci Iudæus eſt.] Ad verbum Ioſephi hæc de re hiſtoriam Hieronymus retulit: ita enim ille libro decimo antiquitatum, capite vltimo ſcribit. Ædificauit Daniel apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimum, & ſingularia admiratione dignum: quod in hodiernum vſque durat, & ſpectantibus recentiſſimę ſtructuræ videtur, ac ſi ea ipſa die qua ſpectatur, eſſet abſolutum: tantam nouitatis ſpeciem, & tam integram pulchritudinem habet, nihil omnino à tam longo tempore læſam, præter aliorum ædificiorum conſuetudinem, quæ æque atque homines vetuſtatis iniuriam ſentiunt, nec firmitatem ſolum, ſed & decorem ſenſim deperdunt: Mos autem durat vſque in præſens tempus, vt in ea tutri ſepeliantur Medorum Reges, & Perſarum, atque Parthorum, eiuſque cuſtodia ſacerdoti Iudaici generis hodieque concreditur.

Cumque creuiſſet, factum eſt cornu magnum ipſius.] Text. Vox, ipſius ſuperflua eſt: nos eam ad fidem vulgatæ editionis, Hebraicæque veritatis induximus.

Et proſternetur veritas in terra, & faciet, & proſperabitur.] Text. Sic ex vulgata editione, Hebraicoque correximus. Olim, mutato ordine, & proſperabitur, & faciet.

Et dixit ei: Vſque ad veſperam, & mane, dies duo millia trecenti, & mundabitur ſanctuarium. Text. Et dixit ei. Hæc lectio non ſolum vulgata editione defenditur: verum etiam Græco codice, qui habet: καὶ εἶπεν αὐτῷ. ſenſus congruus ac verus: & dixit ei, ſcilicet ſancto illi interroganti. Cum itaque vulgata editio in hoc non vatiet. ipſeque ſenſus melior ſit, corruptum eſſe exiſtimo librum Hebraicum, & pro אלי legendum eſſe עליו, præſertim cum Theodotio hanc ipſe lectionem habuerit. Expungenda eſſet autem vox, dies, quia nec Hebraica veritas, neque vulgata editio, neque hîc Brixiani codices illam habent: adiecta autem fuit vel ex Theodotionis codice, vel vti ſubintellecta è margine huc trãſlata.

Quod autem infert. Mundabitur ſanctuarium: Iudæ Machabæi ſignificat tempora, qui de vico Modin filijs ac propinquis ſecum amitentibus, & multis de populo Iudæorum, Antiochi duces ſuperat in ꝛtã Emaus, quæ nunc Nicopolis dicitur.] Falſa lectio hæc antiqua: non enim filiis, ſed fratribus, legendum eſt, vti duo è Florentia codices habent. Conſtat id 1. Mach. 2. item 2. Mach. 8. Fratres enim Iudæ Machabæi, quorum opera vſus eſt ille in bello, fuerunt Simon, Ioſephus, & Ionathas.

Et audiui vocẽ viri inter Vlai, & clamauit, & ait: Gabriel, fac intelligere iſtam viſionem.] Olim, iſtam viſionem. Emendatio noſtra Hebraica veritate, Græca, Latinaque editionibus probatur: Hieronymus quoque illam in commentario tuetur.

Cap. IX.

Quæres Danielem non facit negligentem, ſed magis prouocat ad rogandum, vt quod Deus per ſuam promiſit clementiam; per huius impleat preces: ne negligentia ſuperbiam, & ſuperbia pariat offenſam.] Ad fidem Carthuſiani, Feſulanique codicum ita locum reſtituimus: emendationem approbat ipſe Hieronymus, dum ſtatim poſt aliquot verſus ait. Ne ſecuritas negligentiam, & negligentia pareret offenſam: Decerat enim antea, vox, ſuperbiam, & pro huius, ſcilicet Danielis, legebatur horum: erat enim antiqua lectio huiuſmodi. Vt quod Deus per ſuam promiſit clementiam per horum impleat preces, ne negligentia & ſuperbia pariat offenſam. Supra quoque ex eodem Feſulano libro qua, pro quia ſubſtituimus ibi, quia primus de ſemine Medorum ſubuertit regnum Chaldæorum.

Peccauimus, iniquè egimus, impiè egimus.] Text. Vt euitetur παυτολογία, ad fidem vulgatæ editionis coreximus: Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus. Vox Hebraica eſt עויינו, ἀνομήσαμεν Græcè.

Surrexit quaſi dormiens dominus, & quaſi potens crapulatus à vino.] Vox, potens, addita à nobis eſt ex pſalmo 77.

Quia oratio Prophetæ à ſacrificio matutino vſque ad ſacrificium veſpertinum perſeuerat: & propterea Dei in ſe flexit miſericordiam.] Vox, flexit, poſtulat, vt legatur, perſeuerauerat vti nos ex aliquibus Brixiæ codicibus emendauimus: alioqui tempus non congruit.

Victumque Ariſtobulum Romam miſit.] Hæc Brixianorum codicum lectio magis placuit, quam vetus, victumque.

Deinde poſt Alexandrum (qui & Medis, & Perſis regnauerat, quos deuicerat & in Alexandria regnum ſuum, firmauerat, quando & nomine ſuo eam appellauit.] Poſt eum regnauit illic in Alexandria Soter annis xxxv.] Voces, poſt eum, redundant; ſenſu ob longam parentheſim non intellecto, illæ adiectæ ſunt: Nos vti male interiectas, repoſita parentheſi, expuximus.

Videamus, inquit, aliæ ſeptem, & dimidia hebdomadæ, quæ ſunt ſubdiuiſæ in abſciſſione priorum hebdomadarum, in quo actu ſint adimpletæ: poſt Auguſtum enim, qui ſuperuixit poſt natiuitatem Chriſti annis quindecim, efficiuntur.] Hîc quoque locus non intellectus, nec ſubdiſtinctus parentheſi immendum incidit: legebatur enim. Poſt Auguſtum enim, qui ſuperuixit poſt natiuitatem Chriſti, anni quindecim efficiuntur: cum tamen verbum, efficiuntur, ad hebdomadas, non ad annos Auguſti referatur. Hîc error alium

pepererat errorem: erat enim ſcriptum. Videamus, inquit, quid aliæ ſeptem, &c. Vnde vocula, quid, inducta à nobis fuit. Hæc autem emendatio Brixiæ manuſcriptos codices auctores habet.

Huius imperij decimo quinto anno patitur Chriſtus, annos habens quaſi triginta, cum pateretur.] Quis non videat, in hac antiqua lectione mendum ſubeſſe, & non triginta, ſed triginta tres eſſe legendum, vti nos iiſdem ſuffragantibus codicibus emendauimus?

Et tunc defecit hoſtia, & ſacrificium, & vſque conſummationem mundi & finem perſeuerabit deſolatio.] Ita tres manuſcripti Florentiæ codices habent: quæ vera lectio eſt, Olim, & tunc deficiet hoſtia.

Cap. X.

Quod autem ait: Et ego ingreſſus ſum ad verba tua: hunc habet ſenſum. Poſtquam tu cœpiſti bonis operibus, & lacrymis, atque ieiunio Dei inuocare miſericordiam: & ego accepi occaſionem, vt ingrederer in conſpectu Dei, & orarem pro te.] Quia Hieronymus vim facit in verbo, ingredi, & verbum בא tam ingredi, quam venire ſignificat, ipſomet alibi auctore, nihil mutauimus: quamuis vulgata editio legat: Et ego veni propter ſermones tuos, & Hebraicum habeat ואני באתי בדבריך.

Nihil enim in me remanſit virium: ſed & halitus meus intercluditur.] Text. Mirum eſt, quam vbique ſerpant, coaleſcantque errores: omnes Hieronymiani codices tam impreſſi, quam manuſcripti, habitus, pro halitus hîc habebãt: Nos ex vulgata editione locum correximus: cui aſſentitur Hebraicum, in quo legitur. ונשמה לא נשארה בי, & Græcum, καὶ πνοὴ οὐκ ὑπελείφθη ἐμοί. & reſpiratio, ſeu halitus non remanſit in me.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.] Ita tam in vulgata Latina editione, quam in Græco penes Lxx. quorum pſalterio eccleſia vtitur, legimus, Pſalm. 44. Olim, filiæ regum.

Reuoluendæ ſunt veteres hiſtoriæ, & conſiderandum, ne forte illud tempus ſignificet, quando Perſæ à Græcis victi ſunt.] Ex Florentiæ codicibus manuſcriptis tribus ita correximus. Olim, conſiderandæ.

Cap. XI.

Et reuertetur, & concitabitur, & egredietur cum robore eius, & exaltabitur cor eius.] Text. Poſtrema verba, & exaltabitur cor eius, expuncta à nobis ſunt, eo quod non ſolum deſinit in vulgata editione Latina: verum in Hebræo quoque Græcoque codicibus: & pro, egredietur emendauimus, congredietur, eadem vulgata editione ſuffragante.

Inito ergo certamine iuxta oppidum Raphiæ, quod in foribus Ægypti eſt, omnem Antiochus amiſit exercitum, & per deſerta fugiens, pene captus eſt. Cumque cœpiſſet Syriam, ad extremum fœdere & quibuſdam conditionibus pugna finita eſt.] Magnus, & conſpicuus error: legendum eſt enim: Cumque ceſſiſſet Syria, ſcilicet Antiochus, qui proditione Theodotij illam Ptolemæo Philopatori, & ita Regibus Ægypti, à quibus per ſucceſſionem tenebatur, abſtulerat, vt ex ſuperioribus conſtat. Si enim ſuperatus Antiochus per deſerta fugiens vix viuus euaſit, quo modo Syriam capere potuit? Ad Ptolemæum enim hoc referri non poteſt. Ceſſit igitur Syria, propter quam bellum exortum erat Antiochus victus, & ita pugna finita eſt. Hanc emendationem tres ex Florentia, & è Brixia aliquot manuſcripti codices continebat.

In qua honorifice ſuſceptus, eos, qui partium ſcopæ erant, perſecutus eſt.] Honorifice ſuſceptus, ſcilicet Antiochus. Veritas conſtat ex ſuperioribus. Olim ſuſceptos.

At euertat illum, hoc eſt Ptolemæum: ſiue illud, hoc eſt regnum eius.] Deerant antea verba, Vt euertat illum: ſine quibus nullus ſenſus. Ex ipſo codice in commentarium adiecta à nobis ſunt: illa enim exponit.

Neque enim permanſit ille cum ſole, & ante lunam generationis generationum.] Pſal. 71. vbi Græcus codex ita proſus, legit, hoc eſt, γενεᾶς γενεῶν. Aliqui vulgatæ editionis libri eandem habent lectionem: ſed magis receptum eſt, vt legatur, in generatione, & generationem. Nos tamen cum hac Hieronymi lectione Græco codice conſentiente nihil mutauimus.

Hæc Porphyrius ſequens Suctorium, ſermone latiſſimo proſecutus eſt: quæ nos breui compendio diximus.] Pro latiſſimo, lacinioſiſſimo, quatuor è Florentia, & vno è Brixia opitulãtibus manuſcriptis codicibus, repoſuimus: Vox enim hæc verborum anfractus magis explicat, & Porphyrij loquacitatem argutius reprehendit: præter quod Hieronymo familiare eſt, laciniоſum appellare ſermonem.

Vnde volunt noſtri hæc omnia referre ad Antichriſtum, & ad Regem Ægypti, quem primum ſuperaturus eſt.] Magis placet, vel legatur, referri, & ita nos Brixianis codicibus opitulantibus, emendauimus.

Pro brachiis alius interpretatus eſt ſemina, vt ſignificaret ſtirpem atque progeniem.] Subſtituiſſem vtique aquila, pro alius, vt duo manuſcripti codices habent. Verum quia quo modo interpretatus ſit aquila non liquet: Et ipſe Hieronymus infra quoque ſcribat: ſiue vt alius interpretatus eſt, in ipſo enim erit conſummatio, nihil mutauimus: & tamen forte vtrobique legendum eſſet aquila, non alius.

Et aduerſum Deum deorum, loquetur magnifica, & dirigetur donec compleatur ira.] Olim diriget. Vulgata nobis ſuppetias tulit editio. Supra quoque reſiſtent pro reſiſtunt, repoſuimus, ibi: quia congregati ſancti reſiſtent ei & vtentur auxilio paruulo.

Et quibuſdam phantaſiis atque terroribus verſum in amentiam, ac poſtremum morbo interiiſſe: & hoc ei accidiſſe commorat, quia templum Dianæ violare conatus ſit.] Quis non videat terroribus hîc vti nos codicum ope emendauimus, legendum eſſe, & non erroribus, vt antea legebatur?

Perpetrata quippe definitio eſt, ſiue, vt alius interpretatus eſt, in ipſo erit conſummatio.] Verba, Perpetrata quippe definitio eſt, ab impreſſore, vti reor, eiecta, repoſita à nobis ſunt: alioqui non reſpondet quod ſequitur.

Et multi corruent, pro quo interpretatus eſt Symmachus: & multa millia corruent.] Hîc quoque tres primas voces, vti neceſſarias repoſuimus.

Et in vltima viſionis calumniis immoratur, flumina ponẽs pro mari, & montem inclytum & ſanctum Apadno, Sabin vocans: quem vbi legerit, nullam poteſt proferre hiſtoriam.] Conſtat ex ſuperioribus has duas voces, Sabin vocans, quas nos repoſuimus, neceſſarias hîc eſſe. Porphyrius enim Theodotionis interpretationem ſecutus, nomen montis, de quo dicit Daniel, ſuper montem inclytum, & ſanctum, putauit eſſe Sabin, cum tamen per ſcriptores tale montis nomen probare non poſſet. Theodotionis autem interpretatio, quæ hîc à Hieronymo refertur, eadem prorſus eſt cum Græca, quæ ſub Lxx. nomine circumfertur. Eſt autem huiuſmodi. καὶ πήξει τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν Ἀπαδανῷ ἀνὰ μέσον τῶν θαλασσῶν ἐπ' ὄρος ἅγιον ἔσχον. & figet tabernaculum ſuum in Aphadano inter maria, in monte Sabin ſancto. Vox Hebræa eſt צבי. Hanc autem Theodotio Sabini, Hebraicè ſimilem, Lxx. voluntatis, Hieronymus inclytum verterunt. Quæ Hieronymi verſio nomen montis non eſſe צבי, vt Porphyrius exiſtimauit, ſed inclytum potius ſignificare edmonſtrat. Cuius ſententiæ fuerunt etiam Lxx. qui pro voluntate, non pro monte aliquo interpretati ſunt.

Et figet tabernaculum ſuum in Apadno inter duo maria ſuper montem inclytum & ſanctum.] Text. Vox, duo, expuncta à nobis eſt: quippe cum apud omnes editiones illa deſit: eſſe in expoſitione ſubintelligatur, vt patet ex commentario.

Eſaias plenius loquitur. Præcipitabit dominus in monte ſancto faciem dominatoris tenebrarum ſuper omnes gentes: & eum, qui dominatur cunctis populis, & vnctionem, quæ vncta eſt contra vniuerſas nationes.] Legendum: id eſt eum, qui dominatur: exponit enim quis ſit tenebrarum dominator, id eſt is, qui dominatur cunctis populis. Verba autem

Hebraica Esa. 25. quæ interpretationis varietatem fecere, huiusmodi sunt. Præcipitabit dominus in monte sancto פני הלוט הלוט. Hæc autem, vt ex vulgata editione apparet, alias transtulit, faciem vinculi colligati: hîc autem interpretatur: faciem dominatoris tenebrarum. Sequitur in Hebræo ותמסכה הנסוכה על כל העמים, quæ verba primum vertit: & telam, quam orditus est super omnes nationes: Hîc autem interpretatur: Et vnctionem, quæ vncta est contra vniuersas nationes: Verborum Hebraicorum ambiguitas interpretationis varietatem progenuit. Citat autē locum neque secundum Lxx. vt solet, neque secundum primam suam interpretationem, quæ in vulgata editione continetur: sed secundum aliam verborum Hebraicorum significationem.

Cap. XII.

Non enim sufficit scire sapientiam, nisi & alios erudias: tacitusque sermo doctrina mercedem operis recipere non potest.] Id est mercedem, quæ operi debetur. Quædam exemplaria mercedem otij legunt: Nos tamen nihil mutauimus.

Et postea de Antichristo, quod tres reges humiliet.] Sic legitur supra c. 7. & ita ibi interpretatur D. Hieronymus: Deerat tamen antea vox, tres. Nos eam ad fidem etiam manuscriptorum exemplarium reposuimus.

Legimus in Machabæorum libris: Iosephus quoque in eandem consentit opinionem, quod tribus annis templum pollutum fuerit in Hierusalem: & in eo loco idolum steterit sub Antiocho Epiphane, centesimo quadragesimo quinto anno regni Macedonum à Casleu mense eiusdem anni nono vsque ad mensem nonum centesimi quadragesimi octaui anni, qui faciunt annos tres.] Corruptum antea locum ex ipso, quem citat Iosepho, restituimus: legebatur enim prius vsque ad mensem nonum centum quadraginta nouem anni: Iosephus libro xij. antiquitatum cap. 10. alias 11. & in noue, inquit, altari holocausta immolauerunt: idque accidit eadē die, qua ante triennium sacra eorum profanata fuerant: integro enim triennio desertum fuit templum post factam ab Antiocho profanationem: ea enim incidit in annum centesimum quadragesimum quintum, & diem Apellæi mensis xxv. in Olympiadem CLIII. Renouatum est autem eadem die centesimo quadragesimo octauo anno Olympiade CLIIII. Hæc Iosephus: cuius tamē vulgatus codex corrupus: pro CXLVIII. legitur CCXLIIII. error constat ex Olympiadibus, quas refert. Inuenies eandem historiam 1. Mach. 1. & 4. constatque ex illis locis idolum positum fuisse in templo anno CXLV. templumque ablato idolo repurgatum anno CLVIII. Mensis autem Casleu Nouembri respondet mensi, vt tam hîc in Hieronymo, quam septimo Zachariæ scribitur capite.

Vade Daniel, quia clausi, signatique sunt sermones vsque ad tempus consummationis.] Text. In vulgata est, vsque ad tempus præfinitum. Hebraica verba sunt עד עת קץ, infra quoque in fine. Tu autem לך לקץ vade ad præfinitum: tam in Hieronymo legitur, quam in vulgata editione. Hîc tamen propterea non mutauimus, quod tam Hieronymus in Commentario, quam sex Bibliorum penes me manuscripta exemplaria ita legant: sensus præterea idem.

Tu autem Daniel vade ad præfinitum.] Text. Induximus nomen Daniel: Deest enim tam in Hebraico, & Græco, quam etiam in vulgata Hieronymi editione: καὶ σὺ δεῦρο, pene Theodotionem Græcè legitur: Tu autem vade.

Cap. XIII.

Afferte mihi oleum, & smigmata.] Text. Non plurium, sed vnius numero Græcè apud Theodotionem, vnde hæc historia accepta est, legitur: Smigma scilicet: est autem σμῆγμα sapo, siue vnguentum ex pluribus confectum rebus, ab abstergendo appellatum, cui odoratum interdum immiscebatur, cuiusmodi sunt Dioscoridi Amaracinum, Megalynum, Hedychroum, & quod Ægyptium Atheno, & aliis nuncupatur. Item Galeno Nardinum Melinum: & similia. Σμῆγμα Suidæ quoque idem est, quod καθαρτικὸν seu purgationis genus. σμήχω enim idem prorsus est, quod purgo, seu abstergo,

Diligenter inquirere nomina σχίνα, καὶ φοίνικα.] Diximus de his nominibus in principio prophetiæ Danielis.

Digni quasi sancti laudent Deum.] Olim digni. Tria manu scripta exemplaria mihi hac in re adiumento fuere.

Cap. XIIII.

In hoc postremo capite ad fidem vulgatæ editionis, Græcique Theodotionis codicis deleuimus verba: Iste autem non est Deus viuens. Item, in medio leonum: ibi, & ecce Daniel sedens in medio leonum: & pro Daniel serue Dei, reposuimus, Daniel, Daniel.

Hæ sunt locorum emendationes, quas in quatuor maiores Prophetas edidimus, Correximus autem in Esaia errores CCLXXV. in Hieremia CLVIII. in Ezechiele. CCC. in Daniele LXXX. omnes numero octingentos tredecim: præter alios quosdam non ita illustres ac magnos. Nunc autem ad Ecclesiasten, quem sequenti Tomo vti breuiori prætexiimus: & reliquos minores Prophetas deueniamus.

FINIS QVARTI TOMI.

Excudebat LVDOVICVS SEVESTRE Typographus
Lutetiæ, Anno Domini M. DC. XXII.